R-101000

QVINTVS TOMVS

OPERVM DIVI AVRELII AVGVSTINI
HIPPONENSIS EPISCOPI, CONTINENS
XXII. Libros de Ciuitate dei.

CVI ACCESSERVNT COMMEN-
tarii Io. Lodo. Viuis, ab authore
recogniti.

BIBLIOTECA HOSPITAL RE
GRANADA
Sala:
Estante:
Número:



PARRISIIS.

IN AEDIBVS YOLANDAE BONHOMME,
via ad diuum Iacobum, ſub ſigno vnicornis.

1541

fray gonçalo de ribera

1624636

R-18.223

QVINTVS TOMVS

OPERVM DIVI AVRELII AVGVSTINI
HIPPONENSIS EPISCOPI, CONTINENS
XXII. Libros de Ciuitate dei.

CVI ACCESSERVNT COMMEN-
tarii Io. Lodo. Viuis, ab authore
recogniti.

BIBLIOTECA HOSPITAL REAL
GRANADA
Sala: A
Estante: 43
Número: 22

PARRISIIS.

IN AEDIBVS YOLANDAE BONHOMME,
via ad diuum Iacobum, sub signo vnicornis.

1541

fray gonçalo de Ribera

16246366

HENRICVS ANGLIAE REX IOANNI LODOVICO VIVI S.

PRæstantissime vir, & amice noster plurimum dilecte, Augustinus de Ciuitate dei tuis illustratus commentariis simul atque ad manus nostras peruenit, nobis gratus effecit vt prorsus dubitemus, cui in primis gratulari debeamus, tibíne, cuius tam erudito labore tam egregiũ opus absolutum est, an Augustino, qui diu mutilus, & obscurus ex densissimis tandem tenebris luci datus, & pristinæ restitutus est integritati, an toti posteritati, cui isti tui commentarii ingenti erunt fructui. Quòd autem hos commentarios nostro nomini dicare tibi libuerit, non possumus non habere & agere gratias ingentes: ob id potissimum, quòd animus hac in re tuus non vulgarem erga nos amorem ac obsequentiam visus est ostendisse. Quamobrem tibi persuasum esse volumus, nostrum fauorem atque studium, quacunque oblata occasione, quæ ad tuum commodum spectare potest, rebus tuis nunquam defuturum. Et fœliciter vale, ex Regia nostra Grenuici. Die. XXIIII. Ianuarii. M.D.XXIII.

Esta copia conforme a la original del Illmo cardenal inquisidor general por mandado de los señores inquisidores de Granada

Fr. Joan Ramirez

Congranada a 5 dias del mes de Julio de mil y quinientos y veinte y cinco años. Auiendo visto los señores inquisidores la diligencia hecha en este libro que es conforme al catalogo expurgatorio del Illmo S. cardenal inquisidor general y se manda bolver a la persona que lo trajo.

Alonso de Fonseca
Alcalde
Diego de Sarmiento
Licenciado
Martinez
Licenciado Gutierrez
Licenciado

Por comision de los señores inquisidores expurgamos este libro conforme al expurgatorio del Illmo S. Cardenal Inquisidor en 27 de Mayo de 1583

Fr. Antonio de Sa
Fr. Antonio de Sa

IOANNES

LODOVICVS VIVES INclyto principi Henrico VIII. Angliæ regi, Hyberniæ domino &c. S. D.

IT A comparatum est natura humanorum ingeniorum, clarissime Rex, vt illos demum vere, & ex animo admiremur, quos in ea præstare videmus arte, quæ maxime nobis inter omnes placet, ac probatur. Alii aliis dediti sunt studiis ac exercitamentis. Sic fert natura rerum, vt hac varietate speciosus & mirabilis consistat mundus: & tamen, vt inquit ille, suum cuique pulchrum. Iam olim opibus & imperio tã late patenti non armis & sanguine quæsito, sed â parẽtibus per manus tradito, & robore animi corporisq́, & virtute bellica, tum charus eras omnibus, tum etiã suspiciendus. Nunc verò post quàm etiam quãtum ingenii viribus studiisq́ sapientiæ valeres documenta dedisti, maior literatis omnibus cœpisti esse, ac admirabilior: non quin te antea permagni æstimarent: [illegible] Sed qui studiis suis dediti non perinde vel diuitias suspiciunt, vel potentiam, quod esses quidem bonus, id in te cõplectebantur, & amore prosequebantur ingẽti: quod rex esses, non ita admirandum ducebant, quum & scelesti homines sæpe reges fuerint, corporis etiam dotibus insignes. Vbi verò tua sacramẽtorum assertio prodiit, qua nihil vel elegantius fieri potest, vel purius, vel sanctius, & vnò vti verbo dicã, Christianius, opinio probitatis animi tui cõfirmatior reddita est, si modo id fieri poterat: nam certissima firmissimaq́ in omnium animis erat multis exemplis velut clauis infixa, & admiratio iam apud omnes suborta. Nempe & apud illos, qui amplius augustiusq́ nihil putant, potestate regia, & eos qui diuitias supra res vniuersas constituũt: & qui corporis muneribus, formæ, lacertis, agilitati plurimum tribuunt: & qui belli artium sunt studiosi, velut omnipotentis, ac rerum domini: quo fit, vt certatim principes omnes amicitiam tecum quibuscunque possint rationibus viisq́, ambiãt: omnes tibi siue fœdere, siue, quod optatius est, sanguine iungi affectantes. Nec priuatorũ tibi studia desunt, quæ ipse fulgore tuarũ virtutum facis: alios liberalitate seu magnificentia potius alliciens, alios humanitate, ac suauitate morum, cunctos prudentia atque iustitia, duabus vere regiis virtutibus. qui quũ talis sis, profecto impudentiam meã fateor, sæpenumero tibi innotescere affectaui: quoniã hæc est mea sentẽtia, laus non mediocris tibi, vel notum esse. Et quum aliâs semper defuerit occasio, nunc seipsa sponte obtulit, paratis a me in Augustini libros de Ciuitate dei commentariis: quos quum dispicerem cui dicare sic possem, vt tum aliquam ipse laboris mei gratiam inirem non omnino contemnẽdam: tum cui dicarentur, non perinde literas dari existimaret, ac stipulas, & libros, ac sarcinas capsarum molestas: tum etiã ceu ad censorem grauissimum mitterem, qui vnus si approbasset suffragiis omnium probati cõmendatiq́ viderentur, ipse multis nominibus rationibusq́ occurristi. Primùm, q́ ea es virtute ac doctrina, vt tibi etiam dicassem, si priuatus esses. Deinde, q́ viam hanc expeditissimã cernebã, qua voti facile compos fierem iam pridem concepti & nuncupati. Accedit huc, quod, quemadmodum experti narrãt, obuius es ac expositus huiusmodi muneribus: quibus gratiora vix tibi vlla possunt contingere. Nã aurum, argentũ, gemmas, vestes, equos, arma tibi qui offerat, plane mari, quod aiunt, aquã, aut saltibus ligna. Et profecto vt aliis i rebus omnibus, ita in hoc quoque prudentissime agis, qui dignã virtute ac meritis tuis apud posteros gloriam libris doctorum hominũ parari cogites: si nõ meis, aut mei similium, certe facilem te & perhumanum literatis exhibendo, in aliquem incides, cuius stilo ceu penicillo quodam eruditiss. effigies istius præstãtissimi atque optimi animi depicta & formata immortalitati commendetur: nec vllo obliuionis operiatur situ, aut vetustatis iniuria corrumpatur, & memoratu digna nõ taceat posteritas virtutũ testis incorrupta, simul in gloriã tui iam olim cœlo redditi, q̃uis leue hoc & negligendum, simul quod magnũ in primis est, & optãdum in exemplum eorũ,

qui tunc viuent. Præter hæc omnia cõgruit ſiue ingenio, ſiue ſtudiis tuis hoc opus, in quod Auguſtinus optimam eorum partem, quæ apud veteres legerat authores, tanq̃ in theſauros coniecit: nempe cum hominibus acutiſſimis ſumma præditis, & eloquẽtia, & doctrina diſputaturus. Quo factũ eſt, vt aliud agens multas optimarum rerum ſeruarit reliquias domiciliis earũ, & quaſi ſedibus, vnde prius peti ſolebãt, euerſis. Itaque pro Varrone, pro Saluſtio, pro Liuio, pro Cicerone in libris de Republi. magni poſterioris ætatis viri hiſce Auguſtini ſcriptis ſunt adiuti: vt Hermolaus, Politianus, Blondus, Beroaldus, quæ tu omnia non ita leges, vt noua tibi & inaudita, ſed vt vetera recognoſces. Adde quod Auguſtini tuumq̃ ſcribẽdi inſtitutum eódem propemodum videntur pertinuiſſe. Nam vt tu contra Babyloniam pro meliore illa ſcripſiſti Roma, ita & Auguſtinus contra Babyloniam illam veterem Romã Chriſtianam & ſanctiorem defendit. Congruit & magnitudini tuæ non opus meum, ſed Auguſtini, ſub quo ipſe deliteſco, ſiue author ſpectetur, ſiue materia operis. Author eſt Auguſtinus vir deum immortalem q̃ ſanctus, q̃ doctus, quale ſpecimen columenq̃ Reipu. Chriſtianæ: quo vno multis ritibus, multis ſtatutis, moribus, ceremoniis piis, ac venerãdis eſt illa innixa, nec iniuria. Fuit enim in viro illo ſtudium vberrimum, cognitio ſacrarum ſcripturarum exactiſſima, iudicium acre, & exterſum: ingenium ad miraculum acutum. Fuit ipſe ſyncerioris pietatis diligentiſſimus propugnator, moribus manſuetiſſimis & ad charitatẽ Euãgelicam effictis atque expreſſis, vitæque integritate ſanctitateq̃ inſignis & adorandus: quæ omnia perſequi ne volumine quidẽ iuſto poſſis, nedum epiſtola. Bene quod de ſcriptore agimus omnibus noto tibi etiam familiari. Iam opus non eſt de filiis Niobe, quod aiunt, aut de portis Thebarũ: non de ſarciendis veſtibus, aut parãdis voluptatibus, non de agro colendo: quæ alioqui argumẽta magnis ſunt quoque regibus dedicata: ſed de vtraque ciuitate mũdi & dei, quibus angeli dæmones, hominesq̃ vniuerſi continemur: vt natæ, vt educatæ ſint, vt adoleuerint, quò tendant, & quid vbi ad metã percurrerit facturæ, quæ vt explicet, nihil neque prophanæ prætermiſit eruditionis, neque ſacræ, quod non attingat, & exponat. Romanorũ res geſtas, deos, ſacra, & ceremonias, philoſophorum placita, cœlorum terræq̃, tum angelorum, dæmonũ, hominum originem. Hinc quibus initiis populus dei creuerit, & quomodo vſque ad Chriſtum dominum deductus eſt: tum duæ ciuitates comparantur, dei & mundi, regnaq̃ adducũtur Aſſyrium, Sycionium, Argiuum, Atticum, Latinum, Perſicum. Poſt hæc quid de Chriſto vates & ethnici & Iudæi prædixerint. Iam dicturus de vera fœlicitate, opiniones veterum philoſophorum de illa cõfutat & refellit. Deinceps vt venturus ſit Chriſtus de bonis malisq̃ pronũciaturus iudex viuorũ & mortuorum. Ad hæc de ſceleratorum ſuppliciis. Poſtremo de gaudiis piorum & æterna fœlicitate. Atque hæc omnia miro ingenio, maximo acumine, eruditione excultiſſima, ſtylo mũdo & exterſo, qualis authorem per omne diſciplinarum ſcriptorumq̃ genus verſatum exercitumq̃, & res illas magnas & præſtantiſſ. & eos quibuſcum diſputabatur, decebat. Leges itaque clariſſime & optime rex iis horis, quas tu immenſis regni negotiis atque occupationibus ſuffuraris, vt literis & ingenii cultui impendas, ſimul noſtros commentarios deguſtabis: de quibus licet mihi dicere, quod Ouidius de ſuis Faſtorum libris dixit, quum eos Germanico Cæſari mitteret:

Pagina iudiciũ docti ſubitura mouetur Principis, vt Clario miſſa legenda deo.

Quos ſi tibi non diſplicuiſſe ſenſero, nihil verebor, ne parum aliis probẽtur. Quis enim adeo impudẽs ſit, vt à tam exacto iudicio diſſentire non erubeſcat? Quod ſi quis audeat, tua tamen vel tacita mihi patrocinabitur authoritas. Vale optime rex, & Viuem tibi addictiſs. quouis loco numera, modo inter tuos. Louanii, Nonis Iuliis.

1522.

IOANNIS LODOVICI VIuis Valentini in ſuos cõmentarios ad libros de Ciuitate dei D. Aurelii Auguſtini Præfatio.

QVANDO de Auguſtino deq̃ eius opere quantũ quidem videbatur, ſumus locuti, nunc cum lectore ipſo aliquãto familiarius de hiſce meis commentariis libet pauliſper cõmẽtari. Eraſmus Roterodamus vir adeò laudatus à plurimis, vt ad eum gloriæ cumulum nihil ſit mea de illo prædicatio, aut perparũ additura, quum poſt Hieronymum & Cyprianum recognitos Auguſtinum quoque eundẽ in modum perpurgare decreuiſſet. Nec vni ipſi vacaret tantum operũ librorumq̃ obire, aliis quoque magnis & præſtantibus rebus occupato, alios ſibi adiunxit, ſiue operis ſocios, ſiue miniſtros inter quos me etiã aſciuit: quumq̃ aliis quòd eorũ eſſet & amplior eruditio, & ingenium fœlicius, & diligentia dexterior, grauiora mãdaſſet, atque maiora, mihi libros attribuit de Ciuitate dei duos & viginti: quod opus bona ex parte tum rerum geſtarũ fabularumq̃ narrationibus, tum diſputationibus philoſophicis conſumeretur: quibus rebus bonam ætatis partẽ videbamur impendiſſe, magno quidem conatu ac voto, vtinam pari ſucceſſu. Theologica tametſi multa inerant, tamen non ita forſan, vt aliis libris crebra, quanq̃ ab hac etiam ſacroſancta diſciplina nunq̃ alieni fuimus, quantum per ætatẽ noſtram, & aliarum artium, quæ nos mirifice ceperunt ſtudia, licuit. Neque vero ſic ſum ad hoc ipſe munus electus, tanq̃ optime rem executurus, ſed ne prorſus nullus eſſet, qui hoc ageret, reliquis Eraſmi amicis aliis in alias res intentis. Ac, vt verum fatear, arripui opus ab Eraſmo oblatum auidiſſime, pollicitus me poſtremam commentariis impoſiturum manum ante ſecundum mẽſem, aut tertium. Nam memineram me olim aliquot eius operis volumina legiſſe, quæ mihi nec admodũ erant viſa mẽdoſa, & ſatis facilia: ac eiuſmodi, in quæ nõ parum eius notitiæ antiquitatis, quam iugi paraueram lectione, poſſem effundere, vt eodẽ labore ſimul exercerẽ ſtylum, atque ingenium meũ: ſimul aliis mea ſtudia nonnihil afferrent fructus, ſimul aliquam ingenii atque eruditionis gratiam pararẽ. Et fuit illa profecto iuuenilis quædã cogitatio, quæ longe aliter experiendo proceſſit, q̃ ipſe mecum eram ratiocinatus: nam opus præterquam quod eſt longiſſimũ, habet in ſe miram rerum omnium varietatẽ, hiſtorias, fabulas, naturalia, rhetorica, mathematica, geographica, moralia, theologica: & horum nihil propè, vel tenuiter, vel mediocriter. Iam libri erant ſupra quàm dici poſſit mendoſi, qui totam Auguſtini ſententiã praua ſcriptura aliò auertebant. Hic iam non exiguus in caſtigãdo ex veteribus libris, tum etiam in diuinando labor: nam & diuinãdũ ſæpenumero fuit, & coniecturis vera reſtituenda lectio: orſus nihilominus ſum ſcribere circiter Calendas Ianuarias, anni ſuperioris, id eſt, M. D. XXI. & confecto ad finẽ menſis primo libro, affertur de Guilielmi Croii Cardinalis patroni mei morte, qui Vormaciæ naturæ cõceſſerat. Facile intelligere quiſque poteſt, vt ea res ſtudiorum meorum quietem concuſſerit, ſublato eo, qui mihi vnus ocia faciebat, quanta cupiebam. Hinc vt nulla vnquam calamitas venit ſola, in morbum incidi nõ ſimplicem: ita ad curam valetudinis coactus ſum me Brugas conferre ad meos Hiſpanos, inter quos æger more ac modo meo cõmodius tractarer. conualui menſe Iunio. Et quoniã dicebãtur eódẽ Carolus Cæſar, & Britannus Cardinalis venturi, ea mea res ibi aliquot mẽſibus tenuit, vt Eraſmum & Morum cõuenirem, videremq̃ Tonſtallum, & Monioium: & doctos alios, tũ amicos pleroſque meos, qui eódem venturi dicebãtur. Eo loco ſcribere non licebat, quòd bibliothecam, qualem optãbam, non haberẽ: vnde quæ ſcribenda forent, ſuppeditarentur. Tãtum libros aliquot ad vetuſta exemplaria contuli, quorum vnum dederat mihi Marcus Laurinus decanus ſancti Donatiani Brugenſis: alterum Carmelitæ Brugẽſes: tertiũ Eraſmus miſſum ad ſe Colonia Agrippina, ſcriptum, vt ferũt, manu Diui Lutgeri epiſcopi. Mira dictu res quanta in codicibus varietas? vt vnuſquiſque deſcribentiũ putaret ſibi licere verba arbitratu ſuo ponere, modo cõſtaret ſenſus, quaſi interpretatio eſſet nõ exſcriptio. ita in hoc libro legas arbitror, in illo puto: in hoc ſignificatum, in illo figuratum: hic præſens, alibi iſte: hic habet ergo, ille igitur: hic æternus, ille immortalis: hic flexiſſe, ille deflexiſſe, alius inflexiſſe. Sed hæc fortaſſis tolerabilia. quid illa detracta, quid addita, in-

uersa?Iam quoties erratum, quòd versionem LXX. interpretũ, quam vbique Augustinus adducit, voluerunt ad hãc nostram detorquere, & ex duabus male cohærentibus vnam facere. nec aliud æque fuit molestũ mihi, vt variam lectionem expendere, examinare, excutere in vno quoque capite nõ semel. quæ erãt difficiliora in cõmentariis annotaui, quæ vero apertiora & prõptiora in margine. id accuratius feci in locis sanctarum literarũ propter earum mysterium. In plerisque veriorẽ indicaui lectionem, & quid sentirem, aperui. In cæteris adiecisse quid legerent alii contẽtus, nihil lectori præiudicans, liberã illi atque integram censuram reliqui. Fruetur per me suo quisque siue ingenio siue iudicio. Post Cæsaris & Cardinalis digressum redii Louaniũ sub finem Septembris, hic compositis rebus, & digesta bibliotheca cœpi totus in scriptionem incumbere: ita mihi ea hyeme vsque ad quintumdecimũ librum est progressum. Extremo vere quòd salutandi erant amici, parãtes in Hispaniam proficisci cum Cæsare, intermisi opus. Erasmo subinde extimulante & instante, vt perficerem, vt mitterem: redii Louanium, & quanta maxima potui diligentia mense vno quatuor postremos libros absolui cũ bona parte decimioctaui: veniq; ad has præfationes scribendas adeo fessus, & labore tanto tamq; vario fractus, vt literas omnes libroq; nescio, quemadmodũ animus auersaretur, velut crudus stomachus ac redundans cibos omnes: liberari tandem ea molestia misere cupiens, & vniuersis atque vnicis votis exoptans: ita vt quum ad calcem perueni, nec pecuniam, nec gratiam studiosorum vllam, nec aliud quicquã existimarim æque esse pretium operæ, ac solutum tandem liberatumq; esse me labore tam sinuoso & plerunque inamœno. Narrandæ fuerunt fabulæ & hystoriæ: describendæ regiones & vrbes. tum consulendi Platonici penè omnes, & reliquæ philosophorum nationes, & theologica tractanda, i quibus parcior quàm in profanis aliquot de causis fui. Primum, quòd non decebat profanum hominem, nec natu grandem temere de sanctissimis rebus vel definire, vel disputare. Deinde quòd historia sacrarum literarum notior solet esse lecturis Augustinum, & huiusmodi authores, quàm vt opus sit eam per me repeti, quæ indicatis locis ex sacris libris fusius & apertius cognosci potest, quàm vt à me hic pluribus videretur explicãda. Iam dicta ex arcanis nostræ religionis literis, ab Augustino adducta, nonnulla enarrauimus: alia præteriuimus, quòd viderem non hunc esse illorum explicandorũ locum. Authores prophanos crebros ad cõfirmanda Augustini dicta velut testes induximus, quòd fides dictorum penes illos esset, præsertim in profanis rebus, quas ab illis est Augustinus mutuatus. Nam in rebus nostræ pietatis neque ethnicis quicquam est negocii. & scriptoribus nostris non perinde multis sum vsus, ne parum firma Augustini authoritas existimaretur, nisi illis velut tibicinibus suffulta. Satis enim videbatur esse dixisse Augustinum. Hieronymũ frequẽtius aduocaui, præcipue vbi de linguarum significationibus aut interpretationibus agebatur: quoniam is vt Græci ac Hebræi sermonis peritia, ita & cognitione sanctarum scripturarum omnes nostræ religionis scriptores lõgè antecellit. Nec putaui fore interpretis aut cõtrouersias illas mouere, quas nostri Theologi in scholis magnis animis agitant: quanquam iis prima ætate fuimus imbuti, quæ ab instituto, à mente, rationeq; Augustini plurimum dissident: aspernatusq; fuisset illas atque indignatus operi suo admistas, velut tritico lolium, quacunque cœli parte purus ille ac sanctissimus animus res hominum despectat. Itaque nec disputandum mihi censui vel cum hoc hominum genere, vel cũ antiquioribus quicunque alieni à sententia Augustini essent: nã hoc iam non esset interpretis, sed defensoris ac patroni: quum non modo mea, sed nec vllius defensione, aut patrocinio ille indigeat. Feci igitur quod Hieronymus in cõmentariis epistolæ ad Galatas præfatur se fecisse, vt magna ex parte aliorũ sententias tãtũ referret: sic & nos quid alii dixissent sensissentq; cõtenti lecturis explicuisse, sententiam nostram continuimus, veterem Academiæ morem imitati: tum quòd id magis ad enarratorem alieni operis existimaui pertinere, tum etiam quòd cunctari & sentẽtiam suam non prodere, & consectari magis aliena q̃ sua proferre atque ostentare ante ca nos decere potius arbitrabar, qui censuris ac iudiciis non parum authoritatis addunt: nec immerito. Multa nũc mihi vera, certa, explorata videntur, quæ, si diutius contingat viuere, non modo ambigua per ætatem videbuntur, sed forsan etiam falsissima. Idcirco plerisq;

risque in locis delectare magis lectorem placuit, quàm docere. Et si quid docerem, nõ tam seuerè imperando volui persuadere, q̃ blandè rogando monendoq;. Adducti sumus nonnũquam ea causa, quoniã Augustinus fusus est plerunque ac ipse interpres sui: ideo labore docẽdi adempto ludere libuit, & lectorem in digressus aliquos interim nõ prorsus inamœnos ducere: simul vt mei laboris quandoque partem leuarem, etsi non onere deposito certe frigida suffusa, & per viam aliquanto munitiorem, & inter sata cultaq; spectatu iucũda commodiorem. Nam hæc omnia quæ dixi, & si habẽt suas animi ceu reparationes refectionesq;, habẽt nihilominus suas salebras, suos accliues colliculos, per quos non sine sudore agas onus: suos quoque descensus, per quos non sine lapsus periculo facias iter, ne fasce pressus in pronum ferare. Illic vero nõ stratã vllam viam inuenias, nec quod recreet oculos, nec quò vel momentum diuertas, ac ne vbi sedeas quidem fessus, quum conferenda sunt tempora, quũ diuersitas inter authores atque adeo aduersitas ostendenda, quũ sæpenumero tollenda, quum quærendũ, & euoluẽdum, & diuinandũ vbi sit locus, quem Augustinus affert ex scriptore aliquo: quem locũ inuenire multum ac diu quæsitũ casus est sæpius, quàm eruditionis. Nam in eum incidat frequenter imperitissimus, quem doctus inuestigare non potuit diu vestigatum. Et hoc mihi tanto fuit difficilius, ac plus temporis extraxit, quod & imparatus ad hoc opus accessi, quum antea quatuor aut quinque tantũ in eo volumina legissem, nec indices vllos mihi ex lectione cõfeci: vel in hunc, vel in similem aliquem vsum: quos qui habẽt, næ hi fœlices in literis sunt, quibus haud exigua laboris demitur pars. His angustiis & difficultatibus inopia Græcorum voluminũ accessit, quæ est in hac regione mira. Nam quũ passim doctis fias obuius, si Aristotelem Græcũ, aut Demosthenem, aut vetus testamentum, aut Pausaniam, aut Isocratem, aut Iulium Pollucem, aut Eustathium vtendũ putas, negant se habere: nec apud bibliopolas venales inuenias. Quũ hic adesset Erasmus, eius bibliotheca adiuuabar: & illinc aliud agẽs aliquot mihi decerpseram loca, quæ ceu præsagiebat animus vsui mihi aliquando futura. Nam ea in hæc commentaria intuli. Græcum Platonem habui in octauum, nonum & decimum libros scribẽs: Strabonem plerunque. Pausaniam nõnunquam, sed præcipue quum in decimumoctauum cõmentarer, & aliquot alios, quibus nõ perinde atque istis indigebam. Non quidem quòd Augustinus ad se enarrandum magnam Græcorum authorum copiam desideret, qui Latinos tantum est secutus, quos solos penè legerat, aut versos è Græcis. Sed certe si adiutus maiore Græcorum supellectile fuissem, potuisset opus paulo exire ornatius ac locupletius. Itaque nõnulla sunt à nobis prætermissa, quæ partim ex nullo potuerũt authore peti, eorum dũtaxat qui extant: partim ex recõditis Græcorum literis fuerunt eruenda. aliãs bibliothecam nacti Græcorum codicum ampliorem per occasionẽ ea lectori sarciemus. Quanquam sedulo illud ante alia est à nobis aduigilatum, curatumq;, ne multa sint quæ in hoc opere studiosi homines cordatiq; possent desiderare. Quæ omnia præstare aliis vel cognitione rerũ ampliore, vel ingenio maiore, vel fœliciori memoria leue & facile fuisset. nobis certe haud sane credat quisquã, quàm tædiorum fuerit ac fastidiorum plenum: quo fit, vt prima illa, quæ me in opus stimulabat, perficiẽdi facilitas plane perierit. At vtilitas quanta sit futura, pronunciare nõ est meum, quòd nec in opere suo quisquam vel incorruptus est iudex, vel non suspectus: & euentum rei situm in fortunæ manu potestateq; prædicere nemo potest, nec ego promittere. Viuet, & legetur, & placebit, & proderit opus, si fauerit genius: sin aduersetur, concidet ac interibit. Multa grata sunt & vtilia tantum ea causa, quòd sic libuit fortunæ. Illud modo precari possum, si quid optando proficitur, tam vtile vt sentiãt opus legentes, quàm mihi grue & molestum fuit scribẽti. Itaque primum illud amisimus, secundum incertum est, tertium non profecto certius de gratia, vnde nomen gloriaq; ad scriptorem redit. Primũ non ignoro quantum famæ admirationisq; operi etiam optimo detrahatur, quum in aliũ scribitur: id est, ædificatur in aliena superficie, & velut scribendi argumentum ab alio est suppeditatũ: nisi forsan in sacras literas aliquid commenteris propter sanctam maiestatẽ earum, aut in Aristotelẽ propter receptã scholis omnibus authoritatem. Accedit huc quod multi, quibus omnia quæ negligunt, aut non capiunt, in grammaticam vertuntur, quamlibet in hoc libro sacra & philosophica & recondita

condita tractauerimus, grammaticam dicẽt, ideo præcipue, quòd historias narrauimus, & fabulas. Ideo de ipso Augustini opere dicturi nisi pudor impediret, & reuerentia nominis tam omnibus sacri & admirandi. Alii hoc totum nec visum, nec iudicatum qualicunque censeatur nomine, reiicient, & damnabunt: vt proxime quidam Theologiæ licentiatus, quũ audisset me in libros de ciuitate dei scribere, magno fastidio operam meam tãquam inutilem prorsus vanamq; aspernatus est. Et quid, inquit, opus est libris illis illustratore plus satis ex se perspicuis & claris? O te fœlicem quisquis es, cui tam aperti facilesq; sunt hi de ciuitate dei libri. Cæterum mirari, qui audiebant, vel ingenium hominis, vel eruditionem, vel certe impudentiam. Nam imperitissime loquebatur, & rerum omnium veterũ erat omnino expers ac rudis, rogauitq; ex his, qui audierant, vnus cur sic censeret, quum essent tot historiæ, tot fabulæ, tot philosophica, tot geographica, tot mathematica. Quid, inquit, illa ad theologum? Deinde sint a, vel b, non sum sollicitus. hoc illud est, istis nec Cicero, nec Vergilius, nec Plinius, nec alii similes interprete indigent: quũ eorum nihil intersit, quis fuerit Scipio, quis Cæsar, quis Pompeius, quis Cato, quæ aut vbi Carthago, Babylonia: herbáne an saxum malua, aut beta: Lapis, an lignum magnes, vel adamas: Animal, an metallum Tigris vel Miluus: Sit ne qui ardeat mons Aetna, an Alpes: ardeátne sulphure accenso an harena. Quid dixerit, quid senserit Plato, quid atomi Democriti conficiant: quid similares partes sint Anaxagoræ, aut dissimilares: quid Pythagoræ trãsanimatio. Isti ad hæc omnia linea sũt alba, sicut dici solet, in lapide albo. Tantum illa curanda & expendenda ducunt: an deus possit suppositare hanc pennam, qua scribo: an iubere possit odium sui: Possitne dispensare Põtifex super voto profectionis Romanæ, aut Hierosolymitanæ: An pecunia sacerdotii pẽsionem redimere sit simonia. Verum enimuero isti censeant quomodo voluerint cunque de opere. Nec eis scribo, nec eos curo mea legere: nec eorum iudicium censuramq; naucifacio, nec eis placere studeo: & doctius putabo me scripsisse, si displicuero. At illud magnopere dolendum est insidere sæpenumero ingeniis doctorum quidem, sed non perinde bonorum hominum perniciosum inuidentiæ virus, quo bona opera incessant, lacerent, proscindant, aut perdere conentur profutura, aut allatura lucẽ obscurare. Hinc odium, & ex odio rabiosa maledicentia, & impotentis animi verba, & rixæ, & iurgia, & calumniæ. Hinc sæpe desperatio & desponsio meliorum ingeniorum, quum pertæsa rẽ sic amaram & inamabilem ab omni scribendi & iuuandæ posteritatis ratione auertuntur, plerunque & ab studiis etiam: quod tantum abest, vt inuidia ingenia fieri doleant, vt se ex hoc fructum capere singularem existiment, ac laboris sui præmium: finem vero quem destinarant, si consequãtur, vt cessent omnes, nemo benefaciat. Quod Terentius, vt alios vitæ humanæ mores, sic & istum prudenter expressit, quum maleuolum & inuidentem poëtam omnibus contendisse viribus ait, ab scribendo vti deterreret, & in ociũ transderet. Neque vero id ego dixerim, quod ægreferam me, vel admoneri, vel etiam reprehendi (dii meliorem mentem) imò debere me multum profitebor potiora suggerenti, & reprehendenti doctè. Nam & meipsum nõ pigebit mutare sentẽtiam, si vel studium vel ætas alia docuerit meliora. Cæterum permolestum est, atque intolerandum pronunciari semel de toto opere, damnariq; ceu imperitũ aut futile, quum nec legeris, nec forsan si legeris, inueneris vsqueadeo multa, quæ conuellas: vel ipse si tantundem præstare tentes, vel non valeas, vel sudes satis. Aut si vnum, aut ad summum alterum deprehendas erratum, propter illa opus tantum tamq; varium reiicias vniuersum, & contemnas: velut si egregio insperſos reprehendas corpore neuos, vt Horatius, inquit. In summa, quandoquidem hominum linguas nec habeo in manu mea, & liberas decet esse in liberis studiis, non deprecor quo minus sentiat, loquaturq; de opere quisque pro libito. Si enim malum est opus, irasci ob veritatem non debeo: sin bonum, eos qui maledixerint, sua inuidentia exedet tãquam venenum: in quo vno iustissima est inuidia ipsa cæteris in rebus iniquissima. Hoc solum etiam atque etiam rogo, & obsecro: vt si quis à me dissenserit, voluerit que id scriptis testari, meminerit modestiæ, & sine conuitiis asperisq; morsibus me, quod ignorauerim, doceat. Nam vt conuitia & graue fortassis obiurgationẽ mereatur liber, non meretur institutum & conatus animi

mei:

mei: ita eadem opera fiet, vt ego cum aliis fructum eruditionis illius percipiã, agnoscamq; permagnum beneficium, atque habeam gratiam immortalẽ: & ipse melior magister tum se profuisse intelligat, tum doctrinæ suæ nulla immodestia, quæ peior est q̃ inscitia, corruptæ & inquinatæ laudem amplissimam auferat. Neque absit ab studiis humanitatis humanitas, seruetur q; illa trãquillitas animorum, qua super res omnes alias musæ gaudent. Et incipiamus morem hunc tollere, quem inuidæ omnibus furiæ in præstantia studia immiserunt, impetendi & lacerandi eum, quem coniunctissimum nobis charissimumq; debebat reddidisse communio studiorum, ac earundem musarum cultura, vt præteream baptismum & charitatem Christi: quandoquidem hæc iam olim surdis auribus inania sunt nomina, & ægris oculis vanæ sine corporibus vmbræ: colamusq; literas vt nos delectẽt, vt iuuent, non vt in certamen acerbum committant, & tela vel eruditionis, vel styli subministrẽt, quibus prauos affectus nostros explentes feriamus sauciemusq; inimicũ. Sed de his rebus erit tempus, quum locum inueniam dicendi aptiorem. Nunc mihi, vt ad quod cœperam reuertar, tota spes ia iis est, qui candido, qui integro pectore ad lectionem horũ librorum accedent, siue docti sint, siue indocti. Denique ita me consolor, si ab hominibus nulla redeat ad nos gratia, non deerunt, quibus adductus impulsusq; hanc me operam nauasse nunquam pœniteat. Nam & obsecutum esse Erasmo meo, tam me iuuat, quàm nefas fuisset, quod imponeret onus: recusare, qui in me & hominis arcta mecum amicitia coniunctissimi & præceptoris optime meriti ius ac potestatẽ habet. Tum interea dum hæc sum meditatus honestissimo me exercitamẽto occupasse, & animum mentemq; crebris cogitatis honestate ac sanctitate refertissimis imbuisse, quæ promptiorem me atque expeditiorem ad bene & Christiane viuendum reddant. Hæc vna, si cætera desint vniuersa, abũde ampla & magnifica merces est. Postremo vt aliud nihil reputem: nisi me voluisse Augustino, & proinde Christo aliquid studiorũ meorum sacrare, præclare mecum actum existimare debeo. Quippe qui etiam frigidæ poculum propter se iuumq; nomen præbitum irremuneratum se non præteriturum pollicitus est: huic quoque meæ voluntati, quam vnam ille curat, gratiam referet: præsertim quum ipse labores omnes meos ita demum ratos mihi esse velim, si Christo eiusq; castissimæ & integerrimæ sponsæ Ecclesiæ approbentur. *Protestatio.*

DE VETERIBVS INTERPRETIBVS HVIVS OPERIS.



qualis

Quinam hominum fuerint Gothi, & quomodo Romam ceperint.

QVONIAM Augustinus ex Romana captiuitate occasionē sumpserit scribendi de ciuitate dei, vt iis responderet, qui eam cladem Christianæ religioni imputabāt, operæprecium erit altius narratione repetita explicare, qui nam hominum fuerint Gothi, quomodo in Italiam venerint, vrbemq; ceperint. Primum omnium ferè video constare, quos posterior ætas Gothos, priorē Getas nūcupasse: vt illa pauca ex priscis vocabulis nō corrupit. Sic Rutilus & Claudianus poëtæ, quum de Gothis loquūtur, Getas semper eos nomināt. Orosius itidem in historia: Getæ, inquit, qui & nūc Gothi, quos Alexander euitandos pronunciauit, Pyrrhus exhorruit, Cæsar etiam declinauit, relictis vacueq; factis sedibus ac totis viribꝰ tuti Romanas ingressi prouincias. Hieronymus in Genesim, Gothos ab eruditis antiqs Getas nominatos esse testatur. Getæ vero sunt, qui circa Istrum fluuiū habitant: vt authores sunt Strabo, Mela, Plinius, & alij: lateq; regionem possident inculta magna parte, & rigoribus immitem: tenētq; vlteriora Istri ad Scythiam, & citeriora ad Thraciā, vbi Tomus Ouidij vatis exilio clara, qui se apud Getas agere non semel in Tristibus & Pōto scribit: tum & Mediterranea occupant Germaniam versus & Istri fontem. Quos Strabo lib. VII. Dacos & olim Dauos nominatos esse ait, quum viciniores Ponto dicerētur à Græcis Getæ, eundēmq; vtrisque populis sermonem esse. Quanquā Plinius non aliud inter hos populos videtur significare discrimē esse, quàm quod Getæ Græcis sunt, qui Romanis Daci. Sed nos Strabonem hoc sequemur loco. Getæ barbara & fera gens est, viribus atq; animo immani mortisq; contemptore, quod persuasum habeāt redire animas: sicut Mela scribit: aut si non redeant, non tamen extingui, & in meliores sedes immigrare: quod si neutrum contingat, præstare certe vitæ mortem. Fama est posterioribus deinde temporibus Getas Ostrogothos esse dictos, Dacos vero Visogothos patriis nominibus, quòd hi ad Occidentē, ad Orientem illi magis spectarent. Confunduntur tamen plerunque hæ cognominationes à rerum scriptoribus: non modo recētioribus, sed etiam antiquis. Hāc gentem tradunt iam olim florente quum plurimum Romana re, impetum in prouinciam Po. Rō. Mithridatico fecisse bello: quos L. Lucullus, qui in Asia magno cum exercitu imperator res gerebat, è Mysia cū clade exegit. Post vero Bœrebista duce, quum ab eo ad labores militarēq; disciplinam essent assuefacti, egressos regionem suam multas sibi gentes subegisse, Istroq; cum maxima traiecto manu Thrāciam, Macedoniam, & Illyrium late depopulatos, ingētem fecisse Romanis terrorem. Interimq; dum in eos Romanorum arma expediuntur Bœrebista fato concessit. Augustus legiones ferè decem in illos misit, eorūq; opes vsqueadeo attriuit, vt ex. cc. millibus militū ad quadraginta millia copias eorum redegerit: ac parum abfuerit, quin gentem totam imperio subderet Romano. Aliquot annis pòst fines Romanos ingressi, Oppium Sabinum consularem virum cum exercitu cæciderūt, qui à Cornelio Fusco, Domitiano principe, post varia prælia tandem cōpressi sunt. Traianus imperator multum cum eis magnaq; cū gloria belligerauit. Antonius Caracalla per occasionē nihil tale suspicantes vehementer afflixit. Gordiani vero temporibus in Romanos fines frequentiss. se effundebant, quos minor Gordianus facili opera excedere prouincia coēgit. Ferox & inquieta gens suisq; sedibus male contenta, subinde causas alienas inuadendi quærebat. Itaque Philippo Vostrensi imperatore, qui primus ex Romanis principibus Christianam pietatem est professus, multis cædibus populationibusq; æditis amplius trecenta ferè virorum millia in proximas sibi Thraciam Mysiamq; irruerunt. Ad quos expellendos missus Decius, rem parum plerunque prospere tētatam & ipse infectam reliquit, quam succedens Philippo in principatu dissimulauit. Gallus deinde pater & Volusianus filius certis cōditionibus sibi iniquis pacem cum illis fecerunt: quam Gothi nō admodū diuturnam seruarunt, ignauia & socordia Galieni principis freti. Non iam Thraciam Mysiamq;, sed Asiam ipsam minorem sunt tentare adorti. Bithyniam vexatā spoliauerunt, reuersiq; in Europam, Thraciam, Mācedoniamq; peruastarunt. Quibus in Achaiam venientibus Macrinus se obiecit, eosq; vicit, ac fugauit, persequutus, quousq; illos intra fines suos compulit. quibus tamen se non diu continuere, quanquā egressi in strenuiss. principem inciderunt, virum nec minoris fœlicitatis quàm virtutis, si vita modo contigisset in principatu diuturnior. Claudius fuit is, qui. ccc. millia eorū partim deleuit, partim cepit. Infinitam fuisse gētis huius multitudinem oportuit. Nō enim multos post annos Aureliano imperium tenente, ad arma redierunt, primoq; prælio sunt ad Danubium superati. Flauius Constantinus tanta illos cæde affecit, vt cogeret tandē multos per annos quietos esse. Ita enim isti pugnabāt, vt magno hostium malo vincerent, non minore suo vincerentur. Atque hæc quidem gesserūt Gothi quàm diu certas ipsi habuerunt sedes. Valēte principe Hunni, qui & ipsi sunt Scythæ, sed immitiores rudioresq; humani commercij, in Rhyphæos montes inclinatiores, inter Tanaïm Massagetasq; cōclusi, Gothos regione, quam incolerent, per vim eiecere. Quæ tametsi rigoris intemperie parū humanis erat vsibus cōmoda, tamen Hunni saluberrimam suauissimamq; omnium existimabant, homines extra solis vias cursusq; nati & educati. Hic iam Gothi sedibus, domibus, laribus, penatibus exuti, qui vltro alienos erant soliti fines inuadere, coacti sunt vel mortē fortiter oppetere, vel in alieni soli possessionem, quum ipsi nullum iam haberēt, hærere. Sunt qui non Getas illos, quos Ostrogothos diximus, venisse in agrum populi Romani perhibeant, sed Visogothos fortuna sociorum conterritos deliberasse de mutandis sedibus, veritos ne eadē essent passuri, quæ Ostrogothi, extendentibus se velut marino æstu Hunnicis armis, vicinasq; regiones delētibus. Hæc res Visogothos in eam sententiam impulit, vt legatos ad Valentem Romanum Imperatorē mitterēt, qui gentis nomine Mysiam citra Danubium flumē sibi incolendam peterent, spondentes communi nomine, se omnes Christianam pietatem accepturos, futurosq; bonos, fidelesq; Romanorū stipendiarios, armis suis opibusq; fines illos Po. Romani ab incursibus reliquorū Scytharum sedulo defensuros. Quibus conditionibus adductus Valens, Lupicinum & Maximū velut duūm viros agris diuidundis ad eos misit, qui sedes Visogothis distribuerent. Hi quum auare crudelitérque haberent gentem, primum ferre Gothi, & dissimulare iniuriā, ne primo statim alienæ regionis ingressu res nouarent, existimantes, quum exatiati suis opibus duces essent, facturos sæuiendi & rapiendi finem. Sed illi dū maligne commeatus partiuntur, & curant, famem intolerabilem effecerunt, quæ & ipsis ducibus & Rom. principi exitio fuit. Gothi enim cùm fame iam se velut beluas viderent peti, correptis tumultuosissime armis Romanos duces cum præsidiis atrociter cædunt, & ita armati totam Mysiam peruagantur, inq; proximam transcendunt Thraciam, quam sibi vectigalem reddiderunt. Hic illis occurrit Valens, pugnatúmque est acriter, fusis fugatísque Romanis, magna in eis facta strage. Saucius Imp. in hostium potestatem viuus venit, quē illi efferaciores post tantum exhaustum sanguinem viuum cremauerunt, rectáque Byzantium petunt: & nullis obuiàm factis armis, vrbem corona cingunt, quæ aliquandiu opera & consilio Dominicæ Valentis coniugis obsidionem suis opibus tulit cōfirmatis in fidem principis ciuium animis magna Dominicæ largitione. Post Valentiniani Valētis fratris virtute soluta obsidione, retro abierunt. Valentinianus Theodosiū Hispanum virum accitum ex Hispania adoptauit, participémque fecit imperij. Hic Gothos multis prælijs fregit, cōtuditque, & supplices pacem coëgit petere: quam quum dedisset, réxque eorum Athalaricus Byzantium ad Theodosium ægrum visendum venisset, rex in morbum lapsus aliquot postea mensibus moritur. Gothi toto imperij Theodosij tempore sub Romano imperatore militarunt: nec regem habuerunt alium, nec ducem, nisi quē Romanus dedisset imperator. Inter hęc Theodosius, Mediolani princeps, sine controuersia & bello & pace optimꝰ moritur, Basso & Philippo Coss. relictis Archadio & Honorio filiis, & Placidia filia. Archadiū Byzantio & illi orientali præfecit imperio, Honorium occidentali Romanęq; vrbi. Et quia iuuenes admodum erant, tutores educatoresque testamento assignauit: illi Ruffinum, huic Stiliconem, vafrum vtrunque & sceleratum hominem, cuiusmodi ingenia facillime in intimas se solent aulas insinuare. Hi principum ætate iniuriæ obnoxia ad suas ambo augendas opes magnámque sibi & immodicam parandam potentiam abutentes non iam de priuata aliqua magnitudine cogitare, sed ad principale ipsum fastigium animos nefariis cogitationibus adiecerant. Ruffinus sibi, Stilico filio imperium affectabat. Quum hæc vterque consilia agitaret, bello opus erat ad eas res perficiēdas, vt tempestate turbatis rebus, quum minus eorum desideria deprehēderentur, tum vero perficerentur facilius, perculsis principum animis bellorum terroribus, nihil non concedentibus proximis sibi viris, & qui rerum omnium administrationibus præessent. Nam in pace velut sereno & trāquillo cœlo & cognosci tenebras suorum animorum, & puniri consulētibus per ocium principibus posse non ignorabant. Quocirca Gothos gentem ad res nouas tumultúsque bellicos exciendos aptissimam spe ingentis prædæ vterque sollicitat, vt suo principi bellum faciat. Gothi occasionem adesse rati, vel rei alicuius bene gerendæ, vel certe intētato bello domum cum haud parua redeundi præda, arma induunt, regéque de suo corpore ex Balthorum illustri familia Halarico creato, fines suos magno vicinorum terrore egrediuntur. Huic se paulo pòst Rhadagasus cum ducentorum Gothorum millibus coniungit: quúmque nulla satis terra multitudini alendæ esset, castra duces diuidunt: diuersisq; profecti viis per Pannoniam, Illyricum, Noricumq;, incensis vastatisq; obuiis rebus omnibus in Italiam veniunt. Ruffinus quum imprudentius cogitata exequeretur, ad Thessalonicam à militibus occisus est. Stilico astutius consilia celabat, & Rhadagasus quidem per Etruriam ad vrbem cum agmine veniebat, longe latéque quacunque iret fugam terrorémque ostendens. Trepida Romana ciuitas mercenarios duces venienti opponit. Rhadagasus inconsultius exercitu castrisque dispositis in loca se iniqua præcipitauit. Commeatibus ademptis multitudinem suam fame confecit. Ipse comploratis rebus dum fugam per occulta cum paucis tentat, à Romanis militibus interceptus necatusq; est, Gothorum multitudine vilissimis preciis diuendita. Secundum hanc Gothorum cladem Halaricus in Italiam venit, maioribus adhuc miscens omnia terroribus, quàm fecerat Rhadagasus. Ad cuius rei nuncium, Stilico qui Byzantij erat, præmissa copiarum parte, quæ extremum Gothorum agmen carpendo ab strage aliqua magna agrorumq; vastatione hostem deterreret. Ipse per oram superi maris cum viribus peditatus equitatúsque ad hostes peruenit, vterque exercitus castra prope Rauennam contulit: Gothi Pollentiam viam obtinebant, numero quidem potiores, sed arte & disciplina militari nequaquam cum exercitu Romano comparandi. Stilico bellico astu plerunque Gothos superauit, compulsque in arctum quendam locum, vbi sedens conficere poterat bellum, si voluisset: verum cū exercitu esse decreuerat, quousque populares sui Vandali in Galliam venissent. Pro indubio enim habebat eam fore certam occasionem imperij Eucherio filio parandi. Ita leuibus aliquot certaminibus hostem lacessendo tempus trahebat, quod Halaricus quum per occultos meatus olfecisset, ad Honoriū detulit. Eōque velut munere quum placatiore sibi Honorio se vsurū existimaret, per eosdem legatos quos ad detegendum Honorio scelus Stiliconis miserat, Galliæ partem suæ multitudini petiit: Victuros se legibus Romanis, nec paruo futuros vsui imperio, bellisq; Romanis, nullisq; prouincialibus vel fide vel obsequio erga Romanos cessuros. Imperator ancipiti malo concussus in partem ditionis Gothos recipere, quàm Stiliconis perfidia sibi suisq; exitiū parare maluit. Neque enim primus detulerat ad Honorium Halaricus, quod Stilico coqueret scelus. Nec tamen tutum putabat quouis tempore virum tollere ex duabus vxoribus sibi socerum, & opibus supra priuatum fastigium pollentem, potentémque. Simul igitur cum legatis Gothorum literas ad Stiliconem mittit, vt primo quoque tempore Gothos in Galliam venire permittat. Nuncius hic fuit Stiliconi asper & importunus: quippe & se fraudari tanta spe videbat, & sua consulta palàm fieri suspicabatur. Hæsit aliquandiu acer & ferox animus, tandem quod tutius erat secutus, pariturum se iussis principis sui respondit. Sed ne res in totum è manibus elaberetur, Saulum quendam cum Iudaïcis copiis subornat, qui Gothorum vestigiis proxime insistens cæsis per occasionem aliquot millibus irritabilem populum ad fœdus rumpendum impellat. Saulus dominico die, quo ex vetere nostræ religionis instituto feriamur, quum toti rebus sacris intēti Gothi essent, impetū in eos facit, primóque tumultu aliquot ex eis sternit. Territi Gothi subito quantum in trepidatione rerū fieri poterat, nū ad arma concurrendū esset, consultant. Venerat eni in religionē festo seruatoris die arma tractare, humanum sanguinem fundere, cædes hominum facere. Sed quū Iudæi modum occidēdi trucidandíque non ponerent, sibi quisque consilium cœpit non expectato

Gothorū sedes.

Gothorū bella.

Gothi ab Hunnis sedibus suis pellū tur.

Valēs imperator uiuus crematur à Gothis.

Balthorū familia.

pectato communi, vt arma sui tuendi gratia indueret. Quumq; iam frequentes armati conuenissent, Halaricus pro tempore instructa acie imbelle genus hominũ facile sistit. Hinc connixi aliquantũ Gothi Iudæos fundunt, fugãtq;:Et questi coactos se à violatoribus humani iuris diuinum ius polluere ac contaminare, Christũ ipsum inuocantes, per cuius iuratum numen fœdus esset vtrinque sancitum,cuiusq; ferias contra suam volũtatem cruore,cædibus,strage fœdassent, ira incensi, per mediam Italiam ad vrbem ferre signa pergunt. Dimiserat Stilico nonnullos milites tanquam sine bello inutiles,quos ad præsentem terrorem coactus est ab imperatore repetere, simul cum supplemento copiarum, vt maximis viribus Gothorum conatibus obuiàm iretur. Honorius patefactis Stiliconis consiliis, magnam militum manum ad eum mittit, dato ducibus occulte negocio,vt opportuno rei agendæ tempore captato,Stiliconem cum filio obtruncent.Illi communicato inter se cõsilio,dieq; destinato, quo imperata principis strenue peragerent, diuersi Stiliconem ac filium adorti, & eos ipsos,& ex necessariis aliquot,qui vim parabant,Romæ in foro pacis interficiunt.Imprudens tamen & ignauus princeps,duce sublato, in eius locum neminem surrogauit,credo ne vllus parem nactus potentiam, similia moliretur. Ita exercitus sine præcipuo aliquo duce miserè à Gothis fusus,per multas clades terrorem Gothici nominis ingentem imbibit. Gothi superiores facti, ad vrbem Romam signa infesta ducunt, eamq; obsidione diu pressam,capiunt, diripiunt maiori tumultu atque expilatione rerum, quàm cædibus aut stupris, aliisq; tetris ac fœdis facinoribus,quæ vrbibus expugnatis committi per insolentiam militum solet. Halaricus enim vrbẽ ingressurus, duo in castris edicta proposuerat.Alterũ,à cæde & violatione hominum abstinerent, sibi eiusmodi res displicituras. Alterum, vt capitale esset,si quis eum qui ad templa principum Apostolorum confugisset læderet,aut ipsa templa violaret. Capta est à Gothis Roma,anno post eandẽ conditam M.C.LXIIII.Cal.April. Flauio & Varrone COSS. Quo pacto sit capta,parum explicant rerum scriptores.Baptista Egnatius se modum eius rei dicit ex Procopio Græco afferre,mirariq; interpretem vel eum locum scientẽ prudentemq; transiliisse: vel si in mutilum incidit codicẽ, parum animaduertisse,quid deesset. Procopium Græcũ nondum vidi:fides erit penes Egnatium,hominem diligentem ac bene doctum,quantum ex scriptis iudicare possum.Scribit ergo: Obsederat Romã Halaricus iam bienniũ,nec Honorius,qui Rauennæ desidebat,aut ferre suppetias poterat,aut audebat. Nam quum nihil minus quàm de vrbis salute solicitus esset,Stilicone interfecto, ducem exercitui minime præfecerat, qui rẽ aduersus Gothos administraret. Vnde Gothis obsidendæ vrbis cogitatio, Romano milite aut dilapso, aut segniter rem agente.Verum eam frustra obsessam, cum expugnare vi non possent,ad dolum hostis barbarus vertitur.Profectionem in patriam simulat, trecentosq; iuuenes corporis & animi vi præstantes deligit, quos Romanis principibus dono det, instructos prius, vt omni obsequio dominos suos promereri studeant:& ad certã diem circa meridiem,quum Romani principes somno vel ocio vacarent,ad Asinariam portam aduolent: interfectisq; improuiso insultu custodibus portã sibi præsto futuris aperiant. Interea Gothi quum reditum alia atque alia deesse sibi simulantes differrent, trecenti illi iuuenes occasione egregie vsi,portã stato die suis aperiunt, & intromissus Gothus maiore ignominia, quàm damno vrbem omnem populatur. Sunt qui Probæ illustris fœminæ & opulentissimæ opera patefactam Gothis portam existiment,quum plebem Romanam passim fame & morbis pecudum more cadentem miseraretur.duo sunt cognitu non indigna,vnum edictum ab Halarico fuisse,vt quicunque in templa diuorum confugerent,præcipue Petri & Pauli, his nulla vis inferreretur.quod & summa fide seruatum.Alterum quod quum nunciatum Honorio esset Rauennæ, Romam perditã, credidit ille de pugnaci Gallo, cui nomen erat Romæ, significatum esse,admiratumq; vehementer tam subito periisse eum, qui cum paulo ante festiuissimè luserat. Hæc Egnatius. Has omnes clades maledicentissima & impia gens religioni Christianæ imputabat, negans futurum,vt capta vnquam esset Roma,si deorum religiones à maioribus cultas traditásque posteris tenuissent. quasi vero non eãdem ob causam, quia violatum est ius humanum,Galli olim vigẽtibus,vt aiunt, maxime impiis illis insaniis,vrbem ceperint,& diruerint: ceu non multi imperatores Christiani optime rem gesserint. & tanquam non hæc inclinatio imperij & manifestus ad ruinam casus cœperit sub imperatoribus gentilibus, & non per eandem socordiam, ignauiamq; Honorius amiserit Romam,per quam Galienus Aegyptum,Asiam & Galliam, ad quarum perditarum rumores dictis luserit facetis. Aduersus hos igitur homines sanctæ religionis,etiam si nulla contigisset calamitas,inimicos,& infensos, libros conscripsit Augustinus duos & viginti ciuitatem dei,hoc est, Christianam religionem aduersus rabiosas atque impias eorum querelas defendens.

Stilico interficitur.

Halarici edicta.

Roma capta.

DIVI AVRELII AVGVSTINI IN LIBROS DE CIVITATE DEI, EX IPSIVS AVTHORIS RETRACTATIONVM LIBRO SECVNDO ARGVMENTVM.

INTEREA cùm Roma Gothorum irruptione, agentium sub rege Alarico,atque impetu magnæ cladis euersa est: cuius euersionem deorum falsorum,multorumque † cultores,quos vsitato nomine Paganos vocamus, in Christianam religionem referre conantes, solito acerbius, & amarius, deum verum blasphemare cœperunt. Vnde ego exardescens zœlo domus dei, aduersus eorum blasphemias,vel errores, libros de Ciuitate dei scribere institui. Quod opus per aliquot annos me tenuit,eò quòd alia multa intercurrebant,quæ differre nõ oporteret:& me prius ad soluendum occupabant.Hoc autem de Ciuitate dei grande opus,tandem viginti duobus libris est terminatum: quorum quinque primi,eos refellunt,qui res humanas ita prosperari volunt,vt ad hoc multorum deorum cultum,quos Pagani colere consueuerunt,necessarium esse arbitrentur: & quia prohibentur,mala ista exoriri atque abundare contendunt. Sequentes autem quinque aduersus eos loquuntur,qui fatentur hæc mala, nec defuisse vnquam, nec defutura mortalibus: & ea nunc magna,nunc parua,locis, temporibus, personisque variari: sed deorum multorum cultum,quo eis sacrificatur,propter vitam post mortem futuram, esse vtilem disputant. His ergo decem libris,duæ istæ vanæ opiniones Christianæ religioni aduersariæ,refelluntur.Sed ne quisquam nos aliena tantum redarguisse, non autem nostra asseruisse,reprehenderet, id agit pars altera operis huius, quæ duodecim libris continetur. Quãquam, vbi opus est,& in prioribus decem,quæ nostra sunt,asseramus,& in duodecim posterioribus redarguamus aduersa. Duodecim ergo librorum sequentium, primi quatuor continent exortum duarum ciuitatum: quarum est vna dei,altera huius mundi.Secundi quatuor, excursum earum,siue procursum. Tertii verò,qui & postremi,debitos fines.Ita omnes viginti & duo libri,cum sint de vtraque ciuitate conscripti,titulum tamen à meliore acceperunt, vt de ciuitate dei potius vocarentur.In quorum decimo libro non debuit pro miraculo poni in Abrahæ sacrificio, flammam cœlitus factam inter diuisas victimas cucurrisse: quoniã hoc illi in visione monstratum est. In decimoseptimo libro,quod dictum est de Samuẽle, nõ erat de filiis Aaron: dicendum potius fuit,non erat filius sacerdotis. Filios quippe sacerdotum, defunctis sacerdotibus, succedere magis legitimi moris fuit. Nam in filiis Aaron reperitur pater Samuẽlis, sed sacerdos non fuit: nec ita in filiis, vt eum ipse genuerit Aaron:sed sicut omnes illius populi dicuntur filii Israël.Hoc opus sic incipit,Gloriosissimam ciuitatem dei,&c.

† *mitorumq;*

ARGVMENTI FINIS.

ELENCHVS CAPITVM

PRIMI LIB. DE CIVITATE DEI, AD MARCELLINVM.

i De aduersariis nominis Christi,quibus in vastatione vrbis propter Christum Barbari pepercerunt victis.

ii Quòd nulla vnquam bella ita gesta sint, vt victores propter deos eorum quos vicerant,parcerent victis.

iii Quòd imprudenter Romani deos penates,qui Troiam custodire nõ poterant, sibi crediderint profuturos.

iiii De asylo Iunonis in Troia,quod neminem liberauit â Græcis:& basilicis Apostolorum,quæ omnes ad se confugientes,â Barbaris defenderunt.

v De generali cõsuetudine hostiũ,victas ciuitates euertentiũ,quid Cato senserit.

vi Quòd ne Romani quidem ita vllas ceperunt ciuitates,vt in templis earũ parcerent victis.

vii Quòd in euersione vrbis,quæ asperè gesta sunt,de consuetudine acciderint belli:quæ verò clementer,de potentia prouenerint nominis Christi.

viii De commodis atque incõmodis,quæ bonis, atq; malis plerunq; cõmunia sunt.

ix De causis correptionum,propter quas,& boni,& mali pariter flagellantur.

x Quòd sanctis in amissione rerum temporalium nihil depereat.

xi De fine temporalis vitæ,siue longioris,siue breuioris.

xii De sepultura hũanorũ corporũ,quæ Christianis etiã si fuerit negata,nil adimit.

xiii Quæ sit ratio sanctorum corporum sepeliendi.

xiiii De captiuitate sanctorum,quibus nunquam diuina solatia defuerunt.

xv De Marco Regulo,in quo captiuitatis ob religionem etiam sponte tolerandæ extat exemplum,quod tamen illi deos colenti prodesse non potuit.

xvi An stupris,quæ etiam sanctarum forte virginum est passa captiuitas,contaminari potuerit virtus animi,sine voluntatis assensu.

xvii De morte voluntaria ob metum pœnæ,siue dedecoris.

xviii De aliena violentiarũ libidine,quã in oppresso corpore mẽs inuita perpetitur.

xix De Lucretia,quæ se ob illatum sibi stuprum peremit.

xx Nullam esse authoritatem, quæ Christianis in qualibet causa ius volũtariæ necis attribuat.

xxi De interfectionibus hominum,quæ ab homicidii crimine excipiuntur.

xxii Quòd nunquam possit mors voluntaria ad magnitudinem animi pertinere.

xxiii Quale exemplum sit Catonis,qui se,victoriam Cæsaris non ferens, interemit.

xxiiii Quòd in ea virtute,qua Regulus Catone præstãtior fuit, multò magis emineant Christiani.

xxv Quòd peccatum,non per peccatum debeat declinari.

xxvi De his quæ fieri non licet,cum à sanctis facta noscuntur, qua ratione facta credenda sint.

xxvii An propter declinationem peccati,mors spontanea appetenda sit.

xxviii Quo iudicio dei in corpora continentium libido hostilis peccare permissa sit.

xxix Quid familia Christi respondere debeat infidelibus,cum exprobrãt,quòd eam à furore hostium non liberauerit Christus.

xxx Quàm pudendis prosperitatibus affluere velint, qui de Christianis tẽporibus conqueruntur.

xxxi Quibus vitiorum gradibus aucta sit in Romanis cupido regnandi.

xxxii De Scenicorum institutione ludorum.

xxxiii De vitiis Romanorum,quos patriæ non correxit euersio.

xxxiiii De clementia dei,quæ vrbis excidium temperauit.

xxxv De latentibus inter impios ecclesiæ filiis, & de falsis intra ecclesiã Christianis.

xxxvi De quibus causis sequenti disputatione sit differendum.

A

DIVI AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, AD MARCELLINVM DE CIVITATE DEI, CONTRA PAGANOS, LIBER PRIMVS.

De aduersariis nominis Christi, quibus in uastatione urbis propter Christum Barbari pepercerunt,uictis. Cap. I.

GLORIOSISSIMAM Ciuitatem dei,siue in hoc temporum cursu, cum inter impios peregrinatur ex fide viuens[a], siue in illa stabilitate sedis æternæ, quam nunc expectat per patientiam, quoadusq; iustitia conuertatur in iudicium[b], deinceps adeptura per excellentiam victoria vltima & pace perfecta, hoc opere ad te instituto, & mea promissione debito, defendere aduersus eos, qui conditori eius deos suos præferũt, fili charissime Marcelline[c], suscepi. Magnum opus, & arduum , sed deus adiutor nosterſestl. Nam scio, quibus viribus opus sit, vt persuadeatur superbis, quanta sit virtus humilitatis,qua fit vt omnia terrena cacumina temporali mobilitate nutantia,non humano vsurpata fastu, sed diuina gratia donata cellsitudo transcendat. Rex enim θ deus θ & conditor ciuitatis huius, de qua loqui instituimus,in scriptura populi sui sententiam diuinæ legis aperuit, qua dictum est: Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Hoc verò quod dei est[d], superbæ quoq; animæ spiritus inflatus affectat, amátque sibi in laudibus dici:

Iacob.4. *1.Petri.5.*

Parcere[e] subiectis & debellare superbos.

Aeneid. 6.

Vnde etiam de terrena ciuitate, quæ cum dominari appetit, & si populi seruiant,ipsa ei dominandi libido[f] dominatur: non est prætereundum silentio, quicquid dicere suscepti huius operis ratio postulat,& facultas datur. Ex hac nanque existunt inimici, aduersus quos defendenda est dei ciuitas: quorum tamen multi correcto impietatis errore,ciues in ea fiunt satis idonei: multi verò in eam tantis exardescunt ignibus odiorum, támque manifestis beneficijs redemptoris eius ingrati sunt, vt hodie contra eam linguas[non] mouerent,nisi ferrum hostile fugiẽtes, in sacratis eius locis vitam , de qua superbiunt , inuenirent. An non etiam illi Romani Christi nomini infesti sunt, quibus propter Christum Barbari pepercerunt? Testantur hoc martyrum loca,& Basilicæ Apostolorum,quę in illa vastatione vrbis ad se confugientes suos[g] alienósque[h] receperunt. Hucusque cruentus sæuiebat inimicus: ibi accipiebat limitem trucidatoris furor:illò ducebantur à miserantibus hostibus,quibus etiam extra ipsa loca pepercerant, ne in eos incurrerent,qui similem misericordiã non habebant. Qui tamen etiam ipsi alibi truces atque hostili more sæuientes , postea quàm ad loca illa veniebant, vbi fuerat interdictum, quod alibi iure belli licuisset, tota feriendi refrenabatur immanitas, & captiuandi cupiditas frangebatur. Sic euaserunt multi qui nunc Christianis temporibus detrahunt: & mala, quæ illa ciuitas pertulit, Christo imputant: Bona verò quæ in eos, vt viuerent propter Christi honorem, facta sunt, non imputant Christo nostro,sed fato suo:cum potius deberent, si quid rectè saperent, illa quæ ab hostibus aspera & dura perpessi sunt,illi diuinæ prouidentiæ tribuere, quæ solet corruptos hominum mores bellis emendare atque conterere: itemq; vitam mortalium iustam atque laudabilem,talibus afflictionibus exercere, probatámque vel in meliora transferre, vel in his adhuc terris propter vsus alios detinere.Illud verò quòd eis vel vbicunque, propter Christi nomen vel in locis Christi nomini dicatissimis & amplissimis,ac pro largiore misericordia ad capacitatem multitudinis electis,præter bellorum morem truculenti Barbari pepercerunt, hoc tribuere temporibus Christianis:hinc deo gratias agere, hinc ad eius nomen veraciter currere, vt effugiãt pœnas ignis æterni[k]. Quod nomen multi eorum mẽdaciter vsurparunt,vt effugerent pœnas præsentis exitij. Nam quos vides petulãter & procaciter insultare seruis Christi, sunt in eis plurimi qui illum interitũ cladémque[l] non euasissent, nisi seruos Christi se esse finxissent.Et nunc ingrata superbia atque impijssima insania, eius nomini resistunt corde peruerso,vt sempiternis tenebris puniantur, ad quod nomen ore θ vel θ subdoloconfugerunt,vt temporali luce fruerentur.

[l] al. qui illam meritã cladem.

IOANNIS LODOVICI VIVIS Valentini,in primum librum de Ciuitate dei D. Aurelij Augustini commentaria. Cap.I.

EX FIDE viuens.) Habacuc secundo:Iustus ex fide viuit.Idem sæpenumero Paulus. Hoc est enim vitæ huius viaticũ. Apud Prophetam varie legitur, tum ex fide mea, tum ex fide sua viuet. *Sic* verterunt septuaginta, ἐὰν ὑποστείλῃται ἐκ πίστεως μου. b Iustitia conuertatur in iudicium.) Psalmo nonagesimo tertio. Hebraica veritas habet: Quoniam in iustitiam conuertetur iudiciũ. De consummatione seculi intelligitur, de quo est id, quod sequitur: Victoria vltima. Pugnat hic ecclesia quotidie,& vincit quotidie. Sed finis vnius belli gradus est alterius. Tunc erit ei vltima & perfecta victoria, quum tota in cœlos translata in regno erit pacis pacifici regis Christi Iesu. c Marcelline.) Extant inter epistolas Augustini aliquot ad Marcellinum, & huius vicissim ad Augustinum. Familiaritas eorum videtur conciliata in Aphrica. Sic enim Orosius scribit de Marcellino: In his diebus præcipiente Honorio, & adiuuante Constantino, pax & vnitas per vniuersam Aphricam ecclesiæ catholicæ reddita est, & corpus Christi,quod nos sumus,grata discessione sanatũ est, imposita executione sancti præcepti Marcellino tribuno viro in primis prudenti & industrio, omniúmque bonorum studiorum appetentissimo. d Hoc verò quod dei est.) Vel quòd illi superbia sua sibi attribuerent,quod esset dei, resistere videlicet superbis. Vel quòd tam inusta est superbia etiam superbis,vt superbissima Romana gens gaudeat inter laudes illud suas poni,quòd superbos debellet.Superbos fuisse Romanos,& alijs superbis superbiæ eorum gratia succensuisse, declarant Catonis Censorij verba, ex oratione,quam pro Rhodiensibus in senatu habuit: Rhodienses,inquit, superbos esse aiunt, id obiectantes, quod mihi de liberis meis dici nolim, Sunt sanè superbi. quid id ad nos attinet? Id ne irascimini,si quis superbior est, quàm nos? Addit his verbis Gellius lib.vij.Nihil prorsus hac compellatione dici potest, neque grauius, neque munitius aduersus homines superbissimos facta,qui superbiam in sese amarent,in alijs reprehenderent. e Parcere.) Vergilius in vj.Aeneid. quum laudes aliarum gentium,quibus Romanos antecellunt, percensuisset,ad Romanos conuersus,inquit: Tu regere imperio populos Romane memento.Hæ tibi erunt artes,pacíque imponere morem,Parcere subiectis,& debellare superbos. Paci imponere morem,eadem forma dicitur, qua morem gerere & morem pati. f Ipsa ei dominandi libido.) Vetus est,Tyranno seruire subiectos,ipsum Tyrannum suis libidinibus & voluptatibus. Sic de Persarum rege dicebat Diogenes Cynicus.Sic Cicero in paradoxis de Cæsare. g Suos) Christianos. h Alienos) qui Christi pietatem non colunt, quos ipse Augustinus vocat Paganos. i Bellis emendare.) Hoc planè cõspicuum est in Romanis,qui meliores erant bellorum temporibus, quàm altissima in pace. k Pœnas ignis æterni.) Non has temporales solum & planè momentaneas.

Marcellinus. *Roma. superbia.* *Pagani.*

Quod nulla unquam bella ita gesta sunt,ut uictores propter deos eorum quos uicerant parcerent uictis. Cap.II.

QOt bella gesta [quæ] conscripta sunt, vel antè conditam Romam, vel ab eius exortu & imperio,legant, & proferant sic ab alienigenis

G aliquam captam esse ciuitatem, vt hostes qui ceperant parcerent eis, quos ad deorum suorum templa confugisse compererant: aut aliquem ducem barbarum præcepisse, vt irrupto oppido nullus feriretur, qui in illo vel illo templo fuisset inuentus.

Nónne vidit Aeneas[a], Priamum per aras
Sanguine fœdantem, quos ipse[b] sacrauerat ignes?
Nónne Diomedes[c] & Vlysses, cæsis summæ custodibus arcis,
Corripuere sacram effigiem, manibúsque cruentis
Virgineas[d] ausi diuæ contingere vittas?

Nec tamen quod sequitur verum est[e],
Ex illo fluere, ac retro sublapsa referri
Spes Danaûm. Postea quippe vicerunt, postea Troiã
ferro ignibúsque delerunt, postea confugientem ad
aras Priamum obtruncauerũt. Nec ideo Troia perijt,
quia Mineruam perdidit. Quid enim prius ipsa Minerua perdiderat, vt periret? An forte custodes suos?
Hoc sanè verum est, illis quippe interemptis potuit auferri. Neque enim homines à simulachro, sed simulachrum ab hominibus seruabatur. Quomodo ergo colebatur[f], vt patriam custodiret & ciues, quæ suos non valuit custodire custodes?

a NOnne vidit Aeneas.) Secundo Aeneidos: Vidi Hecubam, centúmque nurus Priamúmque per aras &c. Id contigit nocte qua Troia est à Græcis capta & incensa, quum Neoptolemus Pyrrhus, Achillis filius, Priamum ad aras occidit. b Quos ipse.)

H Qua in re maior est indignitas, quasi nec illi dij profuerint ei, quos idem ipse constituerat, & illo in loco dicauerat. Credo de Vesta intelligi, in cuius æde perpetuus seruabatur ignis. Commentatores Vergilij parum id explicant. Liberum sit vnicuique existimare. c Nónne Diomedes) Et hoc ex Vergilio eodem libro verbis Sinonis de Palladio intelligendum, quod Diomedes & Vlysses bello Troiano rapuerunt ex Mineruæ templo. Nec sunt sacrilegium veriti cui cædem adiunxerunt, & nihilominus Troianos Græci vicêre. Palladium simulachrum est Palladis, de quo tam varia tradunt rerum scriptores, vt ineptum ducam persequi longus eorum opinjones. Excerpam tamen ex Varrone, Dionysio Halicarnasseo, Ouidio, Plutarcho & Seruio, quæ mihi verisimiliora videbuntur. Chrysas Pallantis filia, quum Dardano nuberet, pro dote secum attulit Palladium, & magnorum deorum simulachra, quibus templa Dardanus in Samothracia cõstruxit, quæ postea sacra in Ilium sunt nepotum tempore transuecta, accepto oraculo mansuram vrbem, quandiu & in ea Palladium illud. Quocirca in intimam arcis partem est reconditum, efficto altero quodam Palladio illi simillimo, quod in publico negligentius asseruabatur. Quúmque Pyrrhus ex Heleno vate Priami filio, inexpugnabilem esse Troianam vrbem, saluo in ea Palladio, cognouisset, idque principibus Græcorum renunciasset, Vlysses & Diomedes per fraudem primùm ingressi, deinde facta in custodes vi, Palladium illud imaginarium surripuerunt: alterum capta iam vrbe, Sycas Aeneæ tradidit cum magnis dijs, quos Penates Troianos vocãt. Aeneas in Italiam illa omnia secum aduexit. Hinc ex Alba longa, siue vt Varro putat, ex Lauinio Romam Palladium translatũ est, statutúmque in æde Vestæ, quæ quum deflagraret, L. Metellus Pont. Max. Palladium medio ex incendio sustulit, amissis luminibus: hoc Palladiũ vulgo conspectum est Heliogabalo Imperatore incensa æde Vestæ. Herodianus. Fuit alterum Palladium, quod Athenis in arce dicauit Nicias. d Virgineas) Nam Pallas virgo semper fuit. e Nec tamẽ quod sequitur verum est) Nimirum, nam à mendace Sinone dicitur, quãquam verum esse potest, spem Danaûm esse nunc fractam, sed nihilominus Troiam ceperunt.

I f Quomodo ergo colebatur.) Argumentum à minore, quî poterit seruare ciues & patriam, quum ne custodes quidem potuerit seruare, quod erat minus, & certè natura ipsa prius,

Palladiũ.

Quàm imprudenter Romani deos Penates, qui Troiam custodire non potuerant, sibi crediderunt profuturos.
Cap. III.

*†qualibus

RIdere quibus*†diis vrbem Romani seruandam se commendasse gaudebant. O nimium miserabilem errorem. Et nobis succensent cum de dijs eorum talia dicimus, nec succensent authoribus suis, quos vt edifcerent, mercedem dederunt. Doctoréque ipsos † insuper, & salario publico, & honoribus dignissimos habuerunt. Nempe apud Virgilium, quẽ propterea paruuli legunt, vt videlicet Poëta magnus omniúmque præclarissimus atque optimus, teneris ebibitus annis *† non facile obliuione possit aboleri, secundum illud Horatij,

†ipsos.

†animis.

Quo semel[a] est imbuta recens seruabit odorem. K
Testa diu. Apud hunc ergo, Vergilium nempe,
Iuno inducitur infesta Troianis, Aeolo ventorum regi aduersus eos irritando dicere, Gens inimica[b] mihi *Aenei.i.*
Tyrrhenum nauigat æquor,
Ilium in Italiam portans, victósque Penates.
Itáne istis Penatibus[c] victis, Romam ne vinceretur, prudentes commendare debuerunt? Sed hæc Iuno[d] dicebat velut irata mulier, quid loqueretur ignorans. Quid Aeneas ipse pius[e] toties appellatus, nónne ita narrat?
Panthus[f] Otriades, arcis Phœbíque sacerdos,
Sacra manu, victósque deos, parúmque nepotem
Ipse trahit, cursúque amens ad limina tendit.
Nónne deos ipsos, quos victos non dubitat dicere, sibi potius quàm se illis perhibet commendatos, cum ei dicitur,
Sacra, suósque[g] tibi commendat Troia Penates?

Si igitur Virgilius tales deos, & victos dicit, &, vt vel victi quoquo modo euaderent, homini commendatos, quæ dementia est existimare his tutoribus Romam sapienter fuisse commissam, & nisi eos amisisset, non potuisse vastari? Immò verò victos deos tanquam præsides ac defensores colere, quid est aliud quàm tenere non numina bona, sed dæmonia mala[h]? Quanto enim sapientius creditur, [non] Romam ad istam cladem non fuisse venturam, nisi prius illi perissent, sed illos potius olim fuisse perituros, nisi eos, quãtum potuisset, Roma seruasset. Nam quis non, cum aduerterit, videat, quanta sit vanitate præsumptum, non posse vinci sub defensoribus victis, & ideo perisse, quia custodes[i] perdidit suos deos: cũ vel sola potuerit esse causa pereundi, custodes habere voluisse perituros? Non itaq; cum de dijs victis illa conscriberentur, atq; canerentur, poëtas libebat mentiri, sed cordatos homines cogebat veritas cõfiteri. Verùm ista opportunius alio loco diligenter, copioseq; tractanda sunt. Nunc quod institueram, de ingratis hominibus dicere, parumper explicem *, vt possum: qui ea mala quæ pro suorum morum peruersitate merito patiuntur blasphemãtes, Christo imputant. Quod autẽ illis etiam talibus propter Christũ parcitur, nec dignantur attendere, & eas linguas aduersus eius nomen dementia sacrilegæ peruersitatis * exercent, quibus linguis vsurpatierũt mendaciter ipsum nomẽ, vt viuerent. Vel quas linguas in locis ei sacratis metuẽdo præsserunt, vt illic tuti atq; muniti essent, vbi propter eum illæsi ab hostibus fuerant, inde in eum maledictis hostilibus prosilirent.

expediã.

aliás, pro teruitatis.

a QVo semel) Horatius epistola ij. Citatur passim in argumentum virium assuefactionis in animis teneris: quale est illud ciusdẽ, Neq; amissos colores Lana refert medicata fuco. b Gens inimica.) primo Aenei. Erat Iuno Troianis inimica: primùm quòd genus ducebant à Dardano Iouis & Electræ filio, quæ fuit Iunonis pellex. Secundum, quia raptus Ganymedes Trois filius, Hebæ ipsius Iunonis filiæ erat ministerio prælatus. Tertiũ q; Antigone Laomedontis filia Iunonis formã spreuit, idcirco versa in cicadam. Postremo, quod in iudicio de forma, victa discesserat, iudice Paride Priami filio. c Itáne istis penatibus) De penatibus maior est & intricatior disputatio, quàm de Palladio. Penates quasi penites existimo dici, qd̃ penitissimi sunt dij, & proprij. Macrobio illorũ placet sententia, qui deos penates dixerũt esse, per quos penitus spiramus, per quos habemus corpus, per quos rationem animi possidemus. Itaque penates sunt præsides & custodes dij. Penates totius generis humani putarunt, Pallada summum æthera, Iouẽ medium æthera, Iunonem infimũ. Sunt & cœlo penates sui, vt Martianus Capella in nuptijs ludit. In terra sunt & sui cuique ciuitati, sui cuiq; domui penates. Nam vnaquæque domus, parua quædam est ciuitas, seu potius vnaquæq; ciuitas, magna quædam domus. Et vt singulæ ciuitates domusq; penates habent suos, ita & focũ quoq;. Quin & curiæ singulæ singulas habent Vestas à Romulo constitutas, vt scribit Dionysius Halicarnasseus, quibus Numa, qui Romulo successit, Vestam communẽ superinduxit, hoc est, focum vrbis, vt interpretatur secundo de legibus Cicero. Iam qui fuerint dij penates, quos

M Iunonis inimicitiæ cũ Troianis.

Penates.

Penates Troiani.

Aeneas

A Aeneas in Italiam portauit, non conuenit. Macrobius ex varijs varia colligit. Sunt qui Neptunum & Apollinem velint, quos legimus muros Troianos extruxisse. Alij Vestam dicunt. Nam Vergilius quũ dixisset: Sacra, suósq; tibi commendat Troia penates, mox addit,
Sic ait, & manibus vittas, Vestamque potentem
Aeternumque adytis effert penetralibus ignem.
Vestam non tam puto ex penatibus fuisse, quàm penatibus additum focum. Ideo dictator cæteriq; magistratus Romani, quo die dignitatẽ inibant, Vestæ & penatibus sacra faciebant. De Vesta & penatibus sic scribit ij. de natura deorũ Cicero. Nam Vestæ nomen à Græcis. Ea est enim quæ ab illis ἑστία dicitur. Vis autem eius ad aras & focos pertinet. Itaque in ea dea quæ est rerum custos intimarum, omnis & precatio, & sacrificatio externa est. Nec lõge absunt ab hac vi dij penates, siue à penu ducto nomine (est enim omne quo vescũtur homines penus) siue ab eo quo penitus insident, ex quo etiam penetrales à poëtis vocantur. tantum ille. Sed hoc loco non vacat prolixe disputare de his rebus. Dionysius lib. j. in templo obscuro & humili, quod est haud procul foro, duas deorum Troianorum imagines se vidisse perhibet, duorum iuuenum sedentium, pilaq; habentium in manibus, vetera artis huius opera, quibus sit inscriptio: D. penates, similesq; vetustis plerisque in templis conspici iuuenes militari habitu cultuq;. Nõ dubito quin isti sint Castor & Pollux: nam alijs locis penates Po. R. o. nominantur: quod Prudentius significat aduersus Symmachum, Gemini quoque fratres, corrupta de matre nothi Lædeia proles, Nocturnique equites celsæ duo numina Romæ, Impendent retinéntque solo, magnique triumphi, Nuncia suffuso figant vestigia plumbo. Isti tamen penates Troiani non fuerunt, qui sub ipsum Troianum bellum vitæ concesserant, rapta iam Helena. Ideo illa ignara eorum mortis requirit eos inter Græcos Proceres de muris Troianis spectans apud Homerum Ili. γ. Sed neq; hi sunt dij magni. Varro. iij. de lingua Latina: Terra enim & cœlũ, vt Samothracum initia docent, sunt dei magni, & hi, quos dixi, multis nominibus. Nam neque quas Samothracia ante portas statuit duas virilis species Aeneas, dij magni: neque vt vulgus putat, ij Samothraces dij qui Castor & Pollux. hæc ille. Penates Troiani erant magni dij, quòd μεγάλοι, qui vrbi & Latio præsidebant. Inter quos erant Palladium, & ignis sem piternus. hinc Vergilius: Vestaque mater Quæ Thuscum Tyberim, & Romana palatia seruas. Quanquàm peculiarem illum vrbis tutelarem deum nominare nephas existimant, nec putatur Vesta. Illumque quod Valerius Soranus ausus esset prodere, nec deditus est. Sed hac de re iam nimio plura. d Sed hæc Iuno) Nam Seruius & Donatus propterea victos penates Iunonem dixisse aiunt, vt contemnendos faceret, ne religioni esset Aeolo, quòd aduersum deos aliquid esset facturus. e Pius) Pius in deos, pius in patrem, pius in filium, quos omnes ex incendio eripuit. Est enim pietas officiosus erga deos, patriam, parentes, sanguine coniunctos cultus: denique gratitudo iis quibus debemus. f Panthus) ij. Aeneid. Ecce autem telis Panthus elapsus Achiuũm, Panthus Otriades &c. g Sacra suósque) Verba sunt Hectoris per quietem ab Aenea visi. Romam ad istam cladem.) Argumentũ ab euentu vnius rei ad euentum alterius similis. Sensus est depraauatus, sic est legẽdum, non Romam ad istam cladem: vt sit, sapientius multo existimaretur, si non illud putaretur Romam ad hanc cladem non fuisse venturam, nisi illi periissent, sed illud putaretur potius: illos olim &c. h Sed dæmonia mala.) Nam malos & ignauos fuisse aliquos dæmonas fatebantur veteres. Genius enim alius alio præstabat, & virtute, & sapientia, & viribus. Erat enim alacrior & celsior genius Augusti genio Marci Antonij, vt magus ille Aegyptius dixit apud Plutarchũ in vita M. Antonij. Nec Christiana religio negat inter angelos, interq; dæmonas alios aliis esse natura & viribus excellẽtioribus. i Custodes.) Tales quales Plato dicit in sua Politia esse magistratus ebriosos & voluptarios, qui custodibus ipsi indigeãt.

Penus.

Magni dii.

Pietas.

Genius alius alio præstantior.

aliás, donanda.

De asylo Iunonis in Troia, quod neminem liberauit à Græcie, & Basilicis Apostolorum quæ omnes ad se confugientes à Barbaris defenderunt. Cap. IIII.

C IPsa, vt dixi, Troia mater Romani populi[a], sacratis in locis deorum suorum munire non potuit ciues suos ab ignibus ferroq; Græcorũ eosdem ipsos, deos colẽtium: quinetiã Iunonis asylo[b]. Custodes lecti Phœnix[c], & dirus Vlysses
Prædam asseruabant: huc vndique Troïa gaza
Incensis erepta adytis, mensæque deorum:
Crateresq; auro solidi, captiuaq; vestis
Congeritur: pueri & pauidæ longo ordine matres
Stant circùm. Electus est videlicet locus tãtæ deæ sacratus, non vnde captiuos nõ liceret educere, sed vbi captiuos liberet includere. Cõpara nunc asylũ illud non cuiuslibet dei gregalis, vel de turba plebis, sed Iouis ipsius sororis & coniugis, & reginæ omniũ deorum, cum memorijs nostrorũ Apostolorum. Illuc incensis tẽplis & dijs erepta spolia portabãtur, non reddenda* victis, sed diuidenda victoribus: huc autẽ, & quod alibi[d] ad ea loca compertũ est pertinere, cum honore & obsequio religiosissimo reportatũ est. Ibi amissa, hic seruata libertas: ibi clausa, hic interdicta captiuitas: ibi possidẽdi

aliás, donanda.

à dominãtibus hostibus premebantur, huc liberandi à miserantibus hostibus ducebantur. Postremo illud Iunonis templum sibi elegerat auaritia & superbia leuiũ Græcorum[e]*†: istas Christi Basilicas misericordia & humilitas etiã immaniũ[f] Barbarorũ. Nisi forte Græci quidam, in illa sua victoria, templis deorum communium[g] pepercerunt: atque illò confugientes miseros victosq; Troianos ferire, vel captiuare non ausi sunt. Sed Virgilius poëtarũ more illa mẽtitus est. Imò verò morem[h] hostium ciuitates euertentium ille, descripsit.

D

†alids, Græculorum.

MAter Romani populi.) Nam à Troianis, qui sub Aenea in Italiam venerunt conditũ est Lauinium, à Lauinianis Alba longa, ab Albanis Romani. Salustius vrbem Romã condidisse atq; habuisse initio Troianos narrat, qui Aenea duce sedibus vagabantur incertis. b Iunonis Asylo.) Verba sunt Aeneæ. ij. Aeneidos. c Phœnix.) Amintoris filius, Achillis fuit magister, qui docebat eũ & benefacere & benedicere, vt Homerus ait lib. Iliad. viij. d Quod alibi) Magna vis auri est è Vaticano surrepta, & iussu Halarici reddita, vt Orosius scribit lib. vij. e Leuiũ Græcorum.) Hæc est Græcorum apud Romanos nota, quos ideo Græculos dicebant; & sunt quidam Augustini Codices qui habẽt Græculorũ. Cicero pro Flacco: Quo loco etiam atq; etiã facite vt recordemini, quæ sit temeritas multitudinis, quæ leuitas propria Græcorũ. Idem significat Lucianus in mercede seruientibus: & Iamblichus Græcos suos ingenio leues nominat. f Etiam immanium.) Ad pondus cõparationis hoc facit: nã Barbari Græcis opponuntur, & non quilibet Barbari, sed immanes, iis qui videri volunt à se profectã humanitatẽ. Cicero ad Q. fratrem qui minori Asiæ, quæ Græca est, præerat: Quum verò ei generi hominum præfimus, non modo in quo ipsa sit, sed etiam à quo ad alios peruenisse putetur humanitas, certe iis etiã eam potissimum tribuere debemus, à quibus accepimus. g Communium.) Nam eosdẽ deos colebant Græci & Troiani. h Immò verò morem.) Ne magis similis crudelitatis reprehensio ad Græcos quàm ad cæteras videatur gentes pertinere, quum in vrbes hostiliter irrumpunt.

a

Phœnix.

Græci leues.

Humanitas à Græcis profecta.

Hoc caput iungatur superiori.

E

De generali consuetudine hostium victas ciuitates euertentiũ, quid Cæsar senserit. Cap. V.

QVem morem etiã Cæsar[a], sicut scribit Salustius, nobilitatæ veritatis historicus, sententia sua quam de coniuratis in senatu habuit, commemorare nõ prætermittit: Rapi virgines, pueros diuelli, liberos à parentũ complexu, matres familiarum patiq; victoribus collibuisset, phanaq; domos spoliari, cædem & incendia fieri. Postremò armis, cadaueribus, cruore atq; luctu omnia compleri. Hic si phanatacuisset, deorum sedibus solere hostes parcere putaremus: & hæc nõ ab alienigenis hostibus, sed à Catilina[b] & sociis eius nobilissimis senatoribus, & Romanis ciuibus Romana templa metuebant. Sed hi videlicet perditi & patriæ parricidæ.

a

QVem morem etiã Cæsar) C. Cæsar tũ prætor, qui postea fuit Dictator, deprehẽsa coniuratione Catilinæ, rogatus à Cicerone cõsule quid de cõiuratis ceseret faciundũ, ea dixit, quæ Salustius literis mãdauit. Nec solum illo ciuili, de quo tunc agebatur bello, ea futura dicit mala, sed eiusmodi ait belli esse sæuitiam, ea solere victis accidere. Cicero in Verrem, Mitto adhibitam vim ingenuis, matresfamiliãs violatas, quę tum vrbe capta cõmissa non sunt, neque odio hostili, neque licentia militari, neque more belli, neque iure victoriæ. Sic ille. b Catilina.) Nota est historia ex Salustio, & ipse de ea alio in loco nonnulla dicam.

F

Quòd nec Romani quidem ita ullas ceperunt ciuitates, ut in templis earum parcerent uictis. Cap. VI.

QVid ergo per multas gẽtes, quæ inter se bella gesserũt, & nusquam victis in deorũ suorũ sedibus pepercerũt, noster sermo discurrat? Romanos ipsos videamus, ipsos inquam recolamus: respiciamusq; Romanos de quorũ prẽcipua laude dictũ est: Parcere subiectis, & debellare superbos: Et quod accepta iniuria[a] ignoscere malebãt quàm persequi: quando tot tãtasq; vrbes, vt late dominarẽtur, expugnatas, captasq; euerterũt, legatur nobis quæ tẽpla excipere solebant, vt ad ea quisquis cõfugisset liberaretur? An illi faciebant, & scriptores earundẽ rerum gestarũ ista reticebant: Itáne verò, qui ea quæ laudarẽt maxime requirebant, ista præclarissima secundũ ipsos pietatis indi-

G cia præterirent? Egregius Romani nominis Marcus
Marcellus[b] qui Syracusas vrbẽ ornatissimã[c] cepit, re-
Marcellus. fertur eã prius fleuisse ruituram, & ante eius sanguinẽ
suas illi lachrymas[d] effudisse. Gessit & curã[e] pudicitiæ,
etiã in hoste seruandæ. Nã priusquàm oppidũ victor
iussisset inuadi, constituit edicto, ne quis corpus liberũ
violaret. Euersa est tamen ciuitas more bellorum, nec
vspiã legitur ab imperatore tã casto atq; clemẽti fuisse
Thaberetur. præceptũ, vt quisquis ad illud vel illud templũ fugis-
set, abiret? Illęsus. Quòd vtiq; nullo modo præteriretur, quãdo nec eius fletus, nec quod edixerat pro pudicitia minime violãda potuit taceri. Fabius Tarentinæ
Fabius. euersor vrbis[f], à simulachrorũ deprędatiõe se abstinuisse laudatur. Nã cũ ei scriba[g] suggessisset quid de signis deorũ, quę multa capta fuerant fieri iuberet, cõtinentiã suam etiã iocando cõdiuit. Quæsiuit enim cuiusmodi essent: & cũ ei non solũ multa grãdia, verumetiam renunciarentur armata, relinquamus, inquit, Tarẽtinis deos iratos. Cũ igitur nec illius fletũ, nec huius risum, nec illius castã misericordiã, nec huius facetam cõtinẽtiam, Romanarũ rerũ gestarũ scriptores tacere potuerunt, qñ prętermitterent si aliquibus hoibus in honorẽ cuiuspiam deorũ suorũ sic pepercissent, vt in quoquam templo cædem vel captiuitatem fieri prohiberent?

a
H ET quod accepta iniuria.) Salustius in Catilinario bello, de vete-
ribus Romanorum moribus loquens, de quibus eisdem est illud
elogium: Ignoscendo creuisse. b Marcus Marcellus) Claudię
Ignoscendo creuisse. gentes duæ fuerunt: altera patritia, quæ originẽ sumpsit ab Ap-
pio illo Claudio, qui sub recentem regum expulsionẽ, ex Regillo Sabi-
norum Romam commigrauit, & in senatum, interq; patritias gẽtes le-
cta est. Altera fuit plebeia quidem, sed nec potentia minor, vt Suetonius
Claudii. inquit in Tyberio, nec dignitate. Ex hac primus, qui Marcellus cogno-
Marcellus minatus est, fuit, hic de quo Augustinus meminit, vt Plutarchus ex Possi-
donio scribit, tanta in re miror falli scriptorẽ historiæ & rerum Roma-
narum peritissimũ, quum centũ annis antea fuerint Claudij Marcelli.
Fuit verò hic de quo loquimur quater consul: nam secundũ creatus con-
sul, sed qũia vitio, cũ magistratũ non gessit. Si quis hunc numeret quinq;
consulatus erunt. Primùm cõsul fuit bello Gallico cũ Cn. Cornelio Sci-
pione, quo bello spolia opima de Viridomaro Gallorũ rege retulit: eáq;
fuẽre tertia & vltima inter tot bella à populo Romano, cũ tot gentibus
tam diuersis sub ducibus gesta. Post secundũ consulatum Syracusas expu-
gnauit. Quartum consul cum Q. Crispino in insidias temere à semet
præcipitatus, magnus dux, mannq; promptus & consilio optimus occi-
sus est, anno vndecimo Punici belli secũdi. qui vndequadragies collatis
signis dimicauerat, vt scribit Plinius li. vij. c Syracusas vrbem orna-
Syracusæ tissimam.) Syracusæ ciuitas est in Sicilia vetusta fama & opibus ingen-
tibus. Hanc obsedit per triennũ Marcellus, tãdem expugnauit, tãtumq;
ex ea prædæ egestum est, quantũ vix capta Carthagine, quæ tum maxi-
me florebat, paribusq; cum populo Romano viribus contendebat, fuis-
set. d Suas illi lachrymas.) Liuius lib. xxv. Marcellus vt mœnia ingres-
sus, ex superioribus locis, vrbem fermẽ omniũ illa tempestate pulcherri-
mam subiecta oculis vidit, illachrymasse partim gaudio dicitur tãtæ rei
perpetratæ, partim vetusta gloria vrbis: Atheniensium classes demersæ,
I & duo ingentes exercitus cũ duobus clarissimis ducibus deleti occurre-
bant, tum bella tot gesta, & opulentissimi tyranni, eaq; momento horæ
arsura omnia. Eandem sententiam Valerius habet, de humanitate. e
Gessit & curam.) Liuius ibidẽ: Marcellus ex omniũ sententia militibus
Fabius. edixit, ne quis liberũ corpus violaret, cætera prædæ futura: quod edictũ
ad cædes, vulnera & pudicitiam spectabat. f Fabius Tarentinæ euer-
sor vrbis.) Secundo bello Punico Tarentũ nobilissima Calabriæ vrbs à
Q. Fab. Romanis ad Annibalẽ & Carthaginenses defecit, præsidiũ tamen Ro-
Max. manum, cuius erat dux Liuius Salinator, in arcem se recepit. Q. Fabius
Maximus eam ciuitatem recuperauit, militibusq; diripiendam tradidit.
Hic Fabius est ille qui afflictis secundo Punico bello ab Annibale Ro-
manis rebus, sapientia sua opem tulit, trahendoq; tempus imperũ illum
cc violentissimũ Annibalis retardauit: & de quo vere Ennius dixit: Vnus
homo nobis cunctando restituit rem. Non vacat, ac ne libet quidẽ mihi
insectari ea in quibus cõmentator huius libri falsus est: longũ nimis hoc
esset, & molestum admodum. Sed quia hoc loco cũ aliis nonnullis errat,
qui & aliena opiniõe sunt istis in rebus docti, & sua doctissimi, nec sint
reuera indocti, ideo cõtinere me nõ potui, quin lectorem admonerem,
non hunc primum Fabium dictum esse Maximũ, sed eius auum, qui con-
sul quinquies fuit, nactus id cognomen, quòd censor cum P. Decio Mure
forensem omnem turbam in quatuor tribus coniecit, quas vrbanas vo-
cauit, tam etũ haud negauerim fuisse hunc Quintum Fabium, de quo
hic loquitur Augustinus, dignum eo cognomine, etiam si nouum ab eo
inciperet. g Nam quum ei scriba.) De hoc Liuius lib. xxvij.

Quòd in euersione urbis quæ aspere gesta sunt, de con-
suetudine acciderint belli: quæ verò clementer, de
potentia prouenerint nominis Christi.
Cap. VII.

K Vicquid igitur vastationis, trucidationis, de-
prædationis, cõcremationis, afflictiõis, in ista
recentissima Romana clade commissum est,
fecit hoc cõsuetudo bellorum [a]. Quòd aũt more nouo
factũ est, quod inusitata rerũ facie immanitas barbara
tam mitis apparuit, vt amplissimæ Basilicæ implendæ
populo cui parceretur, eligerẽtur & decernerẽtur, vbi
nemo feriretur, vnde nemo raperetur, quò liberandi
multi à miserantibus hostibus ducerẽtur, vnde capti-
uandi nulli, nec à crudelibus hostibus abducerẽtur: hoc
Christi nomini, hoc Christiano tempori tribuẽdum,
quisquis nõ videt, cæcus: quisquis videt, nec laudat, in-
gratus: quisquis laudanti reluctatur, insanus est. Absit,
vt prudens quisquam hoc feritati imputet Barbarorũ.
Truculentissimas & sæuissimas mentes ille terruit, ille
frenauit, ille mirabiliter tẽperauit, qui per Prophetam
tanto ante prædixit: Visitabo[b] in virga iniquitates eo- Psal. 88.
rum, & in flagellis peccata eorum: misericordiam au-
tem meam non dispergam ab eis.

a Descriptio captiuitatis.
FEcit hoc consuetudo bellorum.) Quintilianus quæ fieri captis so-
leant vrbibus octauo libro describit ad hunc modum: Effusæ per
domos ac templa flammæ, & ruẽtium tectorum fragor, & ex di-
uersis clamoribus vnus quidam sonus. Aliorum fuga incerta. Alij
in extremo complexu suorum cohærentes, & infantium fœmina-
rumque ploratus, & malo vsque in illum diem seruati fato senes: tum
illa profanorum sacrorumque direptio, efferentium prædas, repe-
tentiumque discursus, & acti ante suum quisque prædonem cate-
nati, & conata retinere infantem suum mater, & sicubi maius est
L lucrum, pugna inter victores: hactenus ille. Hæc verò interim fiunt,
quia, vt sunt milites genus hominum insolentissimum, sine modo, sine
modestia vlla, temperare victoriæ cupiditati, & libidini, & iræ suæ ne-
queunt: interim quia vi capto oppido nisi illa ad terrorem facerent,
periculum esset ne ipsis essent patienda. b Visitabo.) De filiis Dauid
dicitur Psalmo lxxxviij. Si boni non fuerint.

De commodis atque incommodis, quæ bonis ac malis
plerunque communia sunt.
Cap. VIII.

DIcet aliquis [a]: Cur ergo ista diuina misericor-
dia etiam ad impios ingratosq; peruenit? Cur
putamus, nisi qui eam ille præbuit, qui quoti-
die facit oriri solem suũ super bonos & malos, & pluit Matth. 5.
super iustos & iniustos? Quanuis enim quidam eorum
ista cogitantes, pœnitendo ab impietate se corrigant:
quidã verò, sicut Apostolus dicit, diuitias bonitatis & Roma. 2.
longanimitatis dei cõtemnentes, secundum duritiam
cordis sui & cor impœnitens thesaurizẽt [b] sibi iram in
die irę & reuelationis iusti iudicij dei, qui reddet[c] vni-
cuiq; secundũ opera eius: Tamen patientia dei ad pœ-
nitentiam inuitat malos, sicut flagellum dei ad patien- M
tiam erudit bonos. Itemq; misericordia dei fouendos
amplectitur bonos, sicut seueritas dei puniendos corri-
pit malos. Placuit quippe diuinæ prouidentiæ præpa-
rare in posterum bona iustis, quibus non fruentur iniu-
sti, & mala impiis, quibus non excruciabuntur boni*. *aliâs, iu-
Ista verò temporalia bona & mala vtrisque voluit esse sti.
communia: vt nec bona cupidius appetantur, quæ mali
quoq; habere cernuntur: nec mala turpiter euitentur,
quibus & boni plerunq; afficiuntur. Interest aũt pluri-
mum, qualis sit vsus[d], vel earum rerum quæ prosperæ,
vel earum quæ dicũtur [e] aduersæ. Nam his bonis tem-
poralibus nec bonus extollitur, nec malis frangitur:
malus autem ideo huiuscemodi infœlicitate punitur,
quia fœlicitate corrumpitur. Ostendit tamen deus sępe
etiam in his distribuendis euidẽtius operationẽ suam.
Nam si nunc omne peccatum manifesta plecteretur
pœna, nihil vltimo iudicio reseruari putaretur. Rursus
si nullum peccatum nunc puniret aperte diuinitas, nul
la esse prouidentia diuina crederetur. Similiter in re-
bus

A bus secundis, si nõ eas deus quibusdam petentibus eui-
dentissima largitate concederet, non ad eum ista per-
tinere diceremus. Itemq; si omnibus eas petẽtibus da-
ret, non nisi propter talia præmia seruiendum illi esse
arbitraremur: nec pios nos faceret talis seruitus, sed
rapidos. potius cupidos & auaros. Hæc cum ita sint, quicunque
boni maliq; pariter afflicti sunt, non ideo ipsi distin-
cti non sunt, quia distinctum non est, quod vtrique
perpessi sunt. Manet enim dissimilitudo passorũ etiam
in similitudine passionum, & licet sub eodem tormen
to, non est idem virtus & vitium. Nam sicut sub vno
igne aurum rutilat, palea fumat, & sub eadem tribu-
la [f] stipulæ comminuuntur, frumenta purgantur: nec
ideo cum oleo amurca confunditur, quia eodem præli
pondere exprimitur: ita vna eademq; vis irruens bo-
nos probat, purificat, eliquat [g]: malos damnat, vastat,
exterminat. Vnde in eadem afflictione, mali deũ de-
testantur, atq; blasphemant, boni autem precantur &
*aliâs, pu- laudant. Tantum interest, non qualia, sed qualis quis-
torem suũ que patiatur. Nam pari motu exagitatum & exhalat*
exhalat &c. horribiliter cœnum, & suauiter fragrat vnguentum.

a
Thesaurus DIcet aliquis) Quum illa verba sint de filiis Dauid, hoc est, de
piis dicta, quomodo ad impios quoque misericordia domi-
ni extenditur? b Thesaurizent.) Congregent: nam thesau-
rus congregatio est tam bonarum rerum quàm malarũ. Hinc
apud Græcos θησαυρὸς κακῶν, & apud Plautum, thesaurus stupri. c
Redder.) Vulgò habetur reddit. Augusti. melius: nam de futuro seculo
loquitur Apostolus, & Græce est ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς. d Qualis sit vsus.)
B Terentius in ἔκφυσιν. Quæ quidem in homine dicuntur bona, paren-
Bona inhu- tes, patriam incolumem, amicos, genus, cognatos, diuitias. Atque hæc
manis. perinde sunt vt illius animus qui ea possidet. Qui vti scit, ei bona: ei qui
non vtitur rectè, mala. Hæc Terentius ex Platone multis in locis. e
Dicuntur.) A populo veras rerum naturas ignorante. f Tribula.) Tri-
Tribulum. bulum ponit Vergilius inter instrumenta rustica primò Georg. Plinius
lib. xviij. Messis ipsa alibi tribulis in area, alibi equorum gressibus exte-
ritur, alibi perticis flagellatur. Est ergo instrumentum, quo fruges matu-
ræ in area teruntur. Id quomodo fiat docet Varro lib. de rusticis rebus
primo. g Eliquat.) Liquidos facit: pertinet ad similitudinem auri. Si
quis velit paulò longius philosophari, eliquantur charitate boni, vt in
canticis: Anima mea liquefacta est, vt dilectus locutus est. Sed hæc per-
fe qui, si quis hic voluerit, nullus erit finis. In sacris libris cõmodius ista.

De causis correptionum, propter quas &
boni & mali pariter flagellantur.
Cap. IX.

QVid igitur in illa rerum vastitate Christia-
ni passi sunt, quod eis nõ magis fideliter ista
considerantibus ad profectum valeret? Pri-
mò, quòd ipsa peccata quibus deus indignatus imple-
uit tantis calamitatibus mundum, humiliter cogitan-
tes, quanuis longè absint à facinorosis, flagitiosis atque
impiis, tamen non vsque adeo se à delictis deputant
alienos, vt nec temporalia pro eis mala perpeti se iudi
C cent indignos. Excepto enim quòd vnusquisq; quàm-
libet laudabiliter viuens, cedit in quibusdam [a] carnali
concupiscentię, & si non ad facinorum immanitatem
& gurgitem flagitiorum, atque impietatis abomina-
tionem, ad aliqua tamen peccata vel rara vel tanto
crebriora, quanto minora. Hoc ergo excepto, quis tan
dem facile reperitur, qui eosdem ipsos, propter quorũ
horrendam superbiam, luxuriam & auaritiam, atque
execrabiles iniquitates & impietates, deus, sicut minã-
do prędixit[b], conterit terras, sic habeat, vt habẽdi sunt:
sic cũ eis viuat, vt cum talibus viuendum est? Plerunq;
2. Timo. 4 enim ab eis docendis, admonendis, aliquando etiam
obiurgandis, & corripiendis male dissimulatur: vel cũ
laboris piget, vel cum os eorum θ coràm θ verecunda-
mur offendere: vel cum eorũ inimicitias deuitamus,
ne impediant, & noceant in istis temporalibus rebus:
siue quas adipisci adhuc appetit nostra cupiditas, siue
quas amittere formidat infirmitas, ita vt (quanuis bo-
nis vita malorum displiceat, & ideo cum eis non inci- D
dant in illam damnationem, quæ post hanc vitam ta-
libus pręparatur, tamen quia θ propter ea θ peccatis eo-
rum damnabilibus parcunt, dum eos in suis licet leui-
bus & venialibus metuunt) iure cum eis temporaliter
flagellentur, quanuis in æternum minime puniantur.
Iure istam vitam quando diuinitus affliguntur cũ eis,
amaram sentiunt, cuius amando dulcedinem peccan-
tibus eis amari esse noluerunt. Nam si propterea quis-
que obiurgandis & corripiendis male agentibus par-
cit, quia opportunius tempus inquirit, vel eisdem ipsis
metuit, ne deteriores ex hoc efficiantur, vel ad bonam
vitam & piam erudiendos impediant infirmos alios,
& premant atq; auertant à fide, non videtur esse cupi-
ditatis occasio, sed consiliũ charitatis. Illud est culpabi
le [c], quod hi, qui dissimiliter viuunt, & à malorũ factis
abhorrent, parcunt tamen peccatis alienis, quæ dedo-
cere & obiurgare deberent, dum eorũ offensiones cau-
ent, ne sibi noceãt in his rebus, quibus licite boni atq;
innocentes vtuntur: sed cupidius quàm oportebat eos,
qui in hoc mundo peregrinantur, & spem supernę pa-
triæ præ se gerunt [d]. Non solũ quippe infirmiores vi-
tam ducentes coniugalem, filios habentes vel habere
cupientes*, domos ac familias possidentes: quos Apo- *aliâs, quæ
stolus in ecclesia alloquitur docens, & monens, quem- rentes.
admodum viuere debeant & vxores cũ maritis, & ma Colossi. 3.
riti cum vxoribus: & filij cum parentibus, & parentes E
cum filiis: & serui cũ dominis, & domini cum seruis:
multa temporalia, multa terrena libenter adipiscũtur,
& molestę amittũt: propter quæ non audent offendere
homines, quorũ sibi vita contaminatissima & conscele-
ratissima displicet: verũetiam hi, qui superiorem vitę
gradũ tenent, nec coniugalibus vinculis irretiti sunt,
& victu paruo ac tegumento vtuntur, plerunq; suę fa-
mæ ac saluti consulentes, dum insidias atque impetus
malorũ timent, ab eorũ reprehensione sese abstinent.
Et quanuis non intantum eos metuant, vt ad similia
perpetrãda quibuslibet eorum terroribus atq; impro-
bitatibus cedant: ea ipsa tamen, quæ cum eis non per-
petrant, nolunt plerunq; corripere, cũ fortasse possint
aliquos corripiendo corrigere: ne si non potuerint, sua
salus ac fama in periculum exitiumq; perueniant. Hoc
non ea consideratione, qua suã famam ac salutem vi-
dent esse necessariam vtilitati erudiendorum homi-
num, sed ea potius infirmitate, qua delectat lingua blã
diens & humanus dies [e]: & reformidatur vulgi iudi-
cium, & carnis excruciatio, vel peremptio: hoc est pro- F
pter quædam cupiditatis vincula, non propter officia
charitatis. Non mihi itaq; videtur hæc parua esse cau-
sa, quare cũ malis flagellentur & boni, quando deo pla
cet perditos mores etiam temporalium pœnarũ afflic-
tione punire. Flagellantur enim simul, nõ quia simul
agunt malam vitam, sed quia simul amant tempora-
lem vitam: non quidem æqualiter, sed tamen simul,
quam boni contemnere deberent, vt illi correpti atq;
correcti consequerentur ęternam: ad quam consequen
dam, si nollent esse socij, ferrentur et diligerentur [f] ini-
mici: quia donec viuunt, semper incertum est, vtrùm
voluntatem sint in melius mutaturi. Qua in re non
vtiq; parem, sed longe grauiorem habent causam, qui-
bus per Prophetam [g] dicitur: Ille quidem in suo pecca- Ezec. 3.
to morietur, sanguinem autem eius de manu specula-
toris requiram. Ad hoc enim speculatores, [h] hoc est,
populorũ præpositi constituti sunt in Ecclesiis, vt non
parcant [i] obiurgando peccata. Nec ideo tamen ab hu-

G iuscemodi culpa penitus alienus est, qui licet præpositus non sit, in eis tamen vitæ huius necessitate coniungitur multa monenda vel arguenda nouit, & negligit, deuitans eorum offensiones propter illa quibus in hac vita non indebitis vtitur, sed plusquàm debuit, delectatur. Deinde habent aliam causam boni, quare temporalibus affligantur malis: qualem habuit Iob: [k] vt sibi ipse humanus animus sit probatus & cognitus, quanta virtute pietatis gratis deum diligat. Quibus recte consideratis atq; perspectis, attende vtrum aliquid mali acciderit fidelibus & piis, quod eis non in bonum vertetur: nisi forte putandum est apostolicam illam vacare sententiam, vbi ait, Scimus quoniam [l] diligentibus deum omnia cooperantur in bonum.

Roma.8.

a Cedit in quibusdam.) Tam penitissime visceribus nostris hæret venereæ rei cupiditas, tam ingenius est à natura nobis ille appetitus, quem subtilissime magna illa artifex omniũ animantium pectoribus indidit, quo vel aliud agentes stirpem propagaremus, vt ne cogitare quidem de explenda cupiditate illa possimus, quin voluptate nescio qua occulta tangamur, quam plerique minimum veniale peccatum esse volunt. b Minando prædixit.) Sæpe per Prophetas, vt Esaiam, & Hieremiam. c Illud est culpabile.) Cicero in Officiis: Sunt enim qui quod sentiunt, & si optimum sit, tamen inuidię metu non audent dicere. d Præ se gerunt.) Velut ducem itineris. e Et humanus dies.) Paulus. j. Cor. iiij. Mihi autem pro minimo est, vt à vobis iudicer, aut ab humano die. Est humanum iudicium, quo quis ab hominibus bene vel male audit: cui contrarius est dies domini, qui intima cordis scrutatur, & iudicat. f Ferrentur & diligerentur.) Non ferendi solum sunt mali, sed etiam diligendi, præcipiente domino, vt inimicos quoque diligamus, Mat. v. g Per Prophetã.) Ezechielis. xxxiij. Quòd si speculator viderit gladium venientem, & non insonuerit buccina, & populus se nõ custodierit, venerit q; gladius, & tulerit de eis animam, ille quidem in iniquitate sua captus est, sanguinem autem eius de manu speculatoris requiram. h Ad hoc enim speculatores.) Est ἐπίσκοπος. speculator & obseruator, & custos, & præfectus. Cicero ad Atticum lib. viij. Vult enim me Pompeius esse, quem tota hæc Campania & maritima ora habeat ἐπίσκοπον, ad quem delectus, & negocij summa referatur. Andromache apud Homerum Iliad. ω. Hectorẽ appellat Troiæ ἐπίσκοπον. Athenienses quos ad stipendiarias subditas q; ciuitates mitterent, vt quid in quaque ageretur diligenter inspicerent, obseruarentque, Episcopos dixerunt, & φύλακας, quos Lacedæmonij ἁρμοστὰς. Præfectos annonæ iureconsultus Archadius Episcopos nominauit. Sunt qui ἐπὶ in eo nomine redundare arbitrentur: de quorum numero est Eustatius Homeri interpres: & οἰκοῦν & ἐπίσκοπον idem esse. i Vt non parcant.) Sic Paulus ad Titum. vt faciunt hoc tempore nostri Episcopi, quos non sine ingenti dolore passim videmus ad martyrium agi, quod nimis amaram dicant veritatem, & vitia insectentur contemptis episcopatuum annuis prouentibus, ita fernet eos Christus. k Iob.) Nota est historia, de quo Hieronymus super eundem: Sed hæc Iob contigerunt, vt appareat foris hominibus, quod intrinsecus erat ante deum. l Scimus quoniam.) Ad Roma. viij. & aduersa & prospera meritum bonis augent: nihilque est, quòd non ipsi in incrementa suarum virtutum conuertant.

Humanus dies.

Episcopus

Quòd sanctis in amissione rerum temporalium nihil pereat. Cap. X.

Opes Christianorum.

1. Timo. 6.

AMiserunt omnia quæ habebant. Nunquid fidem? nunquid pietatem? nunquid interioris hominis [a] bona qui est ante deum diues? Hæ sunt opes Christianorum, quibus opulentus dicebat Apostolus, Est autem quæstus magnus, pietas cum sufficientia. Nihil enim intulimus in hunc mũdum, sed nec auferre quid possumus: habentes autem victum & tegumentum, his contenti simus. Nam qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & laqueum θ diaboli, θ & desideria multa stulta & noxia, quę mergunt homines in interitum & perditionẽ. Radix est enim omnium malorum auaritia: [b] quam quidam appetentes à fide pererrauerunt, & inseruerunt se doloribus multis. [c] Quibus ergo terrenæ diuitiæ illa vastatione perierunt, si eas sic habebant quemadmodum ab isto [d] foris paupere, intus diuite audierant: id est, si mundo vtebantur tanquã non vtentes, potuerunt dicere, quod ille grauiter tẽtatus, & minime superatus: Nudus exij [e] de vtero matris meæ, nudus in terram reuertar. Dominus dedit, dominus abstulit: sicut domino placuit, ita factum est: sit nomen domini benedictum. Vt bonus seruus magnas facultates haberet ipsam sui domini volũtatem cui pedissequus mente ditesceret, nec contristaretur eis rebus viuens relictis, quas fuerat cito moriens relicturus. Illi autem infirmiores qui terrenis his bonis, quanuis ea non præponerent Christo, aliquantula tamen cupiditate cohærebant, quantum hæc amando peccauerint, perdendo senserunt. Tantũ quippe doluerunt, quantum se doloribus inseruerunt: sicut Apostolum dixisse suprà commemoraui. Oportebat enim vt eis adderetur etiam experimentorum disciplina, quibus fuerat tam diu neglecta verborum. Nam cum dixit Apostolus, Qui volũt diuites fieri, in tentationem incidunt, &c. Profecto in diuitiis cupiditatem reprehendit, non facultatem, qui præcepit alibi [f] dicens, Præcipe diuitibus huius mũdi, non superbe sapere, neque sperare in incerto diuitiarum suarum, sed in deo viuo, qui præstat nobis omnia abundanter ad fruẽdum: bene faciant, diuites sint in operibus bonis, [g] facile tribuant, communicent, thesaurizent sibi fundamentum bonum in futurum, vt apprehendant veram vitam. Hæc qui de suis faciebant diuitiis, magnis sunt lucris leuia damna solati: plúsque lætati ex his quæ facile tribuendo tutius seruauerunt, [h] quàm contristati ex his quæ timide retinendo facilius amiserunt. Hoc enim potuit in terra perire, quod piguit inde transferre. Nam qui receperunt consilium domini sui dicentis, Nolite condere vobis in terra thesauros, vbi tinea & rubigo exterminant, & vbi fures effodiunt & furantur: sed thesaurizate vobis in cœlo thesauros, quò fur non accedit, neque tinea corrumpit. Vbi enim est thesaurus tuus, ibi erit & cor tuum. Tribulationis tempore probauerunt quàm recte sapuerint, non contemnendo veracissimum præceptorem, & thesauri sui fidelissimum inuictissimumq; custodem. Nam si multi sunt gauisi, ibi se habuisse diuitias suas, quò contigit vt hostis non accederet: quanto certius & securius gaudere potuerunt, qui monitu sui dei illuc migrauerant, quò accedi omnino non posset. Vnde Paulinus noster [i], Nolensis Episcopus, ex opulentissimo diuite, voluntate pauperrimus, & copiosissime sanctus, quando & ipsam Nolam Barbari vastauerunt, cum ab eis teneretur, sic in corde suo, vt ab eo postea cognouimus, precabatur, Domine, non excrucier propter aurum & argentum: vbi enim sint omnia mea, tu scis. Ibi enim habebat omnia sua, vbi eum condere, & thesaurizare ille monuerat, qui hæc mala mundo ventura prædixerat. Ac per hoc qui domino suo monenti obedierant, vbi & quomodo thesaurizare deberent, nec ipsas terrenas diuitias Barbaris incursantibus amiserunt. Quos autẽ non obedisse pœnituit, quid de talibus rebus faciendũ esset, si non præcedente sapientia, certe consequente experientia didicerunt. At enim quidam boni etiam Christiani tormentis excruciati sunt, vt bona sua hostibus proderent. Illi verò nec prodere, nec perdere potuerunt bonum, quo ipsi boni [k] erant. Si autem torqueri, quàm mammona iniquitatis [l] prodere maluerunt, boni non erant. Admonendi autem fuerant, qui tanta patiebantur pro auro, quanta essent sustinenda

1. Timo. 6.

Matt. 6.

Lucæ. 12.

Paulinus Nolensis Episcopus

A pro Christo: vt eum potius diligere discerent, qui pro se passos æterna fœlicitate ditaret, non aurum & argentum, pro quo pati miserrimum fuit, seu mentiendo occultaretur, seu verum dicendo proderetur. Nanque inter tormenta nemo Christum confitendo amisit, nemo aurum nisi negando seruauit. Quocirca vtiliora erant fortasse tormenta, quæ bonum incorruptibile amandum docebant, quàm illa bona quæ sine vllo vtili fructu dominos sui amore torquebant. Sed quidam etiam non habentes quod proderent, dum habere creduntur † * torti sunt. Et hi forte habere cupiebant, nec sancta voluntate pauperes erant: quibus demonstrandum fuit, nec facultates, sed ipsas cupiditates talibus esse dignas cruciatibus. Si verò melioris vitæ proposito reconditum aurum argentúmque non habebant, nescio quidem vtrum cuiquam talium acciderit, vt dum habere creditur, torqueretur. Veruntamen etiam si accidit, profecto qui inter illa tormenta paupertatem sanctam confitebatur, Christum confitebatur. Quapropter & si non meruit ab hostibus credi, non potuit tamen sanctæ paupertatis confessor sine cœlesti mercede torqueri.

*† dum non creduntur.

B Interioris hominis.) Mentis: sic sæpe apud Paulum. b Est auaritia.) Vulgo est cupiditas, sed melius Augustinus. φιλαργυρία enim est Græce. c Doloribus multis.) Hactenus verba Pauli. d Ab isto.) A Paulo. e Nudus exij.) Verba sunt Iob consolantis se super amissis opibus, & liberis. f Qui præcepit alibi.) Paulo post eodem capi. vj. j. ad Timo. g Diuites sint in operibus bonis.) Istis rebus erunt diuites. h Tutius seruauerunt.) Qui thesaurizarunt sibi sempiternum in cœlo thesaurum, ex eo quod benigne pauperibus impertiti sunt, quod declarat illud: quod sequitur ex Matthæo sexto capi. & sunt Christi verba. i Vnde Paulinus noster.) Gothi post direptam vrbem Romam per Latium, Volscos, Campaniam, Calabros, Salentinos, Apulos, Brutios longe & late sparsi vagantes, & velut ingens quædam calamitas vastantes vniuersa, Consentiam venerunt: Post quadraginta annos Genericus cũ Vandalis & Mauris, capta Roma totum Campaniæ eractum populatus est, Nolamq; miserabili ruina diruit. Hoc tempore, vt Paulus Diaconus refert, Paulinus Episcopus Nolanæ ecclesiæ, vir sanctissimus, & sicut Gregorius scribit, eloquentissimus profanaq; eruditione in primis doctus, nec Propherici spiritus expers, cum redimendis Christianis captiuis censum omnem consumpsisset, videretq; viduam captiuum filium afflictim lugentem, & lamentantem, tamq; immodicas lachrymas pietati admixtas, multo magis pius ipse ferre non posset, cũ vidua in Aphricam vbi captiuus erat filius traiecit, ibi vicariis manibus redemptum filium matri reddidit. Paulinus vero quum eius sanctitas etiam barbarissimis esset hominibus venerabilis, iussus est in patriam cum suis omnibus ciuibus dono acceptis redire. De qua re fusius Gregorius Romanus pontifex lib. dialogo. iij. Sed credo Augustinum nõ de his loqui temporibus, quibus ipse iam ad cœlestem illam vitam commigrarat, sed de primis illis Gothorum. k Quo ipsi boni.) Virtutem quam nemo eripere potest, & hæc sola est bonum, quæ possidentes bonos facit. Nam si opes sunt bona, vt inquit, in paradoxis Cicero, cur non reddunt possidentes bonos? l Mammona iniquitatis.) Mãmona vox est Syra, vt Hieronymus, inquit, quæ apud eos opes significat, quod apud Græcos πλοῦτος. Augustinus in sermone de verb. domini, & in quæstionibus Euangelij, Mammon Punicè lucrum esse dicit, multisq; in verbis vicinas esse linguas, Hebræam & Aphram.

Paulinus Nolanus.

Mãmona.

De fine temporalis uitæ, siue longioris siue breuioris. Caput. XI.

Vanis bona.

MVltos inquiũt etiam Christianos fames diuturna vastauit. Hoc quoq; in vsus suos boni fideles pie tolerando verterunt. Quos enim fames necauit, malis vitæ huius sicut corporis morbus eripuit: quos autem non necauit, docuit parcius viuere, docuit productius ieiunare. Sed enim multi etiã Christiani interfecti sunt, multi multarum mortium fœda varietate consumpti. Hoc si ægre ferendum est, omnibus qui in hanc vitam procreati sunt vtique commune est. Hoc tamen scio, neminem fuisse mortuum, qui non fuerat aliquãdo moriturus. Finis autem vitæ, tam longam quàm breuem vitam hoc idem facit. Neque enim aliud melius & aliud deterius, aut aliud maius & aliud breuius est, quod iam pariter non est. Quid autem interest quo mortis genere vita ista finiatur, quando ille cui finitur, iterum mori non cogitur? Cum autem vnicuiq; mortalium sub quotidianis vitæ huius casibus, innumerabiles mortes quodammodo comminentur, quandiu incertum est, quæ nam eatum ventura sit: quæro vtrum satius sit, vnam perpeti [a] moriendo, an omnes timere viuendo? Nec ignoro quàm inertius * † eligatur diu viuere sub timore tot mortium, quàm semel moriendo nullam deinceps formidare. Sed aliud est quod carnis sensus infirmiter pauidus refugit, aliud quod mentis ratio diligenter enucleata conuincit. Mala mors putanda non est, quam bona vita præcesserit. Neq; enim facit malam mortem, nisi quod sequitur mortem. Non itaq; multum curandum est eis, qui necessariò morituri sunt, quid accidat vt moriantur, sed moriendo quò ire cogantur. Cum igitur Christiani nouerint longe meliorem fuisse religiosi pauperis [b] mortem inter lingentium canum linguas, quàm impij diuitis in purpura & byssо [c] horrenda illa genera mortium, quid mortuis obfuerunt qui bene vixerunt?

*† aliâs, citius.

Lucæ. 16.

V Nam perpeti.) Sic Cæsar malle se mortem semel obire quàm toties timere dixit. b Religiosi pauperis.) Nota est historia ex Lucæ. xvj. de Lazaro mendico & locuplete luxurioso. c Byssо.) Byssus genus est lini delicatissimi. Pli. 19.

De sepultura humanorum corporum, quæ Christianis etiam si fuerit negata nil adimit. Caput. XII.

Idem in libro de cura pro mortuis. cap. 3. & 4.

AT enim in tanta strage cadauerum, nec sepeliri potuerunt. Neque istud pia fides nimiũ * reformidat, tenens prædictum. Nec absumẽtes bestias resurrecturis corporibus obfuturas, quorum capillus capitis non peribit. Nec vllo modo diceret veritas, Nolite timere eos qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere: si quicquam obesset futuræ vitæ quicquid inimici de corporibus occisorum facere voluissent? Nisi forte quispiam sic absurdus est, vt contendat eos qui corpus occidunt, non debere timeri ante mortem, ne corpus occidant: & timeri debere post mortem, ne corpus occisum sepeliri non sinant. Falsum est ergo quod ait Christus, qui corpus occidunt, & postea non habent quid faciant: si habent tanta, quæ de cadaueribus faciant? Absit vt falsum sit quod veritas dixit. Dictum est enim aliquid eos facere cum occidunt, quia in corpore sensus est occidendo: postea verò nihil habere quod faciant, quia nullus sensus est in corpore occiso. Multa itaque corpora Christianorum terra non texit, sed nullum eorum quisquam à cœlo & terra separauit, quam totam implet præsentia sui, qui nouit vnde resuscitet quod creauit. Dicitur quidem in Psalmo: Posuerunt mortalia [a] seruorum tuorum escam volatilibus cœli, carnes sanctorum tuorum bestiis terræ. Effuderunt sanguinem eorum sicut aquam in circumitu Hierusalem, & non erat qui sepeliret: sed magis ad exaggerãdam crudelitatem eorum qui ista fecerunt, non ad eorum infœlicitatẽ qui ista perpessi sunt. Quãuis enim hæc in cõspectu hominum dura & dira videantur: sed preciosa in conspe-

*aliâs, nimirum.

Lucæ. 12.

Matth. 10.

Psal. 78.

G ctu domini mors sanctorum eius. Proinde omnia
Ps.d.115. ista, id est, curatio funeris, conditio sepulturæ, pompa
13. q. 2. ca. exequiarum, magis sunt viuorum solatia, quàm subsi-
Animæ. Et dia mortuorum. Si aliquid prodest impio [b] sepultura
4. sentẽ. d. preciosa, oberit pio vilis aut nulla. Præclaras exequias
45. ca. De in cõspectu hominum exhibuit purpurato illi diuiti [c]
pompis. turba famulorum: sed multo clariores in cõspectu do-
Lucæ. 16. mini hulceroso illi pauperi ministeriũ præbuit ange-
lorum, qui eũ non extulerunt in marmoreum tumulũ, sed in Abrahæ gremium sustulerũt. Rident [d] hæc illi, contra quos defendendã suscepimus ciuitatẽ dei. Veruntamen sepulturę curam etiam eorum Philosophi [e] contempserunt: & sæpe vniuersi exercitus [f], dum pro terrena patria morerentur, vbi postea iacerẽt, vel quibus bestiis esca fierent, non curarunt. Licuitq; de hac re Poëtis plausibiliter [g] dicere,

Cœlo tegitur qui non habet vrnam.

Quanto minus debent de corporibus insepultis insultare Christianis, quibus & ipsius carnis & membrorũ omnium reformatio nõ solum ex terra, verum etiam ex aliorum elemẽtorum secretissimo sinu, quò dilapsa cadauera recesserunt, in temporis puncto [h] reddenda, & redintegranda promittitur.

a Sepulchra. MOrtalia.) Cadauera, morticina θνητοματα. b Si aliquid prodest impio.) Lucanus libro. ix. Et æternos animam collegit in orbes. Non illuc auro positi, nec thure sepulti, Perueniũt. c Purpurato illi diuiti.) de quo superiore ca. d Rident.) Sepulturæ magna cura apud Romanos: hinc multa de religiõe sepulchrorum & pœnæ legibus additæ, qui hoc vel illud commiserit, insepultus
H abiiciatur: sicut illud apud declamatores, qui parentes in calamitatibus deseruerit, insepultus abiiciatur: qui causas mortis in senatu non reddiderit, insepultus abiiciatur: homicida insepultus abiiciatur. Sic ad popularem sensum pro Milone loquitur Cicero, cũ infœlicius dicit cadauer Publij Clodij fuisse, quòd honore illo & consueta funeris pompa caruerit. e Eorum Philosophi.) Gentilium Philosophi, vt Diogenes Cynicus, qui se canibus auibũsque exponi mortuum iussit: cũmque amici admonerent de laniatione cadaueris, apponite, inquit, mihi baculum, quo aues, & canes abigam: æqui nihil senties, inquiunt, illi. Si nihil sentiam, respondit Diogenes, quid mihi oberit laniatio. Idem fecit Menippus, & penè fuit istud Cynicis omnibus commune. Theodorum Cyrenæũ, Cicero in Tusculanis scribit Lysimacho crucem minanti respondisse, Terribilis sit hæc purpuratis tuis, mea nihil interest humíne, an sublime putrescam. Eadem est Socratis sententia in Phædone Platonis. f Sæpe vniuersi exercitus.) Loquitur forsan de his legionibus, quas scribit in originibus Cato maior, sæpe in eum alacres profectas locum, vnde se nunquam redituras scirent. Quid quod ante Herculem occisos in bello humare nõ fuit mos. Eos enim sepelire primus instituit Hercules, vt Aelianus in varia historia author est. g Poëtis plausibiliter.) Cum approbatione & plausu populi. Lucanus in. vii. de occisis Pharsalica pugna loquens, quos Cæsar comburi aut humari vetuit, multas & graues sententias, vt solet, de ea re dicit: inter cæteras verò illas ad Cæsarem cõuersus,

Vide hic Lucanum. Nil agis hac ira, tabés ne cadauera soluat
An rogus, haud refert: placido natura receptat
Cuncta sinu: & pòst capit omnia Tellus:
Quæ genuit, cœlo tegitur qui non habet vrnam.

Idem declamator ille apud Senecam, Omnibus natura sepulturã dedit.
I Naufragorum idem fluctus, qui expulit: suffixorum corpora crucibus in sepulturam suam desluunt: eos qui viui vruntur, pœna funerat. Et Vergilius, qui pœnas apud inferos insepultis statuit, tamen verbis Anchisæ facilem sepulchri iacturam esse dicit. Verficulus ille Mecœnatis,

Vrna. Nec tumulum curo, sepelit natura relictos:
in primis laudatur à veteribus. Porrò vrna vas erat in quo reliquiæ cadaueris combusti seruabantur. h In temporis puncto.) Primæ Corinthiorum. xv.

Quæ sit ratio sanctorum corpora sepeliendi. Caput. XIII.

13. q. 2. cap. Animæ. NEc ideo tamen contemnenda & abiicienda sunt corpora defunctorũ, maximeq; iustorũ atque fideliũ, quibus tanquàm organis & vasis ad omnia bona opera, sanctus vsus est spiritus. Si enim paterna vestis & annulus, ac si quid huiusmodi tanto charius est posteris, quanto erga parentes maior extitit * † affectus, nullo modo ipsa spernẽda sunt corpora, quæ vtiq; multo familiarius atq; cõiunctius, quã quælibet indumenta gestamus. Hæc enim non ad ornamentum [a] vel adiutoriũ quod adhibetur extrinsecus, sed ad ipsam naturã hominis pertinent. Vnde & K
antiquorũ iustorũ funera officiosa pietate curata sunt, Gene. 23.
exequiæ celebratæ, & sepultura prouisa: ipsiq; dum viuerent, de sepeliendis vel etiã transferendis suis corpo- & 25.
ribus filiis mandauerunt. Et Tobias [b] sepeliendo mor Tobiæ. 2.
tuos, deum promeruisse, teste angelo, cõmendatur. Ipse & 12.
quoq; dominus die tertio resurrecturus, religiosæ mulieris bonũ opus [c] prædicat, prædicandúmq; commen- Matth. 26.
dat, quòd vnguentũ preciosum super membra eius effu Ioãnis. 12.
derit, atq; hoc ad eum sepeliendũ fecerit. Et laudabiliter cõmemorantur in Euangelio [d] qui corpus eius de cruce acceptum diligenter atq; honorifice tegendũ sepeliendumq; curarunt. Verũ istæ authoritates nõ hoc admonent, quod insit vllus cadaueribus sensus: sed ad dei prouidentiam, cui placent etiã talia pietatis officia, corpora quoque mortuorũ pertinere significãt, propter fidem resurrectionis astruendam. Vbi & illud salubriter discitur, quanta possit esse remuneratio pro eleemo 13. q. 2. cap.
synis, quas viuentibus & sentiẽtibus exhibemus, si neq; Animæ.
hoc apud deum perit [e] quod exanimis hominũ membris officij diligentiæq; persoluitur. Sunt quidẽ & alia, quæ sancti patriarchæ [f] de corporibus suis vel condendis vel transferendis prophetico spiritu dicta intelligi voluerunt. Non autẽ hic locus est vt ea pertractemus, cum sufficiant ista quæ diximus. Sed si ea quæ sustentandis viuentibus sunt necessaria, sicut victus & amictus, quanuis cũ graui afflictione desint, non frangunt L
in bonis perferendi tolerandiq; virtutem, nec eradicant ex animo pietatem, sed exercitatã faciunt fœcundiorem: quanto magis cũ desunt ea quæ curandis funeribus condendisq; corporibus defunctorum adhiberi solent, non efficiunt miseros in occultis piorũ sedibus iam quietos? Ac per hoc quando ista cadaueribus Christianorum in illa magnæ vrbis, vel etiam aliorum oppidorum vastatione defuerunt, nec viuorum culpa est, qui non potuerunt ista præbere, nec pœna mortuorum qui non possunt ista sentire.

a NOn ad ornamentum.) Platonici solum animum dicebãt esse hominem, corpus animo tanquam indumentum circundatum, vel carcerem potius. Augustinus tamen ex veriore opinione corpus partem hominis esse dicit. b Et Tobias.) Tobiæ. ij. & xij. c Bonum opus.) Matthæi. xxvj. de Maria Magdalena. d In euangelio.) Ioannis. xix. Ioseph & Nicodemus. e Si neque hoc apud deũ perit.) Nec haustus aquæ frigidæ nomine dei datus caret præmio. Matt. x. f Quæ sancti Patriarchæ.) Iacob moriens iniunxit Ioseph filio, vt in monumẽtum maiorum suorum inferretur, nec reliniqueretur in Aegypto. Genesis. xlvij. Ipse quoque Ioseph fratribus mandauit, vt & ipsi meminissent, & ita posteris traderent, cum migrarent in terrã illam patribus à deo promissam, ossa sua in eam vti transferent. Genesis vltimo. M

De captiuitate sanctorum quibus nũquam diuina solatia defuerunt. Caput. XIIII.

SEd multi, inquiunt, Christiani etiam captiui ducti sunt. Hoc sanè miserrimum est, si aliquò duci potuerunt, vbi deum suum non inuenerunt. Sunt in scripturis sanctis huius etiam cladis magna solatia. Fuerunt in captiuitate [a] tres pueri, fuit Daniel, fuerunt alij Prophetæ, [b] nec deus defuit consolator. Sic ergo non deseruit fideles suos sub dominatione gentis, licet barbaræ, tamẽ humanæ, qui Prophetam non deseruit nec in visceribus beluæ [c]. Hæc quoq; illi cum quibus agimus malunt irridere, quàm credere: qui tamen in suis literis credunt Arionem Methymnæum [d] nobilissimum citharistam, cum esset eiectus de naui, exceptum Delphini dorso, & ad terras peruectum. Verum illud nostrum de Iona Propheta incredibilius est? Planè incredibilius, quia mirabilius? & mirabilius, quia potentius.

Daniel. 2. Ionæ. 2.

Fuerunt

a A Ferunt in captiuitate.) Danielis primo. Ananias, Misaël, & Azarias cum Daniele captiui fuerunt Nabuchodonosoris. b Alij Prophetæ.) Vt Hieremias, Ezechiel, & alij. c In visceribus beluæ.) Ionam intellige, qui triduum fuit in ventre ceti: imago hæc est Christi seruatoris resurgentis à morte ad vitam. d Arionem Methymnæum.) Arionis fabula & Delphini vulgata est apud scriptores Herodotus eam primus scripsit, libro musarum primo: hinc Ouidius in fastis, & Plinius libro nono, & Gellius li. xvj. & Aelianus de animalibus, & alij permulti. Fuit Arion citharœdus ex Methymno Lesbi insulæ oppido, temporibus septem Græciæ sapientum: nam Pimandro fuit charissimus. Sunt qui putent eum tragici carminis fuisse inuentorem, chorumq; instituisse, & cecinisse carmen dithyrambicum. Hic cum ex Italia magno facto quæstu domum rediret, videretq; pecuniæ gratia coniurare in suam perniciem, nautas rogauit vt sibi cæteris captis, vitam solam relinquerent: cumq; id non impetrasset, blanditiis exorauit, vt fidibus paulisper liceret canere, quo mortem suam cantu illo consolaretur: ad suauitatem sonitus congregatos ferunt delphinos aliquot, ipsumq; Ariona non ignarũ naturæ illius animalis, antequàm inde dilaberetur, cum cithara & toto cultu desiliisse in dorsum vnius ex illis, qui cum placide ad Tænarum deuexit: ibiq; visitur simulachrum, Delphini vehentis, & hominis insidentis. Plinius asserit esse Delphinum amicum hominis animal, idq; multis exemplis confirmat. e Quia mirabilius.) Intra viscera seruatum esse tam diu.

Arion.

De Regulo in quo captiuitatis ob religionem etiam etiam sponte tolerandæ extat exemplum, quod tamen illi deos colenti prodesse non potuit. Caput. XV.

HAbent tamẽ isti de captiuitate religionis causa etiam sponte toleranda, & in suis præclaris viris nobilissimum exemplum. Marcus Attilius Regulus [a] imperator populi Romani captiuus apud Carthaginenses fuit. Qui cum sibi mallent à Romanis suos reddi, quàm eorum tenere captiuos, ad hoc impetrãdum etiam istum præcipue Regulum cum legatis suis Romam miserunt, prius iuratione constrictum, si quod volebant minime peregisset, rediturum esse Carthaginem. Perrexit ille, atq; in senatu contrária persuasit: quoniam non arbitrabatur vtile esse Romanæ reipublicæ mutare captiuos. Nec post hanc persuasionem à suis ad hostes redire compulsus est: sed quia † iurauerat, id sponte repleuit. At illi eum excogitatis atq; horrẽdis cruciatibus necauerunt. Inclusum [b] quippe angusto ligno vbi stare cogeretur, clauisq; acutissimis vndiq; cõfixo, vt se in nullam eius partem sine pœnis atrocissimis inclinaret, etiam vigilãdo peremerunt. Merito certe laudant virtutem, tam magna infœlicitate maiorem. Et per deos [c] ille iurauerat, quorum pro cultu prohibito, has generi humano clades isti opinantur infligi. Qui ergo propterea colebantur, vt istam vitam prosperam redderent: si verum iuranti has irrogari pœnas seu voluêre, seu permisere, quid periuro grauius irati facere potuerunt? Sed cur ratiocinationem meam [d] non potius ad vtrunq; concludam? Deos certe sic ille coluit, vt propter iurisiurãdi fidem, nec remaneret in patria, nec inde quolibet ire, sed ad suos acerrimos inimicos redire minime dubitaret. Hoc si huic vitæ vtile existimabat, cuius tam horrendum exitum meruit, proculdubio fallebatur. Suo quippe docuit exemplo, nihil deos ad istam temporalem fœlicitatem suis prodesse cultoribus: quandoquidem ille eorũ deditus cultui, & victus & captiuus abductus est: & quia noluit aliter quàm per eos iurauerat facere, C
nouo ac prius inaudito nimiumq; horribili supplicij genere cruciatus, extinctus est. Si autem cultus deorum post hanc vitam velut mercedem reddit fœlicitatem, cur calumniantur temporibus Christianis, ideo dicẽtes vrbi accidisse illã calamitatem, quia deos suos colere destitit, cum potuerit etiam illos diligentissime colens tam infœlix fieri, quàm ille Regulus fuit? Nisi forte contra clarissimã veritatem, tãta quisquam dementia miræ cæcitatis obnititur, vt cõtendere audeat D
vniuersam captiuitatẽ deos colentem infœlicẽ esse nõ
posse, vnum vero hominẽ posse: quòd videlicet potentia deorum suorũ multos potius sit idonea conseruare, quàm singulos, cum multitudo constet ex singulis [e]? Si autem dicunt M. Regulum etiam in illa captiuitate illisq; cruciatibus corporis, animi virtute beatum [f] esse potuisse, virtus potius vera quæratur, qua beata possit esse & ciuitas. Neq; enim aliunde beata ciuitas, aliũde homo: cum aliud ciuitas non sit, quàm concors hominum multitudo. Quãobrem nondũ interim disputo, qualis in Regulo virtus fuerit. Sufficit nunc quod isto nobilissimo exemplo coguntur fateri, nõ propter corporis bona, vel earũ rerũ quæ extrinsecus homini accidunt colẽdos deos: quandoquidẽ ille carere his omnibus maluit, quàm deos, per quos iurauit, offendere. Sed quid faciemus hominibus, qui gloriantur talem se habuisse ciuẽ, qualem timent habere ciuitatẽ? Quod si nõ E
timent, tale ergo aliquid, quale accidit Regulo, etiam ciuitati tam diligenter, quàm ille, deos colenti accidedere potuisse fateãtur, & Christianis temporibus non calumniẽtur. Verũ quia de illis Christianis orta quæstio est, qui etiã captiui ducti sunt: hoc intueãtur & taceant qui saluberrimæ religioni hinc impudenter atq; imprudẽter illudunt: quia si dijs eorũ probro non fuit, quod attentissimus cultor illorũ, dum eis iurisiurandi fidem seruaret, patria caruit, dum aliã nõ haberet, captiuusq; apud hostes lõga morte & supplicio nouæ crudelitatis occisus est, multo minus nomẽ criminandũ est Christianum, in captiuitate sacratorũ suorum, qui supernam patriam veraci fide expectantes, etiam in suis sedibus [g] peregrinos se esse nouerunt.

† quod.

† * aliàs. captiuitati.

a Attilius Regulus. MArcus Attilius Regulus.) Historia hæc est etiã celebris: scribunt eã plurimi. M. Attilius Regulus primo Punico bello cõsul cũ L. Manlio Volsone factus est: vtrique cõsuli Aphricum bellũ est mandatũ. quod solũ ea tempestate gerebat Po. Ro. Attilius primus omniũ Romanorũ exercitũ in Aphricã transportauit, ibiq; victos aliquot prœliis Carthaginenses implorare aliena auxilia coẽgit. Accitus est è Lacedæmone Xantippus homo in bellis exercitatissimus, cuius virtute reparatũ est bellũ, & cõmissa pugna, in qua Ro. exercitus est cæsus, & ipse imperator Attilius in potestatẽ hostium viuus venit. Qui cùm per aliquot annos esset inter alios captiuos Carthagine seruatus, anno belli quartodecimo, à condita Roma quingentesimotertio, ad senatũ legatus de cõmutandis captiuis missus est, fide data reditum se, si non impetrasset cuius gratia mittebatur. Romã cũ venisset, senatusq; illi datus esset, sententiã est à cõsule consulari rogatus loco, quã dicere primũ recusauit. Deinde iussus à senatu dicere, dissuasit quod Carthaginenses petebãt: quòd captiui Carthaginenses qui Romæ erant, iuuenes essent, & bello boni: Romani vero, qui essent Carthagine, senes bello iam inutiles, nec consiliis magnopere necessarij. Itaq; ei cunctus senatus assensus est. Cumq; à liberis, cõsanguineis, gẽtilibus, propinquis, necessariis, cliẽtibus, quę maxima pars populi erat, retineretur, fidẽ hostiũ datã liberare prorsus voluit, non ignarus infecta re, & quidem se dissuadente infensissimos sibi Aphros habituru, moriendumq; sibi per exquisitissima supplicia esse. Ita Carthaginẽ reuersus, legatione renũciata, per longa & noua cruciamẽta interiit. b Inclusum.) Alij alio dicunt cum mortis genere periisse: in perpetua vigilia consentiunt omnes. Valerius libro nono, de machina in qua vndiq; præacuti stimuli eminebant, meminit, quem Augustinus sequitur. c Et per deos.) Significantius fuisset si addidisset quod emphasim haberet: Et per illos deos ille iurauerat, quorũ &c. d Sed cur ratiocinationẽ meam.) Dilẽma. si præmium bene cultæ religionis illorũ deorũ est in hac vita, cur sic obiit Attilius eius obseruantissimus: si est post hanc vitã, cur prosperitatẽ huius tanquàm mercedem expetũt? e Cũ multitudo cõstet ex singulis.) Si sint ergo singuli miseri, qui poterit esse multitudo fœlix? f Virtute beatũ.) Sic Cicero sentit multis in locis, sic Seneca, sic docti & sapientes omnes, qui de Regulo loquuntur g In suis sedibus.) Terrestribus.

An stupris, quæ etiam sanctarum forte uirginum est passa captiuitas, contaminari potuerit uirtus animi sine uoluntatis assensu. Caput. XVI.

MAgnum sanè crimen se putant obiicere Christianis, cũ eorum exaggerãtes captiuitatẽ, addunt etiam stupra cõmissa, non solũ in aliena matrimonia virgines q; nupturas, sed etiã in quasdam sanctimoniales. Hic verò nõ fides nõ pietas, nõ ipsa vir-

F

tus quæ

G tus quæ castitas dicitur, sed nostra potius disputatio inter pudorem atq; rationē [a] quibusdā coarctatur angustiis. Nec tantum [b] curamus hic alienis responsionē reddere, quantum ipsis nostris consolationem. Sit igitur in primis positum atq; firmatum, virtutem qua rectè viuitur ab animi sede [c] membris corporis imperare, sanctumq; corpus vsu fieri sanctæ voluntatis. Qua inconcussa ac stabili permanēte, quicquid alius de corpore vel in corpore fecerit, quod sine peccato [d] proprio non valeat euitari, præter culpā esse patientis. Sed quia non solum quod ad dolorem, verumetiam quod ad libidinem pertinet, in corpore alieno* perpetrari potest, quicquid tale perpetratum fuerit, & si retentam† constantissimo animo pudicitiam non excutit, pudorem tamen incutit: ne credatur factum cum mentis etiam voluntate, quod fieri fortasse sine carnis aliqua voluptate non potuit. Ac per hoc & quæ se occiderunt, ne quicquam huiusmodi paterentur, quis humanus affectus eis nolit ignosci? Et quæ se occidere noluerunt, ne suo facinore alienū flagitiū deuitarent, quisquis eis hoc crimini dederit, ipse crimine insipientiæ non carebit.

** aliâs, corpus alienū. † aliâs. renitentem.*

a Inter pudorem atq; rationem.) Pudor enim prohibet etiam corporis violationem non vocari malam, ratio id iubet. b Nec tantum.) Erunt hæc quæ dicētur nostris Christianis mulieribus, quarum corpora violata sunt: vice cuiusdam consolationis. c Ab animi sede.) H Sic Platonici in capite, tanquam in arce, rationem cum virtute statuūt, mandatricem operum prospecturamq; labori, vt Claudianus, inquit. d Quod sine peccato.) Nam alio modo, si sine peccato nostro vitare possimus, anniti pro viribus debemus, vt vitetur.

De morte voluntaria ob metum pœnæ siue dedecoris. Caput. XVII.

23. q. 5. ca. si nō licet.

NAm vtiq; si non licet priuata potestate alicui hominem occidere vel nocentem, cuius occidendi licentiam lex nulla concedit, profecto etiam qui seipsum occidit, homicida est. Et tanto fit nocentior cum se occiderit, quanto innocentior in ea causa fuit, qua se occidendum putauit. Nam si Iudæ factum [a] merito detestamur, eumq; veritas iudicat [b], cum se laqueo suspendit, sceleratæ illius traditionis auxisse potius quàm expiasse commissum: quoniam dei misericordiam desperādo exitiabiliter [c] pœnitens, nullum sibi salubris pœnitētiæ locum reliquit: quanto magis à sua nece se abstinere debet, qui tali supplicio, quid in se puniat non habet? Iudas enim cum se occidit, sceleratum hominem occidit: & tamen non solum Christi, verum etiam suæ mortis reus I finiuit hāc vitam, quia licet* propter suum scelus, alio scelere suo occisus est.

Matth. 27.

** aliâs. scilicet.*

a Nam si Iudæ factum.) Hoc notum est omnibus ex Euangelio. b Eumq; veritas iudicat.) Actuum primo Petrus, & quod domino prodiderit, & quod se suspēderit, impie & nefarie fecisse pronunciat. c Exitiabiliter.) Ita enim pœnituit eum, vt non satis se posse pœnitere tanti sceleris desperarit.

De aliena uiolentiarum libidine, quā in oppresso corpore mens inuita perpetitur. Caput. XVIII.

32. q. 5. ca. Ita ne.

QVi autem homo qui mali nihil fecit, sibi malefaciat, & seipsum interficiendo hominem interficiat innocentem, ne alium patiatur nocentem: atque in se perpetret peccatum propriū, ne in eo perpetretur alienum? At enim, ne vel aliena polluat libido metuitur. Non polluet, si aliena erit. Si autem polluet, aliena nō erit. Sed cū pudicitia virtus sit animi, comitemq; habeat fortitudinem, [a] qua potius quælibet mala tolerare, quàm malo consentire decernat: Nullus autem magnanimus [b] & pudicus in potestate habeat quid de sua carne fiat, sed tantū quid annuat mente, vel renuat: Quis tandē sana mente putauerit se perdere pudicitiam, si forte in apprehensa & oppressa carne sua exerceatur & expleatur libido non sua? Si enim K hoc modo pudicitia perit, profecto pudicitia virtus animi non erit: nec pertinebit ad ea bona [c], quibus bene viuitur, sed in bonis corporis numerabitur: qualia sunt, vires, pulchritudo, sana integráque valetudo, ac si quid huiuscemodi est: quæ bona, etiam si [d] minuantur, bonā iustamq; vitā omnino non minuunt. Quod si tale aliquid [e] est pudicitia, vt quid pro illa ne amittatur, etiam cum periculo corporis laboratur? Si autem animi bonum est, etiā oppresso corpore [f] non amittitur. Quin etiam sanctæ continentiæ bonum est, cū immunditiæ carnalium concupiscentiarum nō cedit, & ipsum corpus sanctificatur: & ideo cum eis non cedere incōcussa intentione persistit, nec de ipso [g] corpore perit castitas, † quia eo sanctæ vtendi perseuerat volūtas, & quātum in ipso est etiam facultas. Neque enim eo corpus sanctum est, quòd eius membra sunt integra, aut eo, quòd nullo contrectantur attactu, cum possint diuersis etiam casibus, vulnerata vim perpeti: & medici aliquando saluti opitulantes, hæc ibi faciunt, quæ horret aspectus. Obstetrix virginis cuiusdam [h] integritatem manu velut explorans, siue maleuolentia, siue inscitia, ** aliâs. perdit.* siue casu dum inspicit, perdidit*. Nō opinor quenquā tam stulte sapere, vt huic periisse aliquid existimet, etiā de ipsius corporis sanctitate, quāuis membri illius inte L gritate iam perdita. Quocirca proposito animi permanente, per quod etiam corpus sanctificari meruit, nec ipsi corpori [i] aufert sanctitatem violētia libidinis alienæ, quam seruat perseuerantia continentię suæ. An vero si aliqua fœmina mente corrupta, violatoq; proposito, quod deo vouerat, pergat vitianda ad deceptorē suū, adhuc eam* pergentem sanctā vel corpore dicimus, ** aliâs. eō.* ea sanctitate animi per quam corpus sanctificabatur amissa atque destructa? Absit hic error. Et hinc potius admoneamur, ita nō amitti corporis sanctitatem manēte animi sanctitate, etiā corpore oppresso, sicut amittitur corporis sanctitas violata animi sanctitate, etiam corpore intacto. Quā ob rem quia non habet, quod in se morte spontanea puniat fœmina, sine vlla cōsensione sua violenter oppressa, & alieno compressa peccato: quāto minus, antequam hoc fiat, ne admittatur homicidiū certum, cū ipsum flagitium quāuis alienū adhuc pendet incertū? An forte huic perspicuæ rationi, qua dicimus corpore oppresso, nequaquā proposito castitatis M vlla in malū consensione mutato, illius tantum esse flagitium qui opprimens concubuerit, non illius quæ oppressa concūbenti nulla voluntate consenserit, contradicere audebunt hi contra quos fœminarum Christianarum in captiuitate oppressarum, non tantum mētes, verum etiam corpora sancta defendimus?

a Comitemq; habeat fortitudinem.) Connexæ nanque sunt virtutes omnes, & inter sese complexæ, vt Philosophi docent. Sed est nonnullis maior inter se cognatio & coniunctio, quàm cū aliis. b Nullus autem magnanimus.) Hic Plutarchus, nisi memoria fallor, ex Menādro dicit, non esse boni ac fortis viri, dicere: Hoc nō patiar: esse vero eius dicere: Hoc nō faciam. c Ad ea bona.) Ad virtutes: nam triplex genus bonorū fecerunt Platonici & Peripatetici, quos *Bona triplicia.* populus secutus est: bonorū animi, bonorum corporis, bonorum fortunæ, siue externorum. d Quæ bona etiam si.) Hoc non modo ex sententia Stoicorum, sed etiam Platonis & Peripateticorum: qui externa & corporis bona, tametsi ad beatitudinem nonnihil, ad bonam tamen sanctamq; vitam nihil dicebant pertinere. e Quod si tale aliquid.) Si ex bonis est corporis, non est tanti, vt corporis iactura fiat, propter eam: præstantius enim debet censeri corpus quàm ipsa. f Etiam oppresso corpore.) Sic ægram animi Brutus & Colatinus Lucretiam consolabantur, de qua proximo loquetur capite, auertendo noxam â coacta in authorem delicti, vt inquit Liuius, mentem peccare, non corpus. Et vnde consilium abfuerit, culpam abesse: & nutrix illa apud Senecam in Hippolyto, Mens impudicam facere, non casus solet. g Nec de ipso.) Castitas corporis ex illa manat, quæ in mente est. h Obstetrix virginis cuiusdam.) Videtur rem factam narrare, quoniam

A re, quoniam cuiusdam dicit. i Nec ipsi corpori.) Quàm ad vulgarem sensum illud dictum est, siue à Bruto, siue à Liuio homine vtroq; ingenii & prudentiæ non vulgaris, de sanguine Lucretiæ iam occisæ loquente: Per hunc castissimum ante regiam iniuriam sanguinem iuro, quasi verò post regiam iniuriam non etiam fuerit castissimus, si libido omnis ab animo abfuerit, vt abfuisse putant.

De Lucretia quæ se ob illatum sibi stuprum peremit. Caput. XIX.

32. q. 5. ca. Ita ne.

VCretiam certe [a] matronam nobilem veteremq; Romanam, pudicitiæ magnis efferūt laudibus. Huius corpore cùm violenter oppresso, Tarquinij regis filius libidinose potitus esset, illa scelus improbissimi iuuenis marito Colatino, & propinquo Bruto, viris clarissimis & fortissimis indicauit, eosq; ad vindictam cōstrinxit. [b] Deinde fœdi in se commissi θ sceleris θ ęgra atque impatiens se peremit. Quid dicemus? Adultera hæc, an casta iudicanda est? Quis in hac controuersia laborādum putauerit? Egregie quidam [c] ex hoc veracitérque declamans ait, Mirabile dictu, Duo fuerunt, & adulterium vnus admisit. Splendide atq; verissime. Intuēs enim in duorum corporum commistione, vnius inquinatissimam B cupiditatem, alterius castissimam voluntatem: & non quid coniunctione membrorum, sed quid animorum diuersitate ageretur, attendens, Duo, inquit, fuerunt, & adulterium vnus admisit. Sed quid est hoc, quod in eā grauius vindicatur, quæ adulterium non admisit? Ille patria [d] etiam cū patre pulsus est: hæc summo est mactata supplicio. Si non est illa impudicitia, qua inuita comprimitur, non est hæc iustitia, qua casta punitur. Vos appello leges iudicesq; Romani. Nempe post patrata facinora, nec quenquam scelestum indemnatū [e] impune voluistis occidi. Si ergo ad vestrum iudicium quisquam deferret hoc crimen, vobisq; probaretur, nō solum indemnatam, verum etiam castam & innocentem interfectam esse mulierem: nónne eum qui id fecisset, seueritate congrua plecteretis? Hoc fecit illa Lucretia, illa illa sic prædicata Lucretia: innocentē, castā, vim perpessam Lucretiā. Lucretia insuper [f] interemit. Proferte sententiam. Quod si propterea non potestis, C quia nō astat, quam punire possitis, cur interfectricem innocentis & castæ tāta prædicatione laudatis? Quam certe apud infernos iudices, etiam tales, quales Poëtarum vestrorum carminibus cantitātur† *, nulla ratione defenditis, constitutam scilicet inter illos, [g]

**† aliâs, decantantur.*

Qui sibi letum
Insontes peperere manu, lucemq; perosi,
Proiecere animas. quibus ad suprema redire:
Fata obstant, tristiq; palus innabilis vnda
Alligat. An forte ideo ibi non est, quia non insontem, sed male sibi consciam se peremit? Quid si enim quod ipsa tantummodo [h] nosse poterat, quàmuis iuueni violenter irruenti, etiam sua libidine illecta consensit? Idq; in se puniens ita doluit, vt morte putaret expiandum? quanquam ne sic quidem occidere se debuit, si fructuosam posset apud deos falsos agere pœnitentiam, Veruntamen si forte ita est, falsūmq; est illud, quod duo fuerūt, & adulteriū vnus admisit, sed potius ambo adulteriū commiserūt: vnus manifesta inuasione, altera latente cōsensione. non se occidit insontē, & ideo potest à literatis eius defensoribus [i] dici nō esse* † apud inferos inter illos qui sibi letū insontes peperere manu. Sed ita hæc causa ex vtroque latere coarctatur, vt si extenuatur homicidium, adulteriū confirmetur: si purgatur adulterium, homicidiū cumuletur. Nec omnino inuenitur exitus [k], vbi dicitur: Si adultera, cur D laudata? si pudica, cur occisa? Nobis tamen in hoc tam nobili fœminæ huius exemplo, ad istos refutandos, qui Christianis fœminis in captiuitate compressis, alieni ab omni cogitatione † sanctitatis insultant: sufficit quod in præclaris eius laudibus dictum est: Duo fuerunt, & adulteriū vnus admisit. Talis enim ab eis Lucretia magis credita est, quæ se nullo adulterino potuerit maculare consensu*. Quod ergo seipsam quoniā adulterium pertulit, etiam non adultera occidit, nō est pudicitię charitas, sed pudoris infirmitas. Puduit enim eam turpitudinis alienæ in se commissæ, etiam si non secum: & Romana mulier [m] laudis auida nimium verita est, ne putaretur quod violenter est passa cum viueret, libenter passa, si viueret [n]. Vnde ad oculos hominum mentis suæ testem illam pœnam adhibendā putauit, quibus conscientiam demonstrare non potuit. Sociam quippe facti se credi erubuit, si quod alius in ea fecerat turpiter, ferret ipsa patienter. Non hoc fœminæ Christianæ fecerunt, quæ passæ similia viuunt. Tamen nec in se vltæ sunt crimen alienum, ne aliorū E sceleribus adderent sua: si quoniam hostes in eis concupiscendo stupra commiserant, illæ in seipsis homicidia erubescendo committerent. Habent quippe intus gloriam castitatis, testimonium conscientiæ [o], habent autem coram oculis dei sui, nec requirunt amplius vbi* quid rectè faciant, non amplius habent, ne deuient ab authoritate legis diuinæ, cū male deuitant offensionem suspitionis humanæ.

† aliâs. alienis ab omni contagione.

** aliâs. quæ nullo adulterino potuerit maculari cōsensu.*

** aliâs. nisi.*

a VCretiam certe.) Hæc Lucretiæ historia vulgaris est, quanuis eā Dionysius paulum aliter, quàm Liuius tradat, sed in summa vtrq; consentiunt. b Ad vindictam constrinxit.) Liuius verbis Lucretiæ: sed date dexteras fidemq; haud impune adultero fore. dant ordine omnes fidem. c Egregie quidam.) Nondum quis hic fuerit legi. Scholiastes noster Vergilium dicit esse, ac se à magno quodam viro, qui historias multas legerat scriptum inuenisse. quasi verò qui multas legit historias possit ex se nouam de rebus antiquis confingere. Sed nec Vergilius declamauit vnquam, nec causam egisse nisi vnam, idq; semel traditur: ac forsan in illa vna, quæ nūquam extitit, magnus ille historiarum lector diuinauit hoc dictum esse. Cuius rei affirmandæ licentiam habebat, quia multas legerat historias: & eo maiorem, si vel licentiatus erat, vel doctor. d Ille patria.) Expulsus Tarquinius rex, cum regia stirpe, de hoc libro tertio. e Scelestum & indemnatum.) Cicero scribit de capite ciuis Roma. legibus esse cautum, ne iudicium ferretur, nisi à toto populo magnis comitijs, quæ dicuntur Centuriata. Modum & ordinem iudicij ponit in oratiōe pro domo sua, & Plutarchus in Gracchis, f Lucretia insuper,) Hoc enim auget rem, Lucretiam fuisse hoc est, patritiā & primariam ciuitatis fœminam. g Constituram scilicet inter illos.) Vergilius in sexto, nouem circulis inferna contineri narrat: in quorum tertio dicit,

Vergilius egit causam unam.

F De capite ciuis Roma. qualiter iudicabatur.

Inferorum nouem circuli.

Proxima deinde tenent mœsti loca, qui sibi letum,
Insontes peperēre manu, lucemq; perosi
Proiecēre animas: quàm vellet æthere in alto
Nunc & pauperiem & duros perferre labores?
Fata obstant tristiq; palus innabilis vnda
Alligat, & nouies styx interfusa coēcet.

h Quod ipsa tantummodo.) Neq; enim alius scire potest, an & ipsa voluptate aliqua delinita tacite consenserit. i Et ideo potest non literatis eius defensoribus.) Melius sic. Ideo pōtā literatis eius defensoribus, vel à nō illiteratis eius defensoribus. k Nec omnino inuenitur exitus.) Dilemma est hoc: Si adultera, cur laudata? si pudica, cur occisa? Hoc genus argumenti veteres qui de Rhetorica præceperunt arte, vel infirmatione alterius partis solui dicunt, vel conuersione, quam ἀντιστροφὴν vocant. Exempla sunt apud Ciceronem in Rhetoricis, neutrum inueniri posse huic conclusioni exitū Augustinus dicit. l Etiam non si secum.) Nam aliena ipsa fuit à consensu turpitudinis. m Et Ro. mulier.) Romana enim gens auidissima fuit laudis, de qua dictum est:

Dilemma. Antistrophe.

Romani laudis auidi.

Vincet amor patriæ, laudumq; immensa cupido.

Quin & ipsa Lucretia, vt Ouidius de ea inquit in Fastis:

Succubuit famæ victa puella meu.

n Si viueret.) Post adulterium in se perpetratum. o Testimoniū conscientiæ.) Paulus. ij. ad Corint. j. Nam gloria nostra hæc est testimoniū conscientiæ nostræ. Idē Stoici & cuncti ex gentibus sapientes dixerunt.

Nullam esse authoritatem, quæ Christianis in qualibet causa ius uoluntariæ necis attribuat. Caput. XX.

Nequa

G NEque enim frustra in sanctis canonicis libris nusquā nobis diuinitùs præceptum permissumve reperiri potest, vt vel ipsius adipiscendæ immortalitatis, vel vllius carendi cauendíve mali causa, nobismetipsis necem inferamus. Nā & prohibitos nos esse intelligendum est, vbi lex ait,
Exo. 20. Non occides: præsertim quia non addidit, proximum tuum: sicut falsum testimonium cum vetaret. Falsum, inquit, testimonium non dices aduersus proximū tuū.
Ibidem. Nec ideo tamen si aduersus seipsum quisquam falsum testimonium dixerit, ab hoc crimine se putauerit alienum: quoniam regulam diligēdi proximum à semetipso dilector accepit, quandoquidem scriptum est: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Porrò si falsi testimonij non minus reus est, qui de seipso falsum fatetur, quàm si aduersus proximum hoc faceret: cū in eo præcepto, quo falsum testimonium prohibetur, aduersus proximum prohibeatur, possitq; non rectè intelligentibus videri nō esse prohibitum, vt aduersus seipsum quisquam falsus testis assistat: quāto magis intelligendum est, non licere homini seipsum occidere, cū in eo quod scriptum est: Non occides: nihilo deinde addito, nullus nec ipse vtiq; cui præcipitur, intelligitur exceptus: Vnde quidam hoc præceptū, etiam in bestias ac pecora conātur extendère, vt ex hoc nullum etiam eorum liceat occidere. Cur nō ergo & herbas & quic-
H quid humo radicitus alitur ac figitur? Nam & hoc genus rerum quanuis non sentiat, dicitur tamen viuere[a]: ac per hoc potest & mori: proinde etiam cum vis adhibetur, occidi. Vnde & Apostolus cùm de huiuscemodi seminibus loqueretur: Tu, inquit, quod seminas
1. Cor. 15. non viuificatur, nisi prius moriatur. Et in Psalmo scri
Psal. 77. ptum est, Occidit vites eorum in grandine. Nunquid igitur ob hoc cum audimus, Non occides: virgultum vellere nefas dicimus, & Manichæorum errori insanissime acquiescimus? His igitur deliramētis remotis,
Exo. 20. cum legimus, Non occides: si propterea non accipimus hoc dictum esse de frutetis? quia nullus est eis sensus, nec de animātibus irrationalibus, volatilibus, natatilibus, ambulantibus† reptilibus: quia nulla nobis ratione sociantur, quam non eis datum est nobiscum habere communem: Vnde iustissima ordinatione creatoris, & vita, & mors eorum nostris vsibus subditur. Restat ergo vt de hominibus intelligamus, quod dictum est, Non occides: non alterum ergo, nec te. Neq; enim qui se occidit, aliud quàm hominem occidit.

† ambulatilibus.

a Stirpes animati. QVanuis non sentiat, dicitur viuere.) Aristoteles animatos dicit stirpes, & viuentes, insensibiles tamen. Plato ex Empedoclis sententia animales illos ait, & sentientes. Vtrumcunque sit, mori possunt, quia viuunt.

De interfectionibus hominum, quæ ab homicidii crimine excipiuntur. Caput. XXI.

I 23. q. 5. ca. si nō licet. Exo. 20. QVasdam verò exceptiones eadem ipsa diuina fecit authoritas, vt liceat hominem occidi. Sed his exceptis, quos deus occidi iubet, siue data lege, siue ad personam pro tempore expressa iussione. Non autem ipse occidit, qui ministerium debet* iubenti, sicut adminiculum gladius est vtenti. Et ideo nequaquàm contra hoc præceptum fecerunt, quo dictum est, Non occides: qui deo authore[a] bella gesserūt, aut personam gerentes publicæ potestatis secundum eius leges, hoc est iustissimæ rationis imperium, scelerato morte punierunt. Et Abraham non solum non
Abraham Gene. 22. est culpatus crudelitatis crimine, verùm etiam laudatus est nomine pietatis, quòd voluit filium nequaquàm scelerate, sed obedienter occidere. Et meritò quæritur, vtrum pro iussu dei sit habendum quod Iepte[b] filiam K
Iepte Iudicū. 11. quæ patri occurrit, occidit, cum se immolaturum[c] deo id vouisset, quod ei redeunti de prælio victori primitus occurrisset. Nec Sampson[c] aliter excusatur, quòd
Sampson. Ibidē. 16. seipsum cum hostibus ruina domus oppressit: nisi quia spiritus latenter hoc iusserat, qui per illū miracula faciebat. His igitur exceptis, quos vel lex iusta generaliter, vel ipse fons iustitiæ deus specialiter occidi iubet, quisquis hominem vel seipsum, vel quemlibet occiderit, homicidij crimine innectitur.

*aliàs, dat.

† aliàs. male.

a QVi deo authore.) Vt Iudęi qui gesserunt quidem bella, sed iubente dissertis verbis deo. [illegible] b Iepte.) Iudi. xj. cuius factum simile videtur ei, quod de Agamemnone scribunt Tragici, qui in Aulide filiam Iphigeniam immolauit Dianæ. Iepte sacrificium multi reprobant: nam votum de his rebus, quæ solent immolari eum bona dei gratia, erat interpretandum, vt illud quoque Agamemnonis. c Nec Sampson,) Iudicum. xvj.

Agamemnon.

Quod nunquàm possit mors uoluntaria ad magnitudinem animi pertinere. Caput. XXII.

ET quicunq; hoc in seipsis perpetrauerunt, animi magnitudine fortasse mirandi, non sapiētiæ sanitate laudandi sunt. Quanquam si ra-
L tionem diligentius consulas, nec ipsa quidē animi magnitudo rectè nominatur, vbi quisque nō valendo tolerare, vel quæq; aspera, vel aliena peccata, seipse interemerit. Magis enim mens infirma deprehenditur, quę ferre nō potest, vel duram sui corporis seruitutem, vel stultam vulgi opinionem. Maiorq; animus meritò dicendus est, qui vitam ęrumnosam magis potest ferre, quàm fugere: & humanum iudicium, maximeq; vulgare, quod plerunque caligine erroris[a] inuoluitur, præ cōscientiæ luce ac puritate contemnere. Quamobrem si magno animo fieri putandum est, cum sibi homo ingerit mortem, ille potius Theobrotus[b] in hac animi
Cleombrotus. magnitudine reperitur: quem ferunt lecto Platonis libro, vbi de immortalitate animæ disputauit, se præcipitem dedisse de muro, atque ita ex hac vita migrasse ad eam, quam credidit esse meliorem. Nihil enim vrgebat aut calamitatis, aut criminis, seu verū, seu falsum, quod nō valendo ferre se auferret, sed ad capescēdam mortem, atq; ad huius vitæ suauia vincula rumpenda sola affuit animi magnitudo. Quod tamen magnē† potius factum esse, quàm bene, testis ei potuit esse Plato ipse, quem legerat: qui profecto id præcipuè potissimumq; fecisset, vel etiā fieri præcepisset, nisi ea mē
M te, qua immortalitatem animæ vidit, nequaquàm faciendum, quin etiam prohibendum[c] esse iudicasset.

QVod plerunq; caligine erroris.) Populum sapiētes olim magnum erroris magistrum soliti sunt appellare. b Theobrotus.) Legendum Cleombrotus. Hic fuit Ambraciota, qui lecto Platonis Phædone de immortalitate animæ, vt ex hac vita, quæ est velut mors quædam, ad immortalitatē migraret, è muro se in mare dedit præcipitem, cùm nihil ei mali contigisset. Cicero est author in primo Tuscu. quæst. In eum extat epigramma Calimachi Græcum. Latinum memini me legere,

Vita vale, muro præceps delapsus ab alto
Dixisti moriens Ambraciota puer:
Nullum in morte malum credens, sed scripta Platonis
Non ita erant animo percipienda tuo.

Fuit & alius Cleombrotus Lacedæmoniorum rex, quem Epaminundas Thebanus vicit. c Quin etiam prohibendum.) Et quidem in eodem Phædone in principio, nefas esse dicit hominem sibimet manus afferre: nec aliter irasci deum, si id fiat, quàm dominum. si quod se mancipiorum occiderit: aliisq; multis in locis ait migrare, ex hac vita nulli hominum licere iniussu dei. Sumus enim hic omnes velut in acie, loco vnicuique suo ab imperatore deo assignato: maioriq; supplicio afficiēdum desertorem vitæ, quàm desertorem militiæ.

Plato in Phædone,

Quale exemplum sit Catonis, qui uictoriam Cæsaris non ferens, se interemit. Caput. XXIII.

Atenim

A AT enim multi se interemerunt, ne in manus hostium peruenirent. Non modo quærimus vtrum sit factum, sed vtrum fuerit faciendum. Sana quippe ratio etiam exemplis anteponenda est, cui quidem & exempla concordant: sed illa quæ tanto digniora sunt imitatione, quanto excellentiora pietate. Non fecerunt Patriarchæ, non prophetæ, non Apostoli: quia & ipse dominus Christus, quando eos si persecutionem pate-
Matt. 10. rentur fugere admonuit de ciuitate in ciuitatem, potuit admonere, vt sibi manus inferrent, ne in manus persequentium peruenirent. Porrò si hoc ille non iussit, aut monuit, vt hoc modo sui ex hac vita migrarēt,
Ioan. 14. quibus migrantibus mansiones æternas se præparaturum esse promisit, quælibet exempla opponant gentes, quæ ignorant deum, manifestum est hoc non licere
Roma. 10. colentibus vnum verum deum. Sed tamen illi etiam præter Lucretiam, de qua supra satis quod videbatur diximus, nō facile reperiunt de cuius authoritate præscribant, nisi illum Catonem[a], qui se Vticæ occidit:
Cato Vticensis. non quia solus[b] id fecit, sed quia vir doctus[c] & probus[d] habebatur, vt merito putetur recte etiam fieri potuisse vel posse quod fecit. De cuius facto quid potissimum dicam, nisi quod amici eius etiam docti quidā[e] viri, qui hoc fieri prudentius dissuadebant, imbecillio-
B ris quàm fortioris animi facinus esse censuerunt: quo demonstraretur non honestas turpia præcauens, sed infirmitas aduersa non sustinens. Hoc & ipse[f] Cato in suo charissimo filio indicauit. Nam si turpe erat sub victoria Cæsaris viuere, cur author huius turpitudinis pater filio fuit, quem de Cæsaris benignitate omnia sperare præcepit? Cur non & illum secum coēgit ad mortem? Nam si eum filium, qui contra imperium in hostem pugnauerat etiam victorem, laudabiliter Tor
Torquatus. quatus occidit, cur victus victo filio pepercit Cato, qui non pepercit sibi? An turpius erat contra imperiū esse victorem, quàm contra decus ferre victorem? Nullo modo igitur Cato turpe esse iudicauit sub victore Cæsare viuere, alioquin ab hac turpitudine paterno ferro filium liberaret. Quid est ergo, nisi quod filium quantum amauit, cui parci à Cæsare & sperauit & voluit, tantū gloriæ ipsius Cæsaris, ne ab illo etiam[h] sibi parceretur, vt ipse Cæsar[i] dixisse fertur, inuidit: aut vt ali quid nos mitius dicamus, erubuit?

a Catones. NIsi illum Catonem.) Catones sunt ex gente Portia è Tusculo Latinorum oppido oriunda. Primus qui in ea gente Cato, hoc est, cautus & prudens est dictus, fuit M. Portius, homo
C nouus, sed maximos honores assecutus, consulatum, censurā, triumphum. Huius pronepos fuit M. Portius Cato, vterque maximus & innocentissimus vir. Ille maior, hic minor appellatus est. Minor prætorius adhuc bello ciuili Pompeiano, Pompei, hoc est ipsius reipubli. & libertatis partes aduersus C. Cæsaris tyrannidē secutus est: victo ad Pharsaliam à Cæsare Pompeio, & in Aphrica Scipione Metello Pompei socero, ipse fracta fortuna partium, cum omnia superata esse à Cæsare videret, Vticæ, quæ ciuitas est in Aphrica, perfecto prius bis eadem ipsa nocte Platonis Phædone de animæ immortalitate gladio se transfixit. b Non quia solus.) Nam alij alijs bellis permultis se occiderant, ne potestatē sui hostibus facerent. Et in eodem bello ciuili Scipio Metellus & Aphranius, & Iuba rex se interemerunt. c Vir doctus.) Stoicus & Græcæ sapientiæ callentissimus. d Et probus.) Catonis vtriusque & innocentia & sapientia etiam in prouerbium abierunt. Vnde & illud apud Iuuenalem,

Catonum sanctitas.

Tertius è cœlo cecidit Cato.

Hunc Catonem sic ad Vinicium describit Velleius Paterculus: Hic genitus proauo M. Catone principe illo familiæ Portiæ, homo virtuti simillimus], & per omnia ingenio dijs quàm hominibus proprior: qui nunquam recte fecit, vt facere videretur, sed quia aliter facere non poterat, cuique id solum visum est rationem habere, quod haberet iustitiam, omnibus humanis vitijs immunis, semper fortunam in sua potestate habuit. Hæc Velleius. vt & Senecæ, & Lucani, & Ciceronis, & Sallustij, aliorúmq; amplissima de Catone testimonia prætermittam. e Docti quidam.) Vticæ cum Catone dicuntur fuisse Apollonides Stoicus, & Demetrius Peripateticus, & Cleanthes medicus. nam Cato Græcos Philosophos multū in comitatu habebat, quantúmque oderat eos proauus, tantum dilexit pronepos. Et nocte qua se occidit, Plutarchus refert disputationem super cœnam ortam de his rebus, quæ ad veram hominis libertatem pertinerent: in qua Demetrius multa dixisset aduersus ea quę constantissime affirmabat Cato, de laude eorum qui se occiderent, adeo vt suspirionem alijs faceret, cum sua se manu statuisse tollere. f Hoc & ipse.) Plutarchus scribit, cum Cæsar Vticam accessisset, Catonem eos, quos secum habebat nauigio dimisisse, suasisseq; vehementer filio, vt & ipse cum alijs nauigaret: qui nunquam adduci potuit, vt patrem relinqueret. Huic filio iuueni Cæsar, vt Liuius lib. cxiiij. & Cęsar ipse in bello Aphrico scribunt, ignouit: fuitq; in Venere intēperans, vt Plutarchus in vita patris tradit. Sed pro patria in acie Philippēsi in partibus M. Bruti cōsobrini sui fortiter pugnans, interijt: nec excedere ex acie voluit fugiētibus iam primoribus. g Nam si eum filium.) T. Manlius Torquatus consul, filium, quòd contra edictum suum pugnauerat, tametsi prospere, securi percuti iussit: de hoc alibi. h Ne ab illo etiam.) Catonem tradit Plutarchus, nec voluisse quicquam à Cæsare petere, nec pro se peti permisisse. i Vt ipse Cæsar.) Nota est illa Cæsaris vox ad nuncium mortis Catonis: Inuideo Cato gloriæ tuæ, nam & tu inuidisti meæ: ne inter cætera mea præclare facta numeraretur & illud, me Catonem seruasse. Libros scripsit Cæsar anticatones duos contra Catonem Cicer. vt Cicero ipse & Suetonius meminerunt. Ea volumina vir clarissi. Cardinalis Leodiensis cōfirmauit, se in antiqua quadam bibliotheca Leodij vidisse, & curaturum vt ad me mitterentur. Quod si fecerit, non inuidebo studiosis hominibus lectionem eorum.

Catonis filius.

Manlius. Torquatus.

Quod in ea uirtute, qua Regulus Catone præstantior fuit, multo magis emineant Christiani. Caput. XXIIII.

NOlunt autem isti contra quos agimus, vt sanctum virum Iob, qui tam horrenda mala in sua carne[a] perpeti maluit, quàm illata sibi morte omnibus carere cruciatibus: vel alios sanctos ex nostris literis summa authoritate celsissimis, fideq; dignissimis, qui captiuitatem dominationemq; hostium ferre quàm sibi necem inferre maluerūt, Catoni præferamus: sed ex literis eorum, eidem illi Marco Catoni Marcum Regulum præferamus. Cato enim nunquam Cæsarē vicerat, cui victus dedignatus est subiici, & ne subijceretur à seipso elegit occidi. Regulus autem Pœnos iam vicerat, imperioq; Romano Romanus imperator non ex ciuibus dolendam, sed ex hostibus laudandam victoriam reportauerat: ab eis tamen postea victus, maluit eos ferre seruiendo, quàm eis se auferre moriendo. Proinde seruauit & sub Carthagi-
F nensium dominatione patiētiam, & in Romanorum dilectione cōstantiam: nec victum auferens corpus ab hostibus, nec inuictum animum à ciuibus. Nec quòd se occidere noluit vitæ huius amore fecit. Hoc probauit, cum causa promissi iurisq; iurandi ad eosdem hostes, quos grauius in senatu verbis, quàm in bello armis offenderat, sine vlla dubitatione remeauit. Tantus itaque vitæ huius contemptor, cum sæuientibus hostibus, per quaslibet pœnas eam finire, quàm se ipse perimere maluit, magnum scelus esse si se homo interimat, proculdubio iudicauit. Inter omnes suos laudabiles & virtutum insignibus illustres viros non proferunt Romani meliorem, quem neque fœlicitas corruperit, nam in tanta victoria pauperrimus[b] permansit: nec infœlicitas fregerit, nam ad tanta exitia reuertit intrepidus. Porrò si fortissimi & præclarissimi viri terrenæ patriæ defensores, deorúmque licet falsorum, non tamen fallaces cultores, sed veracissimi etiam iuratores, qui hostes victos more ac iure belli ferire potuerunt, hi ab hostibus victi seipsos ferire noluerūt: & cum mortem minime formidarent, victores tamen dominos ferre, quàm eam sibi inferre maluerunt: quanto magis Christiani verum deum colentes, & supernæ patriæ suspirantes, ab hoc facinore temperabunt, si eos diuina dispositio vel probandos vel emendandos ad tempus hostibus subiugauerit, quos in illa humilitate non deserit, qui propter eos tam humiliter venit altissimus:

G mus præsertim quos [c] nullius militaris potestatis, vel
potentiæ talis militiæ * iura constringunt, ipsum hostem ferire
superatum?

[a] IN sua carne.) Vlcere enim pessimo est afflictus. b Pauperrimus.) Liuius lib. xviij. & Valerius in exemplis de paupertate. Cum Attilius prorogatum in proximum annum imperium cognouisset, consulibus de successore sibi mittendo scripsit. Inter causas cur prouincia vellet decedere illam attulit præcipuam, quòd agellus suus septem iugerum, quem solum habebat, à mercenario vastaretur, quod si ita pergeret facere, nõ fore vnde vxor & liberi sui alerentur: senatus dato ædilibus negocio, patrimonio Attilii prospexit. c Præsertim quos.) Alienam facit hanc pugnandi rationem à Christiana pietate, id est, inhumanitatem sæuissimam à mansuetissima humanitate.
Attilii Reg. paupertas.

Quod peccatum non per peccatum debeat declinari. Caput. XXV.

QVis ergo tam malus error obrepit, vt homo se occidat, vel quia in eum peccauit, vel ne in eum peccet inimicus, cum vel peccatorem, vel peccaturum ipsum occidere nõ audeat inimicum? At enim timendum est & cauendum, ne libidini hostili subditum corpus illecebrosissima voluptate animum alliciat consentire peccato. Proinde, inquiunt, nõ iam propter alienum, sed propter suum peccatum, ante-
H quam hoc quisque committat, se debet occidere. Nullo modo quidem hoc faciet animus, vt cõsentiat libidini carnis suæ, aliena libidine concitatę, qui deo potius eiusq; sapientiæ quàm corporis concupiscentiæ subiectus est. Veruntamen si detestabile facinus & damnabile scelus est etiam, seipsum hominem occidere, sicut veritas manifesta proclamat, quis ita desipiat, vt dicat, Iam nunc peccemus, ne postea forte peccemus: iam nunc perpetremus homicidium, ne forte postea incidamus in adulterium? Nónne si tantum dominatur iniquitas, vt non innocentia, sed potius peccata eligantur, satius est incertum de futuro adulterium, quàm certum de præsenti homicidium? Nónne satius est flagitium committere, quod pœnitendo sanetur, quàm tale facinus vbi locus salubris pœnitentiæ non relinquitur? Hæc dixi propter eos vel eas, quæ non alieni, sed proprij peccati deuitandi causa, ne sub alterius libidine etiam excitatę suæ forte consentiant, vim sibi qua moriantur inferendam putant. Cæterum absit à mente Christiana, quæ in deo suo fidit, in eoq; spe posita, eius adiutorio nititur: absit, inquam, vt mens
I talis quibuslibet carnis voluptatibus ad cõsensum turpitudinis cedat. Quòd si illa concupiscentialis [a] inobedientia, quæ adhuc in membris moribundis [b] habitat, præter nostræ voluntatis legem quasi lege sua mouetur: quanto magis absq; culpa est in corpore non consentientis, si absque culpa est in corpore dormientis?

[a] QVòd si illa concupiscentialis.) Mouetur enim ex se libido corporis etiam voluntate resistente ac repugnãte. hinc victa voluntate à carne, nascitur pudor: vt aliâs dicet fusius. b Moribundis.) Membra hæc nostra morti subdita quotidie moriuntur, & tamen vitam quandam videntur per se habere aliam à vita animi: quanto magis absq; culpa est, si motus illi libidinis interdormiendum excitantur sine culpa, quia natura illos agitat absque assensu voluntatis, quanto minus erunt sine culpa, vbi non solum quiescit voluntas, sicut in somno, verumetiam aduersatur, & obsistit.

De his quæ fieri non licet, cum à sanctis facta noscuntur, qua ratione facta credenda sint. Caput. XXVI.

SEd quædam, inquiunt [a], sanctæ fœminę tempore persecutionis, vt insectatores suæ pudicitiæ deuitarent, in rapturum atque necaturum se flumen proiecerunt: eóq; modo defunctæ sunt, earũmque martyria in catholica Ecclesia veneratione celeberrima frequentantur. De his nihil temere audeo iudicare. Vtrum enim Ecclesiæ aliquibus fidedignis testificationibus, vt earum memoriam sic honoret, diuina persuaserit authoritas, nescio, & fieri potest, vt ita sit. Quid si enim hoc fecerunt nõ humanitus deceptæ, sed diuinitus iussæ: nec errantes, sed obedientes: sicut de Sampsone aliud nobis fas non est credere? Cum autem deus iubet, seq; iubere sine vllis ambagibus intimat, quis obedientiam in crimen vocet? quis obsequium pietatis accuset? Sed non ideo sine scelere facit, quisquis deo immolare filium decreuerit, quia hoc Abraham etiã laudabiliter fecit. Nam & miles cum obediens potestati, sub qua legitime constitutus est, hominem occidit, nulla ciuitatis suæ lege reus est homicidij: imò nisi fecerit, reus est imperij deserti atque contempti. Quòd si sua sponte atque authoritate fecisset, in crimen effusi humani sanguinis incidisset. Itaque vnde punitur si fecerit iniussus, inde punietur nisi fecerit iussus. Quod si ita est iubente imperatore, quanto magis iubente creatore? Qui ergo audit, non licere se occidere, faciat si iussit, cuius non licet iussa contemnere. Tantummodo videat, vtrum diuina iussio nullo nutet incerto. Nos per aurem [b] cõscientiam conuenimus, occultorum nobis iudicium non vsurpamus. Nemo scit quid agatur in homine, nisi spiritus hominis qui in ipso est. Hoc dicimus, hoc asserimus, hoc modis omnibus approbamus, neminem sponteneam mortem sibi inferre debere, velut fugiendo molestias temporales, ne incidat in perpetuas. Neminem propter aliena peccata, ne hoc ipso incipiat habere grauissimum proprium, quem non polluebat alienum? neminem propter sua peccata præterita, propter quæ magis hac vita opus est, vt possint pœnitendo sanari. Neminem velut desiderio vitæ melioris, quę post mortem speratur: quia reos suæ mortis, melior post mortem vita non suscipit.

Iudicũ. 16.
Gene. 22.
et. 23. q. 5. ca. Miles.
1. Cor. 2.
23. q. 5. ca. Si nõ licet.

SEd quædam, inquiunt,) Pelagiam scribit Ambrosius, li. iij. de virginibus cum matre & sororibus præcipitem se dedisse in flumen, ne à persequenti milite violaretur: eam tamen, vt idem, inquit, martyrium numero Ecclesia asscripsit. Item Sophroniam, quæ se occidit, ne vim à Maximino Cæsare pateretur: vt Eusebius in ecclesiastica historia perhibet. b Nos per aurem.) Ab exterioribus iudicium de interioribus facimus: in occulta enim acies nostra non penetrat.
Pelagia
Sophronia

An propter declinationem peccati mors spontanea appetenda sit. Caput. XXVII.

REstat vna causa de qua dicere cœperam, qua vtile putatur, vt se quisquam occidat, scilicet ne in peccatum irruat, vel blandiente voluptate, vel dolore sæuiente. Quam causam si volueri-
M mus admittere, eò vsq; progressa peruenietur, vt hortandi sint homines, tũc se potius interimere, cum lauacro sanctæ regenerationis abluti, vniuersorum remissionem acceperint peccatorum. Tunc enim tempus est cauendi omnia futura peccata, cum omnia sunt deleta præterita. Quod si morte spontanea recte fit, cur nõ tunc potissimum fit? Cur baptizatus sibi quisque parcit? Cur liberatum caput tot rursus vitæ huius periculis inserit, cum sit facillimę potestatis illata sibi nece omnia deuitare, scriptumq; sit: Qui amat periculum, incidit in illud? Cur ergo amantur tot & tanta pericula, vel certe etiam si non amantur, suscipiuntur? Cur manet in hac vita, cui abscedere licitum est? An vero tam insulsa peruersitas cor euertit, & à consideratione veritatis auertit: vt si se quisquam interimere debeat, ne vnius captiuantis dominatu corruat in peccatum, viuendum sibi existimet, vt ipsum perferat mundum per omnes horas tentationibus plenum, & talibus qualis * † sub vno domino formidatur, & innumerabilibus cæteris, sine quibus hæc vita nõ ducitur? Quid igitur causæ est, cur in eis exhortationibus

Eccle. 3.
† quali bus.

A tationibus tempora consumamus: quibus baptizatos alloquendo [a] studeamus accendere, siue ad virginalem [b] integritatem, siue ad continentiam vidualem, siue ad ipsam thori coniugalis fidem, cum habeamus meliora, & ab omnibus peccandi periculis remota compendia: vt quibuscunq; post remissionem recentissimam peccatorum, ad arripiendam mortem, sibiq; ingerendam persuadere potuerimus, eos ad dominum saniores purioresq; mittamus? Porrò si quisquis hoc aggrediendum atque persuadendum putat, non dico desipit, sed insanit. Qua tandem fronte homini dicit: Interfice te, ne paruis tuis peccatis adiicias grauius, dum viuis sub domino barbaris moribus impudico, qui non potest nisi sceleratissime dicere, Interfice te, peccatis tuis omnibus absolutis, ne rursus talia vel etiam peiora committas, dum viuis in mundo tot impuris voluptatibus illecebroso, tot nephandis crudelitatibus furioso, tot erroribus & terroribus [c] inimico?
B Hoc quia nephas est dicere, nephas est profecto se occidere. Nam si hoc sponte [d] faciendi vlla causa iusta esse posset, proculdubio iustior quàm ista non esset. Quia verò nec ista est, ergo nulla est. Non itaque θ omnibus θ vobis, ô fideles Christi, sit tædio vita vestra, si ludibrio fuit hostibus castitas vestra. Habetis magnam veramq; consolationem, si fidam conscientiam retinetis, non vos consensisse peccatis eorum, qui in vos peccare permissi sunt.

Baptizandimos.

QVibus baptizatos alloquendo.) [illegible] Augustinus [illegible] b. & [illegible] Tapischerio.

Quo iudicio dei in corpora continentium libido hostilis peccare permissa sit. Caput. XXVIII.

C QVòd si forte cur permissi sint quæritis, alta quidem est prouidentia creatoris mundi atq; rectoris, & inscrutabilia sunt iudicia eius, &
Roma. 2. inuestigabiles [a] viæ eius. Veruntamen interrogate fi-
**aliâs, num forte, uel an forte.* deliter animas vestras, ne forte * de isto integritatis & continentiæ vel pudicitiæ bono, vos inflatius extulistis, & humanis laudibus delectatæ in hoc etiam aliquibus inuidistis? Non accuso quod nescio, nec audio quod vobis interrogata corda vestra respondent. Tamen si ita esse respõderint, nolite mirari hoc vos amisisse [b]. Vnde hominibus placere gestiistis [c]: illud vobis remansisse, quod ostendi hominibus non potest. Si
**diuina gratia.* peccantibus non consensistis, diuinæ gratiæ *, ne amit-
**aliâs, humana gloria.* teretur, diuinum accessit auxilium: humanæ gloriæ *, ne amaretur humanum successit opprobriũ. In vtroq; consolamini pusillanimes: illinc probatę, hinc castigatæ: illinc iustificatæ, hinc emendatæ. Quarum verò corda interrogata respondent, nunquam se de bono virginitatis vel viduitatis vel coniugalis pudicitiæ superbisse, sed humilibus consentiendo [d], de dono dei cum tremore exultasse [e], nec inuidisse cuiquam paris
**aliâs, magis.* excellentiam sanctitatis & castitatis: sed humana laude postposita, quæ tanto maior * deferri solet, quanto est bonum rarius, quod exigit laudem, optasse potius, vt earum amplior numerus esset, quàm vt ipsæ in paucitate amplius eminerent. Nec istæ θ quidem θ, quæ tales sunt, si earum quoq; aliquas Barbarica libido compressit, permissum hoc esse causentur [f]: nec ideo credant deum ista negligere, quia permittit quod nemo impune committit. Quædam enim veluti pondera malarum cupiditatum, & per occultum præsens diuinum iudicium relaxantur, & quædam manifesto vltimo reseruantur. Fortassis autem istæ, quæ bene sibi sunt consciæ, non se ex isto castitatis bono cor inflatum extulisse, & tamen vim hostilem in carne perpessæ sunt, habebant aliquid latentis infirmitatis, quæ posset in superbiæ fastum, si hanc humilitatem [g] in vastatione illa euasissent, extolli. Sicut ergo quidam [h] morte rapti sunt, ne malitia mutaret intellectum eorum, ita quiddam [i] ab istis vi raptum est, ne prosperitas mutaret modestiam earum. Vtrisque igitur quæ de carne sua, quòd turpem nullius essent perpessæ contactum, vel iam superbiebant, vel superbire, si nec hostium violentia contrectatæ essent, forsitan poterant: non ablata est castitas, sed humilitas persuasa. Illarum
E tumori occursum est immanenti [k], istarum occursum est imminenti. Quanquam & illud non sit tacendum, quòd quibusdam quæ ista perpessæ sunt, potuit videri continentiæ bonum in bonis corporalibus deputandum: & tunc manere, si nullius libidine corpus attrectaretur: non autem esse positum in solo adiuto diuinitus robore voluntatis, vt sit sanctum & corpus & spiritus: nec tale bonum esse, quod inuito animo nõ possit auferri. Qui error eis fortasse sublatus est. Cum enim cogitant qua conscientia deo seruierint, & fide inconcussa θ non θ de illo sentiunt, quod ita sibi seruientes, eúmque ita inuocantes deserere vllo modo potuerit, quantúmque illi castitas placeat, dubitare nõ possunt, vident esse consequens, nequaquam illum fuisse permissurum, vt hæc acciderent sanctis suis, si eo modo perire posset sanctitas, quã cõtulit & diligit in eis.

Aguominatio.

ET inuestigabiles.) Sic enim vulgo legitur ad Romanos vndecimo, pro contrario, id est, minime inuestigabiles. Inuestigabilia enim sunt ea, quæ vestigando inueniuntur: viæ autem domini humanæ menti inuestigari non possunt. Græce ἀνεξιχνίαστοι ἁ ὁδοὶ αὐτοῦ. b Hoc vos amisisse.) Famam & integrum nomen amisisse, pudicitiam retinuisse. c Placere gestiistis.) hoc est placere cupiistis. d Sed humilibus consentiendo.) Ad Romanos. xij. Non altum sapientes, sed humilibus consentientes. ἀλλὰ τοῖς ταπεινοῖς συναπαγόμενοι. e Cum tremore exultasse.) Psalmo. ij. Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore. f Causentur.) Non in eo significatu quo nunc Philosophi in scholis, id est causa sint, sed causam afferant: vt apud Vergilium.
Causando nostros in longum ducis amores. g Si hãc humilitatem) Puto hic accipi pro humiliatione, qua quis deijcitur calamitate aliqua, nisi quis malit legere: Quæ posset in superbiæ fastum si hanc humilitatem in vastatione illa euasissent, extollere. h Sicut ergo quidam.) Verba sunt Sapientiæ quarto, de Enoch, sed hic non de illo intelligendum: nam is viuiens ad dominum translatus est, sed de alijs, qui mortui sunt, & ad dominum è vita traducti eadem causa, qua ille viuens assumptus. i Quiddam.) Vetat pudor dicere, quid illud sit. k Immanenti.) Non vt Philosophi, id est, per aliquod tempus moranti, sed iam intus manenti: quod verbum posuit Augustinus figuram agnominationis captans in illis duobus, immanens, & imminens, quod in alijs multis facit.

Quid familia Christi respondere debeat infidelibus cum exprobrant, quod eam in furore hostium nõ liberauerit Christus. Caput. XXIX.

HAbet itaq; omnis familia summi & veri dei consolationem suam, non fallacem, nec in spe rerum nutantium vel labentium constitutam, vitámque etiam ipsam temporalem minime pœnitendam, in qua eruditur ad æternam: bonisq; terrenis tanquam peregrina vtitur, nec capitur: malis autem aut probatur, aut emendatur. Illi verò qui probitati eius insultant, eiq; dicunt, cum forte in aliqua temporalia mala deuenerit, vbi est deus tuus [a]? Ipsi dicant, Vbi sint dij eorum, cum talia patiuntur: pro quibus euitandis eos vel colunt, vel colendos esse contendunt?

G Nam ista respondet, Deus meus vbique præsens est, vbique totus, nusquam inclusus: qui possit adesse secretus, abesse non motus. Ille cum me aduersis rebus exagitat, aut merita examinat, aut peccata castigat, mercedemq; mihi æternam pro toleratis pie malis temporalibus seruat. Vos autem qui estis, cum quibus loqui dignum sit saltem de diis vestris, quãto minus de deo meo, qui terribilis [b] est super omnes deos: quoniã omnes dij gẽtium dæmonia, dominus autem cœlos fecit? *Psal. 95.*

a VBi est deus tuus?) Psal. xlj. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, vbi est deus tuus? b Qui terribilis.) Psal. xcv.

Quòd pudendis prosperitatibus affluere uelint, qui de Christianis temporibus conqueruntur.
Caput XXX.

SI Nasica [a] ille Scipio vester quondam pontifex viueret, quem sub terrore belli Punici in suscipiendis Phrygiis sacris, cum vir optimus quæreretur, vniuersus senatus elegit, cuius os fortasse non auderetis aspicere, ipse vos ab hac impudentia cohiberet. Cur enim afflicti rebus aduersis de temporibus querimini Christianis, nisi quia vestram luxuriam cupitis habere securam, & perditissimis moribus remota omni molestiarum asperitate diffluere? Neq; enim propterea cupitis habere pacem, & omni genere copiarum abundare, vt his bonis honeste vtamini, hoc est, modeste, sobrie, temperanter, pie: sed vt infinita varietas voluptatum insanis effusionibus exquiratur: secundisque rebus ea mala oriantur in moribus, quæ sæuientibus peiora sint hostibus. At ille Scipio [b] pontifex maximus vester, ille iudicio totius senatus vir optimus, istam vobis metuens calamitatem, nolebat æmulam tunc imperii Romani Carthaginem dirui, & decernenti vt dirueretur contradicebat Catoni, timens infirmis animis hostem securitatem: & tanquam pupillis ciuibus [c] idoneum tutorem, necessarium videns esse terrorem. Nec eum sententia fefellit, re ipsa probatum est, quàm verum diceret. Deleta quippe Carthagine [d], magno scilicet terrore Romanæ reipublicæ depulso & extincto, tanta de rebus prosperis orta mala continuo subsecuta sunt, vt corrupta diruptáque cõcordia, prius sæuis cruentisq; seditionibus, deinde mox malarum connexione causarum [f], bellis etiam ciuilibus tantæ strages æderentur, tantus sanguis effunderetur, tanta cupiditate proscriptionum ac rapinarũ ferueret immanitas, vt Romani illi qui vita integriore mala metuebant ab hostibus, perdita integritate vitæ, crudeliora paterentur à ciuibus: eaq; ipsa libido dominandi, quæ inter alia vitia generis humani immoderatior † inerat vniuerso populo Romano, posteaquam in paucis potentioribus vicit, obtritos, fatigatósque cæteros etiam iugo seruitutis oppressit.

† aliàs, meæ racior

Scipio Nasica. a SI Nasica.) Filius fuit hic Gnei Cornelij Scipionis, qui cum P. fratre in Hispania ab Aphris interemptus est, bello Punico secundo, eius belli anno. xiiij. cum à decemuiris librorum Sibyllinorum carmen esset inter Sibyllina inuentum, fore vt hostes ex Italia pellerentur, si mater deũm ex Pessinunte ciuitate Phrygiæ Romam afferretur. Legati sunt ad Attalum missi, qui tum ibi regnabat, vt senatus & Po. nomine matrem deũm ab eo peterent. In via Delphicum Apollinem legati conuenẽre, sciscitãtes ecquid spei possent de impetranda matre deũm ab Attalo habere. oraculo bonum sunt animum habere iussi, impetraturos ab Attalo quod peterent: cæterùm curarent, vt ab optimo totius ciuitatis viro Romæ exciperetur. Cùm iam ergo Hostiam appulisset nauis, cum simulachro deæ, à iuratis patribus de optimo ciuitatis viro sententias dicere. P. Cor. Scipio Nasica adolescens, nec dum quæstura primo dignitatis gradu functus, vir optimus iudicatus est, qui & sacra ex S. C. excepit. Liuius libro. xxix. & alij permulti. b At ille Scipio.) Anno ab vrbe condita D. C. cum legati Rom. qui Carthaginem iuerant, renunciassent ingentẽ se naualis materiæ vim Carthagine inuenisse, consultatum est in senatu de bello Carthagini ex suspitione inferendo. M. Portius Cato Censorius, vt securus aliquando tandem viueret, Popu. Roma. non modo bellum Carthagini faciendum esse censebat, sed omnino excidendum terrorem. Nasica de quo sum locutus, nolebat nimio ocio Popu. Ro. luxuriare, & diffluere: volebat aliquid esse, quod velut frenum esset effusæ multorum virorum libidini: ideo non modo non esse delendam Carthaginem, sed ne bellum quidem sine legitima & magna causa inferendum ducebat. Liuius & alij. c Et tanquam pupillis ciuibus.) Appium Claudium dicere solitum scribit Valerius, melius Popu. Roma. negocium quàm ocium commendari: quod is Popu. nimia quiete in desidiam resoluereturi. & negocium nomen horridum ciuitatis Roma. mores in suo statu cõtinuit, blandæ appellationis quies plurimis vitiis infecit. d Deleta quippe Carthagine.) Salustius in bello Iugur. Nam ante Carthaginem deletam Popu. & senatus Roma. placide modestéque rempub. inter se tractabant: neque gloriæ certamẽ, neque dominationis inter ciues erat: metus hostis in bonis artibus ciuitatem continebat, sed vbi illa formido à mentibus discessit, scilicet ea quæ res secundæ amant, lasciuia, atque superbia incessere. e Cruentisque seditionibus.) Tiberij Gracci. deinde C. fratris, in quibus primum vsque ad sanguinem ciuilem ventum est, quarum prior fuit decem annis post deletam Carthaginem. f Malarum connexione causarum.) Nam ex seditione C. Gracci ortus est tribunatus Liuij Drusi, quem patres equitibus, qui ex lege Gracci iudicabant, opposuerunt. Ex hoc bellum sociale, quod promissa à Liuio Druso ciuitas non præstaretur: ex hoc Mithridaticum, cum Mithridates rex Ponti confisus discordiæ Italiæ, multa ciuium millia, quæ in suo regno negociabantur, iussit interfici. Ex hoc bella ciuilia Mariana, cum Marius prouinciam & bellum Mithridaticum L. Syllæ vellet eripere. Ex huius seminibus Sertorianum, Lepidanum, coniuratio Catilinæ, postremò Pompeianum. Hinc Cæsaris regnum, quo occiso, bella ciuilia, Antonianum, Philippense Bruti & Cassij: Siculum Sexti Pompei, Actiacum. Tandem respublica in monarchiam & tyrannidem versa est.

Belli Punici origo.

Quibus uitiorum gradibus aucta sit in Romanis cupido regnandi. *Caput* XXXI.

NAm quando illa quiesceret in superbissimis mentibus, donec cõtinuatis honoribus ad potestatem regiam peruenireti? Honorum porrò continuandorũ facultas non esset, nisi ambitio præualeret. Minimè autem præualeret ambitio, nisi in populo auaritia luxuriaq; corrupto. Auarus verò luxurio sus; populus secundis rebus effectus est, quas Nasica ille prouidentissimè cauendas esse censebat, quando ciuitatem hostium, maximam, fortissimam, opulentissimamq; nolebat auferri: vt timore libido premeretur: libido pecuniæ luxuriaretur, luxuriaque cohibita nec auaritia grassaretur. Quibus vitiis obseratis, etiam vtilis virtus floreret & cresceret, eique virtuti libertas congrua permaneret. Hinc etiam erat, & ex hac prouidentissima patriæ charitate veniebat, quòd idem ipse vester põtifex maximus à senatu temporis illius, quod sæpe dicendum est electus, sine vlla sententiarum discrepantia * vir optimus caueam theatri [a] senatum cõstruere molientem, ab hac dispositione & cupiditate compescuit: persuasitq; oratione grauissima, ne Græcã luxuriam [b] virilibus patriæ moribus paterentur obrepere, & ad virtutem labefactãdam eneruandamq; Romanam peregrinæ consentire nequitiæ: tantúmq; authoritate valuit, vt eius verbis cõmota senatoria prouidentia, etiam subsellia quibus ad horam [c] congestis in ludorum spectaculo iam vti ciuitas cœperat, deinceps prohiberet apponi. Quanto studio iste ab vrbe Roma ludos ipsos scenicos [d] abstulisset, si authoritati eorum, quos deos putabat, resistere auderet, quos esse noxios dæmones non intelligebat: aut si intelligebat, placandos etiam ipse potius, quàm contemnendos θ deos θ existimabat. Nondum enim fuerat declarata gentibus superna doctrina quæ fide cor mundans ad cœlestia vel supercœlestia capescenda, humili pietate humanum mutaret affectum, & à dominatu superborum dæmonum liberaret.

** discrétione.*

a CAueam theatri.) Liuius libro. xlviij. & Valerius de instit. antiquis. Vale. Messala & Cassius censores theatrum faciendum locauerant, in quo Popu. Roma. sedens spectaret ludos. Nasica id ne fieret in senatu obtinuit, tanquam publicis moribus nociturum. Ita S. C. totus ille Theatricus apparatus destructus est, cautúmq; eodem S. C. ne quis in vrbe aut propius mille passus subsellia imponeret, se-

Theatrum Romæ.

A ret, sedénsve ludos spectaret. Paulo ante Punicum bellum tertium Pop. Ro. per aliquot annos spectauit stans vsque ad deletam Corinthum, quo tempore L. Mumius ludis, quos in triumpho fecit, Theatrum erexit, sed temporarium. Primum mansurum Theatrum Pompeius Magnus Romæ exuruxit lapide quadrato, authore Cor. Tacito libro. xiiij. ad exemplum illius, quòd Mitylenis viderat bello Mithridatico. a Cauea.) Alibi alia. in Theatro locum] medium significat, in quo postea fuerunt equitum sedes per cuneos distinctæ: interdum etiam pro cõsensu totius Pop. accipitur, vt Seruius. viij. Aenei. ait. b Græcam luxuriam.) Græci multis seculis ante Ro. theatra habuerant, & nomen ipsum Græcum rem ex Græcia deductam ostendit. Dicitur enim à θεᾶσθαι, quod est spectare. c Ad horam.) Ad tempus. nam theatra Romæ ante fuerunt tẽporaria, quàm mansura, & sicut Tacitus inquit, subitariis gradibus, & scena in tempus structa. d Ludos ipsos scenicos.) Qui in scena exhibebantur: de quibus proximo libro.

Cauea Theatri.

De scenicorum institutione ludorum.
Caput XXXII.

VEruntamen scitote qui ista nescitis: & qui vos ista scire dissimulatis, aduertite, qui aduersus liberatorẽ à talibus dominis θ liberati θ murmuratis: ludi scenici, spectacula turpitudinum [a], & licentia vanitatum, non hominum vitiis, sed deorum vestrorum iussis Romanis instituta * sunt. Tolerabilius diuinos honores [b] deferretis illi Scipioni, quàm deos eiusmodi coleretis. Neque enim erant illi dij, suo pontifice meliores. Ecce attendite, si mens tam diu potatis erroribus ebria, vos aliquid sanum considerare permittit? Dii propter sedandam corporum pestilentiam ludos sibi scenicos exhiberi iubebant: põtifex autem vester propter animorum cauendam pestilentiã, ipsam scenam construi prohibebat. Si aliqua luce mentis animum corpori præponitis, eligite quem colatis. Neque enim & illa corporum [c] pestilentia ideo conquieuit, quia populo bellicoso & solis antea ludis Circensibus assueto [d] ludorum scenicorum delicata subintrauit insania, sed astutia spirituum nefandorum præuidens illam pestilẽtiam iam fine debito cessaturam, aliam longe grauiorem, qua plurimum gaudet, ex hac occasione non corporibus, sed moribus curauit immittere, quæ animos miserorum tantis obcæcauit tenebris, tanta deformitate fœdauit, vt etiam modo, quod incredibile forsitan erit, si à nostris posteris audietur, Romana vrbe vastata quos pestilentia ista possedit, atque inde fugientes, Carthaginem peruenire potuerunt, in theatris quotidie certatim pro histrionibus [e] insanirent.

** Romæ instituti.*

a SPectacula turpitudinum.) Nam fœdissima & visu fiebant, & auditu dicebantur. b Tolerabilius diuinos honores.) Tertullianus in Apologetico dicit satius fuisse deos fieri, sapientiæ Socratem, iustitiæ Aristidem, militiæ Themistoclem, eloquentiæ Ciceronem, fœlicitatis Syllam, opum Crassum, sublimitatis Pompeium, grauitatis Catonem: hi enim diis ipsis præstabant hisce rebus. Non dissimularũt multi veterum bonos viros meliores diis suis esse. Sic Seneca lib. de tranquillitate vitæ secundo: Catonem Vticensem certius viri sapientis fuisse exemplum, quàm Herculem, aut Vlyssem, affirmat. Eundem Lucanus verum patriæ parẽtem nominat, dignissimum aris Romanis. c Neque enim & illa corporum.) Liuius libro septimo: Neque tamẽ ludorum primum initium procurandis religionibus institutum, aut religione animos, aut corpora morbis leuauit. d Solis antea ludis Circensibus assueto.) Circenses ludos primus Romæ fecit Romulus, quarto mense ab vrbe condita, vt scribit Fabius Pictor, quo die Sabinas rapuit. Longius tempus alij tradunt, quod magis crediderim. Circẽses dictos scribit Seruius, quod ensibus circũdarentur. Nam cum rudis vetustas non loca huiusmodi ludis apta ædificasset, inter enses & flumina cos agebãt, vt ignauis vtrinque præsens esset periculum. Postea Tarquinio Prisco rege locus est designatus circo, qui postmodũ maximus est dictus. vt Liuius refert, singulis annis isti ludi sunt celebrati, & magni, ac Romani, & Circenses variẽ dicti. Equi & pugilles certabãt. Sacri fuerunt Conso, quem Græci ἱππικοῦσε δῶρα vocãt, id est, Neptunum equestrem, cuius templum Dionysius ait ab Euandro in Latio erectum, diemq; festum statutum, quem illi ἱπποκρατίαν, Latini Consualia nominãt: quo die cessabant ab operibus equi & muli fertisq; redimebantur. d Solis antea ludis.) Valerius de institutis, & Liuius libro. vij. authores. e Pro histrionibus.) Non se pro histrionibus gerebãt, nec sic intelligendus Augustinus, quod non admonerem, nisi quidam sic existimarent, sed quòd studio spectandi histriones insaniebant.

Viri præstantes.

Circenses ludi.

Consus ἱπποκρατὴς δῶρα.

De uitiis Romanorum quos patriæ non correxit euersio.
Caput XXXIII.

MEntes amentes, quis est hic tantus non error, sed furor, vt exitium vestrum sicut audiuimus plangentibus Orientalibus populis, & maximis ciuitatibus in remotissimis terris, publicum luctum mœroremq; ducentibus vos theatra quæreretis, intraretis, impleretis, & multo insaniora quàm fuerant antea faceretis? Hanc animorum labem ac pestẽ, hanc probitatis & honestatis euersionem vobis Scipio ille metuebat, quando cõstrui theatra prohibebat: quando rebus prosperis vos facile corrumpi, atq; euerti posse cernebat: quando vos ab hostili terrore securos esse nolebat. Neq; enim cẽsebat ille fœlicem esse rempublicam, stantibus mœnibus, ruentibus moribus: sed in vobis plus valuit quod dæmones impii seduxerunt, quàm quod homines prouidi præcauerunt. Hinc est quod mala quæ facitis vobis imputari non vultis: mala vero quæ patimini, Christianis temporibus imputatis. Neq; enim in vestra securitate pacatam rempublicam, sed luxuriam quæritis impunitam, qui deprauati rebus prosperis, nec corrigi potuistis aduersis. Volebat vos ille Scipio terreri ab hoste, ne in luxuriam flueretis, vos nec contriti [a] ab hoste luxuriã repressistis: perdidistis vtilitatẽ calamitatis [b] & miserrimi facti estis, & pessimi permansistis. Et tamen quod viuitis dei est, qui vobis parcendo admonet, vt corrigamini pœniteo: qui vobis etiã ingratis præstitit, vt vel sub nomine seruorum eius, vel in locis martyrum eius hostiles manus euaderetis.

a VOs nec contriti.) Quia Carthagine effusissimo studio ludos spectabatis. b Perdidistis vtilitatem calamitatis.) Quã homines emendantur, & icti sapiunt, & pro merito eis deputatur cum patienter aduersa tolerant. Plato in Gorgia calamitates, ac supplicia, & ipsis qui perferũt, & spectatoribus vtilia esse, ait. vtrique enim redduntur meliores, illi dolore: hi exemplo.

De clementia dei, quæ urbis excidium temperauit.
Caput XXXIIII.

ROmulus & Remus Asylum [a] cõstituisse perhibentur, quò quisquis confugeret, ab omni noxa liber esset, augere quærentes creandæ multitudinem ciuitatis. Mirãdum in honorem Christi præcessit exemplum. hoc constituerunt euersores vrbis, quod constituerant antea conditores. Quod autem magnum si hoc fecerunt illi, vt ciuium suorũ numerus suppleretur, quod fecerunt isti, vt suorum hostium numerositas seruaretur? Hæc & talia, si qua vberius & commodius potuerit, respondeat inimicis suis redempta familia domini nostri Iesu Christi, & peregrina ciuitas regis Christi.

a ASylum.) Locus est sacer, vnde fas non erat quenquam rapere. nam inde habet nomen. συλάω nanque est rapio, & ἄλφα στερητικὸν, id est, priuatiuum. Hinc per Iamdacismum factum est Asylum pro Asyrum. Seruius lib. viij. Aenei. tametsi συλᾶν est etiam ἀφαιρεῖσθαι, hoc est, tollere, auferre: vt apud Home. τεύχεα καλὰ, abstulit pulchra arma. Postquam Hercules migrauit è terris, nepotes eius timentes insidias eorum, quos auus afflixerat, Athenis sibi primum Asylum, hoc est, templum misericordiæ collocarunt, vnde nullus posset abduci. quod etiam Statius dicit: Herculeos fama est fundasse nepotes. Asylum Romulus & Remus struxerunt inter arcem & Capitolium, loco intermontio nominato, vt multitudo facinorosorum spe impunitatis eò confluere et ad nouam vrbem incolendam. Cui diuo diuæve templum sit pro Asylo erectum non constat, & Dionysius ignorare se dicit. Sunt qui Veioui tradant: celebrabatur tamẽ Asylij lucus, quarto nonas Febr. Ouidius. ij. Fast. In Græcia & Asia multa fuerunt Asyla. Tiberius Cæsar pertæsus nimiam illorum licentiam, iura omnibus ferè illis ademit, vt Suetonius & Tacitus perhibent.

Asylum.

G *De latentibus inter impios ecclesiæ filiis, & de falsis intra ecclesiam Christianis.* Caput. XXXV.

HEminerit sanè in ipsis inimicis suis latere ciues futuros, ne infructuosum vel apud ipsos putet, quod donec peruenìat ad cõfessos [a] portat infensos: sicut ex illorum numero etiã dei ciuitas habet secum, quandiu peregrinatur in mundo, connexos cõmunione sacramentorum: nec secum futuros [b] in æterna sorte sanctorum, qui partim in occulto, partim in aperto sunt. Qui etiam cum ipsis inimicis aduersus deum, cuius sacramẽtum gerunt, murmurare non dubitant: modo cum illis theatra, modo ecclesias nobiscum replẽtes. De correctione autem quorundam etiam talium multo minus est desperandum, si apud apertissimos aduersarios prædestinati amici latitant, adhuc ignoti etiàm sibi. Perplexæ quippe sunt istæ duæ ciuitates in hoc seculo inuicemq; permixtæ, donec vltimo [c] iudicio dirimantur: de quarum exortu & procursu, & debitis finibus, quod dicẽdum arbitror, quantum diuinitus adiuuabor, expediam propter gloriam ciuitatis dei, quæ alienis à contrario [d] comparatis clarius eminebit.

a DOnec peruenìat ad confessos.) Ad declarationem vltimam, quid quisque confiteatur, quod tunc demum fiet, quum aperti erunt conscientiarum libri, id est, in futura vita. b Nec secum futuros.) Iuxta illud domini, Multi vocati, pauci electi. c Donec vltimo.) Sic in Euangelio: Angeli separabunt malos de medio iustorum in consummatione seculi. d Quæ alienis à contrario.) Sic Aristoteles: Contraria inter se collata liquidius dignoscuntur.

De quibus causis sequenti disputatione sit disserendum. Caput. XXXVI.

SEd adhuc quædam mihi dicẽda sunt aduersus eos, qui Romanæ reipublicæ clades in religionem nostram referunt: qua diis suis sacrificare prohibentur. Cõmemoranda enim sunt, quæ & quanta occurrere potuerint: vel satis esse videbũtur mala, quæ illa ciuitas pertulit, vel ad eius imperiũ pertinentes prouinciæ, antè quàm eorum sacrificia prohibita fuissent: quæ omnia proculdubio nobis tribuerẽt, si iam vel illis clareret nostra religio, vel ita eos à sacris sacrilegis prohiberet. Deinde monstrandum est, quos eorum mores, & quam ob causam verus deus ad augendum imperium adiuuare dignatus est, in cuius potestate sunt regna omnia: [a] quámq; nihil eos adiuuerint hi, quos deos putant: quin potius quantum decipiendo & fallendo nocuerint. Postremò aduersus eos
I dicetur, qui manifestissimis documentis cõfutati atq; conuicti conantur asserere, non propter vitæ præsentis vtilitatem, sed propter eam quæ post mortem futura est, colendos esse deos. Quæ, nisi fallor, quæstio multò erit operosior [b], & sublimiori disputatione dignior, vt & contra Philosophos in ea disseratur: non quoslibet [c], sed qui apud illos excellentissima gloria clari sunt, & nobiscum multa sentiunt: scilicet de animæ immortalitate, & quòd deus verus mundum condiderit, & de prouidentia eius, qua vniuersum quod condidit, regit. Sed quoniam & ipsi in illis quæ contra nos sentiunt, refellendi sunt, deesse huic officio non debemus: vt refutatis impiis cõtradictionibus pro viribus, quas deus impartiet asseramus ciuitatem dei, veramq; pietatem, & dei cultum, in quo vno veraciter sempiterna beatitudo promittitur. Hic itaq; modus sit huius voluminis, vt deinceps disposita ab alio sumamus exordio.

a IN cuius potestate sunt regna omnia.) Sic Matt. xxviij. Christus loquitur: Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. b Operosior.) Difficilior, maioris operæ. c Non quoslibet.) Non vulgares aut extremæ notæ. id est enim quilibet interdũ, vt apud Græcos ἐνάριθμοι frequẽs. Hoc capite Augustinus quid hactenũ fecerit, quidq; K facturus post hac sit, breuiter exponit.

FINIS.

ELENCHVS
CAPITVM SECVNDI LIBRI DE CIVITATE DEI AD MARCELLINVM.

1 De modo qui necessitati disputationis adhibendus est.
2 De his quæ primo volumine expedita sunt.
3 De assumenda historia, qua ostenditur quæ mala acciderint Romanis, cum deos colerẽt, ante quàm religio Christiana crescẽret.
4 Quòd cultores deorum nulla vnquam à diis suis præcepta probitatis acceperint, & in sacris eorum turpia quæq; celebrauerint.
5 De obscœnitatibus, quibus mater deorum à cultoribus suis honorabatur.
6 Deos Paganorum nunquam bene viuendi sanxisse doctrinam. L
7 Inutilia esse inuenta philosophica sine authoritate diuina, vbi quemq; ad vitia pronum magis mouet quod dij fecerint, quàm quod homines disputauerint.
8 De ludis scenicis, in quibus dij non offenduntur edictione suarum turpitudinum sed placantur.
9 Quid Romani veteres de cohibenda poëtica licẽtia senserint, quam Græci deorum secuti iudiciũ, liberam esse voluerunt.
10 Qua nocendi arte dæmones velint vel falsa de se crimina vel vera narrari.
11 De scenicis apud Græcos in reipublicæ administrationem receptis, eo quòd placatores deorum iniuste ab hominibus spernerentur.
12 Quod Romani auferẽdo libertatem poëtis in homines, quam dederunt in deos, melius de se quàm de diis suis senserint.
13 Debuisse intelligere Romanos, quòd dij eorũ, qui se turpibus ludis coli expetebãt, indigni essent honore diuino.
14 Meliorem fuisse Platonem, qui poëtis locũ in bene morata vrbe non dederit, quàm hos deos qui se ludis scenicis voluerint honorari. M
15 Quod Romani quosdam sibi deos nõ ratione, sed adulatione instituerint.
16 Quod si diis vlla esset cura iustitiæ, ab eis Romani accipere debuerint præcepta viuendi potius, q̃ leges ab aliis hominibus mutuare.
17 De raptu Sabinarum aliisq; iniquitatibus, quæ in ciuitate Romana, etiam laudatis viguere temporibus.
18 Quæ de moribus Romanorũ, aut metu cõpressis, aut securitate resolutis Salustij prodat historia.
19 De corruptione Romanæ reipublicæ priùs, quàm cultum deorum Christus auferret.
20 Quali velint fœlicitate gaudere & quibus moribus viuere qui tempora Christianæ religionis incusant.
21 Quæ sententia fuerit Ciceronis de Romana republica.

Quod diis

A 22 Quod diis Romanorum nulla vnquam cura fuerit, ne malis moribus respub. deperiret.
23 Varietates rerum temporalium non ex fauore aut impugnatione dæmonum, sed ex dei veri pendere iudicio.
24 De Syllanis actibus, quorum se dæmones ostentauerunt adiutores.
25 Quantum maligni spiritus ad flagitia incitẽt homines, cùm committẽdis sceleribus quasi diuinã exempli sui interponunt authoritatem.
26 De secretis dæmonum monitis, quę pertinebãt ad bonos mores, cum palàm in sacris eorum omnis nequitia disceretur.
27 Quãta euersione publicæ disciplinæ Romani diis suis placandis sacrauerint obscœna ludorum.
28 De Christianæ religionis salubritate.
29 De abiiciendo cultu deorum cohortatio ad Romanos.

DIVI AVRELII AVGVSTINI EPIscopi ad Marcellinum de Ciuitate dei, liber Secundus.

B *De modo qui necessitati disputationis adhibendus est.* Caput Primum.

SI Rationi perspicuæ veritatis infirmus humanæ consuetudinis sensus non auderet obsistere, sed doctrinæ salubri languorẽ suum tanquam medicinæ subderet, donec diuino adiutorio fide pietatis impetrante sanaretur, non multo sermone opus esset ad conuincendum quemlibet vanæ opinationis errorem, his qui rectè sentiunt, & sensa verbis sufficientibus explicant. Nunc verò quoniam ille est maior & tetrior insipientium morbus animorum, quo irrationabiles motus suos etiam post rationem plene redditam, quanta homini ab homine debetur, siue nimia cæcitate, qua nec aperta cernũtur, siue obstinatissima peruicacia, qua & ea quæ cernuntur, non feruntur, tanquam ipsam rationem veritatẽmque defendunt, fit necessitas [a] copiosius dicendi plerunque res claras, velut eas non spectantibus intuendas, sed quodammodò tangendas, palpantibus & conniuentibus offeramus. Et tamen quis disceptandi finis erit & loquendi modus, si respondendum esse respondẽtibus semper existimemus? Nã qui vel non possunt intelligere quod dicitur, vel tam duri sunt aduersitate mentis, vt etiam si intellexerint non obediant,
C respondent vt scriptum est, & loquuntur iniquitatem atque infatigabiliter vani sunt. Quorum dicta cõtraria si toties velimus refellere, quoties obnixa frõte stetuerunt, non curare * quid dicant, dum quocunque modo nostris disputationibus contradicant, quàm sit infinitũ & ærumnosum & infructuosum vides. Quam ob rem nec teipsum mi fili Marcelline, nec alios quibus hic labor noster in Christi charitate vtiliter ac liberaliter seruit, tales meorum scriptorum velim iudices, qui responsionem semper desiderent, cum his quæ leguntur audierint aliquid contradici, ne fiant similes earum muliercularum, quas commemorat Apostolus: Semper discentes, & ad veritatis scientiam nunquam peruenientes. 2. Timo. 3.

* nec cogitare.

IOAN. LODO. VIVIS VALENT. IN Secundum librum de ciuitate dei. D. Aurelij Augustini commentaria.

FIt necessitas.) Figura Græca ἀναπόδοτος συμπλεκτικὴ ἐν ἀνάγκῃ apud Demosthenem, quod est apud illos frequentissimum: tametsi apud Latinos sit hæc loquendi forma: Necessitas est vt labores, sicut apud Quintilianum. D

De his quæ primo uolumine expedita sunt. Caput II.

SVperiore itaq; libro cum de ciuitate dei dicere instituissem, vnde hoc vniuersum opus illo adiuuante in manus sumptum est, occurrit mihi respondendum esse primitus eis, qui hæc bella, quibus mundus iste conteritur, maximeq; Romanæ vrbis recentem à Barbaris vastationem Christianæ religioni tribuũt, qua prohibentur nefandis sacrificiis seruire dæmonibus *: cum potiùs hoc deberent tribuere Christo, quod propter eius nomen contra institutum moremq; bellorum eis quò confugerent, religiosa & amplissima loca Barbari libera præbuerunt, atq; in multis famulatum debitum Christo: non solũ verum, sed etiam timore confictum, sic honorauerunt, vt quod in eos belli iure fieri licuisset, illicitũ sibi esse iudicarent. Inde incidit quæstio, cur hæc diuina beneficia etiã ad impios ingratosq; peruenerint? & cur illa itidem dura, quæ hostiliter facta sunt, pios cum impiis pariter afflixerint? Quam quæstionẽ [a] per multa diffusam, in huius æui quotidianis, vel dei muneribus, vel hominum cladibus: quæ quoniã * vtraq; bene vel male viuentibus permixte atq; indiscrete sæpe accidunt, solent multos mouere, vt pro suscepti operis necessitate dissoluerem, aliquantum immoratus sum, maxime ad consolandas sanctas fœminas & pie castas, in quibus ab hoste aliquid perpetratum est, quod intulit verecundiæ dolorem, & si non abstulit pudicitiæ firmitatem, ne pœniteat eas vitæ, apud quas non *† est vnde possit pœnitere nequitiæ. Deinde pauca dixi in eos, qui Christianos aduersis illis rebus affectos, & præcipue pudorem humiliatarum fœminarum, quanuis castarum atq; sanctarum, proteruitate impudentissima exagitant, cum sint nequissimi & irreuerentissimi, & lõge ab eis ipsis Romanis degeneres: quorum præclara multa laudantur, & literarum memoria celebrantur, imò illorum gloriæ vehementer adiuersi. Romã quippe [b] cura structam † veterum auctamq; laboribus, fœdiorem stantẽ fecerant quàm ruentem: quandoquidẽ in ruina eius lapides & ligna, in istorum autem vita omnia, non murorum, sed morum monumenta † atq; ornamenta ceciderunt, cum funestioribus eorum corda cupiditatibus quàm ignibus tecta illius vrbis arderent. Quibus dictis, primum terminaui librum: deinceps itaq; dicere instituì, quanta mala ciuitas illa perpessa sit ab origine sua: siue apud seipsam, siue in prouinciis iam sibi subiectis, quæ omnia Christianæ religioni tribuerent, si iam tunc Euangelica doctrina aduersus falsos & fallaces eorum deos testificatione liberrima personaret.

* aliâs, seruire dæmoniorum malis dæmonibus.

* aliâs, cladibus quorum utraque.

*† aliâs, uitæ quas nõ

† partam.

† aliâs, munimenta.

a QVam quæstionem.) Illa erat præcipua quæstio eorum Philosophorum, qui dei prouidentia mundum negabant regi, vt Plutarchus scribit libro de placitis Philosophorum primo. b Romam quippe.) In vetusto exemplari, quod mihi vir & literarum & literatorum amãtissimus M. Laurinus sancti Donatiani Brugensis decanus accõmodauit, sic scribebatur: Romam quippe partam veterum auctamq; laboribus. alibi paratam. M. Laurinus.

De assumenda historia, qua ostẽditur, quæ mala acciderint Romanis, cum deos colerent, antequàm religio Christiana crescẽret. Caput III.

MEmento autem me ista cõmemorantem adhuc cõtra imperitos agere, ex quorum imperitia illud quoq; ortũ est vulgare prouerbiũ:

G Pluuia defecit[a] causa Christiani θ nominis θ. Sunt nãq; qui eorum studiis liberalibus instituti, amant historiam, qui facillime ista nouerunt. Sed vt nobis ineruditorum turbas infestissimas reddant, se nosse dissimulant, atq; hoc apud vulgus affirmare nituntur, clades quibus per certa interualla locorum & temporum genus humanum oportet affligi[b], causa accidere nominis Christiani, quod contra deos suos ingenti fama & præclarissima celebritate per cuncta diffunditur. Recolant ergo nobiscum antequam Christus venisset in carne: antequam eius nomen ea, cui frustra inuident, gloria populis innotesceret: quibus calamitatibus res Romanæ multipliciter varieq; contritæ sunt, & in his defendant si possunt deos suos, si propterea coluntur, ne ista mala patiantur cultores eorum, quorum si quid nunc passi fuerint nobis imputãda esse cõtendũt. Cur enim ea quæ dicturus sum permiserunt accidere cultoribus suis, antequam eos declaratum Christi nomen offenderet, eorumq; sacrificia prohiberet?

Christianiũ nomẽ quã olim Ro. exosum.

a Pluuia defecit.) Significat ita dictum illud fuisse ab impijs hominibus iactatum, vt quicquid mali acciderat, imputandum esse Christianis iudicarent. Tertullianus: Prætexentes sanè ad odij defensionem illam quoq; vanitatem, quod existiment omnis publicæ clãdis, omnis popularis incommodi Christianos esse causam. Si Tiberis ascendit in mœnia, si Nilus non ascendit in arua, si cœlum stetit, si terra mouit, si fames, si lues, statim Christianus ad leonem acclamatur. Cyprianus contra Demetrianum: Sed enim quum dicas plurimos conqueri, quòd bella crebrius surgant, quòd lues, quòd fames sæuiant, quòd imbres, quòd pluuias serena longa suspendant, nobis imputari, vltrà tacere non oportet. b Oportet affligi.) Ita ferente sorte rerum humanarum mire vicissitudinaria, & fato illo, quæ ipsa est omnipotentis dei voluntas.

H *Quod cultores deorum nulla unquam à diis suis præcepta probitatis acceperint & in sacris eorum turpia quæque celebrauerint.* Cap. IIII.

PRimo ipsos mores ne pessimos haberẽt, quare dij eorum curare noluerunt? Deus enim verus eos, à quibus non colebatur, merito neglexit. Dij autem illi, à quorum cultu se prohiberi homines ingratissimi conqueruntur, cultores suos ad bene viuendum quare nullis legibus adiuuerunt? Vtiq; dignũ erat, vt quomodo isti illorũ sacra, ita illi istorũ θ vitã, aut θ facta curarent. Sed respõdetur, quod voluntate propria quisq; malus est. Quis hoc negauerit? Veruntamen pertinebat ad consultores deos, vitæ bonæ præcepta non occultare populis cultoribus suis, sed clara prædicatione præbere: per vates etiam conuenire atq; arguere peccantes: palàm minari pœnas male agẽtibus, præmia recte viuẽtibus polliceri. Quid vnquam tale in deorum illorum templis, prompta & eminenti voce concrepuit? Veniebamus nos etiam aliquando adolescentes ad spectacula ludibriaq; sacrilegiorum[a]: I spectabamus arreptitios[b], audiebamus symphoniacos[c] ludis turpissimis, qui diis deabusq; exhibebantur: oblectabamur[d] cœlesti virgini & Berecynthiæ matri deorum omnium. Ante cuius lecticam die solenni lauationis eius[e], talia per publicum cantitabantur à nequissimis scenicis[f], qualia no dico matrẽ deorũ, sed matrẽ qualiumcũq; senatorũ, vel quorumlibet honestorũ virorum: immo verò qualia nec matrẽ ipsorũ scenicorum deceret audire. Habet enim quiddam erga parentes humana verecundia, quod nec ipsa nequitia possit auferre. Illam enim turpitudinẽ obscœnorum dictorum atque factorum, scenicos ipsos domi suæ proludendi[g] causa corã matribus suis agere puderet, quam per publicum agebant coram deorum omnium matre, spectante & audiente vtriusque sexus frequentissima multitudine. Quæ si illecta curiositate adesse potuit circumfusa, saltem offensa castitate debuit abire confusa. Quæ sunt sacrilegia, si illa erant sacra? aut quæ inquinatio, si illa lauatio? Et hæc fercula[h] appellabantur, quasi celebraretur conuiuium, quo velut suis epulis immunda dæmonia pascerentur. Quis enim nõ sentiat cuiusmodi spiritus talibus obscœnitatibus delectentur: nisi vel nesciẽs vtrùm omnino sint vlli immundi spiritus deorum nomine decipientes: vel talem agens vitam, in qua istos potius quàm deum verum & optet propicios, & formidet iratos.

Berecynthia deũm mater.

K

Vdibria sacrilegiorum.) Inuertit illud sacra ludorum, vel ludos sacros. b Spectabamus arreptitios.) Locus hic postulat, vt de matre deũm nonnulla dicam. Diodorus Siculus libro suæ bibliothecæ quarto, de matre deũm non vno modo narrat fabulam. Primum enim scribit, Cœlum ex Titæa coniuge liberos suscepisse quinque & quadraginta, muliebris sexus duos, Reginam, & Opem: quarum Reginam ætate & prudentia præstantiorem, in gratiam matris fratres omnes educasse, ideo dictam matrem deũm, nupsisseq; Hyperioni fratri, ex quo Solem & Lunam genuerit: qui quum scelere auunculorum interissent, ipsa in furorem versa, cum tympanis, cymbalisque terram suæ ditionis peragrasse, moremq; eiusmodi mansisse post eius fatum. Addit Diodorus aliam fabulam: Menoem vetustissimum Phrygiæ regem, ex vxore Dindymene filiam procreasse, quam exponi iusserit in monte Cybelio, infantem à feris enutritam euasisse in admirabilem pulchritudinem, inuentamq; à muliere pastoria educatam pro sua, dictãmque à monte in quo esset exposita Cybelem, multas artes ingenij acumine & inuenisse & edocuisse mortales: sicut cantum tibiæ, lusus, choreas, cymbalorum tympanorúmque sonitus, artem præterea veterinariam, & infantum morbis lenimenta: quibus quòd multi curarentur pueri, idcirco eam magnam matrem nominatam esse. quẽ cum adoleuisset iuuenem amarit terræ illius, nomine Atym, ex eoq; grauidam esse, à Menoẽ patre, qui fama de virtute factisq; eius acceperat, reuocatam pro virgine: cuius flagitio cognito Atym & nutrices iussu regis affectos esse supplicio, Cybelem amore incensam ex desiderio Atys insaniisse, domoq; paterna egressam solam cum fistula & tympano, passis crinibus totam regionem peragrasse dementatam, venisseq; in Nysam ad Dionysium: aliquot vero annis post eam iam mortuam, cum & difficultate annonę, & morbo in Phrygia laboraretur, oraculo iussi sint Phryges Atym & Cybelẽ venerari: hinc sacra cæremoniásque magnę matris deũm ortas. Hæc ex Diodoro, haud dubie quin originem rei attulerit. Sed hanc alij Iouis, Iunonis, Neptuni, & Plutonis matrem fuisse autumant, ideo Rheã & Latine Opem dictam: eandem esse Cybelem & Vestam. Nec dubito quin hæc res gesta confundatur, vt nusquam ferè non fit in deorum fabulis, virginémque haberi, nempe Vestam, eamq; ob causam excissum esse Atym iuuenem formosissimũ: quem cum illa adamasset, præcepisséque ne cum muliere se vlla vnquam commisceret, illéque præcepto deæ neglecto Nympham Sangritidem adamasset, à Cybele virilitate diminutus est, idcirco & sacerdotibus gaudet in eum modum deformatis. Et quoniam hanc Phrygij plurimum in Ida monte coluerunt, hinc nomen Idææ matris inuenit, & Berecynthiæ, à mõte etiam eiusdem Phrygiæ. Sacerdotes Gallos nuncupauerunt à Gallo amne Phrygiæ, cuius aqua phanaticos potãtes reddit. Ipsi quoq; Galli insani caput per furorẽ rotant, cultrisq; faciem & musculos corporis totius dissecant, morsibus quoq; seipsos impetunt, cũ maiore se correptos furore, vel simulãt vel re vera sentiunt. Deã istã hoc est ingens in Ida saxũ, quam incolę deũm matrem vocabant, Romam legati aduexerunt, pridie Idus Aprileis, eóque die feriæ eius celebrãtur, & ludi quæ Megalesia dixerũt. Liuius lib. xxix. sic de matre Idæa loquẽs, inquit: In ædem victoriæ, quæ est in palatio, pertulere deam pridie Idus Aprileis. Isque dies festus fuit. populus frequens dona Deæ in palatium tulit, lectisterniúmque, & ludi fuere Megalesia appellata: & lib. xxxvj. Per idem ferẽ tempus ædes matris magnæ Ideæ dedicata est, quam Deam is P. Cornelius aduectam ex Asia, P. Cornelio Scipione, cui postea Aphricano fuit cognomẽ, P. Licinio C O S S. in palatium à mari detulerat, locauerant ædem faciendam M. Liuius, C. Claudius censores, M. Cornelio, Tito Sempronio consulibus, tertiodecimo anno postquàm locata erat, dedicauit eam M. Iunius Brutus: ludique ob dedicationem eius facti, quos primos scenicos fuisse Antias Valerius est author, Megalesia appellatos. Hęc Liuius. cum quibus Varro consentit lib. de lingua Latina iii. b Arreptitios.) Lymphatos, furore correptos, quales erant Galli Berecynthiæ. hos arreptitios August, super Gen. Arreptos spiritu nominat. c Symphoniacos.) Modulatores ἀπὸ τῆς συμφωνίας, id est, cõcentu, & modulatione. In festo Cybeles multi edebantur sonitus compositi, & ad numerum, vt tibijs, & tympanis. Ouid. lib. iiij. Fastorum.

Mater deũm.

Cybele quas artes inuenerit.

Atys.

L

Protinus inflexo Berecynthia tibia cornu
Flabit, & Idææ festa parentis erunt.
Ibunt semimares, & inania tympana tondent:
Aeráque tinnitus ære repulsa dabunt. Et pòst.
Tibia dat Phrygios, vt dedit ante, modos.

Et tibiam Diodorus inuentum esse dicit Cybeles, à qua doctus est Marsyas, qui cum Apolline certauit. d Oblectabantur.) Locus non videtur carere mendo, sic, vt puto legendus: Ludis turpissimis oblectabamur, qui diis deabúsque exhibebantur, cœlestíque virgini Berecynthiæ matri deorum omnium. Hanc enim tametsi prolibus abundantem, tamen virginem dicebant esse, vt quæ esset etiam Vesta, tum quod talis voluit à patre Menoẽ videri, & credi. e Die solenni lauationis eius.) Pridie Idus Aprilis, mater deũm magna pompa à Gallis ad Almonem fluuium producebatur, qui non procul ab vrbe Tiberi miscetur, ibíque ad confluentem du-

Galli sacerdotes.

Megalesia

M

Matris Idææ ablutio.

A tem duorum amnium abluebatur veteri instituto. nam quo primum die ex Asia illuc est aduecta à sacerdote lota est, isq; mos postea per singulos annos est seruatus. Lucanus in primo:

Et lotam paruo reuocant Almone Cybelem.

Apertius Ouidius in. iiij.

Est locus in Tiberim, quo lubricus influit Almon,
Et nomen magno perdit in amne minor.
Illic purpurea canus cum veste sacerdos
Almonis Dominam sacráque lauit aquis.
Prudentius in martyrio Romani:
Nudare plantas ante carpentum scio
Lapis nigellus euehendus essedo,
Quem ad lauacrum præeundo ducitis,
Almonis vsque peruenitis riuulum.
Proceres togatos matris Idææ sacris,
Muliebris oris clausus argento tedet,
Pedes remotis atterentes calceis.

f A nequissimis scenicis.) Primi annis singulis ludi scenici erant Megalesia, in quibus histriones ad nouũ opus egredientes, mira lasciuia spurcissima & turpissima quæque in matrem deũm, & Atym dictitabant: tum & alij per id temporis etiam honestiss. Romanorum cultu dissimulato, vt nosci non possent, licentiosissime per vrbem vagabantur, nullis verbis factisque fœdis parcentes, vt author est Herodianus in Commodo. g Proludẽdi.) Exercendi sui gratia, & meditandi artem. h Et hæc fercula.) A ferendo, quod in solenni, siue triumphi ferrentur, ac gestarentur reuerenter, vt in sacrificiis, ludíque deorum simulachra, clarorum virorum statuæ: in triumphis imagines vrbium deuictarum, arma hostibus detracta, pecuniæ captiuæ, & reliqua spolia. sic Cicero, & Suetonius, & cęteri. At quæ sacris mensæ apponuntur, quoniam lancibus feruntur solicite & quasi reuerenter, Fercula nominantur.

Fercula.

B *De obscœnitatibus, quibus mater deorum à cultoribus suis honorabatur.* Cap. V.

NEquaquam istos, qui flagitiosissimæ consuetudinis vitiis oblectari magis quàm obluctari student, sed illum ipsum Nasicam Scipionẽ, qui vir optimus à senatu electus est, cuius manibus eiusdẽ dæmonis simulachrum susceptum est, in vrbemq; peruectum, habere de hac re iudicem vellem. Diceret nobis, vtrum matrẽ suam tam optime de republica vellet mereri, vt ei diuini honores decerneretur: sicut & Græcos & Romanos aliasq; gentes cõstat quibusdam decreuisse mortalibus, quorum erga se beneficia magnipenderant, eosq; immortales factos atq; in deorum numerum receptos esse crediderant. Profecto ille tantam fœlicitatem suæ matri, si fieri posset, optaret. Porrò si ab illo deinde quæreremus, vtrum inter eius diuinos honores vellet illa turpia celebrari: nónne se malle clamaret, vt sua mater sine vllo sensu mortua iaceret, quàm ad hoc dea viueret, vt illa libenter audiret? Absit vt senator populi Romani ea mente præditus, qua theatrum ædificari in vrbe fortium virorum prohibuit, sic vellet coli matrem C suam, vt talibus dea sacris propiciaretur, qualibus matrona vrbis*† offenderetur. Nec vllo modo crederet verecundiam laudabilis fœminæ, ita in contrarium diuinitate mutari, vt honoribus eam talibus aduocarent cultores sui: qualibus conuitiis in quempiam iaculatis, cum inter homines viueret, nisi aures clauderet, seseq; subtraheret, erubescerent pro illa & propinqui, & maritus, & liberi. Proinde talis mater deũm, qualem habere matrem puderet quemlibet etiam pessimum virum, Romanas occupatura mentes quæsiuit optimum virũ, non quem monendo & adiuuando faceret, sed quem fallendo deciperet: ei similis de qua scriptum est[a]: Mulier autem virorũ precíosas animas captat, vt ille magnæ indolis animus hoc velut diuino testimonio sublimatus, & vere se optimum existimans, veram pietatẽ religionemq; non quæreret, sine qua omne quãuis laudabile ingenium superbia vanescit & decidit. Quomodo igitur nisi insidiose quæreret dea illa optimum virum, cum talia quærat in suis sacris, qualia viri optimi abhorrent suis adhiberi conuiuiis?

**Iuerbis.*

Prouerb. 6

D De qua scriptum est.) Prouerb. 6. nos capit legimus? Augustinus caprat iuxta. lxx. ἀγρεύοις. q. venatur.

Deos paganorum nunquam bene uiuendi sanxisse doctrinam.
Caput. VI.

MInc est, quod de vita & moribus ciuitatum atq; populorum, à quibus colebantur illa numina, non curarunt, vt tam horrendis & detestabilibus malis, non in agro & vitibus, nõ in domo atq; pecunia, nõ deniq; in ipso corpore, quod menti subditur: sed in ipsa mente, in ipso rectore carnis animo, eos impleri ac pessimos fieri sine vlla sua terribili prohibitione permitterent. Aut si prohibebãt, hoc ostendatur potius, hoc probetur. Nec nobis nescio quos susurros paucissimorum auribus anhelatos, & arcana velut religione traditos iactent, quibus vitæ probitas castitasq; discatur: sed demonstrentur atque commemorentur loca talibus aliquando conuenticulis consecrata: non vbi ludi agerentur obscœnis vocibus & motibus histrionum, nec vbi Fugalia* celebrarentur, effusa omni licentia turpitudinum, & vere Fugalia, sed pudoris & honestatis: sed vbi populi audirent quid dij præciperent de cohibenda auaritia, ambitione frangenda, luxuria refrenanda: vbi discerent miseri, quod discendum Persius[b] increpat dicens: Discíteq; o* miseri & causas cognoscite rerum, Quid sumus, aut quídnam E victuri gignimur, ordo Quis datus, aut metæ quàm mollis flexus[c] & vnde*: Quis modus argẽti[d], quid fas optare[e], quid asper[f] Vtile nummus habet: patriæ charisq; propinquis, Quantum elargiri deceat, quem te deus esse Iussit, & humana[g] qua parte locatus es in re. Dicatur in quibus locis hæc docentium deorum solebant præcepta recitari, & à cultoribus eorum populis frequenter, audiri sicut nos ostendimus ad hoc ecclesias institutas, quaquauersum religio Christiana diffunditur.

**aliàs, frugalia, & mox, & v. fr. scilicet.*

aliàs fagalia.

Pers. saty. 3

**aliàs Discite iò.*

** alàs undæ.*

a Nec vbi Fugalia.) De Fugalibus nihil me apud alios memini legere. Nec dubitarem aliquid ex coniectura admonere, & lectori permittere, vt aliud pro eo verbum substitueret, nisi idẽ Augustinus adderet, & vere Fugalia, scilicet pudoris & honestatis. Et quanquam non ignoro coniecturas veritate occulta bonas, eadem patefacta ridiculas plerunque esse, tamen tentabo, si hac quoq; parte prodesse studiis possim: si non afferendo verum, certe excitando, vt quæratur. Primum Varro lib. de lingua Latina. v. sic scribit: Iunio mense populi Fugia videtur nominatus, quòd eo die repente tumultu fugerit populus. Nõ multo enim pòst hic dies fuit, quàm Gallorum decessus ex vrbe. Et qui tunc sub vrbe populi, vt Ficulneates, ac Fidennates, & finitimi alij contra nos coniurauerunt, aliquot huius diei vestigia fugæ in sacris apparent. De quibus rebus antiquitatum libri plura referunt. Hactenus Varronis verba. hoc est Fugiæ deæ festum, quę est lętitiæ dea à fugatis hostibus nominata. Nam postridie eius diei vicini populi sunt deuicti à Romano, magnáque celebritate & lætitia omnium agi ferias illas, quod periculum fuerit ne à finitimis gentibus reliquiæ Romani nominis, quæ Galliciæ cladi superfuerant, tollerentur. Quam deam Hylus libro de Diis Vitulã vocat. Piso Vitulã victoriã dici scribit, sicut Macrobius testatur in Saturnalib[b]. Erãt ergo Fugalia, vel Fugialia postridie nonas Iunias, Lętitiæ deæ lætissimus dies. In quo credibile est populum in omnẽ licentiã solutissimũ, atq; effusissimũ fuisse. Hæc nolim cuiquã esse præiudicij loco, sed solũ dicta, vt alij acutius & diligentius rẽ vestigent, si modo tanti æstimabunt. b Persius.) Satyra. iij. ex præceptovetere, quod pro foribus templi Apollinis Delphici Amphyctiones scripsere: Nosce teipsum. hæc Persius dicit. c Aut metæ quàm mollis flexus.) Metæ erant in Circo septẽ. Domitianus ludis quibusdam, ne currereturnisi vsque ad quintam indixit, vt citius peragi possent ludi apparatiss. quos ædebat. Suetonius in eius vita: Septies illæ omnes attingebantur metæ. Arsq; erat & industria non parua in equis rotisque flectendis ad finem metarum, ne posterior dexteritate flectendi priorem anteueteret. Propertius:

Aut prius insecto deposcit præmia cursu,
Septima quàm metam triuerit ante rota.

Huc spectat illud Horatij principio Odarum, Sunt quos curriculo pulueren olympicũ, Collegisse iuuat metáque feruidis, Euitata rotis. Erant & cursores quidam in Græciæ certaminibus, quibus non sat erat ex lege certaminis peruenisse ad metam, nisi recurrerent, vnde venerant, circumactu

Fugalia.

Fugia Dea.

Vitula Dea.

Metæ Circi.

G cumactu celerrimo vbi metam pertigerant, φιλοδόξουνε vocant: nam δόξα ⊗. est spatij circuitio, vt scribit Vitruuius lib.v. qui sexies spatium circuibant φολιχοδρόμοι sunt dicti. Hic est proprius significatus flexus & metæ. Persius aut recte sentit esse mollem flexum à virtute ad vitium: aut oblique non esse facilem à vitio ad virtutem, vbi illud assuetudine in humana mente inualuerit, tyrannidémque occuparit. Idcirco ne vitio assuescamus monet: quoniam non sit in manu nostra iugum eius semel admissum excutere, quoties & quando velimus. Aut de flexu ætatis intelligi, cum ab adolescentia in virilem ætatem trãsimus, quo tempore mores mutari decet. Sicut ille apud Terentium ait[1], aut à virili & actuosa ætate ad seniorem & quietiorem. De quo flexu Cicero in primo de oratore: Si infinitus forensium rerum labor, & ambitionis occupatio, de cursu honorum etiam ætatis flexu constitisset. Sed apertius pro M. Cælio & per eandem metaphoram, In hoc flexu quasi ætatis: nihil enim occultabo fretus humanitate ac sapientia vestra, fama adolescentis paulum hæsit ad metas notitia mulierbri & infœlici vicinitate. Et Seneca lib. de tranquil. viræ. j. Non in cursu tantum circique certamine, sed in spatiis vitæ interius flectendum est. c Et vndæ.) Genitiuus est ab vnda simili genere metaphoræ. In naumachia sunt metæ constitutæ, ad quas subito nauis esset conuertenda. Vergilius in. v.

Hic viridem Aeneas frondenti ex ilice metam.
Constituit, signum nautis pater: vnde reuerti
Scirent, & longos vbi circum flectere cursus.

In vetusto exemplari legebatur: Quia mollis flexus, & vnde. quod non est vsqueadeo absurdum. Sic legit Antonius Nebrissensis noster Grammaticus diligentis. d Quis modus argenti.) Ex Platone, ex quo Persius omnia quæ de moribus disserit. In Phædio Socrates sic precatur: O amice Pan, & cæteri dij date obsecro, vt intrinsecus pulcher efficiar, quæq; mihi extrinsecus addita sunt, internorum sint amica, solum sapientem diuitem existimem: huius vero auri tantum elarginini, quantum, nec sustinere, nec gestare alius, quàm vir temperans queat. Hæc ille. Sunt enim faciles opes magis optandæ, quàm immodicæ.

Δίσυλοδρόμοι.

H e Quid fas optare.) Et hoc ex Alcibiade secundo Platonis de voto: in quo, Plato docet quid optandum à diis. Eandem Socratis sententiam ponit Valerius in septimo: Iuuenalis de votis.

Orandum est, vt sit mens sana in corpore sano.

Nisi intelligatur, quid fas optare in argento. nam & prius est de ea re, & quod sequitur: Quid asper vtile numus habet. f Asper.) Numus expresso signo & extanti asper est tactu, vsu tritus sit leuis. Sic vasa argentea cælata, in quibus aliquid eminet, Plinius aspera nominat. Suetonius numum asperum dixit in Nerone: Aurum obryzum & numum asperum ingenti fastidio exegit. an pro nouiter percusso, an quia meliores erant asperi, quàm qui plana erant nota, quales fuerint ne olim, non sat scio. Inæqualem nomum dici asperum ostendit asperitatis definitio in Timæo Platonis: Asperitas, inquit, est durities inæqualitati permixta.

Asper numus.

Asperitas.

g Quem te deus esse iussit, & humo.) Etiam ex Platone qui deum facit Imperatorem generis humani, assignantem suum vnicuique in statione hac & veluti militia locum, à quo non licet discedere iniussu illius. Facit hoc ad rectum officium vitæ, vt quisque sciat, quæ pars sit generis humani, vt iuxta illam viuat, satisfaciátque numeri suio, sit ne agricola an vrbanus, seruus an liber, tum cerdo, sartor, Philosophus, sacerdos, miles, princeps, magistratus, priuatus.

Inutilia esse inuenta philosophica sine authoritate diuina, vbi quenquã ad vitia pronum magis mouet, quod dii fecerint, quàm quod homines disputauerint.
Caput VII.

I AN nobis forte Philosophorum scholas disputationésque memorabunt? Primo hæc non Romana, sed Græca sunt: aut si propterea iam Romana, quia & Græcia facta est Romana prouincia, non deorum præcepta sunt, sed hominum inuenta, qui vtcunque conati sunt ingeniis acutissimis præditi ratiocinando vestigare, quid in rerum natura[a] latitaret: quid in moribus[b] appetendum esset atq; fugiendum: quid in ipsis[c] ratiocinandi regulis certa connexione traheretur, aut quid non esset consequẽs vel etiam repugnaret. Et quidam eorum quędam magna quantum diuinitus adiuti sunt, inuenerunt: quantum autem humanitus impediti sunt, errauerunt: maxime cum eorum superbiæ[d] iuste prouidentia diuina resisteret †, vt viam pietatis ab humilitate in superna surgentem, etiã istorũ comparatione monstraret. Vnde postea nobis erit in dei veri & domini voluntate disquirẽdi ac disserendi locus. Veruntamen si Philosophi aliquid inuenerunt, quod agendæ bonæ vitæ beatæq; adipiscendæ satis esse possit: quanto iustius talibus diuini honores decernuntur? Quanto melius & honestius in Platonis templo libri eius legerentur, quàm in templis dæmonum Galli abscinderentur, molles consecrarẽtur[e], insani secarentur, & quicquid aliud, vel crudele, vel turpe, vel turpiter crudele, vel crudeliter turpe in sacris talium deorum celebrari solet? Quanto satius erat ad erudiendam ad iustitiam iuuentutem publice recitari leges deorum, quàm laudari inaniter leges atque instituta maiorum† ? Omnes enim cultores taliũ deorum[f], mox vt eos libido perpulerit, feruenti, vt ait Persius, tincta veneno[g], magis intuentur quid Iuppiter fecerit, quàm quid docuerit Plato vel censuerit Cato. Hinc apud Terentium[h] flagitiosius adolescens spectat tabulam quandam pictam in pariete, vbi inerat pictura hæc: Iouem quo pacto Danaë misisse aiunt in gremium quondam imbrem aureum: atque ab hac tanta authoritate adhibet patrocinium turpitudini suæ, cum in ea se iactat imitari deum. At quem deum, inquit, Qui templa cœli summo sonitu concutit. ego homuncio id non facerem? Ego vero illud feci ac lubens.

Talibus uis diuinæ prouidentiæ resisteret.

K

†Alias malorum.

Thomas Morus.

M

Danae.

a Quid in rerum natura.) Triplicem philosophiæ partem attingit, hic naturalem. b Quid in moribus.) Moralem. c Quid in ipsis.) Rationalem seu dialecticam. de quibus alibi. d Cum eorum superbiæ.) Quod suis ingeniis quæcunque inuenirent referebant accepta, nihil beneficio dei tribuentes. De qua re fuse disputat Lactantius. e Molles cõsecrarentur.) Erant omnes isti Galli pathici homines, spurcissimis flagitiis obruti. De quibus Apuleius multa narrat nephanda, lib. viij. &. ix. sui Asini. Item Lucianus, vnde Apuleius sumpsit argumentum. f Omnes enim cultores taliũ deorũ.) Eorum quos colimus exẽplis plurimũ monemur. Similes enim illis euadere studemus, siue homines sint, siue dij. Populus principis similis esse affectat: discipuli præceptoris, quem colunt: & mortales, eorum quos pro immortalibus venerantur. Hinc nobis & Christi & sanctorum nostræ religionis proposita ad imitationem exempla. Plato lib. de Rep. ij. eam causam inter cæteras assert, cur poëtas nolit in sua ciuitate, quòd quæ de diis sint commenti pessimum sint legentibus exemplum: sicut bella, rapinæ, seditiones, adulteria, furta, & similia. Ex quo loco sumpta sunt illa verba, quibus loquẽtem Menippum Lucianus facit ἐν νεκυομαντείῳ: Ego igitur, inquit, cùm puer adhuc essem, audirémque Homerum, & Hesiodum seditiones ac bella canentes, non semideorum modo, sed ipsorum etiam deorum: adulteria quoque, violentias, rapinas, supplicia, patrum expulsiones, & fratrum & sororum nuptias. Hæc me hercle omnia bona pulchráque putabam, & studiose erga ea afficiebar. Neque enim deos vnquam putaui mœchaturos, aut seditiones inuicem fuisse moturos, nisi de his rebus perinde ac bonis iudicassent. Hęc ille. Quę nos maluim° Thomæ Mori verbis dicere, quàm nostris: cuius laudes obiter atque aliud agentem attingere penè sit nephas. Grandibus enim voluminibus vix adhuc totæ queant explicari. Quis enim de illius ingenij acumine, de iudicij acrimonia, de varietate eruditionis atque præstantia, de facunda linguæ eloquentia, de suauitate morũ ac probitate: in prouidendis rebus consilio, in exequẽdis dexteritate, in omnibus moderatione integritate, equitate, fide, satis pro dignitate dixerit, nisi vno verbo summa, perfecta, vndique absoluta, suis omnibus consummata numeris dixerit: nisi id quod res est, exemplaria, specimina, sui quodque generis affirmarit? magna loquor, & mirabuntur, qui Morum non norunt: sed sciunt vera me loqui, qui norunt, qui libros legerint, qui actus vel vidérint, vel audierint, fidem facillimẽ habebunt. Cæterum in huius viri laudibus velut in latissimo pelago erit aliud tempus, quo liceat vela pandere, & nos totos prosperrimæ auræ commitere, scriberéque tum multa, tum maxima, idque secundis lectoribus. g Feruenti tincta veneno.) Persius satyra tertia: Cum dira libido

Mouerit ingenium feruenti tincta veneno.

De omni bili intelligitur, quod est feruens venenum. sed hic pro semine genitali posuit Augustinus, sicut virus apud alios. h Hinc apud Terentium.) In Eunucho, Chærea qui pro Eunucho ad Thaidem à Parmenone erat deductus, flagrãs amore virginis, Thaidi dono à Thrasone milite datę, de stupro, quod ipse virgini obtulerat, Antiphoni socio narrans, sic inquit: Dum apparatur, virgo in conclaui sedet suspectans tabulam pictam, vbi inerat pictura hæc, Iouem quo pacto Danaë misisse aiunt quondam in gremium imbrem aureum. Ego met quoque id spectare cœpi. & quia consimilem luserat iam olim ille ludum, impẽdio magis animus gaudebat mihi, deum sese in hominem conuertisse, atque per alienas tegulas venisse clanculum per impluuium, fucum factum mulieri. At quem deum? qui templa cœli summa sonitu concutit. Ego homuncio hoc non facerem? ego illud vero ita feci, ac lubens. Hæctenus verba illius. Danaë formosa virgo à patre Acrisio seruabatur in turri, nec vlli virorum ad eam erat accessus: quà Iuppiter cũ adamaret, aurea pluuia per impluuium turri illapsus vitiauit: hoc est muneribus aureis, quibus

A quibus nihil est satis occlusum, atque obseptum, & ipsius virginis & custodum animos corrupit.

De ludis scenicis in quibus dii non offenduntur edictione suarum turpitudinum, sed placantur.
Caput VIII.

AT enim non traduntur ista sacris deorum, sed fabulis poëtarum. Nolo dicere illa mysticа quàm ista theatrica esse turpiora. Hoc dico, quod negantes conuincit historia, eosdem illos ludos in quibus regnant figmenta poëtarum, non per imperitum obsequium sacris deorum suorum intulisse Romanos, sed ipsos deos, vt sibi solenniter æderentur, & honori suo consecrarentur acerbe imperando, & quodammodo extorquendo fecisse. Quod in primo libro breui commemoratione perstrinxi. Nam ingrauescente[a] pestilentia, ludi scenici authoritate pont. Romæ primitus instituti sunt. Quis igitur in agenda vita non ea sibi potius sectanda arbitraretur, quæ actitantur ludis authoritate diuina institutis, quàm ea quæ

B scriptitantur legibus humano consilio promulgatis? Adulterum Iouem si poëtæ fallaciter prodiderunt, dij hi vtique quia casti quibus tantum nephas per humanos ludos confictum est, non quia neglectum est irasci ac vindicare debuerunt. Et hæc sunt scenicorum tolerabiliora[b] ludorum, comœdiæ scilicet, & tragœdiæ, hoc est, fabulæ poetarum agendæ in spectaculis, multa rerum turpitudine, sed nulla saltem sicut alia multa verborum obscœnitate compositæ: quas etiam inter studia quæ honesta ac liberalia vocantur, pueri legere & discere coguntur à senibus.

a

L

Fabularũ theatri origo.

a NAm ingrauescente.) Quoniam & hoc libro, & aliis sequentibus Augusti, de ludis scenicis plerunque meminit, locus postulare videtur, vt de illis nonnulla dicam: & quæ sparsim multis capitibus essent dicenda, hic omnia vna serie contexam, quò melius intelligantur. Et primum de eorum origine apud Græcos, postmodum apud Ro. Nam imitatio ex Græcia manauit in Italiam. Veteres igitur in Græcia agricolæ, cum sacrum Libero pro anni prouentu facerent, incensis altaribus primum alijquid vice precum cantillabant: deinde quo propitiorem sibi redderent Liberum, eius gesta, victorias, sibactósque reges, illius triumphos, & regum calamitates concinebant. Cœpit præmium industrię proponi caper, vel capri sacrificatori corium vini plenum. Et ingenia tum præmio non parui apud rusticos homines & tenues precij, tum ostentandi sui gratia carmina confinxerunt, incondita primum paucáque: deinde, vt fit, plura & elimatiora: cumq; in deuictis à Libero regibus parum esset in singulos annos materiæ, ad reliquos reges illis calamitatibus similes itum est, déque ipsis multa sunt cantata. Atque hæc est nuncupata tragœdia, vel κατὰ τοῦ τράγου, hoc est, hirco, quem accipiebat victor in certamine: vel à fecibus vindemiarum, quibus ora perungebantur, quas Græci τρύγας vocant. Comœdiam, sunt qui eisdem cœptam sacris velint: alij sacris Apollinis Nomij, hoc est, pastorum, vicorúmque præsidis. Quidam per idem tempus vtrique deo sacrificari tradunt. Dicam quod est vulgatius: Athenienſibus per pagos adhuc dispersis necdum coactis in vrbem à Theseo, agricolæ peractis sacris, tum eos, qui in sacrificio fuerant, tum etiam viatores salsis dictis impetebant, risúmque excitabant spectatoribus. Vrbe constructa, solenni & stato tempore, vetere more in vrbem agricolæ plaustris vecti veniebant, faceta dicacitate modo rusticos, modo etiam plerosque de vrbanis incessentes, præcipuè si à quoquam erant iniuria affecti. Et hæc quidem comœdia est dicta, vel ἀπὸ τῶν κωμῶν, id est, à vicis, pagisque, in quibus agebatur: vel ἐπὶ τὴν τῶν ἀστῶν κωμάζον, quòd in viis lasciuirent, & dictis petulantioribus luderent. Nam eo tempore nondum villas & vicos Athenienses κώμας dicebant, sed δήμους. Placuit hic mos vrbano populo, & eos qui dicendo valebant, ad eruditius scribendum de eo argumenti genere carmen, sunt adhortati. Ita sensim rustici sunt exclusi, qui simplicitate sua, siue odio, siue inuidia momorderunt quidem, sed non cruento morsu. Poetæ vrbani primum acrius cum taxassent ciuium facta, profuerunt non nihil, quod à sceleribus multos metu retrahebant: cæterùm cœperunt affectibus, vel suis, vel amicorum seruire, simulatęs aspere exercere, stylis pro telis abutentes, principésque viros interdum nihil commeritos in scena proscindere, idque nominatim.

Tragœdia.

Comœdia.

Quod cùm esset passus Alcibiades ab Eupolide, in Baptis fabula, illum corripi iussit, ac mergi in mare. nam tum fortè Alcibiades Imperator erat, classémque habebat in Piræo: cúmque mergeretur Poeta, illud subinde Alcibiades ingerebat: Tu me in scena sæpe mersisti Eupoli, ego te in mari. Huius exemplo satis territis Poetis successit lex opera Alcibiadis lata, ne quem liceret nominatim in scena taxare. ita genus illud comœdiæ abolitum est, dictáque est verus comœdia, hoc est ἀρχαία. Successit media, qua obliquis dictis perstringebantur multi tacitis nominibus: & ea in suspitionem venit nobilitati, tanquàm sua facta notarentur. ita in totum est sublata, repertáque est noua, quæ de mediocribus personis lusit confictis nominibus, & argumento tam alieno ab iis, quæ faciebat nobilitas, vt manifestum esset, quosuis potius quàm nobiles perstringi: deinde affectibus tam moderatis, vt nemo de se dici etiam nominatim ægrè admodum tulisset. Huius princeps fuit Menander, qui cum Alexandro Macedone vixit paulo minor eo. Veterum bellis Peloponesiacis viguit, in quo Aristophani plurimi deferunt palmam: quanuis in media quoque multum cum valuisse dicant. Sed haud dubiè Antiphanes Larissæus fuit in eo genere facilè primus. Atque hæc quidem in Græcia: Romæ verò cum anno ab vrbe condita circiter quadringentesimum Tito Sulpitio Potito, Caio Licinio Stolone C O S S. & superiore anno pestilentia laboratum esset, & eodem laboraretur, ex libris Sibyllinis ludi scenici sunt voti: noua res in populo bellicoso. Ludiones sunt ex Hetruria asciti, qui gentis nomine histriones nuncupantur, hique ad tibicinis cantum tacriti saltarunt, motibus non omnino, vt illa ætate inconcinnis, neque versum dixere vllum. Rustici in Italia vetusto Græciæ more peractis sacris, post messem, gratulatíque diis de bono anni prouentu, hilariores opere perfecto, rusticana quædam dicta in se inuicem iactabant ad risum mouendum: interim spurcis verbis non abstinentes: interim paulo mordacius attingentes, idque alternis versibus, qui dicebantur Fescenini, à Fescenina ciuitate Hetruriæ. Hos cœperunt Romani histriones imitari, sed parcentes nominibus. nam id iam antea duodecim tabulis erat cautum ne fieret. Fescenini sensim ex scena abierunt, relicti nuptiis, & triumphis, fabulæque cœptæ sunt introduci, quæ delectarent sine cuiusquam offensione. quod Horatius epistola ad Augustum attingit. Ita cùm nominatim lædi quenquam in scena non liceret, ex Græco ritu alia fabularum genera sunt Romam adducta, noua scilicet comœdia, & Satyra: non illa quæ vno carminis genere in vitia inuehebatur, qualem scripsere Horatius, Persius & Iuuenalis. nam huic initium dedit Lucilius, qui sub Scipione Aemiliano meruit bello Numantino, sed in quam introducebantur satyri contumeliosi & spurci, tunicis villosis, motu grani, inconditóque & rusticano. Scena erat floribus, frondibus, herbis virentibus instructa, in faciem montium, syluarum, & speluncarum: sicut scenæ tragœdiarum, regalem magnificentiam imitantur: & comicæ, mediocrium ac plebeiorum ædificiorum rationem, vt Vitruuius libro quinto scribit. Ab istis satyris primam fabulam iustam Græco modo Latinis versibus fecit Liuius Andronicus Salinatoris libertus, anno à condita Roma quingentesimo decimoquarto, Appio Claudio Cæci filio, Sempronio Tuditano C O S S. bello Punico primo, aliquot annis ante perfecto ex digestione temporum Attici. Secuti sunt hunc Nævius, Plautus, Ennius, Terentius, & alij permulti, qui comœdias scripsere. Reliqua de ludis scenicis suis locis dicentur. b Et hæc sunt scenicorum tolerabiliora.) In ludis interim fabulæ iusto argumento exhibebantur populo: interim histriones motus dabant impudicos silentio, nonnunquam quædam dicebant in rationem festi confícta. Ex fabulis sunt nonnullæ palliatæ, quarum argumentum est Græcum, histrionésque pallio more Græco vuntur: quales sunt omnes Terentianæ, & Plautinæ: aliæ togatæ, quarum argumentum ex Romanis rebus petitur, ludionésque toga Romano indumento amiciuntur, quales sunt Aphranij: & ex togatis, aliæ sunt Prætextatæ: cùm res imperatorum & principum Romanorum agunturi, necesse que est esse Prætextam in scena, vestimentum magistratuum Romano. à quibus non multum crediderim argumento abfuisse Trabeatas, quas C. Melissus Spoletanus Mœcenatis Libertus inuenit: ne scio an fuerint eædem, qua in re nihil habeo certi, aliæ Tabernariæ, in quibus de rebus vulgi agitur. Sunt tragœdiæ, sunt comœdiæ, sunt satyræ, sunt etiam Mimi, qui dicuntur Planipedes, quod nec socco vtuntur, nec cothurno, sed planis pedibus exeunt in proscenium, quanuis satyras & Mimos sub comœdia video comprehendi. Quin & tragœdiam speciem esse comœdiæ quidam affirmant. Tragœdia magna infortunia continet, ardentes affectus, atrocia scelera, minimum turpitudinis. Comœdia amores, nequitias, flagitia tractat, quæ in fabulam induxit Menander, vt Macedonibus eiusmodi rebus deditis, placeret. Satyra lasciuiores habet faunos & syluanos, qui iocis & salibus agrestibus delectabant: interim admiſtis lachrymis, sed vt erant dij immundi & illoti, spurciora iactabant & fœdiora dictu auditúque. In Mimis licentia maxima, nullis parcebant turpibus. & tamen hæc tolerabiliora erant præ aliis rebus, quæ in Bacchanalibus agebantur, quæ propter incredibilem turpitudinem ex Italia S.C. sunt eiecta: vel in Saturnalibus, vel in Floralibus, quos ludos per meretrices & perditissima hominum genera cę lebrabant. Quorum Floralium actores, cùm deam ipsam non reuererentur, vnum hominem Catonem sunt reueriti, quo præsente agere recusarunt.

D

Eupolis.

Comœdia uetus media, & noua.

E

Fescenini.

Satyra.

Scenarum ornatus.

Fabula prima Romæ.

Palliatæ fabulæ.

Togatæ.

Prætextatæ.

Trabeatæ.

F

Mimi.

Floralia.

Quid

G

Quid Romani ueteres de cohibenda poetica licentia senserint, quam Græci deorum secuti iudicium liberam esse uoluerunt. Cap. IX.

QVid autem hinc sēnserint Romani veteres, Cicero testatur in libris quos de Republica[a] scripsit, vbi Scipio[b] disputans ait: Nunquam comœdiæ nisi cōsuetudo vitæ pateretur, probare sua theatris flagitia potuissent. Et Græci quidā antiquiores vitiosæ suæ opinionis quandam cōuenientiā seruauerunt, apud quos fuit etiam lege concessum, vt quod vellet comœdia[c] nominatim vel de quo vellet diceret. Itaq; sicut in eisdem libris loquitur Aphricanus, quem illa non attigit, vel potius quem non vexauit, cui pepercit? Esto: populares homines improbos, in republica seditiosos, Cleonem[d], Cleophontem[e], Hyperbolum[f] læsit. Patiamur, inquit, & si huiusmodi ciues, à censore[g] melius est quàm à Poëta notari: sed Periclem[h] cum iam suæ ciuitati maxima authoritate plurimos annos domi & belli præfuisset, violari versibus, & eos agi in scena non plus decuit, quàm si Plautus, inquit, noster[i] voluisset, aut Næuius Publio & Cneo Scipioni[k], aut Cæcilius[l] Marco Catoni[m] maledicere. Deinde paulò pòst: nostræ, inquit, contra duodecim tabulæ cum perpaucas res capite sanxissent[n], in his hanc quoq; sanciendam putauerunt, si quis actitauisset,[o] siue carmen condidisset, quod infamiam faceret, flagitiúmve alteri precaretur*. Iudiciis enim ac magistratuū disceptationibus legitimis propositam vitam, non Poëtarum ingeniis habere debemus, ne probrum audire, nisi ea lege vt respondere liceat, & iudicio defendere. Hæc ex Ciceronis quarto de Republica libro ad verbum excerpenda arbitratus sum, nonnullis propter faciliorem intellectum vel prætermissis, vel paululum commutatis. Multum enim ad rem pertinent, quā molior explicare, si potero. Dicit deinde alia, & sic concludit hunc locum, vt ostendat veteribus displicuisse Romanis, vel laudari quenquā in scena viuum hominē, vel vituperari. Sed vt dixi, hoc Græci quanquam inuerecundius, tamen conuenientius licere noluerunt, cum viderēt diis suis accepta & grata esse opprobria, nō tantum hominum, verum & ipsorum deorum in scenicis fabulis: siue à Poëtis essent illa cōficta, siue flagitia eorum vera commemorarētur & agerentur in theatris, atque ab eorū cultoribus vtinam* solo risu ac non etiā imitatione digna viderentur. Nimis enim superbum fuit famæ parcere principū ciuitatis & ciuium, vbi suæ famæ parci numina noluerūt. Nam quod affertur pro defensione, nō illa vera in deos dici sed falsa atq; confecta: idipsum est scelestius si pietatē cōsulas religionis: si autem malitiam dæmonum cogites, quid astutius ad decipiendum atq; callidius? Cum enim probrum iacitur in principem patriæ bonum atq; vtilem, nónne tanto est indignius, quanto à veritate remotius, & à vita illius alienius? Quę igitur supplicia sufficiunt, cùm deo fit istā, tam nefaria tam insignis iniuria?

*præclare aliâs prædicaret.

*aliâs ut.

a Ciceronis libri de Repub.

CIcero testatur in libro quarto de Rep.) Si quos antiquorum libros ex iis, qui vel omnino amissi sunt, vel certe non extant, vellem extare, sunt isti sex Ciceronis de Repub. neque enim dubito, quin opus fuerit admirabile. facio ex his fragmentis quæ vidi, coniecturam. Audio apud quosdam tanquam aurea mala asseruari. interim dum non prodeunt, coniecturæ ex aliis ipsius Ciceronis locis collectæ nos ducēt. b Vbi Scipio.) Gens Cornelia inter cætera cognomina, & illud Scipionum sumpsit, ab eo qui patri cæco & senecta infirmo vice Scipionis erat. Clari ex hac familia fuerunt complures, de quibus dicam suo loco. Hic quem in libris de Repub. loquentem facit Cicero, fuit L. Aemilij Pauli, qui Persam Macedoniæ regem vicit, filius: quem Scipio Aphricani maioris filius adoptauit. ideo à gente in qua est natus, Aemilianus cognominatur. Carthaginē & Numantiā deleuit. c Vt quod vellet Comœdia.) Ἀρχαῖα, hoc est, vetus, dixi iam hac de re, fiebat, vt ciues metu, ne in scena traducerentur, vel pergerent bene viuere, si sic instituerant, vel à scelerum via retraherentur. Socrates expedire dicebat seipsum de industria comicis offerre. Nam si merito quidē reprehenderint, emendabimur: sin falsò, tum illa nihil ad nos attinebunt. Et ipse Socrates innocentissimus & sanctissimus vir, irrisus erat ab Aristophane in nebulis, fabula nebulonica: quam Poeta in hoc solum ediderat. Quod fuit vel maximum argumentum, scriptores veteris comœdiæ linguam iam tum habuisse venalem, vel perturbationibus animi transuersos agi. d Cleonem.) Cleon Byrsopola homo seditiosus, Niciæ, Demosthenij, & bonis ferè omnibus inimicus fuit: bello tamen non malus, vt Thucydides & Plutarchus scribunt. In hunc scripsit Aristophanes fabulam, quā ἱππῆς nominauit, hoc est, equites: cuius quum peculatum & tyrannicas opes vellet populo patefacere, opifex personam Cleonis se facturum negauit, veritus illius potentiam. Poeta fecibus histriones vnxit, qui quum in scenam prodire reformidarent, Aristophanes ipse personam Cleonis solus sustinuit, tanta rabie in illum erat accensus. Propter quod factum accusatus à Cleone, talentis quinque multatus est, vt ipse in Acharnensibus comœdia queritur, hoc est, reuomuit quantum hauserat. Nam fortasse precio à Nicia & Demosthene accepto, ad scribendam fabulam erat adductus, vt in Nephelis fecit, pecunia ab Anito & Melito Socratis inimicis accepta. Homo qui per ebrietatem multa conscripsit. Cleonis meminit etiam Plutarchus in Politica. e Cleophontem.) Hunc etiam Plutarchus similem Cleonis fuisse dicit. f Hyperbolum.) Et huius tanquam improbi ciuis meminit Thucydides, & Plutarchus & Lucianus ἐν μιαιοφράκτῳ, ostracismo, quod genus erat suffragiorum, ex vrbe est iectus non metu potentiæ vel dignitatis vt alij, sed tanquam publicum ciuitatis dedecus & opprobrium. Cicero in Bruto de Glaucia loquens: Homo, inquit, simillimus Atheniensis Hyperboli, cuius improbitatem vetere Atticorum comœdię notarunt. Ab Eupolide Hyperbolum notatum subsignificat Quintilianus in primo insti. de Musica loquēs. de hoc scripsit caput Cælius in farragine antiquarum lectionū lib. ix. g. A Censore.) Quinto quoque anno duo creabantur, qui censui, hoc est, æstimationi opum faciendæ, & iudicio de moribus, déque existimatione vniuscuiusque ciuis præessent. Censores sunt dicti à censu. Nam, vt Festus inquit, tanti quisque sua bona faciebat, quanti illi æstimassent, & magistri morum. Sic Cicero ad Appium Pulchrum. h Sed Periclem.) Hic eloquentia & magnis ciuilibus artibus populum Atheniensem ita sibi conciliauit, vt princeps in ea republica permultos annos fuerit: domi & foris consilio bonus, & fœlicitate par. In huius labiis sessitasse πειθώ, hoc est, persuadendi deam: & vt Cicero in tertio de Oratore interpretatur, leporem: vt Ennius Suadam, Horatius diminutiuum huius Suadelam dixit, Eupolis antiquæ comœdiæ author scripsit. Eorum versuum sententia est apud Ciceronem sæpe & Quintilianum. Græci aliquot versus: nā Eupolis comœdiæ, vt alia permulta, intercidere: sunt apud Plinium Cæcilium libro Epistolarum primo, pars etiā apud Suidam. Neutrius istorum meminisse Politianum in capite Centuriæ suę, vbi de hoc agit, miror. Sed versus ipsos petit ab interprete quodam Aristidis Græci, eóque innominato: tametsi non negarim plures illic esse, quàm vel apud Suidam, vel Plinium. Aristophanes etiam comœdiæ veteris scriptor fulgura Periclem ore misisse, & tonitrua dicit, miscuisséque totam Græciam. & hæc quidem Aristophanes, & Eupolis dicebant, quum illi conuitiaretur, ac male dicerent: sicut Cicero libro de oratore tertio, & de perfecto oratore, & Quintilianus libro duodecimo inquiunt. Incessabatur quoq; Pericles à comicis, quòd capite esset oblongo, idcirco galeatus semper depingebatur. i Quàm si Plautus inquit noster.) Primus poeta Latinus fuit Liuius, vt dixi: hunc secutus est Nęuius, qui bello primo Punico militauit. Deinde Plautus Nęuio ferè æqualis, qui reliquit comœdias, quorū maxima pars adhuc extat, quo Poeta nemo magis & suæ & proximæ ætatis hominibus placuit. Scipio nostrum appellat, quem nunquam viderat, sed quia Latinus fuit: nam de Græcis erat locutus antea. k P. & G. Scipioni.) Fratres hi fuerunt. & si Seruio credimus, gemini, quorum P. genuit Aphricanum superiorem G. Nasicam virum optimum: de quo diximus. vterque in Hispania occubuit à Pœnis occisus secundo Punico bello. quod inceptum est P. consul. Hos duos fratres Cicero pro Cornelio Gallo, duo fulmina imperij appellat. Sunt qui putent de eisdem intelligi illud Vergilij in sexto: Duo fulmina belli Scipiades, ex Lucretio mutuatum: Scipiades belli fulmen, Carthaginis horror. Horum ergo tempore illi Poetæ vixerunt. l Aut Cæcilius.) Cæcilius Statius bello Macedonico & Asiatico floruit cum Ennio, cuius fuit contubernalis. Volcatius Sedigitus palmam ei de comicis tribuit, Horatius grauitatem. Eius nihil superest sermonem non admodum videtur Cicero probare. m Marco Catoni.) Seni, qui primus ex familia Portia gessit honores, is Tusculi natus est, & vsque ad consulatum triumphum & censuram peruenit. homo nouus, toti nobilitati inuidiosus, maximæ fuit in republica authoritatis. Vixit cum Ennio, & Cæcilio. n Cum perpaucas res capite sanxissent.) Paucissima fuerāt apud Ro. veteres crimina. quarum pœna esset capitalis, multo adhuc pauciora apud sequentes: nam lex Portia vetabat condemnatis ciuibus vitam adimi, sed exiliū permitti. Ita capite puniri eos, qui car-

K

Scipiones.

Veteres comœdiæ.

Nebulæ Aristophanis.

Cleon.

Equites Aristophanis.

L

Cleophon Hyperbolus.

Censor.

Pericles.

Πειθώ.

M

Plautus.

Scipionis fratres.

Cæcilius

Cato senior.

A

Capitis diminutio.

Occentare.

qui carmen in alium scripsissent, incredibiliter exhorruisse infamiam Romanos significat. Sed videat lector, an de capitis, diminutione lex ista intelligatur, de qua inquit Festus: Capite diminutus appellatur, qui ciuitate multatus est: qui liber alteri mancipio datus est, cui aqua & igni interdictum est, quæ à Iureconsultis maxima capitis diminutio nominatur. Nam capitis diminutio est illis triplex: maxima, minor, minima. Hoc admonendi gratia dixerim, non interposita sententia mea. Horatius in epistola ad Augustum: Quinetiam lex pœnaq; dicta, malo quæ nollet carmine quenquam Describi. vertere modum formidine fustis, Porphyrio fustuarium dicit supplicium esse constitutum in authorem carminum infamium. Acron in metaphoram vertit dictum. o Actitauisset.) Codex vetustus occentauisset, credo melius. Festus, occētassint antiqui dicebant, quod nunc conuitium fecerint dicimus. quod id clarè & cū quodam canore fit, vt procul exaudiri possit, quod turpe habetur.

Qua nocendi arte dæmones uelint uel falsa de se crimina, uel uera narrari. Cap. X.

SEd maligni spiritus, quos isti deos putant, etiam flagitia, quæ nō admiserunt, de se dici volunt: dum tamen humanas mētes his opinionibus velut retibus inducāt *†, & ad prædestinatum supplicium secum trahant: siue homines ista commiserint, quos deos haberi nolunt *†, qui humanis erroribus gaudent, pro quibus etiam se colēdos mille nocendi fallendiq; artibus interponunt: siue etiā nullorum* hominum illa crimina vera sint, quæ tamē de numinibus fingi libenter accipiunt fallacissimi spiritus, vt ad scelesta, ac turpia perpetranda, velut ab ipso cœlo traduci in terra, satis idonea videatur authoritas. Cum igitur Græci talium numinum seruos se esse sentirent, inter tot & tanta eorum theatrica opprobria parcendum sibi à Poëtis nullo modo putauerunt: vel diis suis etiam sic consimilari appetentes: vel metuentes, ne honestiorem famam ipsi requirendo, & eis se hoc modo præferendo, illos ad iracundiam prouocarent. Ad hanc conuenientiam pertinet, * quod etiam scenicos actores earundem fabularum[a], non paruo ciuitatis suæ honore dignos existimarunt. Siquidē quod in eo quoque de republica libro cōmemoratur, Aeschines[b] θ ciuis θ Atheniēsis, vir eloquētissimus[c], cum adolescens tragœdias actitauisset, rempublicam capessiuit: & Aristodemum[d] tragicum item actorem maximis de rebus pacis ac belli, legatum ad Philippū Athenienses sæpe miserunt. Non enim consentaneum putabatur, cum easdem artes eosdemq; scenicos ludos, etiam diis suis acceptos viderent, illos per quos agerentur in infamium loco ac numero deputari.

*†induant

*†habere gaudent.

*aliâs nō= nullorum.

B

In exemplari Romano hîc incipit caput. xi.

a

C

Aeschines.

Aristodemus.

SCenicos actores earundem fabularum.) Aemilius Probus de Græcis loquens: In scenam verò prodire, & populo esse spectaculo nemini in eisdem gentibus fuit turpitudini. quæ omnia apud nos partim infamia, partim humilia, atque ab honestate remota ponūtur. b Aeschines.) Atheniensis orator, Demosthenis inimicus, tragœdias egit in scena. Ideo Demosthenes in oratione de corona, κίθαριν τραγῳδὸν eum vocat. Quintilianus hypocritam eum fuisse dicit, id est, histrionem. Plutarchus in x. Rhetoribus exercuisse eum tragœdias scribit. Idem Philostratus in Sophistis, qui eum non coactum vertisse solum exilij gratia scribit: sed quum iudicio de Ctesiphonte victus esset, ad Alexandrū contendisse, qui tunc Asiæ imperabat: vbi verò de eius morte in itinere intellexit, sflexisse cursum Rhodum, captúmque insulæ amœnitate studiis apta, resedisse eo in loco. Aeschines ipse epistola quadam ad populum Athenienſem affirmare videtur histricam se artem desiisse, antequàm ad rempublicam accederet. c Vir eloquentissimus.) Eloquentissimū fuisse satis constat, & quidem ampla ac decora voce. nec desunt qui proximum ei post Demosthenem locum assignēt: natura magis valuit, quàm arte. quidam illum nullius fuisse discipulum tradunt, sed repentè è scriba factum oratorem, dixisséque primùm aduersus Philippum Macedoniæ regem: hinc famam popularem, gratiámque auspicatum, ideo & missum ad eundem regem legatum. Alij magistros ei dant Platonem & Isocratem: quidam Leodamanta. Genus illud dicendi Rhodium inter Asianū & Atticum medium Aeschines Rhodi in secessu instituit, quum ibi aperuisset scholam. d Aristodemum.) Hic, vt Demosthenes scribit, legatus ad Philippum profectus est cum Demosthene ipso, & Aeschine. Hic est Aristodemus, quem quum rogasset Demosthenes, quid mercedis accepisset, vt ageret: illéque talentum respondisset: At ego, inquit Demosthenes, plus accepi vt tacerem. Author Critolaus.

De scenicis apud Græcos in reipublicæ administrationem receptis, eò quòd placatores deorum iniuste ab hominibus spernerentur. Cap. XI.

D

HAec Græci turpiter quidem, sed sanē diis suis omnino congruenter, qui nec vitam ciuium[a] lacerandam linguis poëtarum & histrionum subtrahere ausi sunt, à quibus cernebāt deorum vitam eisdem ipsis diis volentibus & libentibus carpi: & ipsos homines, per quos ista in theatris agebantur, quæ numinibus quibus subditi erant, grata esse cognouerant, non solùm minime spernēdos in ciuitate, verùm etiam maxime honorandos putauerunt. Quid enim causæ reperire posset, cur sacerdotes honorarent: quia per eos victimas diis acceptabiles offerebant: & scenicos probrosos haberent, per quos illam voluptatem siue honorem diis exhiberi petentibus, & nisi fieret irascentibus, eorum admonitione didicerant: cum præsertim Labeo[b], quem huiuscemodi rerum peritissimum prædicant, numina bona à numinibus malis, ista etiā cultus diuersitate distinguat: vt malos deos[c] propiciari cædibus & tristibus supplicationibus asserat, bonos autem obsequiis lætis atque iucundis: qualia sunt, vt ipse ait, ludi, conuiuia, lectisternia[d]. Quod totum quale sit, postea si deus iuuerit, diligentius disseremus: nunc ad rem præsentem quod attinet θ disseramus θ: siue diis omnibus omnia tanquam bonis permixte tribuantur, neque enim esse decet deos malos, cum potius isti quia immundi sunt spiritus, omnes sint mali: siue certa discretione, sicut Labeoni visum est, illis illa, istis ista distribuantur obsequia: competentissime Græci vtrosq; honore dignos ducunt, & sacerdotes per quos victimæ ministrantur, & scenicos per quos ludi exhibentur. Ne vel omnibus diis suis si & ludi omnibus grati sunt, vel quod est indignius his quos bonos putant, si ludi ab eis solis* amantur, facere cōuincantur iniuriā.

E

*aliâs, solis.

a

Labeones.

QVi nec vitam ciuium.) Sisithetus quum populo comœdiam exhiberet, qua Cleanthem Stoicum cōuitiis proscindebat cæteris indignantibus ferunt Philosophum dixisse, iniquum esse, quū Hercules & Dionysius maledictis histrionum passim incessentur, nec irascantur, homines irasci. b Labeo.) Labeones fuerunt tres, maxima iuris ciuilis scientia præditi: sed vnus omnium doctissimus Antistius Labeo, qui cum Cæsare Augusto vixit. Trebatij Testæ discipulus: non iuris modò, sed totius quoque antiquitatis, omniúmque artium peritissimus, & plane polyhistor, vt refert Gellius, Augusto non admodum charus propter magnam ingenij linguæq; libertatem. Opinio hæc eius ex Platonica & Stoica disciplina videtur manasse, quanuis nōnullis immutatis. Nam Platonici deos omnes bonos dicebant: inter dæmonas verò, & heroas quosdam bonos, quosdam malos. Porphyrius in sacrificiis ait, verum & pium cultorem nunquam sacrificaturum aliquod animal diis, sed dæmonibus. Idem in libro de via intelligibilium fusius explicat, qui boni dæmones, qui malis: sed de hoc alibi. c Vt malos deos.) Quo peiores dij sint, & inferiores, eo tristiore genere supplicationum volunt propiciari, vt dij, inferi Pluto, Proserpina, & alij. Lucanus verbis Erictus ad inferna numina.

Si vos satis ore nephando
Pollutóque voco: si nunquam hæc carmina fibris,
Humanis ieiuna cano: si pectora plena,
Sæpe dedi, & lani calido profecta cerebro.
Si quis, qui vestris caput extáque lancibus infans
Imposuit, victurus erat.

d Lectisternia.) De his libro tertio.

Sacrificia tristia.

F

Quod Romani auferendo libertatem poetis in homines quam dederunt in deos, melius de se quàm de diis suis senserunt. Cap. XII.

AT Romani sicut in illa de republica disputatione gloriatur Scipio, probris & iniuriis poetarum subiectam vitam famamq; habere noluerunt, capite etiam puniri sancientes tale carmen condere, si quis auderet. quod erga se quidem satis honestè cōstituerūt, sed erga deos suos superbe & irreligiosè. Quos cū scirēt, nō solū patiēter, sed etiam libenter poëtarū probris maledictisq; lacerari, se potius quàm illos huiuscemodi iniuriis indignos esse duxerunt, seq; ab eis etiam lege munierunt, illorum autem ista etiam sacris solennitatibus miscuerunt. Itáne tandem Scipio laudas hāc poetis Romanis negatā esse licentiā, vt cui-quam op-

G quam opprobrium infligerent Romanorum, cum videas eos nulli deorum pepercisse vestrorum? itáne plu ris tibi habēda visa est existimatio curiæ vestræ, quàm capitolij * [a], imò Romæ vnius quàm cœli totius, vt linguam maledicam in ciues tuos exercere * † poëtæ etiā lege prohiberentur, & in deos tuos securi, tanta conuitia nullo senatore, nullo censore, nullo principe, nullo pontifice prohibente iacularentur? Indignum videlicet fuit vt Plautus, aut Neui[9] Publio & Gneo Scipioni, aut Cæcilius M. Catoni maledíceret: & dignū fuit vt Terentius vester [b] flagitio Iouis opt. maximi adolescentium nequitiam concitaret.

* aliâs, quā cœlestis in iuriæ, cap. inò.

* † exerere.

Terentius.

a CVriæ vestræ quàm Capitolij.) Curia locus, in quo senatus habebatur, pro senatoribus ponitur: Capitolium pro ipsis diis.

b Terentius vester.) Nam familiarissimus Scipioni & Lælio dicitur fuisse, quin & adiutari ab illis in scribendis fabulis Poetam putarunt multi: quod Terentius ipse in prologo Adelphorum subsignificat. De Scipione Memmius opinatur, in oratione pro seipso. Et Quintilianus meminit in.x. institu. De Lælio Cornelius nepos, & Cicero in epistola quadam ad Atticum, licet ex aliorum sententia.

Terentius.

Debuisse intelligere Romanos, quòd dii eorum qui se turpibus ludis coli expetebant, indigni essent honore diuino.

Caput XIII.

H SEd respōderet mihi fortasse si viueret: Quomodo nos ista impunita esse nollemus, quæ ipsi dij sacra esse voluerunt, cum ludos sceni cos vbi talia celebrantur, dictitantur, actitā tur, & Romanis moribus inuexerūt, & suis honoribus dicari exhiberiq; iusserunt? Cur ergo non hinc magis ipsi intellecti sunt non esse dij veri, nec omnino digni, quibus diuinos honores deferret illa respublica? Quos enim coli minime deceret θ homines θ minimeq; oporteret, si ludos expeterent agendos conuitiis Romanorum, quomodo quæso dij colendi putati sunt? quomodo non detestandi ipsi * † intellecti, qui cupiditate fallendi inter suos honores sua celebrari crimina poposcerunt? Itemq; Romani quanuis iam superstitione noxia premerentur, vt illos deos colerent, quos videbant sibi voluisse scenicas turpitudines cōsecrari, suæ tamē dignitatis memores ac pudoris, actores talium fabularum nequaquam honorauerunt more Græcorum, sed sicut apud Ciceronem idem Scipio loquitur: Cum artem ludicram [a] scenamq; totam in probro ducerēt, genus id hominum nō modo honore ciuium reliquorum carere: sed etiam tribu moueri notatione censoria [b] voluerunt. Præclara sanè & Romanis laudibus annumeranda prudētia. Sed vellem seipsa sequeretur, I se imitaretur. Ecce enim recte quisquis ciuium Romanorum esse scenicus elegisset, non solum ei nullus ad honorem dabatur locus, verum etiam censoris nota tribum tenere propriam minime sinebatur. O animū ciuitatis laudis auidum, germaneq; Romanum [c]. Sed respondeatur mihi, qua consentanea ratione homines scenici ab omni honore pelluntur, & ludi scenici deorum honoribus admiscētur? Illas theatricas artes diu virtus Romana [d] non nouerat: quæ etsi ad oblectamētum voluptatis humanæ quærerentur, & vitio morum irreperent humanorum, dij eas sibi exhiberi petiuerūt: Quomodo ergo abiicitur scenicus per quem colitur deus? Et theatricæ illius turpitudinis, qua fronte notatur actor, si adoratur exactor? In hac cōtrouersia Græci Romaniq; concertant. Graeci putant recte se honorare homines scenicos, cum colant ludorum scenicorum flagitatores deos. Romani verò hominibus scenicis, nec plebeiam [e] tribum, quāto minus senatoriam curiam dehonestari sinunt. In hac disceptatione huiuscemodi ratiocinatio summam quæstionis absoluit.

* † spiritus.

Tullius de republica.

Proponunt Græci [f]: *Si dij tales colendi sunt, profecto etiam tales honorandi sunt. Assumunt Romani: Sed nullo modo tales homines honorandi sunt. Concludunt Christiani: Nullo igitur modo dij tales colendi sunt.* K

CVm artem ludicram.) Necesse erat histriones perditissimis fuisse moribus, & deploratæ nequitiæ, cum in ea ciuitate pro ciuibus non haberentur, cuius erant tam multa milia hominum flagitiosorum & facinorosum ciues. Moueri tribu, & stipendia non facere histriones, authores sunt Liuius & Vale. nisi potestas roget. Nam tum videtur cogere, quod Decimo Laberio contigit, rogante Cæsare, vt mimum suum ageret in scena, qui nihilominus fuit post histricam artem eques Romanus: nam qui inuitus committit in legem, non videtur committere. Excipiuntur ab ea lege actores Attellanarum, quæ sunt fabulæ seueriores, iocis Italicam priscam disciplinam redolentibus conditæ. Liuius & Valerius. Ideo nec deponūt in scena personam, vt alij histriones. Festus. b Notatione cēsoria.) Quæ de moribus & fortunis vniuscuiusque fiebat, quinto quoque anno. c Germaneq; Romanum.) Germanum, inquit, Thomas Valois, id est, immane: nam Germani immania habent corpora. O hominem germane nugatorem: quid enim aliud possim dicere? Mihi nunquam potuit illud declarari, quo pacto librum quis intelligat, quacunque de re sit ille compositus, qui linguam, qua scriptus est, ignoret. Sæpe hac de re cum hominibus meo iudicio non imperitis, suo periti ssimis disputaui. me non intelligere dicebam, quemadmodū Scotus, Occam, & similes sacros scriptores intelligere atque enarrare potuerint: Accursius, Bartholus, & Baldus iura, cum Latine nescierint, quo sermone & hæc & illi traditi essent. Repugnabant illi mihi, & fieri posse contendebant, ac se intelligere aiebant, quæ me ipse negarem. Cedo illis, & quod non capiam, stupori ingenij mei imputo: quanquam hic velim me doceant, num mysterium aliquod prædicatores isti occuluerint, cum germanum exponunt, id est, immane: & Romanum, id est, altum. Quod si sic est, clamabo infidias nobis simplicibus à callidis hominibus fieri. Nec esse rem ferendam, maiore commentatore indigere commentatorem, quàm eum quem enarret, nisi forte sensus hic aliquis est eruendus anagogicus vel tropologicus, relicto literali. Nos homines crassi, germanum pro vero, natiuo, expresso, genuino accipi in Latina lingua scimus. Sic Cicero, vt vnum exemplum pro multis milibus afferam, actione in Verrem quinta: Tum multa, tum hoc memini me dicere, facile esse perspicuum, quantum inter hunc & illum Numidicum verum ac germanum Metellum interesset. Ita germane Romanum, id est, vere Romanum: Romanus vero Augustinus pro generoso, & in omne honestum erecto dixit. Acutiores isti homines & solidioris eruditionis, verbis relictis, res ipsas & corpora apprehendunt: nec quæuis corpora, sed humana, & eadem immania. Eiusdem farinæ, sicut dicunt, est & illud, quod tertio post capite, apicem quem flamen in capite gestat, historiographum quēdam esse dicit. quasi vero parum esset hominem repente ex lino fecisse, maiore artificio quàm Prometheus ex luto finxerit, nisi etiam historicus crearetur mira & plus quàm diuina artificis dexteritate, qui suam fœturam eruditam produxerit, quum deus nos rerum omnium rudes edat. d Diu virtus Romana.) Quadringentos ferè per annos. e Plebeiam.) Ordines Romæ erant tres, senatorius, equester, plebeius, qui erat infimus, de quibus alibi. Plebeiam dixit tribum, non quòd vlla esset tribus plebeia, sed in vnaquaque essent homines plebeij & de fece vulgi. f Proponunt Græci.) Dialectici & eos sequuti rhetores, tres partes faciunt perfectæ argumentationis, qui Græce dicitur syllogismus, Latine ratiocinatio. Prima, qua exponitur summa argumentationis, hæc est expositio, siue propositio. Altera, cum propositione assumpta rem continet specialius, de qua aliquid volumus colligere. hæc est assumptio. Tertia, quæ ratiocinationem claudit, complexio. Nec refert quibus hæc distincta sint locis. Interim complexio est prima, sæpe assumptio secunda, vel vltima. Pseudodialectici hæc omnia confundunt, vt sint bonarum omnium artium expertes, & locum existimant naturas mutare rerum, ex seipsis omnia meantientes, qui quum in scholis plus sint quàm viri, extra scholas in vita communi minus sint quàm infantes.

a Histrionū infamia.

Attellanæ.

Germani.

Germanū.

Ordines Romæ.

Syllogismi partes.

M

Meliorem fuisse Platonem, qui poetis locum in bene morata urbe non dederit, quàm hos deos, qui se ludis scenicis uoluerint honorari.

Caput XIIII.

DEinde quærimus, ipsi Poetæ talium fabularū compositores, qui duodecim tabularum lege prohibētur famam lædere ciuium, tam probrosa in deos conuitia iaculātes, cur non vt scenici habeantur inhonesti? Et qua ratione rectum est, vt poeticorum figmentorum & ignominiosorum deorum infamentur actores, [a] honorentur authores? An forte Platoni [b] Græco potius palma danda est, qui cum ratione formaret *, qualis esse ciuitas debeat, tanquam aduersarios ciuitatis * poëtas censuit vrbe pellendos. Iste vero & deorum iniurias indigne tulit & fuscari * corrumpiq; figmentis animos ciuium noluit. Confer nunc Platonis humanitatem [c] à ciuibus decipiendis Poëtas vrbe pellentem, cum deorum

* aliâs, firmaret.

* ueritatis.

* aliâs, fucari.

A diuinitate honori suo ludos scenicos expetente. Ille, ne talia vel scriberentur, etsi non persuasit [d], disputando tamen suasit leuitati lasciuiæq; Græcorum. Isti vt talia etiam agerentur, iubendo extorserunt grauitati & modestiæ Romanorum. Nec tantum hæc agi voluerunt, sed sibi dicari, sibi sacrari, sibi solenniter exhiberi. Cui tādem honestius diuinos honores decerneret ciuitas, vtrū Platoni hæc turpia & nefanda prohibēti, an dæmonibus hac hominum deceptione gaudentibus, quibus ille vera persuadere non potuit? Hunc Platonem Labeo [e] inter semideos commemorandum putauit: sicut Herculem, sicut Romulū. Semideos autem heroibus anteponit, sed vtroq; inter numina [f] collocat. Veruntamē istum quem appellat semideum, non heroibus tantum, sed etiam diis ipsis præferendum esse non dubito. Propinquant autem Romanorum leges disputationibus Platonis, quando ille cuncta poëtica figmēta cōdemnat. Isti autem poëtis adimunt saltem in hominibus maledicendi licentiam: ille poëtas ab vrbis g ipsius habitatione repellit: isti saltem authores poëticarum tabularum à lædenda societate ciuitatis compescunt. Et si * † contra deos ludorum scenicorum expetitores aliquid auderent, forte vndiq; remouerent. B Nequaquā igitur leges ad instituendos bonos, aut corrigendos mores malos à diis suis possent accipere, siue sperare Romani, quos legibus suis vincunt atq; conuincunt. Illi enim honori suo deposcunt ludos scenicos, isti ab honoribus omnibus repellunt homines scenicos: illi celebrari sibi iubent figmentis poeticis opprobria deorum, isti ab opprobriis hominum deterrent impudentiam poetarum. Semideus autem ille Plato, & talium deorum libidini restitit, & ab indole Romanorum [h] quid perficiendum esset, ostendit: qui poetas ipsos vel pro arbitrio mentientes, vel hominibus miseris quasi deorum facta pessima imitanda proponentes, omnino in ciuitate bene instituta viuere noluit. Nos quidem Platonem, nec deum, nec semideum perhibemus: nec vlli sancto angelo summi dei, nec veridico Prophetæ, nec Apostolo alicui, nec cuilibet Christi martyri, nec cuiquam Christiano homini comparamus: cuius nostræ sententiæ ratio deo prosperante suo loco explicabitur. Sed eum tamen, quandoquidem ipsi volunt fuisse semideum, præferendum esse censemus, si non Romulo & Herculi: quāuis istum nec occidisse fratrem [i], nec aliquod perpetrasse [k] flagitium quisquā historicorum [l] vel poetarum [m] dixit [n] aut finxit [o]: certe vel Priapo [p], vel alicui cynocephalo [q]: postremò vel Febri, [r] * quæ Romani numina partim peregrina [s] receperunt, partim sua propria [t] sacrauerūt. Quomodo igitur tanta animi & morum mala, bonis præceptis & legibus, vel imminentia prohiberent, vel insita extirpanda curarent dij tales, qui etiam seminanda & augēda flagitia curauerunt, talia vel sua, vel quasi sua facta per theatricas celebritates populis innotescere cupiētes: vt tanquam authoritate diuina sua spōte nequissima libido accēderetur humana: frustra hoc exclamāte Cicerone, qui cum de Poetis agens [u] ad eos accessisset: Clamor, inquit, & approbatio † populi quasi magni cuiusdam & sapientis magistri, quas illi obducunt tenebras? quos inuehunt metus? quas inflammant cupiditates?

* † aliâs, fabularum remouēt à societate ciuitatis. Et si, &c.

* aliâs, Februo.

Tullius de republica.

† aliâs, Poetis ageret. Ad quos cū accessit, inquit, cla. & ap. &c.

Actor.

Author.

a Poetas Plato è repub. expulit.

D Quos Poëtas non expellit Plato.

Humanitas

Suadere, Persuadere

Heroes.

E Necia.

Indoles.

Priapus.

Ithyphallus.

F Cynocephalus.

Anubis.

Febris dea.

INfamentur actores.) Actores ab agendo, histriones qui agunt fabulam in scena. Authores, qui eam scribunt Poetæ: quanuis author latissime pateat, quæ sunt literarij ludi. b An forte Platoni.) Plato lib. de repub. ij. Poetas ex ea ciuitate, quam optimam instituit, expellit, propter flagitia & scelera, quæ diis canunt. Et in.x. volumine eiusdē operis, cum multa dixisset in eos Socrates, locum totū claudit, vt sentiat expellendam poëtim, quæ affectus inducit parum viriles: illam verò retinendam, quæ mascula est, & casta. Itaque non omnem poëticam ille dānat: nam Poetas interdum diuinum genus vocat, cum scilicet sacros concinunt hymnos. Quod si cecinerint Poëtæ virum bonum, tametsi pauperem, fœlicem esse: cotrà malum & diuitem, infœlicem: si non nimis corrumpantur licentia, nec rabie percellantur, nec impellantur assentatione, neque ea canant, quæ bonos mores corrūpant, vtiles sunt reipubli. Platonicæ. c Platonis humanitatem.) Hīc humanitas non accipitur vel pro ingenita quadam animi mansuetudine, hominúmque beneuolētia, quæ φιλανθρωπία dicitur, nec pro eruditione in artes bonas, quæ καλοκἀγαθία, sed pro hominis natura, qua homines sumus: sicut bonitas, qua boni. Ostendit id, quod sequitur, nam diuinitati comparatur. in hoc significatu est etiam reperire apud alios, vt apud Ciceronem. j. de Orato. d Et si non persuasit.) Miror vel ex hoc loco nō admonitos esse nostros philosophos, & theologos, quid inter persuadere, & suadere interesset. Sed illi quod à miraculo non procul abest, Latina sine Latinitate intelligunt, Græcitatis peritiores, cum ne legere quidem sciant Græce. Apud hanc enim gentem πείθω vtrunque est, & suadere, & persuadere. e Hūc Platonem Labeo.) Ordines deorum ex Varrone, deinde ex Platonicis aliis libris ponam. Romani quosdam deos summos nominabant, medioxumos alios, alios heroes infimos, quasi terrestres, ab ἡρῶα, quam veteres terram dicebant: vt Capella perhibet. Medioxumos dixere, quos merita in cœlum vocarunt, vt scribit Cicero in Leg. hoc est, semideos, velut hibridas quosdam ex mortali & immortali progenitos: vt Romulum, Herculem, Aesculapium, Tyndaridas, & similes. Heroës sunt ex vtroque mortali parente nati, qui meritis fœliciorem quandam nacti sunt fortem, quàm vulgus generis humani. Addunt quidam Semones. De quibus alio loco. f Sed vtroq; que inter numina.) Eos qui sancte vixissent, & ex hac vita migrassent, in deorum numero veteres Ro. esse censuerunt, eorumq; festa Necia sunt appellata, Cicero. ij. de Leg. g Ille Poetas ab vrbis.) In vetustis codicibus, Brugensi & Colonienſi sic legitur: Ille Poetas ab vrbis ipsius habitatione, isti saltem actores talium fabularum remouent à societate ciuitatis, & si contra deos. h Et ab indole Roma.) Ab inchoata vitute, ab initiis, ab specimine, quāuis & primam virtutem interdum significat: sed hic, id quod dixi, declarat quod sequitur, quid perficiendum esset, ostendit: i Quanuis istum nec occidisse fratrem.) Quod fecit Romulus, qui occidit Remum. k Nec aliquod perpetra.) Vt Herculem qui stupris, libidinibus, rapinis, latrociniis, homicidiis, totum inquinauit orbem, quem illi purgatum ab eo existimabant. l Quisquam historicorum.) Vt de Romulo faciunt. m Vel Poetarū.) Vt de Hercule. n Dixit.) Historicus. o Finxit.) Poeta. p Certe vel Priapo.) Diodorus initium colendi Priapi hoc tradit: Cum Osiris Aegyptiorum rex à Typhone fratre impio & facinoroso homine esset cæsus, corpus eius inter conscios coniurationis est diuisum: virilia cum nemo vellet recipere, in Nilum flumen sunt abiecta, Typhone ab Iside Osiridis coniuge deuicto, cæteræ Osiridis partes sunt inuētæ præter pudenda, quæ Isis sacrauit, colique multis ceremoniis instituit, eique qui in Aegypto initiabātur, prima sacra faciebant: nominatúque est Priapus occulto nomine, quòd veteres honestiore vocabulo sic nominarent inhonesta. Hunc Græci Phallum & Ithyphallum nuncupant: ex Latinis Columella lib. xj. Sed truncum forte dolatum

Arboris antiquæ numen venerare Ithyphalli,

Terribilis membri: medio qui semper in orto

Inguinibus puero prædoni falce minetur. Erat enim ortorum custos. Diodorus Typhonem quoque nominatum eum perhibet. Idem author est filium hūc fuisse Veneris & Dionysij: natum, vt inquit Seruius & Valerius Flaccus, Lampsaci, quæ ciuitas est Hellesponti. ideo Lampsacenus est dictus, & Hellespōtiacus. Vergi. iiij. Georg. Et custos furum atque auium, cum falce saligna Hellespontiaci seruet tutela Priapi. Et in opere obsceno loquitur Priapus: Patria mutabor & olim. Ille tuus ciuis Lampsace Gallus ero. Alij in Priapo vrbe natum putant, haud procul à Lampsaco propter vineta: esse ad Hellespontum sacra Priapi orta Strabo putat. Recens est hic deus, & ab Hesiodo ignoratus: quem Fulgētius inter Semones collocat, & cœlo receptum nondū esse perhibet, propter tenuitatem meritorum. q Cynocephalo.) Ad verbum canicipiti. Diodorus li. iiij. Cynocephalos corpore humano vocéque dicit esse, caninis capitibus, fera animalia, atque indomita, multóque in insulis Nili. Osiris Anubim habuit filium, qui patrē in peregrinatione secutus, canis imagine pro insignibus vsus est: idcirco & huius animalis forma in Aegypto est cultus, & latrator à Vergilio dicitur, lib. viij. tum etiam quod significabatur custos corporis Osiridis, & Isidis. Sunt qui putent hunc esse Mercurium à sagacitate sic fictum. r Febri.) Romani aras multas Febri erexerūt. Veteris cuiusdam in palatio meminit Cicero. ij. de Leg. eiusdem Valerius in antiquis institutis: & Ph. lib. ij. tum & alterius in arca Marianorum monumētorum, tertiæ quoque in summa parte vici longi. f Partim peregrina.) Lucanus ad Aegyptum, Nos in tēpla tuam Romana accepimus Isim,

Semicanéque deos, & sistra mouentia luctum.

t Partim sua propria.) Vt Febrim. u Qui cum de Poetis agens.) In antiquis codicibus sic legitur: Qui cum de Poetis ageret, ad quos cū accessit, inquit, clamor &c. Puto hæc esse ex libris de rep. In tertio Tusc. sic ait de causis, quæ virtutis semina à natura nobis indita corrumpunt, loquens, Accedunt etiam Poëtæ, qui cum magnam speciem doctrinæ sapientiæque præ se tulerint, audiuntur, leguntur, ediscuntur, & inhærescūt penitus in mentibus. Cum verò accedit eōdem maximus quidam magister populus atque omnis vndique ad vitia consentiens multitudo, tum plane inficimur opinionum prauitate, à naturáque ipsa desciscimus. Similia li. ij. & iiij. plurima, quæ velut digito indicasse sat fuerit, ne verbositate librum & lectorem oneremus.

Quod Romani quosdam sibi deos non ratione, sed adulatione instituerunt.

Caput XV.

G QVæ autem illis eligendorum deorum, etiam ipsorum falsorum ratio, ac non potius adulatio est? quando istum Platonem, quem semideum volunt, tantis disputationibus laborantem, ne in animis malis[a] †, quæ præcipuè cauenda sunt, mores corrumperentur humani, nulla ædicula sacra dignum putarunt, & Romulum suum diis multis prætulerunt: quanuis & ipsum semideum potius [b] quàm deum θ vocauerunt θ, velut secretior eorum doctrina commendet? Nam etiam flaminem [c] illi instituerunt, quod sacerdotij genus adeò in Romanis sacris [d] testante apice [e] excelluit, vt tres solos [f] flamines haberent tribus numinibus institutos: Dialem, Ioui: Martialem, Marti: Quirinalem, Romulo. Nam beneuolentia ciuium [g] velut receptus in cœlum Quirinus est postea [h] nominatus: ac per hoc & Neptuno & Plutoni fratribus Iouis, & ipsi Saturno patri eorum isto Romulus honore prælatus est: vt pro magno sacerdotiũ quod Ioui tribuerent, huic etiam hoc tribuerent, & H Marti tanquam patri eius, forsitan propter ipsum.

† ne animi malis, &c.

Flamines.

a NE in animis malis.) Sunt qui legant: Ne in animi malis. alij: Ne à malis: optime omnium, ne animæ males. b Quanuis & ipsum semideum potius.) Cicero in Leg. Diuos & eos qui cœlestes semper sunt habiti, colũto. Illos quos in cœlum merita vocarunt, Herculem, Liberum, Aesculapium, Castorem, Pollucem, Quirinum. c Nam etiam Flaminem.) De flamine quæ dicam, erunt ex Varrone, Dionysio, Festo, Plutarcho, Gellio, Seruio. Inter sacerdotum ordines Numa Pompilius quosdam fecit, dixitq; Flamines, quorum insigne erat galerus, vt pontificibus, sed filum in eo inerat lanæ albæ: hinc flamines appellatos, quasi pilamines. Sunt qui dicant à pileo, quod non procedit: nam & pontifices pileos habebant. alij quasi filamines à filo, tum etiam quòd per ætatem, quum propter calorem galerum gestare non possent, lini filis caput amiciebant. Nã nudis esse capitibus sub dio religio erat, festis tamen diebus inter sacra pileo eos vti erat necesse. Appianus Alexãdrinus Flaminem Dialem semper velo & galero festis professisque diebus vti solere, scribit. Sunt qui à flameo, quod genus est tegminis capitis, quanuis mulierum potius quàm virorum. Hoc genus sacerdotes primùm Numa tres creauit: Ioui vnum, qui dicitur Dialis, à Dios, quod est Iouis: Marti vnum, qui Martialis: Quirino vnũ, qui Quirinalis. Pluribus diis eundem esse flaminem, vel eidem deo plures non licebat. Auctus est sensim hic numerus, &.xv. tandem fuerunt, sine iis qui consecratis Cæsaribus per adulationem sunt dati, vt C. Cæsari dictatori lege Antoniana, quod Cice.ij. Philip. indignatur: & Augusto, & aliis permultis. Verũ præcipui semper fuere, quos Numa instituit, inter quos maximus fuit Dialis, qui Ioui sacra faciebat, galerõque solus vtebatur albo, maximæque dignationis est dictus. Cuius ceremonias & leges scribunt, quum Plutarchus in problematis, tum Gellius libro.x. ex Fabio Pictore, Massurio Sabino, Varrone, & aliis. Minimus inter omnes flamines erat Pomonalis, quod leuissima esset Pomona dea, quæ pomis præest. Alij erant mediocris maiestatis, vt Volcanalis Vulcani, Furinalis Furidæ, Falacer Falacris patris, Palatualis deæ, in cuius tutela erat palatiũ, Floralis Floræ matris. d Quod sacerdotij genus adeo in Ro. sa.) Flamines tametsi maximæ authoritatis, tamen pontificis max. dicto audiẽtes erãt. Sic populus iussit primo bello Punico, quũ L. Metellus Põ. max. Posthumium flaminem Martialem consulem non est passus à sacris discedere. Sic bello Asiatico primo, quum P. Licinius Pont. itidẽ max. iter in Sardiniam Q. Fabij Pictoris prætoris flaminis Quirinalis impediuit. e Testante apice.) Apex fastigium est, & summum aliquid alicui additum rei. In flamine est id, quod in capite gestat pileus scilicet, vel filа lanea. Luca. lib. j. Et tollens apicem generoso vertice flamen. Valerius libro. j. At Sulpitio inter sacrificandum apex prolapsus eidem sacerdotium abstulit. Apicem non dabant Romani, nisi principibus sacerdotibus, vt nunc mitras. Seruius libro. viij. Aenei. Et vocabant apicem ab apendo, quod est vincire: vnde aptus, & apiculum filum, quo flamines velatum apicem gerunt. Festus de his apicibus loquitur. Vergil. in. viij. Hinc exultãtes Salios, nudósque Lupercos Lanigerósque apices. f Vt tres solos.) Præciputos & veros flamines, quíque prisca illa erant flaminũ authoritate. g Nam beneuolentia ciuium.) Mortuo Romulo senatus in suspitionem populo venit, tanquàm illum in consilio lacerassent. Lenita est multitudo testimonio Iulij Proculi, qui iurauit se Romulum vidisse euntẽ in cœlum. Liuius libro primo. Ennius his verbis inducit populum Romanum lamentantem: O Romulé Romule dic, Qualem te patriæ custodem dij genuerunt. Tu produxisti nos intra luminis oras. O pater, ô genitor patriæ, ô sanguine dis oriunde. h Quirinus est postea.) Multis mutata nomina post deificationem, vt augustiores videantur relicto humano nomine. Sic quæ mulier Leda, Nemesis dicta est dea: quæ Circe, Marica: quæ priùs Ino, post factam deam Matuta: qui Aeneas, postea Iupiter Indiges. Quirinus nominatus est in gratiam Sabinorum, propter quos Romani homines Quirites appellati, à Curibus Sabinis, siue vt Ouidius inquit:

Flamen.

Pomona dea.

Apex flaminis.

Romulus deus.

Quirinus.

Quod hasta quiris prisicus est dicta Sabinis
Bellicus à telo venit in astra deus.
Siue suo regi nomen posuere Quirites,
Seu quia Romanis iunxerat ille Cures. K

Quod si diis ulla esset cura iustitiæ, ab eis Romani accipere debuerunt præcepta uiuendi potius quàm leges ab aliis hominibus mutuare.

Caput XVI.

SI autem à diis suis Romani viuendi leges accipere potuissent, non aliquot annos post Romam conditam, ab Atheniensibus mutuarentur leges [a] Solonis: quas tamen non vt acceperunt, tenuerunt, sed meliores & emendatiores facere conati sunt: quanuis Lycurgus [b] Lacedæmoniis leges ex Apollinis authoritate se instituisse confinxerit. Quod prudenter Romani credere noluerunt, propterea non inde [c] acceperunt. Numa Pompilius [d], qui Romulo successit in regnum, quasdam leges, quæ quidem regendæ ciuitati [e] nequaquam sufficerent, cõdidisse fertur. Qui eis etiam multa sacra constituit: nõ tamen perhibetur [f] easdem leges à numinibus accepisse. Mala igitur animi, mala vitæ, mala morum: quæ ita magna sunt, vt his doctissimi eorum viri [g] etiam stantibus vrbibus respublicas perire confirment: dij eorum ne suis cultoribus accidérent minimè curarũt, immò vero vt augerentur, sicut suprà disputatum est, omnimodo curauerunt. L

a Leges. xii. Tabularũ.

Lycurgi leges quales.

M

Plauti dictũ ex Persa.

AB Atheniensibus mutuarentur leges.) Anno trecentesimo ab vrbe condita, post multas inter plebem, & patres dissensiones, tres legati missi sunt in Græciam, iussi leges Solonis describere, & mores atq; instituta reliquæ Græciæ cognoscere, vt componi status ciuitatis Romanæ exemplo Græcorum posset. Athenis Charephanes erat Archon, Olympiade octogesimasecunda. Gnatiter negocium est à legatis transactum, & proximo anno redierunt, creatiq; sunt decem viri legum ferendarum, qui primùm decem tabulas iuris ciuilis Ro. scripserunt, deinde addiderunt duas, approbatæq; sunt omnes comitiis centuriatis: atq; hæ sunt nobilissimæ leges duodecim tabularum. Liuius lib iij. & Diony. x. & alij. b Quanuis Lycurgus.) Inclytæ sunt Lycurgi leges, quas ille Lacedæmoniis dedit, ex Apollinis Delphici, vt finxit, oraculo. Pleni sunt Græcorum & Latinorum libri Lycurgi huius legumq; prædurarum, quas Sparthanis tulit. Est & liber à Xenophonte de illis ipsis legibus æditus: multa etiam à Plutarcho de iis conscripta: ideo in re nota non ero lectori fastidio. c Propterea non inde.) Adde quod magis ad ciuilem vitam, & mansuetudinem faciebant Solonis, quàm Lycurgi leges agrestes & sanguinariæ, vt Plato & Aristo. notarunt. Finis enim earum non erat alius, quàm vt optimos bellatores facerent Sparthanos. d Numa Pompilius.) Curibus Sabinis natus est vir suæ ætatis optimus. De hoc Liuius lib. j. & Dionysius, & Plutarchus in eius vita, & alij quàmplurimi. e Quæ quidẽ regendæ ciuitati.) Hoc satis notum est: nam leges aliunde petierũt. f Non tamen perhibetur.) At Aegeriæ cõgressus simulauit, sed nymphæ potius quàm deæ, & fabulam esse constabat. De hoc aliãs. g Vt iis doctissimi eorum viri.) Facere non possum quin festiuissimum quoddam Plauti dictum ex Persa huc adducam: rogat virginem Sagaristio seruus, vt munitum tibi visum est oppidum: respondet illa: Si incolæ bene sunt morati, pulchre munitũ arbitror: perfidia & peculatus ex vrbe & auaritia si exulant, quarta inuidia, quinta ambitio, sexta obtrectatio, septima periurium, octaua indiligentia, nona iniuria, decima, quod pessimum aggressu, scelus. Hæc nisi vnde aberunt, centuplex murus rebus seruandis paruſt.

De raptu Sabinarum, aliísque iniquitatibus, quæ in ciuitate Romana etiam laudatis uiguere temporibus.

Caput XVII.

AN fortè populo Romano propterea leges nõ sunt à numinibus constitutæ, quia sicut Salustius [a] ait: Ius bonumq; apud eos, non legibus magis quàm natura valebat? Ex hoc iure ac bono [b] credo raptas esse Sabinas [c]. Quid enim iustius & melius, quàm filias alienas fraude spectaculi inductas, non à parentibus accipi, sed vi vt quisque poterat auferri? Nam si iniquè Sabini facerent negare postulatas, quãto fuit iniquius rapere non datas? Iustius autem bellum cum ea gente geri potuit, quę filias suas ad matrimonium corregionalibus & confinalibus suis negasset

A petitas, quàm cũm ea quæ repetebat ablatas. Illud ergo potius ibi fieret, vbi Mars filium suum pugnantem iuuaret, vt coniugiorum negatorum armis vlciscereturiniuriam, & eo modo ad fœminas quas voluerat, peruenireret. Aliquo enim fortasse iure belli iniuste negatas iuste victor auferret. Nullo autem iure pacis non datas rapuit, & iniustum bellum cum earum parentibus iuste succensentibus gessit. Hoc sanè vtilius [d] fœliciúsque * successit. Quod etsi ad memoriam [e] fraudis illius Circensium spectaculum mansit, facinoris tamẽ in illa ciuitate & imperio non placuit exemplum: faciliúsq; Romani in hoc errauerũt, vt post illam iniquitatem deũ sibi Romulũ consecrarent, quàm vt lin. fœminis rapiendis factũ eius imitandũ, lege vlla vel more permitterent. Ex hoc iure ac bono post expulsum [f] cũ liberis suis regem Tarquinium, cuius filius Lucretiam stupro violenter oppresserat, Iunius Brutus consul, Lucium Tarquinium [g] Collatinum maritum eiusdẽ Lucretiæ collegam suum, bonum atq; innocẽtem virum, propter nomẽ & propinquitatem Tarquiniorũ coẽgit magistratu se abdicare, nec viuere in ciuitate permisit. B Quod scelus fauente vel patiẽte populo fecit, à quo populo cõsulatum idem Collatinus, sicut etiam ipse Brutus acceperat. Ex hoc iure ac bono Marcus Camillus [h] illius temporis vir egregius, qui Veientes grauissimos hostes populi Romani post decẽnale bellum, quo Romanus exercitus toties male pugnando grauiter afflictus est, iam ipsa Roma de salute dubitante atq; trepidante, facillime superauit, eorumq; vrbem opulentissimam cepit: inuidia obtrectatorum, virtutis suæ & insolẽtia Tribunorum plebis reus factus est, tam ingratam sensit quam liberauerat ciuitatem, vt de sua dãnatione certissimus in exilium sponte discederet: & decem milibus [i] æris absens etiam dãnaretur: mox iterum à Gallis [k] vindex patriæ futurus ingratæ. Multa commemorare iam piget fœda & iniusta, quibus agitabatur illa ciuitas: cum potentes [l] plebem sibi subdere conarentur, plebsq; illis subdi recusaret, & vtriusq; partis defensores magis studiis agerent amore vincendi, quàm æquũ & bonum quicquam cogitarent.

Ius.

Bonum.

Bonum. Aequum.

Gulielmi Budæi laus

QVia sicut Salustius.) In bello Catilinario de veteribus Romanis loquens: Ius est ciuilis æquitas vel scriptis legibus sancita, vel institutis aut moribus recepta. Bonum est iuris ipsius origo & tẽperatio, atque emẽdatio, quæ fit ex prudẽtia iudiciis accõmodantis se rationi causæ, & flectentis legẽ ad causam, non causam ad legem: vt in hoc proposito Aristoteles de Lesbia norma dicit, quinto Ethicorum. Hoc bonum solet etiam bonũ & æquũ nominari, vt apud eundem Salustium in Iugur. Fit reus Bomilchar magis ex æquo & bono, quàm ex iure gentium. Cicero in Bruto: Ita enim Crassus multa tum cõtra scriptum pro æquo, & bono dixit. Dicitur etiã æquum, siue æquitas. Cicero pro Cecinna, Istũ locum fugis, & reformidas, & me ex hoc, vt ita dicam, campo æquitatis, ad istas verborum angustias, & ad omnes literarum angulos reuocas. Quintilianus in. iiij. Quò loco tamen iudicis natura noscenda est, iuri magis an æquo sit apposita. Idem in. vj. Iure pugnãdum an æquo. De his nos quædam in nostra legũ Aede diximus: plura & exactissima Gulielmus Budæus in annota. Pandectarum, explicans illud à iuris consultis antea non satis intellectum: Ius est ars æqui & boni. Quo viro Gallia acutiore ingenio, acriore iudicio, exactiore diligentia, maiore eruditione nullum vnquã produxit: hac verò ætate nec Italia quidem. Nihil est vsquam vel Græcorum, vel Latinorum scriptorum, quod ille non euoluerit, legerit, excusserit. Græca & Latina iuxtà & summe callet. Tam facile vtraque lingua loquitur, quàm Gallica, quæ est ei vernãcula, haud scio an etiam facilius. De libro Græco quæ sunt scripta, leget Latine: de Latino Græce. Hæc quæ videmus tam elaborate, tam exculte ab eo conscripta, ex temporali sunt ei facultate parta. Facilius tum Græce scribit, tum Latine, quàm etiam earum linguarum peritissimi intelligant. Nihil est tam reconditum, tam abstrusum in his linguis, quod non peruestigarit, adierit, inspexerit, & velut Cerberum è tenebris produxerit in lucem. Infinitæ sunt, seu vocum significationes, seu loquendi figuræ ac proprietates, quas vnius Budæi opera sciunt homines studiosi prioribus seculis ignorãtas. Et hæc quidem omnia tanta & tã admirabilia ipse per se sine magistro vllo perdidicit. Fœlix ac fœcundum ingenium, quod in se vno inuenit & doctorem, & discipulam, & docendi viam, rationémque. Et cuius decimam partem alij sub magnis magistris vix discunt, ipse id totũ à se magistro edoctus est. Nihil dixi de scientia iuris, quæ per ipsum instaurari collapsa iam cœpit. Nihil de philosophia, cuius ipse in libris de Asse id specimen edidit, quod edere non quiuisset, nisi homo, qui in omnium Philosophorũ libris assiduo versatus esset, maximosq; in eis progressus haberet. Accedit his omnibus, quod haud dubie cæteras res vniuersas antecellit, probitas tantæ doctrinæ congrua decensq;, tam rara, támque admirabilis, vt sine cæteris ingenij dotibus monumentisque miraculum posset videri: vt eruditione, ita & probitate superiorem non habet. Qui in omni vita actibúsque tã variis primas semper religioni partes attribuit. Qui vir coniugatus liberorum plenus, nunquàm commodis vllis & rei familiaris incrementis transuersus est actus, semper sẽque, suámque fortunam rexit, & moderatus est: nec à fortuna quãtumvis magna spe proposita, abripi sese permisit, semper seipsum habuit in sua potestate. Homo versatus in legationibus, in aula, inter principes viros, nihil vnquàm gratiæ dedit, nulli assentari in animum induxit: patrimonium nunquam auxit, quod à recto vel pilum latum deflectere non sustinuit, in se ipsum acrior, quàm in alios iudex: muneribus inuidiosissimis functus, nõ inuenit à quo labecula spargeretur vlla, vel suspitione criminis quamlibet leui perstringeretur etiam in libera gente, nec omnino muta, & satis suspicaci. Sentio me modum destinatę breuitatis egressum, dum me loquendi de amico longe optimo dulcedo tenuit. Nunc ad institutum reuertar. Est ergo Salustij sensus æquitatem illam tum ciuilem, quam ius appellant, tum etiam naturalem, quæ ingenita est à natura animis bene sentientium & iudicantium, qua nihil cùm sit melius, idcirco bonum nominatur: non magis valuisse apud Romanos latis legibus, quàm naturalibus iudiciis hominum sapientium. b Ex hoc iure ac bono.) Acerba ironia. c Raptas esse Sabinas.) Cum fœminas ad cõiugium non posset à vicinis populis impetrare Romulus, ex cõsilio Numitoris aui & senatus ludos se facturum simulauit Neptuno equestri: ita euocatis fœminis vicinarum gentium, eas omnes potissimum Sabinas medio spectaculo Ro. rapuerunt. Sic enim inter Romulum & suos conuenerat, quarto mense post conditam Romam, vt Dionysius perhibet ex Fabio Pictore, Plutarchus. xiiij. Calen. Septem. dicit, Conuenit numerus, nam Roma. xij. Calend. Maias est cœpta ædificari, Palilium die. Tametsi Gellius, non Aulus ille nocturnus, sed antiquus quidã scriptor, quarto anno id scribit contigisse, quod est vero similius. Et raptæ sunt, vt Dionysius tradit, sexcentæ & octoginta, quod magis credo, quã quod de triginta scribũt alij: vnde manarit Curiarum numerus. Iuba tres addit ad numerum, Diony. Antias Valerius quingẽtas viginti septem prodit. Sunt qui velint Thalassium non fuisse virum, sed signum, quod Romulus militibus direptioni dedit. Festus ex Varrone signum lanificij fuisse ait, ceu quis dicat quasillum, vel calathum. d Hoc sanè vtilius.) Et hi populi, qui raptas amiserant, & alij, quos vel isti suis lachrymis, vel exemplum ad multos pertinens mouit, contra Romanos ceperunt arma, Sabini, Ceninenses, Crustumerij, Atennates. Romulus cum tantũ in se parari bellum videret ad Ethruscorum opes, quæ tũc plurimum valebant cõfugit. Cælius quidam Vibennus Ethruscus princeps suppetias tulit Romulo, à quo Cælius mons in vrbe est dictus. Auus quoque subsidium nepoti misit. Ceninenses, Crustumerios, & Atennates Romulus non magnis, nec difficilibus prælijs superauit. cũ Sabinis, Cùm vario & periculoso pugnaretur Marte, repẽte raptarum precibus fœdus & amicitia coiit. e Quod & si ad memoriam.) Ludi quotannis Neptuno equestri celebrabãtur varie nominati. Circenses, magni, Romani, apud priscos consualia, cui deo sacrificabatur, quem præesse consilio existimabant, à quo opem consiliúmque Romulus in difficultate coniugiorum petierat. Eius ara sub terra est defossa: quoniam consilium non sacra modò est res, vt ait Plato, sed occulta quoque esse debet. f Post expulsum.) Rursum ironia. g Lucium Tarquinium.) Expulsis regibus comitiis centuriatis, vt Seruius Tullius populum descripserat, consules creantur L. Iunius Brutus, & L. Tarquinius Collatinus Lucretiæ maritus Aegerij fratris Tarquinij Prisci filius, vt dicit Liuius: nepos verò, vt Dionysius. Brutus cùm non modò regem, sed ne regium quidem nomen vellet in vrbe superesse, magistratum collegæ abroganit, quod Tarquinius vocaretur, ísque bonis suis sumptis vltro Collatiam habitatũ migrauit. Hoc factum Cicero tertio Officiorum subindicat non admodum fuisse coniunctum cum honestate: sed quia vtilissimum fuit patriæ, idcirco honestum etiam videri. Obseruatum esse ait Iulius Obsequẽs, neminem qui magistratum college abrogasset annum vixisse: quorum primus fuit Brutus, deinde T. Graccus, & P. Tarquinius. h Marcus Camillus.) Hic Veios opulentissimam Ethruriæ vrbem cepit, qui decennali obsidione erant oppugnati. Tunc enim primùm populus Ro. cepit in castris sub pellibus hybernare odio illius gentis, ne illinc discederent, quo vsque bellum esset cõfectum. Iam enim inde à Romulo rege per trecentos annos propè continenter cum Veientibus bellum gesserant. Liuius libro. v. & Plutarchus in vita Camilli: huic Camillo quòd mala fide prædam Veientanam populo dicebatur diuisisse, L. Apuleius Tribuno plebis diem ad populum dixit: Camillus iuuandæ inuidiæ gratia, tam & si falsò accusabatur, Ardeam exulatum iuit duobus annis ante Romam à Gallis captam. i Et decem milibus.) Liuius quindecim milibus æris grauis multatum dicit Camillum absentem. Plutarchus quindecim milibus assium. Asses & æra grauia idem fuisse ostẽdit. Budæus meus. k Mox iterum à Gallis.) Capta à Gallis Roma, Camillus coacto ex his qui Allienſi cladi superfuerant, exercitu, solutus exilio & comitiis curiatis Dictator creatus ab iis, qui in Capitolio obsidebantur, Gallos primùm ex vrbe leui prælio exegit: deinde via Gabina ad octauum lapidem ingenti affecit cæde. Liuius libro. v. Maluit ergo hic tantus vir afflictæ patriæ, quàm suæ iniuriæ memor esse, ideo alter Romulus appellatus est. l Cùm potentes.) Hoc malum post expulsos reges penè per annos quingentos duraruit, vt plebes & nobiles dissensionibus etiam odiis inter se certarent, vtrisque volentibus alteris imperare, quæ studia factionum per paucos seditiosos Tribunos plebis ex parte plebis, & senatores ex nobilitate accendebantur. Hinc Lucanus: Et cum consilibus turbantes iura Tribuni.

D

E

Sabinæ raptæ.

Thalassius.

Vicinorum bellum cum Romulo.

Consus deus.

Consules primi.

F

Camillus.

As & es graue idem

Quæ de

G *Quæ de moribus Romanorum, aut metu compressis, aut securitate resolutis Salustii prodat historia.*

Caput XVIII.

TAq; habebo modum, & ipsum Salustiũ testem potius adhibebo, qui cum in laude Romanorum dixisset, vnde nobis iste sermo exortus * est, Ius bonumq; apud eos non legibus magis quàm natura valebat: prædicans illud tempus, quo expulsis regibus incredibiliter breui ætatis spatio ciuitas plurimum creuit. Idem tamen in primo historiæ [a] suæ libro, atq; ipso eius exordio fatetur, etiam tunc cũ ad consules à regibus esset translata respublica, post paruum interuallum [b], iniurias validiorum, & ob eas discessionem [c] plebis à patribus, aliásq; in vrbe discessiones * † fuisse, Nam cùm optimis moribus & maxima concordia populum Romanum inter secundum [d] & postremum bellum Carthaginense commemorasset egisse: causamq; huius boni non amorem iustitiæ, sed stante Carthagine metum pacis in fide * fuisse dixisset, vnde & Nasica ille ad reprimendam nequitiam seruandósq; istos mores optimos, vt metu vitia cohiberentur, Carthaginem nolebat euerti, continuo subiecit idem Salustius, & ait: At discordia [e], & auaritia, atq; ambitio, & cætera secundis rebus oriri sueta mala, post Carthaginis excidium maxime aucta sunt: vt intelligeremus etiam antea & oriri solere & augeri. Vnde subnectẽs cur hæc dixerit: Nam iniuriæ, inquit, validiorum, & ob eas discessio plebis à patribus, aliæq; dissensiones domi fuêre: iam inde à principio neq; amplius quàm regibus exactis, dum metus à Tarquinio & bellum graue cum Ethruria [f] positum est, æquo & modesto iure agitatum. Vides quemadmodum illo etiam breui tempore vt regibus exactis, id est, eiectis aliquantulum æquo & modesto iure ageretur, metum dixit fuisse causam, quoniam metuebatur bellũ, quod rex Tarquinius regno atq; vrbe pulsus. Ethruscis sociatus contra Romanos gerebat. Attende itaq;, quid deinde contexat: Dein, inquit, seruili imperio patres plebem exercere, de vita atq; tergo [g] regio more consulere, agro pellere [h], & cæteris ex partibus soli in imperio agere. Quibus sæuitiis & maxime fœnore * oppressa plebs cùm assiduis bellis tributum simul & militiam toleraret, armata montem sacrum [i] atq; Auentinum insedit. Tũq; tribunos plebis, & alia sibi iura paranit, discordiarum & certaminis vtrinq; finis fuit secundum bellum Punicum. Cernis ex quo tempore, id est, paruo interuallo post reges exactos, quales Romani fuerint, de quibus ait: Ius bonumq; apud eos non legibus magis quàm natura valebat. Porrò si illa tempora talia reperiuntur, quibus pulcherrima atq; optima fuisse prædicatur Romana respublica: quid iam de cõsequenti ætate dicendum aut cogitãdum arbitramur, cum paulatim mutata, vt eiusdẽ historici verbis vtar, ex pulcherrima atq; optima, pessima ac flagitiosissima facta est, post Carthaginis videlicet, vt commemorauit, excidium? Quæ tempora ipse Salustius quemadmodum breuiter recolat, & describat, in eius historia legi potest, quantis malis morum, quæ secundis rebus exorta sunt vsque ad bella ciuilia [k] demõstret esse peruentum. Ex quo tempore, vt ait, maiorum mores non paulatim vt antea, sed torrentis modo præcipitati, adeò iuuentus luxu atque auaritia corrupta est, vt meritò dicatur genitos esse, qui neque ipsi [l] habere possent res familiares, neque alios pati. Dicit deinde plura Salustius de Syllæ vitiis, cæteraq; fœditate reipublicæ: & alii scriptores (in hæc) consentiunt, quanuis eloquio [m] multum impari. Cernis tamen, vt opinor, & quisquis aduerterit, facillime perspicit colluuiem morum pessimorum, quò illa ciuitas collapsa * † fuerit, ante nostri superni regis aduentum. Hæc enim gesta sunt non solum ante quàm Christus in carne præsens docere cœpisset, verùm etiam ante quàm de virgine natus esset. Cum igitur tot & tanta mala temporum illorum vel tolerabiliora superius, vel post euersam Carthaginem intoleranda & horrenda diis suis imputare non audeant, opiniones humanis mentibus vnde talia vitia sylueſcerent [n], maligna astutia inserentibus, cur mala præsentia Christo imputãt, qui doctrina saluberrima & falsos ac fallaces deos coli vetat, & istas hominum noxias flagitiosásq; cupiditates diuina authoritate detestans atq; condemnans, his malis tabescenti ac labẽti mũdo vbique familiam suam sensim subtrahit, qua condat æternã: & non plausu vanitatis, sed iudicio veritatis gloriosissimam ciuitatem?

*al. ortus.

*† dissensiones.

*al. instante Carthagine metu pacis in fide &c.

*fœnoris onere.

I Dem tamen in primo historiæ.) Et hos libros historiarum Salustij de bellis ciuilibus amisimus. Paucæ quædam restant orationes. b Post paruum interuallum.) Post quindecim annos. Liuius libro secundo, Ap. Claudius deinde & P. Seruilius cõsules facti: insignis hic annus est nuncio Tarquinij mortis. Mortuus est Cumis, quò se post fractas opes Latinorum ad Aristodemum tyrannum contulerat. Eo nuncio erecti patres, erecta plebs, sed patribus nimis luxuriosa fuit lætitia. Plebi, cui ad eam diem inseruitum erat, iniuriæ à primoribus fieri cœpiæ. c Discessionem.) Discessit plebs à patribus primùm propter fœnus decimo septimo anno à parta libertate. Iterum propter tyrannidem decem virorum legibus ferendis, anno. ccciij. Tertiò propter æs alienũ & lõga inter tribunos plebis & patres certamina, aliquot annis ante bellum Pyrrhi. d Inter secundum.) Tria fuerunt bella inter Romanos & Carthaginenses gesta. Primũ per. xxij. annos in Sicilia, post in Aphrica: cœptum anno ab vrbe cõ. ccccxc. Appio Claudio Caudace & Q. Fulnio Flacco Coss. tot anni sunt Plinio li. xxxiij. in cuius codice pro quingentesimo octogesimo quinto, legendum, quadringentesimo octogesimo quinto. Liuius & Eutropius huic summæ tredecim annos adimunt, Alterum post. xxiij. annos. Cœptum P. Scipione, T. Sempronio Coss. in Hispania, Sicilia, Italia, in Aphrica gestum, & ibi perfectum à Scipione Aphricano maiore. xvij. post quàm cœperat. Tertium post vndequinquaginta annos Manilio & Martio Censorino Coss. Tertio anno perfectum à Scipione Aphricano minore, totum in Aphrica ipsa gestum: cuius finis excidium fuit vrbis Carthaginensis. De his bellis fusius aliãs. e At discordia.) Idem in bello Iugurthino. f Bellum graue cũ Ethruria.) Cum Porsenna rege Ethruscorum potentissimo, qui volebat Tarquinios in regnum restitui, & obsidione ingenti premebat Romanos, & expugnasset eos, ni territus esset à Q. Mutio Scæuola. Liuius libro primo. g De verberibus.) Cædebatur virgis morti addictus apud Romanos, deinde necabatur. Interim cum facinus non erat graue, satis habebant virgis cædere. Tum etiam qui creditoribus propter debita à iudicibus addicebantur, multa turpia & miseranda patiebantur nexi apud creditores, multaque seruili more in tergo plagas: huic malo subuenêre leges Portia & Sempronia, quæ liberum corpus Romani ciuis virgis, aut aliis verberibus cædi vetant. h Agro pellere.) Nam diuites quos agros pop. Ro. manu ceperat, primùm tanquam precio reipu. nomine à senatu colendos accipiebant: deinde aliis ad aliorum facinora conniuẽtibus dominos se faciebãt, exclusa plebe. Hinc leges agrariæ de agris populo diuidendis toties tentatæ magna indignatione nobilitatis, nec vnquam sine tumultibus agitatæ. i Mõtem sacrum.) Prima secessio fuit in sacro mõte, qui est trans Anienem amnem: vel, vt Piso scribit, in Auẽtino, qui pars est vrbis. Ibi tribuni plebis primũ sunt plebi dati velut tutores eius, qui pro commodis excubarent intercederentq; patritiorum in ipsam iniuriis: essentq; sacrosancti, quos qui violasset, eius caput Ioui sacrum esset, bona & familia ad Cereris venderentur. Secunda secessio fuit primùm in Auẽtinum: deinde quo maior solitudo & exinde terror esset in vrbe, in sacrum montem est itum. Rursus compositis cum senatu rebus in Auentinum, ibiq; tribunos recuperauit: ex Auentino ventum esse in Capitolium, ibi à Ponti. maxi. comitia habente creatos esse trib. pleb. Cicero pro Cornelio de maiestate. k Vsque ad bella ciuilia.) Inter patres & Graccos, Tyberium primùm, deinde Caium. ad bella ciuilia, inter Marium & Syllam. l Qui neque ipsi.) Cùm luxu perditiss. essent, & quæcunque rapere poterant, iubito prodigerent, ita ad explendam effusionem hãc in aliorum bona impetum facere cos erat necesse, doliumq; perterebratum implere laborabant. m Eloquio.) Placuit omnibus ætatibus adstricta illa: & tũ culta viuidaquè Salustij dictio: eũque Thucydidi scriptori Græco nostris visum est opponere: sicut Quintiliano lib. x. n Sylueſcerent.) In modum syluæ diffunderẽtur & propagarentur. Sic apud scriptores rerum rusticarũ, Catonẽ, & Columellã. Græci ὑλαμανεῖν vocant. q. luxuriare arbores, quod est in herbis ἐξυβρίζειν.

a

b

c

d

e

f

g

h

i

k

l

m

n

L *Tarquinii superbi mors.*

Discessiones plebis à patribus.

Punica bella.

Locus in Plinio emẽdatur.

M *Porsennæ bellum.*

Supplicia noxiorum Romæ.

Leges Portia & Sempronia.

Leges agrariæ.

Secessio plebis prima.

Tri. p le.

Secessio altera.

Salustii phrasis.

Sylueſcere

De corruptione Romanæ reip. prius quàm cultum deorum Christus auferret. *Caput* XIX.

Ecce Romana

A ECce Romana Respublica, quod non ego primus dico, sed authores eorum vnde hæc mercede didicimus, tanto antè dixerũt ante Christi aduẽtum, paulatim mutata, & ex pulcherrima atq; optima, pessima atq; flagitiosissima facta est. Ecce ante Christi aduentum, post deletam Carthaginem, maiorum mores, non paulatim vt antea, sed torrentis modo præcipitati, adeò iuuentus luxu atq; auaritia corrupta est. Legant nobis contra luxum & auaritiam præcepta deorũ suorũ populo Romana data. Cui vtinam tantum casta & modesta reticerent, ac non etiã ab illo probrosa & ignominiosa deposcerent, quibus per falsam diuinitatem perniciosam conciliarent authoritatem. Legant nostra, & per Prophetas & per sanctum Euangelium, & per Apostolicos Actus, & per epistolas tam multa contra auaritiam atq; luxuriam, vbiq; populis ad hoc cõgregatis, quàm excellenter, quàm diuine, non tanquam ex Philosophorũ concertationibus strepere, sed tanquàm ex oraculis & dei nubibus intonare: & tamen luxu atq; auaritia, scænisq; † ac turpibus moribus ante aduentum Christi Rempublicam pessimã ac flagitiosissimam factam, non imputant diis suis: afflictionem verò eius, quamcunque isto tempore superbia delitiæq; eorum perpessæ fuerint, religioni increpitant Christianæ. Cuius præcepta de iustis probisq; moribus, si simul audirent atque curarent reges terræ & omnes populi, principes & omnes iudices terræ, iuuenes & virgines, seniores cũ iunioribus, ætas omnis capax & vterq; sexus, & quos Baptista Ioãnes alloquitur exactores [a] ipsi atq; milites: & terras vitæ præsentis ornaret sua fœlicitate respublica, & vitæ æternæ culmen beatissimè regnatura conscẽderet. Sed quia iste audit, ille cõtẽnit, pluresq; vitiis male blandientibus [b], quàm vtili virtutum, asperitati sunt amiciores, tolerare Christi famuli iubẽtur: siue sint reges, siue principes, siue iudices, siue milites, siue prouinciales, siue diuites, siue pauperes, siue liberi, siue serui vtriuslibet sexus: pessimam etiam, si ita necesse est, flagitiosissimamq; Rempublicã: & in illa angelorum quadam sanctissima atque augustissima [c] curia, cœlestiq; republica, vbi dei volũtas lex est, clarissimũ sibi locũ etiam ista tolerantia cõparare.

†sæuisq;.

Exactores

C *Carmẽ de litera Pythagoræ.*

EXactores.) Lucæ. iij. sic vulgo legitur: Venerunt autem & Publicani, vt baptizarentur, & dixerũt ad illum, Magister, quid faciemus? At ille dixit ad eos, Nihil amplius, quàm quod constitutum est vobis, facite. Pro facite est Græcè πράττετε, quod primus annotauit Erasmus vertendum exigite. Hinc Augustinus rectè exactores nominat, qui dicuntur τελῶναι. b Vitiis male blandientibus.) Alludit ad duas illas vitij & virtutis vias, quas Hesiodus finxit: quem Vergilius imitatus est in litera Pythagoræ: seu, vt alij volunt, Ausonius. c Augustissima.) Certum est ita debere legi: et non angustissima. Sed prætermittendum non est, quod annotauit frater, penè nomen mihi ore excidit, angustam hic dici cœlestem curiam, quòd via sit ad illam arcta, & pauci eam ingrediantur, iuxta dictum Christi seruatoris. Et quo rem possent auditores meli memoriæ mãdare, versiculo sanè quàm festiuo signauit: Arcta est via verè quæ ducit ad gaudia vitæ.

De ratione metri solicitũ se magnoperè esse negabat, vbi bene tinniret.

Quali uelint fœlicitate gaudere, & quibus moribus uiuere, qui tempora Christianæ religionis incusant.

Caput. XX.

VErum θ tamen θ tales cultores & dilectores deorum istorum, quorum etiã imitatores in sceleribus & flagitiis se esse lętãtur, nullo modo curant pessimam ac flagitiosissimã non esse Rẽpublicam. Tantum stet, inquiunt, tantum floreat copiis referta, victoriis gloriosa, vel quod est fœlicius, pace secura sit. Et quid ad nos? Imò ad nos magis pertinet, si diuitias quisq; semper augeat, quæ quotidianis effusionibus suppetãt, per quas sibi etiam infirmiores subdat quisque potentior. Obsequãtur diuitibus pauperes causa saturitatis, atq; vt eorum patrociniis quieta inertia perfruantur, diuites pauperibus ad clientelas & ad ministeriũ sui fastus abutantur. Populi plaudant non consultoribus vtilitatum suarum, sed largitoribus voluptatum. Non iubeantur dura, non prohibeantur impura: reges non curent quàm bonis, sed quàm subditis regnent: prouinciæ regibus non tanquàm rectoribus morum, sed tanquàm rerum dominatoribus, & delitiarum suarum prouisoribus seruiant, eosq; non synceriter honorent, sed nequiter ac seruiliter timeãt. Quid alienæ vitæ *† potius, quàm quid suæ vitæ quisq; noceat, legibus aduertatur. Nullus ducatur ad iudices, nisi qui alienæ rei, domui, saluti, vel cuiquam intuito fuerit importunus, aut noxius. Cæterùm de suis, vel cũ suis, vel cum quibuscunque volentibus faciat quisq; quodlibet. Abundẽt publica scorta, vel propter omnes quibus frui placuerit, vel propter eos maximè, qui habere priuata non possunt. Extruantur amplissimæ atq; ornatissimæ domus, θ vbi θ opipara * conuiuia frequentẽtur, vbi cuiq; libuerit, & potuerit, die noctuq; ludatur, bibatur, vomatur, diffluatur. Saltationes vndiq; [a] concrepent, theatra inhonestæ lætitiæ vocibus, atq; omni genere siue crudelissimæ, siue turpissimæ voluptatis exæstuent. Et ille sit publicus inimicus, cui hæc fœlicitas displicet. Quisquis eam mutare vel auferre tentauerit, eum libera multitudo auertat ab auribus, euertat à sedibus, auferat à viuentibus. Illi habeantur dij veri, qui hãc adipiscẽdã populis procurauerunt, adeptamq; seruauerũt. Colantur vt voluerint, ludos exposcãt quales voluerint, quos cum suis vel de suis possint habere cultoribus: tantum efficiant, vt huic fœlicitati nihil ab hoste, nihil à peste, nihil ab vlla clade timeatur. Quis hanc Rempublicam sanus, non dicam Romano imperio, sed, domui Sardanapali [b] cõparauerit? qui quondam rex ita fuit voluptatibus deditus, vt in sepulchro suo scribi fecerit, ea sola se habere mortuum, quæ libido eius etiã cum viueret, hauriendo consumpserat: quẽ regem isti si haberent sibi in talibus indulgentem, nec in eis cuiquam vlla seueritate aduersantem, huic libẽtius quàm Romani veteres Romulo templum & flaminem consecrarent.

D

E

F

†uineæ.

parata.

Sardanapalus.

Sardanapalus.

SAltationes vndiq;.) In codice Brugensi est, Salutationes: in Colonienſi erat, Salutiones, sed abrasum est u. Studium certè salutandi magnum erat Romæ, & inter magnos honores erat salutari: inter præcipua verò officia salutare. Vtraq; res erat mirè plausibilis, & popularis, multumq; faciebat ad potentiam. Salustius in Iugur. Certè quibus magna industria videtur salutare plebem. De salutationibus pleni sunt omnium Latinorum libri. b Domui Sardanapali.) Thonos concoloros, quem Græci Sardanapalum nuncuparunt, rex fuit Assyriorum vltimus, ad omne voluptatum genus abiectissimus, qui cum ab Arbace Medo parari aduersum se bellum cognouit, prælio fortunam rei tentari statuit, sed victus muliebris homo & imbellis, in aulam refugit, quam secum & cum omni gaza, regia incendit, multò antea cum voluptatibus dementatus insaniret, suo in sepulchro tale vt incideretur epitaphium iussit,

Κῶμ ἔχω, ὅσα ἔφαγον, καὶ ἐφύβρισα, καὶ σὺν ἔρωτι
τέρπομαι ἔπαθον. τὰδὲ πολλὰ, καὶ ὄλβια πάντα λέλειπται.

Quos Cicero in. v. Tuscu. sic vertit: Hæc habeo quæ edi, quæq; exaturata libido Hausit: at illa iacent multa & præclara relicta. Addit idem Cicero, Quid aliud, inquit Aristoteles, in bouis non in regis sepulchro inscriberes: hæc habere se mortuum dicit, quæ ne viuus quidẽ diutius habebat, quàm fruebatur. Chrysippus ad suam Stoicitatem conuertit illos versus. Plura Athenæus libro quinto.

a

b

Saltationes Romæ

Quæ sententia fuerit Ciceronis de Romana Republica. *Caput.* XXI.

SEd si contemnitur, qui Romanã Rempublicam pessimam ac flagitiosissimam dixit: nec curant isti, quanta morũ pessimorũ ac flagitiosorũ labe ac dedecore impleatur, sed tantũmodo vt consistat & maneat, audiant eã: nõ vt Salustius narrat, pessimã ac flagitiosissimã factã: sed sicut Cic. disputat,

c iam

G iam tunc prorsus perisse,& nullam omnino remansisse Rempub. Inducit enim Scipionē, eū ipsum qui Carthaginem extinxerat,de re publica disputantem,quando præsciebatur [a] *† ea corruptione,quam describit Salustius iam iamq; peritura. Eo quippe tempore [b] disputabatur, quo iam vnus Gracchorū occisus fuit, à quo scribit seditiones graues cœpisse Salustius. Nam mortis eius fit in eisdem libris commemoratio. Cū autem Scipio in secundi libri fine dixisset, Vt in fidibus ac tibiis atq; cantu ipso ac vocibus,concētus est quidā tenēdus ex distinctis sonis:quem immutatū ac discrepantē aures eruditæ ferre non possunt,isq; concentus ex dissimillimarum vocum moderatione concors tamen efficitur & congruens:sic ex summis,& mediis, & infimis interiectis ordinibus vt sonis,moderata ratione ciuitatem consensu dissimillimorum concinere:& quæ harmonia à musicis dicitur in cātu,eam esse in ciuitate cōcordiam:arctissimum atq; optimum omni in republica vinculum incolumitatis,eamq; sine iustitia nullo pacto esse posse. Ac deinde cum aliquanto latius & vberius disseruisset,quantū prodesset,iustitia ciuitati,quantumq; obesset si abfuisset:suscepit deinde Pil[o] c *† vnus eorū qui disputationi aderant, & poposcit vt hæc ipsa quæstio diligentius tractaretur,ac de iustitia plura dicerentur,propter illud,quod iam vulgo ferebatur, rem

H publicā regi sine iniuria [d] non posse. Hāc proinde quēstionem discutiendā & enodādam esse,assensus est Scipio:respondit q; nihil esse,quod adhuc de republica putaret dictum,& quo possent longius progredi,nisi esset cōfirmatū, non modo falsum esse illud sine iniuria regi nō posse *†:sed hoc verissimū esse,sine summa iustitia rempublicā regi nō posse. Cuius quēstionis explicatio,cū in diē cōsequentē dilata esset,in tertio libro magna cōflictatione res acta est. Suscepit enim Pilus ipse disputationē eorū,qui sentirēt sine iniustitia regi * nō posse rempublicā:purgans se præcipue,ne hoc ipse sentire crederetur. Egit q; sedulo pro iniustitia contra iustitiam,vt hanc esse vtilem reipublicæ,illā vero inutilem verisimilibus rationibus & exēplis velut conaretur ostendere. Tum Lælius [e] rogantibus omnibus, iustitiam defendere aggressus, asseruit quantum potuit, nihil tam inimicū quàm iniustitiā ciuitati, nec omnino nisi magna iustitia geri aut stare posse rempublicā. Qua quæstione quantum satis visum est pertractata, Scipio ad intermissa reuertitur,recolit q; suam atq; cōmendat breuem reipublicæ definitionē,qua dixerat eā

I esse rem populi. Populum autem non omnē cœtū multitudinis,sed cœtū iuris cōsensu & vtilitatis cōmunione sociatum esse determinat. Docet deinde quāta sit in disputando definitionis vtilitas [f]: atq; ex illis suis definitionibus colligit,tunc esse rempublicā,id est, rem populi,cum bene ac iuste geritur,siue ab vno [g] rege, siue à paucis optimatibus,siue ab vniuerso populo. Cū vero iniustus est rex,quem tyrannū [h] more Græco appellauit:aut iniusti optimates,quorū cōsensum dixit esse factionem [i]:aut iniustus ipse populus,cui nomen vsitatū non reperit,nisi vt etiam ipsum tyrannū vocaret, non iam vitiosam sicut pridie fuerat disputatū, sed sicut ratio ex illis definitionibus connexa docuisset, omnino nullam esse rempublicā:quoniam non esset res populi, cum tyrannus eam factione capesseret, nec ipse populus iam populus esset,si esset iniustus:quoniam nō esset multitudo,iuris cōsensu & vtilitatis cōmunione sociata,sicut populus fuerat definitus. Quādo ergo respublica Romana talis erat,qualem illā descripsit Salustius,

*aliâs prænunciabatur. †præsentiebatur.

*†aliâs, Philus.

*†aliâs, sine iniuria non posse.

*geri.

non iam pessima ac flagitiosissima, sicut ipse ait, sed K omnino nulla erat,secundū istam rationē, quam disputatio de republica inter magnos eius tū principes [k] habita patefecit. Sicut etiam ipse Tullius non Scipionis, nec cuiusquā alterius,sed suo sermone loquēs,in principio quinti libri demonstrauit, commemorato priùs Ennij poëtæ [l] versu, quo dixerat: Moribus antiquis res stat Romana virisq;. Quem quidē ille versum, inquit, vel breuitate, vel veritate tanquàm ex oraculo mihi quodam esse effatus [m] * videtur. Nam neq; viri,nisi ita morata ciuitas fuisset: neq; mores,nisi hi viri præfuissent,aut fundare,aut tam diu tenere potuissent tantam & tam iuste latēq; imperantem rempublicā. Itaq; ante nostram memoriam,& mos ipse patrius præstantes viros adhibebat,& veterum morem ac maiorum instituta retinebant excellentes viri. Nostra vero ætas, cum Rempublicam sicut pictura accepisset egregiā, sed euanescētem vetustate,non modo eam coloribus iisdem, quibus fuerat,renouare neglexit,sed ne id quidem curauit,vt formam saltem eius, & extrema tanquàm lineamēta [n] seruaret. Quid enim manet ex antiquis moribus,quibus ille dixit rem stare Romanam, quos ita obliuione obsoletos * videmus, vt nō modo non colā- L
tur,sed etiam ignorentur? Nam de viris quid dicā? Mores enim ipsi interierunt virorum penuria [o] cuius tanti mali non modo reddenda ratio nobis,sed etiam tanquàm reis capitis quodammodo dicenda causa est. Nostris enim vitiis non casu aliquo Rempublicam verbo retinemus,re ipsa verò iam pridem amisimus. Hæc Cicero fatebatur longe quidē [p] post mortem Aphricani, quē in suis libris fecit de Repub.disputare,adhuc tamē ante aduētum Christi [q]. Quæ si diffamata [r] & præualescente religione Christiana sentirentur,atque diceretur,quis non istorum ea Christianis imputanda esse censeret? Quamobrem cur non curarunt dij eorum,ne tunc periret atque amitteretur illa Respublica, quam Cicero lōgè antequàm Christus in carne venisset,tā lugubriter deplorat amissam? Viderint laudatores eius, etiam illis antiquis viris & moribus qualis fuerit vtrū in ea viguerit vera iustitia:an forte nec tunc fuerit,viua moribus,sed picta coloribus. Quod & ipse Cicero nesciens,cum eam præferret expressit, sed aliâs, si deus voluerit,hæc videbimus. Enitar enim suo loco,vt ostēdam secūdū definitiones ipsius Ciceronis, quibus quid M
sit Resp.& quid sit populus, loquēte Scipione breuiter posuit,attestātibus etiā multis,siue ipsius,siue eorū quos loqui fecit in eadē disputatione sentētiis, nūquàm illā fuisse Rēp. quia nunq; in ea fuit vera iustitia. Secundū probabiliores aūt definitiones & pro suo modo quædā Respublica fuit:& melius ab antiquioribus Romanis, quàm à posterioribus administrata est. Vera autem iustitia non est,nisi in ea Republica, cuius conditor rectorq; Christus est:si & ipsam Rempublicam placet dicere,quoniam eam rem populi esse negare non possumus. Si autem hoc nomen [i], quod alibi aliter vulgatū est,ab vsu nostræ locutionis est fortè remotius, in ea certè ciuitate est vera iustitia, de qua scriptura sancta dicit: Gloriosa de te dicta sunt ciuitas dei. *psal.68.*

*abolitos.

Quando præsciebatur.) Hunc locum sic lego: Quando præsentiebat ea corruptione,quam describit Salusti[o],iā iam peritura. b Eo quippe tempore. Quum Tiberius Gracchus aduersa & perculsa nobilitate legem Agrariam Trib. pleb. tulisset,velletq; sibi tribunatum continuari, quò & tutior ab iniuria diuitum esset,& cœpta perficeret,ne quis plura quàm quingena agri iugera possideret,à Scipione Nasica sequēte senatu fustib[o] occiso est:corpusq; ei[o] in Tiberim ,iectū,Scipione Aphricano, de quo hic loquitur,bellū ad Numātiam gerente:qui introducitur à Cicerone in ortis suis,cum

a

Tiberius Gracchus.

A suis,cum Lælio & Furio disputans de repu.paucis diebus antequàm mortem obiret:occisus vt creditur opera Caij Gracchi, Tiberij fratris & Sēproniæ Gracchorum fororis,quam Scipio habebat vxorē. c Deinde Pilus,) Quum inter secundum & tertium Punicum bellum Athenienses Romam legatos misissent Carneadem Academicum, & Critolaū Peripateticū, & Diogenem Stoicum, tres nobilissimos illius ætatis philosophos. Carneades vel exercendi sui,vel ostentandi ingenij gratia pro iustitia elegantem,& acutam habuit orationem, Catone prisco, Galba & aliis plerisq; principibus viris præsentibus:postridie pro iniustitia orauit eisdem audientibus,diluitq; omnia pridiana argumenta, aliaq; attulit pro iniustitia fortiora.quod fecit ex more sectæ, cuius institutum est nihil ipsos affirmare,tantùm confutare aliena.ex hac posteriore disputatione decerpsit suam L.Furius Pilus:homo qui perbene Latine loqui putabatur,literatiusq; q̄ cæteri,aggressusq; est accuratiss. oratione iustitiam vituperare,vt eloquentiam Lælij excitaret ad laudes illius virtutis: eadem mente,qua Glauco li.de rep.Platonis ij.iniustitiam laudat, vt Socratem de iustitia disserentem audiret. d Remp. regi sine iniuria non posse.) Vetus est illud: Sine iustitia ne Iouem quidem posse principem agere, vt Plutarch.docet in lib.de doc.principum, quumq; respu. ad se suamq; libertatem tutandam sæpe cogeretur cum ciuibus agere inique, tum ad augendam potentiam multa contra ius ac bonum patraret,quæ prospere deinde succedebant,Romani homines antiquum illud dictum inuerterunt,dixeruntq; sine iniuria regi rempu.non posse. Istud idem attingebat Carneades,vt Lactātius refert,& Romanis quoque ipsis, dicebat, qui totius orbis potirentur dominio, si iusti velint esse, hoc est, si aliena restituant,ad casas esse redeundum, & in necessitate ac miseriis iacendū.

Scipionis Aemiliani mors.

Legati Athenienses tres doctissimi.

L. Furius Pilus.

Rēp. sine iniuria regi non posse.

e Tum Lælius.) Huius concertationis meminit Cicero in Lælio.

f Quanta sit in disputando definitionis vtilitas.) Plato, Aristoteles, & omnes veteres philosophi in omni disputatione à definitione incipiendū esse censuerunt, & ita tradiderūt. Neque enim facile de re quapiā disseras,ni prius quid ea sit posueris. Rodolphus Agricola in primo libro

B de dialectica inuentione: Vtilis est,inquit, hæc definiendi ratio, quum propter rerum cognitionem,quæ definitione explicatæ, mirum est quo pacto velut certum quoddam signum destinandarum cogitationū proponat animo:tum quod parat authoritatem differenti: neque enim rem melius noscere videtur,q̄ qui quid ea sit,breuiter & apte possit explicare. Hæc Agricola:quem hominem laudauit in prouerbiis Erasmus merito:& qui vnus exemplo potest esse,fortunam in omni re dominari, sicut Salustius inquit, eámque res omnes ex libidine magis celebrare obscuraréq;,q̄ ex vero. Vix & hac nostra & patrum memoria fuit vnus atque alter dignior,qui multum legeretur, multumq; in manibus haberetur,q̄ Rodolphus Agricola Phrysius. Tantum est in eius operib[o] ingenij,artis,iudicij,grauitatis,dulcedinis,eloquentiæ,eruditionis: at is paucissimis noscitur,vir non minus qui vt ab omnibus cognosceretur dignus,q̄ Politianus,vel Hermolaus Barbarus,quos mea quidem sententia & maiestate & suauitate dictionis non æquat modo,sed etiam vincit.

Definitionis utilitas.

Rodolphus Agricola.

g Siue ab vno rege.) Triplicem speciem tangit administrandæ reipu. Nam vel respu.à populo ipso regitur. Hanc Græci, δημοκρατίαν dicunt, id est,populi imperium:siue à paucis.hæc ἀριστοκρατία, id est, principatus paucorum,quæ sub se habet ἀριστοκρατίαν, id est,optimatum administrationem.Optimates nobiles appellant: sed re vera quicumque dignitate & opibus plurimū in repu. possunt, ij sunt optimates.Idcirco ἀριστοκρατία non multum videtur ab ὀλιγαρχίᾳ differre. Quod & Cicero significat, quum secundam partem dicit paucorum optimatum. Tametsi paulo diuersius idem de optimatibus pro Sestio,causæ videlicet inseruiens, vt solet. Regitur ciuitas interdum ab vno,ea est μοναρχία,q. principat[o] vnius.

Regimē ciuitatis triplex.

Optimates

h Quem tyrannum.) Olim veteres reges omnes principesq; etiam iustissimos tyrannos appellabant, vt apud Vergilium & Horatium: nam & ipsum nomen,quod Græcum est,principatum tantūmodo significat. Plato quivnus recte administrat ciuitatem vocatur τύραννος καὶ βασιλεύς, tyrannus & rex. Festus lib lib.xviij.tyrannos dictos putat Turrhenorū præcipua crudelitate. Sed illinc puto potius, quod introducto ab Atheniensibus populari administratione,& eos multis postea ciuitatib[o] æmulatis,cœpit tyranni nomen in odium adduci. Et tyranni vocati sunt,qui suis cōmodis imperarent non publicis:tum & à Romanis istud profectum,apud quos ingens fuit odium regis regniq;: sed & in Græcia quisquis in ciuitate dominabatur,quæ soleret esse libera, tyrānus dicebatur, non rex. i Dixit esse factionem.) Memmius de optimatibus loquēns apud Salustium: Metum à scelere suo ad ignauiam vestram transtulere, quos omnis eadem cupere,eadem odisse,eadem metuere in vnū coēgit: sed hæc inter bonos amicitia, inter malos factio est. k Inter magnos eius principes.) Finguntur sermoni illi interfuisse Scipio Aphricanus, C. Lælius,qui cognominatus est sapiens, L. Furius, tres per idem tempus,vt ait Portius, qui agitabant nobiles:tum etiam iuuenes C. Fannius, Q. Scæuola augur,gener Lælij. Q. Tubero, ex clarissimis familiis.

Tyrannus.

Amicitia factio.

Ennius.

l Ennij Poëtæ.) Huius præter fragmenta quædam, quæ ex variis antiquis scriptoribus colligere,& in vnum velut corpus dispersa redigere, in animo habeo,nihil extat. Rudiis natus est,vt Mela & Sylius sunt authores,quæ vrbs est Salētinorum. Tarenti primùm,dehinc Romæ familiariter vixit cum Catone,Galba,Flaminio,& aliis principibus,donat[o] ciuitate ab eodem Flaminio. m Effatus.) aptissimo vsus est verbo religionum. n Extrema tanquàm liniamenta.) Similitudo à pictoribus deducta,qui primùm picturam lineis solis describunt, quæ dicitur monogramma:deinde colorem addunt,& velut spiritum ac vitam corpori mortuo tribuunt. o Virorum penuria.) Idem Salustius in Catilina dicit rempub,tanquam efferam iam olim,nullum clarumvirum producere. p Longe quidem.) Annos circiter septuaginta. q Ante aduentum Christi.) Annos sexaginta: tot enim sunt à Cicerone Cos. quo anno ipse libros de Repub.scripsit, ad quadragesimum secundum annum imperij Augusti,quo natus est Christus. r Diffamata.) Fama extensa, diuulgata. In hoc sensu & alij vtuntur. Apuleius.iiij. Asini: Et salutis cōmunis admonens,diffamat incendio repentino domum suam possideri.

Diffamare

Illud est lepidum,quod Remigius interpres epistolarum Pauli, in epistola priore ad Thessalonicenses,vbi interpres verterat: A vobis diffamatus est sermo domini,dicit pro manifestato & diuulgato Paulum parum de verborum proprietate solicitum diffamatum dixisse. Quid facias principibus istis scholarum,qui nondum sciunt Paulum nō Latinè,sed Græcè scripsisse. Tum etiam nimis est arrogans,homines ignorātissimos totius rationis loquendi toties de significatibus vocabulorum inepte disputare: & ineptius definire: quod passim in dialectica & philosophia faciunt,cum,nihil minus videri velint,quàm grammatici, & indignissimè ferant, si quis paulo literatior de vocabulis in hisce artibus vel meminerit. s Si autem hoc nomen.) An hoc dicit quia respub. popularis est ciuitas, vbi populus imperat,regnum Christi vnius est.

D

Quod diis Romanorum nulla unquam cura fuerit, ne malis moribus respublica deperisset.

Caput. XXII.

Ed quod pertinet ad præsentem quæstionem quamlibet laudabilem dicāt istam fuisse, vel esse rempublicam secundum eorum doctissimos authores, iam longè ante Christi aduentum pessima ac flagitiosissima facta erat:imò verò nulla erat,atque omnino perierat perditissimis moribus. Vt ergo non periret, dij custodes eius populo cultori suo dare præcipuè vitæ ac morum præcepta debuerūt,à quo tot templis,tot sacerdotibus,& sacrificiorum generibus,tā multiplicibus variisq; sacris, tot festis solennitatibus, tot tantorumq; ludorum celebritatibus colebantur,vbi nihil dæmones,nisi negocium suum egerunt: non curantes,quemadmodum illi viuerent, imò curantes vt E
etiam perditè viuerent,dum tamen honori suo illa omnia metu subditi ministrarent. Aut si dederunt,proferatur,ostendatur,& legatur,quas deo'rum leges illi ciuitati datas contempserint Gracchi [a], vt seditionibus cuncta turbarent,quas Marius [b],& Cinna [c],& Carbo [d] vt in bella etiam progrederentur ciuilia, causis iniquissimis [e] suscepta,& crudeliter gesta,crudeliúsque finita: quas denique Sylla [f] ipse,cuius vitam,mores,facta describente Salustio,aliúsque historiæ scriptoribus, quis non exhorreat? Quis illam rempublicā non tunc periisse [g] fateat? An fortè propter huiuscemodi ciuiū mores Vergilianam illam sentētiam,sicut solent pro defensione suorum deorum opponere audebunt, Discesse re omnes adytis [h], arisq; relictis Dij,quibus imperiū hoc steterat? Primùm si ita est, non habent cur queranturde religione Christiana,quòd hac offensi eos dij sui deseruerint:quoniam quidem maiores eorum iam pridem moribus suis ab vrbis altaribus,tam multos ac minutos deos,tanquàm muscas abegerunt. Sed tamē hæc F
numinum turba vbi erat,cùm longè antequam mores corrumperentur antiqui,à Gallis Roma [i] capta & incensa est? An præsentes fortè dormiebant? Tunc enim tota vrbe in hostium potestate redacta, solus collis Capitolinus remanserat:qui etiam ipse caperetur, nisi saltem anseres [k] diis dormientibus vigilarent. Vnde penè in superstitionem Aegyptiorum [l] bestias auésque colentium,Roma deciderat,cum anseri [m] solennia celebrarent. Verùm de his aduentitiis,& corporis potius quàm animæ *† malis:quæ vel ab hostibus, vel alia clade accidunt,nondum interim disputo. Nunc ago de labe morum,quibus primùm paulatim decoloratis, deinde torrentis modo præcipitatis,tanta, quanuis integris tectis mœnibúsque *, facta est ruina reipublicæ, vt magni authores eorum eam tunc amissam non dubitent dicere. Rectè autem abscesserant vt amitteretur omnes adytis arisq; relictis dij, si eorum de bona vita atque iustitia ciuitas præcepta contempserat. Nunc verò qualès quæso dij fuerunt, si noluerunt cum populo cultore suo viuere, quem male viuentem non docuerunt bene viuere?

*†animi

statibusq; mœnibus.

a G Gracchi. Racchi.)T.Graccho qui bis Cos. bis triumphalis,cēsor & augur fuit:ex Cornelia minore Aphricani superioris filia geniti, maxima & admirabili indole iuuenes:quorũ vterq; quũ legem Agrariã tueretur,de agris diuidũdis,ab irritata nobilitate,ĩ tribunatu cæsus est,Tiberius à Nasica priuato, Caius à L.Opimio Cos. nouẽ annis pòst: ille fustib⁹hic iã ferro:quod fuit primũ ciuile bellũ, in quo ad ferrũ vsq; vẽtũ est,anno à Ro.condita.DCXXVII. b Marius.)Hic Arpinas fuit nou⁹ homo,ad septimum consulatũ euectus:Iugurtham primùm,deĩde Cymbros,& Teutonas vicit,deq; his omnib⁹ triũphauit:ad extremũ iuidia & odio L.Syllæ,qui bello Iugurthino legat⁹ ipsi⁹fuerat, bellum ciuile cum Sylla mouit,in quo ipse Marius est victus,& in Aphricam fugit. c Cinna.)Victo Mario, quum ad bellum Mythridaticum Sylla proficisceretur, C. Cornelium Cinnam, & Octauium Coss. in vrbe reliquit.Cinna studio rerum nouarum à collega dissensit, pulsusq; est ab eo,& à factione bonorum ex vrbe:quam iniuriam,cum omni genere crudelitatis Cinna vindicare statuisset, reuocato ex Aphrica Mario,bellum patriæ fecit:in quam cum magnis copiis ingressus, multosq; mortaleis trucidauit,& se secundum,Marium vero septimum Cos. sine populi suffragiis creauit:quo in Magistratu Marius discessit, post multa fœdè & crudeliter perpetrata. d Carbo.)Carbones,vt Cicero ad Papyrium Pæcum scribit,multi fuerunt:ex Papyria gente, sed non illa patritia.Hic,de quo Augustinus loquitur, Cneus Papy. Carbo fuit partiũ Marianarum,qui victus à Sylla,in Siciliam fugit,ibiq; à Pompeio Magno interfectus est Lilybæi. e Causis iniquissimis.)L.Sylla,& Q. Pompeio Coss.Asia prouincia & bellum Mithridaticũ Syllę obuenerat.Hoc ægre ferebat Marius,propter antiquas cum Sylla simultates, iam inde à bello Iugurthino: itaque per P. Sulpitium tribunum pleb. seditiosissimum & sceleratissimum hominem efficere conatus est, vt populus Mithridaticũ bellum sibi mandaret.Populus tametsi ingenti tumultu tribu. ferẽte fecit tandem,ac iussit.Hanc contumeliam non tulit Sylla, & implorato à suo exercitu auxilio,legatos Marij,qui ad accipiẽdas legiones Capuam iuerant,violauit,infestasq; legiones ad vrbem admouit, vim & fraudem inimicorum vlturus.Hinc semina bellorum omniũ ciuiliũ. nam Marius cum sua factione in vrbe ad Esquilias occurrit, & iusta acie decertatum atrociter est. f Quas deniq; Sylla.)Fuit hic patritius ex gente Cornelia:cumq; strenuam operã bello sociali nauasset reip. Cos. factus est. in eo magistratu,bello ciuili profligato , victoq; deinde Mithridate, & superatis Mario iuuene,Carbone,Norbano,Sertorio,Domitio,Scipione,& aliis Marianis,dictaturam perpetuam lege Valeria inuasit, in qua multa milia ciuium Ro. crudelissime proscripsit, homo immanissimus & in omnes voluptates proiectissimæ libidinis. g Non tũc periisse.) Lucanus verbis Catonis:

Olim vera fides Sylla Marioq; receptis,
Libertatis obit.

h Discessere omnes adytis.)Carmen est Vergilij.ij. Aeneid. quod Seruius & Macrobius putant pertinere ad euocationem deorum.Nam cum oppugnabãtur ciuitates,eratq; in animo imperatorib⁹ eas demolirĩ,ne cõtra deos geri bellũ videretur,iiq; suis sedibus moueri inuiti,quod nephas erat,euocabantur ex obsessa ciuitate ab Imperatore obsidẽte, vt in vrbem victricem volentes migrarent.Sicut Veiis fecit Camillus,& Carthagini atq; Numantiæ Scipio,& Mumius Corinthi. i A Gallis Roma.)Galli Transalpini sæpe in Italiam migrarunt magna manu:postremi eorum fuere Senones,hi Clusium petierunt, hinc Romam, quam & ceperunt anno ab ea condita.CCCLX.Solĩne an cæteris Gallis cisalpinis adiuncti,incertum. k Nisi saltem anseres.)Historia est,& apud historicos,& apud poẽtas vulgatissima , cũ Galli explorata ad arcẽ via silentio noctis ad eam ascenderent,obdormissentq; vigiles clangore anserum,qui in Capitolio seruabantur Iunoni sacri,proditi.Ita M.Mãlius correptis armis quem primum Gallum iam in summo consistentẽ offendit,vmbone deiecit.Hic alios secum pondere corporis traxit in ruinam:interea Romani ad tumultum accurrerunt, & Galli magna vi repulsi sunt. l In superstitionem Aegyptiorum.) Hi quasdam beluas propter vtilitatem consecrarunt,tanq̃ deos,vt Cicero in primo de nat. deorum inquit.Et fuse Diodorus lib.iiij. biblio.ij. velut canem, felem, ibim,bouem,crocodilum,accipitrem,& alia. m Cum anseri.) Propter illud beneficium Romę quotãnis,vt Plutarchus in fortuna Romanorum scribit,dicam Latine Budæi verbis:quibus enim possem elegantius? Canis in crucem sublatus visitur, anserq; in eleganti grabatulo, gestatiolóue,quàm decentissimè sedens.Plinius lib.xxix. eadem de causa supplicia annua canes pendunt inter ædem Iuuentutis & Summani, viui in furcas sambucea arbore fixi.Quin & Censores primùm omnium quæ pro magistratu faciunt,sacrorum anserum cibos locant.

Gracchi.
Marius.
Cinna.
Carbo.
Belli ciuilis Mariani origo.
Sylla.
Euocatio = nes deorũ.
Roma à Gallis capta.
Anseres capitolii.
Aegyptiorum dii beluini.
Anserum apud Ro. honor.

Varietates rerum temporalium, non ex fauore, aut impugnatione dæmonum, sed ex ueri dei pendere iudicio. Caput. XXIIII.

QVid quod etiam videntur eorum affuisse cupiditatibus implendis,& ostendũtur nõ præfuisse refrenandis? Qui enim Marium [a] nouum hominem & ignobilem cruentissimum authorẽ bellorum ciuilium atq; gestorem, vt septies consul fieret adiuuerunt,atq; vt in septimo suo consulatu moreretur senex,nec in manus Syllæ futuri mox victoris irrueret:Cur non etiam iuuerunt,vt à tantorum se compesceret immanitate facinorũ? Si enim *† ad hęc eũ dij eorum non iuuerunt , non paruum est, quod & fatentur etiam non propiciis diis suis posse accidere homini istam temporalem,quam nimis diligunt tantam fœlicitatem,& posse homines sicut fuit Marius,salute,viribus,opibus,honoribus,dignitate,longæuitate cumulari,& perfrui diis iratis: posse etiam homines, sicut fuit Regulus,captiuitate,seruitute,inopia, vigiliis, dolorib⁹ excruciari & emori diis amicis. Quod si ita esse concedunt, compendio [b] nihil eos prodesse, & coli superfluo confitentur. Nam si virtutibus animi, & probitati vitæ,cuius præmia post mortem speranda sunt,magis cõtraria vt populus disceret, instituerunt : si nihil etiam in his transeũtibus & temporalibus bonis, vel eis quos oderunt nocent,vel eis quos diligunt prosunt, vt quid coluntur,vt quid tanto studio colendi requirũtur? Cur laboriosis tristibusq; temporibus tanquàm offensi abscesserint murmuratur: & propterea Christiana religio conuitiis indignissimis læditur? Si autem habent in his rebus, vel beneficij,vel maleficij potestatem,cur in eis affuerũt pessimo viro Mario,& optimo viro Regulo defuerunt? An ex hoc ipsi intelliguntur iniustissimi & pessimi? Quod si propterea magis timendi & colendi putantur,neque hoc putentur. Neq; enim minus eos inuenitur Regulus coluisse,quàm Marius:nec ideo vita pessima eligenda videatur, quia magis Mario quàm Regulo dii fauisse existimãtur. Metellus [c] enim Romanorũ laudatissimus,qui habuit quinq; filios consulares [d] etiam rerum temporalium fœlix fuit: & Catilina [e] pessimus oppressus inopia & in bello sui sceleris prostratus infœlix,& verissima atq; certissima fœlicitate præpollent boni deum colentes, à quo solo conferri potest.Illa igitur respublica malis moribus cũ periret, nihil dij eorum pro dirigendis vel corrigendis egerũt moribus,ne periret:immo depraua ndis & corrumpendis addiderunt moribus,vt periret. Nec se bonos fingant,quòd velut offensi ciuium iniquitate discesserint, prorsus ibi erant,produntur *† conuincuntur,nec subuenire præcipiendo,nec latere tacendo potuerũt.Omito quod Marius [f] à miserantibus Minturnẽsibus Maricæ deæ in luco eius commẽdatus est , vt ei omnia prosperaret,& ex summa reuersus desperatione incolumis in vrbem duxit, crudelem crudelis exercitũ. Vbi quàm cruenta,quàm inciuilis, hostiliq; immanior eius victoria fuerit, eos qui scripserunt, legant, qui ϑ scire ϑ volunt.Sed hoc vt dixi omitto:nec Maricæ nescio cui tribuo Marij sanguineam fœlicitatem,sed occultæ potius prouidentiæ dei ad istorum ora claudenda , eosq; ab erroribus liberandos,qui non studiis agunt, sed nec *†prudenter aduertunt. Quia etsi aliquid in his rebus dæmones possunt, tantum possunt , quantum secreto omnipotentis arbitrio permittuntur:ne magnipendamus terrenam fœlicitatem,quæ sicut Mario malis etiã plerunq; conceditur: nec eam rursus quasi malam arbitremur, cum etiam in ea multos pios *† ac bonos vni⁹ dei veri cultores,inuitis dæmonibus præpoluisse videamus:nec eosdem immundissimos spiritus, vel propter hæc ipsa bona malá've terrena propiciandos,aut timẽdos existimemus.quia sicut ipsi mali homines in terra,sic etiam illi non omnia,quæ volunt,facere possunt, nisi quantum illius ordinatione sinuntur , cuius plene iudicia nemo comprehendit,iuste nemo reprehendit.

rueret non iuuerunt?
Si enim &c.
†alias irrueret:
**†alias producuntur.*
†hęc
**†aliàs quũ ea multos etiam pios.*

a QVi enim Marium.) Hic ex Aphrica reuersus ad pileum seruos euocauit: Colonias, Hostiam, Antium, Lauinium, Aritiã crudeliter diripuit,atque vastauit, vrbem ingrediẽs signis militibus dedit,vt quęcũq; nõ resaluta sset occiderẽt.Dici nõ pòt,quàm multi hoc

Marii crudelitas.

A hoc modo interierint & nobiles & ignobiles.Lucan⁹ optime paucis vt his Marii crudelitatem descripsit:

Vir ferus,& fato cupienti perdere Romam Sufficiens. Hic tamen septimùm consul, vt dixi, in lecto suo interijt, Sicut Lucanus inquit:
Fœlix,& euersa consul moriturus in vrbe.
Redijt paulo pòst Sylla ex Asia,& Marium filium, omnesq; Marianarũ partium duces sustulit.

b Cõpendio.)Iusit Augustinus antithetis,cõpẽdio & superfluo,vel cõpẽdio,id est breuiter,vel cõpẽdio,id est vtilitati,cuius cõtrariũ est dispẽdiũ. c Metellus.)Valerius lib. vij.& Plini⁹ itidẽ. vij. Q.Metellus Macedonicus fœlicissimus ab hominibus iudicatus est , quod omnibus corporis & animi dotibus præditus fuerit:idem consul & censor:idem magnum bellum fœliciter gesserit,triumpharit, quatuorq; filios reliquerit, tres consulares,duos triumphales, vnum cẽsorium ,quartum prętorium, & consulatus candidatum,vt scribit Velleius, quem magistratũ adeptus est:tres filias clarissimis viris nuptas,ex quibus nepotes viderit, & à tanta tamq; illustri & honorata turba à se progenita,extrema senecta facillimo vitæ curriculo vsus,rogo sit impositus. d Quinque filios consulares.) Hæc historia ab aliquo sciolo depraua ta est: nec credo sic Augustinum eã scripsisse,nisi quis dicat quinq; illos filios fuisse cõsulares, id est, cõsulatu dignos. quod acutissime & spexit meus festiuissimus interpres: & planè nunquam tam acute vidisset,nisi legisset dialecticam, ita vt sint consulares.q.consulabiles,vel cõsulificabiles magistraliter loquẽdo, hoc est apti nati ad fiendum consules. e Et Catilina.)Mores & vita L.Sergij Catilinæ notiores sunt,propterea,quod Salust.qui de ijs scripsit frequens est in manibus hominũ.Hunc ad coniurationem contra patriam inter cætera inopia rei familiaris stimulatum ferunt, cui profusissimo & sumptuosissimo nihil satis erat.Nam sub Sylla multa rapuerat, multa à Sylla dono acceperat.Quo Sylla cum in alijs permultis,tum in occidẽdo M. Mario fuerat vsus carnifice. f Omitto quod Marius.) C. Marius quum ex ciuili pugna prima solus fugeret,Minturnas Campaniæ oppidum peruenit.Minturnenses cum,vt gratum Syllæ victori facerent, immisso percussore tollere decreuerãt.Quumq; is aspectu & increpatione Marij fugisset, in religionem oppidanis venit,tanq̃ in numinum protectione Marius esset: ita cum ad proximum oppido lucum produxerũt, qui Maricæ sacer erat,vt inde quà liberet,abiret.Plutarchus in vita Marij.Velleius paludem Maricæ dicit.De Marica Lactantius,quæ prius, inquit,Circe post factam deam Maricam vocatam.Seruius.vij.A Eneidos, & Maricam dicit vxorem fuisse Fauni,quę est dea littoris Minturnensiũ, iuxta Lyrim fluuium.Horatius,

Innantem Maricæ littoribus tenuisse Lyrim.

Quod si voluerimus accipere vxorem Fauni , non procedit . Dij enim τοπικοί, id est,locales,ad alias regiones nunquam transeũt.Sed potest dictum esse,per poẽticam licentiam,Laurẽtę Marica,cum sit Minturnensis.dicunt alij,per Maricam Venerem intelligi debere, cuius fuit sacellũ iuxta Maricam,in quo erat scriptum,νυμφῃ τῆς ἀφροδίτης. Sanè Hesiodus Latinum Circes & Vlyssis filium dicit.quod & Vergilius tangit dicendo:Solis aui specimen.Sed quia temporum ratio non procedit,illud accipiendum est Iginij,qui ait Latinos plures fuisse:vt intelligamus poẽtã abuti nominum similitudine.Tantum Seruius.

Metelli fœlicitas.
Catilina.
Marii fuga.
Marica.

De Syllanis actibus, quorum se dæmones ostentauerunt adiutores. Caput. XXIIII.

SYlla certe ipse [a], cuius tempora talia fuerũt, vt superiora,quorum vindex esse videbatur, illorum comparatione quererentur,cùm primùm ad vrbem contra Marium castra mouisset, adeò Iæta exta immolanti fuisse scribit Liuius , vt custodiri se Posthumius [b] haruspex voluerit capitis supplicium subiturus ,nisi ea quæ in animo Sylla haberet,diis iuuãtibus impleuisset.Ecce non discesserant adytis arísque relictis dij,quando de rerum euentu prædicebant , nihilq; de ipsius Syllæ correctione curabant . Promittebant præsagiendo fœlicitatem magnam , nec malam cupiditatem minando frangebant †.Deinde cùm esset in Asia bellum Mithridaticum gerens,per Lucium Titium * ei mandatum est à Ioue,quod esset Mithridatẽ [c] superaturus:& factum est. Ac postea moliẽti redire in vrbem, & suas amicorumq; subortas sibi iniurias ciuili sanguine vlcisci, iterum mandatum est ab eodem Ioue per militem quendam legionis sextæ prius se de Mithridate prænunciasse victoriam [d]: & tunc promittere daturum se potestatem,qua recuperaret ab inimicis rempublicam non sine multo sanguine. Tum percontatus Sylla,quæ forma militi visa fuerit. Cùm ille indicasset eam , recordatus eius est, quam prius ab illo audierat,qui de Mithridatica victoria ab eodem man data pertulerat. Quid hic responderi potest, quare dij curauerint velut fœlicia ista nũciare,& nullus eorũ curauerit Syllam monendo corrigere,tanta mala factu-

†frenabãt
**al. Tatiũ.*

rum scelestis armis ciuilibus,qualia non solum fœdarent,sed auferrent omnino rempublicam? Nempe intelligunturt dæmones , sicut sæpe iam dixi. Notúmque nobis est in literis sacris,resq; ipsæ satis indicant,negocium suum agere,vt pro diis habeantur,vt colantur,vt ea illis exhibeantur,quibus ij qui exhibent sociati, vnã pessimam causam cum eis habeant in iudicio dei. Deinde cùm venisset Tarentum Sylla, atq; ibi sacrificasset,vidit in capite vitulini iecoris similitudinem coronæ aureæ . Tunc Posthumius haruspex ille respondit, præclaram ei victoriam significari,iussitq; vt extis illris solus vesceretur . Postea paruo ϑ facto ϑ interuallo seruus cuiusdam [d] Lucij Pontij,vaticinando clamauit: A Bellona nuncius venio,victoria tua est Sylla.Deinde adiecit,arsurum esse Capitolium. Hoc cum dixisset, continuò egressus è castris,postera die concitatior reuersus est,& Capitolium arsisse clamauit. arserat autẽ reuerà Capitolium.Quod quidem dæmoni & præuidere facile fuit,& celerrimè nunciare. Illud sanè attẽde,quod ad causam maximè pertinet,sub qualibus diis cupiant esse,qui blasphemant Saluatorem, voluntates fidelium à dominatu dæmonum liberantem. Clamauit homo vaticinando,victoria tua est Sylla: atque vt id diuino spiritu clamasse crederetur, nunciauit etiam aliquid,& propè futurum & mox factum: vnde longè aberat,per quem ille spiritus loquebatur:non tamẽ clamauit,ab sceleribus parce Sylla,quæ ille victor tã horrenda commisit,cui corona aurea ipsius victoriæ illustrissimum signum in vitulino iecore apparuit . Qualia signa si dij iusti dare solerent , ac non dæmones impij , profectò illis extis , nepharia potius atq; ipsi Syllę grauiter noxia mala futura monstrarent. Neque enim eius dignitati tantum profuit illa victoria, quantum nocuit cupiditati. Qua factum est,vt immoderatis inhians,& secũdis rebus elatus,ac prẽcipitatus,magis ipse periret in moribus,quàm inimicos in corporibus perderet.Hæc illi dij verè tristia vereq; lugenda, non extis,non auguriis,non cuiusquam somnio vel vaticinio prænunciabant.magis enim timebant,ne corrigeretur,quàm ne vinceretur. Imò verò satis agebant [e] vt victor ciuium gloriosus,victus atq; captiuus nephãdis vitiis,& per hæc ipsis etiam dęmonibus multo obstrictius subderetur.

Syllæ crudelitas.
Posthumius.
Mithridates.

SYlla certe ipse.) Quum tam sęue atq; impotẽter Mariani in rep. dominarentur,Sylla omnium votis desideriisq; ad vindictam expectabatur:tum ipse ex bonis initiis in tãtam crudelitatẽ euasit, vt mitissimus tunc sit visus Marius præ illo.Lucanus,

Sylla quoq; immensis accessit cladibus vltor.
Ille,quod exiguum restabat sanguinis vrbis
Hausit. Et pòst:
Tunc data libertas odiis,resolutaq; legum,
Frenis ira ruit.non vni cuncta dabantur,
Sed fecit sibi quisq; nephas.semel omnia victor
Iusserat.

b Posthumius.) Cicero lib.primo de Diuinat. hũc haruspicẽ etiã bello sociali significat fuisse cum Sylla:quo bello Cicero ipse militauit. Idem Valerius lib.primo de prodigiis. c Mithridatem.) Hic fuit fortissimus rex Ponti,cui bellum est à po.Roma.indictum,quòd Nicomedem è Bithynia expulisset:at bellum exarsit supra modum,posteaquàm rex,quicquid ciuium Romanorum in suo regno negociabatur,vno die iussit occidi.Huius opes luxaui; Sylla:fregit L.Lucullus:extinxit Gn.Pompeius, qui totum eius regnum in potestatem Rom.redegit,ipso occiso. Plutarchus in vitis,& Appianus Alexandrinus in Mithridatico.Florus, & alii. d Seruus cuiusdam.)Idem Plutarchus in Sylla:Capitolũ à Tarquinio Superbo rege est extructum in rupe Tarpeia,templum Ioui omniũ pulcherrimum,ab Horatio Puluillo consule dedicatum,primo libertatis anno.Arsit bello ciuili Mariano, Cn. Carbone & L. Scipione Cos. anno ab vrbe condita Dc.lxxj.restitutum à Sylla: refectum vero & dicatum à Q.Catulo:hoc solũ fœlicitati Syllæ negatum,vt ipse idem dicebat.Sunt qui putent opera Syllæ incensum Capitolium: alij Carbonis Cos. Appianus in bello ciuili fortuitam fuisse deflagrationem, & causam latẽre scribit. e Satis agebant.)Diligenter & anxie curabant,quod & satagere & satagitare dicitur.

G *Quantum maligni ſpiritus ad flagitia incitent homines, cum in committẽdis ſceleribus, quaſi diuinam exempli ſui interponunt authoritatem.*

Cap. XXV.

ILlinc verò quis non intelligat, quis non videat, niſi qui tales deos imitari magis eligit, quàm diuina gratia ab eorum ſocietate ſeparari, quàtum moliantur maligni iſti ſpiritus exemplo ſuo, velut diuinam authoritatem præbere ſceleribus? Quinetiam in quadam Campaniæ lata planicie [a], vbi non multò poſt ciuiles acies nephario prælio conflixerunt, ipſi inter ſe priùs pugnare viſi ſunt. Nanque ibi auditi ſunt primùm ingentes fragores, moxq; multi ſe vidiſſe nunciarunt per aliquot dies duas acies præliari. Quæ pugna vbi deſtitit, veſtigia quoque velut hominum & equorum, quanta de illa conflictione exprimi poterant, inuenerunt. Si ergo veraciter inter ſe numina pugnarunt, iam bella ciuilia excuſentur humana: conſyderetur tamẽ quæ ſit talium deorum, vel malitia, vel miſeria. Si autem ſe pugnaſſe finxerunt, quid aliud egerunt, niſi vt ſibi Romani bellando ciuiliter, tanquam deorum exemplum nullum nephas admittere viderentur: Iam enim cœperant bella ciuilia, & ali-
H qua nephandorum præliorum ſtrages execranda præceſſerat. Iam multos mouerat [b], quod miles quidam dũ occiſo ſpolia detraheret [c], fratrem nudato cadauere agnouit, ac deteſtatus bella ciuilia, & ſeipſum ibi perimens, fraterno corpori adiunxit. Vt ergo tanti huius mali minimè tæderet, ſed armorum ſceleſtorum magis magisq; ardor increſceret, mox hi dæmones, quos illi deos putant, & colendos eſſe ac venerandos arbitrantur, inter ſe pugnantes hominibus apparere voluerunt, ne imitari tales pugnas ciuica trepidaret affectio, ſed potius humanum ſcelus diuino excuſaretur exemplo. Hac aſtutia maligni ſpiritus etiã ludos, vnde multa iam dixi, ſcenicos ſibi dicari ſacrariq; iuſſerunt: vbi deorum tanta flagitia theatricis canticis atque fabularum actionibus celebrata ſunt, vt quiſquis eos talia feciſſe crederet, & quiſquis non crederet: ſed tamen illos libentiſſimè ſibi talia velle exhiberi cerneret, ſecurus imitaretur. Ne quis itaque exiſtimaret in deos conuitia potius quàm eis dignum aliquid ſcriptitaſſe, vbicun-
I que illos inter ſe pugnaſſe poëtæ commemorarunt [d], ipſi ad decipiẽdos homines poëtarum carmina firmauerunt, pugnas videlicet ſuas, non ſolùm per ſcenicos in theatro, verùm etiam per ſeipſos in cãpo humanis oculis exhibentes. Hæc dicere compulſi ſumus, quoniã peſſimis moribus ciuium, Romanam rempublicã iam anteà perditam fuiſſe nullamq; remanſiſſe ante aduentum domini noſtri Ieſu Chriſti, authores eorum dicere, & ſcribere minimè dubitauerunt. Quam perditionem diis ſuis non imputant, qui mala tranſitoria quibus θ mali, ſiue inuoluantur, ſiue euadant, pereunt: & in quibus θ boni ſiue viuant, ſiue moriantur, perire nõ poſſunt, Chriſto noſtro imputãt: cùm Chriſtus noſter tãta frequenter pro moribus optimis præcepta cõtra perditos mores: dij verò ipſorum nullis talibus præceptis egerint, aliquid cum ſuo cultore populo, pro illa republica ne periret, immò eoſdem mores velut ſuis exemplis authoritate noxia, corrumpendo egerunt potius vt periret. Quã non ideo, vt arbitror, tunc periſſe quiſquam iam dicere audebit, quia,

Aeneid. 2. Diſceſſere omnes adytis ariſq; relictis Dij: velut ami
† aliàs. cũ uitiis. ci virtutibus conuitiis† hominum offenderentur, quia tot ſignis extorum, auguriorum, vaticiniorum, quibus ſe tanquàm præſcios futurorum adiutoreſq; pręliorum iactare, & commendare geſtiebant, conuincuntur fuiſſe pręſentes, qui ſi verè abſceſſiſſent, mitius Romani in bella ciuilia ſuis cupiditatibus, quàm illorum inſtigationibus exarſiſſent. K

IN quadam Campaniæ lata planicie.) Iulius Obſequens: Lucio Scipione, Caio Norbano Conſulibus, inter Capuam & Vulturnum ingens ſignorum ſonus, armorumq; horrendo clamore auditus, ita vt viderentur duæ acies concurrere per plures dies. Rei miraculo intus conſiderantibus veſtigia equorum, hominum, & recẽs protriæ herbæ, & virgulta viſa molem ingentis belli portendere. hæc ille. Porrò Scipio & Norbanus fuerunt primi Cõſules, cum quibus Sylla reuerſus in Italiã conflixit. Nam Marianarum erãt partũ. b Iã multos mouerat.) Cum enim in diuerſa acie propinqui ſeſe conſpiciunt, tunc demũ bellũ eſſe ciuile intelligunt. ſic Lucanus in. iiii.

Poſt quàm ſpatio languentia nullo
Mutua conſpicuos habuerunt lumina vultus,
Et fratres natosq; ſuos videre patreſq;,
Deprehenſum eſt ciuile nephas.

c Quod miles quidã dum occiſo ſpo.d.) Liuius libro ſeptuageſimo nono: Hoc contigit cùm Cinna & Marius infeſta ſigna ad vrbem duxerũt, quibus occurrit Gneus Pompeius, Magni pater. Valerius libro quinto dicit militẽ Pompeianum occidiſſe fratrem, qui erat in exercitu Sertorij. Liuius pro Sertorio Cinnam habet. Fieri vtrunq; poteſt: nam exercitus omnes ferè erãt Cinnæ: qui tamen in quatuor partes erant diuiſi, quarũ vnam Cinna ipſe, alteram Marius ductabat, tertiam Quintus Sertorius, quartã Gneus Carbo. & Oroſius concurriſſe cũ Sertorio Pompeium ſcribit, qua pugna cõtigiſſe hoc de duobus fratribus refert. d Vbicũq; illos inter ſe pugnaſſe p.c.) Homerus bello Troiano deos inter ſe facit pugnãtes: Martẽ, Venerem, & Apollinẽ, contra Palladem, Iunonẽ & Neptunũ.

Acies audi tæ inter ſe cõcurrentes.

Fratres inte. ſe concurrentes.

De ſecretis dæmonum monitis, quæ pertinebant ad bonos mores, cum palàm in ſacris eorum omnis nequitia diſceretur. Caput. XXVI. L

QVæ cùm ita ſint, cùm palàm apertéque turpitudines crudelitatibus mixtę, & opprobria numinum & crimina, ſiue prodita, ſiue conficta ipſis expoſcentibus, & niſi fierent iraſcẽtibus, etiã certis & ſtatis * ſolennitatibus conſecrata illis, & dicata claruerint, atque ad omniũ oculos vt imitãda proponerentur, ſpectãda proceſſerint, quid eſt niſi quod iidem ipſi [a] dæmones, qui ſe huiuſcemodi voluptatib⁹ immiſcent, immũdos ſpiritus eſſe cõfitentur, qui ſuis flagitiis & facinoribus, ſiue indicatis, ſiue ſimulatis, eorumq; ſibi celebratione expetita ab impudẽtibus, extorta à pudentibus, authores ſe vitæ ſceleſtæ immundæq; teſtantur. Perhibẽtur tamen in abditis * ſuis, ſecretisq; penetralibus dare quædã bona præcepta de moribus, quibuſdã, velut electis ſacratis ſuis. Quod ſi ita eſt, hoc ipſo callidior aduertenda eſt, & cõuincenda malitia ſpirituum noxiorũ. Tanta enim vis eſt probitatis & caſtitatis, vt omnis vel penè omnis eius laude moueatur humana natura: nec vſq; adeo ſit turpitudine vitioſa, vt totũ amittat ſenſum honeſtatis. Proinde malignitas dæmonũ, niſi alicubi ſe, quemadmodũ ſcriptũ in noſtris literis nouimus, trãsfiguret in angelũ lucis, nõ implet negociũ deceptionis. Foris itaque populis celeberrimo ſtrepitu impietas impura circumſonat, & intus paucis caſtitas ſimulata vix ſonat. Præbentur propatula pudẽdis, & ſecreta laudãdis. Decus latet, & dedecus patet. Quod malũ geritur, omnes cõuocat ſpectatores: quod bonũ dicitur, vix aliquos inuenit auditores. Tanquàm honeſta erubeſcẽda ſint, & inhoneſta gloriãda. Sed vbi hoc niſi in dæmonũ templis? vbi niſi in fallaciæ diuerſoriis? Illud enim fit, vt honeſtiores, qui pauci ſunt, capiantur: hoc autem, ne plures qui ſunt turpiſſimi, corrigantur. Vbi & quãdo ſacrati † cœleſtis audiebant caſtitatis pręcepta, neſcimus: ante ipſum tamẽ delubrum, vbi ſimulachrũ [b] illud locatũ conſpiciebamus, vniuerſi vndiq; cõfluentes, & vbi quiſq; poterat ſtãtes, ludos qui agebãtur intentiſſimi ſpectabamus, intuentes alternante conſpectu, hinc meretriciam pompã, illinc virginem deam, illam ſuppliciter adorari [c], ante

Flora dea.

** statutis.*

** adytis.*

† ſecreti.

A illam turpia celebrari. Non ibi pudibundos mimos, nullam verecundiorem ſcenicam vidimus: cuncta obſcœnitatis implebãtur officia. Sciebatur virginali numini quid placeret, & exhibebatur quod de tẽplo domum matrona doctior reportaret. Nonnullæ pudentiores auertebant faciem ab impuris motibus ſcenicorum, & artem flagitij θ videre erubeſcentes θ furtiua intentione diſcebant. Hominibus namque verecundabantur, ne auderent impudicos geſtus ore libero cernere: ſed multo minus audebãt ſacra eius, quàm venerabantur caſto corde dãnare. Hoc tamen palàm diſcendum præbebatur in templo, ad quod perpetrandũ ſaltem ſecretũ quærebatur in domo. Mirum nimirum ſi vllus ibi erat pudor mortalium, quo humana flagitia non libere homines committerent, quę apud deos etiã religioſe diſcerent, iratos habituri niſi etiam exhibere curarẽt. Quis enim alius ſpiritus occulto inſtinctu nequiſſimas agitat mentes, & inſtat faciendis adulteriis, & paſcitur factis, niſi qui etiam ſacris talibus oblectatur, cõſtituens in templis ſimulachra dæmonũ, amans in ludis ſimulachra vitiorum, ſuſurrans in occulto verba iuſtitiæ ad decipiendos etiam paucos bonos, frequẽtans in aperto inuitamenta nequitiæ, ad poſſidendos
B innumerabiles malos?

QVid eſt quòd idẽ ipſi.) Locus depraauatus. ſic eſſet ſenſus apertior, Quid eſt quum idem ipſi dæmones, qui ſe huiuſcemodi voluptatibus immundos ſpiritus eſſe confitentur: & pòſt, authores ſe vitæ ſceleſtæ immundæq; teſtentur. b Ante ipſum tamen delubrum vbi ſimulachrum.) De Floræ deæ ludis ſentit, qui à meretricibus turpiſſimis & impudentiſſimis celebrabantur, vt Plutarchus, & Ouidius, & alij ſcribunt: quippe quum fuerit & Flora ipſa meretrix. Lactãtius libro primo, Celebrãtur Floræ ludi cũ omni laſciuia, conuenientes memoriæ meretricis. Nam præter verborum licentiam, quibus obſcœnitas omnis effiuinditur, exuuntur etiàm veſtibus populo flagitante meretrices, quæ tunc mimorum funguntur officio, & in conſpectu populi vſque ad ſatietatem impudicorum luminum cum impudendis motibus detinentur. c Illinc virginem deam, illam ſuppliciter adorari.) Veſtã. pridie calendas Maias feſtũ erat Floræ, & Veſtæ, & Apollinis, & Auguſti in palatio. Ouidius quarto Faſtorum:

Exit & in Maias feſtum Florale calendas.
Tunc repetam, nunc me grandius virget opus.
Aufert Veſta diem, coguati Veſta recepta eſt
Lumine, ſic iuſti conſtituere patres.
Phœbus habet partem, Veſtæ pars altera ceſſit.
Quod ſupereſt illis tertius ipſe tenet.
Stare palatinæ laurus, prætextaq; quercus
Stet, domus æternos tres habet vna deos.

Quanta euerſione publicæ diſciplinæ Romani diis ſuis placandis ſacrauerint obſcœna ludorum.

C Caput. XXVII.

VIr grauis & Philoſophus Tertullius [a] ædilis futurus, clamabat in auribus ciuitatis, inter cętera ſui magiſtratus officia ſibi Florã matrẽ ludorũ celebritate placandã: Qui ludi [b] tãto deuotius, quanto turpius celebrari ſolent. Dicit in alio loco iam conſul [c] in extremis periculis ciuitatis, & ludos per decem dies factos: neque rem vllam, quæ ad placandos deos pertineret, prætermiſſam: quaſi non ſatius erat tales deos irritare temperantia, quàm placare luxuria: & eos honeſtate etiã ad inimicitias prouocare, quàm tãta deformitate lenire. Neq; enim grauius fuerant quamlibet crudeliſſima immanitate nociturí homines, propter quos [d] placabantur, quàm nocebant ipſi, cùm vitioſitate fœdiſſima placarentur. Quandoquidem vt auerteretur, quod metuebatur ab hoſte in corporibus, eo modo dij conciliabantur, quo virtus debellaretur in mentibus, qui non opponerentur defenſores oppugnatoribus mœnium, niſi prius fierent expugnatores morum bonorum. Hanc talium numinum placationem petulantiſſimam, impuriſſimam, impudentiſſimam, nequiſſimam, immũdiſſimam, cuius actores laudanda Romanæ virtutis indoles honore priuauit, D tribu mouit [e], agnouit † turpes, fecit infames. Hanc inquam pudẽdam veræq; religioni aduerſandam, & deteſtãdam talium numinum placationem, has fabulas in deos illecebroſas atque criminoſas, hęc ignominioſa deorum facta ſcelerate turpiterq; conficta, vel ſceleratius turpiusq; commiſſa, oculis & auribus publicis ciuitas tota diſcebat: hæc commiſſa numinibus placere cernebat: & ideo non ſolùm illis exhibenda, ſed ſibi quoq; imitanda credebat. Non illud neſcio quid velit bonum vel honeſtum, quod tam paucis, & tam occultè dicebatur: ſi tamen dicebatur, vt magiſne innoteſceret quàm ne non fieret, timeretur.

† ac notauit.

VIr grauis & philoſophus Tertullius.) Legendum eſſe Tullium certũm eſt. Nam ea quæ hic ex eo adducit Auguſtinus, ſunt in eius orationibus. Dicendum ergo, vel: Vir grauis & philoſophaſter Tullius: vt irrideat Auguſtinus eius philoſophiam, quę à tam ſtultis religionibus nequiuerit ipſum liberare: vel, Vir grauis & philoſophus ter Tullius: vt non ſolùm vulgus, ſed principes deditos eſſe huiuſmodi ſpurcitijs oſtendat: nec quoſuis principes, ſed graues, & eoſdem philoſophos: nec infimæ notæ, ſed præcipuos: vt ter ad augendam ſignificationem eius philoſophię faciat, ſicut ter maximus. Cicero ergo actione in Verrem ſexta: Nunc ſum deſignatus ædilis, habeo rationem quid à populo Romano acceperim: mihi ludos ſanctiſſimos maxima cum ceremonia Cereri, Libero, Liberæq; faciendos, mihi Floram matrem populo, plebiq; Romanæ ludorũ celebritate placandam. b Qui ludi.) Tales erant vt præſente Catone minore actores agere noluerint: Seneca, Valerius, Plutarchus, Martialis. c Dicit in alio loco iam conſul.) Actione in Catilinam tertia. d Homines propter quos.) Catilina cum ſuis coniuratis. e Tributa amouit.) In antiquis eſt, tribu mouit. melius.

Aedilis curulis offi cium.

De Chriſtianæ religionis ſalubritate. Cap. XXVIII. E

AB iſtarum ergo immundiſſimarum poteſtatum tartareo iugo, & ſocietate pœnali eruit per Chriſti nomen homines, & in lucem ſaluberrimæ pietatis ab illa perniciouſiſſimæ impietatis nocte tranſferri queruntur, & murmurant iniqui & ingrati, & illo nephario ſpiritu altius obſtrictiúsq; oppreſſi, quia populi confluunt ad eccleſias caſta celebritate, honeſta vtriuſque ſexus diſcretione: vbi audiant, quàm bene hic ad tempus viuere debeant, vt poſt hanc vitam beate ſemperq; viuere mereantur. Vbi ſancta ſcriptura iuſtitiæq; doctrina, de ſuperiore loco in conſpectu omnium perſonante: & qui faciunt, audiant ad præmium: & qui non faciunt, audiant ad iudicium. Quò etſi veniunt quidã taliũ præceptorum irriſores, omnis eorũ petulãtia aut repẽtina immutatione deponitur, aut timore vel pudore comprimitur. Nihil enim eis turpe ac flagitioſum ſpectandum imitãdumq; proponitur, vbi veri dei, aut præcepta inſinuantur, aut miracula narrantur, aut dona laudantur, aut beneficia poſtulantur. F

De abiiciendo cultu deorum, cohortatio ad Romanos. Caput. XXIX.

HAec potius concupiſce ô indoles Romana laudabilis, ô progenies Regulorum, Scæuolarum, Scipionum, Fabritiorum [a]: hæc potius concupiſce, hæc ab illa turpiſſima vanitate & fallaciſſima dæmonum malignitate diſcerne. Si quid in te laudabile [b] naturaliter eminet, non niſi vera pietate purgatur atque perficitur, impietate autem diſpergitur & punitur. Nunc iam elige quid ſequaris, vt non in te, ſed in deo vero ſine vllo errore laudẽris. Tunc enim tibi gloria popularis affuit, ſed occulto iudicio diuinæ prouidentiæ vera religio, quam eligeres, defuit. Expergiſcere, dies eſt [c], ſicut experrecta es in quibuſdam [d], de quorum virtute perfecta, & pro fide vera, etiam paſſionibus gloriamur, qui vſquequaq; aduerſus poteſtates inimiciſſimas confligentes, easq; fortiter moriendo vincentes, ſanguine nobis hanc patriam pepe-

A rere suo. Ad quam patriam te inuitamus, & exhortamur, vt eius adiiciaris numero ciuium, cuius quodammodo asylum est vera remissio peccatorum. Non audias degeneres tuos Christo Christianisve detrahentes, & accusantes velut tempora mala, cum quærant tempora in quibus non sit quieta vita, sed potius secura nequitia. Hæc tibi nunquam, nec pro terrena patria placuerunt. Nunc iam cœlestem arripe, pro qua minimum laborabis, & in ea veraciter, semperq; regnabis. Illic enim tibi non Vestalis focus, non lapis Capitolinus [e], sed deus vnus et verus, qui nec metas [f] rerum,
Aenei. I. nec tempora ponet, imperium sine fine dabit. Noli deos falsos fallacesq; requirere, abiice potius, atq; contemne, in veram emicans libertatem. Non sunt dij, maligni, sunt spiritus, quibus æterna tua fœlicitas pœna est: non tam Iuno [g] Troianis à quibus carnalem originem ducis, arces videtur inuidisse Romanas, quàm isti dæmones, quos adhuc deos putas, omni generi hominum sedes inuident sempiternas. Et tu ipsa nõ parua ex parte de talibus spiritibus iudicasti, quando ludis eos placasti, & per quos homines eosdem ludos fecisti, infames esse voluisti. Patere asseri libertatem tuam aduersus immundos spiritus, qui tuis ceruicibus imposuerant sacrandam sibi & celebrandã igno
B miniam suam. Actores criminum diuinorum remouisti ab honoribus tuis, supplica deo vero, vt à te remoueat illos deos, qui delectãtur criminibus suis, siue veris, quod ignominiosissimum est, siue falsis, quod malitiosissimum est. Bene quod tua sponte histrionibus & scenicis societatem ciuitatis patere noluisti, euigilaplenius, nullo modo his artibus placatur diuina maiestas, quibus humana dignitas inquinatur. Quo igitur pacto deos qui talibus delectãtur obsequiis haberi putas in numero sanctarum cœlestium potestatũ, quum homines per quos eadem aguntur obsequia non putasti habendos in numero qualiumcunque ciuium Romanorum? Incomparabiliter superna est ciuitas clarior: vbi victoria, veritas: vbi dignitas, sanctitas: vbi pax, fœlicitas: vbi vita, æternitas. Multo minus habet in sua societate tales deos, si tu in tua tales homines [a] habere erubuisti. Proinde si ad beatam peruenire desideras ciuitatem, deuita dæmonum societatem. Indigne ab honestis coluntur, qui per turpes placantur: sic isti à tua societate remoueantur purgatione Christiana, quomodo illi à tua dignitate remoti sunt notatione censoria. De bonis autem carnalibus, quibus solis
C mali perfrui volunt, & de malis carnalibus quæ sola perpeti nolunt: quod neque in his habeant, quam putantur habere isti dæmones potestatem: quanquam si haberent, deberemus potius etiam ista contemnere, quàm propter ista eos colere, & eos colẽdo ad illa quę nobis inuident peruenire nõ posse. Tamen nec in istis eos hoc valere quod hi putant, qui propter hæc eos coli oportere contendunt: deinceps videbimus, vt hic sit huius voluminis modus.

a Fabritius. Semina uirtutum. Dies. Per Iouem lapidem.

FAbritiorum.) Fabritius cõsul fuit bello Pyrrhi, quo tempore maxime viguit Romana virtus, vir fortiss. pauper, continens, ab omni vel opum, vel voluptatum, vel honoris cupiditate alienus. b Si quid in te laudabile.) Semina in nobis esse virtutum, Stoici dicebant à natura indita, aliis maiora, aliis minora, ea excoli, augeri, perfici disciplina, educatiõe, exercitatione. c Dies est.) Ad illud Pauli ad Ro. xiij. Nox præcessit, dies appropinquauit. Dies est clara notitia bonorum, in cuius potestate est sol, sicut ait Psalmista: Nox obscura & tenebrosa. d Sicut expertecta es in quibusdam.) Romanos aliquot ad Christum conuersos esse. e Non lapis capitolinus.) Iouis simulachrum in Capitolio erat lapideum. hinc per Iouem lapidem sanctissimum Romanis iusiurandum, vt etiam in prouerbium cesserit. f Qui nec metas.) Verba sunt Iouis apud Vergilium, primo Aeneidos, promittentis imperium Romanis æternum. Quanto Salustius sapientius in oratione ad C. Cæsarem senem, futurum aliquando pop. Roma. excidium ait. & Aphricanus minor quum incendium Carthaginis spectaret, lachrymabundus Homeri versu significauit arsuram quoq; aliquando suam Romam. g Non tam Iuno.) Eodem primo Aeneidos.

D

FINIS.

ELENCHVS
CAPITVM IN D. AVRELII AVGVSTINI DE CIVITATE DEI LIBRVM TERTIVM.

1 De aduersitatibus quas soli mali metuunt, & quas semper passus est mundus cùm deos coleret.
2 An dij qui & à Romanis & à Græcis similiter colebantur causas habuerint, quibus Ilium paterentur excindi.
3 Non potuisse offendi deos Paridis adulterio, quod inter ipsos traditur frequentatum.
4 De sententia Varronis, qua vtile esse dixit vt se homines diis genitos mentiantur.
5 Non probari, quod dij adulterium Paridis punierint, quod in matre Romuli non vlti sunt. E
6 De parricidio Romuli, quod dij non vindicarunt.
7 De euersione Ilij, quod dux Marij Fimbria excidit
8 An debuerit diis Iliacis Roma committi.
9 An illam pacem, quæ sub Numæ regno fuit, deos præstitisse credendum sit.
10 An optandum fuerit, quod tanta bellorum rabie Romanorum augeretur imperium, cum eo studio quo sub Numa auctum est, & quietum esse potuit & tutum.
11 De simulachro Cumani Apollinis, cuius fletus creditus est clademGræcorum, quibus opitulari non poterat, indicare.
12 Quantos sibi deos Romani præter cõstitutionem Numæ adiecerint, quorum eos numerositas nihil adiuuerit.
13 Quo iure, quo fœdere Romani obtinuerint prima coniugia.
14 De impietate belli, quod Albanis Romani intulerunt, & de victoria dominandi libidine adepta.
15 Qualis Romanorum regum vita atque exitus fuerit.
16 De primis apud Romanos consulibus, quorum alter alterum patria pepulit, móxque Romæ post atrocissima parricidia à vulnerato hoste vulneratus interiit. F
17 Post initia consularis imperij quibus malis vexata fuerit Romana respublica, diis nõ opitulantibus quos colebat.
18 Quantę clades Roma. sub bellis Punicis triuerint, frustra deorum præsidiis expetitis.
19 De afflictione belli Punici secũdi, qua vires vtriusque partis consumptæ sunt.
20 De exitio Saguntinorum quibus propter Romanorum amicitiam pereuntibus dij Romani auxilium non tulerunt.
21 Quàm ingrata fuerit Romana ciuitas Scipioni liberatori suo: & in quibus moribus egerit, quando eam Salustius optimam fuisse describit.
22 De Mithridatis edicto, quo omnes ciues Roma. qui intra Asiam inuenirentur iussit occidi.

De interioribus

A 23 De interioribus malis, quibus Romana respublica exagitata est, præcedente prodigio, quod in rabie omnium animalium, quæ hominibus seruiunt, fuit.
24 De discordia ciuili, quam Gracchiæ seditiones excitauerunt.
25 De æde Concordiæ ex senatusconsulto in loco seditionum & cædium condita.
26 De diuersis generibus belli, quę post conditã ędem Concordiæ sunt secuta.
27 De bello ciuili Mariano atq; Syllano.
28 Qualis fuerit Syllana victoria vindex Marianæ crudelitatis.
29 De comparatione Gothicæ irruptiõis, cum eis cladibus quas Romani, vel à Gallis, vel à bellorum ciuilium authoribus acceperunt.
30 De connexione bellorum, quæ aduentum Christi plurima & grauissima præcesserunt.
31 Quàm impudenter præsentia incommoda Christo imputent, qui deos colere non sinuntur, cùm tantæ clades contra eos tempore quo colebantur extiterint.

B

D. AVRELII AVGVSTINI Episcopi de Ciuitate dei, ad Marcellinum, Liber tertius.

De aduersitatibus quas soli mali metuunt, & quas semper passus est mundus dum deos coleret.
Caput .I.

IAM satis dictũ esse arbitror, de morum malis, & animorum, quæ præcipue cauenda sunt, nihil deos falsos populo cultori suo, quo minus eorum malorum aggere premeretur, subuenire curasse: sed potius, vt maxime premeretur egisse. Nunc de illis malis video dicendum, quæ sola isti perpeti nolunt, qualia sunt fames, morbus, bellum, expoliatio, captiuitas, trucidatio, & si qua similia, iam in primo libro commemorauimus. Hæc enim sola mali deputant mala, quæ non faciunt malos: nec erubescunt inter bona quæ laudant,
C ipsi mali esse qui laudant: magisq; stomachantur, si illa mala [a] habeant, quàm si malam vitam †. Quasi hoc sit hominis maximum bonum, habere bona omnia præter seipsum: sed neque talia mala, quæ isti sola formidant, dij eorum quãdo ab eis libere colebantur, ne illis acciderent, obstiterunt. Cum enim variis per diuersa loca temporibus ante aduentum redemptoris nostri, innumerabilibus nonnullisq; etiam incredibilibus cladibus genus contereretur humanum, quos alios quàm istos deos mundus colebat, excepto vno populo Hebræo, & quibusdam extra ipsum populum [b], vbicunq; gratia diuina digni occultissimo, atque iustissimo dei iudicio fuerunt? Verùm ne nimium longum faciam, tacebo aliarum vsquequaq; gentium mala grauissima: quod ad Romam pertinet, Romanumq; imperium tantùm loquar, id est, ad ipsam proprie ciuitatem, & quæcunque illi terrarum, vel societate conuinctæ, vel conditione subiectę sunt, quæ sint perpessæ ante aduentum Christi, cum iam ad eius quasi corpus reipublicæ D pertinerent.

† si iullam malam habeãt quàm uitam.

IO. LODOVICI VIVIS IN TERTIVM Librum de Ciuitate dei D. Augustini commentaria.

SI illa mala.) In vetustis codicibus. Si villam malam. quod est acutius dictum per denominationem. b Et quibusdam extra ipsum populum.) Vt Iob, & quidam inter gentiles alij ad naturæ legem vitam suam dirigentes: de quibus alibi. a

An dii, qui & à Romanis & à Græcis similiter colebantur, causas habuerint quibus Ilium paterentur excidere.
Cap. II.

PRimùm ipsa Troia vel Iliũ, vnde origo est populi Romani: neque enim prætereundum, aut dissimulandum est quod & in primo libro attigi, eosdem habens deos & colens, cur à Græcis victum, captum, atque deletum est? Priamo, inquiunt [a], sunt reddita Laomedontęa paterna periuria. Ergo verum est, quòd Apollo [b] atq; Neptunus eidem Laomedonti mercenariis operibus seruierunt. Illis quippe promisisse mercedẽ falsumq; iurasse perhibetur. Miror Apollinem nominatum diuinatorẽ in tanto opificio laborasse, nescientẽ quod Laomedon fuerat promissa negaturus. Quanquàm nec ipsum Neptunum E patruum eius, fratrẽ Iouis, regem maris decuit ignarum esse futurorum. Nam hunc Homerus [c] de stirpe Aeneæ, à cuius posteris condita Roma est, cùm ante illam vrbem conditam [d] idem Poëta fuisse dicatur, inducit magnum aliquid diuinantem, quẽ etiam nube rapuit, vt dicit, ne ab Achille occideretur, cuperétque conuertere ab imo: quod apud Vergilium [e] confitetur, Structa suis manibus periuræ mœnia Troiæ. Nescientes igitur tãti dij Neptunus & Apollo Laomedontem sibi negaturum esse mercedem, structores mœnium Troianorum gratis & ingratis [e] fuerunt. Videant ne grauius sit tales deos credere, quàm diis talibus peierare. Hoc enim nec ipse Homerus facile credidit, qui Neptunum [f] quidem contra Troianos, Apollinem autem pro Troianis pugnantem facit, cum illo periurio ambos fabula narret offensos. Si igitur fabulis credunt, erubescant talia colere numina. Si fabulis non credunt, non obtendant Troiana periuria, aut mirentur deos periuria punisse Troiana, amasse Romana. Vnde enim coniuratio Catilinæ in tanta tamq; corrupta ciuitate, habuit etiam eorum grandem copiam, quos manus atque lingua periurio, aut sanguine ciuili F alebat? Quid enim aliud toties senatores [g] corrupti in iudiciis, toties populus [h] in suffragiis, vel in quibusque causis, quæ apud eum cõcionibus agebantur, nisi etiam peierando [i] peccabant? Nam corruptissimis moribus ad hoc mos iurandi seruabatur antiquus, non vt à sceleribus metu religionis prohiberentur, sed vt periuria quoque sceleribus cæteris adderentur.

a PRiamo, inquiunt,) Vergilius, primo Georgicon,
Satis iam pridem sanguine nostro
Laomedontæ luimus periuria Troiæ. b Ergo verum est, quod Apollo) Apollo & Neptunus cum Laomedontem Phrygię regem mœnibus Troiam circũdare viderent, opusque esse ingens, operam suam regi locauerunt magna auri mercede, quem perfecto opere Laomedon est inficiatus. c Nam hunc Homerus.) Cùm Aeneas quodam prælio cum Achille manum conseruisset, superaretúrque ab eo, ac parum abesset, quo minus à fortiore Achille occideretur, Neptunus sic loquitur apud Homerum Iliados 1.

Vaticiniũ Neptuni.

Ἀλλ' ἄγε δ' ἡμεῖς πῆμ μὲν ὑπ' ἐκ θανάτου ἀγάγομεν.
μή πως καὶ κείνοιδε κεχολώσωσι, ἄν κεν ἀχιλλεύς,
τὸν δὲ κατακτείνῃ, μόρσιμον δέ οἱ ἐς ἁλέαδε
ὄφρα μὴ ἀπτερμόν γενεὴ καὶ ἄφαντον ὄλωται
δαρδάνου, ὃν κείνοιδε περὶ πάντων φίλατο παῖδων

G οἱ ἔδεμ ὀλιγένοντο γυναικῶμ τεθνικάωμ.
Ἢ δ᾽ ἢ γὼ πρίαμός γενεὴμ ἤχθηρε κρονίωμ
Νῦν δ᾽ ἢ ἀινείασ βίη τρώεσσιμ ἄναξη
Καὶ παῖδες παίδωμ τοι, καὶ ὃι μετόπισθε γένωνται.

Quos versus sic vtcunque Latinos fecimus, solum vt intelligi à Latinis possint.

Funere nos istum iam nunc reuocemus acerbo,
Irarum fœuos ne æstus Saturnius heros
Colligat, hunc leto proles Pellæia forte
Si dederit, tristi licet hunc subducere fato:
Ne stirps tota cadat, cæcisq; oppressa tenebris
Intereat gens illa, fuit charus cui Dardanus author.
Quem pater omnipotens reliquis plus omnibus vnum
Fœmina, quos ipsi genuit, complexus amore est.
At postquàm Priami gentem iam Iuppiter odit,
Virtus Aeneas & maiestate verendus
Iura dabit Phrygiis: natique & cuncta propago
Æternum accipiet regnum, illa in gente vetustum.
Propter hos Homeri versus Dionysius Halicarnassæus scribit prodidisse multos Aeneam relictis in Italia sociis ad Phrygiam rediisse, ibique instaurata Troia regnasse, ac regnũ per manus filio tradidisse. Verùm Homerus de regno & Troia Italica loquebatur, quæ à Troia illa Phrygia manauerat, id est, de Lauinijs & Albanis, quorum origo fuit à Troianis Aeneæ sociis. d Cum ante illam vrbem conditam.) Nec de tempore vrbis conditæ, neque de Homeri vatis ætate satis inter scriptores conuenit: tametsi de Roma minor ambiguitas. Plutarchus in Romulo fundamenta vrbis Romæ à Romulo & Remo iacta scribit, anno tertio sextæ olympiadis, quo die fuit Lunæ defectus. Dionysius & Eusebius primo anno septimæ olympiadis conditam volunt, post dirutũ Ilium, anno. cccccxxxij. Solinus in polyhistore. Cincio Romam. xij Olympiade placet conditam: Pictori Octauæ: Nepoti & Luctatio opiniones Eratosthenis, & Apollodori comprobantibus olympiadis. vij. anno. ij. Pomponio Attico & M. Tullio olympiadis. vj. anno. iij. Collatis igitur nostris & Græcorum temporibus, incipiente olympiade. vij. Romam conditam post Ilium captũ. ccccxxxiij. anno. De Homeri temporibus, & de patria, & parentibus maxima contentio ex Græcis authoribus. Quidam Homerum interfuisse Troiano bello scribunt. Certe ipse in primo Odyss. libro, Phemium præceptorem suum psallentem in procorum conuiuio inducit: nisi hoc ambitiose nimis fecerit in gratiam magistri parum seruata ratione temporum. Alij centum annis post confectum Troianum bellum affirmant vixisse. Non desipiunt qui huic numero quinquaginta annos adiiciant. Aristarchus eo tempore vixisse Homerum est author, quo in Ioniam Colonia est deducta, post Heraclidarum descensum annis sexaginta, à bello Troiano centum & triginta. Crates nõdũm octoginta annos putat interesse inter dirutum Ilium & natum Homerum. quidam eum scribunt Telemacho Vlyssis filio & Polycasta Nestoris filia genitum. In libris vero Chronicis Eusebij Cæsariẽsis pontificis sic scribitur: In Latina historia reperimus, Agrippa apud Latinos regnante Homerus in Græcia claruit, vt testatur Apollodorus grammaticus, & Euphorbius historicus; ante vrbem cõditam annis. cxxiiij. & vt ait Cornelius Nepos, ante olympiadem primam annis centum. Quamcunq; igitur rationem temporum sequi libeat, Homerus erit vrbe Roma antiquior. Quod & Cicero testatur in Tus. questio.

Roma quãdo condita.

Homeri tẽpora.

Phemius. Homeri præceptor

e Quod apud Vergi.) v. Aeneid. Pelidæ tunc ego sorti Congressum Aeneam, nec diis nec viribus æquis
Nube caua eripui: superem cum vertere ab imo
Structa meis manibus periuræ mœnia Troiæ.
e Gratis & ingratis.) Prius aduerbium est, posterius nomẽ. f Qui Neptunum.) Postquam mercede iusta fraudatus est Neptunus, Troianis infensus semper fuit. Apollo facilior & clementior, nihilo eis minus fauit quàm antea. Vergilius in sexto: Phœbe graues Troiæ semper miserate labores,
Dardana qui Paridis direxti tela, manusq;
Corpus in Acacidæ. g Quid enim aliud toties senatores.) Lege Sempronia quam tulit C. Gracchus, equester ordo iudicauit per viginti annos sine infamia. Lege deinde Plautia ex singulis tribubus quini deni sunt creati comitiis populi, qui eo anno iudicarent. Id factum est altero anno Italici belli, Gneo Pompeio Sexti filio, & L. Catone Coss. Postea lege Cornelia, quam tulit L. Sylla, iudicia translata sunt ad senatum, iudicarunt decem annos turpissime. Cicero in Verrem: Quum adhuc amplissimus ordo iudicaret, de corruptis iudicijs multum queritur. Postremo lege Aurelia, quam tulit. M. Aurelius Cotta prætor, vterque ordo iudicauit. h Toticns pop.) Lucanus in primo:
Hinc rapti fasces precio, sectorq; fauoris
Ipse sui populus, letalisq; ambitus vrbi
Annua venali referens certamina campo.
i Nisi etiam peierãdo.) Nam iudices iurati iudicabant, & populus quũ in suffragium mittebatur tacito iureiurãdo adstringebatur perfectis modo sacris, nec precium, nec gratiam antiquiorem salute reipublicæ habiturum.

I *Apollo Troianis fauit.*

Lex Sempronia, de iudiciis.

Lex Plautia.

Lex Cornelia.

Lex Aurelia.

Non potuisse offendi deos Paridis adulterio, quod inter ipsos traditur frequentatum.

Caput III.

NVlla itaque causa est, quare dij, quibus, vt dicunt, steterat illud imperium, cum à Græcis præualentibus probentur victi, Troianis perierantibus fingantur irati. Nec adulteriũ Paridis [a], vt rursus à quibusdam defenduntur, victoria vlciscendum censuerint †. Authores enim doctoresq; peccatorum esse assolent, non vltores, Vrbem Romã [b], inquit Salustius, sicuti ego accepi, condidere atque habuere initio Troiani: qui Aenea duce profugi, incertis sedibus vagabantur. Si ergo adulterium Paridis vindicandum numina censuerunt, aut magis in Troianis, aut etiam in Romanis puniendun fuit, quia Aeneæ mater [c] hoc fecit. Sed quomodo in illo illud flagitium* oderant, qui in sua socia Venere non oderant, vt alia omittam, quod cum Anchise commiserat, ex quo Aeneam [d] pepererat? An quia illud factum est indignante Menelao, illud autem concedente Vulcano [e]? Dij enim credo non zelant coniuges suas, vsque adeo vt eas etiam cum hominibus dignentur habere communes. Irridere fabulas fortassis existimor, nec grauiter agere tanti ponderis causam. Non ergo credamus, si placet, Aeneam fuisse Veneris filium. Ecce concedo, si nec Romulum Martis [f]. Si autem illud, cur non & illud [g]? An deos fas est hominibus fœminis, mares autem homines deabus misceri nefas? Dura vel potius non credenda conditio, quod ex iure Veneris [h] in concubitu Marti licuit, hoc in iure suo ipsi Veneri non licere. At vtrunque firmatum est authoritate Romana. Neque enim minus credidit recentior Cæsari [i] auiam [k] Venerem, quàm patrem antiquior [l] Romulus Martem.

K *aliâs. adulterio &c. ut Troiam desererent succensuerunt.*

* *aliâs, illo homine flagitium.*

Romuli pater.

Aeneæ mater.

M

Cæsaris genus.

a Adulterium Paridis.) Hoc opinor omnibus & lippis notum & tonsoribus esse, vt inquit ille. Nemo nescit bellum Troianum natum esse, quòd Alexander Paris Helenam Menelai vxorem rapuerit. b Vrbem Romam.) Quo tempore & à quibus cõdita fuerit Roma, Dionysius, Solinus, Plutarchus, & alij permulti, multa & longe diuersissima referunt: ab eis petat, qui hæc fuse voluerit cognoscere. c Quia Aeneæ mater.) Veneris lenocinio vsus est Paris in Helena rapienda. Hoc enim munere Venus in iudicio dearum de forma Paridem iudicem corrupit. d Aeneam.) Anchisæ & Veneris fuit filius. Vergilius:
Tũc ille Aeneas, quem Dardanio Anchisa
Alma Venus Phrygias genuit Simoentis ad vndas:
Et Lucretius:
Aeneadum genitrix hominum, diuũmq; voluptas
Alma Venus.
e Vulcano.) Qui maritus erat Veneris. f Si nec Romulus Martis.) Diony. Halicar. ad Martis lucum, quum Ilia Vestalis virgo isset aquæ puræ hauriendæ gratia, in templo compressa est. Sunt qui putent ab aliquo ex procis, alij ab Amulio ipso patruo dicunt armato, alij à genio loci. Hæc ille. Ego vero & Romulum militis cuiuspiam fuisse filium credo, & Aeneam alicuius scorti. Et quia milites sub Marte esse sunt existimati, & scorta sub Venere, idcirco Romuli pater Mars, Aeneæ mater Venus est dicta. quæ fieriẽ Aeneæ mater vera, hæc est vna ex ineptis illis & stultis Grammaticorum quæstiunculis, de quibus disputari in illis. 4000. Didymi voluminibus Seneca scribit, g Si autem illud, cur non & illud? Pro hoc & illud, Græco more, vel etiam Latino, sed poëtice magis quàm oratoric. h Quod ex iure Veneris.) Occulta derisio, sed facta. Mars Venerem adulteratus est. hoc licuit Marti in iure Veneris, hoc est, in ratione concubitus, & libidinis, quæ sunt sub Venere, cur non idẽ in libidine ipsa, & luxuria licebit ipsi Venere, quæ est earum domina? quod licet alienis beneficio Veneris, cur Veneri non permittetur in suo libidinoso regno tam libere versari, quàm aliis in eo quod est Veneris permittitur, & quidem à Venere ipsa? i Cæsar.) Hic gentis erat Iuliæ, quæ in Iulum Aeneæ filium genus referebat: & per Iulum in Venerem. Iulia gens ex Alba longa in vrbem à Tullo rege traducta est, & inter patritias allecta. Idcirco Cæsar dictator templum Veneri struxit, quod Veneris genitricis appellauit. Idem Cæsar ipse apud Tranquillum: Amitæ, inquit, meæ Iuliẽ mater num genus ab regibus ortum, paternum cum diis immortalibus coniunctũ est. Nam ab Anco Martio sunt Martij reges, quo nomine fuit mater à Venere Iulij, cuius gẽris familia est nostra. k Auiam.) Pro quauis progenitrice posuit, vt fit sæpe. l Antiquior.) Antiquior Romulus, & recentior Cæsar propter tempora quibus vixerunt: inter quos sexcentum anni & plures interfluxẽre.

De sententia Varronis, qua utile esse dixit, ut se homines ex diis genitos mentiantur.

Caput IIII.

DIxerit aliquis: Itáne tu ista credis? Ego vero ista non credo. Nam & vir doctissimus eorũ Varro falsa hæc esse, quanuis non audenter, neque fidenter penè tamen fatetur. Sed vtile esse ciuitatibus

A uitatibus [a] dicit, vt se viri fortes etiam si falsum sit (exhibiis genitos esse credant: vt eo modo animus humanus velut diuinæ stirpis fiduciam gerens, res magnas aggrediendas præsumat audacius: agat vehementius: & ob hõc impleat ipsa securitate fœlicius. Quæ Varronis sententia expressa vt potui meis verbis, cernis quàm latum locum aperiat falsitati: vbi intelligamus plura iam sacra & quasi religiosa potuisse cõfingi: vbi putata sunt ciuibus etiam de ipsis diis prodesse mẽdacia. Sed vtrum potuerit Venus ex concubitu Anchisæ Aeneam parere, vel Mars ex Syluiæ * concubitu filiæ Numitoris [b] Romulum gignere, in medio relinquamus. Nam penè talis quæstio etiam de scripturis nostris oboritur: qua quæritur, vtrum prequaricatores angeli cum filiabus hominum concubuerint: vnde natis Gigantibus, id est, nimium grandibus ac fortibus viris, tunc terra completa est.

* *aliâs. Iliæ*

Gene. 6.

a *Vtile existimari diuino semine satum.*

VTile esse ciuitatibus.) Ipsis etiam qui fingunt vtilius, quo populis vtantur fecundioribus. Sic Scipio nũquam eleuari illam hominum existimationem voluit, quòd diuino semine ortus esset: & apud Lucianum Alexander vtile sibi ad res gerendas dicit fuisse, quod filius Iouis Ammonis sit habitus. Timebatur enim, nec aliquis repugnare ipsi audebat, nempe quem crederet deum, ὃι βάρβαροι, inquit, καταπλάγησάμ με. καὶ ὀυδὲις ἔτι ἀνδίσατο, ὀιόμενοι θεῦ μάχεσθαι. ὥῃ τε ῥᾶον ἐκράτησ αὐτῶ.

B *Numitor & eius liberi.*

b Filiæ Numitoris.) Numitor Procæ Albanorũ regis filius fuit, Amulio frater. Et quidem natu maior, sed iniuria fratris priuatus vixit, Amulio regnum per vim & dolum occupante. Numitor filium habuit Lausum, & filiam Rheam, siue Iliam Syluiam. Puer est occisus, puella Vestalibus ab Amulio præfecta est, vt obtentu religionis prole perpetuo careret: quæ tamen gemellos, vt dixi, Romulum & Remum ex incerto patre edidit.

Non probari quod dii adulterium Paridis punierint, quod in matre Romuli non ulti sunt.

Caput V.

PRoinde ad vtrũque interim modò nostra disputatio referatur. Si enim vera sunt, quæ apud illos de matre Aeneæ, & de patre Romuli lectitantur, quomodo possunt diis adulteria displicere hominum, quæ in seipsis concorditer ferunt? Si autem falsa sunt, nec sic quidem possunt irasci veris adulteriis humanis, qui etiam falsis delectantur suis. Huc accedit, quoniam si illud de Marte non creditur, vt hoc quoque de Venere non credatur. Nullo igitur diuini concubitus obtentu matris Romuli causa defenditur. Fuit autem sacerdos Syluia * Vestalis, & ideo dij magis in Romanos sacrilegum illud flagitium, quàm in Troianos Paridis adulterium vindicare debuerunt. Nam & ipsi Romani [a] antiqui in stupro detectas Vestales sacerdotes, viuas etiam defodiebant: adulteras autem fœminas [b], quanuis aliqua damnatione, nulla tamen morte plectebant, vsqueadeò grauius seueriusq; vindicanda putabant adyta † diuina, quàm humana cubilia vindicabant.

* *aliâs, Ilia*

C †*aliâs, usque adeo grauius, quæ putabant, adyta, &c.*

a *Vestalis uirginis supplicũ.*

NAm & ipsi Romani.) Si qua Vestalis leuiter deliquerat, verberibus à Pont. max. cedebatur. Sin parum pudice castitatem habuerat, stuprique conuicta erat, Sanda pila ad portam Collinam efferebatur tanquam mortua, cum luctu propinquorũ & necessariorum, sequentibus pontificibus aliisque sacerdotibus in mœsto silentio. Iuxta portam locus est subterraneus, ad quem scalis descendiur, in cum virgo demittebatur sola, tollebanturque scalæ, & occludebatur locus vndique, vbi ne fame videretur enecta, panis, lactis & olei aliquantum ponebatur, simul & ardens lucerna: quibus perfectis, discedebant sacerdotes, atque eo die iustitiũ erat in vrbe, & mœror pauorq; non exiguus, præsertim quòd magnum aliquod malum supplicium Vestalis virginis ciuitati atque imperio portendere arbitrabantur. Qualis esse Vestalis virgo, & quid facere debeat, cum alij, tum Gellius recenset fuse libro noctium Atticarum primo. b Adulteras autem fœminas.) Ante Cæsarem Augustum nihil legibus in adulteros est cautum. Nemo enim quod equidem scio, causam de adulterio dixit. Nam Clodius de pollutis sacris Bonæ deæ, non de adulterio est postulatus: non prætermissuris id crimen inimicis, si lege esset aliquid de eo constitutum. Primus Augustus legem tulit de adulteriis Iuliam, sed in viros, & de pudicitia in fœminas, sed non ita graui adiecta pœna: quanquam postea in

Adulteriorum lex nulla ante Cæsarem.

D

vtrunque sexum data est actio adulterij grauiore pœna addita, vt videre est ex responsis Cæsarum in codice Iustiniani, &. xlvij. lib. Pandectarũ. Dionysius in antiquitatibus scribit legem contra adulteros iam initio vrbis ab ipso Romulo fuisse latam: quod credo dictum esse ab eo in historia ἀνωνυμοι vt alia non pauca.

De parricidio Romuli, quod dii non uindicarunt.

Caput. VI.

ALiud adiicio, quia si eousque peccata hominũ illis numinibus displicerent, vt offensi Paridis facto desertam Troiam ferro igniq; domarent, *† magis eos contra Romanos moueret Romuli frater occisus, quàm cõtra Troianos Græcus maritus illusus: magis irritaret parricidiũ [a] nascẽtis, quàm regnantis adulterium ciuitatis. Nec ad causam quam nunc agimus interest, vtrum hoc fieri [b] Romulus iusserit, aut Romulus fecerit, quod multi impudentia negant, multi pudore dubitant, multi dolore dissimulant. Nec nos itaque in ea re diligentius requirẽda per multorum scriptorum perpensa testimonia demoremur. Romuli fratrem palàm constat occisum: non ab hostibus, non ab alienis. Si autem perpetrauit aut imperauit hoc Romulus, magis ipse fuit Romanorum, quàm Paris Troianorum caput. Cur igitur Troianis iram deorum prouocauit ille alienę coniugis raptor, & eorundẽ deorum [c] tutelã Romanis inuitauit iste sui fratris extinctor? Si autem illud scelus à facto imperiod; Romuli alienum est, quoniam debuit vtique vindicari, tota hoc illa ciuitas fecit, quod tota consensit: & non iam fratrem, sed patrẽ, quod peius est, occidit. Vterque enim fuit conditor, vbi alter scelere ablatus nõ permissus est esse regnator. Non est, vt arbitror, quod dicatur quid mali Troia meruerit, vt eam dij desererent, quo posset extingui: & quid boni Roma, vt eam dij inhabitarent, quo posset augeri, nisi quod victi inde fugerũt, & se ad istos quos pariter deciperent, contulerunt? Imò verò & illic manserunt, ad eos more suo decipiendos, qui rursus easdem terras habitarent, & hic easdem artes fallaciæ suæ, magis etiam exercendo, maioribus honoribus gloriati sunt.

†donarent.

Remi mors

E

F

a *Parricidiũ*

PArricidium.) Non patris solùm mors, sed paris quoque, nisi quis velit dicere, quasi patratio cædis. Lex est Numæ antiquissima: Si quis liberum hominem morti sciens duit, parricida esto. b Vtrum hoc fieri.) Sunt qui tradant Remum in contentione de regno, quum vtraque pars suum ducẽm regem consalutasset, ventumque esset ad manus, esse in pugna occisum: à Romulo an à quoquam altero, constat. Alij & quidem plures, à Fabio tribuno celerũm Romuli cæsum aiunt, quod noua & humilia vrbis mœnia etiam cum irrisione transiliisset: peractumque cædem Romulo imperante. quod factum Cicero impium & inhumanum fuisse iudicat. Sic enim tertio offi. inquit: Atque in eo rege, qui vrbem condidit, non ita est. Species enim vtilitatis pepulit animum eius, cui quum visum esset vtilius se solum, quàm cum altero regnare, fratrem interemit. Omisit hic & pietatem, & humanitatem: vt quod vnle videbatur, neque erat, assequi posset: & tamen muri causam appositit speciem honestatis, nec probabilem, nec sanè idoneã. Peccauit igitur pace vel Quirini vel Romuli dixerim. c Eorundem deorum.) Quia à Troia Lauinium primum per Aeneam, hinc Albam per Ascanium sunt translati. Ex Alba Romanis per Romulum consensu Numitoris communicati: hinc per Tullum omnino traducti Romã.

De euersione Ilii, quod dux Marii Fimbria excidit.

Cap. VII.

CErte enim [a] ciuilibus iam bellis [b] scatentibus, quid miserum commiserat Ilium, vt à Fimbria [c] Marianarum [d] partium homine pessimo euerteretur, multo ferocius [e] atque crudelius, quàm olim à Græcis? Nam tunc & multi inde fugerunt, & multi captiuati saltem in seruitute vixerunt. Porrò autem Fimbria prius edictum proposuit, ne cui parceretur: atque vrbem totam cunctósque in ea homines incendio concremauit. Hoc meruit Ilium, non à Græcis, quos sua irritauerat iniquitate, sed à Romanis, quos sua calamitate propagauerat: diis illis communibus

G munibus ad hæc repellenda nihil iuuantibus:siue,quod verum est,nihil valentibus. Nunquid & tunc abscessere omnes, adytis arisque relictis dij,quibus illud oppidum steterat, post antiquos Græcorum ignes ruinasq; reparatum? Si autem abscesserant, causam requiro: & oppidanorum quidem quanto inuenio meliorem,tanto deteriorem deorum. Illi enim contra Fimbriã portas clauserant,vt Syllæ seruarent integram ciuitatem: hic eos iratus incẽdit,vel potius penitus extinxit. Adhuc autem meliorum partium [f] ciuiliũ Sylla dux fuit: adhuc armis rempublicã recuperare moliebatur. Horum bonorum initiorum nondum malos euentus habuit. Quid ergo melius ciues illius vrbis facere potuerũt? quid honestius? quid fidelius? quid Romana parẽtela dignius,quàm meliori causæ Romanorum ciuitatem seruare,& contra parricidam Romanæ reipublicę portas claudere? At hoc eis in quantum exitium versum sit†*,attendant defensores deorum. Deseruerint dij adulteros, Iliúmque flammis Græcorum reliquerint,vt ex eius cineribus Roma castior nasceretur? Cur & postea deseruerunt eandem ciuitatem Romanis conuatam, non rebelantem aduersus Romam nobilem

H filiam,sed iustioribus eius partibus fidem constantissimam piissimámque seruantem,eamque delendam reliquerunt,non Græcorum viris fortibus, sed viro spurcissimo Romanorum? Aut si displicebat dijs causa partium Syllanarum, cui seruantes vrbem miseri portas clauserant,cur eidem Syllæ tanta bona promittebant, & prænunciabant? An & hinc agnoscuntur adulatores fœlicium,potius quàm infœlicium defensores? Non ergo Ilium etiam tunc ab eis, cum euerteretur desertum est*†. Nam dæmones ad decipiendum semper vigilãtissimi,quod potuerunt,fecerũt. Euersis quippe[g] & incensis omnibus cũ oppido simulachris, solum Mineruæ simulachrum sub tanta ruina templi illius, vt scribit Liuius,integrum stetisse perhibetur. Non vt diceretur: Dij patrij,quorum semper sub numine Troïa est,ad eorum laudem:sed ne diceretur: Excessere omnes adytis arisq; relictis dij,ad eorum defensionem: Illud enim posse permissi sunt, non vnde probarentur potentes,sed vnde præsentes conuincerentur.

†*uerterit.

*†al.deseereretur euersũ est.

a CErte enim.) Mortuo C. Mario in septimo suo cõsulatu, C. Cinna P. Valerium Flaccum sibi collegam subrogauit, cui & Asiã prouinciam,quam tunc Sylla cum imperio tenebat,mandauit, duabus legionibus attributis. Hic Flaccus tum auaritia,qua nihil peius ódit exercitus, tũ alijs vitijs militibus inuisus, à C. Fimbria legato Nicomediæ interemptus est. Imperiúmque ipse Fimbria consensu militari occupauit,bellúmque cum Mithridate gessit satis fœliciter, ac parsũ abfuit, quo minus obsessum Pergami caperet: quumq; in Phrigia ductaret exercitum,cognouissetque Ilienses Syllæ partes sequi, per dolum in vrbem admissus,vt Appianus scribit,seu vi capta vrbe, vt Liuius, ciues & vrbem totam crudeliter perdidit,nullis neque sacris,neque profanis parcens,annis mille & quinquaginta posteaquã à Græcis erat deleta. b Ciuilibus iam bellis.) Post primum bellum ciuile Marianum antequam Sylla in Italiã rediret,& partes omnino deleret. c A Fimbria.) Fuit hic perditissimæ audaciæ homo, & ad quoduis facinus designandum accommodatissimus,qui Crassum interemit, quíque in funere C. Marij Q. Scęuolam virum ornatissimum & sanctissimum vulnerãdum curauit. Et vbi ferrum nó alte in corpus descendisse accepisset, diũ illi dixit,admirantibus cunctis quòd Pontifex maximus optimum totius ciuitatis ciũ accusaret,& crimen expectantibus,dixit se illum accusare,quòd non totum telum corpore excepisset. Cicero est author pro Roscio Amerino. d Marianarũ.) Cinnanarum potius. Sed tota illa factio Syllæ aduersa dicta est Mariana. e Ferocius.) Appianus scribit in Mithridatico,postridie eius dici,quo Ilium conflagrauit, Fimbriam ipsum suis oculis omnia diligenter esse scrutatum, nũquid superesset integrum,vt illud quoque diruere & incendere. Ita nullum Iliensi. domicilium,nullum templum,ac ne statua quidem vlla superfuit. f Adhuc autem meliorum partium.) Salustius in Catilinario: Nostra memoria victor Sylla,quum Damasippum,& alios huiuscemodi, qui malo reipublicæ creuerant,iugulari iussit,quis non factum eius laudabat: homines scelestos,factiosos,qui seditionibus rempublicam exagitauerant,meritò necatos aiebant. Sed ea res magnæ initium cladis fuit. Et ante L. Sylla armis recepta republica ex bonis initijs malos euentus habuit. Quod dictum Augustinus tangit. g Euersis quippe.) Appianus etiam & Iulius

I

Troia tertium capta.

C. Fimbria.

Obsequens scribunt. Palladium inuentum esse illæsum post incendium. Seruius in secundo Aeneid. ostensum dicit à Fimbria, & Romam aductum. Equidem demiror si istud idem est Palladium illud vetus Troianum, quod ab Aenea in Italiam portatum esse dicũt cum magnis dijs, & post Albam deletam collocatum ab Hostilio rege in æde Vestæ: quæ cum deflagraret, Metellus pontifex maximus Palladium ex incendio raptuit. ob quod factum magni sunt illi postea honores habiti, idq; sub recentem Roma. & Carthaginensi. pacẽ primo Punico perfecto bello, ante Fimbriam plus centum & quinquaginta annis. Non desunt qui putẽt Aeneam relicto socijs Latinorum regno, in Phrygiam redijsse cum Palladio: quorum opinio reiecta est à nobis alio loco. Verũ Lacedęmonij quoque credebant se Palladium illud Troianum prope Leucippidarum templum habere: quod Temon quidam decepto Ergiæo vno ex profapia Diomedis Argis surripuit detulitq; Lacedæmonem. ad quod seruandum Lacedæmones oraculo admoniti, Vlyssi heroum erexerunt. Sed id palladium est, quod diximus ab Vlysse & Diomede raptum bello Troiano. Seruius multa palladia similia esse à Mamurrio fabro facta, ne illud verum cognosceretur. Qua in re lapsum memoria Seruium nõ dubium est, & pro ancylibus posuisse palladia.

K

Palladium.

An debuerit diis Iliacis Roma committi.

Caput VIII.

Ilis itaque Iliacis post Troiæ ipsius documentum, qua tandem prudentia Roma custodienda commissa est? Dixerit quispiã, iam eos Romæ habitare solitos, quando expugnante Fimbria cecidit Ilium. Vnde ergo stetit Mineruæ simulachrũ? Deinde si apud Romam erant, quando Fimbria deleuit Ilium, fortasse apud Ilium erant, quando à Gallis ipsa Roma capta & incensa est. Sed vt sunt auditu acutissimi motuq; celerrimi, ad vocem anseris cito redierunt, vt saltem capitolinum collem, qui remãserat tuerentur. Cæterùm ad alia defendenda serius sunt redire commoniti.

L

An illam pacem, quæ sub Numæ regno fuit, deos præstitisse credendum sit. Cap. IX.

Il etiam Numam Pompilium successorẽ Romuli adiuuisse creduntur, vt toto regni sui tẽpore pacem haberet, & Iani [a] portas quæ bellis patere assolent, clauderet: eo merito scilicet, quo Romanis multa sacra constituit. Illi vero homini pro tanto ocio gratulandum fuit, si modo id rebus salubribus scisset impendere, & perniciosissima curiositate neglecta, deum verum vera pietate perquirere. Nunc autem non ei dij cõtulerunt illud ocium, sed eum minus fortasse decepissent, si ociosum minimè reperissent. Quãto enim minus eum occupatum inuenerunt, tanto magis ipsi occupauerũt. Nam quid ille molitus sit, & quibus artibus tales deos, sibi, vel illi ciuitati cõsociare potuerit, Varro prodit. Quod si domino placuerit, suo diligentius disseretur loco. Modo autem quia de beneficiis eorum quæstio est, magnũ beneficium est pax, sed dei veri beneficium est [b] plerunque etiam sicut Sol, sicut pluuia, viteq; alia subsidia super ingratos & nequã. Sed si hoc tam magnum bonum dij illi Romæ vel Põpilio contulerunt, cur imperio Romano per ipsa tempora laudabilia id nunquam postea præstiterunt? An vtiliora erant sacra cum instituerentur, quàm cum instituta celebrarentur? Atqui tunc nondum erant, sed vt essent, addebantur: postea verò iam erant, quæ vt prodessent, custodiebantur. Quid ergo est, quod illi quadraginta tres: vel, vt alij volũt, trigintanouem anni in tanta pace transacti sunt, regnante Numa: & postea sacris institutis, diisq; ipsis qui eiusdẽ sacris fuerant inuitati iã præsidibus atq; tutoribus vix post tã multos annos ab vrbe condita vsq; ad Augustũ vnus pro magno miraculo [c] cõmemoratur annus post primum bellum Punicũ, quo belli portas Romani claudere potuerunt.

M

ET Iani portas.) Iani cuius aperta porta belli erat signũ, clausa pacis vndique cum populo Romano. Hũc ad infimum Argileti Numa Pompilius constituit monumentum pugnæ cum Sabinis, in qua magna vis aquæ per eam portam erumpens Romanis cedentibus auxiliata est. Ideo statutum, vt velut ad opem ferendam reseratus esset bello

a Ianus.

A esset bello Ianus. Macrobius primo Saturnal. Eã portã primus ipse qui ædificarat, clausit. Secũdo Manlius post primum Punicum bellum. Tertio Octauius Augustus. Liuius libro primo. b Dei veri beneficiũ est.) Ideo Christus seruator noster eam pacem suis discipulis impartitur, quã mundus dare nõ potest. c Vnus pro magno miraculo.) Tito Manlio Torquato, & Caio Attilio Coss. Si Eutropio creditur historico non malo. Hi consules post quàm de Sardis triumpharunt, pace vndique terra, & mari parta Ianum Quirinum clauserunt, quod post mẽses aliquot est rursum reseratum, A. L. Posthumio Albino. & Cn. Fuluio Centimalo, vel vt alij Sp. Carbilio Coss. bello Illyrico.

An optãdum fuerit, quod tãta bellorum rabie Roma nostrum augeretur imperium, cum eo studio, quo sub Numa auctum est, & quietum esse potuit & tutum.

Caput X.

ON respondent, quod nisi assiduis sibiq; continuo succedentibus bellis Romanum imperium tam longe lateq; nõ posset augeri, & tã grãdi gloria diffamari? Idonea vero causa, vt magnũ esset imperium, cur esse deberet inquietum? Nónne in corporibus hominum satius est mucã staturam cũ sanitate habere, quàm ad molem aliquam gigantæam perpetuis afflictionibus peruenire, nec cum peruenerit requiescere: sed quanto grandioribus membris, tanto maioribus agitari malis? Quid autem mali esset, ac nõ potius plurimum boni, si ea tempora perdurarent: quę perstrinxit Salustius, vbi ait, Igitur initio reges, nam in terris nomẽ imperij [a] id primum fuit, diuersi: pars ingenium, alij corpus exercebant: etiam tum vita hominum sine cupiditate agitabatur, sua cuique satis placebant? Aut vt tam multum augeretur imperium debuit fieri quod Vergilius detestatur, dicens:

B

Aenei. 8.

Deterior donec [b] paulatim ac decolor ætas,
Et belli rabies, & amor successit habendi?

Sed plane pro tantis bellis susceptis & gestis iusta defensio Romanorum est: quod irruentibus sibi importune inimicis resistere cogebat: non auiditas adipiscendæ laudis humanæ, sed necessitas tuendæ salutis & libertatis. Ita sit plane. Nam postquam res eorum, sicut scribit ipse Salustius, legibus, moribus, agris aucta, satis prospera, satísque pollens videbatur: sicuti pleraq; mortalium habentur, inuidia ex opulentia orta est. Igitur reges populiq; finitimi bello eos tentare, pauci ex amicis auxilio esse. Nam cæteri metu perculsi longe à periculis aberãt. At Romani domi militiæq; intenti, festinare, parare, alius alium hortari, hostibus obuiã ire: libertatem, patriam, parentesq; armis tegere. Post vbi

C pericula virtute propulerant, socijs atque amicis auxilia portabant, magisq; dandis quàm accipiendis beneficijs amicitias parabant. Decenter his artibus Roma creuit. Sed regnante Numa, vt tã longa pax esset, vtrũ irruebant improbi, belloq; tentabant, an nihil eorũ fiebat, vt posset pax illa persistere? Si enim bellis etiam tũ Roma lacessebatur, nec armis arma obuia ferebatur: quibus modis agebatur, vt nulla pugna superati, nullo Martio impetu territi sedarentur inimici: his modis semper ageretur, vt semper Roma clausis Iani portis pacata regnaret. Quod si in potestate non fuit: non ergo Roma pacem habuit, quandiu dij eorum, sed quandiu homines finitimi circumquaque voluerunt: qui eã nullo bello prouocauerunt: nisi forte dij tales etiam id homini vendere [c] audebunt, quod alius homo voluit siue noluit. Interest quidem iam vitio proprio malas mentes quatenus sanãtur isti dæmones vel terrere vel excitare. Sed si semper hoc possent, nec aliud secretiore ac superiore potestate contra eorum conatum sæpe aliter ageretur, semper in potestate haberent pacẽ, bellicasq; victorias, quæ semper ferè per humanorum animorum motus accidunt.

NAm in terris nomen imperij.) Sic etiam Iustinus in primo, Herodotus & Plinius. Hoc institutum in Aegypto primum reperitum: apud quos Menes primus rex fuerit, referunt. Quanquam ante hunc regnasse Osiridẽ & Horum, & alios nonnullos deos Diodorus perhibet. Nostræ sacræ literæ Nembroth, filium Chusi, primum regem fuisse perhibent, & Babylone imperasse. b Deterior donec.) Quinque hominum ætates Hesiodus finxit in opere, cui titulus ἔργα καὶ ἡμέραι, quem locum hunc in modum ordine:

Θεοὶ θνητοὶ ἄνθρωποι,
Χρύσεον μὲν πρώτιστα γένος μερόπων ἀνθρώπων
Ἀθάνατοι ποίησαν ὀλύμπια δώματα ἔχοντες
οἱ μὲν ἐπὶ κρόνου ἦσαν

Hunc secuti sunt Vergilius, Ouidius, & reliqui Poëtæ. Primam ætatem aiunt fuisse auream sub Saturno, sine bellis, magna cõcordia generis humani, sine litibus, sine querelis: quæ Saturnia tempora nominantur. Altera est argentea, sub Ioue: cum bella pullulascerent, & curę & fraudes, & odia. Tertia est ænea, cum genus mortalium totum vndique bellis concuteretur, cruentaq; essent omnia. Quarta heroum semideorum, quorum animi iustitiæ quidem erant dediti, sed insano ardore belligerandi flagrabant. Quinta est ferrea, in qua nullus malorum est modus: cuncta sese velut effractis carceribus in genus humanum simul effuderũt, apertæ fraudes, aperta odia, & bella capitalia, cædes, rapinæ, incendia vastationes. c Nisi forte tali tales vendere.) Nisi forte tam mali ac impudentes sint illi dei, vt pro beneficio id vendant hominibus, quod ex voluntate cuiusquam est profectum, & pro eo tanquam à se dato gratiam reposcant: cum sit potius muneris alieni. [illegible]

a D

Rex primus.

Hominum quinque ætates.

E

De simulachro Cumani Apollinis, cuius fletus creditus est cladem Græcorum, quibus opitulari non poterat, indicare.

Caput XI.



Vas tamen plerunque contra eorum fieri voluntatem, non solum fabulæ multa mentientes, & vix veri aliquid vel indicãtes, vel significantes, sed etiam ipsa Romana confitetur historia. Neque enim aliunde Apollo ille Cumanus [a], cum aduersus Achæos regemq; Aristonicum [b] à Romanis bellaretur, quatriduo fleuisse nunciatus est: quo prodigio haruspices territi, cum id simulachrum in mare putauissent esse proiiciendum, Cumani senes intercesserũt atque retulerunt tale prodigium, & Antiochi [c] & Persidis bello [d] in eodem apparuisse figmento. Et quia Romanis fœliciter prouenisset, ex senatusconsulto eidem Apollini sua dona esse missa testati sunt. Tunc vero peritiores acciti haruspices, responderunt, simulachri Apollinis fletum ideo prosperum esse Romanis, quoniã Cumæ colonia [e] Græca esset, suisq; terris vnde accitus esset: id est, ipsi Græciæ luctum & cladem Apollinem

F

significasse plorantem. Deinde mox regem Aristonicum victum & captum esse nunciatum est, quem vinci vtique Apollo nolebat & dolebat: & hoc sui lapidis etiam lachrymis indicabat. Vnde non vsquequaque incongrue, quanuis fabulosis, tamẽ veritatis similibus mores dæmonum describuntur carminibus Poëtarũ. Nam Camillam Diana doluit apud Vergiliũ: & Pallantem moriturum Hercules fleuit. Hinc fortassis & Numa Pompilius pace abundans: sed quo donãte nesciens, nec requirens: cum cogitaret ociosus, quibus nã dijs tuendam Romanam salutem regnumq; committeret: nec verum illum, atq; omnipotentem summum deum curare opinaretur ista terrena: atque recoleret Troianos deos, quos Aeneas aduexerat: neque Troianum, neque Lauiniense ab ipso Aenea conditum regnum diu conseruare potuisse, alios prouidendos existimauit, quos illis prioribus, siue qui cũ Romulo iam Romam transierant, siue quandoque Alba euersa fuerant transituri, vel tanquàm fugitiuis custodes adhiberet, vel tanquàm inualidis adiutores.

Neque

a G NEque enim aliunde Apollo ille Cumanus.) Attalus Asiæ rex testamento populum Romanum hæredem fecerat regni. Id Aristonicus Eumenis Attali fratris filius ex concubina genitus præoccupauit: hinc bellum est ei indictum: missus cõ Licinius Crassus Cos. & Pontifex max. victus est ab Aristonico. M. Perpenna cõsul insequentis anni, audita Crassi fortuna, magnis itineribus in Asiam venit, victumq; acie Aristonicum, fame domitum, in deditionem Stratonicæ, quò post prælium confugerat, cepit, Romamq; misit. Romanis Nicomedes Bithynię, Mithridates Põti, Ariarathes Cappadociæ, Pylemænes Paphlagoniæ reges faucebãt. Aristonico Achaia. b Regemq; Aristonicũ.) Hæc Apollinis lachrymatio contigit Appio Claudio, M. Perpenna Coss. vt Iulius Obsequens narrat in fragmento libri de prodigijs. Inquit enim. Ap. Claudio M. Perpenna. Coss. Publius Crassus aduersus Aristonicum dimicans occisus: Apollinis simulachrum lachrymauit per quatriduum. Vates portenderunt Græciæ fore exitium, vnde deducẽtum esset: sacrificatum tum à Romanis, donaq; in templo posita. Hæc ille. Fletus simulachrorum malum aliquod prænunciabant his, quibus fauerẽt, vt fletus Iunonis sospitæ Lauinij, L. Aemilio Paulo, Gn. Bebio Pamphilo Coss. ingens pestilentia secuta. Sic Lucanus in prodigiis bellorum ciuilium: Indigetes fleuisse deos, vrbisq; laborem. Testatos sudore lares. c Et Antiochi.) Syriæ regis, quẽ L. Cornelius Scipio Aphricani frater vicit. Liuius fusè decade quarta. d Et Persidis bello.) Alij Xerxis, melius Persæ Philippi filij Macedonũ regis, quem intra paucas horas deuicit L. Aemilius Paulus bello Macedonico secundo. Plutarchus in vita Aemilij Pauli, & alij. e Quoniã Cumana Colonia.) Vel Cumæ colonia, Chalcidienses & Cumæi, vt est apud Strabonem libro. v. populi Græciæ magna olim classe in Italiam nauigarunt, appulsiq; littori Campano, vrbem ibi condidere: duces erant Cumæorum Hypocles. Chalcidiensium Megasthenes: ij pacti sunt inter se, vt alteri coloniam possiderent gentis, alteri nomen darent. Ita factum est: Cumæ dicuntur, & colonia est Chalcidica. Vergilius in sexto de Cumis, Chalcidicaq; leuis tandẽ superastitit arce. Hanc vrbẽ Strabo affirmat cũctas & Italię & Siciliæ vrbes vetustate antecedere.

Aristonicus.

Crassus occisus.

Sudantes dii.

Antiochus.

Cumæ.

H *Quantos sibi deos Romani præter cõstitutionem Numæ adiecerint, quorum eos numerositas nihil iuuerit.*

Caput XII.

AEc his sacris tamẽ Roma dignata est esse cõtenta, quæ tam multa illic Pompilius constituerat: nam ipsius summum templum nõdũ habebat Iouis. Rex quippe Tarquinius a ibi Capitoliũ fabricauit. Aesculapius b autẽ ab Epidauro abiuit Romam, vt peritissimus medicus c in vrbe nobilissima, artem gloriosius exerceret. Mater autem deorum, nescio vnde nata d Prænestinum mõtem e insedit. Indignũ † enim erat, vt cũ eius filius iam colli Capitolino præsideret, adhuc ipsa in loco ignobili latitaret. Quæ tamen si omnium deorum mater est, non est secuta solum Romã quosdã filios suos, verum & alios præcessit etiam secuturos. Miror sanè si ipsa peperit Cynocephalum, qui longe postea f venit ex Aegypto. Vtrum etiã dea Febris g ex illa nata sit, viderit Aesculapius h pronepos i eius. Sed vndecunque nata sit, non opinor audebunt eam ignobilem dicere dij peregrini deã ciuem Romanam k. Sub hoc tot deorum præsidio, quos numerare quis potest, indigenas & alienigenas, cœlestes, terrestres, infernos, marinos, fontanos, fluuiales: & vt Varro dicit, certos atque incertos l, in omnibusq; generibus deorum, sicut in animalibus mares & fœminas? Sub hoc ergo tot deorum præsidio constituta Roma, non tam magnis & horrendis cladibus, quales ex multis paucas commemorabo, agitari affligiq; debuit. Nimis enĩ multos deos grãdi fumo suo m, tanquam signo dato n ad tuitionem congregauerat: quibus templa, altaria, sacrificia, sacerdotes instuendo atque præbendo: summum verum deum, cui vni hæc rite gesta debentur, offenderet. Et fœlicior quidem cũ pauciorib̃us vixit. Sed quanto maior facta est, sicut navis nautas, tanto plures adhibendos putauit: credo desperans pauciores illos, sub quibus in comparatione peioris vitæ melius vixerat, non sufficere ad opitulandũ granditati suæ. Primo enim sub ipsis regibus excepto Numa Pompilio, de quo iam suprà locutus sum, quantum malum discordiosi certaminis fuit, quod fratrem Romuli coegit occidi?

†aliâs, nescio unde à Pessimunte. Indignũ &c.

REx quippe Tarquinius.) Tarquinius Superbus. Liuius libro primo. b Aesculapius.) Bello Samnitico ex Epidauro Romam est aduectus à Quinto Ogolino legato, anguis mãsuetis specie transnauiteq; in insulã Tiberis, vbi ei templũ est extructum, & feriæ Calend. Ianuarijs datæ. Porrò Epidaurus, quæ ante Epitaurus: vt scribit Strabo, oppidum est in Achaia supra Corinthum orientali littore: quod Saromam vocat Plinius, inclytum Aesculapij templũ quod suo in agro habet, quinque passuum millibus ab vrbe. c Vt peritissimus medicus.) Aesculapij tres fuerunt Ciceroni. Primus Apollinis filius, quem Arcades colunt. Secundus, secundi Mercurij, Valentis & Pheronidis filij frater, is fulmine percussus, dicitur humatus esse Cynosuris. tertius Arsippi & Arsinoæ, qui primus purgationem alui, dentisq; euulsionem, vt ferunt, inuenit. cuius in Arcadia non longe à Lusio fluui ne sepulchrum, & lucus ostenditur, Aesculapium illum nobilem medicũ Tarquitius de illustribus viris disserens, sicut est apud Lactantium, ait incertis parentibus natum expositum, & à venatoribus inuentum, canino lacte nutritum, Chironi traditum, didicisse medicinam, fuisse autem Messenium, sed Epidauri habuisse. Hippocrates Cous bellum, cui nauicula nomen est, scripsisse illum refert, vt nos in philosophiæ initijs diximus. Cornelius Celsus in deorum numerũ receptum tradit, cum medicinam adhuc rudem paulo subtilius excoluisset. d Nescio vnde nata.) Ignobile erat eius genus, vt Saturni fratris. Nam Opem hanc dicũt fuisse, idcirco filij Cœli sunt habiti, quòd eorum ignoraretur origo, cum tamen magni & in admiratione hominum essent. Eos vero qui sunt tales, de cœlo descendisse vulgus ferunt. e Præneſtinum montem.) Locus hic est in omnibus exemplaribus, quæ quidem videre mihi contigit mendosus. Alibi sic, Mater etiã deũm nescio vnde à Pessimunte mõte: sed satius erit pro Prænestinum legere, esse Palatinum. Nam in palatio locata est magna deũm, mater è mari aduectã Romam. Liuius libr. xxxvj. & Victor in vrbis regionibus. f Qui longe postea.) Sacra Aegyptia Romam esse introducta tẽporibus Syllæ significat Apuleius in Metamorphosi, hoc est, centũ amplius annis postquàm mater deũm est Romã trãslata. Sed L. Piso. & A. Gabinius Coss. edicto sanxerunt, ne in Capitolio essent: tametsi hoc sequentibus temporibus est abolitum. Tertullianus in Apologetico. g Vtrum etiam dea Febris.) Alibi vtrũ etiã deus Februus ex illa natus sit: quod non congruit, cum Februus sit Pluto, cui Februario mense sacrificatur, à purgatione dictus, de quo non dubitatur. Sed & legendum esse Febrim ostendit, quòd ilico additur, viderit Aesculapius, & alia quę sequuntur. h Viderit Aesculapius.) Facete, quia medicus. i Pronepos.) Quia Apollinis filius, hic Iouis, Iuppiter Opis. k Deam ciuem Romanam.) Et hoc falsum. Nam Romani Febrem deam finxerunt. l Incertos.) Nam sunt quidam, de quorum diuinitate nõ satis constat, quales sunt Panes, Sylvani, Nymphæ. Ouidius in primo Meta. verbis Iouis, Sunt mihi semidei, sunt rustica numina fauni, Et nymphæ, satyriq;, & monticolæ sylvani. Quos quoniã nondum cœli dignamur honore, Quas dedimus certe terras habitare sinamus. Eiusmodi sunt & Hippollytus, & Corybantes, & Attys, & Sabbazius, quos Lucianus ἐν ὑπερνεφέλῳ μετοικίσας θεοὺς & ἀμφιβίους vocat id est, inquilinos deos, & ambiguos. m Grandi fumo suo.) Sacrificiorum, vel vanitate, vt ad allegoriam fumi alludat. Nam fumus pro re vana atque inani solet accipi: vnde illud, fumos vendere. n Tanquam signo dato.) Bellicis aut suspectis temporibus in æditis speculis fasces lignorum prætenuium, perq; ficcorum ponunt speculatores, vt si quis vel subitus hostiũ aduentus emineat, vel terror aliquis existãt, possint quàm primũ fascibus incensis, & suos, & vicinos certiores facere. Φρυκτοὺς Græci id genus fascium vocant, quibus interdum ad centesimum lapidẽ intra semi horulam significatur, vt amici ad propellendum periculi possint in tempore accurrere: potest etiam intelligi hoc signum quod Augustinus dicit, de signo quod in prælio solet dari.

K a *Aesculapius.*

Quo iure, quo fœdere Romani obtinuere prima coniugia.

Caput XIII. M

VOmodo nec Iuno, quæ cum Ioue suo iam fouebat Romanos rerum dominos gentemq; togatam, nec Venus ipsa Aeneadas suos potuit adiuuare: vt bono & æquo more coniugia mererentur, cladesq; tanta irruit huius inopiæ †, vt ea dolo raperent, moxq; compellerentur pugnare cum soceris: & miseræ fœminæ nondum ex iniuria maritis conciliatæ, iam parentum sanguine dotarentur. At enim vicerunt in hac conflictatione Romani vicinos suos. Quantis & quàm multis vtrinque vulneribus ac funeribus, tam propinquorum quàm confinium istę victoriæ constiterunt? Propter vnum Cæsarem a socerum, & vnum generum eius Pompeium: iam mortua Cæsaris filia vxore Pompeij, quanto & quàm iusto doloris instinctu, Lucanus exclamat: Bella per Emathios b plus quàm ciuilia cãpos: Iusq; datum sceleri canimus. Vicerũt ergo Romani, vt strage socerorum manibus cruentis ab eorum filiabus amplexus miserabiles extorquerẽt: nec illæ auderent flere patres occisos, ne offenderent victores maritos: quæ adhuc illis pugnantibus pro quibus facerent vota c, nesciebant. Talibus nuptijs

†coniugii amouerẽtur clades, quæ tanta irruit huius inopia.

Primo lib.

A ptijs populum Romanum non Venus, sed Bellona dotauit, aut fortassis Alecto d illa infernalis furia, iã eis fauente Iunone, plus in illos habuit licentiæ, quàm cũ eius precibus contra Aeneam fuerat excitata. Andromache e fœlicius captiuata est quàm illa coniugia Romana nupserunt: licet seruiles, tamen post eius amplexus nullum Troianorum Pyrrhus occidit. Romani autem soceros interficiebant in prælijs, quorum iam filias amplexabantur in thalamis. Illa victori subdita, dolere tantum suorum mortem potuit, non timere. Illæ sociatæ bellantibus, parentum suorum mortes procedentibus viris timebant, redeuntibus dolebant, nec timorem habẽtes liberum, nec dolorem. Nam propter interitum ciuium, propinquorum, fratrum, parentum, aut pie cruciabantur, aut crudeliter lætabantur victorijs maritorum. Huc accedebat quod vt sunt alterna bellorum, aliquæ parentum ferro amiserunt viros, aliæq; vtrorumque ferro & parentes & viros. Neque enim & apud Romanos parua fuerunt illa discrimina. Siquidem ad obsidionem quoque peruentum est ciuitatis, clausisq; portis se tuebantur. Quibus dolo apertis f admissisq; hostibus intra mœnia, in ipso foro g scelerata & nimis atrox inter generos socerosq; pugna cõmissa est. Et raptores illi etiam superabãtur, & crebro fugientes intra domos suas, grauius fœdabant pristinas h, quanuis & ipsas pudendas lugendasq; victorias. Hic enim Romulus de suorum iam virtute desperans, Iouem rogauit vt starent i, atque ille hac occasione nomen Statoris k inuenit. Nec finis esset tanti mali l, nisi raptæ illæ laceratis crinibus emicarent, & prouolutę parentibus iram eorum iustissimam, non armis victri cibus, sed supplici pietate sedarent. Deinde T. Tatium regem Sabinorum, socium regni Romulus ferre cõpulsus est, germani consortis impatiens: sed quando & istum m diu toleraret, qui fratrem geminumq; nõ pertulit? Vnde & ipso interfecto, vt maior deus esset, regnum solus obtinuit. Quæ sunt ista iura nuptiarum, quæ irritamenta bellorum, quæ fœdera germanitatis, affinitatis, societatis, diuinitatis? Quæ postremò sub tot dijs tutoribus iura * ciuitatis n? Vides quanta hinc dici & quàm multa possent, nisi quæ supersunt nostra curaret intentio, & sermo in alia festinaret.

B

**aliâs uitæ uel uita.*

C

a PRopter vnum Cæsarem.) Iulia vnica C. Cæsaris filia Cn. Pompeio Magno nupsit. hęc grauida è partu obijt, patre bellũ in Gallia gerente. Deinde socer & gener gesserũt bellum ciuile. b Per Emathios.) Emathiam anteà quæ posteà Macedonia fuit, dictã esse, author est Plinius libro quarto. In hac Pompeius & Cæsar concurrerunt. c Pro quibus facerent vota.) Ouidius tertio Fastorum de Sabinis, quum in procinctu essent acies Romanorum & Sabinorũ. Mars loquitur:

Conueniunt nuptæ dictam Iunonis in ædem,
Quas inter mea sic est nurus ausa loqui:
O pariter raptæ, quoniam hoc commune tenemus,
Non vltra lentæ possumus esse piæ.
Stant acies, sed vtra dij sint pro parte rogandi?
Eligite, hinc coniunx, hinc pater arma tenet.
Quærendum est, viduæ fieri malitis an orbæ.

d Aut fortassis Alecto.) Tres furiæ Alectò, Tisiphone & Megæra Acherontis & Noctis fuisse filiæ dicuntur, Alecto iras, odia, turbas, seditiones, rixas, bella, cædes in genere humano excitat,
Quæ possit vnanimes armare in prælia fratres,
Atque odijs versare domos.
Hanc aduersus Troianos Iuno stimulat, Aenei. vij e Andromache.) Hectoris coniunx Tetionis Thebarum Ceciliæ regis filia Hanc post euersum Ilium vxorem duxit Pyrrhus Achillis filius. f Quibus dolo apertis.) Arci Romanæ præerat Sp. Tarpeius: huius filiam Tarpeiam virginem magnis promissis corrupit Tatius rex Sabinorum: vt quum petitum aquam exiret, armatos in arcẽ admitteret. Ipsa se facturã promisit, si quod in læuis omnes gestarent, sibi daretur. Accepit conditionẽ rex, & quum intus iam essent, virginem scutis obrutam interemerunt. Hæc enim in læuis gestabant, quum ipsa de aureis armillis sensisset, quas in sinistris brachijs habebant. Plutarchus in parallelis hoc Albanis, non Sabinis contigisse scribit, ex Aristide Milesio. Sed ego Latinis scriptoribus Liuio, Fabio, Pisoni, Cincio, etiam Dionysio Græco magis acce-

Emathia

Alecto.

Tarpeia uirgo.

do. g In ipso foro.) Inter colles Capitolinum & Palatinũ est pugnatum. h Grauius fœdabant pristinas.) Non de Sabinis victorias, sed de Ceninensibus, Crustuminis & Antennatibus. i Iouem rogauit vt starent.) Liuius libro primo verbis Romuli, suis fugientibus: At tu pater deũm hominumq; hinc saltem arce hostes, deme terrorem Romanis, fugamq; fœdam siste. Hic ego tibi templum Statori Ioui, quod monumentum sit posteris, tua præsenti ope seruatam vrbem esse voueo. Hæc ille. k Atque ille occasione Statoris.) Asistendo, nisi forte ab stãdo: id est, erigendo: quoniam conciderant Romanorum animi. Cicero Iouem hunc custodem imperij Romani frequenter nominat. Credo quia eius templum erat suæ domui vicinum. D. Hieronymus Iouem Statorem stare dicit, non quod ideo dictum Statorẽ puter, quòd rectus ster, sed quòd Iupiter tonans, sicut annotauit Hermolaus Barbarus, sedens fingatur in antiquis monetis ac simulachris: stator vero stans, tanquam erectus ad ferendam opem. Seneca in. iiij. de beneficijs libro altiorẽ reddit causam, cur stator dicatur: Non, inquit, quemadmodum historici tradiderunt, ex eo quòd post votum suscepturn acies Romanorum fugientium stetit, sed quòd stant beneficio eius omnia, stator stabilitorq; est. Cicero nõ dissimiliter. Atque etiam Iouem quum Opti. maxi. dicimus, cumq; eundem salutarem, hospitalem, statorem, hoc intelligi volumus, salutem omnium in eius esse tutela, verum vterque Stoico more. Nam apud Ciceronẽ ea verba, quæ citaui, loquitur Cato Stoicus iij. de finibus. Stoici ad altiores intellectus hęc omnia de dijs reuocabãt. l Nec finis esset tanti mali.) Media pugna raptæ passis crinibus inter duas acies se coniecerunt. Et hinc viros, inde parentes ad concordiam precibus & lachrymis adduxerunt. Ita intermisso prælio fœdus est ictum, Sabini in ciuitatem admissi, & Tatius in partem regni. m Sed quando & istum.) Laurentes Titum Tatium Lauini interfecerunt, quinto anno pòst quàm cœpisset regnare cum Romulo, quòd ab eius propinquis legati sui essent pulsati. Romulus eam rem latus accepit. n Iura ciuitatis.) In vetustis exemplaribus, in altero est vita, in altero vitæ ciuitatis. vtrunque argutius quàm iura.

D

De impietate belli, quod Albanis Romani intulerunt, & de uictoria dominandi libidine adepta. *Caput* XIIII. E

QVid deinde post Numam sub alijs regibus? Quanto malo, non solum suo, sed etiam Romanorum, in bellum Albani prouocati sunt? quia videlicet pax Numæ tã longa viluerat, quàm crebræ strages Romani Albaniq; exercitus fuerunt, & vtriusque commotio † * ciuitatis. Alba namque a illa, quã filius Aeneæ creauit Ascanius, Romæ mater propior ipsa quàm Troia à Tullo Hostilio rege prouocata conflixit. Confligens autem & afflicta est & afflixit, donec multorum tæderet pari defectione certaminum. Tunc euentum belli de Tergeminis b hinc atque inde fratribus placuit experiri: à Romanis tres Horatij, ab Albanis autem tres Curiatij processerunt: à Curiatiis tribus duo Horatij, ab vno autem Horatio tres Curiatij superati & extincti sunt. Ita Roma extitit victrix, ea clade etiam in certamine extremo, vt de sex θ viuis θvnus rediret domum. Cui damnum in vtrisq; Cui luctus nisi Aeneæ stirpi, nisi Ascanij posteris, nisi proli Veneris, nisi nepotibus Iouis? Nam & hoc plus quàm ciuile bellum fuit, quando filia ciuitas cum ciuitate matre pugnauit. Accessit aliud c huic Tergeminorum pugnæ vltimæ atrox atque horrendum malum. Nam vt erant ambo populi prius amici, vicini quippe atque cognati, vni Curiatiorum desponsata fuerat Horatiorum soror: hæc postea quàm sponsi spolia in victore fratre conspexit, ab eodem fratre quoniam fleuit, occisa est. Humanior huius vnius fœminæ, quàm vniuersi populi Romani mihi videtur fuisse affectus. Illa quem virũ iam fide media retinebat, aut forte etiã ipsum fratrem dolens, qui eum occiderat, cui sororem promiserat, puto quod non culpabiliter fleuerit. Vnde enim apud Vergilium pius Aeneas d laudabiliter dolet, hostem etiam sua peremptum manu. Vnde Marcellus Syracusanam ciuitatem recolens, eius paulo ante culmen & gloriam sub manus suas subito concidisse, communem cogitans conditionem flendo miseratus est. Quęso ab humano impetremus affectu, vt fœmina sponsum suum à fratre suo peremptum sine crimine fleuerit, si viri hostes à se victos etiam cum laude fleuerunt. Ergo sponso à fratre illatam mortẽ quã-

F

Aneï. 10.

G do fœmina illa flebat, tunc se contra matrem ciuitatē tanta strage bellasse, & tāta hinc & inde cognati cruoris effusione vicisse Roma gaudebat. Quid mihi obtenditur nomen laudis, nomenq; victoriæ? Remotis obstaculis insanę opinionis, facinora nuda cernantur, nuda pensentur, nuda iudicentur. Causa dicatur, Albæ sicut Troiæ adulterium dicebatur. Nulla talis, nulla similis inuenitur. Tātum vt desides moueret Tullus in arma viros, & iam desueta triūphis Agmina. Illo itaque vitio* tantum scelus perpetratum est socialis belli atque cognati. Quod vitium Salustius magnū transeunter attigit. Cum enim laudās breuiter antiquiora, commemorasset tempora, quando vita hominum sine cupiditate agitabatur, & sua cuique satis placebant. Postea vero, inquit, quām in Asia Cyrus [e] in Græcia Lacedæmonij & Athenienses cœpere vrbes atque nationes subigere, libidinem dominandi causam belli habere, maximam gloriam in maximo imperio putare, & cætera quæ ipse instituerat dicere. Mihi huc vsque satis sit eius verba posuisse. Libido ista dominandi magnis malis agitat, & conterit genus humanum. Hac libidi-

H ne Roma tunc victa Albam se vicisse triumphabat, & sui sceleris laudem gloriam nominabat. Quoniā laudatur, inquit scriptura nostra, peccator in desiderijs animæ suæ, & qui iniqua gerit benedicitur. Fallacia igitur tegmina, & deceptoriæ dealbationes auferantur à rebus, vt syncero inspiciantur examine. Nemo mihi dicat, magnus ille atque ille, quia cum illo & illo pugnauit, & vicit. Pugnant etiam gladiatores, vincunt & ipsi: habet præmia laudis [f], & illa crudelitas. Sed puto esse satius cuiuslibet inertiæ pœnas luere, quām illorū armorum gloriam quærere. Et tamen si in arenā procederent pugnaturi inter se gladiatores, quorum alter filius, alter pater esset, tale spectaculum quis ferret? quis non auferret? Quomodo ergo gloriosum alterius matris, alterius filiæ ciuitatis, inter se armorum potuit esse certamen? An ideo diuersum fuit, quòd arena vlla non fuit, & latiores campi non duorum gladiatorum, sed in duobus populis, multorum funeribus impleban tur? Nec amphitheatro [g] cingebantur illa certamina, sed vniuerso orbe. Et tunc viuis & posteris quousque ista fama porrigitur, impium spectaculū præbebatur. Vim tamen patiebantur studij sui dij illi præsides im-

I perij Romani, & talium certaminum tanquam theatrici spectatores, donec Horatiorum soror propter Curiatios tres peremptos, etiam ipsa tertia ex altera parte fraterno ferro duobus fratribus adderetur, ne minus haberet mortiū etiam Roma quæ vicerat. Deinde ad fructum victoriæ [h] Alba subuersa est. Vbi post Ilium, quod Græci euerterunt, & post Lauinium, vbi rex Latinus Aeneam regem peregrinum atque fugitiuū cōstituerat, tertio loco habitauerant numina illa Troiana. Sed more suo etiam inde iam fortasse migrauerāt, ideo deleta est. Discesserant videlicet omnes adytis arisq; relictis dij, quibus imperiū illud steterat. Discesserant sanè ecce iam tertiò, vt eis quarta Roma prouidentissime crederetur. Displicuerat & Alba, vbi Amulius expulso fratre: & Roma placuerat, vbi Romulus occiso fratre regnauerat. Sed antequam Alba diueretur, transfusus est, inquiunt, populus eius in Romam, vt ex vtraq; vna ciuitas fieret. Esto ita factum sit, vrbs tamen illa, Ascanij regnum, & tertium domiciliū Troianorum deorum ab vrbe filia mater euersa est. Vt autem belli reliquiæ è duobus populis vnū facerent miserabile coagulū, multus ante fusus vtriusque sanguis

*ocio.

Aenei. 6.

Psal. 9.

Aenei. 2.

fuit. Quid iam singulatim dicam sub cæteris regibus K toties eadem bella renouata, quæ victoriis finita videbantur, & tantis stragibus iterum atque iterum cōfecta: iterum iterumq; post fœdus & pacem inter generos & soceros, & eorum stirpē posterosq; repetita? Nō paruum indicium calamitatis huius fuit, quod portas belli nullus clausit illorum. Nullus ergo illorum sub tot dijs præsidibus in pace regnauit.

Alba nanque.) Albæ sunt mulæ. Est enim Alba in Hispania, quæ & virgo dicitur. Plinius libro tertio. Est in Gallia Narbonensi Helnorum oppidum. Est in Italia ad Lacum Fucinū: vnde Albenses. Est in Gallia citeriore, quę cognominatur Pōpeia. Est in Latio in dorso montis Albani, quæ Alba longa. Roma vero, nō illa modo, quam Romulus condidit, colonia est huius Albæ, quā deduxerunt Romulus & Remus, sed etiam veterem illam quæ ante hāc fuit, sunt qui arbitrantur à Romulo Aeneæ filio conditam. Deinde cum ob cœlum pestilens, tum & incursiones hostium deseresetur, ab Albanis miserantibus esse restitutam, missis eò de suis ciuibus, qui lapsa repararent, & frequentem facerent vrbem solitariam. b Belli de Tergeminis.) Liuius lib. j. Res est vulgaris. Mœtius Suffecius Albanorum dictator, hoc consilium & sibi cepit & Tullo dedit Romanorū regi, ne strage vtiusque populi res deciderentur, sed transigeretur per paucos. Ita fœdere icto commissum est fortunæ sex virorum, vter populus alteri imperaret. Bini Tergemini erant in illis exercitibus: illi commissi sunt, vt cuius populi ciues vicissent, penes eum esset imperium. c Accessit aliud.) Satis fuse Augustinus id narrat, vt intelligi possit. d Pius Aeneas.) Lausum Mezentij filium in decimo Aenei. e In Asia Cyrus.) Cyri duo fuerunt: Maior de quo hic loquitur, qui Asiam, Scythiam, totūq; Orientem domuit, eo tempore quo Tarquinius Superbus regnabat Romæ: Cræsum Lydorum opulentissi. regem cepit. à Thomiri Scytharum regina captus & interfectus est, capite in cacabū humani sanguinis plenum cōiecto, vt sanguine se humano saturaret, quem tantopere sitierat. Plutarchus, Strabo, Trogus, Herodotus, & alij quamplurimi Græci. Herodotus hunc μεγάλον βασιλέα vocat. Vnde & cæteri Persarum reges sic vocari voluerunt. Alter fuit Cyrus minor Darij filius, Artaxerxis frater, cuius ἀνάβασιν in Persia scripsit Xenophon. f Habet præmia laudis.) Coronas lenniscatas. g Nec amphitheatro.) Theatrum est in modū semicirculi, Amphitheatrum in modum circuli: harena sternebatur, & in eo munus gladiatorium ædebatur. h Deinde ad fructū victoriæ.) Liuius libro primo bello Veienti, Cum Mœtius Albanus cum exercitu medium se gessisset, nec Tullo Romano regi pugnanti ex fœdere adfuisset, Tullus Mœtium quadrigis discerpi, Albam vero dirui iussit, Albanosq; Romam migrare.

a Albæ.

Cyri.

L

Magnus rex.

Theatrum

Amphitheatrum.

Qualis Romanorum regum uita atque exitus fuerit.

Caput XV.

IPsorum autem regum qui exitus fuerunt? De Romulo viderit adulatio fabulosa, qua perhibetur receptus in cœlum. Viderint quidā scriptores eorum, qui eum propter ferocitatem [a] à senatu discerptum esse dixerunt, subornatumq; nescio quem [b] Iulium Proculum, qui eū sibi apparuisse diceret, eumq; per se populo mandasse Romano, vt inter numina coleretur, eoq; modo populum qui contra senatum intu

M mescere cœperat repressum atque sedatum. Acciderat enim & solis defectio, quam certa ratione sui cursus effectam imperita nesciens multitudo [c], meritis Romuli tribuebat. Quasi vero si luctus ille solis fuisset, nō magis ideo credi deberet [d] occisus, ipsumq; scelus auersione etiam diurni luminis indicatum. Sicut reuera factum est, cū dominus crucifixus est crudelitate atque impietate Iudæorum. Quam solis obscurationem [e] nō ex canonico syderū cursu accidisse, satis ostendit, quod tunc erat Pascha Iudæorum. Nam plena luna Paschæ solennitas agitur. Regularis [f] autem solis defectio nō nisi lunæ fine, contingit. Satis & Cicero illā inter deos Romuli receptionē putatā magis significat esse quàm factam, quando & laudans eum in libris de republica Scipionisq; sermone: Tantum est, inquit, cōsecutus, vt cum subito sole obscurato nō comparuisset, deorum in numero collocatus putaretur: quam opinionem nemo vnquam mortalis assequi potuit, sine eximia virtutis gloria. Quod autem dicit eum subito non comparuisse, profecto ibi intelligitur, aut violentia tempestatis, aut cædis facinorisq; secretum. Nam & alij scriptores eorum, defectioni solis addunt etiam subitam tempe-

Matth. 27

statem

A statē [g], quæ profecto, aut occasionē sceleri præbuit, aut Romulum ipsa consumpsit. De Tullo [h] quippe etiam Hostilio, qui tertius à Romulo rex fuit, qui & ipse fulmine absumptus est, dicit in eisdē libris idem Cicero, propterea & istum non creditum inter deos receptum tali morte, quia fortasse quod erat in Romulo probatū, id est, persuasum, Romani vulgare noluerunt, id est, vilefacere [i], si hoc & alteri facile tribueretur. Dicit etiā aperte in inuectiuis: Illū qui hāc vrbem condidit Romulum, ad deos immortales beneuolentia famaq; sustulimus: vt non vere factū, sed propter merita virtutis eius beneuolentia iactatum diffamatumq; mōstraret. In Hortensio [k] vero dialogo cū de solis canonicis defectionibus loqueretur: vt easdē, inquit, tenebras efficiat, quas effecit in interitu Romuli, qui in obscuratione solis est factus. Certe hic minime timuit hominis interitum dicere, quia disputator magis quàm laudator fuit. Cæteri autē reges populi Romani excepto Numa Pompilio, & Anco Martio, qui morbo interierunt, quàm horrendos exitus habuerunt? Tullus vt dixi Hostilius victor & euersor Albæ, cū tota domo sua fulmine cōcrematus est. Priscus Tarquinius [l] per sui decessoris* filios interemptus est. Seruius Tullius geneni sui Tarquinij Superbi, qui ei successit in regnum,

B nefario scelere occisus est. Nec discessere adytis arisq; relictis dij, tanto in optimū illius populi regē parricidio perpetrato, quos dicunt vt hoc miseræ Troiæ faceret, eamq; Græcis diruendā exurendamq; relinquerent, adulterio Paridis fuisse cōmotos. Sed insuper interfecto à se socero, Tarquinius ipse successit. Hunc illi dij nefarium parricidam sceleri interfectione regnātē, insuper multis bellis victoriisq; gloriantem, & de bellorum manubiis Capitolium fabricantē, nō abscedentes sed præsentes manentesq; viderunt, & regem suum Iouem in illo altissimo templo, hoc est, in opere parricidæ, sibi præsidere atque regnare perpessi sunt. Nequē enim adhuc innocens Capitolium [m] struxit, & postea malis meritis vrbe pulsus est, sed ad ipsum regnum in quo Capitoliū fabricaret immanissimi sceleris perpetratione peruenit. Quod vero eū [n] Romani regno postea depulerunt ac secluserunt mœnibus ciuitatis, non ipsius de Lucretię stupro, sed filij peccatum fuit, illo nō

C solū nesciētē, sed etiā absente cōmissum. Ardeā ciuitatem tunc oppugnabat, & pro populo Romano bellum gerebat: nescimus quid faceret, si ad eius notitiā flagitium filij deferretur. Et tamē inexplorato eius iudicio & inexperto, ei populus ademit imperiū: et recepto exercitu, à quo deseri iussus est, clausis deinde portis non sunt passi ītrare redeuntē. At ille post bella grauissima, quibus eosdē Ro. concitatis finitimis attriuit, postea q̄ desertus ab eis quorū fidebat auxilio, regnum recipere nō valuit, in oppido Tusculo [o] Romæ vicino, quatuordecim, vt fertur, annos priuatā vitam quietus habuit, & cū vxore consenuit, optabiliore fortassis exitu quàm socer eius generi sui facinore, nec ignorante filia [p], sicut perhibetur extinctus. Nec tamē istum Tarquiniū Ro. crudelē, aut sceleratum, sed superbū appellauerunt, fortassis regios eius fastus [q] alia superbia nō ferentes. Nā scelus occisi ab eo soceri optimi regis sui vsqueadeo contempserunt, vt eum regem suum facerent: vbi miror si non scelere grauiore mercedē tantam, tanto sceleri reddiderūt, nec discessere adytis arisq; relictis dij. Nisi forte quispiā sic defendat istos deos, vt dicat eos ideo mansisse Romæ, quò possent Rom. magis punire suppliciis quàm beneficiis adiuuare, seducentes eos va

*prædecessores.

Aene. 2.

nis victoriis, & bellis grauissimis cōterentes. Hæc fuit D Romanorum vita sub regibus laudabili tēpore illius Reip. vsque ad expulsionem Tarquinij Superbi per duo centos fermè & quadraginta, & tres annos, cū illæ omnes victoriæ tam multo sanguine, & tantis empręcalamitatibus, vix illud imperiū intra viginti ab vrbe [r] miliaria dilatauerint. Quantū spatiū absit vt saltē ab alicuius Getulæ ciuitatis [s] nūc territorio comparetur.

QVi cum propter ferocitatē.) Dionysius libro secundo refert patres discerpsisse Romulū: ac vnumquemque frustum aliquod corporis sub toga occuluisse, ne quid vsquam cōpareret: ita quomodo Romulus obierit à multitudine esse ignoratum. b Subordinatū nescio quē.) Legendū subornatū: nescio quem addit, vel propter obscuritatē authoris, vel propter vilitatē mendacij, & periurij. c Imperita nesciēs multitudo.) Antequā ostensa esset vulgo à philosophis ratio defectuū solis & lunæ, homines quum illa sydera deficere viderēt, aut scelus aliquod ingens, aut mortem eorum metuebant. Hic pauor non in rudi solū erat plebe, sed in eruditis quoq;, velut Stesichoro, & Pindaro lyricis vatibus. d Magis ideo credi deberet.) Tota sentēria est inuersa defectu negationis. Dicendum enim, non magis ideo. e Quā solis obscurationem.) Interuentu lunæ inter solē & nos auferuntur nobis solis radij, idq; defectus solis dicitur. Interiecta vero terra inter solem & lunam, illiusq; vmbra in lunam ingruente, fit lunæ deliquiū: idcirco nec deficere sol potest nisi luna siletē, cum ei subiiciatur: hoc est, in coitu ipsorū syderum, nec luna ipsa, nisi quū est plena, quum maxime videlicet à sole distat: tum demum enim terra solis splendorē auferre ei potest. f Regularis.) Idē est regularis quod canonicus, à canone Græco, hinc quidam monachi diui Augustini ne non semel putentur regulares, bis hoc vocari gaudent. g Addunt etiā subitam tempestatem.) Liuius, Subito coorta tempestas cum magno fragore, tonitribusq;. h De Tullo.) Hūc quidam fulmine cū tota domo conflagrasse scribunt. Alij incensam eius domum ab Anco Martio, qui postea regnauit, affirmant. i Romani vulgare noluerunt, id est, vilificare.) Quod Augustinus scripserat vilefacere, parum erat scite & doctrinaliter dictum. Ideo vilificare fuit pro eo substituendum, præsertim si Tullianus aliquis emendauit, quibus omnia in hanc formam conuertūtur, hominificare, animalificare, accidētificare, asinificare. k In Hortensio.) Hortensium amisimus. Nam quem quidam Hortensium esse putant, quartus est Academicarum quæstionum. Marcellus est testis in plerisq; locis. l Priscus Tarquinius.) Quintus Romanorum rex, Demaratii Corinthij filius, à pastoribus, quos filij Anci Martij subornarunt, occisus est. Huic successit Seruius Tullius gener, vir magnus & pace & bello, qui multis præclaris & vtilissimis institutis vrbem ornauit, atque adiuuit. Opera Tarquinij Superbi generi est occisus. Tarquinius in suos ciues asper & immitis, bello strenuus fuit. m Capitolium.) In Saturnio colle, qui postea Tarpeius est dictus, Ioui re. opt. max. ædificauit. n Quod vero eum.) Septimus hic rex & vltimus fuit expulsus à Bruto Collatino, Lucretio, Valesio, Horatio, & aliis, cum ob multas acceptas antea iniurias, tum ob recens Sexti eius filij facinus in Lucretiam. Ardeam oppugnabat rex, quum populus ei imperium abrogauit: ipse quū in vrbem veniret, exercitu etiam spoliatus est à Bruto, qui alia via ad castra properauerat. o In oppido Tusculo.) Vulgatior opinio est, eum Cumis diem obiisse, natum annos ferè nonaginta apud Aristodemum Tyrannum: tametsi haud negauerim aliquot annos eum Tusculi mansisse apud Octauium Mamilium generum, quousq; nobili illa ad lacum Regillum pugna, Mamilius à T. Herminio legato occisus est. Quæ res forsan fecit, vt Augustinus memoria laberet in re videlicet exigua, et quę non multū interest, sic aut secus narrari. p Nec ignorante filia.) Immo, vt scribunt, stimulante virum, vt id facinus tantum faceret. q Fortassis regios eius fastus.) Fastiū dictū, & aceti plenū. r Intra viginti ab vrbe.) Sextus Ruffus xviij. miliaria ponit, vsque ad Ostiā ab Anco rege in portu positam, Eutropius nō nisi. xvj. s Getulæ ciuitatis.) Getulia pars est Aphricæ prope tractū inhospitalem, et inhabitabilem sicut Mela Pōponius describit. De Getulis sic Salustius Iugur. Aphricā habuere initio Getuli asperi, incultiq;, quibus cibus erat caro ferina, atq; pabulū vti pecoribus. Hi neq; moribus, neq; lege, aut imperio cuiusquā regebātur vagi, palātes, quò nox coēgerat sedes habebāt. Hęc & alia nōnulla idē Salustius, De Getulis. Eam gentē Mela frequentē multiplicēq; esse scribit.

a Romuli mors.

E

F

Getulia.

Getuli.

De primis apud Ro. cōsulibus, quorū alter alterū patria pepulit, moxq; Romæ post atrocissima parricidia à uulnerato hoste uulneratus interiit. Cap. XVI.

VIc tēpori adiiciamus etiā tēpus illud, quousq; dicit Salustius, æquo & modesto iure agitatū, dū metus à Tarquinio & graue bellū cū Etruria positū est. Quādiu enī Etrusci Tarquinio redire in regnū conāti opitulati sunt, graui bello Roma cōcussa est. Ideo dicit æquo & modesto iure gestā Rēpmetu premente, nō persuadēte iustitia. In quo breuissimo* tēpore quàm funestus ille annus fuit, quo primi cōsules creati sūt, expulsa regia potestate. Annū quippe suum nō cōpleuerūt. Nā Iunius Brutus exhonoratum eiecit vrbe collegam Lucium Tarquinium Collatinū. Deinde mox ipse in bello cecidit, mutuis cum ho-

Tullus Hostilius

Priscus Tarquinius

Capitoliū

*aliâs grauissimo.

d ste vulne-

G ſte vulneribus [a], occiſis à ſeipſo [b] primitus filijs ſuis, & vxoris ſuæ fratribus, quòd eos pro reſtituēdo Tarquinio cōiurasse cognouerat. Quod factū Virgilius postea quàm laudabiliter cōmemorauit, cōtinuo clemēter exhorruit. Cū enī dixisset: Natosq; pater noua bella mouentes, Ad pœnā pulchra pro libertate vocabit. Mox deinde exclamauit, & ait: Infœlix vtcunq; ferent ea facta* minores. Quomodolibet, inquit, ea facta posteri ferant, id est, præferāt & extollant, qui filios occidit infœlix est. Et tanquā ad cosolādum infœlicē, subiunxit: Vicit amor patriæ, laudūq; immēsa cupido. Nonne in hoc Bruto, qui & filios occidit, & à se percusso hoste & filio Tarquinij[c] & mutuo percussus superuiuere* nō potuit, eiq; potius ipse Tarquinius superuixit, Collatini [d] collegæ videtur innocētia vindicata, qui bonus ciuis hoc Tarquinio pulso passus est, quod tyrānus ipse Tarquinius? Nā & idē Brutus [e] cōsanguineus Tarquinij fuisse perhibetur. Sed Collatinū videlicet similitudo nominis pressit, quia etiam Tarquinius vocabatur. Mutare ergo nomen, nō patriā cogeretur. Postremo si in eius nomine [f] hoc vocabulū minus esset, L. Collatinus tantūmodo vocaretur. Sed ideo nō amisit quod sine vllo detrimento posset amittere, vt & honore primus cōsul, & ciuitate bonus ciuis carere iuberetur. Etiā ne ista est gloria Iunij Bruti detestāda iniquitas, & nihilo vtilis Reip.θ Et θ etiā ne ad hanc perpetrandā, Vicit amor patriæ, laudūq; immensa cupido? Iam expulso vtiq; Tarquinio tyrāno: cōsul cū Bruto creatus est maritus Lucretiæ Lucius Tarquinius Collatinus: quàm iuste populus mores in ciue, nō nomen attendit, quàm iniuste Brutus collegā primæ ac nouæ illius potestatis, quē posset, si hoc offendebatur, nomine tantū priuare, & patria priuauit & honore. Hæc mala facta sunt: hęc aduersa acciderūt: quando in illa Rep. æquo & modesto iure agitatū est: Lucretius [g] quoq; qui in locū Bruti fuerat surrogatus, morbo antequā idē annus terminaretur; absumptus est. Ita Publius Valerius qui successerat Collatino, & Marcus Horatius, qui pro defuncto Lucretio suffectus fuerat, annū illū funereū atq; Tartareū, qui cōsules quinq; habuit, cōpleuerunt. Quo anno cōsulatus ipsius nouū honorē ac potestatem auspicata est Ro. Resp. tūc iam diminuto paululū metu, nō quia bella cōquieuerant, sed quia non tam graui pondere vrgebant. Finito scilicet tēpore, quo æquo & modesto iure agitatū est, secuta sunt quę idē Salust. breuiter sic explicat. Deinde seruili imperio patres plebem exercere, de vita atq; tergo regio more consulere, agro pellere, & cæteris expertibus soli in iperio agere. Quibus agitata sęuitiis: & maxime fœnore oppressa plebes, cū assiduis bellis tributū & militiā simul toleraret, armata montē sacrū atq; Auentinum insedit. Tumq; tribunos plebis & alia sibi iura parauit, discordiarū, et certaminis vtriusq; finis fuit secūdum bellum Punicum.

*al. fata.

*aliàs, & à se percusso hosti filio Tarquinii mutuo percussus super.

H

I

a Mvtuis cū hoste vulneribus.) Cū Arunte Tarquinio regis filio, mortuū matronæ annū luxerunt: collega Valerius laudauit, eaq; fuit prima funebris oratio Romæ. b Occisis à seipso.) De reducendis clàm Tarquiniis Vitellij fratres vxoris Bruti cum legatis regiis agebant, & asciuerant in consiliū T. & Tybe. Iunios Brutos consulis filios. Brutus rē detecta, de filiis & vxoris fratribus supplicium sumpsit. c Et à se percusso hoste & filio Tarquinij.) Sic legitur in vetustis libris: & à se percusso hosti filio Tarquinij mutuo percussus. d Collatini collegæ.) Dixi obseruatum esse, qui collegæ magistratum abrogarit, annum nō vixisse. e Nam & idem Brutus.) Hic fuit M. Iunij & Tarquinij regis sororis filius. f Postremo si in eius nomine.) Melius si cōiunctio, si, alio transferetur sic: † Postremo in eius nomine, hoc vocabulū minus esset, si Lucius Collatinus. g Lucretius.) Primus annus consularis quinq; habuit cōsules, Brutū & Collatinū primū. Collatino abrogato magistratu suffectus est P. Valerius Publicola. Bruto mortuo in bello, Valerius Sp. Lucretiū Lucretiæ patrem substituit: huic morbo absumpto, successit M. Horatius Puluillus.

† Sic habet uetera Victoriana.

Post initia consularis imperii quibus malis uexata fuerit Ro. Respublica diis nō opitulātibus quos colebat. Ca. XVII. K

QVid itaq; ego tantas moras vel scribens patiar, vel lecturis afferam? Quàm misera fuerit illa Respublica, tā longa ætate per tot annos vsq; ad secundū bellum Punicum, bellis forinsecus inquietare non desistētibus, & intus discordiis seditionibusq; ciuilibus, à Salustio breuiter intimatum est. Proinde victoriæ illæ non solidà beatorum gaudia fuerunt, sed inania solatia miserorū, & ad alia atq; alia terribilia mala subeunda illecebrosa incitamenta minime quietorum. Nec nobis quia hæc dicimus, boni Romani prudentesq; succenseant: quanquàm de hac re nec petendi sint nec monendi, quando eos minime succensuros esse certissimū est. Neq; enim grauius vel grauiora dicimus authoribus eorum, & stylo & ocio multum impares. Quibus tamen ediscendis & ipsi elaborauerunt, & filios suos elaborare cōpellunt. Qui autem succensent, quando me ferrent, si ego dicerē, quod Salust. ait? Plurimæ turbæ seditiones & ad postremum bella ciuilia orta sunt, dum pauci potētes [a], quorum in gratiam pleriq; cōcesserant sub honesto patrū aut plebis nomine dominationes affectabāt: boniq; & mali ciues appellati, non ob merita in Rēp. θ incesserant θ [b] omnibus pariter corruptis, sed vti quisq; locupletissimus & iniuria validior, quia præsentia defendebat †, pro bono ducebatur. Porrò si illi scriptores historiæ ad honestā libertatē pertinere arbitrati sunt, mala ciuitatis propriæ non tacere, quā multis locis magno pręconio laudare cōpulsi sunt, cū aliam veriorē quo ciues æterni legendi sunt non haberent: quid nos facere cōuenit, quorū spes quanto in deo melior & certior, tanto maior debet esse libertas, cū mala pręsentia Christo nostro imputant, vt infirmiores imperitioresq; mētes alienentur ab ea ciuitate, in qua sola iugiter fœliciterq; viuendum est? Nec in deos eorū horribiliora nos dicimus, quàm eorū identidē authores, quos legūt & prædicant: quandoquidē & ex ipsis quæ diceremus accepimus, & nullo modo dicere, vel talia, vel cūcta sufficimus. Vbi erant ergo illi dij [c], qui propter exiguā fallacemq; huius mundi fœlicitatē colendi existimantur, cū Ro. quibus se colendos mendacissima astutia venditabant, tantis calamitatibus vexarentur? Vbi erant quando Valerius cōsul, & ab exulibus & seruis inscensum [d] Capitoliū cū defensaret occisus est? Faciliusq; ipse prodesse potuit ædi Iouis, quàm illi turba tot numinum cum suo maximo atq; optimo rege, cuius tēplum liberauerat, subuenire. Vbi erant quando dēsissimis fatigata ciuitas seditionum malis, cum legatos Athenas missos ad leges mutuandas paululū quieta operiretur, graui fame pestilentiaq; vastata est? Vbi erant quādo rursus populus cū fame laboraret, præfectum annonæ primū creauit, atq; illa fame inualescente, Spurius Aemilius [e] qui esurienti multitudini frumenta largitus est, regni affectati crimen incurrit, & eiusdē præfecti instātia per dictatorē L. Quintium ætate decrepitū, à Qu. Seruilio magistro equitū, cū maximo & periculosissimo tumultu ciuitatis occisus est? Vbi erant quando pestilētia maxima exorta, diis inutilibus sine remedio populus diu multūq; fatigatus, noua lectisternia [f], quod nunquàm antea fecerat, exhibēda arbitratus est? Lecti autē sternebantur in honorem deorum, vnde hoc sacrum vel potius sacrilegium nomen accepit. Vbi erāt, quando per decem continuos annos male pugnando crebras & magnas clades apud Veios exercitus Romanus

L

*aliàs dabat.

M

A manus acceperat, nisi per Furium Camillum tandem subueniretur, quem postea ciuitas ingrata damnauit? Vbi erant, quando Galli Romam ceperunt, spoliauerunt, incenderunt, cædibus impleuerunt? Vbi erant, cū illa insignis pestilentia tam ingentem stragem dedit, qua & ille Furius Camillus extinctus est, qui Rēp. ingratam & à Veientibus ante defendit, & de Gallis postea vindicauit? θ Inde θ in hac pestilentia scenicos ludos aliam nouam pestem non corporibus Rom. sed, quod est multo perniciosius, moribus intulerunt. Vbi erant, quando alia pestilentia grauis de venenis matronarum [g] exorta credita est, quarum supra fidē multarum atque nobilium mores deprehēsi sunt omni pestilentia grauiores? Vel quando in Caudinas furcas à Sānitibus obsessi ambo cum exercitu consules fœdus cum eis fœdum facere coacti sunt: ita vt equitibus Ro. sexcentis obsidibus datis, cæteri amissis armis, aliisque spoliati priuatiq; tegminibus, sub iugum hostium cum

B vestimentis singulis mitterentur? Vel quando graui pestilentia cæteris laborantibus, multi etiam in exercitu icti fulmine perierunt? Vel quando itidem alia intolerabili pestilentia* Aesculapium ab Epidauro quasi medicum deum Roma aduocare atq; adhibere compulsa est: quoniam regem omniū Iouem, qui iam diu in Capitolio sedebat, multa stupra, quibus adolescens vacauerat, non permiserant fortasse discere medicinā? Vel cum conspirantibus vno tempore hostibus Lucanis, Brutiis, Samnitibus, Etruscis & Senonibus Gallis primo ab eis legati perempti sunt: deinde cum prætore oppressus exercitus, septem tribunis cum illo pereūtibus, & militum tredecim milibus? Vel quando post graues & lōgas Ro. seditiones, quibus ad vltimū plebs in Ianiculum hostili diremptione secesserat: cuius malī tā dira calamitas erat, vt eius rei causa, quod in extremis periculis fieri solebat, et dictator crearetur Hortensius, qui plebe reuocata in eodem magistratu expirauit, quod nulli dictatori antè contigerat, quod illis diis iam præsente Aesculapio grauius crimen fuit. Tū vero tam multa [h] bella vbique crebruerunt, vt inopia militum proletarij illi, qui eò quòd proli gignendæ vacabant, ob egestatem militare nō valentes hoc nomen acceperant, militiæ conscriberentur. Accitus etiam à Tarentinis Pyrrhus [i] rex Græciæ, tunc ingenti gloria celebratus Ro. hostis effectus est. Cui sanè de rerum futuro euentu [k] consulenti, satis vrbane Appollo sic ambiguum oraculum ædidit, vt è duobus, quicquid accidisset, ipse diuinus haberetur. Ait enim: Dico te Pyrrhe vincere posse Ro. Atque ita siue Pyrrhus à Ro. siue Romani à Pyrrho vincerētur, securus fatidicus vtrumlibet expectaret euentum. Quę tūc & quàm horrenda vtriusque exercitus clades, in qua tamen superior [l] Pyrrhus extitit, vt iam posset Apollinē pro suo intellectu prędicare diuinum: nisi proxime alio pręlio Ro. abscederent superiores: atque in tanta strage bellorum [m] etiam pestilentia grauis exorta est mulierū. Nam priusquam maturos partus æderent, grauidę moriebantur. Vbi se credo Aesculapius excusabat, quòd ἀεχίατρον [n] se, non obstetricem profitebatur. Pecudes quoque similiter interibant, ita vt iam defecturum genus animalium crederetur. Quid hyems illa memorabilis tam incredibili immanitate sæuiens, vt niuibus horrenda altitudine etiam in foro per dies. xl. manentibus, Tyberis quoque glacie duraretur? Si nostris temporibus accidisset, quæ isti & quanta dixissent? Quid illa itidē ingens [o] pestilētia, quandiu sæuiuit, q̄ multos peremit? Quæ cū in annū alium multo grauius tēderetur, frustra præsente Aesculapio, aditū est ad libros Sibyllinos. In quo genere oraculorū [p], sicut Cic. in lib. de diuinatione cōmemorat, magis interpretib. vt possunt siue volunt dubia coniectantibus credi solet. Tūc ergo dictū est eam esse causam pestilentię, quòd plurimas ædes sacras [q] multi occupatas priuatim tenerent: sic iterim à magno imperitiæ vel desidię crimine Aesculapius liberatus est. Vnde autem à multis ædes illæ fuerāt occupatæ nemine prohibente, nisi quia tātæ numinū turbæ diu frustra fuerat supplicatū: atq; ita paulatim loca deserebantur à cultoribus, vt tanquā vacua sine vllius offensione possent humanis saltem vsibus vēdicari. Nanq; tūc velut ad sedandā pestilētiā diligēter repetita fuerūt atq; reparata: nisi postea eodē modo neglecta atq; vsurpata latitarēt, nō vtiq; magnæ peritię Varronis tribueretur, quod scribēs de ędibus sacris, tā multa ignorata cōmemorat. Sed tūc iterim elegās nō pestilentiæ depulsio, sed deorū excusatio procurata est.

*Vel quādo etiā inter alia intolerabilis p.

D

Lib. 2.

Proletarii.

Capite censi.

Pyrrhus.

a Dvm pauci potentes.) Homines de plebe, qui vel odio nobilitatis, vel captandæ popularis auræ gratia Remp. turbabāt. vt eo pacto res suæ meliores & potentiores essent: illud tamen actionibus suis prætendebāt, se iura populi & cōmunē libertatē defendere, patritij vero contrà niti, & multū de cōmodis vulgi detrahere, vt id sibi suisq; apponerent, illo prætextu, quòd dignitatem senatus tueretur, quā esse quàm amplissimē Rep. foret: sed re vera pro sua potentia quisq; certare, atq; contendere. b In Remp. incesserant.) In codice Coloniensi, nō habetur incesserant: & haud dubie sublata ea voce sensus est integrior. c Vbi erant ergo illi dij.) Hæc omnia quæ Augusti. recēset sunt ex Liuio, quæ satius erit, vbi apud eū inuenīri possint, indicare, ne lōgis narrationibus & oneri lectori simus, & fastidio. d Incensum.) Nō ab incendo, sed ab inscendo quod est ascendo. Neq; enim incenderāt; sed ascenderant: ideo alibi scribitur inscensum. e Spurius Aemilius.) Certū est legendū esse, Melius, ex historia. f Lectisternia.) Lectis olim cubantes epulabantur. At quoties in tēplo aliquo pub. placādę deū iræ causa, cōuiuium exhibebatur, aut nocturnū erat sacrū, diisq; tanquàm epulaturis, aut cubituris lecti sternebātur, id lectisterniū vocabant. Liuius lib. v. Laborāte pestilētia ciuitate, paucis annis ante Romā à Gallis captā, ex libris Sibyllinis primū lectisterniū in vrbe factū per dies octo, tribus tūc lectis apparatis Apollini & Latonæ, Dianę & Herculi, Mercurio & Neptuno. Lectisternium illud fuisse primū, nescio quī cōstet, cū ludis secularibus, quos primus P. Vale. Publicola, qui cū Bruto cōsul fuit, lectisternium per trinoctiū fuerit, vt apud Valerii legitur lib. ij. & Cēsorinū de die Natali. g De venenis matronarum.) Liuius lib. viij. Claudio Marcello, T. Vale. Coss. prima tunc de veneficiis quæstio habita, cū multi principes venenis mulierū interiissent. h Tum vero tam multa.) In Gallos, Tarēntinos, Sānites, Lucanos, Brutio & Etruscos: postremo his omnibus additus est Pyrrhus Epyrotarum rex. De proletariis nōnulla dicā. Seruius Tullius sextus Ro. rex po. Ro. in sex classes diuisit: prima classis erat eorū, qui cētū millia assiū in sensu haberēt, aut plura: tametsi illo rege cēsus maximus fuit CXM. vt tradit Pli. li. xxxiij. Secūda, qui censum intra centū & septuaginta quinq; grauiis æris millia essent professi. Tertia eorū, qui quinquaginta. Quarta, qui & quinque & viginti millia. Quinta, qui vndecim millia. Hic vna centuria fuit immunis militia tenuiū hominū proletariorū & capite cēsorū. Proletarij erāt, qui mille & quingentos asses in censum deferebāt, plus minus: qui solū in ciuitate sufficiendæ proli, nulli alteri viderentur vacare publico muneri. vnde à prole proletarij nūcupati. Capite censi tenuiores erant, qui ccc. lx xv. asses haberēt in censu: qui quontā pecunia nō videretur censi, capite suo censebātur, numerū ciuiū augentes. Hæc duo hominū genera immunia fecit militia Seruius Tul. nō quòd arma ipsis tutò nō cōmitterentur: aut quòd nullū haberēt velut obsidē in patria, qui pro eorū forti opera spōderet, qualē putabāt vel præcipuā pecuniā, sed quia bellicos sumptus ferre nō possent. Illis enim tēporibus milites de suo se alebant. Fieri potest, vt post tributū institutū vetus mos remanserit, & causæ cur illi hoīes non militarāt, tales sint Po. Ro. visæ, qui omnia pecunia metiebatur. Nā eas Valerius, & A. Gellius reddūt. Proletarij iā aliis tēporibus militarunt, capite censis primus arma dedit C. Marius bello Iugurthino, authores Salu. & Valer. Idē Quint. tāgit in milite Mariano: hinc ipse Marius imperator capite cēsus nūcupatus est. i Pyrrhus.) Materno genere ab Achille, paterno ab Hercule progenitus, vtroq; à Ioue. Hic cū orbis imperiū animo agitaret, à Tarēntinis ad ferendā sibi cōtra Ro. opē aduocatus auidus accurrit, occasionē sibi oblatā ratus Italiā totūq; orbē superandi, vt Alexander paulo antea fecerat. k Cui sanè de rerū futuro euentu.) Cic. ij. de diui. versum scribit esse Ennij, Aio te Aeacida Ro. vincere posse. Quod poēta oraculū dicit ab Apolline Pyrrho datū roganti de belli euentū. idcirco Cic. sic scribit: Sed iam ad te venio ô sancte Apollo, qui vmbilicū terrarū certū obsides, vnde superstitiosa primū sæua euasit vox fera. Tuis enim oraculis Chrysippus totū volumen impleuit, partim falsis, vt ego opinor, partim casu veris, vt fit in omni oratione sępissime: partim flexiloquis, & obscuris, vt interpres egeat interprete, & sors ipsa referēda sit ad sortes: partim ambiguis, & quæ ad dialecticum referenda sint. Hæc ille, qui versum ab Ennio fictum videtur asserere,

Lectisternium.

G asserere. Aeacides est Pyrrhus, quoniam Achilles Pelei filius, hic Aeaci. Verg. in. vj. Eruct ille Argos Agamemnoniasq; Mycenas: Ipsumq; Aeacidem genus armipotentis Achilli. Pyrrhum significans. l In qua tamen superior.) Vicit Pyrrhus P. Valerium Leuinum consulem ad Heracleam, sed magna suorum cæde. Vnde prouerbium, Heraclia victoria. deide superatus est à P. Sulpitio, & P. Decio Cos. postremo victus fugatusq; est à Curio Dentato, & ex Italia pulsus. m Atque in tanta strage bellorũ.) Hæc quæ narrat, sunt ex P. Orosio accepta lib. iiij. quæ scribit contigisse Fabio Gurgite iterum, & C. Genutio Cos. bello Pyrrhi. n Ἀρχίατρον.) Principem medicum. Ἰατρὸς enim medicus est, obstetrix quæ parturientibus adest, perita infantis excipiendi. Fuerunt & ἀρχιάτροι medici pricipũ, vt in Codice Iusti. de comitibus & ἀρχιάτρους q. primi medici, qui hodie protomedici nominantur ab Hispanis. o Quid illa itidem ingens.) Orosius lib. iiij. sub primum bellum Carthagiñ. p In quo genere oraculorum.) Cic. ij. de diui. de Sibyllinis li. & Sibyllis alio loco fuse. q Quod plurimas ædes sacras.) Idẽ responderunt aruspices Ci. tempore, cum prodigia, quæ per eos dies contigerant procurarentur. Cice. in oratione de Aruspicum responsis.

Heraclia victoria.

Ἀρχίατρος.

Quantæ clades Romanos sub bellis Punicis triuerint, fruſtra deorum præſidiis expetitis. Cap. XVIII.

IAm vero Punicis bellis cum inter vtrunque imperium victoria diu anceps atque incerta penderet, populíq; duo prætualidi impetus in alterutrũ fortissimos & opulentissimos agerent, quot H minutiorã regna contrita sunt? quæ vrbes amplæ nobilesq; deletæ? quot afflictæ? quot perditæ ciuitates? quàm longe lateq; tot regiones terræq; vastatæ sunt? Quoties victi hinc atque inde victores? quid hominũ consumptum est, vel pugnantium militum, vel ab armis vacantium populorum? Quanta vis nauium marinis etiam præliis oppressa, & diuersarum tempestatum varietate submersa est, si narrare vel commemorare conemur, nihil aliud quàm scriptores etiam nos erimus historiæ. Tunc magno metu perturbata Ro. ciuitas, ad remedia vana & ridenda currebat. Instaurati sunt [a] ex authoritate librorum Sibyllinorum ludi seculares, quorum celebritas inter centum annos fuerat instituta, fœlicioribusq; temporibus memoria negligente perierat. Renouarunt etiam pontifices [b] ludos sacros inferis, & ipsos abolitos annis retrorsum melio- I ribus. Nimirum enim quando renouati sunt, tanta copia morientium ditatos inferos etiam ludere delectabat: cum profecto miseri homines ipsa rabida bella, & cruentas animositates funerease; hinc atque inde victorias, magnos agerent ludos dæmonum, & opimas epulas inferorum. Nihil sanè miserabilius primo bello Punico accidit, quàm quod ita Romani victi sunt, vt etiam Regulus ille caperetur, cuius in primo & in altero libro mentionem fecimus, vir plane magnus & victor antea domitorq; Pœnorum, qui etiam ipsum primum bellum Punicum confecisset, nisi auiditate nimia laudis & gloriæ duriores cõditiones quàm ferre possent fessis Carthaginensibus imperasset. Illius viri & captiuitas inopinatissima, & seruitus indignissima, & iuratio fidelissima, & mors crudelissima si deos illos non cogit erubescere, verum est quod ærei sunt [c], & non habent sanguinem. Nec mala illo tempore graiissima intra mœnia defuerunt. Nam exundante [d] nimis vltra morem fluuio Tyberino, penè omnia vrbis plana subuersa sunt: aliis impetu quasi torrentis impulsis: aliis velut stagno diuturno madefactis atque sublapsis. Istam deinde pestem ignis [e] perniciosior subsecutus est, qui correptis circa forum quibusq; celsioribus, etiam templo Vestæ suo familiarissimo [f] nõ pepercit, vbi ei velut vitam perpetuam diligẽtissima substitutione lignorum, nõ tam honoratæ [g] quàm dãnatę virgines donare consueuerant. Tunc vero illic ignis non tantum viuebat, sed etiam sæuiebat. Cuius impetu exterritæ virgines, sacra illa fatalia, quæ iã tres [h] in quibus fuerant presserant ciuitates, cum ab illo incendio liberare non possent, Metellus pontifex [i] suę quodam- K modo salutis oblitus, irruẽs ea semiustulatus abripuit. Neque enim vel ipsum ignis [k] agnouit: aut vero *erat ibi numen, quod non etiam si fuisset, fugisset. Homo igitur potius sacris Vestæ, quàm illa homini prodesse potuerunt. Si autem à semetipsis ignem non repellebant: ciuitatem, cuius tueri salutem putabantur, quid contra illas aquas flammasq; poterant adiuuare, sicut etiam res ipsa nihil ea prorsus potuisse, patefecit? Hæc istis nequaquãm obiicerentur à nobis, si illa sacra dicerent, non tuendis his bonis temporalibus instituta, sed significandis æternis: & ideo cum ea quæ corporalia visibiliaq; essent perire contingeret, nihil his rebus minui, propter quas fuerant instituta, & posse ad eosdem vsus denuo reparari. Nunc vero cæcitate miserabili, eis sacris quæ perire possent fieri potuisse existimant, vt salus terrena & temporalis fœlicitas ciuitatis perire non posset. Proinde cum illis etiam manẽtibus sacris, vel salutis contritio, vel infœlicitas irruisse mõstratur, mutare sententiam, quam defendere nequeũt, erubescunt.

*alias uerum.

L

INstaurati sunt.) Puto non futurum ingratum studiosis antiquitatis, si de ludis secularibus nõnulla dixero, altius repetitis principiis. Valesius Sabinus homo vt illo tempore erant optimi quique, rusticus, ægrotantibus tribus liberis, ac prope modum moribundis inter vota & comprecationes, vocem audiuit, filios fore saluos, si per pronũ Tyberim Terentum portasset, ibiq; ex Ditis patris & Proserpina petita aqua calida, quam illi desiderassent, recreasset, Valesius de Tarento vrbe ratus oraculum intelligendum, tametsi procul ea vrbs aberat, nec vllus erat ad Tarentum Tyberis, tamẽ naue cõducta, & in ea impositis pueris secundo flumine Hostiam contendit, ad campũ Martium prope Romam: cum pueros in siccum exponeret, vt tædiũ nauigationis leuaret, velleq; ignem accendere, consuluit gubernatorem, vnde ignis peti posset. Ille è proximo Terento respondit. nam pastoricium ignem videbat ibi lucere. locus ille Terẽtus dicebatur, quod Tyberis amnium more ripam mollem tereret, vel quod ara Ditis eo loco sub terra occuleretur. Valesius nomine audito, lætus illuc nauem appelli iubet, existimans de illo loco se esse diuina voce admonitum: ac interim dum ipse in vrbem ad aram emendam curriculo properat, iubet seruos alte fodere, vbi collocaretur. viginti pedes altum fodẽre, & aram veterem ibi inuenerũt cũ inscriptione Diti, & Proserpinæ. eam Ro. olim condiderant post peractum diis inferis sacrum, cum pugnaturi cũ Albanis in acie iamiam cõcursuri starent, iussi à dæmone id facere, prius quàm manũ conererent. rediit ex vrbe pater, & ad inuẽtam aram suuas Hostias Diti & Proserpinæ sacrificauit, & tres noctes (tot enim erãt filij ægroti) diis ibi facto lectisternio exegit, cum cãtibus, & choreis, liberis iam morbo liberatis. M Eundem morem in vrbem induxit vnus ex posteris Valesij illius P. Valer. Publicola primo libertatis anno à maioribus suis acceptũ. Triduũ, & trinoctiũ sacris totus populus operabatur ad aras Iouis. & Apol. quibus mactabatur candidus taurus, & huic canebatur carmen à pueris ac puellis matrimis patrimisq;. Deinde Iunonis, cui iuuenca itidem candida, & hæc quidem interdiu: noctu vero Dianæ, Proserpinæ, Terræ, & Parcarum, quibus suuæ hostiæ, luminaq; accendebantur. Exhibebãtur eo tempore ludi scenici in honorem Apollinis, & Dianæ, & Circenses, hiq; ludi tam celebres & magnifici seculares dicebantur, quod semel singulis agerentur seculis. Seculum porrò spatium est vitæ humanæ longissimum. varij vario annorum numero describunt, vt est apud Cẽsorinũ. Ro. centum annis: idq; est interuallum inter ludos seculares, vt Valerius Antias & Varro, & Liuius lib. cxxxvj. Sed ex commentariis. xv. virorũ, & edicto Cæsaris Augusti carminéque Horatij secularі. x. anni huic numero adduntur, vt centesimo quoque & decimo fiant. Tametsi carmen illud Horatij, quo maxime Censorinus, & alij nituntur, Certus vndenos decies per annos: non video cur legi non possit, Certus vt vndenos decies per annos: & sic nonnulli legunt. Sed & aliud carmen à Zosimo citatur Græcum, quod ipse Sibyllinum esse dicit in quo est. εἰς ἑξήκοντα κυκλοῦ ὀδεύων sine apicibus & notis pronũciationis. Porrò præco cum ad hos ludos cõuocabat, ad eos vti ludos venirent dicebat, quos nemo ipsorum antea spectasset, nemo esset postmodũ spectaturus. hinc illa Vicelli assentatio, Claudio ludos seculares exhibenti, sæpe facias. Primos hos ludos Publicola, vt diximus fecit anno ab vrbe cõdita. ccxliiij. secundi facti sunt ex libris Sibyllinis anno ab vrbe condi. quingentesimo & altero, P. Claudio Pulchro, L. Iunio Bruto Coss. xj. anno primi belli punici. Tertij. j. anni tertij belli Punici, M. Manlio, Martio Censorino Coss. quarti non expectato iusto tempore, L. Aemilio Lepido, L. Aurelio Oreste Coss. Quintos Augustus & Agrippa fecerunt, Furnio & Syllano Coss. reductos ad æquum tempus. Sextos Claudius Cæsaranticipatos se. iij. & L. Vitellio pricipis patre. iij. Cos. Septimos Domitianus veriore computatione se. xiiij. & L. Minutio Ruffo Cos. Octauos iusto tempore Septimius Seuerus, Chilone & Vibone Coss. Nonos Philippus Vostrensis anno ab vrbe con. M. Aemiliano & Aquilino coss. vt tradit Cassiodorus. Hæc de ludis secularibus ex Varrone Vale. Hora. L. Floro. Festo, Zosimo, Herodiano, Sueto. Censori. Cassiodoro, Porphirione, Acrone, Angelo Politiano. Nunc ad cætera pergamus. b Renouarunt etiam pontifices.) Alios videtur velle esse ludos Ditis

a Ludi seculares.

Sæpe facias.

A Ditis & Proserpinæ atque seculares, cum omnes eosdem esse dicant, nisi diuidat for. Augusti. ludos, & sacrificia deorum inferorum à ludis & sacris aliorum deorum, quæ per illos dies fiebant: & profecto ludi deorum inferorum aliam videntur habuisse originem, quàm seculares: Festus enim ad hunc modum scribit: Tauri appellabantur ludi in honorẽ deorum inferorum facti, instituti autem videntur hac de causa: regnante Tarquinio Superbo, cum magna incepisset pestilẽtia in mulieres gra nidas, quæ fuerat facta ex carne diu vendita populo taurorum, ludi ob hoc diis inferis instituti, & Tauri vocati: hæc Festus. Adde quod seculares ludi Apollini interdiu, & Dianæ fiebant noctu: Tauri vero diis inferis. c Verum est quod ærei sunt.) Alibi aërij, & congruentius opinioni Augustini. Nam Platonici dæmonas aëreos esse dicebant, cũ quibus Augusti. videtur aliquot locis cõsentire, vt post disputabimus. porrò in pudore sanguis rubore exornat faciem. d Nam exundante.) Orosius lib. iiij. e Ignis.) Ibidem & Li. li. xix. & Oui. li. vj. Fast. Declamatores apud Senecam sicto se exercent argumẽto, priuãdũsne sit Metellus sacerdotio, quod sit cæcus posita lege, vt sacerdos integer sit. f Etiam tẽplo Vestæ suo familiarissi.) Quoniã in eo ignis colebatur, quod mox August. declarat. g Honoratæ.) Nam honos earum maximus apud omnes homines ordinesq; erat. sacerdoti Vestæ etiam magistratus via cedebat. h Quæ iam tres.) Ilium, Lauiniũ, Albam. i Metellus põtifex.) L. Cæcilius Metellus pontifex Max. bis consul, Dictator, magister equitum xv. vir agris diuiidundis, qui primus elephantos primo Punico bello in triũpho duxit, de quo Q. Metellus eius filius in ea oratione quam in funere ipsius habuit, scriptum reliquit, decem maximas res optimasq;, in quibus quærendis sapientes ætatem exigerent consummasse: cum ait voluisse primarium bellatorem esse, optimum oratorem, fortissimum imperatorem, auspicio suo maximas res geri, maximo honore vti, summa sapientia esse, summum senatorem haberi, pecuniam magnam bono modo inuenire, multos liberos relinquere, & clarissimũ in ciuitate esse. Plinius lib. vij. ca. xliij. k Neque enim vel ipsum.) Locus mendosus, & qui varie legitur alibi pro vero, verum, vt referatur ad B numen: alibi, quod non etiam si fugisset, effugisset. q. non effugisset nũmen, etiam si fugisset Metellus.

Tauri ludi.

Tyberis exũdatio Romæ cõflagratio.

Metellus

De afflictione belli Punici secũdi, qua uires utriusque partis consumptæ sunt. Cap. XIX.

SEcundo autem bello Punico nimis longum est commemorare clades duorum populorum, tam longe secum lateq; pugnantium, ita vt his quoque fatentibus [a] qui non tam narrare bella Romana, quàm Romanum imperiũ laudare instituerunt, similior victo fuerit ille qui vicit. Hannibale quippe ab Hispania surgente, & Pyrenęis mõtibus superatis, Gallia transcursa, alpibũsque diruptis, tam longo circumitu auctis viribus, cuncta vastãdo, aut subigendo, torrentis modo Italiæ faucibus irruente, quàm cruenta bella gesta sunt, quàm multa prælia, quoties Ro. superati, quàm multa ad hostẽ oppida defecerunt, quàm multa capta & oppressa, quàm diræ pugnæ, & toties Hannibali Ro. clade gloriosæ? θ Sed hæc hactenus θ. De Cannensi [b] autem mirabiliter horrendo malo quid dicam, vbi Hannibal cum esset crudelissimus, C tamen tanta inimicorum atrocissimorũ cæde satiatus, parci iussisse perhibetur [c]? Vnde tres modios [d] annulorum aureorum Carthaginem misit: quo intelligerent tãtam in illo prælio dignitatem cecidisse Romanam, vt facilius eam caperet mensura quàm numerus: atque hinc strages turbæ cæteræ, tanto vtique numerosioris, quanto infirmioris, quæ sine annulis iacebat coniiciẽda potius, quàm nuncianda putaretur. Denique tanta militum inopia secuta est, vt Ro. reos facinorũ [e] proposita impunitate colligerent, seruitia [f] libertate donarent, atque ex illis pudendis *, non tam suppleretur quàm institueretur* exercitus [g]. Seruis itaque, immo ne faciamus [h] iniuriam, iam libertis, pro Rom. Rep. pugnaturis arma defuerunt. Detracta sunt templis, tanquam Romani diis suis dicerent: Ponite, quæ tamdiu inutiliter * habuistis, si forte aliquid vtile inde facere possint nostra mãcipia, vnde vos nostra numina nihil facere potuistis. Tunc etiam stipendiis sufficiẽdis cum defecisset ærarium, in vsus publicos opes venere priuatæ, adeo vno quoque, id quod habuit conferente, vt præter singulos annulos aureos, singulasq; bullas miserabilia dignitatis insignia, nihil sibi auri senatus ipse, quanto magis cæteri ordines tribusq; [i] relinquerent. Quis ferret istos si nostris temporibus ad hãc D inopiam cogerentur, cum eos modo vix feramus, quãdo pro superflua voluptate plura donantur histrionibus, quàm tunc legionibus pro extrema salute collata sunt?

al. pudẽdus, & mox, instrueretur

aliâs inaniter.

VT his quoq; fatentib.) Liuius in procemio tertiæ Decadis, & a Silius Ital. lib. j. Propiũsque fuere periclo, Queis superare datũ. Qui duo scriptores, ille oratione soluta, hic numeris astricta bellum hoc Punicũ, multis libris persecuti sunt: alij quoq; permulti. idcirco historiæ narrandæ supersedebo. b De Cannensi.) Ad Cannas Hannibal nobili clade Roma. affecit, tertio anno belli Punici, L. Aemilio Paulo, & P. Terẽtio Varrone Coss. Liuius lib. xij. Cãnę, vt Sabellicus in annotationibus sentit, non est Cannusiũ oppidum, sed vicus in Apulia prope Ausidum amnẽ, qui nunc vulgari sermone Cãnellæ nominantur. c Parci iussisse perhibetur.) An hic Augustinus vocẽ illã subsignificat Hãnibalis, qua Maharbali præfecto equitum suadenti, vt militem à pugna recentem & cruentum adhuc Romam duceret, respondisse fertur, præcedant hostes, læta res est, nos postea sequemur. nã Hannibalem in ipso prælio, vel post prælium confectum militibus Ro. qui aderant pepercisse nondum legi. nisi sit illud, quod Liiius quoq; narrat, post Cãnensem pugnam, quod nũquam aliãs cõtigerit, vocatos esse ab Hãnibale Romanos, quos miti fatis sermone sit allocutus: Nõ interneciõe ciuium sibi esse cũ Ro. bellum, de dignitate atque imperio certare, itaq; redimendi se captiuis copiã facere, preciũ fore in capita equiti quingenos quadrigatos numos, tricenos pediti, seruo cẽtũ. d Vnde tres modios.) Alij huic mensuræ dimidiũm adduxerunt modium, alij vnicũ dicunt fuisse modium, & hanc famã veriorem esse affirmat Liuius. Annulus insigne erat equestris ordinis, quo à plebe distinguebatur: vtebantur tamẽ eo senatus & nobilitas. Pli. li. xxxiij. promiscuũ eius vsum fuisse bello secundo Punico scribit: nã alioqui, inquit, nõ potuissent trimodia illa annulorum Carthaginẽ ab Hannibale miti. Porrò modius cuius modi sit mensura, declarat Budæus in asse suo: vbi alia mensuratum genera, res est longa, illinc petat, qui desiderat. e Vt Ro. reos facinorum.) Orosius li. iiij. hoc à Iunio Bubulco dictatore factũ dicit, ad exẽplum Romuli, qui cęlestis & facinorosis hominibus Asylũ aperuit. Liiius idem li. xxiij. M. inquit, Iunius descendit equo, dixiq;, qui capitalẽ fraudẽ ausi, quiq; pecuniæ iudicati in vinculis essent, qui eorum apud se milites fierẽt, eos noxa pecuniaq; se exolui iussurũ. f Seruitia.) Octo milia serui donati sunt libertate, & militarunt, Volones nominati, quòd cũ singuli rogarentur, velle se militare responderũt. Liiius. g Quàm intiistueretur exercitus.) Octo millia enim erant seruorũ, & ex sex millia facinorosorũ, quæ armauit spoliis Gallicis triũpho C. Flaminij translatis. h Immo ne faciamus.) Tametsi non fuerunt liberi, antequàm Hãnonẽ ad Beneuentũ vicerunt, donatiq; sunt libertate à T. Graccho Imperatore, sub quo fortem in militia operã nauarãt. i Tribusq;.) Hoc verbũ, an sit additum ab aliquo, nescio. certe senatores ipsi erant ex tribubus, quas primũ ex tota sua multitudine Romulus tres fecit: procedẽte deinde tẽpore auctæ, ad quinque & triginta peruenerunt. Senatores, equites, & plebei in has erant diuisi. neque erat quisquam ciuis Ro. qui non esset alicuius tribus. Cicerõ Antoniana sexta ad Po. Ro. Num quis nam est vestrum, qui tribum non habet? atqui certe nemo. Illũ quinque & triginta tribus patronum adoptarunt. Quid ergo sibi vult cæteri ordines tribusq;, quasi ita esseũt distinctæ tribus à senatu, vt reliqui ordines, equester & plebeius: an fortasse hoc eodem dicitur modo, quo illud, Senatus populusq; Rom. seu senatus populus plebsq; Romana: quã in populo & senatus intilligatur & plebs. hoc potius crediderim.

Volones.

Tribus.

De exitio Saguntinorum quibus propter Romanorum amicitiam pereuntibus dii Romani auxilium non tulerunt. Caput XX.

SEd in his omnibus belli Punici secundi malis, nihil miserabilius ac miserabili querela dignius, quàm exitium Saguntinorum [a] fuit. Hæc quippe Hispaniæ ciuitas amicissima pop. Ro. dũ eidem populo fidem seruat, euersa est. Hinc enim Hãnibal fracto fœdere Romanorum, causas quęsiuit quibus eos irritaret ad bellum. Saguntum ergo ferociter obsidebat. Quod vbi Romæ auditum est, missi sunt legati ad Hãnibalẽ, vt ab eius obsidione discederet. Cõtempti Carthaginem pergunt, querimoniãq; reponũt fœderis rupti, infectoq; negocio Romam redeunt. Dũ hæ moræ aguntur, misera illa ciuitas opulentissima, suæ Reipublicæ Romanæq; charissima, octauo vel nono à Pœnis mense deleta est. Cuius interitum legere, quanto magis scribere horroris est. Breuiter tamen eum commemorabo: ad rem quippe quæ agitur multum pertinet. Primo fame contabuit. nam etiam suorum cadaueribus à nonnullis pasta perhibetur. Deinde fessa omnium rerum, ne saltem captiua in

E

F

G manus Hannibalis peruenirent, ingentem rogum publice ſtruxit, in quem ardentem, ferro etiam trucidatos omnes ſe ſuoſq; miſerunt. Hic aliquid agerent dij helluones [b] atque nebulones ſacrificiorum adipibus inhiantes, & fallacium diuinationum caligine decipientes: hic aliquid agerent vt ciuitati populi Romani amiciſſimæ ſubuenirent, & fidei conſeruatione pereuntem perire non ſinerent. Ipſi vtique medij præfuerunt, cum Romanę Reip. interiecto fœdere copulata eſt. Cuſtodiens itaque fideliter quod ipſis præſidibus placito iunxerat, fide * vinxerat, iuratione conſtrinxerat, à perfido obſeſſa, oppreſſa, cõſumpta eſt. Si ipſi dij [c] tempeſtate atque fulminibus Hannibalem poſtea Romanis proximũ mœnibus terruerũt, longeq; miſerũt, tunc primum tale aliquid facerent: audeo quippe dicere honeſtius illos pro amicis Romanorum, ideo periclitantibus, ne Romanis frangerent fidem, & nullam opem tunc habentibus, quàm pro ipſis Romanis, qui pro ſe pugnabant atque aduerſus Hannibalem opulenti erant, ſtuiſſe tempeſtate ſæuire. Si ergo tutores eſſent Rom. fœlicitatis & gloriæ, tam graue ab ea crimẽ

H Saguntinæ calamitatis auerterent. Nunc vero quàm ſtulte creditur diis illis defenſoribus Romam victore Hannibale non periſſe, qui Saguntinę vrbi non potuerunt, ne pro eius periret amicitia, ſubuenire. Si Saguntinorum Chriſtianus populus eſſet, & huiuſmodi aliquid pro fide Euangelica pateretur, quanquam ſeipſe, nec ferro, nec ignibus corrupiſſet, ſed tamen ſi pro fide Euangelica excidium pateretur, ea ſpe pateretur, qua in Chriſtum crediderat, non vt mercede breuiſſimi temporis, ſed æternitatis interminæ putiretur. Pro iſtis autem diis qui propterea coli perhibentur, propterea colendi requiruntur, vt harum labentiũ atque tranſeuntium rerum fœlicitas tuta ſit, quid nobis defenſores & excuſatores eorum de Saguntinis pereuntibus reſpondebunt, niſi quod de illo Regulo extincto? Hoc quippe intereſt, quòd ille vnus homo, hæc tota ciuitas, vtriuſque tamen interitus cauſa conſeruatio fidei fuit. Propter hanc enim ad hoſtes & redire ille voluit, & noluit iſta tranſire. Conſeruata ergo prouocat deorum iram fides? An poſſunt & diis propitiis perire, non ſolum quique homines, verumetiam integræ ciuitates?

I Vtrum volunt eligant. Si enim fidei ſeruatæ iraſcuntur illi dij, quærant perfidos à quibus colantur. Si autẽ etiam illis propitiis multis grauibusq; cruciatibus afflicti, interire homines ciuitatesq; poſſunt, nullo fructu fœlicitatis huius coluntur. Deſinant igitur ſuccenſere qui ſacris deorum ſuorum perditis: ſe infœlices factos eſſe putant. Poſſent enim illis non ſolum manentibus, verumetiam fauentibus non ſicut modo de miſeria murmurare, ſed ſicut tunc Regulus & Saguntini excruciati horribiliter etiam penitus interire.

*aliâs, fœdere.

a Saguntus

EXitium Saguntinorum.) Liuius lib. xxj. Saguntus vrbs eſt Hiſpaniæ vlterioris mille paſſibus diſtans à mari noſtro, à Zacinthiis & Ardeatibus, inquit, Silius, condita, & poſſeſſa: quæ gentes in Hiſpaniam ante captũ Ilium venere: fide in Romanos & clade ſua nobilis, veteris ãpliudinis & magnificẽtię. ſpectãtur adhuc veſtigia ædificijs antiquitate venerandis, & monumẽtis maiorum, inſcriptionibusq; antiquiſſimis, quæ paſſim eſt videre. Murum veterem patria lingua nunc vocant, agri iuriſq; Valentini. Supereſt imago quædam priſtinæ arcis in monte, qui magnam Hiſpaniæ partem diuidit, fitæ. Eam ciuitatem Polybius libro hiſtoriarum tertio, ſcribit cæteris Hiſpaniæ ciuitatibus, & terreſtrium frugum copia, & numero ciuium, & fortitudine peritiaq; rei militaris antecelluiſſe. Hanc & oderat Annibal, quòd ſocietate Romanorum freta, multis Carthaginenſium in Hiſpania ſocijs graues iniurias intuliſſet: & bello impetiit, tum vt illas vlciſceretur, tum etiam vt occaſionem inueniret belli molem in Romanos conuertendi. qua re nullam ardentius iam inde à nono ætatis ſuæ anno concupierat. b Hic aliquid agerẽt helluones.) Deeſt dij, vt ſit, dij helluones. q. voraces. In re honeſta vſus eſt Cicero: nam Catonem Iuniorem librorum helluonem nominauit. iij. de fin. quomodo helluones ſint & nebulones, declarat quod ſtatim ſequitur. c Si ipſi dij.) Liuius libro xxvj. Quum ante mœnia Rom. ſtaret Hannibal iam cum Rom. commiſſurus prælium, cuius præmium erat futura Romana vrbs, maxima ſecuta eſt tempeſtas, quæ duas acies dirimeret, reuerſis Carthag. in caſtra, Romanis in vrbem, mira tranquillitas cum ſerenitate eſt exorta. Idem contigit poſtridie cum inſtructi ad pugnam ambo exercitus cõſiſterent ſignum expectantes: quæ res in religionem Hannibali venit, tanquam à diis arceretur ab vrbe Roma, ita moueri inde caſtra iuſſit.

Helluo.

K

Quàm ingrata fuerit Romana ciuitas Scipioni liberatori ſuo, & in quibus moribus egerit quando eam Saluſtius optimam fuiſſe deſcribit. Caput XXI.

POrrò inter ſecundum & poſtremum bellum Carthaginenſe, quãdo Saluſtius optimis moribus & maxima concordia dixit egiſſe Romanos: multa enim prætereo ſuſcepti operis modum cogitans. Eodem ergo ipſo tempore morum optimorum maximæq; concordiæ Scipio ille [a] Romæ Italiæq; liberator, eiuſdemq; belli Punici ſecũdi tam horrendi, tam exitioſi, tam periculoſi præclarus mirabiliſq; confector, victor Hannibalis, domitorq; Carthaginis: cuius ab adoleſcentia vita deſcribitur diis dedita [b], templisq; nutrita: inimicorum accuſationibus [c] ceſſit, carensq; patria, quam ſua virtute ſaluam & liberam reddidit, in oppido Linternẽſi [d] egit reliquam compleuitq; vitam, poſt inſignem ſuum triumphum, nullo illius vrbis captus deſiderio, ita vt iuſſiſſe perhibeatur [e], ne ſaltẽ mortuo in ingrata patria funus fieret. Deinde tunc primum [f] per Gneum Manlium procõſulem de Gallogræcis triumphantem, Aſiatica [g] luxuria Romam omni hoſte peior irrepſit. Tunc enim primum lecti ærati, & preciosa ſtragula viſa perhibentur. Tunc inductæ in conuiuia pſaltriæ, & alia licentioſa nequitia. Sed nunc de his malis quæ intolerabiliter homines patiuntur, non de his quæ libenter faciunt dicere inſtitui. Vnde illud magis quod de Scipione commemoraui, quod cedens inimicis extra patriam quam liberauit mortuus eſt, ad præſentem pertinet diſputationem, quod ei Romana numina, à quorum templis auertit Hannibalem, non reddiderunt vicem, quæ propter iſtam tantummodo coluntur fœlicitatem. Sed quia Saluſtius eo tempore ibi dixit mores optimos fuiſſe, propterea hoc de Aſiana luxuria commemorandum putaui, vt intelligatur etiam illud

M à Saluſtio in comparatione aliorum temporum dictum, quibus temporibus peiores vtique in grauiſſimis diſcordiis mores fuerunt. Nam tunc, id eſt, inter ſecũdum & poſtremum bellum Carthaginenſe, lata eſt etiam illa lex Voconia [h], ne quis hæredem fœminam faceret, nec vnicam filiam [i]. Qua lege quid iniquius dici, aut cogitari poſſit ignoro. Veruntamen toto illo interuallo duorum bellorum Punicorum tolerabilior infœlicitas fuit. Bellis tantummodo foris conterebatur exercitus, ſed victoriis conſolabatur. Domi autem nullæ, ſicut aliâs, diſcordiæ ſæuiebant. Sed vltimo bello Punico vno impetu alterius *Scipionis*, qui ob hoc etiam ipſe Aphricani cognomen inuenit, æmula imperij Romani ab ſtirpe deleta eſt. Ac deinde tãtis malorũ aggeribus oppreſſa Romana Reſpublica, vt proſperitate ac ſecuritate rerum, vnde nimium corruptis moribus mala illa congeſta ſunt, plus nocuiſſe monſtretur tam cito euerſa, quàm prius nocuerat tam diu aduerſa Carthago. Hoc toto tẽpore vſq; ad Cæſarem Auguſtũ, qui videtur nõ adhuc vel ipſorum opinione glorioſam, ſed cõtentioſam & exitioſam, & planè iam eneruem ac languidam libertatem omnimodo extorſiſſe Romanis, & ad regale arbitrium cuncta renocaſſe,

L

A caſſe, & quaſi morbida vetuſtate collapſam, veluti inſtauraſſe ac renouaſſe Rempublicã. Toto ergo iſto tẽpore, omitto ex alijs atq; alijs cauſis etiam atque etiam bellicas clades, & Numantinũ fœdus [k] horrenda igno minia maculorum: volauerant [l] enim pulli de cauea & Mancino cõſuli, vt aiunt, augurium malum fecerant, quaſi per tot annos, quibus illa exigua ciuitas [m] Romanum circumſeſſa exercitum afflixerat, ipſiq; Roma. Reipu. terrori [n] eſſe iam cœperat, alij contra eam malo augurio proceſſerint.

Scipio Aphricanus.

a SCipio ille.) P. Cornelius Scipio Aphricanus, qui tranſitu ſuo in Aphricam Hannibalem ex Italia tandem poſt ſextum decimum annum, quàm erat ingreſſus, euellit, & cũ in Aphrica vicit, fugauitq;, ac periculoſiſſimo bello finem impoſuit. b Dijs dedita.) Liuius lib. xxvj. de Scipione: Ad hæc iam inde ab initio præparans animo, ex quo togam virilem ſumpſit, nullo die priũs vllam publicam priuatamq; rem egit, quàm in Capitolium iret, ingreſſusq; ædem conſideret, & plerunque tempus ſolus ibi tereret. Hic mos per totam vitã ſeruabatur. c Inimicorum accuſationibus.) Liuius lib. xxxviij. & Plutarchus in vita eius. d In oppido Linternenſi.) In Campania eſt, ſeu potius in villa Linternenſis. e Ita vt iuſſiſſe perhibeatur.) Liuius varias ſcribentiũ opiniones de loco mortis Aphricani recenſet. Non enim inter eos ſatis conuenit, num obierit Romæ. f Deinde tunc primum.) Liuius lib. xxxix. Gallogræci populi ſunt in Aſia minore, qui Græca lingua dicuntur Galatæ, ex Gallis, qui ſub Brenno in Græciam tranſiuere, & Græcis commiſti. g Aſiatica.) Aſiæ minoris: de qua alibi. h Lata eſt etiã illa lex Voconia.) Tulit eam Q. Voconius Saxa tribunus plebis. Suaſit. M. Cato ſenior, paulo ante bellũ Macedonicũ Perſæ. Liuius lib. xlj. quo in loco pro Voconio legitur Volumnius. i Nec vnicã filiam.) Etiam ſi ſolam vnam haberet filiam, nec plures liberos. k Et Numantinum fœdus.) Hoſtilij Mancini conſulis, qui quum triginta milia militum ſub ſignis haberet, à quatuor Numantinorum millibus victus, fœdus cũ illis icere coactus eſt, ſibi & Reipublicæ ignominioſum. l Volauerant.) Solebãt Romani in bellis ferre ſecum pullos in cauea: qui eos cuſtodiebat, pullarius dicebatur. Si paſcebantur pulli auidè, bonum erat ſignum: ſi tam auidé, vt ex offa aliquid in terram decideret, optimum. Id enim erat tripudium ſoliſtimum, olim terripauium dicebatur, quod terram pauiret, hoc eſt, feriret id quod ex ore pullorum caderet, poſt tripudium. Soliſtimum verò, quod in ſolum caderet. Sic enim ſcribebatur in libris auguralibus: Tripudiũ fieri, ſi quid ex offa pullorũ in ſolum ceciderit. Ominoſum & triſte, ſi pulli non paſcerentur: ſicut P. Claudio Cæci filio. Peius multo ſi ex cauea fugerent. Augures, vt Feſtus docet, quinque ſignorum genera ſolebant obſeruare: ex cœlo, ex auibus, ex tripudijs, ex quadrupedibus, ex diris. m Exigua ciuitas.) Siue muris, ſiue turribus, vix quatuor bellatorum millia ad bellũ emittebat: Origo belli fuit, quod Sedigenſes conſanguineos ſuos hoſtes pop. Ro. victos ad ſe refugientes vrbe & tectis excepiſſent. n Terrori.) Cicero Numãtiã & Carthaginẽ duos terrores ſperij Ro. appellat pro Murena.

Lex Voconia.

Pulli in auſpicio.

Soliſti, num.

De Mithridatis edicto, quo omnes ciues Romanos, qui intra Aſiam inuenirentur iuſſit occidi. Cap. XXII.

SEd hæc inquam omitto: quanuis illud nequaquam tacuerim, quod Mithridates [a] rex Aſiæ, vbique in Aſia peregrinantes ciues Romanos, atq; innumerabili copia ſuis negociis intentos, vno die occidi iuſſit: & factum eſt. Quàm illa miſerabilis rerum facies erat, ſubito quemq; vbicunq; fuiſſet

C inuentus in agro, in via, in oppido, in domo, in vico, in foro, in templo, in lecto, in conuiuio, inopinatè atque impiè fuiſſe trucidatum. Quis gemitus morientium, quæ lachrymæ ſpectantium, fortaſſe etiam ferientium fuerunt? Quàm dura neceſſitas hoſpitum, non ſolũ videndi nepharias illas cædes domi ſuæ, verum etiã perpetrandi: ab illa blanda comitate humanitatis, repente mutatis vultibus ad hoſtile negocium in pace peragẽdum, mutuis, vt ita dicam, omnino vulneribus: cũ percuſſus in corpore, & percuſſor in animo feriretur. Nũ & iſti omnes auguria contempſerant? Num deos domeſticos & publicos, cum de ſedibus ſuis ad illam irremeabilem peregrinationem profecti ſunt, quos conſulerent, non habebant? Hoc ſi ita eſt, non habent cur iſti in hac cauſa de noſtris temporibus conquerantur. Olim Romani hæc vana contemnunt. Si autem conſuluerunt, reſpondeatur quid iſta profuerunt, quãdo per humanas duntaxat leges nemine prohibente talia licuerunt.

a D *Mithridates quot fuerint.*

QVod Mithridates.) Primus Mithridates ex genere fuit ſeptem illorum Perſarum, qui Magis imperũ abſtulere. Huic inimicus fuit Antigonus rex Syriæ, expulitq; cum in Cappadociam, vbi poſtea regnauit: regnũq; per manus filijs tradidit, illiq; à ſe genitis continua ſerie vſque ad ſextum nepotem. Sextus fuit Mithridates, qui bellum cum Romanis geſſit: vir ingenti corporis robore, nec minus animo atque ingenio potens. Sexiuges equos regebat, viginti diuas diuerſarum gentium ſonabat linguas, magnusq; eſt cognominatus. Hic primum amicus fuit Roma. nam cõtra Ariſtonicum auxilia Craſſo Cos. miſit: deinde ſuſcepto cum Nicomede rege Bithyniæ bello, alienatus eſt ab eis, ita in Phrygiam prouinciam Roma. intuaſit, pulſo Aquilio legato: mox Q. Oppium Proconſulem & eundem Aquillum legatum in vincula coniecit: literaſq; per totã Aſiam ſuis præfectis miſit, vt certo quodam die, quicquid ciuium Romanorũ in ſua ditione eſſet, trucidaretur: nec cuiquam vel dignitas, vel ætas, vel ſexus, vel locus, ad quem confugiſſet, prodeſſet: quod illi ita, vt rex imperauerat, executi ſunt.

De interioribus malis, quibus Romana Reſpublica exagitata eſt, præcedente prodigio, quod in rabie omnium animaliũ, quæ hominibus ſeruiunt, fuit. Cap. XXIII.

SEd iam illa mala breuiter quantũ poſſumus commemoremus: quæ quanto interiora, tanto miſeriora extiterunt: diſcordiæ ciuiles, vel potius inciuiles: nec iam ſeditiones, ſed etiam ipſa bella vrbana, vbi tantus ſanguis effuſus eſt: vbi partium ſtudia, non contentionum diſſenſionibus, variiſque vo

E cibus [a] in alterutrum, ſed plane iam ferro armisq; ſæuiebant: bella ſocialia, bella ſeruilia, bella ciuilia quantum Romanum cruorem fuderunt, quantam Italię vaſtationem deſertionemq; fecerunt? Nam antea quàm ſe aduerſus Romam ſociale Latium * [b] commoueret, cuncta animalia humanis vſibus [c] ſubdita, canes, equi, aſini, boues, & quæcunque alia pecora ſub hominum dominio fuerunt, ſubito efferata & domeſticæ lenitatis oblita, relictis tectis, libera vagabantur: & omnem nõ ſolum aliorum, verum etiam dominorum auerſabantur acceſſum, non ſine exitio vel periculo audentis, ſi quis de proximo vrgeret. Quod quanti mali ſignum [d] fuit? Quod ſi hoc ſignum fuit, quod tantum malum † fuit: quantum malum fuit illud, cuius hoc ſignum fuit? Hoc ſi noſtris temporibus acciditſet, rabidiores iſtos quàm illi ſua animalia pateremur.

aliâs, ſo. bellum.

† *Vetera noſtra habent hic ut in gloſſa.*

a *Sociale bellum.*

VAriisq; vocibus.) Nam antea conuitiijs, iurgijs, rixis, verborũ velitatione res agebatur, manibus abſtinebatur. b Sociale Latium.) Quum aduerſus potentiã equitum, qui iudicijs præerant, lege C. Gracchi, ſenatus M. Liuium Druſum tribu. ple. curaſſet creandum. Liuius quo maioribus viribus cauſam optimatium tueretur, ſocios & Italicos populos, vt ſecum conſentirent, ſpe ciuitatis ſolicitauit. Hanc ſpem quum alte imbibiſſent Italici omnes, nec Liuio repente mortuo fides exoluerentur, primùm Picentes ceperũt arma. Hos ſecuti ſunt Veſtini, Maxſi, Latini, Peligni, Marucini, Lucani, Sãnites, cõſulibus Sex. Iulio Cæſare, L. Martio Philippo, ab V. C. DC. LXII. an. variẽ geſtum, varia fortuna partium. Tandem Italici populi ſubacti ſunt à diuerſis Imperatoribus. Hiſtoria eſt à multis conſcripta, Liuio, Floro, Plutarcho, Oroſio, Velleio, Appiano. b Sociale Latium.) A Latinis cepit initiũ motus, qui ferijs Latinis in monte Albano Cæſarẽ & Philippum Coſſ. Ro. decreuerant obtruncare. c Cuncta animalia humanis vſibus.) Oroſius libro quinto. Iulius Obſequens in prodigijs de hoc tempore: Armenta in tantam rabiem concitata ſunt, vt vaſtando ſuos hoſtile imãginarentur bellum, lachrymantesq; multis affectibus calamitatem præſagirent ſuis. d Quod, quanti mali ſignum.) In antiquis codicibus ſic habetur: De proximo vrgeret, quanti mali ſignum fuit, ſi hoc ſignum fuit, quod tantum malum, ſi etiam ſignum non fuit. Puto & hic legendum, etiam ſi ſignum non fuit: vt ſignificet Auguſtinus neceſſe eſſe illud malum fuiſſe atrox & pernicioſiſſimum, cuius ſignum erat tale, vt ipſum per ſe, etiam ſi alterius mali præntuncium non eſſet, maximum & cum primis horrendum erat. Lectio codicis impreſſi mihi non improbatur, tametſi ſenſus manet vtrobique idem.

De diſcordia ciuili, quam Gracchiæ ſeditiones excitauerunt. Caput XXIIII.

NItium autem ciuilium bellorum * fuit ſeditiones Gracchorum [a] Agrarijs legibus excitatæ. Volebant enim agros populo diuidere, quos nobilitas perperàm poſſidebat. Sed eis tam vetuſtam iniquitatem audere conuellere periculoſiſſimum, imò vero vt ipſa res docuit, pernicioſiſſimũ fuit. Quæ

malorũ.

 funera

G funera facta ſunt, cum prior Gracchus occiſus eſt:quæ etiam cum alius frater eius non longo interpoſito tẽpore? Neque enim legibus & ordine poteſtatum, ſed turbis armorumq; cõflictibus nobiles ignobilesq; necabantur. Poſt Gracchi alterius interfectionem, Lucius Opimius conſul, qui aduerſus eum intra vrbẽ arma commouerat,eoq; cum ſocijs oppreſſo & extincto, ingentem ciuium ſtragem fecerat, cum quæſtionem haberet iam iudiciaria inquiſitione cęteros perſequẽs, tria milia hominum occidiſſe perhibetur. Ex quó intelligi poteſt,quantam multitudinem mortium habere potuerit turbidus conflictus armorum, quãdo tantam habuit iudiciorum velut examinata cognitio. Percuſſor Gracchi [b] ipſius caput quantum graue erat, tanto auri pondere conſuli vendidit:hæc enim pactio cædem præceſſerat.In qua etiam occiſus eſt cum liberis Marcus Fuluius conſularis [c].

a GRacchorum.) De his alibi dixi .maior fuit Tiberius, minor Caius.Tiberius nouem annis ante Caium eſt cæſus,res eſt nota,nullus ſcriptor non meminit,Plutarchus,Appianus, Valerius, Cicero, Oroſius,Saluſtius, Florus,& alij. b Percuſſor Gracchi.) C. Gracchus quum videret ſuam manum à conſule & ſenatu loco pelli,in lucum Furinæ confugit.L.Opimius cõſul ſe Gracchi caput auro repenſurum per præconem iuſſit pronunciari. Ira Septimuleius Anagninus familiaris Graccho quum placidè in lucum veniſſet, multa prius familiariter,vt ſolebat,colloquutus cum Graccho,ipſum nihil ſuſpicantem confodit,caputq; abſcidit,& quo eſſet grauius, pro cerebro, quod eruerat plumbum infudit. Porro L.Opimius conſul fuit cum Q. Fabio maximo Pauli nepote Gracchi propinquo. c M.Fuluius conſularis.) Quinto antè anno conſul fuerat cum M.Plautio.

C. Gracchus.

H

De ædе Concordiæ ex ſenatuſconſulto in loco ſeditionũ & cædium condita. Caput XXV.

ELeganti ſanè ſenatuſconſulto eo ipſo loco * vbi funereus tumultus ille commiſſus eſt,vbi tot ciues ordinis cuiuſque ceciderunt, ædes deæ Cõcordiæ [b] facta eſt, vt Gracchorũ,pœnæ teſtis concionantiũ [c],oculos feriret, memoriãq; cõpungeret. Sed hoc quid aliud fuit,quàm irriſio deorũ.Illi deæ tẽplum conſtituere,quæ ſi eſſet in ciuitate,nõ tantis diſſenſionibus dilacerata corrueret? Niſi forte ſceleris huius rea Concordia, quia deſeruerat animos ciuiũ, meruit in illa æde tanquam in carcere includi.Cur enim ſi rebus geſtis congruere voluerunt,non ibi potius ædẽ diſcordiæ fabricauerũt?An vlla ratio redditur,cur cõcordia dea ſit,& diſcordia dea non ſit: vt ſecundũ Labeonis diſtinctionẽ bona ſit iſta, illa vero mala? Nec ipſe aliud ſecutus videtur,quàm quod aduertit Romæ etiã Febri ſicut Saluti tẽplum conſtitutũ.Eo igitur modo,non tantũ concordiæ,verumetiã diſcordiæ conſtitui debuit. Periculoſe itaq; Romani tã mala dea irata viuere voluerunt,nec Troianũ excidiũ [d] recoluerũt, originẽ ab eius offenſione ſumpſiſſe. Ipſa quippe quia inter deos non fuerat inuitata, trium dearũ litem aurei mali ſuppoſitione cõmentata eſt. Vnde rixa numinum,& Venus victrix,& rapta Helena,& Troia deleta eſt. Quapropter ſi forte indignata, quod inter deos in vrbe nullum templum habere meruit,ideo iam turbabat tantis tumultibus ciuitatem,quanto atrocius potuit irritari,cum in loco illius cædis,hoc eſt,in loco ſui operis aduerſariæ ſuæ conſtitutam ædem eſſe videret. Hæc vana ridentibus nobis illi docti, ſapiẽtesq; ſtomachantur,& tamẽ numinũ bonorum malorũq; cultores de hac quæſtione concordiæq; diſcordiæq; non exeunt, ſiue prætermiſerint harum dearum cultum, eisq; Febrem Bellonamq; prætulerint, quibus antiqua phana fecerunt: ſiue & iſtas coluerint, cum ſic eos diſcedente concordia,diſcordia ſæuiẽs vſque ad ciuilia bella perduxerit.

1

EO ipſo loco.) Appianus in foro dicit. idem Varro, & P. Victor de regionibus vrbis,octaua regiõe ponit:id eſt, in foro Romano,quum pugna ſit cõmiſſa in Auentino, tameſi incepta ad Capitolium. b Aedes Concordiæ.) Aedes Concordiæ Romæ fuerunt plures:vetuſtiſſima quam propter ſeceſſionem militarem vouit extruxitq; M.Furius Camillus:de qua Ouidius primo Faſtor.Neſcio an eadem ſit,quam Flauius ædilis in area Vulcani maxima nobilitatis inuidia dicauit,P.Sulpitio,P. Sempronio Conſul. Liuius.lib.ix. Credo non eſſe eandem.Altera eſt,quam vouit L.Manlius prætor etiam propter ſeditionem militarẽ in Gallia.Facienda eſt locata à duũm viris,Gn.Puppio Cęſone,Quintio Flaminio,ad hoc creatis à prætore vrbis,dicata in arce à M.& Gn.Attilijs.Liuius libro.xxij.& xxiij.Tertia eſt ĩ foro Romano,prope Græcoſtaſim ædificata à L.Opimio Coſ. deletis Graccha nis partibus.vbi eſt etiã baſilica Opimia. Varro lib.iij.de lingua Lati. Erecta eſt ea ædes ingenti indignatione populi Romani,ad quã etiã cũ conſtrueretur,inſcriptum eſt: Opus vecordiæ. Quarta ædes concordiæ poſita eſt à Liuia Auguſta,niſi eadem ſit antiquiſſima,quam fecerat Camillus,reparata à Liuia,quòd vetuſtate laberetur:de qua Ouidius primo Faſtor.Ferię huius.xviij.Calen.Februarias. c Concionantiũ.) Tribunorũ,& eorũ qui cũ populo agebant:ne quid apud populũ de ſenatu parum honorifice auderent dicere,exemplo Gracchi,cuius facinoris illud eſſet monumentum,deterriti. d Nec Troianũ excidium.) Quum ad nuptias Pelei & Tethidis Diſcordia ſola inuitata non eſſet, indignata aureum in conuiuium malum immiſit,ſic inſcriptũ,τῇ καλῇ λαβέτω:id eſt. pulchra accipiat.Hinc de forma inter Venerem.Mineruam,& Iunonẽ, orta contentio.Itumq; eſt ad Paridem iudicem, ex quo iudicio natum eſt illud malorum pelagus belli Troiani.

a K

Aedes Cõcordiæ plures.

Belli Troiani origo.

L

De diuerſis generibus belli, quæ poſt conditam ædem Concordiæ ſunt ſecuta. Caput XXVI.

RAcclarum vero ſeditionibus obſtaculum,ædem Concordię teſtẽ cædis ſupplicijq; Gracchorũ concionantibus opponendã putarunt. Quantum ex hoc profecerint, indicant ſecuta peiora. Laborarũt enim deinceps concionatores, non exemplum deuitare Gracchorũ,ſed ſuperare propoſitũ. Lucius Saturninus [a] tribunus plebis,& Caius Cęſar [b],Seruilius prætor,& multo pòſt [c] Marcus Druſus [d], quorũ omnium ſeditionibus cædes primo iam tunc grauiſſimæ,deinde ſocialia bella exarſerunt: quibus Italia vehementer afflicta,& ad vaſtitatem miſerabilem deſertionemq; perducta eſt. Bellum deinde ſeruile [e] ſucceſſit,& bella ciuilia:in quibus quæ prælia commiſſa ſint, quid ſanguinis fuſum, vt omnes ferè Italiæ gẽtes quibus Romanũ maxime præpollebat imperiũ, tanquam ſæua barbaries domarẽtur.Iam ex pauciſſimis,hoc eſt, minus quàm ſeptuaginta gladiatoribus,quẽadmodum bellũ ſeruile contractũ ſit, ad quantũ numerũ,& quàm acrẽ ferocẽq; peruenerit:quos ille numerus imperatores populi Romani ſuperauerit, quas & quõ ciuitates regionesq; vaſtauerit,vix qui hiſtoriã ſcripſerunt,ſatis explicare potuerunt. Neq; id ſolũ fuit ſeruile bellũ, ſed & Macedoniã prouinciã prius ſeruitia depopulata ſũt: deinde Siciliã oramq; maritimã. Quãta etiã & quàm horrenda cõmiſerint primo latrocinia [f],deinde valida bella piratæ quis pro magnitudine rerũ valeat eloqui?

M

a SAturninus.) Gn. Apuleius Saturninus tribu.pleb. quũ Rẽpu.legib° Agrarijs turbaret,à C. Mario ſextũ.& L.Valerio Flacco Coſſ. quibus ſenatus dederat negociũ, vt viderẽt, ne quid Reſpu.detrimenti caperet,occiſus eſt:quũ tamen legẽ ferret, vt Mario gratificaretur. b Et Caius Cæſar.) Cęſar eſt addictũ: nec eſt in veteribus libris,ſed ſolũ.C.Seruilius Glaucia prętor,qui cũ Saturnino faciebat. Ci. in Bruto:Seditioſorũ poſt Gracchos L.Apuleius Saturninus eloquentiſſimus viſus eſt. Magis ipſe tum & motu atque ipſo amictu capiebat homines,quàm aut dicendi copia,aut mediocritate prudentiæ.longe autẽ poſt natos homines improbiſſimus C.Seruilius Glaucia, ſed peracutus, & callidus,cũ primisq; ridiculus. is ex ſũmis & fortunæ & vitæ ſordibus in prętura conſul factus eſſet,ſi rationem eius haberi licere iudicatum eſſet.Nam & plebem tenebat, & equeſtrem ordinem beneficio legis deuinxerat.Is prætor eodem die,quo Saturninus trib.pleb.Mario & Flacco Coſſ. publice eſt interfectus. Hæc apud Ciceronem. Si quis tamen C.Cæſarem legi vellet,non erraret omnino. Sed tempora non cõgruerent.Nam hic,qui frater fuit L. Cæſaris concionibus ſuis populum Romanum mouit, eiusq; nimia cum Sulpitio trib.pleb. contentio cauſa fuit belli ciuilis Mariani, vt Pedianus memorię mandauit. hunc Cęſarem Cicero in Bruto ſcribit, ędilẽ cum eo eodẽ die conciones habuiſſe. c Et multo poſt.) Legẽdum,non multo poſt,nempe ſeptem annis. tot enim

a

Glaucia Saturninus.

A enim ſunt à Saturnino Tribuno ad Liuium Tribunum, id eſt, à Mario & Flacco Coſs.ad Flaccum & Herẽnium Coſs. d M.Druſus.) M.Liui° Druſus,de quo ante dixi,nobili genere, & ad dicẽdũ paratus,ſuperbiſſimus omniũ Roma.qui cum à ſenatu vocaretur,ſenatũ potius ad ſe venire iuſſit, & ſenatus paruit.Huius patrem ſenatus patronum appellauit. e Bellum deinde ſeruile.) In Silicia bellum ſeruile eſt excitatum ante ſociale ab Eumo Syro quodam,qui ſe furore magnæ matris deũm correptum ſimulauit.ſexaginta millia hominum ſunt ab eo coacta, & præto res quatuor victi,caſtraq; ab eis capta. Perpenna fugitiuos tandem obſeſſos vicit.Paulo poſt Cleon Cilix alterum bellum ciuile in cadẽ inſula excitauit.ingentes cõflatæ copiæ,& prætores ſicut antea victi, & caſtris exuti.bellum M.Aquilius confecit.In Italia bellum ſeruile à Spartacho & Chryſõ motum,qui cum quatuor & ſeptuaginta gladiatoribus ex Ludo Lentuli,qui erat Capuæ,profugerunt,quibus ſe ingẽs ſeruorum manus adiunxit.P.Varenum prætorem,& Claudium pulchrum legatũ,qui primi ipſis armati occurrẽre,vicerunt.Deinde Chryſũs cum ſuis copiis à Q.Vario prætore cæſus eſt.Spartachus,qui ſuperfuit, cum conſule Lẽtulo priuum,deinde cum L.Gellio,& Q.Ario prætore:pòſt cum Caſſio Procõſule, & Gn.Manlio prætore proſpere conflixit.Ad poſtremũ M. Craſſus prætor ipſum ſuperauit,ercitumq; eius deleuit. f Quãta etiã &c.latrocinia.) Cilices piratæ mare infeſtum cum redderent, miſſus eſt aduerſus eos P.Seruilius procõſul,qui Iſauros,& aliquot alias eorum vrbes expugnauit:quo digreſſo,ipſi validiores inſurrexerunt,& ad Caietã vſque Miſenum & Hoſtiam cum magno Romanorum terrore & dedecore prædabũdi peruenere.Gn.Pompeius lege Gabinia imperator aduerſus eos creatus,toto mari intra quadraginta dies expulit.Liuius libro nonageſimonono,& Cicero pro lege Manilia.L.Florus,& alij.

M.Druſus

Bellum ſeruile.

Bellum Piraticum.

De bello ciuili, Mariano atque Syllano. Caput XXVII.

B QVm vero Marius ciuili ſanguine iam cruentus,multis aduerſarum ſibi partium peremptis,victus vrbe profugiſſet, vix paululũ reſpirante ciuitate, vt verbis Tullianis vtar [a], ſuperauit poſtea Cinna cum Mario. Tum vero clariſſimis viris interfectis, lumina ciuitatis extincta ſunt. Vltus eſt huius [b] victoriæ crudelitatẽ poſtea Sylla:nec dici quidem opus eſt,quanta diminutione ciuium, & quãta calamitate reipublicæ. De hac enim vindicta quæ perniciosior fuit,quàm ſi ſcelera quæ puniebantur, impunita relinquerentur,ait & Lucanus [c]:

Exceſſit medicina modum,nimiumq; ſecuta eſt,
Quà morbi duxere manus:periere nocentes.
Sed cum iam ſoli poſſent ſupereſſe nocentes,
Tunc data libertas odiis,reſolutaq; legum
Frenis ira ruit.

C Illo bello Mariano atq; Syllano, exceptis his qui foris in acie ceciderũt,in ipſa quoque vrbe cadaueribus vici,plateæ, fora, theatra, templa completa ſunt:vt difficile iudicaretur quando victores plus funerum ædiderint, vtrũ prius vt vincerent, an poſtea quia viciſſent. Quum primùm victoria Mariana, quãdo de exilio ſe ipſe reſtituit, exceptis paſſim quaqua verſum cædibus factis,caput Octauij conſulis poneretur in roſtris: Cæſar & Fimbria [d] in domibus trucidarentur ſuis: duo Craſſi [e] pater & filius in conſpectu mutuo mactarentur:Bebius [f] & Numitorius vnco tracti ſparſis viſceribus interirẽt:Catulus hauſto veneno [g] ſe manibus inimicorum ſubtraheret:Merula flamẽ Dialis [h] præciſis venis Ioui etiam ſuo ſanguine litaret. In ipſius autem Marij oculis continuo feriebãtur, quibus ſalutãtibus [i] dexteram porrigere noluiſſet.

a VT verbis Tullianis vtar.) Hæc quę ſequũtur.Superauit poſtea Cinna cum Mario. Tum vero clariſſimis viris interfectis lumina ciuitatis extincta ſunt. Verba ſunt Ciceronis tertia inuectiua in Catili. Quos interfecerint Cinna & Marius nos prolixe in tertia Syllana perſecuti ſumus:hi fuere duo fratres C.& L.Iulij Cæſares, Attilius Seranus,P.Lentulus,L.Craſſus,M.Antonius orator, Gn.Octauius,L.Cornelius,Merula flamẽ Dialis,Cos.L. Catulus,C. Arcarius,M.Bebius,Numitorius,Sex.Licinius b Vltus eſt huius.) Verba ſunt adhuc Ciceronis eodem loco.
c Ait & Lucanus.) Libro ſecundo:
Sylla quoq; immenſis acceſſit cladibus vltor:
Ille quod exiguum reſtabat ſanguinis vrbi,
Hauſit.dumq; nimis iam putrida membra recidit,
Exceſſit medicina modum,nimiumq; ſecuta eſt,
Quà morbi duxere manus.
d Fimbria.) Fuit C.quidam Fimbria,quem Velleius Flauium nominat.

Interfecti à Mario & Cinna.

C. Fimbria Licinius.

Hic partium fuit Marianarũ,qui Troiam deleuit.Fuit alter C.Fimbria, D
ſed Licinius,qui vixit cum Gracchis,peruenitq; ad bella ciuilia, in quibus eſt occiſus intra penates ſuæ domus:quẽadmodum & Cæſar,author Florus.Huius Fimbriæ meminit in claris oratoribus Cicero. quem ego puto fuiſſe illum,qui iudex in cõtentione de viro bono pronunciare noluit.Cui° rei author eſt Cicero in.iiij.Offi.& Vale.li.vij. c Duo Craſſi.)Filius ab equitibus Fimbriæ ſarcellitis Cinnæ eſt occiſus. Pater ne in poteſtatem hoſtium veniret,manum ſibi intulit. f Bebius.Hic ferarum ritu inter manus carnificum,ſine ferro diſcerptus eſt. Bebius.

Lucanus libro ſecundo:
Vix te ſparſum per viſcera Bebi
Innumeras inter carpentis membra coronæ
Diſcerpſiſſe manus.

g Catulus hauſto veneno.) L.Luctatius Catulus collega fuerat Marij in quarto eius conſulatu bello Cymbrico,amboq; de Cymbris triũphabant.Pro hoc quum apud Mariũ totus ſenat° ſupplex deprecaretur, Marius nihil aliud quàm moriendum eſſe reſpõdit. Itaque Catulus vbi hoc Marium dixiſſe reſciiſſet,accenſis carbonibus ſe ſuffocauit. Dubium an hauſtis prunis,vt Portia Bruti coniunx:an fumo in cubiculo vndiq; occluſo,& rerẽs gypſo incruſtato.Nam ea res letalis eſt,niſi certa remedia adhibeantur.Sunt qui hauſiſſe illum venenum putent, vt hic Auguſti. Luctatius Catulus.

h Merula flamen Dialis.) Hic ſibi in cella Iouis venas præcidit.
i Quibus ſalutãtib°.) Illud erat ſignum,quod Marius militib° dederat.

Qualis fuerit Syllana victoria uindex Marianæ crudelitatis. Caput XXVIII.

SYllana vero victoria ſecuta huius videlicet vindex crudelitatis, poſt tãtum ſanguinem ciuium quo fuſo cõparata fuerat, finito iam bello inimicitiis viuẽtibus crudelius in pace graſſata eſt.Iam etiam poſt Marij maioris priſtinas acrecentiſſimas cædes,ãdditæ fuerãt aliæ grauiores à Mario iuuene [a] atq; Carbone earũdem partium Marianarum. Qui Sylla imminẽte non ſolùm victoriam,verũ etiam ipſam deſperãtes ſalutem,cuncta ſuis alieniſque cædibus impleuerũt. Nam præter ſtragem late per diuerſa diffuſam,obſeſſo etiam ſenatu,de ipſa curia tanquam de carcere producebantur ad gladium. Mutius Scæuola [b] pontifex,quoniam nihil apud Romanos tẽplo Veſtæ ſanctius habebatur, aram ipſam amplexus, occiſus eſt: ignemq; illum [c] qui perpetua cura virginũ ſemper ardebat,ſuo penè ſanguine extinxit. Vrbẽ deinde Sylla victor intrauit,qui in villa publica [d],non iã bello,ſed ipſa pace ſæuiente ſeptem millia peditũ* vndecunq; inermia,non pugnando, ſed iubendo proſtrauerat.In vrbe autem tota quem vellet Syllanus quiſq; feriebat. Vnde tot funera numerari omnino nõ poterãt,donec Syllæ [e] ſuggereretur ſinẽdos eſſe aliquos viuere,vt eſſet quibus poſſent imperare qui vicerãt. Tũc iam cohibita quæ hac atq; hac paſſim furibunda ferebatur licentia iugulandi,tabula [f] illa cum magna gratulatione propoſita eſt,quæ hominum ex vtroq; ordine ſplendido,equeſtri ſcilicet atq; ſenatorio, occidẽdorum ac proſcribendorum duo milia continebat: contriſtabat numerus, ſed conſolabatur modus. Nec quia tot cadebat,tãtum erat mœroris, quantum lætitię,quia cæteri non timebant. Sed in quibuſdam eorũ,qui mori iuſſi erant,etiam licet ipſa crudelis cæterorum ſecuritas,genera mortium exquiſita cõgemuit. Quendam enim ſine ferro [g] lanianti̇um manus diripuerunt: immanius homines hominem viuum,quàm beſtię ſolent diſcerpere cadauer abiectũ. Alius oculis [h] effoſſis & particulatim membris amputatis,in tantis cruciatibus diu viuere,vel potius diu mori coactus eſt. Subuaſtatę* ſunt etiam tanquam villæ quædam nobiles ciuitates. Vna vero velut vnus reus occidi *iuberetur,ſic tota iuſſa eſt ciuitas trucidari.Hæc facta ſunt in pace poſt bellũ,non vt acceleraretur obtinẽda victoria,ſed ne cõtemneretur obtenta. Pax cũ bello de crudelitate certauit & vicit.Illud enim proſtrauit armatos, iſta nudatos. Bellũ erat vt qui feriebatur,ſi poſſet,feriret: pax autem nõ vt qui euaſerat,viueret,ſed vt moriens non repugnaret.

D

E

F

*aliâs deditorum.

* Subhaſtatæ.
*aliâs duci

A Mario

a AMario iuuene.) Hic fuit Marij senioris filius, qui consul cum Gn. Carbone fuit ante annos vigintiquinque per vim factus: qui vna significatione literarum Damasippum prætorem satellitem suum iussit quicquid erat in vrbe patritiorum interficere, bonusq; & diligens satelles iussa domini sedulo executus est. nã specie consulendi contracto senatu patritios omnes interemit. b Mutius Scęuola.) Liuius libro octogesimoseptimo, Lucanus vero libro secundo, à Mario seniore videmur scribere Scæuolam interfectum. historici à Mario iuuene tradunt. c Ignemq; illum.) Imitatio Lucani,

Ante ipsum penetrale deæ, semperq; calentes
Mactauere focos: parum sed festa senectus
Sanguinis effudit iugulo, flammisq; pepercit.

d Qui in villa publica.) Apud Liuium & Florum est, in via publica. & Liuius octo millia ponit. Apud authorem libelli de viris illustribus est, in villa publica: & numerus est nouem millium. e Donec Syllæ.) Hoc Syllæ à Q. Catulo dictum putant Eutropius, & Orosius. Alij à C. Metello iuuene freto affinitate, & ex calore ætatis audaci. Sunt qui, vt Plutarchus refert, à Fusidio assentatore Syllæ. Idem Florus, etsi apud Plutarchũ Offidius pro Fusidio legatur: sed mendæ eiusmodi apud illum authore vel ipsius, vel interpretum, vel librariorum culpa sane non paucæ. Apud Florum & Orosium Fursidus. Huius Fusidij meminit Salu. in ora. Lepidi Consulis. f Tabula.) Tabula proscriptionis, vt certus numerus occidẽdorum designaretur, vt sciret quisque victurusne an moriturus esset. Proscriptos licebat occidere. eorũ bona diuidebãtur, pars cedebat Syllę, pars percussori. Filij priuati hæreditare etiam petere honores lege Syllę prohibebãtur: Tũc primũ tabula proscriptionis est Romę visa. g Quẽdam enim sine ferro Bebium.) Hic fuit Bebius Marianus: alter, de quo modò diximus, fuit Syllanus. Eodem genere fati ambo perierunt. Nam Syllani vt se de Marianis eadem ratione crudelitatis, qua illi vsi fuerãt, vindicarent: idem Mariano Bebio fecerunt, quod suo erat factum à Marianis. Vtriusque Bebij meminit Florus. h Alius oculis.) M. Marius Gratidianus C. Marij propinquus. Hanc crudelitatem exercuit L. Catilina ad bustum L. Catuli in Mario homine gratiosissimo, qui Tribunus plebis & bis prætor fuerat: vt Q. Cicero in Parænesi ad fratrem M. scribit. Primum enim brachia illi & crura fregit, aures deinde, linguã & nasum præsecuit, oculos defodit, postremò capite truncauit. i Subuastatæ sunt etiam.) In codice Laurini legitur, subhastatæ, haud dubie congruentius historiæ. Florus, Municipia Italiæ splẽdidissima sub hasta venierunt, Spoletum, Interamna, Prænestę, Fluentia. Nam Sulmonem vetus oppidum socium atque amicum, facinus indignum, nondum expugnatum, vt obsides iure belli, & modo morte damnati duci iubentur. Sic damnatã ciuitatẽ iussit Sylla deleri. Hæc apud Florum libro tertio. Liuius lib. lxxxviij. Prenestinos omnes inermes iussos esse à Sylla interimi scribit. Porrò subhastare vocabulum fuit ætatis Augustini, quo vuntur Cęsares illorũ tẽporũ Theodosius & Archadius. C. de rescind. vẽditione.

Marii filius.
Scæuola.
Bebii discerpti.
Marii Gratidiani mors.
subhastare

De comparatione Gothicæ irruptionis cum eis cladibus, quas Romani uel à Gallis, uel à bellorum ciuilium authoribus acceperunt. Caput. XXIX.

QVæ rabies exterarum gentiũ, quæ sęuitia barbarorum, huic de ciuibus victorię ciuium cõparari potest? Quid Roma funestius, tetrius, amaritusq; vidit? Vtrum olim Gallorum & paulo ante Gothorum irruptionẽ, an Marij & Syllæ, aliorumq; in eorum partibus virorum clarissimorum, tãquam suorum luminum in sua membra ferocitatem? Galli quidem trucidauerunt senatum, quicquid eius in vrbe tota, præter arcem Capitolinã, quæ sola vtcunq; defensa est, reperire potuerunt. Sed in illo colle constitutis, auro vitã saltẽ vendiderunt: quã & si ipsi ferro rapere non possent, possent tamẽ obsidione consumere. Gothi verò tam multis senatoribus pepercerũt, vt magis mirum sit, quod aliquos peremerunt. At vero Sylla a viuo adhuc Mario, ipsum Capitolium quod à Gallis tutũ fuit, ad decernãdas cædes victor insedit. Et cum fuga Marius esset lapsus ferocior cruentiorq; rediturus, iste in Capitolio per senatus etiam consultum, tam multos vita rebusq; priuauit. Marianis autẽ partibus Sylla absente quid sanctum cui parcerent fuit, quando Mutio ciui, senatori, pontifici, aram ipsam vbi erant, vt aiunt, facta Romana miseris ambienti amplexibus non pepercerunt? Syllana porrò tabula b illa postrema, vt omittamus alias innumerabiles mortes, plures iugulauit senatores, quàm Gothi vel expoliare potuerunt.

a AT vero Sylla.) In prima victoria de Mario quum per senatus consultũ Sulpitiũ, Marios, & alios iuimicos suos hostes Reip. curauit declarari. b Syllana porrò tabula.) Plutarchus in Sylla, ter eum intra paucos dies proscriptionum diuersas tabulas proposuisse scribit.

De connexione bellorum, quæ aduentum Christi plurima & grauissima præcesserunt. Cap. XXX.

QVa igitur fronte, quo corde, qua impudentia, qua insipientia, vel potius amentia, illa vel diis suis non imputant, & hæc nostro imputant Christo: Crudelia bella ciuilia omnibus bellis hostilibus, authoribus etiam eorum fatentibus amariora: quibus illa Respublica nec afflicta, sed perdita omnino iudicata est, longe ante aduentum Christi exorta sunt, & sceleratorum concatenatione causarum à bello Mariano atque Syllano, ad bella Sertorij a & Catilinæ b: quorum à Sylla fuerat ille proscriptus, ille nutritus: inde ad Lepidi & Catuli c bellum, quorũ alter gesta Syllana rescindere, alter defendere cupiebat: inde ad Põpeij & Cæsaris d, quorũ Pompeius sectator Syllæ fuerat, eiusq; potentiam vel æquauerat, vel iam etiam superauerat. Cęsar autem Pompeij e potentiam non ferebat: sed quia non habebat, quam tamẽ illo victo interfectoq; transcendit. Hinc ad alium Cæsarem f, qui pòst Augustus appellatus est, peruenerunt, quo imperante natus est Christus. Nã & ipse Augustus cũ multis gessit bella ciuilia: & in eis etiam multi clarissimi g viri perierũt: inter quos & Cicero disertus ille artifex h regendæ Reipublicæ. Pompeij quippe victorem Caiũ Cæsarem i, qui victoriam ciuilem clementer exercuit, suisq; aduersariis vitã dignitatemq; donauit: tanquam regni appetitorem, quorundã nobilium coniuratio senatorum velut pro Reipublicæ libertate in ipsa curia trucidauit. Huius deinde potentiam k, multũ moribus dispar, vitiis omnibus inquinatus atq; corruptus, affectare videbatur Antonius, cui vehemẽter pro eadẽ illa velut patriæ libertate Cice. resistebat. Tũc emerserat l mirabilis indolis adolescẽs ille alius Cæsar, illius Caij Cęsaris filius adoptiuus: qui, vt dixi, postea appellatus est Augustus. Huic adolescẽti Cęsari, vt eius potẽtia cõtra Antonium nutriretur, Cicero fauebat: sperãs eum, depulsa & oppressa Antonij dominatione, instauraturum Reipublicæ libertatem, vsqueadeo cæcus m atque improuidus futurorũ, vt ille ipse iuuenis, cuius dignitatem ac potestatem fouebat, & eundem Ciceronẽ occidendum Antonio quadam quasi concordiæ pactione permitteret, & ipsam libertatem Reipublicæ, pro qua multum ille clamauerat, ditioni propriæ subiugaret.

AD bella Sertorij.) Q. Sertorius Mirsinius, Marianis rebus per ignauiam ducum ruentibus cum exercitu, quem ductabat, per loca aspera ac difficilia, in Hispaniam se recipit, vbi bellum aduersus duces Syllanos strenue gessit. Ad vltimum fractus à Põpeio Magno proditione suorum M. Perpennæ, Antonij & aliorum cœnans cõfossus est: magnus dux, & cuilibet veterum, si materia melior clarioriq; adfuisset, comparandus. b Et Catilinæ.) Catilina partium fuit Syllanarum, quo vsus est Sylla in multis occidendis carnifice. Hic postea cum plerisque patritiis coniurauit aduersus patriam. à Cicerone & C. Antonio Coss. oppressus est. c Inde ad Lepidi & Catuli.) M. Aemilio Lepido, Q. Luctatio Catulo Coss. Sylla decessit, sepultusq; est in cãpo Martio. In eius funere de componenda Republica, & actis Syllæ rescindendis, inter duos consules vsque ad iurgia est progressum. Inde Lepido volente vt proscripti à Sylla reducerentur, eisq; sua redderẽtur bona, Catulus contradicebat cum senatu: non quòd iniquum hoc esset, sed quòd videbant initium esse tumultus, qui nullo tẽpore esset futurus grauior, quàm tũc, quum afflicta Respublica recreari & respirare videretur. ita ex dissensione ad arma ventũ est. Gn. Põpeius & Q. Catulus armato exercitu cum Lepido conseruerunt manus, cumq; leui prælio superatum, copiis omnibus exuerũt, reditumq; est in vrbem sine tumultu, & iis quæ bellum sequi solent. Victoria fuit moderatissima, armaq; statim posita. d Inde ad Põpej & Cæsaris.) Gn. Pompeius Magnus Gn. Põpeij Strabonis filius, Syllæ ex Asia venienti cum tribus legionibus, quas in agro Piceno collegerat, occurrit: magnoq; vsui & momento ad victoriã Syllæ fuit. idcirco eum Sylla inter præcipuos habere amicos, illi res maximas commendare. reliquias belli ciuilis in Sicilia, Aphrica, Italia, & Hispania confecit. Triumphauit bis eques Romanus, antè quàm esset senator. Piratas ingenti fœlicitate & celeritate domuit. Mithridatem & totũ Orientem vicit, de quis gentibus tertium triumphum duxit speciosissimum, maximasq; opes est nactus, & summam in Republica authoritatem, poten-

Sertorius.
Catilina.
Lepidus
Catulus.
G. Põpeius

A tem, potentiamq;, sed ciuilem: quæ omnia fusius in Põpeio fugiẽte persecutus sum. Ad extremum bellum ciuile à Cęsare motum gessit pro Republica, in quo victus ad opes Ptolemæi pueri pupilli sui cõfugit, in cuius regno à ministris regis occisus est, vt victori Cæsari gratificarentur. e Cæsar autem Pompeij.) C. Lulius Cæsar, Lucij filius fuit, cuius amita Iulia C. Mario nupsit. huic cõsuli senatus opera Pompeij Galliã prouinciam in quinquennium decreuit: quo transacto, alterum quinquennium est ei additum: authoribus Pompeio & Crasso consulibus: quo decennio totam Galliam Cęsar subegit: quumq; Pompeium plus in Republica posse indignaretur, ac tus alias causas belli arma in patriã induit. Lucanus in primo:

Nec quenquam iam ferre potest, Cæsarve priorem,
Põpeiusve parem.

Suetonius in Cæsare caput scribit de causis belli ciuilis Pompeiani. verum Pompeio mortuo dictaturam perpetuam Cæsar inuasit: omniaq; in Republica arbitratu suo disposuit regio more. De hoc ciuili bello scripsere Cæsar ipse in commentariis. Plutarchus in vitis diuersorum, Appianus in bellis ciuilibus, L. Florus, Orosius, Eutropius, & Cicero multis locis & explicatius, quippe qui bello interfuit, nõ postrema & ipse pars. f Hinc ad alium Cæsarem.) C. Octauius filius fuit Gn. Octauij prætorij viri & Actiæ. Actia filia Actij Balbi & Iuliæ Cæsaris sororis. Hunc C. Octauium Cæsar hæredem posteriore testamento scripsit ex dodrante, vt Suetonius narrat, quem & ferre nomen iussit. Ad eum post Cæsarem interfectum multi veterani propter nomẽ auunculi conuenẽre, quibus, Cicerone authore, partes senatus cõtra M. Antonium defendit adhuc adolescens: quem & vicit, & compulit in Galliam vlteriorem ad M. Lepidum fugere: cum quo rediens, triumuiratum ex fœdere constauit: hoc est, internectionem Reipub. Triumuiri fuerũt M. Antonius, M. Lepidus, C. Octauius Cæsar. Inter conuenta erat, vt M. Antonius sineret auunculum suum Sex. Iulium Cęsarẽ proscribi: M. Lepidus, fratrem suum Lucium: Octauius, Ciceronem, quem patris colebat loco. Idq; postulatum est ab Antonio, quod orationibus illi hostis esset à senatu iudicatus. Ex illis tribus præcipuis viris solus Cicero ab Antonij satellitibus est occisus, alij euaserunt. Bellauit deinde Octauius cum Cassio & Bruto, adiuuãte collega M. Antonio, illosq; opera Antonij in Philippicis campis vicit: deinde cum L. Antonio. iij. viri fratre, quem ad deditionem Perusiæ compulit. Hinc cum Sex. Pompeio, Magni filio, quem priuauit classe, cum M. Lepido. iij. viro, quem & triumuiratu exuit. Postremò cum M. Antonio. iij. viro ad Actium, quem & vicit, solusq; superfuit imperator populi Rom. ciuilibus omnibus cõfectis bellis, Augustusq; à Valerio Messala oratore nomine senatus & populi Romani salutatus est. Imperij huius anno. XLIIII. à cõdita Roma D. cclj. festa vndique terra marq; parta pace, quietis tranquillisq; vniuerso humano genere rebus, in Bethleem Iudæ natus est Iesus Christus, naturæ princeps, & conditor, rex regum, & dominus dominantium. g Multi clarissimi.) Triumuiri longe plures omnis sexus & ordinis proscripserunt, quàm Sylla. hos tres Iuuenalis Satyrico naso Syllæ discipulos appellat, magistrũmq; proscribẽdi arte vicisse significat. h Et Cicero disertus ille artifex.) Tres & sexaginta natº annos interiit, vt Liuius & Ausidius Bassius computant. De cuius morte si quis variorum videre sententias desiderat, habet apud Senecam libro primo suasoriarum. Disertũ artificem appellat Augustinus, quòd lingua velut clauo nauem Reipublicę moderaretur, & ageret, quò vellet. Vnde & ille versiculus ab eo suorũ factorum conscio vsurpatus, qui inimicos male momordit: Cedant arma togæ, concedat laurea linguę. Plinius senior cum salutans: Salue, inquit, primº in toga trisphũ, linguæq; laureã merite. i C. Cæsarẽ.) M. & D. Brutº, C. Cassius. & alij ad. lx. senatores in eũ cõspirauerũt, ac Idibº Martiis in curia Põpciana pugionibus cõfoderũt. k Hui deinde potentiã.) Cõsul tũc erat M. Antoniº cũ P. Cornelio Dolabella. Antoniº exercitibº occupatis summũ in Repub. imperiũ & dominatum affectabat, quẽ repulit primùm suis orationibus Cicero, deinde triumuir est factus, vt dixi. Historiã belli Antoniani nemo historicº meliº potest persequi, quàm Cicero in Philippicis fecit. l Tunc emerserat.) Cicero authoritate & eloquentia sua Cæsarem Octauium adolescentem, Hircium & Pansam consules in Antonium armauit. m Vsqueadeo cæcus.) Satis erat Cicero à M. Bruto admonitus, ne nimium potentiam Octauij aleret, néve plus æquo puerili fideret ingenio, quamliber bono: posse immodica fortuna imitari, & insolescere. Grauissimę duæ epistolæ Bruti, altera ad Ciceronem ipsum, altera ad Atticum de ea ipsa re adhuc extant, quæ plane virile illud & prudentiæ plenũ M. Bruti pectus indicant, & ferè aperiũt. Tametsi Ciceronem non adeo stupidum crediderim, quin vt alia permulta occultiora, ita & hoc animo & cogitatione præuiderit. Quod & significauit sæpenumero amicis verbo illo toties ab ipso vsurpato: Cæsarem Octauium laudandũ, ornandum, tollendũ. Cuius meminit Velleius, & D. Brutus in quadam epistola ad Ciceronem.

Iulius Cæsar.
C. Octauius.
Triumuiratus.
Ciceronis mors.
C. Cæsar.
M. Antonius.
Brutus.

Quod impudenter præsentia incommoda Christo imputent, qui deos colere non sinuntur, cum tantæ clades eo tempore quo colebantur extiterint. Caput. XXXI.

DEos suos accusent de tantis malis, qui nostro Christo ingrati sunt de tantis bonis. Certe quando illa mala fiebant, calebant aræ numinum Sabęo a thure fertisq; recentibus halabant: clarebant sacerdotia, phana renidebant, sacrificabatur, ludebatur, furebatur in templis, quando passim tãtus ciuiũ sanguis à ciuibus: non modo in cæteris locis, verũ inter ipsa quoq; deorum altaria fundebatur. Non elegit tẽplum b, quò confugeret Tullius: quia frustra elegerat Mutius. Hi vero qui multo indignius insultant Christianis temporibus, aut ad loca Christo dicatissima cõfugerunt, aut illuc eos vt viuerent etiã ipsi barbari deduxerunt. Illud scio, & hoc mecum quisquis sine studio partium iudicat, facillime agnoscit: vt omittã cætera, quæ multa cõmemorani, & alia multo plura, quæ commemorare lõgum putaui, si humanum genus ante bella Punica reciperet Christianam disciplinã, & consequeretur rerum tanta vastatio, quanta illis bellis Europam Aphricamq; contriuit: nullus taliũ, quales nunc patimur, nisi Christianæ religioni illa mala tribueret. Multo autem minus eorum voces tolerarentur, quantum attinet ad Romanos, si Christianæ religionis receptionem & diffamationem, vel irruptio illa Gallorum, vel Tiberini fluminis, igniumq; illa depopulatio, vel quod cuncta mala præcedit, bella illa ciuilia sequerentur. Mala etiã alia, quæ vsqueadeo incredibilia acciderunt, vt inter prodigia numerarentur, si Christianis temporibus accidissent, quibus ea nisi Christianis hominibus tanquam crimina obiicerẽt? Omitto quippe illa, quæ magis fuerunt mira quàm noxia, boues locutos c: infantes nõdum natos de vteris matrum quædam verba clamasse: volasse serpentes d, fœminas & gallinas, & homines e in masculinum sexum fuisse cõuersas: & cætera huiusmodi quæ in eorum libris, non fabulosis, sed historicis seu vera seu falsa sint, non inferunt hominibus pernicię, sed stuporẽ. Sed & cum pluit terra f, cum pluit creta g, cum pluit lapides h,* non vt grando appellari solet hoc nomine, sed omnino vel terręᵉ vel cretæ, vel lapidũ pluuia. Hæc profecto etiam grauiter lædere potuerunt. Legimus apud eos Aetneis ignibus k ab ipso montis vertice vsque ad littus proximũ decurrẽtibus ita ferbuisse mare, vt rupes exurerẽtur, & pices nauium soluerentur. hoc vtique nõ leuiter noxium fuit, quanuis incredibiliter mirum. Eodẽ rursus æstu l ignium tanta vi fauillæ scripserunt oppletam esse Siciliam, vt Catinensis vrbis m tecta obruta & oppressa diruerẽt. Qua calamitate permoti, misericorditer eiusdem anni n tributũ ei relaxauere Romani. Locustarum etiam in Aphrica º multitudinem prodigij similem fuisse, cum iam esset populi Romani prouincia, literis mãdauerunt: consumptis enim fructibus foliisq; lignorum, ingenti atq; inæstimabili nube in mare dicunt esse deiectam. Qua mortua redditaq; littoribus, atque hinc aëre corrupto, tantam ortam pestilentiam dicunt, vt in solo regno Masinissæ p octingenta hominum milia q perisse referantur, & multo amplius in terris r littoribus proximis: tunc Vticæ ex triginta milibus virorum *ˢ quæ ibi erãt, decem remansisse cõfirmant. Talis itaq; vanitas qualẽ patimur, eiq; respõdere compellimur: quid horum non Christianæ religioni tribueret, si tẽporibus Christianis videret? Et tamen diis suis ista non tribuunt: quorum ideo cultum t requirunt, ne ista vel minora patiantur, cum ea maiora pertulerint à quibus antea colebantur.

SAbæo.) Sabei populi sunt iuxta Syriam & Arabiam, apud quos nascitur thus. Vergilius:

India mittit ebur, molles sua thura Sabæi.

Serui° Sabæos nominatos ait à σίβεσθαι, quod est colere. quia thure, quod apud eos nascitur, deos placamus. b Non elegit templum.) Obiit in Formiano suo, quum tentata nauigatione trans mare ad Brutum tempestate repulsus esset. c Boues locutos.) Frequentissime in prodigiis apud historicos, vt bello Punico secũdo Q. & Fabio Maximo quartum, & M. Marcello. iij. Coss. quo eodem anno Spoleti ex muliere vir est factus, & Marciæ infans in vtero iõ triumphe clamauit. Author Liuiº libro. xxiiij. Locuta est & bos bello Antiocheno: Roma caue tibi. & bello ciuili Antoniano, bos vrgenti se in opere dixit, non defuturum frumen-

a Sabæi.
Boues locuti.
** aliâs pluit lapidibus, & mox sic sed omnino lapidibus.*
** aliâs iuniorum.*

G frumentum,ſed homines qui illud ederent, & aliâs ſæpiſſime. d Volaſſe ſerpentes.) In Lybiæ ſolitudinibus ſerpentes ſunt plurimæ volucres,quæ Aphrico vento in agrum Aegyptium cum magna indigenarũ pernicie ſe effundunt.Idcirco Cicero Ibem ab illis cultũ hominibus ſcribit,quòd hoc animal eam peſtem ab Aegypto auertat.Idem Herodotus in Euterpe. e Fœminas & gallinas & homines.) Sexus mutatos, ex fœminis hominibus viros factos, ex gallinis gallos gallinaceos. Mendum nullum eſt in ſcriptura.admoneo, quandoquidẽ vim coniunctionis noſter interpres parum intelligens,parum recte ſic legi putat: Fœminas,& gallinas,& homines: tum etiam quòd fœminam ad alia non poſſe animalia pertinere exiſtimat,quàm ad homines: & homines eſſe tantũmodo virilis ſexus:ideo ſic explicat,fœminas conuerſas in homines,id eſt, in viros,inquit.En quales homines venerabatur ſeculum prius: quì nam ſumebant ſibi veteres authores enarrandos, quum nondũ ſcirent homines etiam ad mulieres pertinere, & fœminas de brutis quoque animalibus dici?Et miramur tam corruptas nos artes omnes à patribus accepiſſe.Miremur potius,quum tale hominum genus in illas inuaſerit,nos aliquas omnino accepiſſe.Porrò hanc ſexus mutationẽ Plinius libro ſeptimo,non eſſe fabuloſam dicit:& aliquot teſtimonia affert, ſuámq; fidem interponit,quod teſtificari ſe quæ viderit,aiat. Et profecto conſiderantí mihi rationem ſexuum,difficile videtur ex mare fieri fœminã. Contrà fieri,non item.nam retrahere naturam virile membrum intrinſecus, facerẽq; ex eo locos fœmineos difficillimũ eſt : expellere vero locos foras,peuiſq; in modum deformare,& ſi rarum,fieri tamen poteſt, facili' quàm credatur. f Sed & quum pluit terra.) Terra pluiſſe, idq; nõ ſemel aut iterum rerum ſcriptores tradunt. Liuius & Iulius Obſequens, & alij. g Quum pluit creta.) Obſequens in prodigiis, Q.Metello, Tullio Didio Coſſ.creta candida pluit. h Quum pluit lapides.) Neque hoc rarum.Primùm poſt conditam Romam, Tullo Hoſtilio rege contigit, quod vix credibile videbatur:poſtea toties,vt nulli mirũ iam eſſet.ocioſum ſit in re crebertima exẽpla afferre. i Sed omnino vel terræ.) Antiqui libri ſic habẽt:Sed omnino lapidib' hæc profecto &c. k Aetnæis ignibus,) Aetna mons eſt in Sicilia Vulcano ſacer,qui per noctem flammas euomit per hiatum ſtadiorum.xx.quem craterem vocãt: quos duos eſſe vult Solinus in Polyhiſtore.dictus ſic vel ab Aetna filio Briareí Cyclopis,vel ab Aetna dea filia Cœli & Terræ, quam alij Thaliam vocãt, quemadmodum Seruius dicit.Hunc montem Vergilius deſcripſit longo carmine. Ouidio ſunt, qui attribuant.Seneca Ouidium à deſcribendo Aetna deterritum refert,quod illum à Vergilio iam ſciret cãtatum.Cornelij Seueri putant eſſe nonnulli.Exundat ſæpe incendiis vicinis agris gentibusq; noxiis.Sic Gn.Seruilio Cæpione, & C.Lælio Coſſ. Tũ Seruio Flacco & Q.Calpurnio Coſſ. hoc quod Auguſtinus hîc narrat contigit M.Aemilio, L.Aurelio Coſſ. Obſequens:Aetna mons terræ motu ignes ſuper verticem late diffudit,& ad inſulam Liparas mare efferbuit, & quibuſdam aduſtis nauibus vapore pleros q; nauales exanimauit. Piſcium vim magnam exanimem diſperſit,quos Liparenſes auidius epulis appetentes contaminatione ventris conſumpti ſunt, ita vt noua peſtilentia vaſtarentur inſulæ.Hactenus verba ſunt Iulij.Accidit iſtud paulo ante ſeditionem C.Gracchi.Oroſius addit multos mortales incẽdio abſumptos,coactoſq; eſſe deſertis ſuis quàm longiſſime aufugere. l Eodẽ ruſſus æſtu.) Oroſius libro quinto,capite duodecimo. m Catinenſis vrbis.) Alibi Catanenſis.idem eſt.illa enim ciuitas & Catana & Catina dicitur,etſi Catina ſit etiam in Hiſpania, & in Arcadia. Plinius libr.iij. Mons Aetna nocturnis mirus incendiis, Crater eius patet ambitu ſtadiorum.xx.Fauilla Tauromínum & Catanam vſque peruenit feruens. n Eiuſdem anni.) Oroſius decem annorum tributũ à ſenatu eis remiſſum eſt author. o Locuſtarum etiam in Aphrica.) Liuius lib.ix. Oroſius, Eutropius, Iulius Obſequẽs, contigit etiam ante ſeditionẽ C. Gracchi.P.Plautio Hipſæo.M.Fuluio,Flacco Coſſ. p In ſolo regno Maſiniſſæ.) An potius Micipſæ filij eius.nam Maſiniſſa iam obierat.Sed dici poteſt Maſiniſſæ regnum, quòd illud ei pro maximis meritis populus Romanus dedit. q Octingenta hominum millia.) Sic Oroſius, qui & regnum Micipſę nominat. Obſequens D.ccc.hominum millia in vniuerſum ſcribit fato deceſſiſſe.Eutropius tametſi non bonus admodũ cõputator,ſic inquit: Qua peſtilẽtia in Numidia D.cccc.millia hominum, circa Carthaginem vero.cc.M. Romanorum vero militum, qui ibi ad præſidium erãt.xxx.M. extincta ſunt.cadẽ penè Oroſius, niſi quod pro nongentis octoginta ponit. r Multo amplius in terris.) Diuerſum ſcribunt hyſtorici quos legimus, niſi Auguſtinus alios authores ſit ſecutus,vel oratorio modo inflexerit hiſtoriã ad ſuam vtilitatẽ. Quod licere fieri Cicero perſona Attici docet in Bruto:& ab ipſo Cicerone nonnunquam eſſe factum,& nos interdum in eius orationibus deprehendimus , & Aſconius Pædianus annotauit. ſ Ex triginta milibus virorum.) Veteres libri habẽt, iuniorum:certe de militibus eſt intelligendũ, qui Vticæ relicti erant præſidium Aphricæ. t Quorum ideo cultum.) Legendum,quorum ideo cultum requirũntne iſta vel minora.

Volantes ſerpentes.

Fœminas de brutis

Aetna mõs

Catina.

FINIS.

ELENCHVS[k]

CAPITVM LIB. IIIJ. DE Ciuitate dei ad Marcellinum.

1 De his quæ primo volumine diſputata ſunt.
2 De his quę libro ſecundo & tertio continentur.
3 An latitudo imperij,quę non niſi bellis acquiritur, in bona habenda ſit,ſiue fœlicium,ſiue ſapiẽtiũ.
4 Quàm ſimilia ſint latrociniis regna abſq; iuſtitia.
5 De fugitiuis gladiatoribus,quorum potentia ſimilis fuerit regię dignitati.
6 De cupiditate Nini regis,qui vt latius dominaretur,primus intulit bella finitimis.
7 An regna terrena inter profectus ſuos atque defectus deorũ vel iuuentur, vel deſerantur auxilio.
8 Quorum deorum pręſidio putent Romani imperium ſuum auctum atque ſeruatum, cum ſingulis vix ſingularum rerum tuitionem cõmittendam eſſe crediderint.
9 An imperij Romani amplitudo & diuturnitas Iouí fuerit adſcribẽda,quem ſummum deum cultores ipſius opinantur.
10 Quas opiniones ſecuti ſint, qui diuerſos deos diuerſis mundi partibus præfecerunt.
11 De multis diis,quos doctores Paganorum vnum eundemq; Iouem eſſe defendunt.
12 De opinione eorum, qui deum animam mundi,& dum corpus dei eſſe putauerunt.
13 De his qui ſola rationalia animantia partes eſſe vnius dei aſſerunt.
14 Augmenta regnorum Ioui incongruenter aſcribi, cum ſi,vt volunt, dea eſt Victoria, ipſa huic negocio ſola ſufficeret.
15 An congruat bonis latius velle regnare.
16 Quid fuerit quod Romani omnibus rebus & omnibus motibus deos ſingulos deputãtes,ædem Quietis extra portas eſſe voluerunt.
17 An ſi Iouis ſumma poteſtas eſt, etiã Victoria dea debuerit exiſtimari.
18 Fœlicitatem & Fortunam qui deas putant,qua ratione fecerunt†. †aliâs ſecernunt.
19 De fortuna muliebri.
20 De Virtute & Fide, quas Pagani templis & ſacris honorauerunt , prætermittentes alia bona, quæ ſimiliter colenda fuerunt, ſi recte aliis diuinitas tribuebatur.
21 Quod vnum non intelligentes deum, virtute ſaltem & fœlicitate debuerint eſſe contenti.
22 De ſcientia colẽdorum deorum, quam à ſe Varro gloriatur collatam eſſe Romanis.
23 De fœlicitate quam Romani multorum veneratores deorum diu non coluerũt honore diuino, cum pro omnibus ſola ſufficeret.
24 Qua ratione defendant Pagani, quod inter deos colant ipſa dona diuina.
25 De vno tantũ colendo deo,qui licet nomine ignoretur,tamen fœlicitatis dator eſſe ſentitur.
26 De ludis ſcenicis,quos ſibi dij celebrari à ſuis cultoribus exegerunt.
27 De tribus generibus deorũ,de quibus Scæuola põtifex diſputauit.
28 An ad obtinendum dilatãdumq; regnum profuerit Romanis cultus deorum.
29 De falſitate auſpicij,quo Romani regni fortitudo & ſtabilitas viſa eſt indicari.
30 Qualia de diis gentium etiam cultores eorũ ſe ſentire fateantur.
31 De opinionibus Varronis, qui reprobata perſuaſione populari licet ad notitiã veri dei non peruenerit,vnum tamen colendum eſſe cenſuerit.
32 Ob quam ſpeciem vtilitatis principes gentiũ apud ſubiectos ſibi populos fallas religiones voluerũt permanere.
33 Quod iudicio & poteſtate veri dei omnium regũ atque regnorum ordinata ſint tempora.
34 De regno Iudæorum,quod ab vno & vero deo inſtitutum atque ſeruatum eſt,donec in vera religione manſerunt.

D.AVRELII AVGVSTINI DE Ciuitate dei ad Marcellinum. LIB.IIII.

De his quæ primo uolumine diſputata ſunt. Caput I.

DE Ciuitate dei dicere exorſus, prius reſpondẽdum putaui eius inimicis,qui terrena gaudia cõſectantes,rebusq; fugacibus inhiantes, quicquid in eis triſte, miſericordia potius admonẽtis dei, quàm puniẽtis ſeueritate patiũtur religioni increpitãt Chriſtianę,quę vna eſt ſalubris &vera religio. Et quoniã cũ ſit in eis etiã vulgus indoctũ , velut doctorũ authoritate in odiũ noſtrũ grauius irritãtur , exiſtimãtibus imperitis,ea quę ſuis tẽporibus inſolite acciderunt, per alia retro tẽpora accidere nõ ſolere. Eorumq; opinionem,etiam iis qui eam falſam eſſe nouerunt,vt aduerſum nos iuſta murmura habere videãtur,ſuæ ſciẽtiæ diſſimulatione firmantibus: de libris quos authores eorum ad cognoſcendam pręteritorum temporum hiſtoriam memoriæ mandauerunt, longè aliter eſſe, quàm putant,demonſtrandum fuit: & ſimul docendũ, deos falſos,quos vel palàm colebant,vel occulte adhuc colunt,eos eſſe immundiſſimos ſpiritus,& maligniſſimos ac fallaciſſimos dæmones:vſqueadeo,vt aut veris, aut fictis etiam ſuis tamen criminibus delectẽtur, quæ ſibi celebrari per ſua feſta voluerunt:vt à perpetrandis dãnabilibus factis,humana reuocari non poſſit infirmitas,dum ad hæc imitãda velut diuina præbetur authoritas.Hæc non ex noſtra cõiectura probauimus,ſed partim ex recenti memoria (quia & ipſi vidimus talia ac talibus numinibus exhiberi)partim ex literis eorũ, qui non tanquam in cõtumeliam,ſed tanquam in honorem deorum ſuorum iſta conſcripta poſteris reliquerunt:ita vt vir doctiſſimus apud eos Varro,& grauiſſimæ authoritatis,cum rerum humanarum atq; diuinarũ diſpartitos faceret libros, alios humanis, alios diuinis pro ſua cuiuſque rei dignitate diſtribuens, non ſaltem in rebus humanis,ſed in rebus diuinis poneret ludos ſcenicos:cum vtiq; ſi tantũmodo boni & honeſti homines in ciuitate eſſent, nec in rebus humanis ludi ſcenici eſſe debuiſſent. Quod profecto non authoritate ſua fecit, ſed quoniam eos Romæ natus & educatus in diuinis rebus inuenit.

IO. LODOVICI VIVIS VALentini in Quartum librum de ciuitate dei D.Auguſtini commentaria.

NVnc ex rebus geſtis Pop.Ro.ad religionẽ eius,ſacra,ceremoniasq; tranſeundum.Superioribus libris nullam præfati ſumus veniam,quòd acta illius populi, ſi nõ ad plenum ex aliquo,quoniam periit magna pars T.Liuij ſcriptoris rerũ copioſiſſimi,certe ex multis quoquo modo colligi potuerũt,quatuor libris ſequẽtibus,ſed in primis hoc quarto ignoſci nobis petimus, ſi quo in loco vel diligentiam noſtram lector deſiderarit, vel ingeniũ. nullus de his rebus author ad hanc memoriam peruenit,qui quidem extet.Interciderunt enim,vt alia eiuſdẽ viri quàm plurima: ſic & antiquitates M. Varronis: quas vnas ſi haberemus,ſatiſfacere potuiſſemus Auguſtino, vnde illi ſunt ferè quæ dicit deſumpta. itaque emendicãda nobis è variis fuerunt,quæ huc afferremus,ne nudi omnino & inopes, omniq; nõ modo cultu ac ornatu,ſed inſtrumẽto quoque domeſtico egeni videremur:quæ ſi non magnifice conſtructa & parata ſint, cõtenti erimus hoc ſolo, nõ prorſus videri pudendam noſtram mendicitatẽ,quod non aſſecutus etiã venia danda:præſertim nulla conatus & diligentiæ culpa, & in re cuius cum maximè maximo generis malo vigeret, plurimi erant & quidẽ doctiſſ.vt de vulgo taceam , qui non pariuam ſanè partem ignorabant. Sicut ipſe teſtatur Varro.Profectò Iuuenalis in Satyra prima neſciiſſe videtur Pecuniam pro dea Romanis cultam,cum ait:

Et ſi funeſta pecunia templo.

Nondum habitas,nullas numorũ ereximus aras. Quam tamen cũ Acrino & Argẽtino Varro inter deos numerat. Quis ergo miretur, ſi rẽ opę & benignitate Chriſti ex hominum vita iam olim pulſam, nos adeo nõ teneamus exacte,vt vel quiuis ex illo populo,vel etiã ſi diis placet, Varro ipſe,qui Romanis põtificibus opprobrare nec falſò auſus eſt eſſe in ſuis diis ac religionibus cõplura,quæ illos laterent, quę omnia ipſe aperuit & declarauit,vir totius veteris æui conſultiſſimus. Iſtis omnibus accedit,nulla fore,aut rebus humanis,aut eruditioni iacturam, ſi quemadmodum de vſu vitaq;, ſic etiam de memoria impietas eiuſmodi abiret. Quid enim confert eruditioni flagitia Iouis aut Veneris noſſe? quibus diis quæ ſacra fiant?quæ oſtenta quibus hoſtiis ſacrisq; procranda?quæ auguria prodigiaq; à quibus mittantur? quomodo expientur? ſi quibus hæc placent,contendunt nos per ea fieri peritiores. Ego vero qui non pauciora ex illis deliramentis noui,quàm quiuis eorum, contendo futurum vtilius vitæ moribusq; in totum neſciri: quæ res minus me reddit ſolicitum,ſi cuius diui diuæq; diuinitatem,genus,templa,aras, feſta, ceremonias,ſacra,horũ omnium rationem & modum haud quaquam copioſe perſecutus ſum.tametſi adhibita nobis eſt opera, ne lector harum rerum ſtudioſus,vacuus earũ à lectione noſtrorũ cõmẽtariorũ diſcedat.

Antiquitates M. Varronis.

De his quæ libro ſecundo & tertio continentur. Caput II.

ET quoniam in fine primi libri,quæ deinceps dicenda eſſent, breuiter poſuimus , & ex his quædam in duobus conſequentibus diximus, expectationi legentiũ quæ reſtant reddenda cognoſcimus. Promiſeramus ergo quædã nos eſſe dicturos, aduerſus eos,qui Romanæ Reipublicæ clades in religionem noſtram referunt:& commemoraturos quęcunq; & quantacunque occurrere potuiſſent,vel ſatis eſſe viderentur,mala,quæ illa ciuitas pertulit,vel ad eius imperium prouinciæ pertinẽtes, antequam eorum ſacrificia prohibita fuiſſent: quæ omnia proculdubio nobis tribuerẽt,ſi iam vel illis noſtra clareret religio, vel ita eos à ſacris ſacrilegiis prohiberet. Hæc in ſecundo & tertio libris ſatis,quantum exiſtimo,abſoluimus:in ſecundo agentes de malis morum:quę mala vel ſola, vel maxima deputanda ſunt. In tertio autem libro de his quæ ſtulti ſola perpeti exhorrent , corporis videlicet, externarumq; rerum [a], quæ plerunque patiũtur & boni.Illa vero mala non dico patienter, ſed libenter habent,quibus ipſi fiunt mali.Et quàm pauca dixi de ſola illa ciuitate,atq; eius imperio,nec inde omnia vſque ad Cæſarem Auguſtũ.Quod ſi ita commemorare voluiſſem,& exaggerare illa mala quæ non ſibiinuicem homines faciũt,ſicut ſunt vaſtationes, euerſionesq; bellantium:ſed ex ipſius mundi elementis terrenis accidunt rebus, quæ vno loco Apuleius [b] breuiter ſtringit in eo libro,quem de mundo ſcripſit:terrena omnia dicens mutationes, conuerſiones,θ & intenſiones , & remiſſiones θ,atq; interitum habere.[c] Nanq; immodicis tremoribus terrarũ vt verbis eius vtar, diſſiluiſſe humum & interceptas vrbes cum populis dicit: abruptis etiam imbribus prolutas totas eſſe regiones:illas etiam quę prius fuerant cõtinẽtes,hoſpitibus atq; aduenis fluctibus inſulatas,aliasq; deſidia maris pedeſtri acceſſu

Li.1. de Ciui.dei.ca.6

perniias

G peruias factas:ventis ac procellis euersas esse ciuitates: incendia de nubibus emicuisse,quibus Oriẽtis regiones conflagratę perierunt:& in Occidẽtis plagis scaturigines quasdam ac proluuiones easdẽ strages dedisse. Sic ex Aetnæ verticibus quondã effusis crateribus, per decliuia,incendio diuino,torrentis vice flammarum flumina cucurrisse. Si hæc atq; huiusmodi,quæ habet historia,vnde possem colligere voluissem, quando finissem,quæ illis temporibus euenerũt, antequam Christi nomen illa istorũ vana & veræ saluti perniciosa cõprimeret? Promiseram me etiam demonstraturũ,quos eorũ mores,& quam ob causam deus verus ad augendum imperiũ adiuuare dignatus est, in cuius potestate sunt regna omnia, quamq; eos nihil adiuuerint hi quos deos putant,& potius quantũ decipiendo & fallendo nocuerint: vnde nunc mihi video esse dicendũ, & magis de incremẽtis imperij Romani. Nam de noxia fallacia dæmonum,quos velut deos colebãt, quantum malorũ inuexerit moribus eorum, in secũdo maximè libro non pauca iam dicta sunt. Per omnes autẽ absolutos tres libros vbi opportunum visum est,com-
H memoraũimus etiam in ipsis bellicis malis, quãtũ solatiorum deus per Christi nomen, cui tãtum honoris barbari detulerũt,præter bellorum morem bonis malisq; contulerit,qui facit solem suum oriri super bonos & malos,& pluit super iustos & iniustos.

Mat. 5.

a Corporis videlicet externarumq; rerum.) Vt est triplex bonorũ genus,ita & malorum triplex illis contrarium. b Quæ vno loco Apuleius.) Alibi in eo libro,L. Apuleius Madaurensis philosophus fuit Platonicus,antiquę dictionis amator, & æmulus. Librum Metamorphoseos ex Luciano vertit, ac multis additis suum fecit:de mundo siue cosmographia ex Aristotele ad verbum dissimulato, quod vehementer miror,authore, tametsi Aristotelem, & Theophrastũ sequi se in eo opere profiteatur,inaudita ciuili loquẽdi formula: nã furripere appellat sequi,quod ciuilius etiã est quàm fugæ,cedendi nomẽ indere:credo quod sequi vocaret præcurrere, ac viam monstrare: & plane istæ sunt innouatæ vocum significationes, quo gratior fiat oratio atque lepidior.Libellum de mundo vt recentiores transeam, veteres, de quorũ numero sunt Iustinus philosophus ac martyr,& Themistius Euphradæ, Aristotelis esse dicunt:quanquam phrasis parũ id indicare videatur, florentior & concinnior quàm solet esse Aristotelica. Sed de hoc nõ est nũc disputandi locus. Certe vel ab Aristotele, vel à Theophrasto, vel aliquo illorum temporum Aristotelicæ doctrinæ sectatore cõscriptum esse res ostendit,cõpendiũ,sicut Iustinus inquit,Peripateticæ philosophiæ illius quæ ad naturam spectat. Verba hæc quæ ab Augustino citantur, desunt in exemplari Apuleij Florentino:quod mihi Petrus Egidius Antuerpianus,homo apprime erudius,& amicus omnium quos norim,cãdidissimus,atque integerrimus,accommodauit. Desunt & in Veneto antiquiore,quod vidimus apud egregium virum Petrum Apostoliũ, & in nostro recẽtiore,quod excusit Asulanus Aldi socer. Sic enim in eis omnibus habetur: Terrena omnia mutationes,& conuersiones, postremo interitus
I habent. Postremo quod est in triremi gubernator, & tamen scripsisse hæc Apuleium,quæ Augustinus adducit,apparet, tum ex filo formãque orationis plane Apuleiana , tum etiam quod in Aristotelis libro leguntur. Ad hunc enim modum dicit,siquis forte requirit Græca verba: Πόνα τὲ τὰ ὀυρανία,δ΄ἃ τὸ ἀεὶ τῶν ἀυτῶν σῴζοντα τάξιν δ΄ιακεκόσμικῃ,καὶ οὐ ποτε ἄλλοιωθέντα μετεκινήθη, καθάπῃ τὰ ἐπὶ γῆς ἔνγειπα ὄντα πολλὰς ἐτεροιώσεις,καὶ πάθη ἀναδέδεκται.σεισμοίτε γὰρ ἤδη βίαιοι πολλὰ μέρη τῆς γῆς ἀνέῤῥηξαν.ὄμβροιτε κατέκλυσαν δικαίοι καταῤῥαγέντες, ἐπιδρομαίτε κυμάτων κὴ ἀναχωρήσεις πολλάκις,καὶ ἠπείρους ἐδαλάττωσαν, καὶ θαλάττας ἠπείρωσαν. βίαιτε πνευμάτων καὶ τυφώνων ἐς ἰν,ὅτε πόλεις ὅλας ἀνέῤῥιψαν.πυρκαϊάτε,καὶ φλόγες.εἰ μὴ δὲ ὀυρανὸς γενόμεναι πρότερον, ὥσπῃ φασὶν,ἐπὶ φαέθοντος τὰ πρὸς ἕω μέρη κατέφλεξαν. εἰ δὲ πρὸς ἑσπέρας ἐκ γῆς ἀναβλύσασαι,καὶ ἐκφυσήσασαι, καθάπῃ σὺν αὐτῃ κρατῆρες ἀναῤῥαγέντων , καὶ ἀνὰ τῶν γῆς φερομένων χειμάῤῥου δίκην,Haeten' Aristoteles. Quæ verba Latina Apulei' reddit,vbi Oriẽtis regiones cõflagrasse dicit. Phaëtõtis incendium Aristoteles disserte explicat,illius quem Solis filium fuisse perhibet,& aurigandi ignorantia cœlum ac terras incendisse. hæc vero Aetnæ conflagratio prima est eruptio ignis ex eo monte quæ secundo anno octauæ & octogesimæ Olympiadis,tribus ante natũm Platonem annis contigit:si modo Eusebio Cæsariensi bene sunt tempora digesta, quod non temere contingit,haud dubie librariorum potius vitio,quàm authoris,in conflagratione seruatos esse pios homines miraculo quodã

Apuleius.

Liber de mundo an Aristotelis

Aetnæ conflagratio.

ne ab igne læderentur.& hoc de mundo libro attingit Aristoteles,& fusius in mirabilibus naturę auditionibus explicat,quem etiã librũ nondũ certũ habeo, nũ sit Aristotelis'. c Cõuersiones,& intẽsiones,& remissiones, atq; interitũ habere.) Periisset nugator ille,nisi aliud admiscuisset Augustino de intentione & remissione formarũ , super qua re maior est inter eos digladiatio,quàmvnquam inter Græcos & Troianos fuit super formosa Helena:nimirum illas suas formas nihilum formæ huius debere cedere existimant.In antiquis Augustini libris non leguntur illa duo verba intẽsiones & remissiones,nec in Græco Aristotelis codice, sed solum ἐπιτειδάσεις,καὶ πάθη.q.conuersiones & interitus, ideo nec euersiones dicendum,sed conuersiones.

K

An latitudo imperii,quæ non nisi bellis acquiritur,in bono habẽda sit siue fœliciũ siue sapiẽtiũ. Cap. III.

TAm itaque videamus quale sit, quod tantam latitudinem ac diuturnitatẽ imperii Romani illis diis audent tribuere:quos etiã per turpium ludorum obsequia,& per turpium hominũ ministeria se honeste coluisse contendũt. Quanquã prius vellem paululum inquirere,quæ sit ratio, quæ prudentia,cum hominum fœlicitatem non possis ostendere, semper in bellicis cladibus, & in sanguine ciuili, vel hostili,tamen humano,cũ tenebroso timore,& cruenta cupiditate versantium:vt vitro lætitia eorum comparetur fragiliter splendida *,cui timeatur horribilius ne repente frangatur:de imperij magnitudine ac latitudine velle gloriari. Hoc vt facilius diiudicetur : non vanescamus inani ventositate iactati, atq; obtũdamus intentionis aciem altisonis vocabulis rerum, cum audimus populos,regna,prouincias, sed duos constituamus homines. Nã singulus quisq; homo, vt in sermone vna litera,ita quasi elemẽtum est ciuitatis & regni, quantalibet terrarum occupatione latissimi. Quorum duorum hominũ, pauperem vnum, vel potius mediocrem,alterum prædiuitem cogitemus: sed diuitem timoribus anxium, mœroribus tabescentem, cupiditate flagrantem,nunquam securũ, semper inquietum, perpetuis inimicitiarum contentionibus anhelãtem, augentem sanè his miseriis patrimonium suũ in immensum modum, atq; illis augmentis curas quoque amarissimas aggerantem:mediocrem vero illum re familiari parua atque succincta sibi sufficiẽtem, charissimũ suis cognatis,vicinis,amicis, dulcissima pace gaudentem,pietate religiosum,benignum mente, sanum corpore,vita parcum,moribus castum,conscientia securũ. Nescio vtrũ quisquam ita desipiat, vt audeat dubitare quẽ præferat, Vt ergo in his duobus hominibus,ita in duabus familiis,ita in duobus populis,ita in duobus regnis regula sequitur æquitatis. Qua vigilanter adhibita,si nostra intentio corrigatur facillime videbimus vbi habitet vanitas,& vbi fœlicitas. Quapropter si verus deus colatur,eiq; sacris veracibus & bonis moribus seruiatur,vtile est,vt boni lõge lateq; diu regnẽt. Neq; hoc tam ipsis,quàm illis vtile est, quibus regnãt. Nam quantum ad ipsos pertinet,pietas & probitas eorũ, quæ magna dona dei sunt, sufficit eis ad veram fœlicitatẽ, qua & ista vita bene agatur,& postea percipiatur æterna. In hac ergo terra regnum bonorum, non tam illis præstatur,quàm rebus humanis. Malorum vero regnũ magis regnantibus nocet, qui suos animos vastãt scelerum maiore licentia:his autem qui eis seruiẽdo subduntur , non nocet nisi iniquitas propria. Nam iustis quicquid malorum ab iniquis dominis irrogatur,non est pœna criminis,sed virtutis examen. Proinde bonus etiã si seruiat a, liber est:malus autẽ , etiã si regnet,seruus est:nec vnius hominis,sed quod est grauius,tot dominorum,quot vitiorum. De quibus vitiis quum ageret scriptura diuina:A quo enim quis, inquit, deuictus est,huic & seruus addictus est.

* aliàs,ut uitreæ lætitiæ cõp. fra. splẽdidæ.

L

M

2. Petri 2.

Proinde

A a PRoinde bonus etiam si seruiat.) Stoicum paradoxum, cuius meminit Cicero in Paradoxis,& pro Murena: idcirco Hieronym' Stoicam sectam simillimam censet Christianæ religionis

Stoici Christianis proximi.

Quàm similia sint latrociniis regna absque iustitia.
Caput IIII.

REmota itaq; iustitia,quid sunt regna,nisi magna latrocinia? Quia & ipsa latrocinia a quid sunt,nisi parua regna? Manus etenim ipsa hominum cum imperio principis regitur, pacto societatis astringitur, placiti lege præda diuiditur. Hoc malũ si in tantũ perditorum hominum accessibus crescit, vt & loca teneat,sedes constituat,ciuitates occupet, populos subiuget,euidentius regni nomen assumit, quod ei iam in manifesto confert non adempta cupiditas, sed addita impunitas. Eleganter enim & veraciter Alexãdro illi Magno quidam comprehensus pirata b respõdit: Nam cum idem rex hominem interrogasset, quid ei videretur,vt mare haberet infestum? ille libera contumacia,quid tibi,inquit,vt orbem terrarum? Sed quia id ego exiguo nauigio facio, latro vocor : quia tu magna classe,Imperator.

a Quia & ipsa latrocinia.) Hoc idẽ elegantissime Cyprianus ad Donatum: Madet,inquit, orbis mutuo sanguine:& homicidium,quum admittunt singuli,crimẽ est: virtus vocatur, quũ publice geritur. Impunitatem sceleribus acquirit, non innocentiæ ratio,sed sæuitiæ magnitudo. Et profecto non modo non est bonorum hominum bellare, sed ne latronum, ac ne hominum quidem. belluarum est iste furor,vnde bellum nomen accepit; vt in officiis subsignificat Cicero, & Festus aperte testatur. b Quidam comprehensus pirata.) Ex Cice. lib. de repu. iij. vt est apud Noniũ Marcellum. Nam cum quæreretur, inquit, ex eo, quo scelere impulsus mare haberet infestum, vno myoparo ne eodem,inquit, quo tu orbem terræ. Porrò myoparo nauicula solebat esse piratica. Lucanus in. x. Alexandrũ fœlicem,terrarum prædonem vocat:&,

Piratæ cuiusdã libere dictum.

Terrarum fatale malum,fulmenq; quod omnes
Pèrcuteret populos pariterq;,& sydus iniquum
Gentibus.

B

De fugitiuis gladiatoribus.quorum potentia similis fuerit regiæ dignitati. *Caput.* V.

RProinde omitto quærere quales Romulus cõgregauerit, quoniã multum eis cõsultum est, vt ex illa vita dato sibi cõsortio ciuitatis, pœnas debitas cogitare desisterent: quarum metus eos in maiora facinora propellebat ,vt deinceps pacatiores essent rebus humanis. Hoc dico,quod ipsum Romanũ imperium iam magnum multis gentibus subiugatis, cęterisq; terribile,acerbe sensit,grauiter timuit,nõ paruo negocio deuitandæ ingentis cladis oppressum:quã-
C do paucissimi gladiatores in Campania de ludo fugiẽtes,exercitũ magnũ compararũt:tres duces a habuerũt: Italiam latissime & crudelissime vastauerunt. Dicant quis istos deus adiuuerit, vt ex paruo & contemptibili latrocinio peruenirent ad regnum, tantis iam Romanis viribus arcibusq; metuendũ? An quia non diu fuerunt b,ideo diuinitus negabũtur adiuti? Quasi vero ipsa cuiuslibet hominis vita diuturna sit. Isto ergo pacto neminem dij adiuuant ad regnandum, quoniã singuli quiq; cito moriuntur. Nec beneficium deputãdum est, quod exiguo tempore in vno quoq; homine,ac per hoc singillatim vtiq; in omnibus vice vaporis euanescit. Quid enim interest eorum qui sub Romulo deos coluerũt,& olim sunt mortui, quod post eorum mortem Romanum tantum creuit imperium,cum illi apud inferos causas suas agãt? Vtrum bonas, an malas ad rem præsentem non pertinet. Hoc autẽ de omnibus intelligendum est,qui per ipsum imperium quãuis decedentibus succedentibusq; mortalibus in longa spatia protendatur , paucis diebus vitæ suæ cursim raptimque transierũt,actuum suorũ sarcinas baiulantes. Sin vero etiã ipsa breuissimi tẽporis beneficia deorũ adiutorio tribuenda sunt:non parum adiuti sunt illi gladiatores, D qui seruilis conditionis vincula ruperũt,fugerunt,etiã seruerunt,exercitum magnum & fortissimum collegerũt, obedientes regum suorũ consiliis & iussis , multũ Romanæ celsitudini metuendi, & aliquot Romanis Imperatoribus insuperabiles multa ceperũt: potiti sunt victoriis plurimis , vsi voluptatibus quibus voluerunt: quod suggessit libido fecerunt: postremo donec vincerentur,quod difficillime est factum,sublimes regnantesq; vixerunt. Sed ad maiora veniamus.

TRes duces.) Spartachũ, Chrysum,& Oenomaum. Memorabile est quod Plinius lib. iij.&.xxx. refert, interdixisse castris suis Sparthacum auro & argẽto: vnde non miror tantum eius opes potẽtiamq; creuisse. Et lex illa melior erat in castris fugitiuorũ,quàm sunt aliæ Midicæ in vrbibus potẽtiũ regũ. b An quia nõ diu fuerũt.) Tertio anno postquam fugerãt deleti sunt à M. Licinio Crasso.

a Duces fugitiuorum.

De cupiditate Ninĩ regis qui ut latius dominaretur primus intulit bella finitimis. *Caput.* VI.

IVstinus qui Græcam a vel potius peregrinã, Trogũ Pompeium secutus non Latine tantũ sicut ille,verum etiam breuiter scripsit historiam. Opus librorũ suorũ sic incipit: Principio rerum, gentiũ b nationumq; imperium penes reges erat,quos ad fastigium huius maiestatis,non ambitio popularis, sed spectata inter bonos moderatio prouehebat. Populi nullis legibus tenebãtur:arbitria principum c pro E legibus erant. Fines imperij tueri magis, quàm proferre mos erat. intra suam cuique patriam regna finiebãtur. Primus omnium Ninus d rex Assyriorũ veterẽ & quasi auitum gentibus morẽ noua imperij cupiditate mutauit. Hic primus intulit bella finitimis e, & rudes adhuc ad resistendũ populos,ad terminos vsque Libyæ perdomuit. Et paulo post: Ninus,inquit, magnitudinẽ quæsitæ dominationis continua possessione firmauit. Domitis igitur proximis,cum accessione virium fortior ad alios transiret,& proxima quæque victoria instrumentũ sequentis esset, totius Oriẽtis populos subegit. Qualibet autem fide rerum f, vel iste,vel Trogus scripserit:nam quædã illos fuisse mẽtitos,aliæ fideliores literæ ostendunt:constat tamen & inter alios scriptores regnũ Assyriorũ à Nino rege fuisse longe lateq; porrectum. Tam diu autem perseuerauit, vt Romanũ nondum sit eius ætatis g. Nam sicut scribunt qui chronicam historiam persecuti sunt, mille ducẽtos & quadraginta annos ab anno primo quo Ninus regnare cœpit permansit hoc regnum , donec transferretur ad Medos. Inferre autem bella finitimis & inde in cætera procedere,ac populos sibi non molestos sola regni cupiditate conterere & subdere,quid aliud quàm grande latrocinium nominandum est?

IVstinus qui Græcã.) Trogus Pompeius ab initio gẽtium res populorum omniũ complexus,ad sua tempora perduxit. Iustinus magnũ opus in breuiarium cõtraxit,quam epitomen nominauit, vt Florus fecit in Liuio,quanquam paulo fusius. Vtinam Florus non tam breuis compressusq; esse studuisset:nũc pro Trogo Iustinus legitur. Sunt qui historiam Trogi vidisse se in Italia affirment,per quietẽ puto. b Principio rerum gentiũ.) Principio singulę familiæ singulos reges habuerũt, vel natu maximos,vel consilio,prudentia,æquitate præstantiss. aliquãtum post nauctis familiis cœpit idem rex imperare, interdũ eidem plures reges,quos populus duces sibi rectorẽq;,& velut speculatores publici commodi eligebat,nõ qualem sors dedisset cogebatur accipere, nec nobilitas valebat,nec ambitus: sua vnicuique vtilitas cum communi cõiuncta satis chara,satisq; cõmendata erat,ne eligeret nisi optimũ. c Arbitria principũ.) Cum princeps est bonus,satius est ab eo regi, quàm à bona lege,sicut Aristoteles docet in lib. de rep. d Primus omnium Ninus.) Hic fuit Beli filius,de quo alibi. e Hic primus intulit bella finitimis.) Ante Ninum constat bellatũ esse inter mortales: iam enim Aphri & Aegyptij inter se pugnarant sudibus, quas vocarũt phalangas, & belli authores Plinius in quinto Phœnices esse dicit: Iustinus Vexorẽ Aegypti, & Tanaîm Scythiæ reges nominat , qui bella, cum longinquis populis nominis & glorię causa gesserint. Ninus vero primus finitimis cupidine augendæ ditionis bellum fecit, f Qualibet autem fide rerũ.) Græci scriptores siue luxuria styli, siue quo res patriæ essent admirabiliores:

a

Reges primi.

Ninus rex

Primũ bellum.

G liores:siue quò magis operib° suis lectorē oblectarēt,tenerēntq;:siue gentis vitio,multa sunt in historia mētiti.Latini qui res Græcas tractarunt, cùm necesse haberent eos sequi,etiam multa falsa pro veris asseruerunt, vt Trogus,& Curtius Rufus. g Vt Ro.nondũ sit eius ætatis.)Quãtum durarit imperium Assyriorum non inter omnes cõuenit. Eusebius M.cc.&.xl. annos numerat,Diodorus Siculus M.ccc.&.lx. Ex Ethesiæ supputatione quo plurimum vtitur in rebus Asię narrandis. Iustinus ex hoc numero sexaginta adimit:nec de numero regũ constat.Diodo.xxx. reges fuisse Assyriorum scribit.Eusebi° sex & triginta. Velleius Patercul° tres & triginta à Nino ad Sardanapalũ ita vt semper successor regni fuerit demortui filij°.Porrò Augustin°libros de Ciuitate dei scripsit principatu Honorij & Theodosij iunioris circiter annũ ab vrb.con.M.c.lxx.

Imperium Assyriorũ

An regna terrena inter profectus suos atque defectus deorum uel inuentur uel deferantur auxilio.

Caput VII.

SI nullo deorũ adiutorio tam magnũ hoc regnum & prolixum fuit, quare diis Romanis tribuitur Romanum regnum, locis amplum temporibusq; diuturnum? Quæcunq; enim causa est,illa eadem est etiam ista.*Si* autem & illud deorum adiutorio tribuendũ esse contendunt,quæro quorum?Non enim aliæ gẽtes,quas Ninus domuit & subegit,alios tunc colebant deos. Aut si proprios habuerũt Assyrij,quasi peritiores fabros imperij construẽdi atq; seruandi,nunquid nam mortui sunt,quãdo & ipsi imperium perdiderũt?Aut mercede non sibi reddita, vel alia promissa maiore,ad Medos transire [a] maluerunt, atq; inde rursus ad Persas [b] Cyro inuitante & aliquid cõmodius pollicente?Quæ gens non angustis [c] Oriẽtis finibus post Alexandri Macedonis regnum magnũ locis,sed breuissimũ tempore in suo regno adhuc vsq; perdurat. Hoc si ita est, aut infideles dij sunt qui suos deserunt,& ad hostes transeunt. Quod nec homo fecit Camillus, quando victor & expugnator aduersissimæ ciuitatis,Romam cui vicerat sensit ingratã, quam tamen postea oblitus iniuriæ,memor patrię à Gallis iterum liberauit.Aut non ita fortes sunt,vt deos esse fortes decet, qui possunt humanis vel consiliis vel viribus vinci?Aut si cum inter se belligerant,non dij ab hominibus,sed dij ab aliis diis forte vincũtur, qui sunt quarumq; proprij ciuitatum. Habent ergo & ipsi inter se inimicitias,quas pro sua quisque parte suscipiunt.Non itaq; deos suos vlla debuit colere ciuitas magis quàm alios à quibus adiuuarẽtur sui.Postremo quoquo modo se habeat deorũ iste vel transitus, vel fuga, vel migratio, vel in pugna defectio, nondum illis temporibus atque illis terrarum partibus Christi nomen fuerat prędicatum, quando illa regna per ingentes bellicas clades amissa atq; translata sunt. Nam si,post mille ducentos & quadraginta [d]*† annos, quando regnũ Assyriis ablatum est, iam ibi Christiana religio aliud regnum prędicaret æternum,& deorum falsorum cultus sacrilegos inhiberet: quid aliud gentis illius vani homines dicerent,nisi regnum,quod tam diu conseruatum est,nulla alia causa nisi suis religionibus desertis & illa recepta perire potuisse?In qua voce vanitatis quæ poterat esse:& isti attendant speculum suum,& similia cõqueri,si vllus in eis pudor est, erubescãt. Quãquam Romanum imperium [e] afflictũ est potius,quàm mutatum,quod & aliis ante Christi nomen temporibus ei cõtigit,& ab illa est afflictione recreatum, quod nec istis temporibus desperandum est. Quis enim de hac re nouit voluntatem dei?

†aliàs, quod excurrit.

a AD Medos trãsire.)Per Arbacem præfectum Mediæ, qui Sardanapalum vicit, indignatus quod effœminato homini tam multa milia virorum parerent.Iustinus,Orosius, Plutarchus, Eusebius,Diod.Sicu.& alij. b Atque inde rursus ad Persas.) Regnatum est à Medis in Asia ab Arbace ad Cyrum Cambysis filiũ annos.ccc.l. Astiages vltimus rex fuit,ex cuius filia Mãdane, quæ Cambysi nupsit,Cyrus est natus,quem auus somnio admonitus exponi iusserat, infans fato est seruatus.Cumq; adoleuisset, ingressus Persepolim expedire populum secures iussit, proximamq; syluam cædere: postridie instructiss. conuiuio multitudinem exceptam rogauit,num vitam eius diei pridianæ non præferrent?cumq; omnes præferre se clamassent, quandiu ergo,inquit,Medis parebitis,vita crit vt hesterna,si vos imperetis,vt hodierna:Ita coacto ĩgẽti exercitu, aut opes fregit, imperiumq; ad Persas transtulit. c Quæ gens non angustis.)Regnum Persarum à Cyro ad Alexandrum Philippi filium per.cc.xxx.annos stetit. Alexãder imperauit toti Asiæ sex annos,successores eius Macedoni gente vsq; Seleucum & Antiochũ fratres.idem ab olym. cxiiij..ad olymp. cxxxiij. quo tempore Arsaces ignobili gente vir, sed impiger & acer, discordia fratrum regum fretus,regnum vi sibi suisq; asseruit. Vnde Parthorum regnum exortum,quod mansit vsque ad Alexandrum Seuerum Cæsarem: quo imperante Xerxes Persa regnum Parthis ademit, & Persico nomini restituit,sdq; regnum etiã ætate Augustini restabat:de quo Herodianus in Alexandro Antonino. d Nam si post mille ducentos & quadraginta.)Si sic legamus,sequitur Augustinus Eusebium:sed in veteribus libris scribitur,nõ quadraginta,sed,quod excurrit.vt in varietate illa cõputantium sentẽtiã suam Augustinus non interponat, solũ plures quàm mille & ducentos annos esse significet, incertum quot, pauciores certe centum. e Quanquàm Rom.imperium.)Manet adhuc nomen illius imperij cum exiguis quidem viribus,sed prima dignitate.

Astiages.

Quorum deorum præsidio putent Rom.imperium suum auctum atque seruatum, cum singulis uix singularum rerum tuitionem committendam esse crediderunt.

Caput VIII.

DEinde quæramus,si placet, ex tanta deorum turba quam Ro. colebant,quem potissimum vel quos deos credant illud imperium dilatasse atq; seruasse. Neq; enim in hoc tã præclaro opere & tãtę plenissimo dignitatis,audẽt aliquas partes θ sub nomine [a] deorum vel dearumθ,deæ Cloacinę tribuere, aut Volupiæ [b],quæ à voluptate appellata est:aut Libẽtinę [c],cui nomẽ est à libidine,aut Vagitano d*†,qui infantũ vagitibus præsidet: aut Cuninæ, quæ cunas eorũ administrat. Quãdo autem possint vno loco libri huius commemorari omnia nomina deorum, aut dearũ, quę illi grandibus voluminibus vix cõprehendere potuerunt,singulis rebus propria dispertiẽtes officia numinũ? Nec agrorum munus vni alicui deo cõmittẽdum arbitrati sunt,sed rura,deæ Rusinæ:iuga montiũ, deo Iugatino:collibus,deã Collinam *†:vallibus, Valloniam præfecerunt. Nec saltem potuerunt vnam Segetiam [f] talem inuenire cui semel segetes commendarent: sed sata frumenta quandiu sub terra essent, præpositam voluerũt habere deam Seiam: cum vero iam essent super terram,& segetem faceret, deam Segetiã: frumentis vero collectis atq; reconditis vt tutò seruarentur,deam Tutilinam [g] prępofuerunt:cui non sufficere videretur illa Segetia,quãdiu seges ab initiis herbidis vsq; ad aristas aridas peruenirẽt. Non tamen satis fuit hominibus deorum multitudinẽ amantibus,vt anima misera dæmoniorũ turbæ prostitueretur, vnius dei veri castum dedignata complexum. Præfecerunt ergo Proserpinã [h] frumentis germinantibus: geniculis nodisq; [i] culmorum,deum Nodotum: inuolumẽtis folliculorum,deam Volutinam:cũ folliculi patescunt, vt spica exeat, deam Patelenã: cum segetes nouis aristis æquantur, quia veteres æquare hostire [k] dixerunt, deam Hostilinam:florentibus frumentis,deam Floram [l]: lactescentibus, deum Lacturnum [m]*†:maturescẽtibus deam Maturam [n]:cum runcãtur,id est, à terra auferũtur deam Runcinam [o]. Nec omnia commemoro,quia me piget quod illos non pudet. Hæc autem paucissima ideo dixi,vt intelligeretur nullo modo eos dicere audere, ista numina imperium cõstituisse,auxisse, cõseruasse Romanum,quæ ita suis quæq; adhibebãtur officiis,vt nihil vniuersum vni alicui crederetur. Quando ergo Segetia curaret imperiũ, cui curam gerere simul & segetibus & arboribus non licebat? Quando de arcunas

K

Perſarum regnum.

L

*†Vaticano.

*†aliàs Collatinã.

M

*†aliàs, quod excurrit.

*†aliàs deã Lacturtiã, & mox Matutam.

A mis Cunina cogitaret, cuius præpositura paruulorum cunas non permittebatur excedere? Quando Nodotus adiuuaret in bello, qui nec ad folliculum spicæ, sed tantum ad nodum geniculi pertinebat? Vnusquisque [p] domui suæ ponit ostiariũ, & quia homo est omnino sufficit. Tres deos isti posuerunt, Forculum foribus,Cardeam [q] cardini, Limentinum limini. Ita non poterat Forculus simul fores & cardinem limẽque seruare.

Cloacina.

a AVdent aliquas partes sub nomine.) Vetera volumina habent: Aliquas partes deæ Clouacinæ tribuere: alibi,Audent aliquas partes numina deorum ac dearum Lauacinæ tribuere:sed legendum est Cloacinæ,cuius simulachrum inuentum est à Tito Tatio,qui cum Romulo regnauit, in magna quadam cloaca Romana: cumq; ignoraretur cuius esset effigies,ex loco illi nomen impositum est, & Cloacina est dicta: author Lactantius. Cyprianus Cluacinam vocat,sed puto mendum esse. Est & Venus Cluacina quasi pugnatrix. Est enim cluere pugnare,cuius simulachrum Ro.co loco, quo pax facta est inter Sabinos & Romanos,cum propter raptas pugnarent. Plinius lib.xv. b Volupiæ.) Huius sacellum erat ad Noualia prope portam Romanulam,vt scribit Varro lib.de lingua Latina.iij.Macrobius in Saturna.xij.Calend.Ianuarias feriæ sunt diuæ Angeroniæ, cui pontifices in sacello Volupiæ sacrum faciunt: quam Verrius Flaccus Angeroniam dici ait, quod angores ac animorum solicitudines propiciata depellat. Masurius adiicit simulachrum eiusdeæ ore obligato atque signato in ara Volupię propterea collocatum,quod qui suos dolores anxietatésque dissimulant,perueniant patientiæ beneficio ad maximam voluptatem. c Aut Libentina.)Varro lib.iij.de lingua Latina:à libendo libido,libidinosus,ac Venus Libentina,& Libitina.Libitina longe aliud est,quàm Libẽtina. d Vagitano.)Vaticanum scribendũ.Sic appellat hunc Gel. lib.xvj.ex Varrone:Sicut,inquit, penes quem deum sint humanæ vocis initia,quoniam pueri cum primũ parti sunt,eam primam vocem edunt, quæ est prima syllaba in nomine Vaticani vnde etiam vagire nascitur,& in antiquis codicibus hoc loco non Vagitano,sed Vaticano habetur. e Aut Cuninæ) Hæc infantes in cunis tueur , & fascinum submouet. Lactantius lib.j. f Vnam Segetiam.) At Segestam Plinius lib.xviij. Hos enim tunc deos maxime nouerant , Seiamq; à serendo, Segestam à segetibus appellabant,quarum simulachra in circo videmus. g Deam Tutilinam.) Tutanus & Tutilina dij,qui rebus tuendis præerant . Nonius Marcellus: hunc Varro in periculosis & subitis rebus inuocari morem esse dicit,vt Herculem malorum depulsorem , quem vocabant Ἀλεξικακον. Tutilinam inauspicato nominari nephas erat.

Venus Cluacina. Volupia. Angeronia. Libentina. Vaticanus. Cunina. Tutanus Tutilina.

B

h Præfecerunt ergo Proserpinam.)Hæc fuit filia Cereris & Iouis,quã Pluto patruus rapuit. Cicero libro secundo de Natura deorum: Proserpina ea est,quæ Persephone Græcè nominatur,quam frugum semen esse absconditamque quæri à matre volunt. Varro Proserpinam esse lunam perhibet ex sententia Ennij & Epicharmi. i Geniculis nodisque.)Plinius lib.xviij.frumenta quædam in genu tertio spicam incipiunt concipere,quædam in quarto,sed etiamnum occultam . genicula autem sunt tritico quaterna , farri sena , hordeo octona,sed non ante supra dictum geniculorum numerum conceptus est spicæ . Varro libro primo rerum rusticarum , spicæ inuolucrum priusquam prodeat , vaginam nominat. In ipsa spica est granum:est & gluma grani folliculus : est arista velut acus quædam tactu aspera erecta,quæ prius quàm in spica ariditate diriguit spica vocatur mutica. k Quia veteres æquare hostire.) Est hostire,vt ait Nonius,comprimere,& recedere:hinc hostis:est & ferire authore Festo:est quoque æquum reddere,tum compensare , & æquum beneficium rependere:vnde redostire & hostimentum.Plautus,Quin promitto,inquam,hostire contra,vt meruerisud est,æqua reddere, vt exponit Marcellus. Idem Plautus in Asinaria , Par pari hostimentum datum est opera pro pecunia. l Deam Floram.) Hanc existimant quidam fuisse Accam Larentiam meretricem,alij Meliboeam Niobes filiam,quæ cum Apollinis & Dianę metu colorem mutasset,Chloris est dicta,Hinc à Romanis Flora , quam cum Amycla sorore ex omnibus liberis Niobes Latona propiciata iam seruarit,eámque ex Neleo Neptuni filio genuisse Nestora,qui bello Troiano interfuerit:Homerus canit in vndecimo Odysseæ,qui & hanc quoque cum cæteris fratribus interiisse perhibet.Ouidius huic deæ,quod præsit floribus Zephyrum ventum dat maritum. m Lactescentibus deam Lacturciam.) Alij Lacticinam legunt.Seruius primo Georgicorum Lactantem deum esse ait , qui lac infundit segetibus,& eas facit lactescere. n Deam Maturam.) Alij libri Mautam,quæ fuit Cadmi filia,Athamantis vxor , quæ postquam se de saxo in mare dedit præcipitem,mutato nomine ex Ino facta est Λευκοθεα,id est, Alba dea,Latinis Matuta mater,quam eandem auroram esse perhibẽt,vnde matutinum tempus:filium habuit Melicertam deum marinum,qui etiam mutato nomine Palæmon nũcupatus est.Cicero,Ouidius,Lactantius,Seruius,& alij:templum eius fuit in octaua vrbis regione. o Deam Runcinam.) Meminit huius Varro in libro de lingua Latina.runcare est euellere,hinc auerruncare,& auerruncassere apud veteres,id est,auferre,amoliri,& Auerruncus deus,qui mala alio auerteret. p Vnusquisque.) Legendum Vnum quisque domi suæ ponit ostiarium: & quia homo est,omnino sufficit, quasi homo vnus sufficiat , non sufficiant tres dij. q Cardeam.) Carnam potius:hæc olim Crane est dicta,quæ compressa est ab Iano,eique ius cardinis dedit deus . Præest vitalibus humanis,feriæ sunt Calendis Iunuis.Ouidius sexto Fastorum. Iunius Brutus pullo Tarquinio rege huic deæ sacrum fecit,Calend. Iunij in Cælio monte, pulte fabatia , & larido . Macrobius primo Saturnalium.

Proſerpina

Hoſtire.

C

Flora.

Chloris.

Lacturcia.

Maturta.

Runcare.

Crane dea.

D

An imperii Romani amplitudo & diuturnitas Ioui fuerit adscribenda, quem summum deum cultores ipsius opinantur.

Caput IX.

MIssa igitur turba ista minutorum deorum, vel aliquantum intermissa, officium maiorum deorum debemus inquirere, quo Roma tã magna est facta,vt tã diu tot gentibus imperaret . Nimirũ ergo Iouis hoc opus est. Ipsum enim deorum omnium dearũmque regem esse volunt : hoc eius indicat sceptrum, hoc in alto colle [a] Capitolium. De isto deo quanuis à Poëta dictum conuenientissime prædicant:Iouis omnia plena [b].Hunc Varro [c] credit etiam ab his coli,qui vnum deum solum sine simulachro cosunt,sed alio nomine nuncupari. Quod si ita est,cur tam male tractatus est Romæ,sicut quidã & in cæteris gentibus,vt ei fieret simulachrum? quod ipsi etiam Varroni ita displicet,vt cum tãtæ ciuitatis peruersa consuetudine premeretur , nequaquam tamen dicere & scribere dubitaret,quod hi qui populis instituerunt simulachra , & metum dempserunt , & errorem addiderunt.

E

a IN alto colle.) Tarpęio. b Iouis omnia plena.) Vergilius In Palæmone ex Arato

Μεσαὶ δὲ Διὸς πᾶσαι μ̃ ἀγυιαί,
Πᾶσαι δὲ ἀνθρώπων ἀτραγαι, μεσὴ δὲ θάλασσα
καὶ λιμένες. Luca.simile in.viij.

Iuppiter.

Estq; dei sedes,vbi terra, & pontus,& aër,
Et cœlum,& virtus:superos quid quærimus vltra?
Iuppiter est quodcunque vides,quodcunque moueris.

c Hunc Varro.) Græci Iouem ζῆνα , & διὰ nominarunt,vtrunque à viuendo,quod vitam cunctis præberet , animas inspiraret . Sicut etiam Orpheus interpretatur in Cratere . Plato in Cratylo vtrunque nomen cõiungit διὰ καὶ ζῆνα quasi δι' ἀυτὸν ζῆν:quod per ipsum sit viuere.Ro.à iuuando Iouem.Plutarchus docet Priscos philosophos Iouem appellasse, mentem rerum omnium creatricem & vitam:ideo hic cultus est tanquam deus à sapientibus viris qui nullum mortalem pro deo habebant, sed principem naturæ,immortalem, omnipotentem , variisque nominibus insignitus , alio apud Græcos, alio apud Persas , alio apud Phœnices , alio apud Aegyptios . Lactantius Saturni filium Cretæ regem propterea ζῆνα dictum arbitratur, quòd primus ex liberis Saturni maribus vixerit.

Quas opiniones secuti sunt qui diuersos deos diuersis mundi partibus præfecerunt.

Caput X.

F

QVr illi etiam Iuno vxor adiungitur, quæ dicitur soror & coniunx?Quia Iouẽ, inquiunt [a], in æthere accipimus : in aëre Iunonem . Et hæc duo elementa coniuncta sunt , alterum superius, alterum inferius . Non est ergo ille de quo dictum est , Iouis omnia plena : si aliquam partem implet & Iuno . An vterque vtrunque implet, & ambo isti coniuges , & in duobus istis elementis , & in singulis simul sunt? Cur ergo æther datur Ioui , aër Iunoni? Postremo si ipsi duo satis essent , quid est quod mare Neptuno [b] tribuitur , terra Plutoni? Et ne ipsi quoque sine coniugibus remanerent , additur Neptuno Salacia [c], Plutoni Proserpina [d]. Nam sicut inferiorem cœli partem, id est,aërem, inquiunt, Iuno tenet: ita inferiorem maris Salacia , & terræ inferiorem Proserpina. Querunt quemadmodum sarciant fabulas,nec inueniunt . Si enim hæc ita essent , tria potius elementa mundi esse,non quatuor [e] eorum veteres proderent,vt singula deorum coniugia singulis diuiderentur elementis . Nunc vero omni modo affirmauerunt aliud

e esse æthe-

G esse ætherem [f], aliud aërem. Aqua vero siue superior siue inferior, vtique aqua est, puto quia dissimilis, nunquid intantum vt aqua non sit? Et inferior terra, quid aliud potest esse quàm terra, quantalibet diuersitate distincta? Deinde ecce iam totus in his quatuor vel tribus elementis corporeus completus est mundus, Minerua vbi erit [g]? Quid tenebit? Quid implebit? Simul enim cùm his in capitolio [h] cõstituta est, cum ista filia non sit amborum. Aut si ætheris partem superiorem Mineruam tenere dicunt, & hac occasione fingere Poetas, quòd de Iouis capite nata sit, cur non ergo ipsa potius deorum regina deputatur, quòd sit Ioue superior? An quia indignum erat præponere patri filiã? Cur nõ de Ioue ipso erga Saturnum iustitia ista seruata est? an quia victus est? Ergo pugnarunt? Absit, inquiunt, Fabularum est ista garrulitas. Ecce fabulis non credatur, & de diis sentiantur meliora. Cur ergo non data est patri Iouis: & si non sublimior, æqualis certe sedes honoris? Quia Saturnus, inquiunt, tẽporis longitudo est [i]. Tempus igitur colunt, qui Saturnum colunt, & rex deorum Iuppiter insinuatur natus ex tempore. Quid enim indignum dicitur, cùm Iuppiter & Iuno nati dicuntur ex tempore, si cœlum est ille & illa terra, cum facta sint vtique cœlum & terra? Nam hoc quoque [k]
H in libris suis habent eorum docti atque sapientes. Neque de figmentis poeticis, sed de philosophorum libris à Vergilio dictum est: Tum pater omnipotens
Georgi. 2. fœcundis imbribus æther Coniugis in gremium lætæ descendit, id est, in gremium telluris aut terræ: quia etiam hic aliquas differentias volunt esse, atque in ipsa terra aliud terram [l], aliud tellurem, aliud tellumonem putant. Et omnes hos deos habent suis nominibus appellatos, suis officiis distinctos, suis aris sacrisq; veneratos. Eandem terram etiam [m] matrem deorum vocant: vt iam Poetæ tolerabiliora confingant, si secundum istorum non poeticos, sed sacrorum libros, non solum Iuno soror & coniunx, sed etiam mater [n] est Iouis. Eandem terram Cererem [o], eandem etiam Vestam volunt, cum tamen sæpius Vestam non nisi ignem [p] esse perhibeant pertinentem ad focos sine quibus ciuitas esse non potest: & ideo illi virgines solere seruire, quòd sicut ex virgine, ita nihil ex igne nascatur. Quã totam aboleri vanitatem & extingui vtique ab illo oportuit, qui est nat [q] ex virgine. Quis enim ferat quod cùm tantum honoris & quasi castitatis igni tribuerint, aliquando Vestam non erubescunt etiam Venerem dicere [q], vt vanescat in ancillis eius honorata virginitas? Si enim Vesta Venus esset, quomodo ei rite
I virgines [r] à venereis operibus abstinendo seruirent? An veneres duæ sunt [s], vna virgo, altera mulier? An potius tres, vna virginum, quæ etiam Vesta est, alia coniugatarum, alia meretricum? Cui etiam Phœnices [t] donum dabant de prostitutione filiarum, antequam iungerent eas viris. Quæ illarum matrona est Vulcani? Non vtique virgo, quoniam habet maritum. Absit autem vt meretrix, ne filio Iunonis [u], & cooperario Mineruæ [x] facere iniuriã videamur. Ergo hæc ad coniugatas intelligitur pertinere, sed eam nolumus imitentur in eo, quod fecit illa cũ Marte. Rursus, inquiunt, ad fabulas redis. Quæ ista iustitia est, nobis succensere, quòd talia dicimus de diis eorum, & sibi nõ succensere qui hæc in theatris libentissime spectãt crimina deorũ suorũ? Et quod esset incredibile, nisi cõtestatissime probaretur, hæc ipsa theatrica crimina deorum suorum in honorem instituta esse eorundem deorum.

a K Via Iouem inquiunt.) Cicero secundo de nat. deorum cœlum ex dictis Ennij, & Euripidis, tum augurum authoritate, consensúque generis humani Iouem esse tradit. Aërem autem sicut Stoici disputant inter cœlum & mare interiectum Iunonem, quæ est soror & coniunx Iouis, quod & similitudo est ætheris, & cum eo summa coniunctio. Efficeminarunt autem eũ Iunonísque tribuerunt, quòd nihil est eo mollius. Hæc Cicero. b Quid est quod mare Neptuno.) Tres filij Saturni Iuppiter, Neptunus, & Pluto, ita sibi sunt mundum partiti, vt Ioui cœlum cederet: Neptuno maria, Plutoni terra. Iuno nupsit Ioui, & aeri est præfecta. Commento huic veritas huiusmodi præbuit occasionem, quòd in diuisione paterni regni imperium orientis Ioui cesserit, quod cœleste videtur, in quo & Olympus mons, qui similitudine nominis fabulam confirmauit. Imperium maritimum, & classis Neptunus accepit: Partem quæ ad occidentem solem vergeret, Dis siue Pluto, vnde in inferis dominari est dictus. Nam & Saturnum ad inferos relegatum fabulantur, quod ex oriente in Italiam fugerit, quæ est occidentalis in orbe terræ. c Neptuno Salacia.) Salaciam à salo dictam vult Varro. Festus scribit à veteribus aquam dictam salaciam, quam putarent salum ciere, hoc est mare, pro aqua ipsa ponitur à Poetis. Pacuius: Hinc fœutiam salaciæ fugimus. Neptunum Diodo. Siculus perhibet nauigandi arte inuenta classem instituisse, eiq; præfectum à Ioue, ideo pro deo maris habitum cultúmque à posteris.

Saturni filii.

Salacia.

d Plutoni Proserpina.) Hanc Cereris & Iouis filiam Pluto in Sicilia rapuit, quam mater diu quæsitam tandem apud inferos esse comperit, impetrauítque à Ioue vt Proserpina medium annum esset cum marito, medium secum apud superos. Epicarmus Ennij à proserpendo nominatam esse dicit, quòd modo ad dextram, modo ad sinistram serpat, esséque lunam eandem & terram, Varro. Raptus Proserpinæ pleni sunt & Græcorum, & Latinorum libri. e Non quatuor.) Veteres philosophi quatuor esse elementa dixerunt, ignem supremum, hinc aera, tertium aquam, postremo terram. f Aliud esse ætherem.) Cœlum ipsum & superiorem aeris partem dixere æthera, inferiorem aera, tametsi hãc quoque æthera, sicut apud Poetas. g Minerua vbi erit.) Euhemerus in sacra historia Mineruam scribit filiam fuisse Iouis & Themidos. Cic. iij. de nat. deorum Mineruas quinque facit, sed poetico more omnes istæ cõfunduntur. Et vna dicitur Minerua, quam è cerebro Iouis natã volunt præsidẽ totius sapiẽtiæ. nã ideo & nata est è cerebro summi dei, & virgo est. Et residere putatur in altissimo cœli loco. Martian' lib. nuptiarũ. vj.

Proserpina

Minerua.

L

Virgo armata decens rerum sapientia Pallas
Aetherius fomes, mens & solertia fati,
Ingenium mundi, prudentia sacra tonantis
Ardor doctificus, nostræq; industria sortis.
Quæ facis arbitrium sapientis præuia curæ
Ac rationis apex, diuũmq; hominumq; sacer vos
Vltra terga means rapidi ac splendentis Olympi
Celsior vna Ioue flammantis circulus æthræ.

h Simul enim cum his in Capitolio.) Cicero ad equites de exilio: Nunc ego te Iuppiter opt. max. cuius nutu ac ditione sola terrarum gubernantur, Téque particeps connubij socia regni regina Iuno, teq; Tritonia armipotens Gorgona Pallas Minerua, cæteriq; dij deæq; immortales, qui excellenti tumulo ciuitatis sedem Capitolij in saxo incolitis constitutam. Dionysius tradit Priscum Tarquinium bello Sabino vouisse templum Ioui, Iunoni, & Mineruæ, exæquasseq; Tarpeium collem in modum areæ ad id exigendum, sed nec fundamenta cum iecisse ereptum subita nece. Receptum est opus ac propè absolutum à Tarquinio Superbo: & ab humano capite in fundamentis reperto dictum est Capitolium. erat vero iam ante cõditum Capitolium in Cliuo Florali sacellum Ioui, Iunoni & Mineruæ sacrum. i Quia Saturnus inquiunt tem poris longitudo est.) Saturnum Hesiodus, Euhemerus, & Diodorus Cœli & terræ filium fuisse narrant, hominem impientissimum, sed relatam ei gratiam à filio Ioue. Nam pulsus est ab eo vt ipse patrem expulerat, & verum effecit mimum, Ab altero expectes, alteri quod feceris: hic deus temporis est fictus, ideo dictus κρόνος, quasi χρόνος. Cicc. ij. de nat. deorũ: Saturnum autẽ esse voluerunt, qui cursum & conuersionem spatiorũ ac temporũ contineret, qui deus Græce, id ipsum nomẽ habet κρόνος enim dicitur, qui est idem spatiũ temporis. Saturnus autẽ est appellatus, quod saturaretur annis: ex se enim natos comedisse fingitur, quia consumit ætas temporum spatia, annísque præteritis insatiãbiliter expletur Vinctus est autem à Ioue ne immoderatos cursus haberet, atque vt eum syderum vinculis alligaret. k Nam hoc quoque.) Videlicet quod Iuno sit terra.) Hoc Varro lib. iij. de lingua Latina, vbi Iunonem terram & Tellurem esse dicit. Plutarchus quoque, sicut est in præpa. euangelica Eusebij Iunonem terram, & nuptialem viri ac fœminæ coniunctionem interpretatur. Seruius Iouem ait, pro æthere & pro aere poni, Iunonem pro terra & aqua. l Atque in ipsa terra aliud terram.) Terra est ipsum elementum. Tellus diminutiuum esse putant à terra: capíque pro dea quę terræ præest, ideo ædes Telluris semper dicitur, non terræ, tametsi tellus quoque pro terra capitur præsertim à poetis. Tellus etiam dicta est Proserpina, & Tellumo Pluto, sicut etiam Altor & Runsor, cui terrena omnis vis atque natura dedicata est, quemadmodum placet Ciceroni. ideo nonnulli Cereris filium Plutonem faciunt, sicut Diodorus refert libro sexto. Eusebius in præparatione Euangelica terræ partem vberem feracémque dicit à Porphyrio in mystica theologia Cererem vocari, lapidosam vero montosam & parum fertilem Rheam, siue Opem: & alia de virtute seminũ terræq; permulta Eusebius eod. lib. iij. m Eandẽ terrã etiam.) Nempe Rheã. n Sed etiam mater.) Nã & Iuno est soror & cõiũx & Ops mater. o Eandẽ terrã Cereré.) Varro & Tullius ex Chrysippo Stoico Cereré terrã esse docẽt à gerendo quod fruges gerat: nisi quis malit ab antiquo verbo cereo quod est creo Varroni. Est enim terra omniparẽs. Plato in Cratylo, διὸ δοα ὁς μήτηρ ὀνομάζουσιν ἡμεῖς ἀθ.κι Filia fuit Saturni & Opis, soror Vestę & Iunonis. Has oẽs fœminas, & sororcs, & matrẽ terram fuisse volunt. Sic etiã Vestam Ouid. vj. Fasto.

Capitoliũ.

Saturnus.

Ceres unde dicta.

A Vesta eadem est, & terra subest, subit ignis vtrique
Significat sedem terra focusq; suam. Et pòst:
Stat vi terra sua, vi stando Vesta vocatur.
Hæc cv Orpheo, qui ait, γῆ μάτηρ πάντων δ' ἡμάτηρ πλουτοδότειρα. Quod congruit cum etymo Platonis: qui & ἱστίαν, quæ est Vesta. q. θυσίαν interpretatur. p Cum tamen sæpius Vestam non nisi ignem.) Cicero. ij. de nat. deorum: Nam Vestæ nomen à Græcis: ea est enim quæ ab illis Hestia dicitur. Vis autem eius ad aras & focos pertinet: & in. ij. de leg. Vestam quasi focum vrbis, vt Græco nomine est appellata, quod nos propè idem Græcum interpretatum nomen tenemus. Ouidius sexto Fastorum:
Nec tu aliud Vestam, quàm viuam intellige flammam.
Natáque de flamma corpora nulla vides.
Cúmque sit ignis, & dicatur virgo, ex vtraque causa virgines sunt eius ministerio adhibitæ, & omnis virginitas sacra erat illi. Primum quoniã virgini virgines conuenientissime congruerent: deinde quòd ignis nihil ex se gignat, vt neque virgines: seruandique ignem perpetuum cœlesti simile mos est ab Aegyptiis natus, sicut Diodorus scribit, qui ad alias manauit gẽtes, Græcas & Barbaras, vt Athenis & Delphis Plutarcho & Straboni. In Prytaneo enim Athenis ignis seruabatur sempiternus: ex Ilio in Latium sunt translata sacra Vestæ, hinc Romam per Romulum: idcirco Iliaca Vesta toties ab scriptoribus nominatur. Vergi. Sic ait, & manibus vittas, Vestámque potentem, Aeternúmque adytis effert penetralibus ignem. & fuerunt quidem Vestæ totidẽ tunc, quot curiæ, sicut Dionysius sentit. sed templum Vestæ publicę Numa rex construxit anno ab vrb. con. xl. vt Ouid. computat. q Etiam Venerem dicere.) Istud ex physica ratione. physici nanque sicut Macrobius testatur terræ superius hemisphærium quod nos incolimus Venerem dixere, inferius verò Proserpinam: at qui & hanc nostram terrã Vestam nominant. Plotinus terræ virtutẽ animámque, quæ est ex Venere, Vestam appellat. Accedit huc
B quod cum Vesta sit mundi ignis & fomẽtum à Venere nihil videtur abesse à flamma grata & prolifica vnuersi: ideo & colitur Vesta publice, & priuatim non tanquam sterilis, sed Venerea & auctifica: vt per eam tum domus, tum etiam ciuitates populíque nouis subinde fœturis æternum concelebrentur. r Quomodo ei rite virgines.) Grandis pœna si qua Vestalis parum castè pudicitiam habuisser, sed post annos triginta exire licebat, & nubere. f An Veneres duæ sunt.) Plato in conuiuio geminam ponit Venerem. Cœlestem, quæ optimos sanctissimósque excitaret amores, alteram inferiorem popularem, qua in libidinem impellimur, illam sine matre antiquam cœli filiam, hanc Iouis & Dionę multo iuniorem & πάνδημον quasi vulgarem. & Venerem sanctam veteres omnis castitatis existimarunt suadentem, impulsricémque. Hinc apud Romanos cùm mulieres mulæ in flagitium libidinis irruerent penè fiterentes, ex libris Sibyllinis simulachrum Veneris Verticordiæ est consecratum, quò facilius virginũ mulierumq; corda à libidine ad pudicitiã verterẽtur. Valerius lib. viij. & Ouid. iiij. Fasto. t Cui etiã Phœnices.) Hoc de Cypris narrat Iustinus lib. duodecimo: Mos, in quit, erat Cypriis virgines ante nuptias statutis diebus dotalem pecuniam quęsturas in quæstum ad littus maris mittere, pro reliqua pudicitia libamenta Veneri soluturas: credo quod ex instituto Veneris, quæ vt Lactantius ex sacra historia refert, author meretriciæ vitæ fuit, docuítque Cyprias fœminas quæstum vulgato corpore facere: Armenijs similem ferè morem fuisse narrat Strabo. Idem scribit Herodotus de Lydis, qui Babylonios plebeios refert cum rei familiaris angustia premuntur, solitos quæstus gratia filias suas populo prostituere. Phœnices multum coluisse Veneré traduntur propter Adonem, qui ibi est natus sacráque Veneris cum luctu celebrasse, vbi ipsa dea lugens inducitur, vt refert Macrobius. Simulachrúmque eius in monte Libano fingitur capite obnupto, specie tristi, faciem manu læua intra amiculum sustinens. Lachrymæ visione conspicientium manare creduntur: apud Eusebium quoque in Euange. præpara. ad hunc modum legitur: Quod vero maligni ad ista dæmones humanum genus intruserunt, quanuis per seipsum pateat, tamen inde quoque apertius videbis, si adulteria & fornicationes gentilium, quæ vsque ad hunc diem in Heliopoli Phœnice multísque aliis in locis peraguntur, in mentem tibi veniant: quasi enim primitias quasdam diis debitas turpissimas huiusmodi operationes in templis offerunt. Hæc de Latino Eusebio & exemplari mendosissimo nequis mihi fraudi oportere esse putet si quando minus recte Eusebij sentẽtiam explicuero. Prostituendi fœminas vulgo etiam fuit mos Angilarum in Aphrica, nocte qua nuberent. Herodotus Solinus, Mela. Sicæ in eadem terra templo Veneris matronæ dotem quærebant vulgato corpore. Valerius, Locrenses. Iustinus scribit bello pressos vouisse suas se filias festo Veneris prostituturum, si victores forent. u Ne filio Iunonis.) An Marti, qui cum Venere concubuit, vnde natus est Harmonias. Mars vero Iunonis fuit filius, incerto patre, sine patre fingunt eum natum. Quod possit de Marte intelligi, illud facit quod addit cooperario Mineruæ: vterq; enim deus est belli: sed potius de Vulcano intellexerim, Iouis & Iunonis filio: tametsi Iunonis solius filius dici soleat, ideo ἀκάτωρ nominatus: vt apud Theocritum, qui artem fabrilem in Lemno instituit, cuius vxor fuit Venus, quæ cum Marte rem habuit. Esset ergo Vulcani nempe mariti iniuria, si vxor diceretur meretrix. Curruca enim nõ paruum est conuitium. x Cooperario Mineruæ.) Vulcanus enim & Minerua curant fulmen Iouis, ideo & interdum id iaculantur. Vergilius de Minerua:
Ipsa Iouis rapidum iaculata è nubibus ignem.
Quo loco Seruius grammaticus ait tria solum esse numina possidentia fulminum iactus, Iouem, Vulcanum, & Mineruam: tametsi aliter Plinius lib. ij. ex disciplina Ethrusca & Romana. Curat vero Minerua Aegidem Iouis: quod si quis altius vult philosophari Iouis amiẽtum inueniet, & sapiẽtia Mineruæ, & igne follibúsque Vulcani fabrefactum: tegmen nanque capitis Iouis quum igneum sit, tamen præsul operis Pallas ipsa texuit. Martianus in nuptiis, an cooperator dicitur Mineruæ, quod ex ea genuerit Apollinem illum, in cuius tutela historici antiqui Athenas esse voluerunt. Cicero. iij. de nat. de. verum illud simplicius, & ad sensum Augustini, vt puto, accommodatius, Vulcanum idcirco dici cooperariũ Mineruæ, quod hæc sit dea artium, etiam earum in quibus vsus est manuum, quas Græci χειρουργικὰς vocant. Ille vero deus instrumentorũ, sine quibus hæ artes non exercentur. Plutarchus de vtilitate inimici, Ignis artium omnium instrumentum est, si quis norit vti. Adde quod Vulcanus quoque ipse artibus præesse existimatus est. Eusebius enim, inquit, ex artibus alias Mineruæ, vt bellicas, alias Vulcano, vt omnes quæ per ignem fiunt assignare solitas. Theodoritus in Græcis affectionibus Vulcanum à Græcis pro artibus vsurpatum scribit, quòd ignis adminiculo pleręq; omnes vtantur. Pharnutus artes omnes in potestate esse Mineruæ & Vulcani dicit quòd illa sapientia est & acumen. Igne vero pleræq; artes sua exercẽt opera. Ideo & Homerus de artifice ait, ἅμα δ' ἀμφοτέροισιν ἀμαλὰς ἐδίδασκε θεοῦσιν: & quem Vulcanus docuit, quem casta Minerua.

Vestalis.

Veneres duæ.

Venus Verticordia.

Cypri uigniũ mos.

Mars.

Vulcanus.

Minerua.

C

D

De *multis diis, quos doctores Paganorum unum eundémque Iouem esse defendunt.*

Caput XI.

Votquot libet * igitur physicis rationibus & disputationibus asserãt: modo sit Iuppiter cor porei huius mundi animus [a], qui vniuersam istam molem ex quatuor, vel quot eis placet, elementis constructam atq; compactam implet & mouet: modo inde suas partes sorori & fratribus cedat: modo sit æther vt aërem Iunonem subterfusam desuper amplectatur: modo totum simul cum aëre sit ipse cœlum, terram vero tanquam coniugem eandemq; matrem: quia hoc in diuinis turpe non est [b], fœcundis imbribus & seminibus fœtet: modo autem ne sit necesse per cuncta discurrere, deus vnus de quo multi à poëta nobilissimo dictum putant.

*Quodlib. bet.

E

Deum nanque ire per omnes [c]
Terrásque tractúsque maris, cœlumq; profundum.

Ipse in ęthere [d] sit Iuppiter, ipse in aëre Iuno, ipse in mari Neptunus: in inferioribus etiam maris ipse Salacia, in terra Pluto, in terra inferiore Proserpina: in focis domesticis Vesta, in fabrorum fornace Vulcanus, in syderibus Sol, Luna & stellæ: in diuinantibus Apollo [e], in merce Mercurius [f], in Iano [g] initiator [h]: in termino terminator, Saturnus in tempore, Mars & Bellona [i] in bellis, Liber in vineis, Ceres in frumentis, Diana in syluis [k], Minerua in ingeniis. Ipse sit postremo etiã illa turba quasi plebeiorum deorum. Ipse præsit nomine Liberi virorũ seminibus [l], & nomine liberæ fœminarum. Ipse sit Diespiter [m], qui partũ perducat ad diem. Ipse sit dea Mena, quam præfecerunt menstruis fœminarum. Ipse Lucina [n], quæ à parturientibus inuocetur. Ipse opem ferat nascentibus excipiens eos sinu terræ, & vocetur Opis. Ipse in vagitu os aperiat, & vocetur deus Vagitanus * [o]. Ipse leuet de terra, & vocetur dea Leuana. Ipse Cunas tueatur, & vocetur dea Cunina. Nõ sit alius, sed ipse in deabus illis, quæ fata nascentibus canunt, & vocantur Carmentes [p]. Præsit fortuitis, voceturq; Fortuna. In diua Rumina [q] mammam paruulo immulgeat, quia rumam dixerunt veteres mammam. In diua Potina [r] potionem ministret. In diua Edulica [s] escam prębeat. De pauore infantum Pauentia nuncupetur: de spe quæ venit, Venilia [t]: de voluptate, Volupia: de actu, Agenoria: de stimulis, quibus ad nimium actum homo impellitur, dea Stimula nominetur. Strenua dea sit, strenuũ faciendo. Numeria quæ numerare doceat: Camœna [u], quæ canere. Ipse sit & deus Cõsus [x], præbendo cõsilia, & dea Sentia [y], sententias inspirãdo. Ipse dea Iuuentas [z], quæ post prætextam [a] excipiat iuuenilis ætatis exordia. Ipse sit Fortuna barbata, quæ θ adultos θ barba induit [b], quos honorare voluerit: vt hoc qualecunq; numen saltẽ masculum deum, vel à barba barbatum, sicut à nodis Nodotum, vel certe non Fortunam, sed quia barbas habet, Fortuniũ nominarent. Ipse in Iugatino deo coniuges iungat, & cum virgini

F

*alias Valticanus.

G vxori zona soluitur, ipse inuocetur θ siue virtutes eius θ & dea Virginensis vocetur. Ipse sit Mutunus vel Tutunus [d], qui est apud Græcos Priapus, si non pudet. Hæc omnia quæ dixi, & quæcunque non dixi, non enim omnia dicenda arbitratus sum, hi omnes dij deæq; sint vnus Iuppiter: siue sint, vt quidam volunt, omnia ista partes eius, siue virtutes eius, sicut eis videtur, quibus eũ placet esse mundi animum: quæ sententia velut magnorum multorumq; doctorũ est. Hæc si ita sunt, quod quale sit, nondum interim quæro, quid perderent, si vnum deum colerent prudentiore compendio? Quid enim eius contemneretur, cum ipse coleretur? Si autẽ metuendum fuit, ne prætermissæ siue neglectæ partes eius irascerentur: non ergo vt volunt, velut vnius animantis [d] hæc tota vita est, quæ omnes simul continet deos, quasi suas virtutes, vel membra, vel partes: sed suã quæq; pars habet vitã à cęteris separatam, si præter alteram irasci altera potest: & alia placari, alia concitari. Si autem dicitur omnes simul, id est, totum ipsum Iouem potuisse offendi, si partes eius non etiam singulatim minutatimq; colerentur, stulte dicitur. Nulla quippe earum prætermitteretur, cum ipse vnus qui haberet
H omnia, coleretur. Nam vt alia omittam, quæ sunt innumerabilia, cum dicunt omnia sydera partes Iouis esse, & omnia viuere atq; rationales animas habere, & ideo sine controuersia deos esse, non vident, quàm multos non colant, quàm multis ædes non construãt, aras non statuant: quas tamẽ paucissimis syderũ statuendas esse putauerunt, & singillatim sacrificauere. Si igitur irascuntur, qui non singillatim coluntur, nõ metuunt paucis placatis, toto cœlo irato viuere. Si autem stellas omnes ideo colunt, quia in Ioue sunt, quem colunt, isto compẽdio possent in illo vno omnibus supplicare. Sic enim nemo irasceretur, cũ in illo vno omnibus supplicaretur: nemo contemneretur, potius quàm cultis quibusdã iusta irascendi causa illis, qui prætermissi essent, multo numerosioribus præberetur: præsertim cum eis de superna sede fulgẽtibus, turpi nuditate distẽtus proponeretur Priapus.

a Corporei huius mundi animus.) Hoc Thales Milesius, & Democritus. Stoici vero cum Platone deum quidem mentem esse dicunt, sed non vtentem mundo pro corpore: mundum ipsum deum esse, haberéque & mentem, & animum, sed alium quàm ipse sit deus. Veterum plerique solem mundi animum, mentemq; nominarunt: velut Cicero & Plinius, Homerum secuti. Phurnutus, inquit, quemadmodum nos ab anima administremur ac regamur, ita mũdum animam habere se continentem qui Iuppiter dicatur. b Quia hoc in diuinis turpe non est.) Hesiodus in Theogonia scribit, Terram peperisse Cœlum, hinc concubuisse cum Cœlo ipso, & ex eo genuisse liberos vndecim, inter quos fuit Saturnus. c Deum nanque ire per omnes.) Multi veterum existimabant deum esse vim per vniuersum fusam. d Ipse in æthere.) Deum vnum esse, qui melius ex gentibus sapiebant, arbitrabantur: eúmque pro varijs virtutibus rationibusq; varie nuncupari. Sic Aristoteles in libello de mũdo, Orpheum citans: sic Plutarchus in dogmatis philosophorum. Macrobius deos omnes vult esse vnum Solem: idque fuse connititur ostendere in Saturnal. e In diuinantibus Apollo.) Quum putarent hunc esse Solem: id est, mundi oculum, facile eum & videre & nosse omnia, quæ iam essent, quæq; fuissent, & quæ futura essent, credebant. Ideirco passim consulebatur, responsitabátque, cũ multis aliis in locis, tum præcipue in Delphis Phocicis, Diodoro authore in vita Philippi, cuius originem talẽ fuisse refert: Eo in loco, quo templi adytum Delphis fuit, specus erat recessu magno & obscuro: ad quem capra quum pascẽs accessisset, afflata est subterraneo illo spiritu, exultareq; more insueto cœpit. Quod admiratus pastor, quum & ipse ad ostiũ specus venisset, correptus est furore, cœpitque futura quædam prædicere. Hoc & alij tentarunt, affectique sunt eodem modo. Res huc est progressa, vt qui futura vellet cognoscere, adduceret qui capite in antrũ immisso, vaticinaretur. Quod cum nec sine periculo fieret, nec etiam sine exitio multorum, Delphici templum ibi erexerunt deo vati Apollini: statueruntq; virginem, quæ in machina consistens, tutò posset afflari diuino illo spiritu, responsaque consulentibus reddere: quam machinam, de tribus fulcris tripodem nominarunt, quasi trium pedum, eadem forma qua postea ænei tripodes. Sacerdos Pythia dicebatur, quæ initio virgo fuit, Dianę similis. Postea violata Pythia quadam ab Echecrate, Delphici mulierem non minorem natu annis quinquaginta Pythiam statuerunt, reiectis in perpetuum virginibus: modo illa virginali vteretur cultu, ne in totum mos vetus interiret. Hæc ex illo penè ad verbum.

Iuppiter.

Apollo.

Pythia.

K

f In merce Mercurius.) Hic qui præesse sermoni est creditus, deus est factus omnium conuentionum contractuúmque nostrorum: quoniam hæc omnia per sermonem transiguntur. Maiis Idibus mercatorum erat festum, quòd eo die Mercurij ædes esset dedicata. A Græcis eam ob causam ἀγοραῖος dicitur, hoc est, forensis: statuáque illi in foro multis ciuitatibus erigitur. Plautus in principio Amphitruonis hæc duo eius officia verbis aliquot explicat: & nos de hoc alibi. g In Iano.) Quod vetustissimus hic esset omnium deorum, ideo initiis præesse creditus est. Regnauit enim in Latio Saturni tempore. Antiquissimum chaos sunt qui putent eum esse, sicut Ouidius, & Festus, qui inde Ianum dictum autumat inuersis literis. Cicero ab eundo, secundo de natura deorum, vnde etiam ianuæ. Cornificius scribit à Cicerone, non Ianum, sed Eanum esse nominatum: vnde & Ianiculus mons Rom. siue, vt quidam dicunt, quòd ibi sit sepultus Ianus: siue, vt alij, quòd per eum populus Rom. transierit in agrum Ethruscum. Bifrons pingitur, quòd non solum initiis, sed extremis esset præfectus. De hoc Macrobius primo Saturnal. & Ouidius primo Fast. multa & nos alibi. h Initiator.) Non ab initiando, id est, sacris imbuendo, sed incipiendo. Ideo in aliis melius legitur, ianitor.

Mercurius

Ianus.

i Bellona.) A bellis, ideo olim Duellona, sicut duella bella. Pallas putatur esse, quæ bellis præest. Græci hanc ἐνυὼ vocant, ἴσως ἀπὸ τοῦ πάλλειν τὴν πρόσωπον ὡς φόβον, καὶ ἀντὶ τοῦ κυδοιμόν, vt inquit Hesychius. Homerus hanc πτολίπορθον nominat, vt Martem: & recentes Poëtæ matrem esse Mærtis dicunt. Ideo ἐνυάλιον vocant à matre, ἐνυὼ dicitur quòd ἐνιοῦσα θυμὸν καὶ διεγεῖρα τοῖς μαχομένοις ἢ κατ' ἐμφασιν μορίου ἀπὸ τοῦ κνίσαι ἐστὶ καὶ ἐπιτείνει ἔνυον. Vel à furore immittendo bellantibus, vel quòd minimẽ sit mitis. Huius templum in nona regione vrbis. & ante hoc columna, vnde hasta mittitur signum belli inferendi. Ouidius. k Diana in syluis.) Luna pleraq; nomina habebat: dicebatur enim Lucina, & Proserpina, & Hecate, & Diana: hæc erat quę in syluis configendis feris intenta virgo fingebatur, cum arcu & pharetra. Ideo Aeneas quum matrem vidisset venatricis cultu, Phœbi sororem esse existimauit. j. Aeneid. Memini me, nescio apud quem, distichum hoc legere, non absurdum de Luna:

Bellona.

Diana.

L

Terret, lustrat, agit, Proserpina, Luna, Diana,
Ima, superna feras, sceptro, fulgore, sagitta.

Prudentius lib. priore contra Symmachum,

Térque suas eadem variare figuras.
Denique cùm Luna est, sublustri splendet amictu.
Quum succincta iacit calamos, Latonia virgo est.
Quum subnixa sedet solio, Plutonia coniunx,
Imperitat furiis, & dictat iura Megeræ.

l Nomine Liberi virorum seminibus.) Cicero secundo de natura deo. Cerere natos Liberum & Liberam dicit esse. Fratres coniugésque, Solem & Lunam putant esse multi: in quorum potestate sint vires generandi, sub Libero virorum, ideo illi & salaces Satyri sunt comites, & in eius tẽplo feriisq; colitur Priapus: sub Libera vis fœminarum luce Lunæ fœminea. m Diespiter.) Quasi dios pater. Nam dios est Iupiter, vel diei pater, vt Varro interpretatur. n Ipsa Lucina.) Hanc Lunã esse siue Dianam & Iunonem scribit Cicero. Terentius in Andria, Glycerium parturientem inuocare Iunonis Lucinæ opem facit: Iuno, inquit, Lucina fer opem, serua me obsecro. Sic & Iuno Opigena, quòd ferre opem in partu laborantibus crederetur, est culta Romæ à matronis. Festus. Timæus historicus propterea, qua nocte Alexander Macedo est natus, deflagrasse Dianæ Ephesiæ templum tradit, quòd Diana parturiẽti Olympiadi deesse noluerit. ideo à templo suo aberat procul Pellam profecta. Ilythiam quoq; colebant Romani in hunc vsum. Pausanias Parcam esse dicit Ilythiam, fuisseq; quæ ex Hyperboreis Delum venerit, sitq; parienti Latonę obstetricata. Ideo in Attica terra inter deas κουροτρόφος collocaretur. quæ Genesi præsent. Simulachrum ante illas poni solebat, poplitibus flexis, quod sic enixa esset filia Nauplij, ex quo more facti sunt illi Nixidi tres in Capitolio ante cellam Mineruæ, quos M. Atilius Glabrio victo Antiocho Romam transtulit, quibus matronæ supplicabant, velut præsidentibus parientium nixibus. Erant enim simulachra genibus innixa. o Vagitanus.) Vaticanus potius. p Carmentes.) Hanc prius Nicostratam esse dictam ferunt Ionij Archadum regis filiam, quæ ex Mercurio Euandrum genuit, quęq; furore concitata fata mortalibus caneret: ideo Græcè Thespiodon dictam, Latinè Carmentem, vt Dionysius ex Romanis originibus scribit. Ouidius. j. Fasto. de ea:

Diespiter.

Lucina.

Ilythia.

M

Carmentes

Ipsa mone quæ nomen habes de carmine dictum. Et post:
Quæ simul æthereos animos conceperat ignes,
Ore dabat pleno carmine vera dei.

Erat & porta Carmentalis Romę, quæ postea Scelerata dicta est, & prope eam ara in Capitolio, vbi ipsa habitauit. Erant & Carmenæ, quæ primæ scirent hominem natum apud Varronem, canerentq; illi vẽtura: vnde illa Nicostrata putatur Carmenta nominata. Sunt Casmenæ quoque nũcupatæ, & elisò s, Camenæ: & qui eas colerent, vates ab earũ vaticiniis appellati. Erant & Faunus & Fauna fratres, quorũ ille canebat fata viris, hæc fœminis. q In diua Rumina.) Rumina dea mammarum: quoniã Rumen mamma antiquo verbo. Plinius & Festus. Vnde ficus Ruminalis, quod sub ea arbore lupa mammam dedit Romulo & Remo. Huic deæ lac libabatur, lacte aspergebantur hostiæ. r In diua potina.) Donatus Educam & Poticam has deas nominat. Sic enim in Phormionem Terentij ait: Apud Varronem legitur initiari pueros Educæ & Poticæ & Cubæ, diuis edendi & potandi, & cubandi, vt primum à lacte & à cunis transferuntur. Quod Vergilius:

Rumina.

Educa.

Potica.

Nec deus hunc mensa, dea nec dignata cubili est.

Hoc annotauit Probus, hæc Donatus. s Edulica.) Lego Educa, & sic est in antiquis codicibus. t Venilia.) Vergilius Veniliam matrem esse dicit Turni, sororem Amatæ Latini regis vxoris. Varro Veniliam dictam esse ait à veniendo, & vento secundo, qualem qui nactus est in mari, gaudet, sicut inquit Plautus.

Venilia.

u Camœna.)

Camœnæ. u Camœna.) Seruius Camœnas musas esse dicit, à cantu. Festus ait sic dictas, quòd castæ mentis sunt præsides. Aedes Camœnarum Romæ fuit ad portam Capenam, in prima regione. Camœnæ, Latinè idem est quod musæ Græcè. Nec solũ cantibus præsunt, sed humanitati omni & doctrinę: sicut Cicc. interpretatur quinto Thuscul. quęstio. Plato Cratylo: τὰς δὲ μούσας τε καὶ ὅλως τὼν μουσικὴν ἀπὸ τοῦ μῶσθαι ὡς ἔοικε, καὶ τῆς ζητήσεως τε καὶ τῆς φιλοσοφίας τὸ ὄνομα τοῦτο ἐπωνόμασε, ab inquirendo dicuntur musæ & à philosophia.

A

Musæ.

Consus. x Ipse sit & deus Consus.) Hunc Liuius, Dionysius & Plutarchus Neptunum equestrem esse dicunt, cui sit templum ædificatum ab Archadibus ante Romulum & Remum, præesseque consiliis. Idcirco velut rem arcanam eius aram toto anno sub terra occultari in Circo maximo. Cõsualibus solũ proferri. eius dei consilio vsũm ferunt Romulum in rapiendis Sabinis. Græci ἱππικὴν ποσειδῶνα vocant, quod è terra tridenti percussa eduxerit equum. Fabulose id quidem, sed re vera, quod equos domare instituerit, & conuertere in hominum vsus. y Sentia.) Fauna Fauni regis soror & vxor, Pici filia, Senta est dicta, & Fatua: hoc à fando, quod eius ope farentur infantes. Forsan & Senta est nominata, quòd quæ sentiret quis, ea faretur. Sed nos rem hanc, vt alias hoc libro permultas, in medio reliquimus: coniecturæ enim parum nobis placent. z Ipse dea Iuuentas.) De hac paulum post. a Post prætextam.) Prætexta vestis erat dignitatis magistratusque, quæ ab Ethruscis Romam manauit: nec pueri solebant ea vti ante filium Tarquinij Prisci regis, qui quum puerili ætate fortiter fecisset in bello, bulla aurea & prætexta est publice à parente donatus. Prætexta deinceps mansit ingenuis pueris: bulla quoque iis, quorum patres curulem magistratum gessissent. Macrobius: Deponebant pueri quartodecimo anno prætextam, & sumebant togam virilem. Latum clauum quoque senatorum filij, quẽ induisse tunc Augustum Tranquillus est author. Latus clauus autem, non toga est, sed tunica purpurea. b Quę adultos barba induit.) Veteres Apollini sacrabant suarum barbarum primitias, quum primum ex Ephebis tonderentur. Sic Theseus Delum est profectus, vt id faceret. Plutarchus. c Ipse sit Motunus vel Tutinus.) Locus non videtur carere mendo. In veteribus est: Mutunus vel Tutunus, & puto alterum scripsisse Augustinum, non vtrunque, Motunum & Tutinum: sed adiectum alterum à librario, & ex libris inde exscriptis inolesse eam lectionẽ. Certè ipse libro sexto, vbi de diis, qui iuris ad thorum nuptialem coniugibus aderat, pro his duobus vnum Priapum nominat. Non dubito, quin sit legendum Mutinus, vt est apud Lactantium: tametsi non desunt codices Lactantiani, qui Futinus habeant. Sed Mutinus videtur dictus, quòd efficiat vt maritus magis, & virgo minus moueatur. d Velut vnius animantis.) Sic Plato, Cicero, & Stoici mundum animal vnum esse dicunt: & vnam vitam viuere vt hominem vnum:

Consus.

Mutinus.

B

De opinione eorum, qui deum animam mundi, & mundum corpus dei esse putauerunt.

Caput XII.

Quid illud? Nónne debet mouere acutos homines, vel qualescunque homines. Non enim parum θ ad hoc ingenij opus est excellentia, vt deposito studio contentionis attendant, si mundi animus deus est, eiq; animo mundus vt corpus est, vt sit vnum animal constans ex animo & corpore: vtique iste deus est sinus quidam naturæ [a], in seipso continens omnia: vt ex ipsius anima, qua viuificatur [b] tota ista moles, vitæ atque animæ cunctorum viuentium pro cuiusque nascentis sorte * [c] sumantur, nihil omnino remanere potest, quod non sit pars dei. Quod si ita est, quis non videat quanta impietas & irreligiositas consequatur: vt quod calcauerit quisque, partem dei calcet: & in omni animante occidendo, pars dei trucidetur? Nolo omnia dicere, quæ possunt occurrere cogitantibus: dici autem sine verecundia non possunt.

C

* aliàs nascẽdi forte.

a Sinus quidam naturæ.) Alibi: Sinu quodam naturæ, sic Lucanus:

Placido natura receptat
Cuncta sinu.

b Vt ex ipsius anima qua viuificatur.) Sententia Pythagorica, quam expressit Vergilius. vj. Aeneid.

Principio cœlum, & terras campósque liquentes,
Lucentémque globum Lunæ, Titaniáque astra
Spiritus intus alit: totámque infusa per artus
Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.
Inde hominum pecudúmque genus, vitæq; volantum,
Et quæ marmoreo fert monstra sub æquore Pontus.
Igneus est illis vigor, & cœlestis origo.

Et in quarto Georgicorum:

His quidam signis, atque hæc exempla secuti,
Esse apibus partem diuinæ mentis, & haustus
Aethereos dixere. deum nanque ire per omnes
Terrásque tractúsque maris, cœlumq; profundum.
Hinc pecudes, armenta, viros, genus omne ferarum
Quenque sibi tenues nascentem arcessere vitas,
Scilicet huc reddi, deinde ac resoluta referri
Omnia: nec morti esse locum, sed viua volare
Sideris in numerum, atque alto succedere cœlo.

D

c Pro cuiusque nascentis sorte.) Alia plus, alia minus. vt quodque enim proximum illi est, ita plurimum recipit: vt longissimum, ita minimum. Hoc & alij plerique aiunt, & Aristoteles libro de mundo.

De his qui sola rationalia animantia partes esse unius dei asserunt.

Caput XIII.



Si autem sola animalia rationalia, sicut sunt homines, partes dei esse contendunt: non video quidem si totus mundus est deus, quomodo bestias ab eius partibus separent? Sed obluctari quid opus est? De ipso rationali animante, id est, homine, quid infœlicius credi potest, quàm dei partem vapulare, cum puer vapulat? Iam vero partes dei fieri lascíuas, iniquas, impias, atque omnino damnabiles, quis ferre possit, nisi qui prorsus insaniat? Postremo quid irascitur eis, à quibus non colitur, cum à suis partibus non colatur? Restat ergo vt dicant omnes deos suas habere vitas, sibi quemque viuere: nullum eorum esse partem cuiusquam, sed omnes colendos, qui cognosci & coli possunt: quia tam multi sunt vt omnes non possint. Quorum Iuppiter, quia rex præsidet, ipsum credo ab eis putari regnum, vel constituisse, vel auxisse Romanum. Nam si hoc ipse non fecit, quem alium deum opus tam magnum potuisse aggredi credant, cum omnes occupati sint officiis & operibus propriis, ne alter irruat in alterius? A rege igitur deorum, regnum hominum potuit & propagari & augeri.

E

Augmenta regnorum Ioui incongruenter adscribi, cum si, ut uolunt, dea est Victoria, ipsa huic negocio sola sufficeret.

Caput XIIII.



Hic primùm quæro, cur non etiam ipsum regnum aliquis deus est? Cur enim non etiam ita sit, si Victoria dea [a] est? Aut quid ipso Ioue in hac causa opus est, si Victoria faueat, sitq; propicia: & semper eat ad illos, quos vult esse victores? Hac dea fauente & propicia, etiam Ioue vacante, vel aliud agente, quæ gentes non subditæ remanerent? Quæ regna non cederent? An forte θ non θ displicet [b] bonis iniquissima improbitate pugnare, & finitimos quietos nullámque iniuriam facientes, ad dilatandum regnum bello spontaneo prouocare? θ Plane si ita sentiunt, approbo & laudo θ.

F

Victoria dea.) Erat ædicula Victoriæ ad forum Romæ à Catone seniore dicata. Erat & Victoriæ ædes prope ædiculam, quam ædem M. Posthumius Megellus ædilis curulis ex mulctatitia pecunia faciũdam curarat. Consul cum M. Attilio Regulo bello Samnitico dedicauit: huic L. Sylla bellis ciuilibus victor ludos instituit, Asconius Pædianus. Meminit & Cicero prima acti. in Verrem. Victoriam Hesiodus filiam dicit Stygis & Pallantis. Fratres Victoriæ sunt Zelus, Potentia, Vis, quæ semper Ioui regi assident, nec sine illis imperium est vel Ioui, vel cuiquam principi vllum. b An forte non displicet.) Legendum sine negatione: An forte displicet: hoc exigit sensus, & sic habent antiqui libri.

a Victoria.

An congruat bonis latius uelle regnare.

Caput XV.



Videant ergo ne forte nõ pertineat ad viros bonos gaudere de regni latitudine. Iniquitas enim eorum, cũ quibus iusta bella gesta sunt,

G regnũ adiuuit, vt crescret: quod vtique parum esset, si quies & iustitia finitimorũ contra * se bellũ geri nulla prouocaret iniuria: ac fœlicioribᵇ sic rebus humanis omnia regna parua essent concordi vicinitate lætantia. Et ita essent in mundo regna plurima gentium, vt sunt in vrbe domus plurimæ ciuium. Proinde belligerare, & perdomitis gentibus dilatare regnum malis videtur fœlicitas, bonis necessitas. Sed quia peius esset, vt iniuriosi iustioribus dominarentur, ideo non incongrue dicitur etiam ista fœlicitas. Sed proculdubio fœlicitas maior est vicinum bonum habere concordem, quàm vicinum malum subiugare bellãtem. Mala vota sunt, optare habere quem oderis, vel quem timeas, vt possit esse quem vincas. Si ergo iusta gerendo bella, non impia, non iniqua, Romani imperium tam magnum acquirere potuerunt, nunquid tanquam aliqua dea colenda est eis iniquitas aliena? Multum enim ad istam latitudinem imperij eam cooperatam videmus, quæ faciebat iniuriosos, vt essent, cum quibus iusta bella gererentur, & augeretur imperium. Cur autem & iniquitas dea non sit, vel externarum gentium, si pauor, & pallor, & febris dij Romani esse meruerunt? His igitur duabus, id est, aliena iniquitate, & dea Victoria dũ bellorum causas iniquitas excitat, Victoria eàdem bella H fœliciter terminat, etiã feriato Ioue creuit imperium, Quas enim hic partes Iupiter haberet, cum ea, quæ possent beneficia eius putari, dij habentur, dij vocantur, dij coluntur: ipsi pro suis partibus inuocantur? Haberet hic etiam ille aliquam partem, si regnum etiam ipse appellaretur, sicut appellatur illa victoria. Aut si regnum munus est Iouis [a], cur nõ & victoria mũus eius habeatur? Quod profecto haberetur, si non lapis in Capitolio, sed verus rex regum, & dominus dominantium cognosceretur, atque coleretur.

*aliâs si quæ esset iustitia finiti. & contra.

a AVt si regnum munus est Iouis.) Sic Homerus frequenter.

Quid fuerit quod Romani omnibus rebus & omnibus motibus deos singulos deputantes, ædem Quietis extra portas esse voluerunt.
Caput XVI.

I MIror autem plurimum, quod cum deos singulos singulis rebus, & penè singulis motibus attribuerent, vocauerunt deam Agenoriam, quæ ad agendum excitaret: deam Stimulam [a], quæ ad agendum vltra modum stimularet: deam Murceam [b], quæ præter modum non moueret, ac faceret hominẽ, vt ait Pomponius [c], murcidum *, id est, nimis desidiosum & inactuosum: deam Strenuam, quæ faceret strenuum: his omnibus diis & deabus publica sacra facere susceperunt. Quietem vero appellantes [d], quæ faceret quietem, cum ædem haberet extra portam Collinam, publice illam suscipere noluerunt. Vtrum indicium fuit animi inquieti, an potius ita significatum est, quod qui illam turbam colere perseuerarent: non plane deorum, sed dæmoniorum, eum Quietem habere non posse: ad quam vocat verus medicus, dicens: Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris.

*aliâs murcium

Matt. 11.

a DEam Stimulam.) An hæc est Horta, quæ inhumanis quum esset, Hersilia dicta est, vxor Romuli, quam ab hortando & incitando nominatam ait Labeo: cuius ædes nunquam claudebatur, quod semper aliquid præclari fieri hortaretur, nec cessandum suaderet, quæ postea vocata est Hora prouidentiæ dea, quæ negligentes socordésque esse non pateretur: nominatámque Labeo existimat etiam hac appellatione ab hortando & incitando, Græca voce

Stimula.

κέρκωμα. Plutarchus. Meminerunt huius deæ Ouidius, Gellius, & alij. K
b Deam Murciam.) Non pigebit Hermolai Barbari verba subiicere, ex Annotationibus in Plinium libro decimo quinto. Plinius eo loco sic inquit: Quin & ara vetus fuit Veneri Myrteæ, quam nunc Myrtiam vocant. Hermolaus: Lego Veneri Myrteę, quam nunc Murciam vocant. ex Festo, Liuio, Plutarcho, Varrone, Cornelio Nepote de viris illustribus. Nam Murcea dea socordiæ est, vt Strenua, Agenorea, Stimula industriæ. Pomponius & Augustinus authores. Nam quum metas Murcias, Apuleius libro sexto dixit, Veneri dicatas intellexit. Quidam montem Auentinum ideo Murcium vocari tradunt, quòd è lapidibus velut muro constructus: non à dea Murcia, nec à Figlinis. Ammianus quosdam solitos in Italia vitandæ gratia militiæ pollicem præcidere, Murcos vernacula voce nominatos. Plautus: Murcide, inquit, homo. pro inerti & languido. Tantum Hermolaus author nostræ ætatis diligentissimus. Ergo in Festo, quum dicit Murceæ deæ sacellum erat sub monte Auentino, qui ante Murcus vocabatur: emendatius legetur, Murciæ deæ. Liuius libro primo: Tum quoq; mulcis millibus Latinorum in ciuitate acceptis, quibus vt iungeretur palatio Auentinum, ad Murciæ datæ sedes. Et Plutarchus in problematis, quam modo Murciam Venerem, olim Myrtheam vocabant. c Vt ait Pomponius.) Hermolaus, Beroaldus, & alij complures hunc Pomponium de hac ipsa re testem adducunt. Nec sat explicant, quis Pomponius sit, quum fuerint multi, etiam qui scripserint, an Atticus, an L. Pomponius Attellanarum scriptor, an Gn. Pomponius orator, qui omnes vixerunt cum Cicerone, an qui post Ciceronem fuere, Pomponius Mela, an Iulius Pomponius Tragicus, cuius Quintilianus meminit: an iuris consultus. d Quietem vero appellantes.) Ego coniectura ducor, Quietem hãc ad mortuos pertinuisse. Quietalis enim dictus est ab antiquis Orchus, ideo extra vrbem Quies est culta. Fanum Quietis erat via Labicana, Liuius libro quarto.

Murcia.

An si Iouis summa potestas est, etiam Victoria dea debuerit existimari.
Caput XVII. L.

AN forte dicunt, quod deam Victoriam Iuppiter mittat, atque illa tanquam regi deorum obtemperans, ad quos iusserit, veniat, & in eorum parte considat? Hoc vere dicitur, non de illa Ioue, quem deorum regem pro sua opinione confingunt, sed de illo vero rege seculorum, quod mittat non Victoriam quæ nulla substantia est, sed angelum suum, & faciat vincere quem voluerit: cuius consilium occultum esse potest, iniquum esse non potest. Nam si victoria dea est, cur non deus est, & triumphus, & victoriæ iungitur vel maritus, vel frater, vel filius? Talia quippe isti de diis opinati sunt, qualia si poetæ fingerent, atque à nobis exaggerarentur [a]: responderent isti, ridenda esse figmenta poetarum, non veris attribuenda numinibus: & tamen se ipsi non ridebant, cum talia deliramenta non apud poetas legebant, sed in templis colebant. Iouem igitur de omnibus rogarẽt, ei vni tantummodo supplicarent. Non enim se misisset victoria [b], si dea esset sub illo rege, & posset & audere resistere, & suam potius facere voluntatem. M

EXaggerarentur.) Legendum, exagitarentur. b Non enim se misisset victoria.) Sic in veteribus: Non enim quò misisset victoriam, si dea est, & sub illo rege est, possit ei audere resistere, & suam potius facere voluntatem. Apertius esset, si sic legeretur: Nõ enim si quò misisset victoriam, si ea dea sub illo rege est, possit vel audeat ei resistere. Et Porphyrius in ratione naturali deorum, Iouem scribit fingi solitum sceptrum tenentem læua, dextra vero modo Aquilam, modo Victoriam. Illud quoniam cæterorum deorum dominus, vt auiũ Aquila, Victoriam autẽ quoniam illi vniuersa subiecta sunt, vel vt Phurnutus interpretatur quoniam nihil est à quo possit vinci.

Fœlicitatem & fortunam qui deas putant; qua ratione fecerunt.†
Caput XVIII.

*†aliâs secernunt.

QVid quod & fœlicitas dea [a] est? ædem accepit, arã meruit, sacra ei cõgrua persoluta sunt: ipsa ergo sola coleretur? Vbi enim ipsa esset, quid boni nõ esset? Sed quid sibi vult: quod & Fortuna dea putatur, & colitur? An aliud est fœlicitas, aliud fortuna? Quia fortũa põt esse & mala: fœlicitas autẽ si mala fuerit, fœlicitas non erit. Certe omnes deos vtriusq; sexus, si

A sexus, si & sexus habent, non nisi bonos existimare debemus. Hoc Plato dicit, hoc alij Philosophi, hoc excellentes reipublicæ, populorúmque rectores. Quomodo ergo dea Fortuna aliquando bona est, aliquando mala? An forte quando mala est, dea non est, sed in malignum dæmonem repente conuertitur? Quot sunt ergo deæ istæ? Profecto quotquot sunt homines fortunati, hoc est, bonæ fortunæ. Nam cum sint & alij plurimi simul, hoc est, vno tẽpore malæ fortunæ, nunquid si ipsa esset, simul & bona esset & mala: his aliud, illis aliud? An illa quæ dea est, semper bona est? Ipsa est ergo fœlicitas, cur adhibentur diuersa nomina? Sed & hoc ferendum est. Solet enim & vna res, diuersis nominibus appellari. Quid diuersæ ædes [b], quid diuersæ arę, diuersa sacra? Est causa, inquiũt, quia Fœlicitas illa est, quam boni habent præcedentibus meritis. Fortuna verò, quę dicitur bona, sine vllo examine [c] meritorũ fortuitu accidit hominibus & bõis & malis, vnde etiã fortuna nominatur. Quomodo ergo bona est, quę sine vllo iudicio venit & ad bonos & ad malos? Vt quid autẽ colitur, quæ ita cæca est [d], passim in quoslibet incurrẽs, vt suos cultores plerunq; pretereat, & suis contemptoribus hæreat? Aut si aliquid proficiunt cultores eius, vt ab illa videantur, & amentur: iam merita sequitur, non B fortuitu venit. Vbi est ergo definitio illa fortunæ? Vbi est quod à fortuitis etiam nomen accepit? Nihil enim prodest eam colere, si fortuna est. Si autem suos cultores discernit vt prosit, fortuna non est. An & ipsam, quò voluerit [e], Iuppiter mittit? Colatur ergo ipse solus. Non enim potest ei iubenti, & eam quò voluerit, mittenti fortuna resistere. Aut certe ipsam mali colant, qui nolunt habere merita, quibus possit dea Fœlicitas inuitari.

Fortuna.

a QVid quod & Fœlicitas dea.) Aedis huiusce deæ meminit aliquoties Plinius. Simulachrum eius Archesilao plastæ locatum est à L. Lucullo sestertiis lx. Plinius lib. xxxv.
b Quid diuersæ ædes.) Aedes malæ Fortunæ & detestatæ in Exquiliis. Aedes Fortunæ fortis in ripa Tyberina. equestris iuxta theatrum. Erat & templum Fortunæ paruæ, & aliud virginis Fortunæ, aliud Primigeniæ, aliud Obsequentis ad Capenam, & Priuatæ, & Viscatæ, & Publicæ, & Virilis, & Cõuertẽtis in palatio, & bene sperantis, & auertentis, & blandæ & dubiæ in Auentino, & mammosæ in duodecima regione, & Barbatæ, & muliebris: quibus omnibus principium dedit Seruius Tullius, quòd ab ea ex seruo in regnum esset euectus, tum etiam prospiciens eam occasionibus rerum plurimum habere in vtranq; partem momenti: sicut Plutarchus inquit in problematis, omnique in re humana dominari. c Sine vllo examine.) Saltem nobis cognito: ideò caussas non habere dicitur, quod eas à nobis ignorantur: sicut Aristoteles, & Platonici. Speusippus motum ab occulto in occultum fortunam esse finit. De hac plura Aristoteles secundo libro physicæ auscultationis: & libello de bona fortuna, qui pars est moralũ voluminum. d Quæ ita cæca est.) Aristophanes hoc falsè in Pluto, qui est opum deus: quod argumentum transtulit Lucianus in suum μεσόνυκτον. e An & ipsam quò voluerit.) Sic Aristophanes, qui dicit Plutum, cum mittitur à Ioue ad bonos, claudum esse: cum ad malos, celerrimum.

Fortunæ multæ.

C

De Fortuna muliebri.
Caput XIX.

IAntum sanè huic, velut numini tribuunt, quam Fortunam vocãt, vt simulachrum eius quod à matronis [a] dedicatum est, & appellatum Fortuna muliebris, etiam loquutum esse memoriæ commendarint: atque dixisse non semel, sed iterum: ὦ propter ὦ quod eam rite [b] matronæ dedicauerint. Quod quidem si verum sit, mirari nos non oportet. Non enim malignis dæmonibus etiam sic difficile est fallere, quorum artes atque versutias hinc potius isti aduertere debuerunt, quod illa dea loquuta est, quæ fortuitu accidit, non quæ meritis venit. Fuit enim fortuna loquax, & muta fœlicitas, & ad quid aliud, nisi vt homines recte viuere non curarent, D conciliata sibi Fortuna, quæ illos sine vllis bonis meritis faceret fortunatos? Et certe si fortuna loquitur, non saltem muliebris, sed virilis * potius [c] loqueretur, vt non ipsæ, quæ simulachrum [d] dedicauerunt, putarentur tantum miraculum muliebri loquacitate finxisse.

*aliâs muliebribus sed viris.

VT simulachrum eius quod à matronis.) Anno post libertatem partam decimo octauo, cum Martius Coriolanus exul bellum intulisset patriæ, nec armis repelli posset, nec precibus flecti, lachrymis mulierum flexus est, templúmque extructum Fortunæ muliebri, via Latina ad quartũ miliarium ab vrbe, quod cum dicaretur, bis loquuta est imago. Prius sic: Rite me matronæ vidistis, riteque dedicastis. Liuius, & Valerius, & Plutarchus authores. Lactantius vero libro secundo Fortunam muliebrem denunciasse periculum scribit, hoc est, haud dubie, quod posterius loquuta est. Huius fortunæ signum nefas est attingi, nisi ab ea quæ semel nupsit. Festus. a
b Propter quod eam rite.) Propter, superfluit, ideo expungendum.
c Sed virilis potius.) Cuius templum in ripa Tyberina, festum Calend. April. Ouidius quarto Fastorum. d Vt non ipsæ quæ simulachrum.) Maior enim viris fides habetur, quàm mulieribus.

Fortuna muliebris.

De Virtute & Fide, quas Pagani, templis & sacris honorauerunt, prætermittentes alia bona, quæ similiter colenda fuerunt, si recte aliis diuinitas tribuebatur. Cap. XX.

VIrtutem quoque deam [a] fecerunt: quæ quidem si dea esset, multis fuerat preferenda. Et nunc quia dea non est, sed donum dei, ipsa ab illo impetretur, à quo solo dari potest: & omnis falsorum deorum turba vanescit. Sed cur & Fides dea credita est, & accepit etiam ipsa templum, & altare? Quam quisquis prudenter agnoscit, habitaculum illi seipsum facit. Vnde autem sciunt illi quid sit Fides, cuius primum & maximum officium est, vt in verum credatur deum? Sed cur non sufficerat Virtus? Nonne ibi est & fides? Quandoquidem virtutem in quatuor species [b] distribuendam esse viderunt: prudentiam, iustitiam, fortitudinem, temperantiam. Et quoniam istæ singulæ, species suas habent, in partibus iustitiæ fides est [c]: maximũmque locum apud nos habet, quicunque scimus quid sit, quod iustus ex fide viuit. Sed illos miror appetitores multitudinis deorum, si fides dea est, quare aliis tam multis deabus iniuriam fecerunt, prætermittendo eas, quibus similiter ædes & aras dedicare potuerunt? Cur Temperantia dea esse non meruit, cum eius nomine nonnulli Romani principes [d] non paruam gloriam comparaerint? Cur denique Fortitudo dea non est, quæ affuit Mutio [e], cum dexteram porrexit in flammas: quę affuit Curtio [f], cum se pro patria in abruptam terram pręcipitem dedit: quę affuit Decio patri [g], & Decio filio [h], cum pro exercitu se vouerunt? Si tamen his omnibus [i] vera inerat fortitudo, vnde modo non agitur? Quare prudentia, quare sapientia nulla numinum loca meruerunt? An quia in nomine generali ipsius virtutis omnes coluntur? Sic ergo posset & vnus deus coli, cuius partes cęteri dij putantur. Sed in illa vna virtute & fides est, & pudicitia [k], quæ tamen extra in ędibus propriis altaria meruerunt. Has deas non veritas, sed vanitas fecit. E

Fides.

Abachuc. 2

F

VIrtutem quoque deam.) Virtuti ædem vouerat M. Marcellus in Gallia primo suo consulatu. eam filius eius dicauit ad portam Capenam. Liuius lib. xxix. Alteram C. Marius extruxit Virtutis & Honoris submissiorem aliis, ne si forte publicis auspiciis officeret, augures eam demoliri iuberent. Cicero. ij. de leg. Colunto illa propter quæ datur homini ascensus in cœlum, mentẽ, virtutẽ, pietatẽ, fidẽ. Fidei ædes in capitolio fuit, Plin. lib. xxxv. & Cic. iij. offic. a

 vicinam

G vicinam eam Ioui in Capitolio, iusiurãdúmque eius dicit esse ex Ennio & Cat.in.ij.de na.deorũ.Fidem ab Attilio Calatino cõsecratam scribit: Festus verò ante Romulum & Remum consecratam ab Aenea in palatio Fidem refert ex Agathocle,nisi sit mendum in loco Ciceronis.Sic enim legitur:Vt Fides,vt Mẽs,quas in Capitolio dedicatas videmus:proximè à M.Scauro,antè autem ab Attilio Calatino erat Fides consecrata. At Liuius lib.xxiij.Interea duũuiri creati sunt,Q.Fabius Maximus & Attilius Crassus ædibus dedicandis: Menti Attilius,Fabius Veneri Ericynæ.vtraque in Capitolio est,canali vno discreta.Ita fieri potest, vt Ciceronis verba sint intelligenda ad hunc modum: Mentem esse consecratam proximè à M.Aemilio Scauro,quum iam antè fuisset ab Attilio consecrata.Dionysius & Plutarchus Fidem à Numa esse sacratam referunt,statuúmque maximum iusiurandum. b Quandoquidem virtutem in quatuor species.) Plato,Aristoteles,Cicero,& alij. c In partibus iustitiæ fides est.) Cicero primo Offic. fundamentum iustitiæ fidẽ vocat.Idem primo de na.deo.iustitiam erga deos pietatem esse dicit,cuius fides est pars.Speusippus pieratem eodem modo finit. d Nonnulli Romani principes.)Possunt huc afferri ex Valerio exempla de animi moderatione:de iis,qui ex inimicis iuncti sunt amicitia, & necessitudine:de abstinentia,& continentia,de verecundia.Hæc enim omnia,sicut Cicero primo Offici. ostendit,sub temperantia continentur. e Quæ affuit Mutio.)C.Mutius,quum Porsenna obsideret vrbem,ingressus eius castra dissimulato cultu,ferro sub veste tecto scribam regis obtruncauit, ratus se regem occidere. Quúmque iuberet eum captum torqueri rex,ipse in ignem sacrificij,qui fortè haud procul erat,manum iniecit,eámque tenuit immotam,quousque & admirationem,& pauorem sui regi incuteret. f Quæ affuit Curtio.)Lacum dicunt fuisse in foro Ro. qui posteà siccatus est,solúmque effectum.lacui Curtio:fuit deinde ad posteros nomen.Sunt qui à Metio Curtio equite Sabino dictum putent,qui prælio inter Romulum & Sabinos equo illum transuarit. Alij à M. Curtio equite Ro.qui se in illud coniecit, quòd oraculum iusserat immitti in illum id quo plurimum po.Ro.posset:Hæc Liuius lib.j.&.vij.ab v.c.Varro tamen li.de ling.La.iij.sic inquit:Cornel.& Luctat.scribũt eũ locum esse fulguratũ,& ex S.C.cœptũ esse,idq; factũ esse à Curtio Cos. cui M. Genutius fuit collega Curtium appellatũ. g Quę affuit Decio patri.) Hic fuit homo de plebe, sed magna gloria militari, & insigni in patriã charitate,Cos.cũ T.Mãlio Torquato bello Latino,quũ vtrq; Cos. per quietẽ vidisset ex altera acie Imperatorẽ deberi diis manibus, ex altera exercitũ,pacti inter se vt ab vtra parte exercitus po.Ro. inciperet cedere,huius partis Imperator se deuoueret pro patria:quod quũ læuo cornu contigisset,cui Decius præerat,is se solẽni carmine diis manibus pro legionibus Ro.deuouit,in mediósque hostes,citato equo,imm:sit.Liui[9] lib.viij. h Et Decio filio.)Hic fuit Cos.iiij. cum Q.Fabio.v.qui primus ex ea gente dictus est Maximus bello Gallico: quúmque ex cornu sinistro,in quo erat Decius Imperator terror & fuga fieri inciperet, Decius exemplum patris secutus,pro exercitu patriæ ẽt deuouit.Liuius lib. x. i Si tamẽ in his omnibus.)Laurentius Valla in 13.de volup. persona Epicurei declamans,eleuare nititur hæc Romanorum præclara facta: multásque affert rationes,non minus interdum veras,quàm arguras: qui scire cupierit,petat ex eo. Liber est vulgaris, tametsi variè à variis editus.Credo Vallam ipsum fuisse in causa,qui diuersa reliquerit authographa. k Et pudicitia.) Erat sacellum Pudicitiæ patriciæ in foro Boario ad ædem rotundam Herculis.Liuius lib.x. Quidam simulachrũ hoc Fortunæ putant esse,Festus. Erat & plebeiæ pudicitiæ ædicula à Virginia structa in vico longo,sed quæ postremò in oblitionẽ venerit.Liui[9].

Mens dea.

C. Mutius

M. Curtius.

Decius.

Pudicitiæ sacella.

Quod unum non intelligentes deum, uirtute saltem & fœlicitate debuerunt esse contenti. Cap. XXI.

I Aec enim veri dei munera sunt,nõ ipsæ sunt deæ. Veruntamen vbi est virtus & fœlicitas, quid aliud quæritur? Quid ei sufficit, cui virtus fœlicitásque non sufficit? Omnia quippe agenda cõplectitur virtus,omnia obtinenda [a] fœlicitas. Si Iuppiter,vt hæc daret,ideo colebatur:quia si bonum aliquid est latitudo regni atque diuturnitas,ad eandem pertinet fœlicitatem,cur non intellectum est,dona dei esse, non deas? Si autem putatæ sunt deæ, saltem alia tanta deorum turba non quæreretur.Consideratis enim officiis deorum dearúmque omnium,quæ sicut voluerũt pro sua opinatione finxerunt:inueniant,si possunt, aliquid quod ab aliquo deo præstari possit homini habẽti virtutem,habenti fœlicitatem. Quid doctrinæ,vel à Mercurio,vel à Minerua [b] petendum esset, quum virtus omnia secum haberet? Ars quippe ipsa bene [c], rectéque viuẽdi,virtus à veteribus definita est. Vnde ab eo quod Græcè [d] ἀρετὴ dicitur virtus,nomen artis Latinos traduxisse putarunt.Sed si virtus non nisi ad ingeniosum [e] posset venire, quid opus erat deo Cautio [f] patre,qui cautos,id est acutos,faceret,quum hoc posset conferre fœlicitas? Ingeniosum quippe nasci, fœlicitatis est. Vnde etiam si non potuit à nondum nato coli dea Fœlicitas, vt hoc ei conciliata donaret, conferret hoc parentibus eius cultoribus suis, vt eis ingeniosi filij nascerentur. Quid opus erat parturientibus inuocare Lucinam,cum si adesset Fœlicitas, non solum bene parerent,sed etiam bonos? Quid necesse erat, Opi deæ commendare nascentes,deo Vagitano * vagiẽtes, deæ Cuninæ iacentes, deæ Ruminæ sugentes, deo Statilino stantes,deæ Adeonæ adeuntes, Abeonæ abeuntes, deæ Menti [g] vt bonam haberent mentem, deo Volumno,& deæ Volumnæ,vt bona vellent:diis nuptialibus [h],vt bene coniungerentur* : diis agrestibus, vt fructus vberrimos caperent,& maximè ipsi diuæ Fruges[i]: Marti & Bellonæ,vt bene belligerarent:deæ Victorię, vt vincerent:deo Honorino *,vt honorarẽtur:deæ Pecuniæ [k], vt pecuniosi essent:deo Aesculano & filio eius Argentino,vt habeant ęream argenteamq; pecuniam? Nam ideo patrem [l] Argentini Aesculanum posuerũt, quia prius ærea pecunia [m] in vsu esse cœpit, pòst argentea. Miror autem,quod Argentinus non genuit Aurinum,quia & aurea subsequta est. Quem deum isti si haberent,sicut Saturno Iouem,ita & patri Argentino, & auo Aesculano,Aurinum præponerent. Quid ergo erat necesse propter hæc bona,vel animi, vel corporis, vel externa,tantam deorum turbam colere & inuocare:quos neque omnes commemoraui,nec ipsi potuerũt omnibus humanis bonis minutatim singillatimq; digestis & deos minutos, & singulos prouidere:cum posset magno faciliq; compendio vna dea Fœlicitas cuncta conferre:nec solum ad bona capiẽda quisquam alius,sed neque ad depellenda mala quæreretur? Cur enim esset inuocanda propter fessos diua Fessonia:propter hostes depellẽdos,diua Pelonia:propter ęgros,medic[9] vel Apollo,vel Aesculapius,vel ambo simul quãdo esset grãde periculũ? Nec deus Spiniẽsis,vt spinas ex agris eradicaret:nec dea Rubigo*[n],vt nõ accederet,rogaretur:vna Fœlicitate præsente & tuẽte,vel nũlla mala exoriretur,vel facillimè pelleretur. Postremo quid *de duab[9] istis deabus Virtute & Fœlicitate tractam[9], si fœlicitas virtutis est præmiũ,nõ dea,sed dei donũ est? Si autẽ dea est,cur non dicatur,& virtutẽ ipsa conferre,quandoquidẽ virtutẽ consequi fœlicitas magna est?

ARS.

VIRTVS

K

**aliâs Vaticano.*

**aliâs,diis coniugalibus ut b. coniungerentur.*

**aliâs,Honori.*

L

**aliâs,Robigo.*

**aliâs, quoniam.*

Omnia obtinenda.) Legendum optanda ex veteribus libris. b Vel à Mercurio,vel à Minerua.)Mercurius præest eloquentiæ,Minerua artibus & ingeniis. c Ars quippe ipsa bene.) Antiqui omnes virtutes appellarunt artes,atque scientias bene agendi:tum etiam quod idem est,prudentias, vt in Memnone Plato: nec minus est ars habitus,quo & rectè bene viuendo sumus imbuti,& rectè benéque viuimus,quàm quo vel fidibus canimus,vel palæstram exercemus,vel gladium fabricamur,aut vestem suimus. Verum isti nihil intelligunt,nisi vocabulis illis dicatur,quibus in schola assueuerunt. Quod si aliis dicas,etiam si idem valentibus,iam ibi hærent, nihil intelligunt, omnia absurda,parúmque rectè putãt esse dicta. d Vnde ab eo quod Græcè.) Donatus in Andriam Terentij, ἀκάθαρτος ἀρετάρτος per syncopen vult esse artem deriuatam. e Sed si virtus non nisi ad ingeniosum.) Equidem crasso ingenio hominem non negauerim bonum esse posse,& sunt profectò tales non pauci:sed illa eximia & ex perfectissima noxa virtus,non temere,nisi in ingenioso inuenitur.Tardis mentibus,inquit in Tuscu.Cicero,virtus non facilè committitur. f Quid erat opus deo Cautio.)In antiquis libris scribitur,deo Catio patre,qui Catos,id est,acutos faceret.Veteres catos vocabant prudentes, ingeniosos, industrios q.cautos.hinc Portius ille sapientissimus homo Cato cognominatus. g Deæ Menti.) Aedes Menti vota est post pugnam ad lacum Thrasimenum.Liuius lib.xxij.dicata tribus annis pòst ab Attilio duũuiro in id creato.In Capitolio fuit ædes Veneri Erycinæ condita,vt ante iam dixi.Sacrata est etiam à M.Aemilio Scauro bello Cymbrico. Festum eius septimo Idus Iunij.Ouidius. h Diis nuptialibus.)Plutarchus in problematis quinque deos precari illos,qui matrimonio coniunguntur scribit:Iouem adultum,Iunonem adultã,Venerem,Leporem, & in primis Dianam:ideo quinque cereos nuptiis accendi morem esse, nec pauciores,nec plures.Non est autem Lepos epithetõ Veneris,vt de Suadela putauit Acrõ,sed est potius dea per se πάθος,quam vocat Quintilianus persuadendi deam.Porrò est & Hymenæus præcipuus,qui in nuptiis identidem inuocabatur:sicut apud Catullum. Hunc Seruius primo Aeneid. scribit virum fuisse Atheniensem,qui inter bella fœuissima virgines liberauit:propterea nomen eius in nuptiis inuocatur, quasi liberatoris virginitatis.Martianus hunc Bacchi & Calliopeiæ filium dicit. i Et maxime ipsi diuæ frugẽs.) In libris manu scriptis: Ipsi diuæ Fructescæ.

Virtus.

M

Ars.

Dii nuptiales.

Hymenæus.

k Deæ

A k Deæ Pecuniæ.) Iuuenalis satyrà prima significat,huic deæ, nec templum esse erectum,nec aram.ait enim:

Et si funesta Pecunia templo
Nondum habitas,nullas nummorum ereximus aras.

Nisi fortè ignorauit poeta eam esse deam.nam Varro scripsit etiam doctis multos deos sacra & ceremonias esse occultas. l Nam ideo patrẽ.) Albi sic: Nam deum Aesculanum ideo Argentino præposuerunt. m Quia prius ærea pecunia.)Plinius lib.xxxiij. Argentum signatum est anno vrbis conditæ quingentesimo octogesimo quinto,Q.Fabio Cos. quinque annis ante primum bellum Punicum: vbi pro quingentesimo legendum est,quadringentesimo.Primum enim Punicum bellum cœpit Appio Claudio Cæci fratre,& Q. Fuluio Coss.anno V.C.quadringentesimo nonagesimo.Eutropius in ipso bello Punico percussum dicit,sed digerendis temporibus fallitur,vt sæpe verum de hac ratione temporum iam sum superiore locutus libro. Nota argenti fuerunt bigæ & quadrigæ,vnde bigati & quadrigati.nam victoriati percussi sunt paulum ante bellum sociale ære admisto.Aureus nummus bello Punico secundo percussus sexaginta duobus annis post quàm argenteus. n Nec dea Rubigo.)Rubigo est ros putrefactus, fruges teneras corrumpens & frians. Ad auroram solet id vitium segetibus accidere,silente cœlo, sicut ait Plinius,serenísque noctibus,nullo sentiente nisi cùm factum est,in conualibus & locis,perflatum non habentibus.Nam ventosa & celsa huic incõmodo nõ sunt ita obnoxia.Idem Rubigalia Numa constituit anno regni sui vndecimo,quę nunc agũtur ad.vij.Cal.Maij: quoniam tunc ferè segetes rubigo occupat Hoc tempus Varro determinat sole tauri partẽ decimam obtinẽte,sicut tunc ferebat ratio:sed vera causa est, quod post dies vndeuiginti ab æquinoctio verno per id quatriduum varia gentiũ obseruatione in iiij.Cal.Maij canis occidit,sydus & per se vehemens,& cui præoccidere caniculam. necesse sit.Hæc ille. Porrò canis Rubigini mactabatur.Ouidius.iiij.Fast.Varro in.j.lib.rerum rusticarum deum fa facit Robigum,quem cum dea Flora coniungit,in illis sex deorum dearúmque paribus, quos initio inuocat. Et Robigum dicit vetere more: B nam quasi rodigus vocabatur,à rodendo.Rubigo propriè genus est vitij obscœnæ libidinis,quod hulcus dicitur.Est & in ferro rubigo ex situ & nimia quiete,vnde etiam in segetibus gignitur.

Rubigo.

Robigus.

D eſcientia colendorum deorum, quam à ſe Varro gloriatur collatam eſſe Romanis. Cap. XXII.

Vid ergo est, quod pro ingeniti beneficio Varro iactat præstare se ciuibus suis: quia nõ solùm commemorat deos,quos coli oporteat à Romanis:verùm etiam dicit,quid ad quenque pertineat? Quomodo nihil prodest,inquit, homines alicuius medici nomen formámque nosse,& quid sit medicus ignorare: ita dicit nihil prodesse scire deum esse Aesculapium,si nescias eum valetudini opitulari: atq; ita ignores,cur ei debeas supplicare.hoc etiã affirmat alia similitudine, dicens: Non modo bene viuere, sed viuere omnino neminem posse,si ignoret quísnam sit faber,quis pictor,quis tector:à quo,quid vtensile petere possit,quem adiutorem assumere,quem ducem, quẽ doctorem. Eo modo nulli dubium esse asserens, ita esse vtilem cognitionem deorum,si sciatur,quam quisque deus vim & facultatẽ aut potestatem cuiusque rei habeat. Ex eo enim poterimus,inquit, scire quem cuiusq; rei causa deum aduocare atque inuocare debeamus,ne faciamus vt Mimi solent [a],& optemus à Libero aquã, à Lymphis vinum [b]. Magna sanè vtilitas. Quis non huic gratias ageret,si vera monstraret:& si vnum verum deum à quo essent omnia bona hominibus colendum doceret?

C

Nympharum generа.

a VT Mimi solent.) Mouendi risus gratia. b A Lymphis vinum.) Lympha est omnis humor. Nymphæ præsunt omni generi humorum:sunt enim maris,quæ Nereides dicuntur,filiæ Nerei:fontium,quę Naiades:humoris herbarum,& florũ, quæ Napeæ:humoris arborum,quæ Dryades,& Hamadryades: humoris montium,quæ Oreades.Nymphæ Tethydis & Oceani filiæ sunt ter mille:Hesiodus in Theogonia.

De Fœlicitate, quam Romani multorum ueneratores deorum diu non coluerunt honore diuino, cùm pro omnibus sola sufficeret. Cap. XXIII.

Ed vnde nunc agitur, si libri & sacra eorum vera sunt, & Fœlicitas dea est, cur non ipsa vna,quæ coleretur constituta est, quæ posset vniuersa conferre,& compendio facere fœlicem? Quis enim optat aliquid propter aliud, quàm vt fœlix fiat? Cur denique tam sero [a] huic tantæ deę post tot Romanos principes Lucullus [b] ædem cõstituit? Cur ipse Romulus fœlicem cupiens condere ciuitatem,non huic tẽplum potissimum struxit,nec propter aliquid diis cæteris supplicauit,quando nihil deesset, si hæc adesset? Nam & ipse,nec prius rex,nec, vt putant, postea deus fieret,si hanc deam propitiam non haberet. Vt quid ergo Romulus constituit Romanis deos,Ianum, Iouem, Martem,Picum [c],Faunum [d],Tiberinum [e], Herculem: & si quos alios? Vt quid Titius Tatius addidit Saturnum, Opem, Solem, Lunam, Vulcanum,Lucem [f],& quoscunque alios addidit,inter quos etiam deam Cloacinam Fœlicitate neglecta? Vt quid Numa tot deos, & tot deas sine ista? An eam fortè in tãta turba videre non potuit? Hostilius certè rex [g] deos & ipse nouos Pauorem atque Pallorem,propitiandos non introduceret,si deam istam nosset,& coleret. Præsente quippe Fœlicitate,omnis pauor & pallor non propitiatus abscederet, sed pulsus aufugeret. Deinde quid est hoc, quod iam Romanum imperium longè latéque crescebat,& adhuc nemo Fœlicitatem colebat? An ideo grãdius imperium quàm fœlicius fuit? Nam quomodo ibi esset vera fœlicitas,vbi vera non erat pietas? Pietas enim [h] vera est verax veri dei cultus,non cultus falsorum tot deorum,quot dæmoniorum. Sed & postea iã in deorum numerum Fœlicitate suscepta,magna bellorum ciuilium infœlicitas subsecuta est. An fortè iuste est indignata Fœlicitas, quod & tam sero & nõ ad honorem, sed ad contumeliam potius inuitata est, vt cum ea coleretur Priapus,& Cloacina,& Pauor,& Pallor,& Febris,& cætera non numina colendorum, sed crimina colentium? Ad extremum,si cum turba indignissima tanta dea colenda visa est, cur non vel illustrius cæteris colebatur? Quis enim ferat, quod neque inter deos Consentes [i],quos dicunt in consilium Iouis adhiberi,nec inter deos,quos selectos vocãt, Fœlicitas constituta est:vt templum aliquod ei fieret, quod & loci sublimitate,& operis dignitate præmineret? Cur enim non aliquid melius,quàm ipsi Ioui? Nam quę etiã Ioui regnum,nisi Fœlicitas dedit? si tamen cum regnaret fœlix fuit,& potior est Fœlicitas regno. Nemo enim dubitat,facilè inueniri hominẽ,qui timeat se fieri regem. Nullus autem inuenitur,qui se nolit esse fœlicem. Ipsi ergo dij,si per auguria vel quolibet modo eos posse consuli putant,de hac re consulerentur,vtrũ vellent Fœlicitati loco cedere: si fortè aliorum ædibus vel altaribus iam fuisset locus occupatus, vbi ædes maior atque sublimior Fœlicitati construeretur:etiam ipse Iupiter cederet,vt ipsum verticem collis Capitolini Fœlicitas potius obtineret. Non enim quispiam resisteret Fœlicitati,nisi,quod fieri non potest,qui esse vellet infœlix. Nullo modo omnino si consuleretur faceret Iupiter,quod ei fecerunt tres dij [i] Mars [k] Terminus [l], & Iuuentas [m], qui maiori & regi suo nullo modo cedere loco voluerunt. Nam sicut habent eorum literæ, cùm rex Tarquinius Capitolium fabricare vellet, eúmque locum,qui ei dignior aptiórque videbatur, à diis alienis cerneret præoccupatum, non audens aliquid contra eorum facere arbitrium,& credens eos tanto numini,suóque principi voluntate cessuros: quia multi erãt illic vbi Capitolium constitutum est: per auguriũ quęsiuit, vtrum concedere locum vellent Ioui: atq; ipsi inde cedere omnes voluerunt, præter illos,quos commemorauí, Martem, Terminum,Iuuentatem: atque ideo Capitolium ita constructum est, vt etiam isti tres essent tam obscuris signis,vt hoc vix homines doctissimi scirẽt. Nullo modo igitur Fœlicitatem Iupiter ipse contemne-

D

Pietas.

1.Timo.2.

E

F

G contemneret, sicut à Termino, Marte, Iuuentate contemptus est. Sed ipsi etiam qui non cesserant Ioui, profecto cederent Fœlicitati, quę illis regem fecerat Iouē. Aut si non cederent, non id contemptu eius facerent, sed quòd in domo Fœlicitatis, vel obscuri esse mallent, quàm sine illa in locis propriis eminere. Ita dea Fœlicitate in loco amplissimo & celsissimo constituta discerent ciues omnes, vnde boni voti petendum esset auxilium. Ac sic ipsa suadente natura, aliorum deorum superflua multitudine derelicta coleretur vna Fœlicitas: vni supplicaretur, vnius templum frequentaretur à ciuibus, qui fœlices esse vellent, quorum esset nemo, qui nollet: atque ita ipsa à seipsa peteretur, quæ ab omnibus petebatur. Quis enim aliquid ab aliquo deo, nisi fœlicitatem velit accipere, vel quod ad fœlicitatem existimat pertinere? Proinde, si Fœlicitas habet in potestate cum quo homine sit, habet autem si dea est, quæ tandem stultitia est, ab aliquo eam deo petere, quam possis à seipsa impetrare? Hanc ergo deam super deos cæteros honorare etiam loci dignitate debuerunt. Sicut enim apud ipsos legitur: Romani veteres nescio
H quem Summanum[n], cui nocturna fulmina tribuebant, coluerunt magis quàm Iouem, ad quem diurna fulmina pertinebant: Sed postquam Ioui templum insigne ac sublime constructum est, propter ædis dignitatem, sic ad eum multitudo confluxit, vt vix inueniatur qui Summani[o] nomen, quod audire iam non potest, se saltem legisse meminerit. Si autem Fœlicitas dea non est, quoniam, quod verum est, munus est dei: ille deus quæratur, qui eam dare possit, & deorum falsorum multitudo noxia relinquatur, quam stultorum hominum multitudo vana sectatur, dona dei deos sibi faciens, & ipsum cuius ea dona sunt, obstinatione superbæ voluntatis offendens. Sic enim carere non potest infœlicitate, qui tãquam deam Fœlicitatem colit, & deum datorem Fœlicitatis relinquit: sicut carere nõ potest fame, qui panem pictum lingit, & ab homine verum habet, non petit.

Lucullus.

a TAm sero.) L. Licinius Lucullus consul fuit cum M. Aurelio Cotta, anno ab vrb. con. Dclxvj. b Lucullus.) L. Licinius Lucullus, qui bellum aduersus Mithridatem gessit, cui Gn. Pompeius successor est missus aduersa nobilitate; hic quòd fœliciter bellum contra Mithridatem & Tigranem reges administrasset, templum huic deæ constituit. c Picum.) Filius hic fuit Saturni, vt ait Vergil in. vij. Regnauit in Latio Aboriginum tempore, quem Circe vxor in auem sui nominis mutauit, quòd Pomonam deam adamasset. ideo ea auis Romanis est sacra. d Faunum.) Filius hic fuit Pici apud eundem Verg. pater Faunorum & Satyrorum, & reliquorum agrestium numinum. Plutarchus in Parallelis Mercurij filium fuisse scribit. In Latio regnauit tempore Aboriginum, ciuésque suos ritu ferarum viuentes, mitiorem vitam docuit: & primus loca certis nominibus, & ædificia quædam, ac lucos sacrauit, à quo & fana sunt dicta. Oraculum eius fuit in Albunea Laurentinorum sylua. Huic alij annuum sacrum, alij menstruum celebrant. Val. Probus in primo Georg. Festum huius erat Romæ nonis Decembribus, vt canit Horatius tertio Carminum.

Picus.

Faunus.

Tyberinus

e Tyberinum.) Hic Capeti filius fuit, Albanorum rex, latro insignis, qui traiectu Tyberis fluuij submersus, nomen dedit fluuio, cum prius Albula diceretur. f Lucem.) Romani Iouem colebant Luceium, vt est in carminibus Saliorum, quem præesse credebant luci, eiúsque causam esse. Festus. Varro lib. iiij. de lingua Latina ait, Tit. Tatium Romæ deos statuisse Opem, Floramve, Diiouem, Saturnúmque, Solem, Lunã, Vulcanum, & Summanum: itémque Larundam, & Terminum, Curinum, Vortumdum, Lares, Dianámque, Lucinámque. g Hostilius certe rex.) Cum commisso inter Romanos & Veientes prælio nunciatum esset Tullo Hostilio Ro. regi Albanos descisscere, palleréque & pauere, Ro. ob eam rem videret, ipse in re trepida templum vouit Pallori & Pauori. h Pietas enim.) Pietas est, vt inquit Cicero primo de natura deorum, iustitia aduersus deos. Est & pietas cultus erga maiores, aut sanguine coniunctos, qui quum est erga deos, religio nominatur. Erat & Romæ sacellum Pietatis ab Acilio dicatum, vbi mulier habitauit illa, quæ vberibus suis aluit patrem custodiæ traditum. Festus. Ibíque imago factum hoc exprimens visebatur. vt Valerius subindicat lib. v. Aedis Pietatis in Circo Flaminio meminit Obsequens in prodigiis. ii Inter deos Consentes.) xij. sunt dij Consentes, sex mares, & sex fœminæ: quorum imagines auratæ stabant apud forum, vt refert Varro. j. lib. rerum

Palloris & Pauoris tẽplum.

Pietatis definitio.

Dii Consentes.

rusticarum. Hos Ennius disticho est complexus: Iuno, Vesta, Minerua, Ceres, Diana, Venus, Mars, Mercurius, Iouis, Neptunus, Vulcanus, Apollo, Consentes appellant, quasi consentientes in eo, quod est gerendum. His enim vtitur velut consiliariis Iuppiter in maximis rebus agendis, vt hic Augustinus: sed apertius Seneca tradit ex disciplina Etrusca lib. nat. quæst. secundo. Ferunt in antiquis monumentis, Pomponium Lætum, eiusmodi rerum diligentissimum inquisitorem, & admiratorem obseruasse, atque ita ad Medicen Laurentium scripsisse singulis illorum deorum suum mensem esse sacrum: Ianuarium Iunoni, Februarium Neptuno, Martium Mineruæ, Aprilem Veneri, Maium Apollini, Iunium Mercurio, Quintilem Ioui, Sextilem Cereri, Septembrem Vulcano, Octobrem Marti, Nouembrem Dianæ, Decembrem Vestæ. Diodorus. lib. iij. Chaldæos scribit triginta astra dixisse deos consultores, & duodecim signiferi signa: quorũ vnumquodq; suo mensi præest, deos principantes nominasse. Erant & Aegyptiis sui duodecim dei, præcipui, sed non idem ac Romanis. i Quod ei fecerunt tres dij.) Numa Pompilius rex Romanus, cùm & publicũ agrũ populi Romani, & priuatum vniuscuiusq; certis limitib[p] terminisq; definisset, sacellũ erexit Termino in colle Tarpeio, deo cui nihil animatum sacrificaretur, sed solum liba, pultes, & primitiæ frugum: tametsi hoc postea vt alia complura in desuetudinem abiit. Saxũmque erat hic deus, & saxa reliqui omnes agrorum, & publici, & priuatorum termini. Quos qui statuto dimouisset loco, eum hominem liceret sine fraude neci dedere. At cum rex Tarquinius Priscus templum vouisset in Tarpeia rupe Ioui, Iunoni, & Mineruę augustissimum, vellétque tanti operis iacere fundamenta, inuenit eo loci multorum deorum aras, & à Tito Tatio & cæteris regibus sacratas: quas omnes exaugurare cum vellet, vt liberum esset templum suis tribus diis, consilio Nævij Accij auguris vsus, vnumquenque illorum deorum consuluit, attributis ci auibus, num patri Ioui cederet: aues omnium tales fuerunt, vt cedere se significarent. aues Termini & Iuuentæ non pari deos illos moueri se portenderunt. Ita postea ædificato à filio vel nepote eius regis Superbo Capitolio aræ sunt eodem relictæ loco, quo prius fuerant. Lætum esse augurium respondit Accius, quo significabatur terminos populi Ro. fore immobiles, & Iuuentutem inuictam. Hæc ex Plutarcho & Dionysio. Liuius & Florus exaugurationem illam rege Tarquinio superbo factam videntur narrare, tametsi eorum verba sic intelligi possunt, vt ab his quæ attullimus non dissentiant. Quod si dissentiant, Liuio & Floro citius hoc loco fidem habuero, quàm aliis Græcis hominibus. k Mars.) De Termino & Iuuentate legi apud authores, quos modo recensui, & alios permultos: de Marte non legi.

Terminus.

Bætylus.

Iuuentas.

Summanus

Fulgurum tria genera.

l Terminus.) Cum & fœdus inter Saturnum, Titanúmque eius fratrem sub hac conditione esset initum, ne Saturnus prolem aliquam masculam tolleret: deinde oraculo esset Saturnus præmonitus, se à filio suo regno pellendum, liberos omnes virilis sexus statuit deuorare: nato vero Ioue, ingens patri saxum pro filio est suppositum: cumque ope illius esset Iuppiter seruatus, cum iam rerum potiretur, iussit illud sub Parnaso monte statui. Hesiodus. Græci βαιτύλον appellant, vt Hesychius docet. vnde in voraces ferunt illud Græcorum: Καὶ βαιτυλον κατα-πινοις, id est, Bætylum deglutieris. Eusebius in Phœnicum theologia ex Sãchoniatone, Bætylum Cœli & Rheę filium perhibet, Saturni fratrem. Porrò Bętylus postea dictus est πέρμων, Latine Terminus, qui Ioui maximo noluit cedere. ea fortasse fiducia, quẽadmodũ Lactãtius inquit, quod cum è paternis faucibus liberasset. Sub dio semper Romæ colebatur, & libero fruebatur cœlo. Festus, & Lactantius. m Et Iuuentas.) Iuuentus, & Iuuentas, & Iuuenta dicitur, sed Iuuentas ipsum numen, inquit Acron. Horatius, Et partim comis sine te Iuuentas, Mercuriúsque: quanquam est & ætas ipsa apud eundem Horatium: Olim Iuuẽtas & patrius vigor. & in epodis: Fugit Iuuentas & verecundus color. Verùm dea hæc Græce Hebe Iunonis solius filia sine patre, vt Mars: tametsi Græci Iouẽ ei dant parentem, vxor fuit Herculis, Ioui poculum ministrabat, cui Ganymedes successit. Est ἥβη proprie robur ætatis, vigórque. nam ab ἥβαι deducitur. Fuit & Iuuentatis ædes in Circo maximo, quam dedicauit C. Licinius Lucullus duũmuir. vouerat eam sedecim annis antè M. Liuius Cos. quo die Asdrubalem exercitúmque eius cæcidit. Idem censor eam faciendam locauit M. Cornelio, T. Sempronio Cos. Huius quoque dedicandæ ergo ludi facti. Liuius libro trigesimo sexto. Erat & Iuuentæ ædicula in foro. n Nescio quem Summanum.) Capella hunc Plutonem esse dicit quasi summum manium. Aedes huius erat prope fanum Iuuentaris, vt Plinius videtur significare. Summanalia liba erant farinacea, in modum rotæ facta. Festus. Fulmina nocturna ei tribuebantur, vt diurna Ioui, quæ ideo dicebantur dia. Erant etiam quædam ambigua, quę noctu, an die facta esse ignorabantur, quę dicebantur prouersa. ideo vtrique sacrum fiebat, quum procurarentur. Ita Romani solos hos duos deos seruarunt, in quorum potestate essent fulmina. Thusci nouem deos posuerunt, & fulmina esse vndecim generum, sicut Plinius inquit libro. ij. Festus & vulgaris disciplina augurum. Roma. tria genera fulgurum tradebat: Postularia, quæ aliquod sacrum fieri postularent: Pestifera, quæ exitium portenderent: Perentalia, superiorum fulgurum approbari expiationem significantia. Manubias, hoc est, iactus fulminum. totidem ostendit Seneca. Prima est Iouis vnius quæ moneat: secunda, ex decreto Consentium, quæ prosit, sed non impune: tertia ex decreto superiorum deorum perniciosa prorsus. Hæc, & alia plurima, de generibus fulminum ex Cecinna, Volaterano, & Araldo. Seneca, libro naturalium quæstionum secundo. Plinius quoque nonnulla, sed in transcursu, vt reliqua. o Vt vix inueniatur qui Summani.) Hic deus præterquam quod ignobilis erat admodum, etiam non satis sciebatur quis esset. non ignorabant vnum esse ex diis, qui præessent nocti, sed nomen eius proprium in obscuro erat. Ouidius sexto Fasto.

Reddita, quisquis is est, Summano templa feruntur,
Tunc cum Romanis Pyrrhe timendus eras.

Eius ferię decimotertio Calendas Iulias. Erat Summani ędes prope Circum maximum, & sacellum in Capitolio.

Qua ratione

A *Qua ratione defendant Pagani, quòd inter deos colant ipsa dona diuina.*

Caput XXIIIJ.

LIbet autem eorum considerare rationes. Vsque adeóne, inquiunt, maiores nostros insipientes fuisse credendum est, vt hæc nescirẽt munera diuina esse non deos? Sed quoniam sciebant nemini talia, nisi aliquo deo largiente concedi: quorum deorum nomina non inueniebant, earum rerũ nominibus appellabant deos, quas ab eis sentiebãt dari, aliqua vocabula ide flectẽtes: sicut à bello Bellonã nuncupauerũt, nõ bellũ: sicut à cunis Cuninã, nõ Cunã: sicut à segetibus Segetiã, non segetẽ: sicut à pomis Pomonã, non pomũ: sicut à bobus Bubonã, non bouẽ: aut certe nulla vocabuli declinatione, sicut res ipsæ nominantur: vt Pecunia dicta est dea, quæ dat pecuniam, non omnino pecunia dea ipsa putata est. Ita Virtus, quæ dat virtutẽ: Honor, qui honorẽ [a]: Concordia, quæ concordiã: Victoria, quæ victoriã dat. Ita, inquiunt, cũ fœlicitas dea dicitur, nõ ipsa quæ datur, sed numen illud attenditur à quo fœlicitas datur. Ista nobis reddita
B ratione, multo facilius eis, quorum cor non nimis obduruit, persuadebimus fortasse quod volumus.

Honoris templum.

a HOnor qui honorem.) Cicero. ij. de natura deorum: Vides templum Honoris à M. Marcello renouatum, quod multis ante annis erat bello Ligustico à Q. Maximo dedicatum. Erat Romæ idem templum Virtutis, & Honoris C. Marij, diuersis tamen cellis. nam eadem fieri non posse iam M. Marcello. v. cos. responderat collegium Pont. Honori veteres nudis capitibus sacra faciebant, cùm aliis piis tecti operarentur. author in problematis Plutarchus.

De uno tantum colendo deo, qui licet nomine ignoretur, tamen fœlicitatis dator esse sentitur. *Caput* XXV.

SI enim iam humana infirmitas sensit non nisi ab aliquo deo dari posse fœlicitatem: & hoc senserũt homines, qui tam multos colebant deos, in quibus & ipsum eorum regem Iouem, quia nomen eius à quo daretur fœlicitas ignorabant, & ideo ipsius rei nomine quam credebant ab illo dari, eum appellare voluerunt. Satis ergo indicant nec ab ipso Ioue dari posse fœlicitatem, quem iam colebant, sed vtique ab illo, quem nomine ipsius fœlicitatis colendum esse censebant. Confirmo prorsus à quodam deo, quem nesciebant, eos credidisse dari fœ-
C licitatem. Ipse ergo quæratur, ipse colatur, & sufficit. Repudietur strepitus innumerabilium dæmoniorum. Illi non sufficiat hic deus, cui non sufficit munus eius. Illi, inquam, non sufficiat ad colendum deus dator fœlicitatis, cui non sufficit ad accipiendum ipsa fœlicitas. Cui autem sufficit: non enim habet homo, quid amplius optare debeat: seruiat vni deo datori fœlicitatis. Non est ipse, quem nominant Iouem. Nam si eum datorẽ fœlicitatis agnoscerent, non vtique alium, vel aliã, à quo daretur fœlicitas, nomine ipsius fœlicitatis inquirerent: neque ipsum Iouem cum tantis iniuriis colendum putarent. Iste alienarũ dicitur adulterator [a] vxorum. Iste pueri pulchri [b] impudicus amator, & raptor.

a ADulterator.) Alibi adulter Iouis turpiss. Adulteria sunt apud Poëtas decantatissima, vt cum Alcumena cum Læda & aliis. b Iste pueri pulchri.) Ganymedis Phrygij. de hoc alibi.

De ludis scenicis, quos sibi dii celebrari à suis cultoribus exegerunt. *Cap.* XXVI.

SEd fingebat hæc Homerus, ait Tullius [a], & humana ad deos transferebat, diuina mallẽ ad nos. Merito displicuit viro graui, diuinorum criminum poëta confictor. Cur ergo ludi scenici D vbi hæc dictitantur, cantitantur, actitantur, deorum honoribus exhibentur, inter res diuinas à doctissimis conscribuntur? Hic exclamet Cicero nõ contra figmenta Poëtarum, sed contra instituta maiorum. An nõ exclamarent & illi, quid nos fecimus? Ipsi dij ista suis honoribus exhibenda flagitauerunt: atrociter imperarũt: cladem nisi fieret, prænunciauerunt: quia neglectum est aliquid, seuerissime vindicarunt: quia id quod neglectum fuerat factum est, placatos se esse monstrarunt. Inter eorum commemoratur virtutes, & miranda facta, quod dicam: Tito Latino [b] rustico Romano patrifamiliãs dictum est in somnis, vt in senatu nunciaret, vt ludi Romani instaurarentur, quod primo eorum die in quodam scelerato, qui populo spectante ad supplicium duci iussus est, numinibus videlicet ex ludis hilaritatem quærentibus triste displicuisset imperium. Cum ergo ille qui somnio commonitus erat postera die iussa facere non ausus esset, secunda nocte hoc idem rursus seuerius imperatum est. Amisit filium, quia non fecit. Tertia nocte dictum est E homini, quod maior ei pœna, si non faceret, immineret. Cum etiam sic non auderet, in morbum incidit acrem & horribilem. Tum vero ex amicorum sententia, ad magistratus rem detulit: atque in lectica allatus est in senatum. Expositóque somnio, recepta continuo valetudine, pedibus suis sanus abscessit. Tanto stupefactus miraculo senatus, quadruplicata pecunia, ludos censuit instaurari. Quis non videat, qui sanum sapit, subditos homines malignis dæmonibus, à quorum dominatione [c] non liberat, nisi gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum, vi compulsos esse, exhibere talibus diis, quę recto consilio poterant turpia iudicari? In illis certe ludis poetica numinũ crimina frequẽtantur: qui ludi cogẽtibus numinibus, iussu senatus instaurabantur. In illis ludis corruptorem pudicitiæ Iouem turpissimi histriones cantabant, agebant, placabant: si illud fingebatur, ille irasceretur: Si autem suis criminibus etiam fictis delectabatur, quando coleretur nisi diabolo seruiretur? Itáne iste Romanum conderet, dilataret, conseruaret imperium, qui quouis Romano cui displicebãt talia, θ homine θ abiectior? Iste daret fœ F licitatẽ, qui infœliciter colebatur: & nisi ita coleretur, infœlicius irascebatur.

Titi Latini historia.

a SEd fingebat hæc Homerus, ait Tullius.) Primo Tusci. quæst. Nec Homerũ audio, qui Ganymedẽ à diis raptũ ait, propter formam, vt Ioui pocula administraret: non iusta causa cur Laomedonti tanta fieret iniuria. Fingebat hæc Homerus, & humana ad deos transferebat: diuina mallem ad nos: quæ autem diuina? vigere, sapere, inuenire, meminisse. Grauissima sententia: qua notatur vel superstitio vel impietas eorum, qui deum mensura nostræ fragilitatis & nostrorum affectuum metiuntur, vt talem eum esse putent, quales nos sumus, morosi, difficiles, querituli, fœui, inuidi, superbi, arrogantes, leues, denique flagitiosi & scelerati: quanto esset satius attollere nos ad æmulationem illius diuinæ virtutis ac probitatis? b Tito Latino.) Hæc historia est frequens apud scriptores. Meminerunt eius Cicero primo de diuinat. ex Fabio, Gellio, & Cælio. Liuius lib. ij. Valerius maximus libro primo: & post hos Au. Gellius, Macrobius, Lactantius. Contigit M. Minutio, A. Sempronio Coss. anno ab vrbe cond. cclij. fuse ab Augustino explicatur. Sunt tamen, qui hunc T. Larinum nominent. Lactantius Tyberium Arinum appellat. c A quorum dominatione.) Alludit ad exclamationem, quæ est apud Paulum ad Rom. vij. Infœlix homo, quis me liberabit de corpore mortis huius: gratia dei per Iesum Christum.

De tribus generibus deorum, de quibus Scæuola pontifex disputauit. *Cap.* XXVII.

RElatum est in literis, doctissimum pontificẽ Scæuolam [a] disputasse tria genera tradita deorum: vnum à poëtis, alterum à philosophis, tertium à principibus ciuitatis. Primũ genus nugatorium [b] dicit esse, quòd multa de diis fin-

gantur

H gantur indigna: Secundum,non cõgruere ciuitatibus, quòd habeat aliqua superuacua,aliqua etiam quæ obsit populis nosse.De superuacuis non magna causa est.So let enim & à viris peritis dici:superflua nõ nocẽt.Quę sunt autem illa , quæ prolata in multitudine nocent ? Hæc , inquit , non esse deos,Herculem , Aesculapium, Castorem , Pollucem . Proditur enim à doctis quòd homines fuerint , & humana conditione defecerint. Quid aliud , quàm quod eorum qui sint dij non habeant ciuitates vera simulachra: quod verus deus nec sexum habeat , nec ætatem, nec definita corporis membra ? Hæc pontifex nosse populos non vult , nam falsa esse non putat . Expedire igitur existimat falli in religione ciuitates. Quod dicere etiam in libris rerum diuinarum ipse Varro non dubitat. Præclara religio quò confugiat liberandus infirmus: & cum veritatem qua liberetur inquirat, credatur ei expedire , quod fallitur. Poëticum sanè deorum genus cur Scæuola respuat, eisdem literis non tacetur : quia sic videlicet deos deformant, vt nec bonis hominibus comparentur , cum alium faciunt furari [c] alium adulterare . Sic item aliquid aliter turpiter atque inepte dicere ac facere : tres inter se deas [d] certasse de præmio pulchritudinis : victas duas à Venere Troiam euertisse: Iouem ipsum cõ G uerti in bouem[e] aut cygnum [f],vt cum aliqua concumbat : deam homini nubere [g]: Saturnum filios deuorare . Nihil denique posse confingi miraculorum atque vitiorum , quod non ibi reperiatur . At quæ à deorum natura longe absint. O Scæuola põtifex maxime,ludos tolle,si potes:præcipe populis,ne tales honores diis mor talibus *† deferant,vbi crimina deorum libeat mirari; & quæ fieri possunt, placeat imitari . Si autem tibi responderit populus: vos nobis importastis ista pontifices,deos ipsos roga , quibus instigantibus ista iussistis, ne talia sibi iubeant exhiberi . Quæ si mala sunt , & propterea nullo modo de deorum maiestate credenda , maior est deorum iniuria, de quibus impune finguntur. Sed non te audiunt,dæmones sunt, praua docent,turpibus gaudent: non solum non deputant iniuriam,si de illis ista fingãtur , sed eam prorsus iniuriam ferre non possunt, si per eorum solennia non agantur. Iam vero si aduersus eos Iouem interpelles , maxime ob eam causam , quia eius plura crimina [h] ludis scenicis actitantur : nónne etiamsi deum Iouem nuncupatis, à quo regitur totus atque administratur hic mundus : eo illi fit à vobis maxima iniuria, quod eum cum I istis colendum putatis,eorumq; regem esse perhibetis?

*†aliâs in mortalibus

Scæuolæ.

a DOctissimum pontificem Scæuolam.) Mutij Scæuolæ fuerunt multi . Pontifex hic fuit temporibus belli ciuilis Mariani,à Mario iuniore cæsus: ad quem Cicero itasse se dicit discendi gratia,postea quàm Scæuola augur interierat. b Primum genus nugatorum.) Dionysius Halicarnassæus libro veterum rerum secundo scribit, Romanos eiecisse commenta illa poëtarum , quibus dij inter se pugnantes,diffidentes, adulterantes & eiusmodi finguntur,quæ non modo de diis,sed ne de viris quidem bonis vti dicerentur digna essent: Romulumq; assuefecisse Quirites suos,vt & bene sentirent,& bene loquerentur de diis.Hæc & alia ibi complura , quorum etiam in Euangelica præparatione meminit Cæsariensis Eusebius. c Alium faciunt furari.) Mercurium qui & Tiresiæ subripuit boues , Marti gladium, Vulcano forcipem,Neptuno tridentem,Apollini arcum & sagittas,Veneri cestum,Ioui sceptrum. d Tres inter se deas.) Hæc pueris quoque sunt nota. e Conuerti in bouem.) Quum rapuit Europam. f Aut Cygnum.) Quum concubuit cum Leda. De his conuersionibus Iouis Ouidius libro sexto Transformationum. g Deam homini nubere.) Cererem Iasio,Harmoniam Cadmo,Callirhoën Chrysaori,Auroram Tithono, Tethyn Peleo , Venerem Anchisæ,Circen Vlyssi , eidem Calipson:& alias quas Hesiodus in Theogonia recenset. h Quia eius plura crimina.) Adulteria,sæuitates, impietates ,stupra.

Mercurius

An ad obtinendum dilatandúmque regnum profuerit Romanis cultus deorum.

Caput XXVIII.

NVllo igitur modo dij tales , qui talibus placantur,vel potius accusantur honoribus , vt K maius sit crimen quod eis falsis oblectantur, quàm si de illis vera dicerentur , Romanum imperium augere,& conseruare potuissent . Hoc enim si possent , Græcis potius donum tam grande conferrent, qui eos in huiusmodi rebus diuinis, hoc est,ludis scenicis honorabilius dignióusque coluerunt,quando & à morsibus Poëtarum, quibus deos dilacerari videbãt, se non subtraxerunt,dando eis licentiam male tractandi homines,quos liberet,& ipsos scenicos nõ turpes iudicauerunt, sed dignos etiam præclaris honoribus habuerunt. Sicut autem potuerunt auream pecuniam habere Romani , quanuis deum Aurinum non colerent, sic & argenteam habere potuerunt,& æream, si nec Argentinum,nec eius patrem colerẽt Aesculanum: & sic omnia quæ retexere piget. Sic ergo & regnum inuito quidem deo vero nullo modo habere possent,diis vero istis falsis & multis ignoratis siue contemptis , atque vno illo cognito & fide syncera ac moribus culto , & melius hic regnum haberent quantumcunque haberent,& post hoc acciperent sempiternum,siue hîc haberent,siue non haberent.

De falsitate auspicii,quo Romani regni fortitudo & stabilitas uisa est indicari. L

Caput XXIX.

NAm illud quale est quod commemorani paulo ante pulcherrimum auspicium fuisse dixerunt,quod Martem & Terminum,& Iuuentatem,nec Ioui regi deorum loco cedere voluisse ? Sic enim,inquiunt,significatum est Martiam gentem [a],id est Romanã nemini locum,quẽ teneret daturam:Romanos quoq; terminos propter deum Terminũ nemi nem commoturum:iuuẽtutem etiam Romanam propter deam Iuuentatem nemini esse cessuram. Videant ergo quomodo habebant istum regem deorũ suorum & datorem regni sui,vt ei auspicia ista pro aduersario ponerent , cui non cedere pulchrum esset : quanquam hæc si vera sunt , non habent omnino quid timeant. Non enim confessuri sunt,quod dij cesserint Christo, qui Ioui cedere noluerunt . Saluis quippe imperij finibus,Christo cedere potuerunt , & de sedibus locorum, & maxime de corde credentium. Sed antequam Christus veniret in carne,antequam ista denique scriberen M tur,quæ de libris eorum proferimus:sed tamen postea quàm factum est sub rege Tarquinio illud auspicium, aliquotiens Romanus exercitus fusus est, hoc est, versus in fugam,falsúmque ostendit auspicium, quod Iuuenta illa non cesserit Ioui: & gens Martia superantibus atque irrumpentibus Gallis in ipsa vrbe contrita est,& termini imperij,deficientibus multis,ad Hannibalem ciuitatibus , in angustum fuerant coarctati. Ita euacuata est pulchritudo auspiciorum , remansit contra Iouem contumacia,non deorum sed dęmoniorum. Aliud est enim non cessisse, aliud vnde cesseras redisse. Quanquam etiam postea in Orientalibus partibus Hadriani volũtate [b] mutati sunt termini imperij Romani.Ille nanque tres prouincias nobiles Armeniam, Mesopotamiam, Assyriam Persarum concessit imperio,vt deus ille Terminus,qui Romanos terminos secundum istos tuebatur,& per illud pulcherrimum auspicium loco nõ cesserat Ioui, plus Hadrianum regem hominum,quàm regem deorũ timuisse videatur. Receptis quoque [c] alio tempore prouinciis memoratis,

nostra

A nostra penè memoria retrorsus terminus cessit,quando Iulianus[d] deorũ illorum oraculis deditus,immoderato ausu naues iussit incendi,quibus alimonia portabatur,qua exercitus destitutus,mox etiam ipso hostili vulnere extinctus,in tantam est redactus inopiam, vt inde nullus euaderet , vndique hostibus incursantibus,milite imperatoris morte turbato *,nisi placito pacis illic imperij fines constituerentur : vbi hodièque persistunt , non quidem tanto detrimento quantum concesserat Hadrianus, sed media tamen compositione [e] defixi . Vano igitur augurio deus Terminus non cessit Ioui, qui cessit Hadriani voluntati , cessit Iuliani temeritati,& Iouiani necessitati [f]. Viderunt hæc intelligentiores grauioresq; Romani, sed contra consuetudinem ciuitatis,quæ dęmonicis ritibus fuerat obligata, parum valebant,quia & ipsi etiam si illa vana esse sentiebant, naturæ tamen rerum sub vnius veri dei regimine atque imperio constitutæ,religiosum cultum qui deo debetur exhibendum putabant : seruientes,vt ait Apostolus , creaturæ potius quàm creatori,qui est benedictus in secula . Huius veri dei erat auxilium necessarium à quo mitterentur sancti viri & veraciter pij, B qui pro vera religione morerentur,vt falsa à viuentibus tolleretur.

*aliâs in militem imperatoris mor.turbatum.

Roma.1.

a MArtiam gentem.) Romanam, quoniam & bellicosam , & à filio Martis conditam.Sic plerunque Martij animi Romanorũ ab authoribus dicuntur. b Hadriani voluntati.) Hic fuit decimus quartus Roma.princeps adoptatus à Traiano, cui &successit.Sed quũ,vt aliis multis,ita & gloriã patri inuideret,Armeniam , Mesopotamiam, & Assyriam Persis reddidit,quas Ro.imperio Traianus adiunxerat, reuocauitque exercitus,ac finem imperij esse voluit Euphratem amnem: Eutropius lib.viij. cuius ego rei hanc potissimum fuisse causam suspicor,quòd antiquis vatum responsis ferebatur infaustum fore ac infoelix imperatori Popu.Rom. qui exercitus armatos trans Euphratem amnem vrbémque Ctesiphontem promouisset : exitium hoc fuisse M. Licinio Crasso, ipsúmq; Traianum proxime in Italiam cum Parthica victoria non redisse. c Receptis quoque.) Ex eodem Eutropio Assyria recuperata est per Pios fratres: Mesopotamia auspiciis Galieni , ductu Odenati : Armenia vero auspiciis Diocletiani, ductu Galerij. d Quando Iulianus.) Hic iniit principatum Mamertino & Neuitta Coss.anno V.C.M.cxvj.Orosius : Christianæ pietatis inimicus victus à Parthis ad Ctesiphontem copias & rempub. afflixit morte sua. e Sed media tamen compositione.) Ita vt termini illi non vi manúque quæsiti sint, sed conditionibus pacis ab hostibus accepti. f Et Iouiani necessitati .) Hic Pannonius homo ab exercitu in summo discrimine creatus, pacem cũ Persis fecit ignominiosam quidem,sed necessariam. Nisibidem oppidum & partem superioris Mesopotamiæ Parthis concessit,ita termini imperij sunt mutati.

Iulianus.

Iouianus.

Qualia de diis gentium etiam cultores eorum se sentire fateantur. Cap. XXX.

C CIcero augur [a] irridet auguria , & reprehendit homines [b] corui & corniculæ vocibus vitæ consilia moderantes.Sed iste [c] Academicus, qui omnia esse contendit incerta,indignus est qui habeat vllam in his rebus authoritatẽ. Disputat apud eũ Quintus Lucilius Balbus [d] in secundo de deorum natura libro: & cum ipse superstitiones ex natura rerum velut physicas & philosophicas inserat,indignatur tamen institutioni simulachrorum,& opinionibus fabulosis,ita loquens: Videtis ne igitur, vt à physicis rebus bene atq; vtiliter inuentis,ratio sit tracta ad commenticios & fictos deos? Quæ res genuit falsas opiniones, erroresq; turbulentos,& superstitiones penè aniles. Et formæ enim nobis deorum,& ætates & vestitus ornatusq; noti sunt:genera præterea,coniugia,cognationes, omniaq; traducta ad similitudinem imbecillitatis humanę:nam & perturbatis animis inducuntur.Accepimus enim deorum cupiditates,ęgritudines,iracundias. Nec vero, vt fabulæ ferunt , dij bellis præliisq; caruerunt. Nec solum, vt apud Homerũ quum duos exercitus contrarios [e] alij dij ex alia parte defenderent , sed D etiam vt cum Titanis [f],aut cum gigãtibus sua propria bella gesserunt.Hæc & dicuntur & creduntur stultissime,& plena sunt vanitatis summęq; leuitatis[g].Ecce interim quæ cõfitentur qui defendũt deos gentiũ.Deinde cùm hæc ad superstitionem pertinere dicat,ad religionem vero,quam ipse secundum Stoicos videtur docere.Non enim philosophi solum,inquit,verumetiam maiores nostri superstitionem à religione separauerunt.Nam qui totos dies [h] precabantur,inquit , & immolabant , vt sibi sui liberi superstites essent, superstitiosi sunt appellati.Quis non intelligat eum conari dũ consuetudinem [i] ciuitatis timet , religionem laudare maiorũ,eamq; à superstitione velle seiungere,sed quomodo id possit non inuenire ? *Si* enim à maioribus illi sunt appellati superstitiosi, qui totos dies precabãtur & immolabant , nunquid l non] & illi qui instituerunt, quod iste reprehendit,deorum simulachra diuersa ętate,& veste distincta,deorum genera,coniugia , cognationes?Hæc vtique cum tanquam superstitiosa culpantur , implicat ista culpa maiores talium simulachrorũ institutores atq; cultores:implicat & ipsum,qui quantolibet eloquio se in libertatem nitatur euoluere, necessę habebat ista venerari: nec quod in hac disputatione E disertus insonat , mutire auderet in populi concione. Agamus itaq; Christiani domino deo nostro gratias, non cœlo & terræ [k], sicut iste disputat , sed ei qui fecit cœlum & terram : qui has superstitiones,quas iste balbus velut balbutiens vix reprehendit , per altissimam Christi humilitatem,per Apostolorum prædicationẽ, per fidem martyrum pro veritate moriẽtium , & cum veritate viuentium,non solum *in* cordibus religiosis, verumetiam in ædibus superstitiosis libera suorum seruitute subuertit.

Academici.

Titanes.

F

Religiosus

a CIcero augur.) Fuit ex collegio augurum Cicero inauguratus à Q. Hortensio oratore. b Et reprehendit homines.) Hac de re disputat Cicero.ij. de diuinatione. c Sed iste Academicus.) Mos istius sectę erat nihil affirmare,sed ab aliis posita & asserta conari refellere,atque conuellere. Quem morem in suis dialogis multum seruauit Cicero, patrocinium q; Academicæ philosophiæ à se esse susceptum profitetur in primo de natura deorum. d Q. Lucius Balbus.) Stoicæ disciplinæ callentissimus. e Duos exercitus contrarios.) Græcos tuentur Iuno,Pallas,Neptunus:Troianos vero Apollo,Venus,Mars. f Cum Titanis.)Titani filij erant Terræ & Titanis Saturni fratris , qui ex fœdere inter Saturnũ & Titanem pacto regnũ à Ioue repetebant . Primo res est iurgiis & conuitiis acta: deinde ventum est ad arma,bellum hoc fuit graue,victi sunt tamen Titani: grauius multo,quod qui superfuerant Titanorum reparatis copiis nouisque domo supplementis accitis Iouem & reliquos ex eius partibus in Aegyptum vsque pepulerunt.Illud prius dictum est bellum Titanorum, hoc posterius Gigantum. g Summæq; leuitatis.) Hactenus verba sunt Ciceronis h Nam qui totos dies.) Hoc etymon superstitiosi & religiosi parum probatur Lactantio lib.quarto , qui religiosos vocatos dicit à religando,quòd deo adstricti religatique sint : superstitiosos vero , qui falsam religionem coleret,superstitemq; defunctorum memoriam. De religioso Gellius cap.nono,lib. quarto.Verum Cicero non solum eos dicit superstitiosos , qui ita precarentur : nam addit id nomen postea patuisse latius, id est, aliis permultis esse accommodatum. i Dum consuetudinem.) Ex libris de natura deorum & de diuinatione satis apparet Ciceronem non ausum pronunciare libere quid sentiret de diis propter morem in ciuitate à maioribus traditum acceptúmque. k Non cœlo & terræ.) Quos Cicero ex sententia Stoicorum, tanquam principes deos ponit.

De opinionibus Varronis,qui reprobata persuasione populari, licet ad notitiam ueri dei non peruenerit , unum tamen deum colendum esse censuerit. Cap.XXXI.

QVid ipse Varro, quem dolemus in rebus diuinis ludos scenicos , quanuis non iudicio proprio posuisse,cum ad deos colendos multis locis velut religiosus hortetur,nónne ita confitetur : non se illa iudicio suo sequi,quæ ciuitatem Romanam instituisse cõmemorat: vt si eam ciuitatem nouam constitueret , ex naturæ potius formula deos nominâque

deorum se

G deorum se fuisse dedicaturum non dubitet confiteri? *Sed* iam quoniam in vetere populo esset accepta, ab antiquis nominum & cognominum historiam tenere vt tradita est debere se dicit, & ad eum finem illa scribere ac perscrutari, vt potius eos magis colere, quàm despicere vulgus velit. Quibus verbis homo acutissimus satis indicat, non se aperire omnia, quæ non sibi tantũ contemptui essent, sed etiam ipsi vulgo despicienda viderentur, nisi tacerentur. Ego ista coniicere eum putare debui †, nisi euidenter alio loco ipse diceret de religionibus loquens, multa esse vera quæ non modo vulgo scire nõ sit vtile, sed etiam tametsi falsa sint aliter existimare populum expediat, & ideo Græcos Teletas [a] ac mysteria [b] taciturnitate parietibusq; clausisse. Hic certe totum cõsilium prodidit velut sapientium, per quos ciuitates & populi regerentur. Hac tamen fallacia miris modis maligni dæmones delectantur: qui & deceptores & deceptos pariter possident, à quorum dominatione non liberat nisi gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. Dicit etiam idem author acutissimus atque doctissimus, quod hi soli ei videantur animaduertisse, quid esset deus qui crediderunt eum esse animam, motu ac ratione mundum gubernantem: ac per hoc etsi nondum tenebat quod veritas habet: deus enim verus non anima, sed animæ quoque est effector

H & conditor: tamen si contra præiudicia consuetudinis liber esse posset, vnum deum colendum fateretur, atq; suaderet, motu ac ratione mundum gubernantem, vt ea cum illo de hac re quæstio remaneret, quod eum nõ diceret esse animam, sed potius animæ creatorem *. Dicit etiam antiquos Romanos [c] plusquam annos centũ & septuaginta deos sine simulachro coluisse. Quod si adhuc, inquit, mansisset, castius dij obseruarentur. Cuius sententiæ suæ testem adhibet inter cætera etiã gentem Iudęam: nec dubitat eum locum ita concludere, vt dicat: qui primi simulachra deorum populis posuerunt, eos ciuitatibus suis & metum dempsisse, & errorem addidisse, prudenter existimans deos facile posse in simulachrorum stoliditate contemni. Quod vero non ait errorem tradiderunt, sed addiderunt, iam vtique fuisse etiam sine simulachris intelligi vult errorem. Quapropter cum solos dicit animaduertisse, quid esset deus, qui eum crederent animam mundum gubernantem: castiusq; existimat sine simulachris obseruari religionem, quis non videat quantum propinquauerit veritati? Si enim aliquid contra vetustatem tanti posset

I erroris, profecto & vnum deum, à quo mundum crederet gubernari, & sine simulachro colendum esse censeret: atque in tam proximo inuentus facile fortasse de animæ mutabilitate commoneretur, vt naturã potius incommutabilem, quæ ipsam quoque animam cõdidisset, deum verum esse sentiret. Hæc cum ita sint, quæcunque tales viri in suis literis multorum deorum ludibria posuerunt, confiteri ea potius occulta dei voluntate compulsi sunt, quàm persuadere conati. Si qua igitur inde à nobis testimonia proferuntur, ad eos redarguendos proferuntur, qui nolunt aduertere de quanta & quàm maligna dæmonum potestate nos liberet singulare sacrificium tam sancti sanguinis fusi & donum spiritus impertiti.

† *aliàs, Ego ista coniicere putari debui.*

* *aliàs quod eum diceret e.a. nõ pot. & animæ c.*

Teletæ.

a TEletas.) Suidas ait, τελετὴν esse mysteriosum sacrificium maximum & sumptuosissimum, sic nominatum, quòd in eo multa consumerentur. Est enim τελεῖν insumere, tametsi est quoque perficere: & ideo esse quib° hinc potius Teletas esse dictas placeat, ceu sint absoluta quædam sacrificia, & quibus nihil desit. Talia erãt sacra Solis & Lunæ, vt scribit Porphyrius, & Bacchi, & quædã expiationes, quæ libris Orphei & Musæi continebantur, sicut Plato docet lib. de repub. secundo, quibus scelera non priuatorum modo, sed publice quoq; ciuitatum, & pro viuentibus, & pro vita iam functis expurgarentur per sacrificia ludósque. & omne genus oblectamentorum, quæ sacra Teletæ dicerentur. & si Plato eo loci Teletas ad solos mortuos pertinere dicit, & inde dictas, nempe à τελευτήσασι, quæ nos malis, quæ apud inferos sunt, liberent δι τῶν ἐκεῖ κακῶν ἀπολουόντων ἡμᾶς. b Ac mysteria.) Qualia Cereris. c Dicit etiam antiquos Romanos.) Plutarchus in vita Numæ. Hic autẽ Ro. prohibuit existimare imaginẽ dei, aut hominis speciem, aut animalis habere formam. Nec fuit apud eos, neque picta, neq; ficta dei prius species, sed in prioribus centum & septuaginta annis templa quidem ædificabant, sacráque tuguria erigebant, simulachrum vero nullum corporeum dicabant. Perinde atque nefas esset deterioribus meliora assimilare, neque aliter atque intelligentia deus percipi posset: Hæc ibi eadem apud Clementem, vt Eusebius Cæsariensis refert, & Dionysium Halicarnasseum, qui ait, templa esse à Numa diis erecta. negat tamen simulachra in his fuisse vlla, quòd deum nulla specie formáve effingi posse crederet. Tarquinius Priscus vanitate, & stultitia Græcarum religionum, Ethruscarumq; domi imbutus, Romanos edocuit simulachra diis ponere, quod Tertullianus subsignificat, inquiẽs, Age iam rebus religio profecerit. Nam & si à Numa concepta est curiositas superstitiosa, nondum tamen aut simulachris aut templis res diuina apud Romanos constabat, frugi religio & pauperes ritus, & nulla capitolia certantia cœlo, sed temeraria de cespite altaria, & vasa adhuc Samia, & nidor ex illis, & deus ipse nusquam: nondum enim tunc ingenia Græcorum atq; Thuscorum fingendis simulachris vrbem inundauerant.

Ad quam speciem utilitatis principes gentium apud subiectos sibi populos falsas religiones uoluerunt permanere. Cap. XXXII.

K DIcit etiam de generationibus deorum magis ad poëtas, quàm ad physicos fuisse populos inclinatos: & ideo & sexum & generationes L deorum maiores suos, id est, veteres credidisse Romanos, & eorum constituisse coniugia. Quod vtique non aliam ob causam factum videtur, nisi quia hominum velut prudentium & sapientium negocium fuit, populum in religionibus fallere, & in eo ipso non solum colere, sed imitari etiam dæmones, quibus maxima est fallendi cupiditas. Sicut enim dæmones nisi eos quos fallendo deceperint, possidere non possunt: sic & homines principes non sane iusti, sed dæmonum similes, ea quæ vana esse nouerant, religionis nomine populis tanquam vera suadebãt, hoc modo eos ciuili societati velut arctius alligantes, quo similiter subditos possideret. Quis autem infirmus & indoctus euaderet simul fallaces, & principes ciuitatis, & dęmones?

Quod iudicio & potestate ueri dei omnium regum atque regnorum ordinata sint tempora. Caput XXXIII.

M DEus igitur ille fœlicitatis author & dator, quia solus est verus deus, ipse dat regna terrena & bonis & malis. Neque hoc temere & quasi fortuitu, quia deus est, non fortuna, sed pro rerũ ordine ac tempore occulto nobis, notissimo sibi: cui tamen ordini temporum nõ subditus seruit, sed eum ipse tanquan dominus regit, moderatorq; disponit: fœlicitatem vero nõ dat nisi bonis. Hanc enim possunt habere [a] & non habere seruientes: possunt & non habere, & habere regnantes. Quę tamen plena in ea vita erit vbi iam nemo seruiet [b] vlli: θ Et ideo regna mundi huius, deus bonis & malis communiter præstat: ne boni ea tanquam dei magna munera concupiscant θ. Et ideo regna terrena & bonis ab illo dantur & malis: ne eius cultores adhuc in prouectu animi paruuli, hæc ab eo munera quasi magnum aliquid concupiscant. Et hoc est sacramentum veteris testamenti, vbi occultum erat nouum, quod illic promissa & dona terrena [c] sunt intelligentibus & tunc spiritalibus quanuis nondum in manifestatione prædicantibus, & quæ illis temporalibus rebus significaretur æternitas & in quibus dei donis esset vera fœlicitas.

Desunt & in Victoria nis.

Hanc

A a HAnc enim possunt habere.) Idem Stoici, qui sapientem suum etiam si seruitutem seruiat, liberum, dominum & fœlicem esse, aiũt: Stultos verò etiam si reges sint, seruire, & esse miseros. b Nemo seruiet.) In quibusdam codicibus duo versus, qui sequuntur nõ sunt asscripti, hi scilicet: (Et ideo regna mundi huius deus bonis & malis communiter præstat, ne boni ea tanquam dei magna munera concupiscant.) Et verisimile est esse supposititios. c Quod illic promissa & dona terrena.) In vetere lege omnia quæ deus promittebat, seruatoribus legis, erant temporalia & terrena, sed illa erant æternorum & cœlestium imagines.

De regno Iudæorum quod ab uno & uero deo institutum atque seruatum est, donec in uera religione manserunt. Caput XXXIIII.

TAque vt cognoscerentur etiam illa terrena bona, quibus solis inhiant, qui meliora cogitare non possunt, in ipsius vnius dei esse posita potestate, non in multorum falsorum, quos colẽdos

Exod. 1. Romani antea crediderunt, populum suum in Aegypto de paucissimis [a] multiplicauit, & eum inde signis mirabilibus liberauit. Nec Lucinam mulieres illæ inuocauerunt, quando earũ partus vt miris modis multiplicarentur, & gens illa incredibiliter crescęret, ab Aegyptiorum [b] persequentium, & infantes omnes necare volentium, manibus ipse liberauit, ipse seruauit.

B Sine dea Rumina suxerunt: sine Cunina in cunis fuerunt: sine edulica * & Potina escam potumq; sumpserunt: sine tot diis puerilibus educati sunt: sine diis coniugalibus coniugati: sine cultu Priapi coniugibus misti:

Exod. 14. sine inuocatione Neptuni mare transeuntibus diuisum patuit, & sequentes eorum inimicos fluctibus in se redeuntibus obruit. Nec consecrauerunt aliquam deam

Exod. 16. Manniã, quando de cœlo manna sumpserunt: nec quãdo

Exod. 17. sitiẽtibus aquam percussa petra profudit, Nymphas lymphasq; coluerunt. Sine insanis sacris Martis & Bellonæ bella gesserunt, & sine victoria quidem non vicerunt, non eam tamẽ deam, sed dei sui munus habuerũt. Sine Segetia segetes, sine Bobona boues, mella sine Mellona, poma sine Pomona. Et prorsus omnia pro quibus tantæ falsorum deorum turbæ Romani supplicandum putauerunt, ab vno vero deo multo fœlicius acceperũt. Et si non in eum peccassent impia curiositate, tanquam magicis artibus seducti ad alienos deos & ad idola defluẽdo, & postremo Christum occidendo, in eodem regno & si non spatiosiore, tamẽ fœliciore mansissent. Et

C nunc quòd per omnes ferè terras gẽtesq; dispersi sunt, illius vnius veri dei prouidẽtia est: vt quod deorũ falsorũ vsquequaque simulachra, aræ, luci, tẽpla euertũtur & sacrificia prohibentur, de codicibus eorũ probetur, quẽadmodum hoc fuerit tanto ante prophetatum: ne forte cum legeretur in nostris, à nobis putaretur esse confictum. Iam quod sequitur in volumine sequẽti videndum est, & hic dandus huius prolixitatis modus.

* *al. educa.*

a DE paucissimis.) Filij Israël qui Aegyptum ingressi sunt cum eo septuaginta. Gene. xlvj. b Ab Aegyptiorum.) Alibi sic, ab Aegyptiis persequentibus & infantes omnes necare volentibus ipse seruauit: sed sensus est idem: idcirco alia per multa in quibus sententia non variatur, supersedeo annotare.

FINIS.

ELENCHVS

CAPITVM LIBRI DE CIuitate dei ad Marcellinum V.

1 Causam Romani imperij omniumq; regnorum, nec fortuitam esse, nec in stellarum positione consistere.
2 De geminorum simili dissimiliq; valetudine.
3 De argumento, quod ex rota figuli Nigidius mathematicus assumpsit in quæstione geminorum.
4 De Esau & Iacob geminis multum inter se morũ & actionum qualitate disparibus.
5 Quibus modis conuincantur mathematici vanam scientiam profiteri.
6 De geminis disparis sexus.
7 De electione diei quo vxor ducitur, quóve in agro aliquid plantatur aut seritur.
8 De his qui non astrorum positionem, sed connexionem causarum ex dei voluntate pendentem fati nomine appellant.
9 De præscientia dei & libera hominis voluntate cõtra Ciceronis definitionem.
10 An voluntatibus hominum aliqua dominetur necessitas.
11 De vniuersali prouidentia dei, cuius legibus omnia continentur.
12 Quibus moribus antiqui Romani meruerunt, vt deus verus quanuis non eum colerent, eorum augeret imperium.
13 De amore laudis, qui cum sit vitium, ob hoc virtus putatur, quia per ipsum vitia maiora cohibentur.
14 De resecando amore laudis humanæ: quoniam iustorum gloria omnis in deo sit.
15 De mercede temporali, quam deus reddidit bonis moribus Romanorum.
16 De mercede sanctorum ciuium ciuitatis æternæ, quibus vtilia sunt Romanarum exempla virtutũ.
17 Quo fructu Romani bella gesserint, & quantum his quos vicere contulerint.
18 Quàm alieni à iactantia debeãt esse Christiani, si aliquid fecerint pro dilectione ęternæ patrię, cum tanta Ro. gesserint pro humana gloria & ciuitate terrena.
19 Quomodo inter se differant cupiditas gloriæ & cupiditas dominationis.
20 Tã turpiter seruire virtutes humanæ gloriæ, quàm corporis voluptati.
21 Romanum regnum à deo vero esse dispositum, à quo est omnis potestas & cuius prouidẽtia reguntur vniuersa.
22 Tempora exitũsque bellorum ex dei pendere iudicio.
23 De bello in quo Rhadagaisus rex Gotthorum dæmonum cultor vno die cum ingẽtibus copiis suis victus est.
24 Quæ sit Christianorum imperatorum, & quàm vera fœlicitas.
25 De prosperitatibus, quas Constantino imperatori Christiano deus contulit.
26 De fide & pietate Theodosij Augusti.
27 Contra inuidos inuectio Augustini, qui scripserunt contra æditos iam libros.

D. Aurelij

G

D. AVRELII AVGVSTINI Episcopi de Ciuitate dei, ad Marcellinum Liber quintus.

Causam Romani imperii omniúmque regnorum, nec fortuitam esse nec in stellarum positione consistere. Caput I.

QVoniam constat omnium rerũ optandarum plenitudinem esse fœlicitatem, quæ non est dea, sed donum dei, & ideo nullum deum colendum esse ab hominibus, nisi qui potest eos facere fœlices. Vnde si illa dea esset, sola colẽda merito diceretur. Iam consequenter videamus, qua causa deus, qui potest & illa bona dare, quæ habere possunt etiam non boni, ac per hoc etiam non fœlices, Romanum imperium tam magnum, tamq; diuturnum esse voluerit. Quia enim hoc deorum falsorum illá, quam colebant, multitudo non fecit, & multa iam diximus, & vbi visum fuerit opportunum esse dicemus. Causa ergo magnitudinis imperij Romani, nec fortuita est nec fatalis [a], secundũ eorum sententiam siue opinionem, qui ea dicunt esse
H fortuita, quæ vel nullas causas habent, vel non ex aliquo rationabili ordine venientes: & ea fatalia, quæ præter dei & hominum voluntatem cuiusdam ordinis necessitate contingunt. Prorsus diuina prouidentia regna cõstituuntur humana. Quæ si propterea quisquam fato tribuit, quia ipsam dei voluntatem [b] vel potestatem fati nomine appellat, sententiam teneat, linguam corrigat. Cur enim nõ hoc primum dicit, quod postea dicturus est, cum ab illo quisquã quæsierit, quid dixerit fatum? Nam id homines quando audiunt, vsitata loquendi consuetudine, non intelligunt nisi vim positionis syderum [c], qualis est quando quis nascitur, siue concipitur: quod aliqui alienant [d] à dei voluntate: aliqui ex illa etiam hoc pendere confirmant. Sed illi, qui sine dei voluntate decernere opinãtur sydera, quid agamus, vel quid bonorum habeamus, malorúmve patiamur, ab auribus omnium repellendi sunt: nõ solum eorum qui veram religionem tenent, sed qui deorum qualiumcunque licet falsorum, volunt esse cultores. Hæc enim opinio quid agit aliud, nisi vt nullus omnino colatur, aut rogetur deus? Contra quos modò nobis disputatio nõ est instituta, sed cõtra eos, qui pro defensione eorũ quos deos putãt, Christianę religioni aduersantur. Illi vero qui positionẽ stellarum quodammodo decernentiũ qualis quisq; sit, & quid ei proueniat boni, quídve mali accidat, ex dei volũtate suspẽdunt, si easdẽ stellas putãt habere hãc potestatẽ traditã sibi à summa
I illius potestate, vt volentes ista decernant, magnã cœlo faciunt iniuriam: in cuius velut clarissimo senatu, ac splendidissima curia opinantur scelera facienda decerni: qualia si aliqua terrena ciuitas decreuisset, genere humano decernente fuerat euertenda. Quale deinde iudicium de hominum factis deo relinquitur, quibus cœlestis necessitas adhibetur, cũ dominus ille sit & syderum & hominum? Aut si non dicunt stellas, accepta quidem potestate à summo deo arbitrio suo ista decernere: sed in talibus necessitatibus ingerẽdis illius omnino iussa compleri: itáne de ipso deo sentiendum est, quod indignissimum visum est de stellarum voluntate sentire? Quod si dicuntur stellæ significare potius [e] ista, quàm facere: vt quasi locutio quædam sit illa positio, prædicens futura, non agens: non enim mediocriter doctorum hominum fuit ista sententia: non quidem ita solent loqui Mathematici, vt verbi gratia dicant, Mars ita positus [f] homicidam significat: sed homicidam non facit. Veruntamen vt concedamus [g] non eos vt debent loqui, & à philosophis accipere oportere sermonis regulam, ad ea prænuncianda, quæ in syderum positione se reperire putant, quid sit, quod* nihil vnquam dicere potuerunt, cur in vita geminorũ, in actionibus, in euentis, in professionibus, artibus, honoribus, cęterisq; rebus ad humanam vitam pertinentibus, atque in ipsa morte sit plerunque tanta diuersitas, vt similiores eis sint, quantum ad hæc attinet, multi extranei, quàm ipsi inter se gemini per exiguũ temporis, interuallum in nascendo separati, in conceptu autem per vnum concubitum vno etiam momento seminati?

K

*aliâs, de quo.

IOANNIS LODOVICI VIVIS Valentini annotationes in quintum Librum de Ciuitate dei, D. Aurelij Augustini.

NEC fortuita est nec fatalis.) Quoniam de fato multa disserit hoc loco Augustinus, repetam paulo altius opiniones aliquot veterum ea de re, quò melius omnia faciliúsque intelligantur. Plato vnum posuit deum principem parentémque cæterorum, cuius nutu, legibúsque dij omnes ac ipse mundus tenerentur: ministrósq; esse reliquos deos virtutésque cœlestes illius conditoris huius vniuersitatis: & ab ipsis mundum certis muniis atque officiis administrari: maximi dei iussa legésque esse ineuitabiles, necessitatem appellari. Nulla vi, nulla ratione, aut arte effici posse, quo minus illa, vt constituta sunt, perficiantur: vnde est illud ab ipso vsurpatum, Necessitati ne deos quidem resistere. quæ vero ab astris geruntur, talia interdum esse, vt euitari sapientia, industria, labore queant, in quo sita est fortuna: quæ verò certis causis progrederentur, ac permanerẽt fixa, id dici fatum, quod tamen necessitatem non afferat electionis. Est enim multum in nostra manu situm, quid optemus, quid inceptemus: sed vbi incepimus, reliqua sunt fati: vt integrum fuit Laio, quemadmodum Euripedes dicit, gignere filium. At vbi genuit, patiẽda illi fuerunt, quæ erant ab Apolline prædicta. Hæc innolucris, vt alia pleraque significat Plato in postremo de repub tres enim Parcas Necessitatis filias in cœlis ponit. Lachesis præconium hoc esse ad animas in vitam venturas scribit, vt non sit dæmon eas sortiturus, sed contra illas potius dæmonem electuras. Eligentis vero fore culpam omnem, si quid acciderit, deum prorsus inculpatum futurum ita sparsisse Lachesim sortes. Epicurus hæc omnia rider, omniáque casu fortuito sine vllis causis contingere arbitratur: aut si sunt vllæ causæ, non esse præter declinationem Atomi. Fortunam Platonici statuunt in causis tum ambiguis, & quæ aliter contingere possunt, tum etiã obscuris incertísque, de quibus reddi nequit ratio, cur sic potius actum est quicquam, quàm secus: ita non habet nullas fortuna causas, sed vel mutatu faciles, vel ignotas. Aristoteles explicatius secundo libro de naturali auditione, & cæteri peripatetici, inter quos Alexander Aphrodiensis: Fortuita sunt, inquit, quorum finis non est ab agente actioni præstitutus: vt si quis fodiens, quo pinguescat humus, reperit thesaurum, fortuna est: quod non hoc ille agebat, vt aurum inueniret, si etiam terra vberior redditur, cum fortuitò consequitur, & quod non est fortuitum. Itaque in non fortuitis exitus est, quem agens intenderat, in fortuitis præter spem ac opinionem. Vulgus Fortunam vocat cæcam, temerariã, siue causa vlla, incertam, insanam, brutam, vt inquit Pacuuius & fatum cum necessitate coniunctum statuunt, ac tale, vt non modo in cæteros deos, sed ipsum quoque principem omnium & fatalium legum conditorem Iouem ius ac potestatem habeat. Quod indicat versiculus ille, Quod fore paratum est, id summum exuperat Iouem. Poetæ id confirmant. Nam apud eorum principem Homerum lamentatur Iuppiter, quòd charum sibi filium Sarpedona, quem fata cogerent mori, eripere à morte non posset: & Neptunus quòd reditum Vlyssis in patriam impedire non posset, vt Cyclopem filium vlcisceretur: quoniam fatis decretũ erat illum in Ithacam rediturũ: & apud Ouidium idẽ Iuppiter:

L

a

Fatũ quid.

Parcæ.

Fortuna.

M

Tu sola inseparabile fatum
Nata mouere putas. Et pòst,
Quæ neque concursum cœli, nec fulminis iram,
Nec metuunt vllas, tuta atque æterna ruinas.

Fuere qui nihil fortuitum vellent, sed omnia certa, fixa, immutabilia: vt Democritus, Empedocles, Heraclitus, & hoc plerique multitudine sunt secuti, sicut Epicurum plurimi. Vtranque opinionem Lucanus explicuit libro secundo:

Siue parens rerum primum informia regna
Materiamq; rudem flamma cedente recepit,
Finxit in æternum causas, qua cuncta coercet,
Se quoque lege tenens, & secula iussa ferentem,

Fatorum

A Fatorum immoto diuisit limite mundum.
Siue nihil positum est, sed fors incerta vagatur
Ferrq; refertq; vices, & habent mortalia casum.
Fortuna sæpe pro fato ipso sorteq; rerum vtuntur: quæ cũ ex animi sententia procedit, nominatur fœlicitas: cum secus, infœlicitas. Hæc nunc, alia suis locis. b Quia ipsam dei voluntatem.) De hoc pòst paulum. c Nisi vim positionis syderũ.) Ibi esse fata, Plato, Stoici & cæteri prope philosophi existimarũt, Chaldæos ac Aegyptios secuti, quibus omnis Mathematicorũ manus suffragata est. d Quod aliqui alienãt.) Alij dicunt diuersam esse syderum constitutionẽ à volũtate dei, vt qui volunt omnia regi ab astris, deum non prospicere rebus nostris. Et qui etiam si curent dij humana, tamen astra suum quoq; exercere in nos regnum, vt Manilius, & Firmicus, & Poëtæ sæpe. alij dicunt hos cursus astrorũ subditos esse deo præpotenti, & principi naturæ, vt Plato & Stoici, nihilq; esse aliud eorũ efficientiã, quàm leges dei. e Quod si dicuntur stellæ significare potius.) Origenes in cõmẽtariis super Genesin illo loco, sint luminaria cœli in signa, significare dicit sydera, nõ causas esse. Sũt enim, inquit, velut apertus quidam liber, omnia futura in se scripta continens, Quod vel ex eo argui potest, quod sydera plerunq; significant, quæ præterierunt: at qui horum causæ nequirent esse, cæterũ liber hic legi ab humanis ingeniis nulla vi potest. Origenem Plotinus est secutus, qui astra negat facere, sed significare. Seneca de astris loquẽs, Effectus rerũ omniũ aut mouent, aut notant: sed siue quod euenit, faciunt, quid immutabilis rei notitia proficiet? siue significant, quid refert prouidere, quod euitare non possis. Sic ille. f Mars ita positus.) Mars sydus est ardens, violentum, cruentum. Firmicus libro tertio, Martem in septimo ab horoscopo loco partiliter constitutum, id est, in occasu, maxima mala & immensa pericula scribit decernere, facere scilicet homines homicidas, sceleratos facinorõsos. g Veruntamen vt concedamus.) Alludit ad id quod in libello de fato dicit de Chrysippo Cicero, qui volebat Mathematicos docere, quemadmodum in arte sua essent locuturi.

Mars sydus.

De geminorum simili dissimilique ualetudine. Caput. II.

B CIcero dicit Hippocratem [a] nobilissimũ medicum scriptum reliquisse, quosdã fratres cũ simul ægrotare cœpissent: & eorum morbus eodem tempore ingrauesceret, eodem leuaretur, geminos suspicatum. Quos Possidonius Stoicus [b] multum astrologiæ deditus, eadem constitutione astrorum natos, eademq; conceptos [c] solebat asserere. Ita quod medicus pertinere credebat ad simillimam temperiẽ valetudinis: hoc philosophus astrologus ad vim constitutionemq; syderum, quæ fuerat quo tempore concepti natiq; sunt. In hac causa multo est acceptabilior, & de proximo credibilior coniectura medicinalis: quoniam parentes vt erant corpore affecti dum concumberent, ita primordia conceptorum affici potuerunt, vt consecutis ex materno corpore prioribus incrementis paris valetudinis nasceretur: deinde in vna domo eisdem alimentis nutriti, vbi aërem, & loci positionem, & vim aquarũ, plurimum valere ad corpus, vel bene vel male accipiendum medicina testatur: eisdem etiam exercitationibus assuefacti, tam similia corpora gererent, vt etiam ad ægrotandũ vno tempore eisdemq; causis similiter mouerentur. Constitutionem vero cœli ac syderum, quæ fuit quando concepti siue nati sunt, velle
C trahere ad istam ægrotãdi parilitatem, cum tam multa diuersissimi generis θ animalia θ diuersissimorũ affectuum, & euentuum eodem tempore in vnius regionis terra eidẽ cœlo subdita, potuerunt concipi & nasci: nescio cuius sit insolentiæ. Nos autem nouimus geminos [d] non solũ actus & peregrinationes habere diuersas, verum etiam dispares ægritudines perpeti. De qua re facillimam, quantum mihi videtur, rationem redderet Hippocrates, diuersis alimentis & exercitationibus [e], quæ non de corporis temperatione, sed de animi voluntate veniunt, dissimiles eis accidere potuisse valetudines. Porrò autem Possidonius vel quilibet fatalium syderum assertor, mirũ si potest hic inuenire quid dicat, si nolit imperitorum mẽtibus in eis quas nesciũt rebus illudere. Quod enim conantur efficere de interuallo exigui temporis, quod inter se gemini dũ nascerentur, habuerũt, propter cœli particulam, vbi ponitur horæ notatio, quam horoscopum [f] vocant: aut non tãtum valet, quanta inuenitur in geminorum voluntatibus, actibus, moribus, casibusq; diuersitas: aut plus etiam valet, quàm est geminorum vel humilitas generis, eadem vel nobilitas: cuius maximam diuersitatem non nisi in hora, qua quisq; nascitur, ponunt. Ac per hoc si tam celeriter alter post alterum nascitur, vt eadẽ pars horoscopi maneat: cuncta paria quæro, quæ in nullis possunt geminis [g] inueniri. Si autem sequẽtis tarditas horoscopum mutat, parẽtes diuersos [h] quæro, quos gemini habere non possunt.

D

E

Possidonius.

Horoscopus.

CIcero dicit Hippocratem.) Vbi hoc dicat Cicero non memini me legisse, & tamen suspicor fuisse in libello de fato: quem qui attentius inspexerit, inueniet mutilum lacerumq;, & plenũ mẽdarum ad ætatem nostram peruenisse. b Quos Possidonius Stoicus.) Rhodius fuit, ibiq; docuit: Romam quoque venit, discipulus & successor Panætij. Cicero. c Eademq; conceptos.) Non enim minoris refert, qua sit quis conceptus hora, quàm qua natus. d Nos autẽ nouimus geminos.) Quales etiam fuerũt Procles & Cyrestcus Lacedæmoniorum reges: Cicero secundo de diuinatio. e Diuersis alimentis & exercitationibus.) Hanc esse dicit Ptolemæus primo τῶν καθολικῶν, vnam ex causis cur iudicare nequeat de partu astrologus. f Quam horoscopum.) Est ὡροσκοπεῖον: horæ inspectio: est q; ea pars signiferi, quæ supra nostrum hemisphærium ascẽdit, cum quid contingit. Vertitur enim perpetuo zodiacus ille circul', semperq; aliqua ei' portio nobis oritur, cõtraria occidit: aliæ alias cœli plagas, regionesq; obtinẽt. g Quæ in nullis possunt geminis.) Quintilian' in geminis languentibus: Nihil in rebus humanis voluit esse natura tam simile, quod non aliqua proprietate secerneret. Quid refert an ex eisdem prima illa duorum corporum animorũq; cõpago seminibus oriatur? Sibi quisq; firmatur, sibi quisq; componitur, & duo pluréve fratres nascuntur fato singulorum. h Parentes diuersos.) Cur non sint riui idem, cum sit fons idem?

De argumento quod ex rota figuli Nigidius Mathematicus assumpsit, in quæstione geminorum. Caput. III.

ERustra itaq; affertur nobile illud commentũ de figuli rota, quod respondisse ferunt Nigidium [a] hac quæstione turbatũ, vnde & figulus appellatus est [b]. Dum enim rotam figuli vi quanta potuit intorsisset, currente illa bis numero de atramẽto, tanquam vno eius loco summa celeritate percussit: deinde inuenta sunt signa, quæ fixerat desistente motu, non paruo interuallo in rotæ illius extremitate distãtia. Sic, inquit, in tanta cœli rapacitate [c] etiam si alter post alterum tanta celeritate nascatur, quanta rotam bis ipse percussi, in cœli spatio plurimũ est. Hinc sunt, inquit, quæcunq; dissimillima perhibentur in moribus, casibusq; geminorum. Hoc figmentum fragilius est [d], quàm vasa quæ illa rotatione finguntur. Nam si tam multum in cœlo interest, quod constellationibus comprehendi non potest, vt alteri geminorum hæreditas obueniat, alteri non obueniat: cur audent cæteris, qui
E gemini non sunt, cum inspexerint eorum cõstellationes talia pronunciare, quæ ad illud secretum pertinẽt, quod nemo potest comprehẽdere, & momentis annotare nascentiũ? Si autem propterea talia dicũt in aliorum genituris: quia hæc ad productiora spatia temporum pertinent: momenta vero illa partium minutarũ, quæ inter se gemini possunt habere nascẽtes, rebus minimis tribuuntur, de qualibus mathematici non solẽt consuli. Quis enim consulat, quãdo sedeat, quando deambulet, quando, vel quid prãdeat? nunquid ista dicimus, quando in moribus, operibus, casibusq; geminorũ plurima, plurimumq; diuersa monstramus?

a

Nigidius figulus.

QVod respõdisse ferunt Nigidium.) P. Nigidius figulus honestiss. familia natus, ad præturam vsque peruenit, summo vir ingenio, cum aliarum disciplinarum callentissimus fuit, ita vt cum M. Varrone, cuius propemodum æqualis erat, cõferretur, tum vero maxime Matheseos. in philosophia Pythagoricos æmulabatur. Meminit eius plerunque Cicero. Suetonius in Augusto narrat Nigidium comperta hora genituræ Octauij prænunciasse dominum terrarum orbi genitum. Lucanus lib. primo:
At figulus cui cura deos secretaq; cœli

f Nosse

G Nosse fuit, quem non stellarum Aegyptia Memphis
Aequaret visu, numerisque mouentibus astra.
b Vnde & Figulus appellatus est.) Hic fuit Figulus gente Nigidiorum: nam fuerũt & alij Figuli honoratiore gente, nempe Martia, quorũ vnus fuit Cos. cũ L. Iulio Cæsare, duob° annis ante Ciceronẽ Cos. Fuit & ali° Cos. cũ Nasica, sed abrogatus magistratu, quia creat° aduersus auspicijs.
c Sic, inquit, in tãta cœli rapacitate.) Quintilianus in geminis lãguentibus: Quantũ putas interfuisse tẽporis, dũ primũ vteri pod° egeritur, dũ parũ per exonerata vitalia altero rursus homine laxãtur. Breue fortassis exiguumq; videatur mortalibus oculis. sed si mẽte perspicere velis orbis huius vastitatẽ, scies multum esse, quod inter duas transcurrit animas.
d Hoc figmentũ fragilius est.) Hoc vnicum Nigidij responsum, quod Mathematicis omnibus subtilissimũ est visum, omnia Genethliacorum scita, placita, promissa euertit. si enim tam breui temporis momẽto mutãtur omnia, vt non diuersa modò, sed aduersa quoque fiãt, quis vnquam de nato puero poterit aliquid prædicere, cũ momentũ illud, vel quo cõceptus, vel quo natus est, nemini possit esse certum. Itaque etiam si detur multum in nos virium potestatis; habere sydera, tamen illud quicquid esset, hominibus incomprehensibile esset: cum momẽta in quibus astrorum positus necesse est collocare, certo deprehendi non possint, & sydera incitatissimus cursus tarditatem nostræ considerationis anteuertat.

Iulius Firmicus. Hoc argumẽtum cũ cõtra se sumẽs; artem Iulius Firmicus proposuisset, homo mugatoriæ loquacitatis, pollicitus se soluturum, postquam satis in locis se cõmunibus iactasset, solo silentio dissoluisse sibi visus est, arbitratus suffusum ob oculos mentẽque lectoris tornata sua dictione pulueremque inductam; aduersarij argumenti obliuionẽ. sed nec ipse, nec quisquam Chaldæorum ab eo sese explicabit. Irretit se diuus Thomas similibus minutiis, & temporis, & loci: opusculo nanque quod de fato inscripsit, propterea esse geminis varia ingenia dicit, quòd in locis maternis non eodem momento totum semen recipitur. Tum etiam cẽtum cordium amborum geminorum, cum nõ sit idem, sed varia variisque in locis esse quoque orizontes varios necessum est. Primum quantula est illa mora partium seminis? quantulũ illud interstitiũ cordium? vt ea res totã naturam hominũ mutet. Ergo non satis erit ad Mathematicum attulisse natum esse aliquem Valentiæ, vel Luteriæ: sed in quo vico, in quo cubiculo, in qua cubiculi parte. Verũm hisce de rebus alio in opere disputabo fusius: doceboq; homines nihil spei, nihil fidei vanis istis & superstitiosis adhibere rebus, sed totos ab vno deo seruatoréque nostro Christo Iesu pendere: in illo solo sita esse fata omnium, ab illo solo petenda.

H

De Esau & Iacob geminis multum inter se morum & actionum qualitate disparibus. Caput. IIII.

Gene. 25. NAti sunt duo [a] gemini antiqua patrũ memoria, vt de insignibus loquar, sic alter post alterũ, vt posterior plantã prioris teneret. Tanta in eorum vita fuerũt moribusq; diuersa, tanta in actibus disparilitas, tanta in parentum amore dissimilitudo, vt etiam inimicos eos inter se faceret ipsa distãtia. Nunquid hoc dicitur, quia vno ambulante, alius sedebat: & alio dormiente, alius vigilabat: alio loquẽte, alius tacebat: quæ pertinent ad illas minutias, quæ non possunt ab eis comprehendi, qui cõstitutionem syderum, qua quisq; nascitur, scribunt, vnde Mathematici consulantur? Vnus duxit [b] mercenariam seruitutem, alius non seruiuit: vnus à matre diligebatur, alius non diligebatur: vnus honorem, qui magnus apud eos habebatur, amisit, alter adeptus est. Quid de vxoribus, quid de filiis, quid de rebus, quanta diuersitas?

I

a NAti sunt duo.) Esau & Iacob ex Isaac & Rebecca, Gene. xxv.
b Vnus duxit.) Iacob Laban socero seruiuit propter Rachel. erat & Rebeccæ matri charissimus, præripuitque fratri Esau benedictionem, quo nihil erat, vel honorificentius eo tempore, vel vtilius.

Quibus modis conuincantur Mathematici uanam scientiam profiteri. Caput. V.

Si ergo hęc ad illas pertinẽt minutias temporũ, quæ inter se habẽt gemini, & constellationibus non adscribũtur, quare aliorũ cõstellationibus inspectis ista dicuntur? Si autem ideo dicũtur, quia non ad minuta incõprehensibilia, sed ad temporum spatia pertinẽt, quæ obseruari notariq; possunt: quid hic agit rota illa luti figuli, nisi vt homines luteũ cor habentes in gyrũ mittãtur, ne Mathematicorũ vaniloquia cõuincantur? Quid deniq; idem ipsi, quorum morbum, quod eodem tempore grauior leuiorq; apparebat amborũ, medicinaliter inspiciens Hippocrates, geminos suspicatus est? Nonne satis istos redarguunt, qui volũt syderibus dare, quod de corporũ simili temperatione veniebat? Cur enim similiter eodemq; tempore non alter prior, alter posterior ægrotabant, sicut nati fuerant: quia vtiq; simul nasci ambo non poterãt? Aut si nihil momenti attulit, vt diuersis temporibus ægrotarent, quòd diuersis temporibus nati sunt: quare tempus in nascendo diuersum ad aliarum rerum diuersitates valere contendunt? Cur potuerunt diuersis tẽporibus peregrinari, diuersis tẽporibus ducere vxores, diuersis temporibus filios procreare: & multa alia, propterea quia diuersis temporibus nati sunt, & nõ potuerunt eadem causa diuersis etiam temporibus ægrotare? Si enim dispar nascendi mora mutauit horoscopum, & disparilitatem intulit cæteris rebus, cur illud in ægritudinibus mãsit, quod habebat in tẽporis ęqualitate cõceptus? Aut si fata valetudinis in cõceptu sunt, aliarum vero rerum in ortu esse dicuntur, non deberẽt inspectis natalium cõstellationibus de valetudine aliquid dicere, quando eis inspicienda cõceptionalis hora non datur? Si autem ideo prænunciant ęgritudines, nõ inspecto conceptionis horoscopo: quia indicãt eas momenta nascentium, quomodo dicerent cuilibet eorum geminorum ex natiuitatis hora, quando ægrotaturus esset, cum & alter qui non habebat eandem horam natiuitatis necesse haberet pariter ægrotare? Deinde quęro, si tanta distãtia est temporis in natiuitate geminorũ, vt per hanc oporteat eis constellationes fieri diuersas, propter diuersum horoscopum: & ob hoc diuersos omnes cardines [a], vbi tanta vis ponitur, vt hinc etiam diuersa sint fata, vnde hoc accidere potuit, cum eorum conceptus diuersum tempus habere non possit? Aut si duorum vno momento temporis, conceptorum potuerunt esse ad nascendũ fata disparia, cur non & duorũ vno momento temporis natorũ possint esse ad viuendum atq; moriendum fata disparia? Nam si vnũ momentũ quo ambo cõcepti sunt non impediuit, vt alter prior, alter posterior nasceretur: cur vno momento si duo nascuntur, impediat aliquid, vt alter prior, alter posterior moriatur? Si conceptio momẽti vnius diuersos casus in vtero geminos habere permittit: cur natiuitas momenti vnius non etiam quoslibet duos in terra diuersos casus habere permittat? Ac vt omnia huius artis vel potius vanitatis commenta tollantur, quid est hoc quod vno tẽpore, vno momento, sub vna eademq; cœli positione concepti diuersa habent fata, quæ illos perducant ad diuersarum horarũ natiuitatem: & vno momento tẽporis sub vna eademq; cœli positione, de duabus matribus duo pariter nati, diuersa fata habere non possunt, quæ illos perducant ad diuersam viuendi vel moriendi necessitatẽ? An concepti nondum habẽt fata, quæ nisi nascantur, habere non potuerunt? Quid est ergo quod dicunt, si hora cõceptionalis inueniatur, multa ab istis dici posse diuinitus? Vnde etiam illud à nonnullis prædicatur, quod quidã sapiens horã elegit, qua cũ vxore cõcũberet, vnde filiũ mirabilẽ gigneret. Vnde postremo & hoc est, quod de illis pariter ægrotãtibus geminis Possidonius magn° astrologus, idemq; philosophus respondebat: ideo fieri, quòd eodẽ tẽpore fuissent nati, eodemq; cõcepti. Nam vtiq; propter hoc addebat cõceptionẽ, ne diceretur ei nõ ad liquidũ eodẽ tẽpore potuisse nasci, quos cõstabat omnino eodẽ tempore fuisse conceptos: vt hoc quod similiter simulq; ægrotabant, non daret de proximo pari corporis temperamento, sed eandem quoq; valetudinis parilitatem sydereis nexibus alligaret. Si igitur in cõceptu tãta vis est ad æqualitatem fatorum, non debuerunt nascendo

K L M

eadem

A eadem fata mutari. Aut si propterea mutãtur fata geminorum, quia temporibus diuersis nascũtur, cur non potius intelligamus iam fuisse mutata, vt diuersis temporibus nascerentur. Itane non mutat fata natiuitatis voluntas viuentium, cum mutet fata conceptionis ordo nascentium?

Cardines cœli. a ET ob hoc diuersos omnes cardines.) Cardines astrologi ponunt in genituris præcipuos quatuor: Horoscopum, quod est Oriens signũ: aduersum huic Occidens, quod ab horoscopo distat partibus seu gradibus clxxx. per diametrum: Mesuranium, siue mediũ cœli inter horoscopũ & occasum: Mediũ huic aduersum imũ cœlũ, Græce sic: ἀνατολὴ, δύσις, μεσουράνημα, ἱπόγειον. Adduntur & quatuor alij cardines in secundo. vj. viij. xij. ab horoscopo signis, qui cardines significant deum, deam, bonam fortunam, & bonum dęmonem, Græce θεὸν, θεὰν, ἀγαθὴν τύχην, ἀγαθοδαίμονα. Cardines nihil aliud sunt, quàm cœlestia signa, quæ ad iudicandum spectãtur, quorum primus est horoscopus: ab illo cæteri numerantur. Cardo horoscopi est vitæ, secũdus pecuniæ vel spei, tertius fratrum, quartus parentum, quintus filiorum, sextus valetudinis, septimus coniugij, octauus mortis. Hæc ex nugis Materni. Manilius lib. ij. diuersa tradit. Sed quantum ad rem attinet, de cardinibus satis est dictum.

De geminis disparis sexus. Caput. VI.

Vanquam & in ipsis geminorũ conceptibus, vbi certe amborum eadem momẽta sunt tẽporum, sæpe fit, vt sub eadem constellatione fatali alter cõcipiatur masculus, altera fœmina. Nouimus geminos diuersi sexus: ambo adhuc viuunt, ambo

B ætate vigent adhuc. Quorum cum sint inter se similes corporum species, quantum in diuerso sexu potest: instituto tamẽ & proposito vitæ ita sunt dispares, vt prẽter actus, quos necesse est à virilibus distare fœmineos, ille in officio comitis [a] militat, & à sua domo penè sẽper peregrinatur: illa de solo patrio, & de rure proprio non recedit. Insuper quod est incredibilius, si astralia fata credantur: non autẽ mirum si voluntates hominum & dei munera cogitentur. Ille coniugatus, illa virgo sacra est: ille numerosam prolem genuit, illa nec nupsit. At enim plurimum vis horoscopi valet. Hoc quàm nihil sit, iam satis disserui. Sed qualecunq; sit, in ortu valere dicunt. Nunquid & in cõceptu, vbi & vnũ concũbitum esse manifestum est. Et tanta naturæ vis est [b], vt cum conceperit fœmina, deinde alterum concipere omnino non possit? Vnde necesse est, eadem esse in geminis momenta conceptus. An forte quia diuerso horoscopo nati sunt, aut ille in masculum dũ nascerẽtur, aut illa in fœminam commutata est? Cum igitur non vsq; quaque absurde dici possit ad solas corporum differentias afflatus quosdam valere sydereos, sicut in

C solaribus accessibus & decessibus videmus etiam ipsius anni tempora variari, & lunaribus incrementis atque decrementis augeri, & minui quædam genera rerum: sicut echinos, & conchas, & mirabiles æstus Oceani [c]: non autem & animi voluntates positionibus syderum subdi: nunc isti cum etiam nostros actus inde religare conantur, admonent, vt quæramus: vnde nec in ipsis quidem corporibus eis possit ratio ista constare. Quid enim tam ad corpus pertinens [d], quàm corporis sexus? Et tamen sub eadẽ positione syderum diuersi sexus gemini concipi potuerunt. Vnde quid insipientius dici aut credi potest, quàm syderum positionẽ, quę ad horã conceptionis eadem ambobus fuit, facere non potuisse, vt cum quo habebat eandem constellationem, sexum diuersum à fratre non haberet: & positionem syderũ, quæ fuit ad horam nascẽtium facere potuisse, vt ab eo tam multum virginali sanctitate distaret?

Comes. a IN officio comitis.) Comitis nomen, quæ est dignitas, inauditum est priscis, à recentibus inuentum. Marcellinus Ammianus meminit lib. xiiij. Nebridij comitis Orientis, & Gerentij comitis Mogantianæ partis, & lib. xvj. Vrsuli comitis largitionũ, & lib. xxj. Philagrij comitis Orientis. Haud facile dixerim, an isti comites sint, quos Græci dicunt ἀκολούθους qui hærebant perpetuo in comitatu principis. b Et tantę naturæ vis est.) Ex animalibus lepus, & dasypus soli superfœtant, vt Aristoteles & Plinius perhibent, ita vt conceptu vno fœtu & in vtero adhuc existente, alter cõcipiatur. In muliere, inquit, Aristoteles lib. hist. animaliũ. vij. raro contingit vt superfœtet: sed contigit tamen, & vitales nascuntur, cum paululũ temporis inter duos conceptus intercessit, quomodo Herculẽ & Iphiclem procreatos esse fabulantur. Fuit & adultera, quæ alterum marito, alterum adultero simílem eodẽ partu ædiderit. Hæc & alia ibidẽ Aristote. & Plinius lib. vij. quæ sunt rara exempla. Et si quis vellet contẽdere, cogi non posset, vt superfœtatione consteretur illos fœtus esse generatos, tametsi nõ ignoro Erasistratum nobilem arte medica dicere geminos omnes superfœtatione gigni, multos gemi nos eodem modo quidam Stoicorũ sunt authores. Hippon vero & Empedocles vno coitu multitudine seminis prouenire geminos existimãt. Asclepiades seminis non abundantiæ, sed vi ac virtuti id tribuit. c Et mirabiles ęstus Oceani.) Bene mirabiles, quorum nemo adhuc verã causam ad liquidũ deprehendit, siue gemini diurni incrementi, siue gemini mẽstrui, quas nautæ aquas viuas vocãt plena luna & in coitu. d Quid enim tam ad corpus pertinẽs.) Reliqua enim in omni genere animaliũ vir & fœmina congruunt, præter quàm ratione illa generãdi, in qua est sexus: vt vir sit, qui in alio possit ex se generare: fœmina vero, quę ex alio in se, ideo versas in viros fœminas produnt multi.

D Animalia superfœtãtia.

E

De electione diei, quo uxor ducitur, quóue in agro aliquid plantatur aut seritur. Caput. VII.

NAm illud quis ferat [a], quod in eligẽdis diebus noua quædã suis actibus fata moliuntur? Nõ erat videlicet ille ita natus, vt haberet admirabilem filium, sed ita potius, vt contemptibilẽ gigneret: & ideo vir doctus elegit horã qua misceretur vxori. Fecit ergo fatum quod non habebat, & ex ipsius fato cœpit esse fatale, quod in eius natiuitate non fuerat. O stultitiam singularẽ, eligitur dies vt ducatur vxor. Credo propterea, quia potest in diem non bonum, nisi eligatur incurri, & infœliciter duci. Vbi est ergo quod nascenti [b] iã sydera decreuerũt? An potest homo quod ei iam constitutum est diei electione mutare: & quod ipse in eligẽdo die constituerit, non poterit ab alia potestate mutari? Deinde si soli homines, non aũt omnia quæ sub cœlo sunt constellationibus subiacẽt, cur alios eligũt dies [c] accommodatos ponendis vitibus vel arboribus, vel segetibus: alios dies pecoribus, vel domandis, vel admittendis maribus, quibus equarum vel boũ fœtentur armenta, & cętera huiusmodi? Si autem propterea valẽt ad has res dies electi, quia terrenis omnibus corporibus, siue animantibus, siue non animantibus, secundum diuersitates temporalium momentorũ, & syderum positio dominatur: cõsiderent quàm innumerabilia sub vno temporis puncto vel nascantur, vel oriantur, vel inchoẽtur: & tam diuersos exitus habeãt, vt istas obseruationes cuiuis puero ridẽdas esse persuadeãt. Quis enim est tam excors, vt audeat dicere, omnes arbores, omnes herbas, omnes bestias, serpentes, aues, pisces, vermiculos momenta nascẽdi singillatim habere diuersa? Solent tamen homines ad tentandam peritiam Mathematicorũ afferre ad eos constellationes mutorum animalium, quorum ortus propter hanc explorationem domi suæ diligenter obseruant, eosq; Mathematicos prẽferunt cęteris, qui constellationibus inspectis dicunt non esse hominem natum, sed pecus. Audent etiam dicere quale pecus, vtrum aptũ lanicio, an vectationi, an aratro, an custodiæ domus. Nam & ad canina fata tentantur, & cum magnis admirantiũ clamoribus ista respondent. Sic desipiunt homines, vt existiment cum homo nascitur, cæteros rerum ortus ita inhiberi, vt cum illo sub eadem cœli plaga, nec musca nascatur. Nam si hanc admiserint, procedit ratiocinatio, quæ gradatim accessibus modicis eos à muscis ad camelos elephantosq; perducat. Nec illud volũt aduertere, quod electo ad seminandum agrum die, tam multa grana in terrã simul veniunt, simul germinant, exorta segete simul herbescunt, pubescunt, flauescunt,

Oceani æstus.

F

& tamen

G & tamẽ inde ſpicas cæteris coæuas,atq; vt ita dixerim, congerminales alias rubigo interimit,alias aues depopulantur,alias homines auellunt? Quomodo iſtis alias conſtellationes fuiſſe dicturi ſunt, quas tam diuerſos exitus habere conſpiciunt? An eos pœnitebit his rebus dies eligere,eaſq; ad cœleſte negabunt pertinere decretum,& ſolos ſyderibus ſubdent homines, quibus ſolis in terra deus dedit liberas volũtates? His omnibus cõſideratis,non immerito creditur, cum aſtrologi mirabiliter multa [d] vera reſpondẽt,occulto inſtinctu [e] fieri ſpirituum non bonorum,quorum cura eſt has falſas & noxias opiniones de aſtralibus fatis inſerere humanis mentibus, atque firmare, non horoſcopi notati,& inſpecti aliqua arte,quæ nulla eſt.

a IAm illud quis ferat.) Scribunt de electionibus aſtrologi, ſicut Haly, Abenragel,& Meſſalach lib.in id dicatro. Haly interpres Ptolemæi, vt ſcribit Io.Picus,friuolam eſſe atque ineffica cem hanc partẽ aſtrologiæ aſſerit. b Vbi eſt ergo quod naſcenti.) Si ad id quod aggrederis aduerſam habes natalem conſtitutionem , nihil proderit auſpicatio,ex ſententia Ptolemæi . Picus aduerſus aſtrologos lib.ij. de hac re paulo plura,tametſi ſummam argumẽtorum Aug.hic attingit. c Cur alios eligunt dies.) Veruſtiſſ.omnium Heſiodus [d] ἐν ἡμέρᾳ, dies lunæ annis; opcribus ruſticis faciendis diſtinxit. Hunc ſecuti ſunt Græci & Latini barbariq; ſcriptores agricolationum:Democritus & hunc emulatus Vergilius,Cato ſenior,Varro , Columella,Palladius, Plinius. d Quũ aſtrologi mirabiliter multa.) Neceſſe eſt aliquando collimet,qui frequẽter iaculatur: falſa Mathematicorum reſpõſa pauci recordantur,vera celebrantur pro admirabilibus. e Et occulto inſtinctu.) Idem Auguſt.ij. H ſuper Geneſim,ad literam,& ij.de doctrina Chriſtiana.Sũt, inquit,hæc aſtrorum indicia ex pactis cum dæmonibus, & inſtinctu eorũ occulti ſſ. quem neſcientes humanæ mentes patiũtur.Illæq; eſt fortunatior in prædicendo,qui fauentiorem haber dæmonem,magiſq; propicium.

Heſiodus. Rei ruſticæ ſcriptores.

De his qui non aſtrorum poſitionem, ſed connexionem cauſarum ex dei uoluntate pendentem fati nomine appellant. Caput. VIII.

QVi vero non aſtrorum conſtitutionem,ſicuti eſt cum quidq; cõcipitur,vel naſcitur, vel inchoatur, ſed omnium cõnexionem ſeriemq; cauſarũ [a],qua fit omne quod fit, fati nomine appellãt: non multum cum eis de verbi controuerſia laborandũ atq; certandum eſt:quandoquidem ipſum cauſarũ ordinem,& quandam connexionem dei ſummi tribuũt volũtari & poteſtati,qui optime & veraciſſime creditur & cuncta ſcire antequam fiant, & nihil inordinatum relinquere:à quo ſunt omnes poteſtates , quanuis ab illo non ſint omnium voluntates. Ipſam itaq; præcipue dei ſummi voluntatem, cuius poteſtas inſuperabiliter per cũcta porrigitur, eos appellare fatũ ſic probatur.Annei Senecæ [b] ſunt, niſi fallor, hi verſus: Duc me ſumme pater, alti dominator olympi,Quocunque I placuerit,nulla parendi mora eſt. Aſſum impiger , fac nolle,comitabor gemens: Maluſq; patiar facere, quod licuit bono.Ducunt volentem fata,nolentem trahunt. Nempe euidẽtiſſime hoc vltimo verſu, ea fata appellauit,quam ſupra dixerat ſummi patris voluntatẽ.Cui ſe paratum obedire dicit,vt volens ducatur, ne nolens trahatur:quoniam ſcilicet ducunt volentem fata , nolentem trahunt.Illi quoq; verſus Homerici [c] huic ſententiæ ſuffragantur , quos Cicero in Latinum vertit: *† aliàs quali Tales ſunt hominũ mentes,qualis *† pater ipſe Iuppiter auctiferas luſtrauit lumine terras.Nec in hac quæſtione authoritatẽ haberet poëtica ſententia.Sed quoniam Stoicos dicit,vim fati aſſerentes,iſtos ex Homero verſus ſolere vſurpare,nõ de illius poëtę,ſed de iſtorum philoſophorum opinione tractatur,cum per iſtos verſus quos diſputationi adhibẽt, quam de fato habẽt, quid ſentiant eſſe fatum, apertiſſime declaratur: quoniam Iouem appellant,quem ſummum deum putant, à quo connexionem dicunt pendẽre fatorum.

Sed omnium cõnexionẽ ſeriémq; cauſarum.) Cicero.j.de diuina. K ex ſententia Stoicorum:fieri igitur omnia fato ratio cogit fateri. a Fatũ quid Stoicis. Fatum autem id appello,quod Græci εἱμαρμένην, id eſt,ordinem ſeriemq; cauſarũ,cum cauſa cauſam ex ſe gignat. Ea eſt ex omni æternitate fluens veritas ſempiterna. Chryſippus apud Gel. fatum dicit eſſe φυσικὴν οὐσίαν τῶν ὅλων ἐξ ἀιδίου τῶν ἐφεξῆς τῆς τοιαύτης συμπλοκῆς, id eſt, Naturalẽ cõpoſitionem rerum omniũ iam inde ab æternitate aliarũ ex aliis naſcentium,eſſeq; immutabilium eiuſmodi complicationem. b Annei Senecæ.) Libro epiſtolarum.xviij. verſus ſunt ex Cleanthe Stoico, Latini facti à Seneca: ſenarij omnes:ſed primus parum correcte legitur vulgo Ratio verſus melius conſtaret,ſi ſic diceretur:

Duc me parens,celſiq; dominator poli.

In exemplari Colonienſi eſt:Duc ſumme pater,altiq; dominator poli.nõ omnino male.In duobus paribus locis primis ſunt tribrachi: quos recipit hoc genus carminis etiam exactius,nodum illud licentioſum comicum aut tragicum.Idem Seneca lib.iij. de beneficiis,de deo loquens. Hunc eũdem & fatum ſi dixeris,non errabis. Nanque fatum nihil aliud eſt,quàm ſeries implexa cauſarum.ille eſt prima omnium cauſa, ex qua cætera pendent.Eadem eſt communis omniũ Stoicorũ ſententia,vt vnũ deum eſſe dicerent,ipſumq; & mentem,& fatũ,& Iouẽ nominari,aliiſq; nominibus permultis.Ita de fato quatuor ſunt veterum ſententiæ, quas Io.Picus recenſet lib.contra Aſtrologos.4.vt alij fatũ eſſe naturã dicãt, vt quæ electionis ſint,vel caſus,extra fatum ſint. quemadmodum Vergi. ait Didonem quæ ſe occideret non mori fato. Et Cice.j. Antoniana: Si quid mihi humanitus accidiſſet: multa enim impendere videbãtur præter naturam,etiam præterq; fatum. Hæc opinio eſt phyſica, eamq; Alexander eſt ſecutus Ariſtotelis interpres. Altera ponit æternam ſeriẽ cauſarum neceſſario nexarum,vt diximus. Tertia ſydera facit fata. Quarta diuini conſilij executionẽ fatũ vocat. c Illi quoque verſus Homeri.) Odyſſeę Τῷ. γὰρ νῦν. ἐπὶ θυμὸν ἀνθρώπων Οἶον ἐπ᾽ ἦμαρ ἄγῃσι πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε. Verba ſunt Vlyſſis ad Phemium affirmantis mẽtes hominũ mutari ſubinde,nec ipſas cõſtare ſibi,eſſeq; ſingulis diebus,quales eo ipſo die vult illas eſſe Iuppiter deorũ atq; hominũ parens.Latin [a] verſus poſterior nõ expreſſit Homeri ſenſum,niſi ſit mẽdũ,quod ſuſpicor. L

De præſcientia dei & libera hominis uoluntate contra Ciceronis definitionem. Caput. IX.

IOs Cicero ita redarguere conatur, vt nõ exiſtimet aliquid ſe aduerſus eos valere, niſi auferat diuinationẽ. Quam ſic conatur auferre,vt neget eſſe ſciẽtiam futurorũ,eamq; omnibus viribus nullam eſſe omnino contendat, vel in deo vel in homine [a],nullamq; rerũ prædictionem.Ita & dei præſcientiam negat, & omnem prophetiã luce clariorem conatur euertere:vanis argumẽtationibus & opponẽdo ſibi quædam oracula, quæ facile poſſunt refelli: quæ tamen nec ipſe conuincit.In his autem mathematicorum cõiecturis refutãdis eius regnat oratio , quia vere tales ſunt,vt ſe ipſę deſtruãt & refellãt.Multo ſunt aũt tolerabiliores,qui vel ſyderea fata [b] conſtituunt, quàm iſte,qui tollit præſcientiam futurorũ. Nam & confiteri eſſe deũ, & negare præſciũ futurorũ, apertiſſima inſania eſt. Quòd & ipſe cũ videret, etiã illud tẽtauit aſſerere, quod ſcriptum eſt, Dixit inſipiens in corde ſuo, Pſal.13. & I non eſt deus:ſed non ex ſua perſona.Vidit enim quàm 53. eſſet inuidioſum & moleſtũ, ideoq; Cottã fecit diſputantem de hac re aduerſum Stoicos in libris dẽ deorũ nat.& pro Lucilio Balbo,cui Stoicorum partes defendendas dedit,maluit ferre ſententiã, quàm pro Cotta, M qui nullã naturam diuinã eſſe contendit.In libris vero de diuina.ex ſeipſo [d] apertiſſime oppugnat præſciẽtiã futurorum.Hoc autẽ totũ facere videtur,ne fatum eſſe conſentiat,& perdat liberã volũtatẽ. Putat enim conceſſa ſcientia futurorum, ita eſſe conſequens fatum,vt negari omnino non poſſit. Sed quoquo modo ſe habeant tortuoſiſſimæ concertationes & diſputationes philoſophorum : nos vt confitemur ſummum & verum deum,ita voluntatem ſummamq; poteſtatem,ac præſcientiam eius confitemur. Nec timemus ne ideo voluntate non faciamus,quod voluntate facimus:quia id nos facturos ille preſciuit,cuius præſcientia falli nõ poteſt. Quod Cicero timuit, vt oppugnaret præſcientiam:& Stoici [e],vt non omnia neceſſitate fieri dicerẽt, quãuis omnia fato fieri contenderent. Quid eſt ergo quod Cicero timuit in præſcientia futurorum,vt eam

labefa-

A labefactare diſputatione deteſtabili niteretur? Videlicet quia ſi preſcita ſunt omnia futura , hoc ordine venient, quo ventura eſſe præſcita ſunt. Et ſi hoc ordine venient, certus eſt ordo rerum, præſciẽti deo:& ſi certus eſt ordo rerum certus eſt ordo cauſarũ. Non enim aliquid fieri poteſt,quod non aliqua efficiẽs cauſa preceſſerit. Si autem certus eſt ordo cauſarũ, quo fit omne quod fit:fato,inquit,fiunt omnia quæ fiunt. Quod ſi ita eſt,nihil eſt in noſtra poteſtate,nullumq; eſt arbitrium voluntatis. Quod ſi concedimus,inquit,omnis humana vita ſubuertitur:fruſtra leges dantur,fruſtra obiurgationes,laudes,vituperationes,exhortationes adhibẽtur: neq; vlla iuſtitia bonis præmia, & malis ſupplicia conſtituta ſunt.Hæc ergo ne conſequantur indigna, & abſurda,& perniciosa rebus humanis,nõ vult eſſe præſcientiam futurorum: atq; in has anguſtias Cicero coarctat animum religioſum,vt vnũ eligat è duobus:aut eſſe aliquid in noſtra voluntate, aut eſſe præſcientiam futurorum: quoniã vtrunq; arbitratur eſſe non poſſe: ſed ſi alterum confirmatur,alterum tolli: ſi elegerimus præſcientiam futurorum,tolli voluntatis arbitrium:ſi elegerimus voluntatis arbitriũ, tolli præſcientiam futurorũ.Ipſe itaq; vt vir magnus & doctus, & vitæ humanæ plurimum ac peritiſſime conſulens,ex his duobus elegit liberum voluntatis arbitriũ . Quod vt con- B firmaretur,negauit præſcientiam futurorum:atque ita dũ vult facere liberos,facit ſacrilegos. Religioſus autẽ animus vtrunq; eligit,vtrunq; confitetur,& fide pietatis vtrunque confirmat. Quomodo,inquit. Nam ſi eſt præſcientia futurorum, ſequuntur illa omnia, quæ cõnexa ſunt,donec eò perueniatur, vt nihil ſit in noſtra voluntate. Porrò ſi eſt aliquid in noſtra volũtate,eiſdẽ recurſis gradibus eò peruenitur,vt nõ ſit præſciẽtia futurorũ. Nã per illa omnia ſic recurritur. Si eſt volũtatis arbitriũ,nõ omnia fato fiũt. Si nõ omnia fato fiũt, nõ eſt omniũ certus ordo cauſarum. Si certus cauſarũ ordo nõ eſt,nec rerũ certus eſt ordo præſciẽti deo, quæ fieri nõ poſſunt,niſi præcedẽtibus & efficiẽtibus cauſis. Si rerũ ordo preſciẽti deo certus non eſt,nõ omnia ſic veniũt,vt ea ventura preſciuit. Porrò ſi non omnia ſic eueniunt,vt ab illo ventura præſcita ſunt,non eſt, inquit,in deo præſcientia omnium futurorũ. Nos aduerſus iſtos ſacrilegos auſus atque impios, & deum dicimus omnia ſcire,antequam fiant: & voluntate nos facere,quicquid à nobis non niſi volentibus fieri ſentimus,& nouimus. Omnia vero fato fieri non dicimus, C imò nulla fieri fato dicimus:quoniam fati nomen vbi ſolet à loquẽtibus poni, id eſt, in conſtitutione ſyderũ, qua quiſque conceptus aut natus eſt: quoniam res ipſa inaniter aſſeritur, nihil valere mõſtramus. Ordinẽ aũt cauſarum,vbi volũtas dei plurimum poteſt, neque negamus,neq; fati vocabulo nũcupamus, niſi forte vt fatum à fando [f] dictum intelligamus,id eſt,à loquendo: non enim abnuere poſſumus eſſe ſcriptũ in literis ſanctis,Semel locutus eſt deus, duo hæc audiui: quoniam poteſtas eſt dei: & tibi domine miſericordia : quia tu Pſal.61. reddes vnicuiq; ſecundum opera eius. Quod enim dictũ eſt,ſemel locutus eſt:intelligitur immobiliter, hoc eſt,incõmutabiliter eſt locutus, ſicut nouit incommutabiliter omnia,quæ futura ſunt , & quæ ipſe facturus eſt.Hac itaq; ratione poſſemus à fando fatum appellare,niſi hoc nomen iã in alia re ſoleret intelligi,quò corda hominum nolumus inclinari. Non eſt autem conſequens,vt ſi deo certus eſt omniũ ordo cauſarum,ideo nihil ſit in noſtræ voluntatis arbitrio. Et ipſæ quippe noſtræ voluntates in cauſarum ordine ſunt, qui certus D eſt deo,eiuſq; preſcientia continetur:quoniã & humanæ voluntates humanorum operum cauſæ ſunt. Atque ita qui omnes rerum cauſas præſciuit, profecto in eis cauſis etiam noſtras voluntates ignorare non potuit, quas noſtrorum operum cauſas eſſe præſciuit. Nam & illud quod idem Cicero concedit [g],nihil fieri, ſi cauſa efficiens non preçedat,ſatis eſt ad eum in hac queſtione redarguendum. Quid enim eum adiuuat, quod dicit: Nihil quidem fieri ſine cauſa,ſed non omnem cauſam eſſe fatalem: quia eſt cauſa fortuita, eſt naturalis, eſt volũtaria: Sufficit quia omne quod fit, nõ niſi cauſa præcedente fieri cõfitetur. Nos enim eas cauſas, quæ dicuntur fortuitę,vnde etiam fortuna nomen accepit, non eſſe dicimus nullas , ſed latentes, easq; tribuimus, vel dei veri,vel quorũlibet ſpirituum voluntati:ipſaſq; naturales [h] nequaquam ab illius voluntate ſeiũgimus, qui eſt author omnis conditorq; naturę. Iamvero cauſæ volũtarię aut dei ſunt,aut angelorum, aut hominũ, aut quorũq; animaliũ:ſi tamen appellandæ ſunt volũtates [i] animaliũ rationis expertium, motus illi,quibus aliqua faciunt ſecundũ naturã ſuã,cum quidlboni malive,vel appetunt,vel euitant. Angelorũ autem voluntates dico ſiue bonorum,quos angelos dei dicimus: ſiue malorum,quos angelos diaboli, vel etiã dęmones appellamus. Sic & hominũ bonorum ſcilicet, & malorũ: E ac per hoc colligitur non eſſe cauſas efficientes omniũ quæ fiunt,niſi volũtarias illius naturę, ſcilicet quę ſpiritus vitæ eſt. Nã & aër iſte ſiue vẽtus dicitur ſpiritus: ſed quoniã corpus eſt,nõ eſt ſpiritus vitę. Spiritus ergo vitę,qui viuificat omnia, creatorq; eſt omnis corporis & omnis creati ſpiritus , ipſe eſt deus vtique ſpiritus non creatus.In eius voluntate ſumma poteſtas eſt, qui creatorum ſpirituum voluntates bonas adiuuat,malas iudicat,omnes ordinat, & quibuſdam tribuit poteſtatem,quibuſdam non tribuit. Sicut enim omniũ naturarum creator eſt,ita omniũ poteſtatum dator nõ voluntatũ. Malæ quippe volũtates ab illo non ſunt,quoniam contra naturã ſunt,quę ab illo eſt. Corpora igitur magis ſubiacent voluntatibus : quędam noſtris, id eſt, omnium animantium mortalium , & magis hominum quàm beſtiarum : quædam vero angelorum: ſed omnia maxime dei volũtati ſubdita ſunt. Cui etiã voluntates omnes ſubiiciuntur : quia non habent po- F teſtatem,niſi quam ille concedit. Cauſa itaq; rerũ quæ facit,nec fit,deus eſt. Alię vero cauſę,& faciunt,& fiũt: ſicut ſunt omnes creati ſpiritus,& maxime rationales. Corporales autem cauſæ,quę magis fiunt,quàm faciũt, non ſunt inter cauſas efficientes annumerandæ , quoniam hoc poſſunt,quod ex ipſis faciunt ſpirituum volũtates. Quomodo igitur ordo cauſarum,qui preſcienti certus eſt deo, id efficit,vt nihil ſit in noſtra voluntate,cum in ipſo cauſarum ordine magnum habeant locum noſtræ voluntates? Contendat ergo Cicero [k] cum eis qui hunc cauſarum ordinem dicunt eſſe fatalem,vel potius ipſum fati nomine appellant, quod nos abhorremus:præcipue propter vocabulum, quod nõ in re vera conſueuit intelligi. Quod vero negat ordinem omnium cauſarum eſſe certiſſimum, & dei preſcientiæ notiſſimum, plus eũ quàm Stoici deteſtamur. Aut enim deũ eſſe negat,quod quidẽ inducta alterius perſona in libris de deorũ natura facere molitus eſt,aut ſi eſſe cõfiteẽ deũ,quẽ negat preſciũ futurorũ,etiã ſic dicit nihil aliud,quàm ꝙ ille dixit inſipiẽs in corde ſuo,non Pſal.13. & eſt de [l]. Qui enim nõ eſt preſci [m] omniũ futurorũ, nõ eſt 53.

 vtique

G vtiq; deus. Quapropter & voluntates nostræ tantum valent [l], quãtum deus eas valere voluit atque præsciuit:& ideo quicquid valent, certissime valent: & quod facturæ sunt ipsæ, omnino facturæ sunt: quia valituras atque facturas ille præsciuit, cuius præscientia falli nõ potest. Quapropter si mihi fati nomen [m] alicui rei adhibendum placeret, magis dicerem fatũ esse infirmioris, potentioris volũtatem qui eum habet in potestate, quàm illo causarum ordine, quem non vsitato, sed suo more Stoici fatum appellant arbitrium nostrę voluntatis auferri.

a VEl in deo vel in homine.) Lib. de diuinatio. ij. vbi cum Q. fratre disputans, diuinationem omnẽ conatur tollere, quam Q. superiore libro asseruerat. Ait enim: Nihil est enim tam contrariũ rationi & constantiæ, quàm fortuna, vt mihi ne in deũ quidem cadere videatur, vt sciat quid casu & fortuitu futurũ sit. Si enim scit, certe illud euenier: sin certe euenier, nulla fortuna est. Est autem fortuna: rerum igitur fortuitarum nulla præsensio: hæc ibi, & alia quæ ad intelligendum hoc caput faciunt, nos locum ceu digito indicasse fuerit satis. b Qui sydera fata.) Omnes illi ponunt sydera fata: sed alij tanquàm prima. & quæ suis legibus trahant omnia, nulli deo pareant.

c Et pro Lucilio Balbo.) Sic enim in fine vltimi libri pronunciat. Hæc quũ essent dicta ita disceſſimus, vt Velleio Cottæ disputatio verior, mihi Balbi ad veritatis similitudinẽ videretur esse propẽsior. d Ex seipso.)

H Nam lib. ij. seipsum facit loquentem, confutantémque, quæ frater dixerat de diuinatione. e Et Stoici.) De hoc proximo capite. f Nisi forte vt fatum à fando.) Varro lib. de lingua Lat. v. quod Parcæ cõstituerunt nascenti à fando fatum dictum. Lucanus in nono:

Non vocibus vllis
Numen eget, dixitq; semel nascentibus author,
Quicquid scire licet.

Quod videtur mutuatus ex illo dicto Psalmi, quod Augustin° hic citat, vel ex illo Iob. xxxiij. Semel locutus est deus, & secundo id ipsum nõ repetit. Vtroque loco vnica illa dei locutione stabilitas definitæ eiʼ scientiæ significatur, vt vulgo interpretantur: illud vero in Psalmo, Duo hæc audiui: sunt qui referant ad hæc duo, quæ sequuntur: Quia potestas dei est: &, Tibi domine misericordia. Alij de duobus testamentis intelligũt. Targum Chaldæum cum his videtur nonnihil sentire, in quo sic est, legem vnam locutus est deus, & bis illam audiuimus de ore Mosis scribæ magni, quoniam virtus coram deo nostro: tu vero deus, vt benefacias iustis. g Nam & illud quod idem Cicero concedit.) Alibi contendit. In libello de fato ex sententia Carneadis in tres species partitur causas: in naturales, quæ ex rerum naturis proficiscuntur, vt descendere lapidẽ, calfacere ignem. Voluntarias, quæ sitæ sunt in liberis hominum voluntatibus, quarum non necesse est esse causas externas & antecedẽtes, satis est libere. Et fortuitas, quæ obscuræ sunt, & ignoratæ nonnullę, qua in re consentit cum omnibus Physicis, quibus nihil fieri placet sine causa.

Natura. h Ipsaq; naturales.) Non est alia natura ignis cur caleat, aut saxi cur descendat, aut hominis cur ratiocinetur, & viuat, & generet ex se sibi similem, & aliarum rerũ, quàm quod ita iussit parens naturæ: si contrariũ iussisset, & frigeret ignis, & ascenderet lapis, & brutum stupidũ esset homo, nec viueret, nec gigneret. i Si tamen appellandæ voluntates sunt.)

I Aristoteles libro de anima tertio, voluntatem solis rationalibus inesse dicit, appetitum esse in beluis: qui est instinctus à natura datus aliquid persequendi aut fugiendi. Voluntas in rationalibus ducem habet rationem, comitem electionem, siue est electio ipsa. k Contendat ergo

Deus quo uidet futura. Cicero.) Disputet sanẽ Cicero cum Stoicis. l Quapropter & volũtates nostræ tantum valent.) Creauit deus volũtates nostras liberas: quæ ideo liberæ sunt, quia ille voluit, & vtrũlibet possunt facere ex cõtrariis: aliud tamen facturæ non sunt, quàm quod deus præsciuit, quia aliud haud dubie nunquam facient, tametsi possunt. Certũ est enim fieri pleraq; posse, quæ nunquàm fient: ita non res futuræ ex scientia dei manant, sed scientia potius dei ex illis, quæ tamen futuræ non sunt deo, in quo est error multorum, sed præsentes. Quo circa non recte dicitur prescire, nisi relatu actiones nostras dicendus est scire, videre, cernere. Quod si indignum videtur à fluxa caducáque rerũ natura sempiternam scientiam generari, dicamus à prouidentia voluntatéque dei cognitionẽ eius proficisci: voluntatem statuere quid futurum sit: sciẽtiã, quid voluntas statuerit, nosse. Origenes super Genesim: Quod futurum est, ait, causam esse cur id euenturum præuiderit deus. Itaque non id fieri, quia præscitur: potius cõtrà, præsciri, quia futurum est. m Si mihi fati nomen.) Sic sæpe authores Latinæ linguæ, velut poëtę, & historici, & oratores, Fata dicũt hominũ, & voluntatẽ deorum. Boëthius tale discrimen facit inter fatum & prouidẽtiam, quale hic Augustinus inter fatũ & volũtatẽ. Apuleius in dogmate Platonis: Prouidentiam esse diuinam sententiam, cõseruatricem prosperitatis eius, cuius caussa tale suscipit officium, Diuinam legẽ esse fatũ: per quod ineuitabiles cogitationes dei atque incepta cõplentur. Vnde si quid prouidẽtia agitur, id agitur etiã fato: & quod fato terminatur, prouidentia debet susceptum videri. Sed esse aliquid in nobis, & in fortuna nõnihil, & fortunæ improuidos casus ignorari à nobis fateur: instabile enim & incurrens intercedere ea solere, quæ consilio fuerunt & meditatione suscepta, quæ non patiãtur meditata ad finẽ venire: & tũc quidem quũ impedimentum illud vtiliter prouenit, res illa fœlicitas nominatur. At vbi repugnationes istæ nociuæ erunt, infœlicitas dicitur. Sic ille.

An uoluntatibus hominum aliqua dominetur necessitas. Caput X.

VNde nec illa necessitas [a] formidanda est, quã K formidando Stoici laboraueruntʼ causas rerũ ita distinguere, vt quasdam subtraherent necessitati, quasdam subderent: atque in his, quas esse sub necessitate noluerunt, posuerunt etiam nostras voluntates, ne videlicet non essent liberæ, si subderentur necessitati. Si enim necessitas nostra illa dicenda est, quæ nõ est in nostra potestate, sed etiam si nolumus, efficit quod potest, sicut est necessitas mortis: manifestum est volũtates nostras, quibus recte, vel perperã viuitur, sub tali necessitate non esse. Multa enim facimus, quæ si nollemus, non vtiq; faceremus. Quò primitus pertinet ipsum velle: nã si volumus, est: si nolumus, non est. Nõ enim vellemus, si nollemus. Si autẽ illa definitur esse necessitas, secũdũ quã dicimus necesse esse, vt ita sit aliquid, vel ita fiat, nescio cur eam timeamus, ne nobis libertatẽ auferat volũtatis. Neq; enim & vitã dei & præsciẽtiã [b] dei sub necessitate ponimus, si dicamʼ, necesse esse deum semper viuere, & cuncta præscire: sicut nec potestas eius minuitur, cum dicitur mori falliq; non posse. Sic enim hoc non potest, vt potius si posset, minoris esset vtiq; potestatis. Recte quippe omnipotens L dicitur: qui tamẽ mori & falli nõ potest. Dicitur enim omnipotens faciendo, quod vult, non patiendo quod nõ vult. Quod si ei accideret, nequaquam esset omnipotens. Vnde propterea quædã non potest, quia omnipotens est. Sicut etiam cum dicimus necesse est esse, vt cum volumus, libero velimus arbitrio: & verum proculdubio dicimus: & non ideo ipsum liberum arbitriũ necessitati subiicimus, quæ adimit libertatẽ. Sunt igitur nostræ voluntates, & ipsæ faciunt, quicquid volẽdo facimus, quod non fieret si nollemus. Quicquid autem aliorum hominum voluntate nolens quisque patitur, etiam sic volũtas valet, etsi non illius tamen hominis voluntas, sed potestas dei est. Nam si voluntas tantum esset, nec posset quod vellet, potentiore voluntate impediretur. Nec sic tamen voluntas, nisi voluntas esset, nec alterius, sed eius esset, qui vellet: etsi non posset implere quod vellet. Vnde quicquid præter suam voluntatem patitur homo, non debet tribuere humanis, vel angelicis, vel cuiusquam creati spiritus voluntatibus, sed eius potius qui dat potestatem volentibus. Non ergo propterea nihil est in nostra voluntate [c], quia deus M præsciuit quid futurum esset in nostra voluntate. Non enim qui hoc presciuit, nihil præsciuit. Porrò si ille qui præsciuit, quid futurum esset in nostra voluntate: non vtique nihil, sed aliquid præsciuit: profecto & illo præsciente, est aliquid in nostra voluntate. Quo circa nullo modo cogimur, aut retenta præscientia dei, tollere voluntatis arbitrium: aut retento voluntatis arbitrio, deum, quod nefas est, negare præscium futurorum: sed vtrunq; amplectimur, vtrunq; fideliter & veraciter cõfitemur. Illud, vt bene credamus, hoc, vt bene viuamus. Male autem viuitur, si de deo non bene creditur. Vnde absit à nobis eius negare præsciẽtiam, vt liberi esse velimus, quo adiuuãte sumus liberi, vel erimus. Proinde non frustra sunt leges [d], obiurgationes, exhortationes, laudes, & vituperationes: quia & ipsas futuras esse præsciuit, & valent plurimum quantum eas valituras esse præsciuit: & preces valent ad ea impetranda, quæ se precantibus concessurum esse præsciuit: & iusta præmia bonis factis, & peccatis supplicia constituta sunt. Neque enim ideo peccat homo [e], quia deus illum peccaturum præsciuit: imò ideo non dubitatur ipsum peccare, cum peccat: quia ille, cuius præscientia fal-

li non

A li non potest: non fatum, non fortunam, non aliquid aliud, sed ipsum peccaturum esse præsciuit, qui si nolit omnino, non peccat: sed si peccare noluerit, etiam hoc ille præsciuit.

a VNde nec illa necessitas.) Cicero libel. de fato. Ac mihi quidem videtur, cum duæ sententiæ fuissent veterum philosophorum, vna eorum, qui censerẽt omnia ita fato fieri, vt id fatum vim necessitatis afferret. In qua sententia Democritus, Heraclitus, Empedocles, Aristoteles fuit. Altera eorum, quibus viderentur, sine vllo fato esse animorum motus voluntarij. Chrylippus tanquam arbiter honorarius medium fieri voluisset: sed applicat se ad eos potius, qui necessitate motus animi liberatos volunt. Hæc & alia Cicero. Idcirco Cenomaus Cynicus Democritum dixit seruos fecisse animos nostros: Chrysippum vero semiseruos, vt est apud Eusebium libro sexto Euãg. præpa. Quo loco disputant de fato quãm plurima. Itaque fato quũ subdãt animos Stoici, non tamen necessitatem illis concedunt, nec sinunt, vt cogere nos possint. Fato enim fiunt omnia causis antecedẽtibus & proximis, sed non principalibus & perfectis, quarum illæ priores iuuant tantum, quæ in nostra potestate non sunt: hæ vero efficiũt, quę sunt in manu nostra. Plutarchus in placitis Philosophorum sententiam Stoicorum referens dicit, apud illos varie euentus rerum proficisci: alios ex necessitate illa prima, & maxima: alios ex fato, alios ex libertate animorũ, alios ex fortuna, alios casu quodã. Stoici, vt summa dicã, in tractãda ratione fati Platoni sunt ferè suffragati. Quod cũ Plutarchus testatur, tũ vero res ipsa indicat. At cũ fato fieri omnia, & in fato inesse necessitatẽ aiunt, de mẽte illa & prouidentia dei loquuntur. Nam & Iouem ex eorum placitis diximus fatum esse, & ipsi rationem, pronoeámque illam, id est, prouidentiam, à qua administrantur omnia, fatum nominant. b Neque enim vitam dei & præscientiam.) Platonici aiunt necesse esse deos ita se habere, vt sunt, nõ necessitate extrinsecus illata, sed naturali optimáque ipsis, ideoq; maxime voluntaria, cum & nollent vnquam optione proposita aliter se habere. Quo magis miror Plinium secundum hominem & ingenio & eruditione tantum, sic contra omnipotentiam dei cauillari, ne deum quidem posse omnia. Nanque nec sibi potest mortem conscisce-

B re, si velit, quod homini dedit. Optimum in tantis vitæ pœnis existimauit, ita deos calamitatibus miseriisq; premi, vt homines optare aliquos mortem, nec consequi posse. Deceperant videlicet eum fabulæ, quæ Plutonem dilata morte mœrere faciunt: sicut Lucanus inquit:

Et rector terræ, quem longa in secula torquet
Mors dilata deum.

c Non ergo propterea nihil est in nostra voluntate.) Ardua quæstio, & varie à multis tractata, an præscientia dei necessitatem aliquã afferat rebus. Attigi superiore capite hac de re nonnulla, multi de schola recentiore obligationum arte accedunt ad disputationẽ muniti, vt si aliquid tibi sumpseris, ipsis quod sibi retineant non desit, vt si hoc ceperis, contrarium sit tibi relinquendum: atque adeo, vt magis irretita, magisq; inuiscata tota re discedatur, quàm cũ accederetur, ponis desit scire me cursurum cras: aufer ergo me non cursurũ, ponis hoc, aufer illud. Quid erat tricis illis & verborum laqueis opus, nisi simpliciter loqui, vt hic Augustinus, non ideo peccare hominem, quò deus presciuit eum peccaturum: qui si nolit, potest omnino non peccare, idq; si faciat, hoc præsciuit deʼ: vel vt dicit Chrysostomus super epistola Pauli ad Corinth. Enimuero Christus, inquit, necesse est vt veniant scãdala: non ideo arbitrij libertatem corrumpens, aut vitæ vim, & necessitatem imponens, sed prædicens id quod ex mala hominum voluntate omnino futurum est: quod sanẽ futurum est, non quia id deus præuiderit, sed quia hominũ voluntas immedicabilis fuerit. Nõ enim quia prædixit deus, hæc facta sunt, sed quia omnino ex mala hominum voluntate ventura erãt, ipse prædixit. Hæc Chrysostomus, interprete homine docto Hieronymo Donato. Ac profecto non plus addit necessitatem rebus venturis præscientia dei, quàm præsentibus spectator cum sunt: ita cũ video te scribere, potes ipse quidem non scribere: quod si non scribas, iam te non videbo scribentẽ. Porrò deo futura tam præsentia sunt, atque adeo magis, quàm nobis quæ vo

C camus præsentia. Nam quo capacior est mens, hoc illi tempus præsens est latius: ideo vero infinitæ capacitatis infinitum tẽpus est præsens: tota ergo æternitas quæ sola est infinita. Hæc res difficiliorem efficit hanc disputationem, quòd sic imaginantur quidam futura esse deo, vt nobis. d Proinde non frustra sunt leges.) Hoc obiiciebatur iis, qui necessario fato dicebant omnia fieri. Quod cũ necesse esset hunc esse malum, illum bonum, cur malus supplicium bonus præmiũ merebatur, cũ necessaria nec vitio dentur, nec laudi: tũ etiã nec exhortari ad virtutem carpereq; vitia prodesset: cũ fieri aliter non posset, quin malus esset, quem fatũ esset esse malum. Manilius hoc quoq; ex fato esse concludit. Sic enim ait:

Hominum mentibus tanto sit gloria maior,
Quod cœlo gaudente venit, rursusq; nocentis
Oderimus magis in culpam pœnasq; creatos.
Nec refert scelus vnde cadat, scelus esse fatendum est.
Hoc quoque fatale est, sic ipsum expendere fatum.
Nos vero, & bonis paratum premium parata merito est laus, malis vituperium, pœnáq; quod libera voluntate & ille bene fecit, & hic male, idq; spectante deo non cogẽte. e Neque enim ideo peccat homo.) A præscientia dei non proficiscitur peccatum huius sed nostra potius de peccato huius scientia, nam sicut à volũtate dei nostra volũtas, ita & à sciẽtia dei nostra scientia demanat. Hæc de fato expositis aliorum sentẽtiis, quæ facilius intelligeretur Augustini mens.

De uniuersali prouidentia dei cuius legibus omnia continentur. Caput XI.

D DEus itaque summus & verus cum verbo suo, & spiritu sancto, quæ tria vnũ sunt, deus vnus omnipotens creator & factor omnis animæ atq; omnis corporis, cuius sunt participatione fœlices, quicunq; sunt veritate, non vanitate fœlices [a]: qui fecit hominem rationale animal ex anima & corpore: qui eum peccantem nec impunitum esse permisit, nec sine misericordia dereliquit: qui bonis & malis essentiã etiã cum lapidibus, vitam seminalem etiam cum arboribus, vitam sensualem etiam cum pecoribus, vitam intellectualem cum solis angelis dedit, à quo est omnis modus, omnis species, omnis ordo: à quo est mensura, numerus, põdus: à quo est quicquid naturaliter est, cuiuscunq; generis est, cuiuscunq; æstimationis est: à quo sũt semina formarũ, formę seminũ, motus seminũ atq; formarũ. Qui dedit & carni originem, pulchritudinẽ, valetudinẽ, propagationis fœcũditatem, membrorum dispositionem, salutem, cõcordiam: qui & animæ irrationali dedit memoriã, sensum, appetitũ: rationali autẽ insuper mentem, intelligentiam, voluntatem: qui non solum cœlum, & terrã, nec solum angelum & hominẽ, E sed nec exigui & contemptibilis animantis viscera, nec auis pennulã, nec herbæ flosculum, nec arboris folium sine suarum partiũ cõuenientia, & quadam veluti pace dereliquit, nullo modo est credendus regna hominum eorumq; dominationes & seruitutes, à suæ prouidẽtiæ legibus alienas esse voluisse.

a NOn vanitate fœlices.) Sic legitur in omnibus codicibus, mihi tamen aptius videtur legi fideles.

Quibus moribus antiqui Romani meruerũt ut deus uerus, quanuis non eũ coleret, eorũ augeret imperiũ. Cap. XII.

PRoinde videamus quos Romanorũ mores, & quam ob causam deus verus ad augẽdum imperiũ adiuuare dignatus est, in cuius potestate sunt etiã regna terrena. Quod vt absolutius disserere possemus, ad hoc pertinentem & superiorem librum scripsimus, quod in hac re potestas nulla sit eorũ deorum, quos etiam rebus nugatoriis colẽdos putarũt, & præsentis voluminis partes superiores, quas hucvsq; perduximus, de fati quæstione tollenda, ne quisquam cui iam persuasum esset nõ illorum deorum cultu Romanum imperium propagatũ atque seruatum, nescio cui fato potius id tribueret, quàm dei summi potentis- F simæ voluntati. Veteres igitur primiq; Romani, quantum eorũ docet & cõmendat historia, quanuis vt aliæ gentes excepta vna populi Hebræorũ deos falsos colerent, & nõ deo victimas, sed dæmoniis immolarẽt, tamen laudis auidi, pecuniæ liberales erant, gloriã ingẽtem, diuitias honestas volebãt: hanc ardentissime dilexerunt, propter hanc viuere voluerunt, pro hac & mori non dubitauerunt. Cæteras cupiditates huius vnius ingenti cupiditate presserunt. Ipsam deniq; patriã suã, quoniã seruire videbatur ingloriũ, dominari vero atq; imperare gloriosum, prius omni studio liberã, deinde dominam esse cõcupierũt. Hinc est quod regalẽ dominationem nõ ferentes, annua imperia binosq; imperatores sibi fecerũt, qui cõsules appellati sunt à cõsulẽdo [a] *Consules.* non reges, aut domini à regnãdo atque dominãdo, cũ & reges vtique à regendo dicti melius videãtur, vt regnũ à regibus, reges autẽ vt dictũ est à regendo: sed fastus regius nõ disciplina putata est regẽtis, vel beneuolentia cõsulentis, sed superbia dominãtis. Expulso itaq; *Reges.* rege Tarquinio, & consulibus institutis, secutum est, quod idẽ author [b] in Romanorũ laudibus posuit, quod ciuitas incredibile memoratu adepta libertate, quantũ

breui

breui creuerit,tanta cupido gloriæ incesserat. Ista ergo laudis auiditas,& cupido gloriæ,multa illa mirãda fecit,laudabilia scilicet atq; gloriosa secundum hominũ existimationem. Laudat idem Salustius tẽporibus suis magnos & præclaros viros, Marcum Catonẽ, & Caiũ Cæsarẽ,dicens ꝙ diu illa Respublica non habuit quẽquam virtute magnum, sed sua memoria fuisse illos duos ingenti virtute,diuersis moribus. In laudibus aũt Cęsaris posuit,quod sibi magnum imperium,exercitũ, bellum nouum exoptabat,vbi virtus enitescere posset, ita fidebat * in votis virorũ virtute magnorum,vt excitaret in bellũ miseras gentes & flagello agitaret Bellonam sanguineo, vt esset vbi virtus eorũ enitesceret. Hoc illa profecto laudis auiditas, & gloriæ cupido faciebat. Amore itaq; primitus libertatis, pòst etiam dominationis,& cupiditate laudis & gloriæ, multa magna fecerunt. Reddit eis vtriusq; rei testimonium etiã poëta insignis eorũ. Inde quippe ait: Necnon Tarquinium eiectum Porsenna, iubebat Accipere, ingentiq; vrbem obsidione premebat. Aeneadæ in ferrum pro libertate ruebant. Tunc itaq; magnum illis fuit aut fortiter emori,aut liberos viuere. Sed cum esset adepta libertas,tãta cupido gloriæ incesserat,vt parum esset sola libertas nisi & dominatio quæreretur, dũ pro magno haberetur,quod velut loquente Ioue idem poëta dicit: Quin aspera Iuno Quæ mare nũc, terrasq; metu, cœlumq; fatigat, Consilia in melius referet,mecumq; fouebit Romanos rerum dominos gentemq; togatam [c]. Sic placitũ, veniet lustris labentibus ętas,Cum domus Assaraci [d] Phthiã clarasq; Mycenas [e] Seruitio premet, ac victis dominabitur Argis. Quæ quidem Vergilius Iouem inducens tanquam futura prædicentẽ, ipse iam facta recolebat,cernebatq; prẽsentia. Verum propterea commemorare illa volui, vt ostẽderem dominationẽ post libertatem sic habuisse Romanos,vt in eorũ magnis laudibus poneretur. Hinc est & illud eiusdẽ poëtę:quod cum aliarũ gentium artibus eas ipsas proprias Romanorum artes regnandi atq; imperãdi,& subigẽdi ac debellandi populos anteponeret, ait: Excudẽt alij spirantia mollius æra: Credo equidem [f], viuos ducent de marmore vultus: Orabũt causas melius,cœliq; meatus Describent radio,& surgẽtia sydera dicent. Tu regere imperio populos Romane memẽto. Hæ tibi erũt artes, paciq; * imponere morem. Parcere subiectis[l], & debellare superbos. Has artes illi tanto peritius exercebant,quanto minus se voluptatibus dabãt,& eneruatione animi & corporis in concupiscendis & augẽdis diuitiis,& per illas moribus corrumpẽdis, rapiẽdo miseris ciuibus,largiendo scenicis turpibus. Vnde quũ tales iam morũ labes superabãt, atq; abundabãt,quãdo scribebat ista Salustius,canebatq; Vergilius,nõ illis artibus honores & gloriã,sed dolis atq; fallaciis ambiebãt. Vnde idem dicit: Sed primo magis ambitio quàm auaritia animos hominũ exercebat, quod tamen vitiũ propius virtuti erat. Nam gloriã,honorem, imperium bonus & ignauus æque sibi exoptant. Sed ille, inquit, vera via nititur,huic quia bonæ artes desunt,dolis atq; fallaciis contendit. Hæ sunt illæ bonæ artes,per virtutem scilicet,non per fallacem ambitionem ad honorẽ, & gloriam, & imperium peruenire, quæ tamen bonus & ignauus æque sibi exoptant. Sed ille,id est bonus vera via nititur. Via virtus est, qua nititur tanquam ad possessionis finem,id est,ad gloriam, honorẽ,imperiũ. Hoc insitum habuisse Romanos etiam deorum apud illos ædes indicant,quas coniunctissimas [g] constituerunt Virtutis & Honoris, pro diis habentès quæ dantur à deo. Vnde intelligi potest quem finẽ volebãt esse virtutis,& quò eam referebant,qui boni erant ad honorem scilicet: nam mali nec habebant eam, quanuis honorem habere cuperent,quem malis artibus conabãtur adipisci,id est,dolis atq; fallaciis. Melius laudatus est Cato. De illo quippe ait: Quo minus petebat gloriam,eo magis illum sequebatur. Quandoquidem gloria est,cuius illi cupiditate flagrabãt, iudicium hominum bene [h] de hominibus opinantium. Et ideo melior est virtus,quæ humano testimonio contenta non est,nisi conscientiæ suę. Vnde dicit Apostolus: Nã gloria nostra hæc est,testimonium conscientiæ nostrę. Et alio loco: Opus autem suum probet vnusquisq;, & tunc in semetipso tantũ gloriam habebit, & non in altero. Gloriam ergo & honorẽ & imperium quę sibi exoptabant: & quo bonis artibus peruenire nitebantur boni non debet sequi virtus,sed ipsa virtutem. Neque enim est vera virtus,nisi quæ ad eum finẽ tendit, vbi est bonum hominis,quo melius non est. Vnde & honores quos petiuit Cato,petere nõ debuit [i], sed eos ciuitas ob eius virtutem non petenti dare. Sed cùm illa memoria duo Romani essent virtute magni, Cæsar & Cato, lõge virtus Catonis virtuti † videtur propinquior fuisse, quàm Cæsaris. Proinde qualis esset illo tempore ciuitas, & antea qualis fuisset,videamus in ipsa sententia Catonis [k]: Nolite,inquit, existimare maiores nostros armis Rẽpub. ex parua magnã fecisse. Si ita esset,multo pulcherrimã eã nos haberemus. Quippe sociorũ atq; ciuiũ præterea armorũ & equorũ maior copia nobis quàm illis est. Sed alia fuere quę illos magnos fecerũt, quæ nobis nulla sunt:domi industria,foris iustũ imperiũ, animus in cõsulendo liber,neq; libidine,neque delicto obnoxius. Pro his nos habemus luxuriã atq; auaritiã,publice egestatem,priuatim opulentiã: laudamus diuitias,sequimur inertiã: inter bonos & malos discrimen nullum,omnia virtutis præmia ambitio possidet, Neq; mirum vbi vos separatim sibi quisq; consilia capitis,vbi domi voluptatibus,hic pecunię aut gratię seruitis. Eo fit,vt impetus fiat in vacuã Rempub. Qui audit hæc [l] Catonis verba siue Salustij, putat quales laudantur Romani veteres omnes eos tales tũc fuisse vel plures. Non ita est, alioquin vera non essent quæ ipse idem scribit, ea quæ commemoraui in secundo libro huius operis, vbi dicit, Iniurias validiorum & ob eas discessionem plebis à patribus, aliasq; dissensiones domi fuisse,iã inde à principio,neq; amplius æquo & modesto iure actũ,quàm expulsis regibus: quandiu metus à Tarquinio fuit, donec bellum graue, quod propter ipsum cũ Hetruria susceptum fuerat, finiretur. Postea vero seruili imperio patres exercuisse plebẽ, regio more verberasse,agro pepulisse,& cęteris expertibus solos egisse in imperio. Quarum discordiarum dum illi dominari vellẽt,isti seruire nollẽt,finẽ fuisse bellũ Punicum secundũ. Quia rursus grauis metus cœpit vrgere, atq; ab illis perturbationibus alia maiore cura cohibere animos inquietos,& ad cõcordiam reuocare ciuilẽ. Sed per quosdã paucos, qui pro suo modo boni erant, magna administrabãtur,atq; illis toleratis ac tẽperatis malis,paucorũ bonorũ prouidentia res illa crescebãt, sicut idẽ historicus dicit,multa sibi legẽti, & audienti, quę pop. Rom. domi militiæq; mari atq; terra pręclara facinora fecerit,se libuisse attẽdere,quę res maxime tãta negocia sustinuisset: quoniã sciebat sæpenumero parua manu cũ magnis legionib[9] hostiũ cõtẽdisse Ro.

*aliàs fiebat.

Aeneid.8.

Aeneid.1.

Aeneid. 6.

*aliàs pacisque.

Gloria.

1.Cor.1.

Gala.6.

Virtus.

*aliàs ueritati.

cogno-

cognouerat paruis copiis bella gesta cum opulentis regibus, sibiq; multa agitanti constare dixit, paucorum ciuium egregiam virtutem cuncta patrauisse, eoq; factum vt diuitias paupertas,multitudinem paucitas superaret. Sed postquam luxu atque desidia, inquit,ciuitas corrupta est,rursus Respu. magnitudine sui imperatorum atque magistratuum vitia sustẽtabat. Paucorum igitur virtus ad gloriam, honorẽ, imperium,vera via,id est,virtute ipsa nitentium etiam à Catone laudata est. Hinc erat domi industria, quam commemorauit Cato: vt ærarium esset opulentum,tenues res priuatæ. Vnde corruptis moribus vitium esse contrariũ [m] posuit,publice egestatem: priuatim opulentiam. Quãobrem cum diu fuissent regna Orientis illustria, voluit deus & Occidentale fieri, quod tempore esset posterius, sed ęperij latitudine & magnitudine illustrius. Idq; talibus potissimũ concessit hominibus ad domãda grauia mala multarum gẽtium, qui causa honoris, laudis & gloriæ consulerent patriæ, in qua ipsam gloriam requirebant, salutemq; eius saluti suæ præponere non dubitarẽt, pro isto vno vitio, id est, amore laudis, pecunię cupiditatem, & multa alia vitia cõprimentes.

a Qui cõsules appellati sunt à cõsulendo.) A consulendo dictos esse consules satis inter omnes constat: sed cum consulere significet multa, dubiũ est à qua mente sit dictus cõsul. Quintil. lib. j. Sit ne consul à consulendo an à iudicando. nam & hoc cõsulere veteres vocauere: vnde adhuc remanet illud, rogat boni consulas, id est, bonum iudices. Quin & Liui. consulẽ olim iudicem esse dictum tradit. Sed ego cum Varro. nomen ministerij puto esse con. vt admoneretur nihil eum habere in Repu. virium potestatisq;, sed admonitorem solum positum senatus & po. vt eos quid fieri placeret cõsuleret. Nihil enim in senatu antiquitus fieri solebat, nisi cõsulente & referente consule. vnde illa tam crebra apud rerum scriptores: petiit à consul. vt de hoc aut illo referret. Cæsar. j. commen. belli ciuilis Põpeiani: Literis à Fabio C. Cæsaris consulibus redditis ægre ab iis impetratum est, summa trib. pleb. contentione vt in senatu recitarentur, vt vero ex literis ad senatum referretur, impetrari non potuit. Quibus verbis satis apparet, non dici sententias à senatoribus, nisi à consl. referretur, quod maxime priscis temporibus seruabatur. Nam posteris ius quoque aliis nonnullis magistratibus fuit & cogere senatum, & ad eum referre, si quid vellent. Porrò Varronis verba, si quis requirit, hæc sunt ex lib. de ling. Lati. iiij. Consul nominatus, quòd consuleret pop. & senatum, nisi illinc potius vnde Actius ait in Bruto, qui rectè consulat, consul fiat.

b Quod idem author.) Salust. in bello Catil. c Gentemq; togatam.) Bene, inquit, Seruius togatam, quoniam omnis sexus & conditio toga vtebatur. d Domus Assaraci.) Rom. Assaracus auus fuit Anchiræ, Capys pater, à quo Aeneas. Porrò ab Aenea Iulus, ab hoc reges Albani, & hinc Roma. profecti. e Phthiam clarasq; Mycenas.) Hoc spectat ad vindictam incensionis Ilij, quod patriæ eorum qui Troianos vicerant essent à nepotibus Troianorum subigendæ. Sic in. vj. Aenei. Eruet ille Argos Agamemnoniasq; Mycenas: Ipsumq; Aeacidem genus armipotentis Achilli Vltus auos Troiæ, templa & remerata Mineruæ. Phthia vero patria est Achillis in Phthiade regione Macedonię, educatus tamẽ est Achilles Lariffæ Thessaliæ, ideo Lariffæus dicitur, quãquã & Phthia & Larissa sunt in Achaia: Nam arx Argiua dicta est Larissa, vt aliàs declarabo. Phthiã Macedoniæ L. Aemilius Paulus Ro. subdidit, victo Perseo. Mycenæ. in Argolide sunt teste Mela, ad quas ab Argis est regnum translatum. Eas cum reliqua Achaia cepit L. Mummius. Argi sunt, prope Mycenas. Mela. Argis ab Inacho ad Pelopẽ regnatũ est annos D. xliiij. Euseb. Iulius Higinus erratum dicebat esse à Verg. his versibus in historia. nam non idem eruit Argos, & vicit Pyrrhum: ideo eximendum versum illum censebat, Ipsumq; Aeacidem. Sed Seruius illeq; subaudiẽdum esse ait: vt de Curio intelligatur. f Credo equidem.) Antiqua exẽplaria Augusti. habent, Cedo equidem, sed apud Vergilium est credo.

g Quas coniunctiss.) Imò eadem erat ædes Virtutis & Honoris, quam fecit Marius Cymbris deuictis: sed quia canalis erat medius, duæ esse videbantur. h Iudicium hominum bene.) Hęc est in vniuersum gloria, sed de vera gloria Cicero. iij. Tuscu. quæst. sic inquit: Est gloria solida quędam res & expressa non adumbrata, ea est consentiens laus bonorũ, incorrupta vox bene iudicantium de excellente virtute: ea virtuti resonat tanquam imago. i Petere nõ debuit.) Cato Vticen. de quo hic loquitur petiit trib. pleb. & adeptus est: petiit præturam, factus est prætor, sed passus prius repulsam prælato Vatinio homine impuriss. diis & hominibus inuiso: petiit consulatum, tulit repulsam. Homo, vt Plut. inquit, qui precio comparandus erat ad gerendos magistratus, dignior qui cogeretur accipere honores, quàm qui peteret. k Ipsa sentẽtia Catonis.) In oratione quam habuit in senatu trib. pleb. designatus contra coniuratos. Salust. in Catilina. l Qui audit hæc.) Semper Romani posteriores priorum virtutes in ore habuerunt & in cœlum tollebãt: vel quia perpetuo res vergebat in deterius, vel quòd semper præterita tempora videntur meliora. m Vitium esse contrarium.) Antiqui libri vitium econtrario posuit.

Gades.

Phthia.

Mycenæ

Argi.

De amore laudis, qui cum sit uitium, ob hoc uirtus putatur: quia per ipsum uitia maiora cohibentur Cap. XIII.

NAm sanius videt,qui & amorem laudis vitiũ esse cognoscit. Quod nec poëtã fugit Horatius qui ait: Laudis amore tumes [a]: sunt certa piacula quæ te Ter pure lecto [b] poterunt recreare libello. Idemq; in carmine Lyrico,ad reprimendã dominandi libidinem ita cecinit: Latius regnes [c] auidũ domando Spiritum,quàm si Libyam remotis Gadibus [d] iungas, & vterque Pœnus [e] Seruiat vni. Veruntamen qui libidines turpiores fide pietatis,impetrato spiritu sancto, & amore intelligibilis pulchritudinis non refrenant,melius saltem cupiditate humanæ laudis & gloriæ,nõ quidem iam sancti,sed minus turpes sunt. Etiã Tullius inde sileret non potuit [f], in ijsdem lib. quos de Rep. scripsit, vbi loquitur de instituẽdo principe ciuitatis: quem dicit alendum esse gloria [g]: & consequenter commemorat maiores suos multa mira atque pręclara gloriæ cupiditate fecisse. Huic ergo vitio non solum non resistebant, verumetiam id excitandũ & accendendum esse cẽsebant: putantes hoc vtile esse Reip. Quanquã nec in ipsis philosophiæ lib. Tullius ab hac peste [h] dissimulet, vbi eam luce clarius cõfitetur. Cum enim de studiis talibus loqueretur, quæ vtique sectanda sunt fine veri boni, non vẽtositate laudis humanæ, hanc intulit vniuersalem generalemq; sententiã: Honos alit artes [i], omnesq; accenduntur ad studia gloria, iacenq; ea semper quæ apud quosque improbantur.

a Laudis amore tumes) Ad Mecœnatẽ. j. lib. epist. b Ter pure lecto.) Legendi sunt philosophorum lib. de moribus pure, attente, nõ aduersis animis, sed secundis, ita vt prodesse nobis cupiamus quæ dicunt. nam tunc demum prosunt. Porphyrio interpres Horatii, velut ad sacrificandum caste ac lotis manibus accedendum putat. c Latius regnes.) Carminum lib. ij. ad Salust. d Gadibus.) Hæc insula est Hispanię nobilis peregrinatione Herculis. e Et vterq; Pœnus.) Acron & Porphyrion per alterum Pœnum intelligunt Aphros in Libya, per alterũ Gaditanos, qui à Pœnis sunt conditi, vt intelligat Poëta coniunctionem regni per terras mari distinctas, quod antea in eodem carmine dixerat. f Inde silere non potuit.) Antiqua volumina dissimulare pro silere habent, & hinc pro inde. g Alendum esse gloria.) Sic plerique Stoicorum sapientem suum animalem esse gloriæ dicunt. Simonides poëta inductus à Xenophonte in Hierone hominem à cæteris animantibus hoc potissimum seiungit, quòd honore ac gloria tangatur. h Ab hac peste.) Melius legeretur, hãc pestem. i Honos alit artes.) In procemio Tuscul. quæst.

De resecando amore laudis humanæ, quoniam iustorum gloria omnis in deo sit. Cap. XIIII.

VIc igitur cupiditati melius resistitur sine dubitatione, quàm ceditur [a]. Tanto enim quisq; est deo similior, quanto ab hac immunditia mundior. Quæ in hac vita, etsi non funditus eradicatur ex corde, quia etiam bene proficientes animos tẽtare non cessat, saltem cupiditas gloriæ superetur dilectione iustitiæ. Vt si alicubi iacent, quæ apud quosque improbãtur [b]: si bona, si recta sunt, etiam amor humanæ laudis erubescat, & cedat amori veritatis. Tam enim est hoc vitium inimicũ piæ fidei, si maior in corde sit cupiditas glorię, quàm dei timor vel amor, vt dominus diceret: Quomodo potestis credere gloriam ab inuicem expectantes, & gloriam quæ à solo deo est, nõ quærentes? Item de quibusdam, qui in eum crediderãt, & verebantur palam cõfiteri, ait Euangelista: Dilexerunt gloriam hominum magis quàm dei. Quod sancti Apostoli non fecerunt. Qui cum in his locis prædicarent Christi nomen, vbi nõ solùm improbabatur, sicut ille ait, iacentq; ea semper, quæ apud quosq; improbantur, verumetiam summę detestationis habebatur, tenentes quod audierant à bono magistro, eodẽq; medico mentium: Si quis me negauerit coram hominibus, negabo eum coram patre meo [c], qui in cœlis est,

Ioan.5.

Ioan.12.

Matt.10.

Lucæ.12.

& coram

G & corã angelis dei [d]: inter maledicta & opprobria, inter grauissimas persecutiones crudelésque pœnas non sunt deterriti à prædicatione salutis humanæ tãto fremitu offensionis humanæ. Et quod eos diuina faciẽtes atque dicentes diuineq; viuentes debellatis quodammodo cordibus duris, atque introducta pace iustitiæ ingens in ecclesia Christi gloria consecuta est: non in ea tanquàm in suæ virtutis fine quieuerunt, sed eam quoque ipsam ad dei gloriam referentes, cuius gratia tales erant. Isto quoque fomite eos quibus consulebãt, ad amorẽ illius, à quo & ipsi tales fierent accendebant. Namque ne propter humanam gloriam boni essent, docuerat eos magister illorũ dicens: Cauete facere iustitiam vestrã coram hominibus, vt videamini ab eis: alioquin mercedem nõ habebitis apud patrem vestrũ qui in cœlis est. Sed rursus ne hoc peruerse intelligentes hominibus placere metuerent, minusq; prodessent latendo, quod boni sunt: demonstrans, quo fine innotescere deberent: Luceant, inquit, opera vestra coram hominibus, vt videant bona facta vestra, & glorificent patrem vestrum, qui in cœlis est. Non ergo vt videamini ab eis, id est, hac intẽtione, vt eos ad vos conuerti velitis, quia non per vos aliquid estis: sed vt glorificent patrem vestrum qui in cœlis est, ad quem conuersi fiãt, quod estis. Hoc secuti sunt martyres, qui Scæuolas, & Curtios, & Decios non sibi inferendo pœnas, sed illatas ferendo: & virtute vera, quoniam vera pietate, & innumera multitudine superarent. Sed cum illi essent in ciuitate terrena: quibus propositus erat omnium pro illa officiorum finis, incolumitas eius, & regnum non in cœlo, sed in terra: non in vita æterna, sed in decessione morientium, & successione moriturorum: quid aliud amarent quàm gloriam, qua volebant etiam post mortem tanquam viuere [e] in ore laudantium?

Matt.6.

Matt.5.

H

a Quàm cediur.) A cedo, quod est cedere, & sic exposcit sensus. Resistendum est enim gloriæ cupidini, non cedendum. b Vbi non solum improbantur.) Sic arbitror legẽdum, Vbi non solum improbabatur, iacentq; illa semper, sicut ille ait, quæ apud quosque etiã &c. c Corã patre meo.) Sic Matth. x. d Et coram angelis dei.) Sic Luc. xij. e Tãquam viuere,) Ennius, Viuus volito per ora virũm.

I

De mercede tẽporali, quam deus reddidit bonis moribus Romanorum. Cap. XV.

Qvibus ergo non erat deus daturus vitam æternam cum sanctis angelis suis in ciuitate sua cœlesti, ad cuius societatẽ pietas vera perducit, quæ non exhibet seruitutem religionis, quam latriam [a] Græci vocant: nisi vni vero deo, si neque hanc eis terrenam gloriam excellentissimi imperij concederet, non redderetur merces bonis artibus eorum, id est, virtutibus, quibus ad tãtam gloriam peruenire nitebantur. De talibus enim, qui propter hoc boni aliquid facere videntur, vt glorificentur ab hominibus, etiam dominus ait: Amen dico vobis, perceperũt mercedem suam. Sic & isti priuatas res suas pro re communi, hoc est, Repu. & pro eius ærario contempserunt: auaritiæ restiterunt: consuluerunt patriæ consilio libero: neque delicto secũdum suas leges, neque libidini obnoxij: his omnibus artibus tãquam vera via nisi sunt ad honores, imperium, gloriam: honorati sunt in omnibus ferè gentibus: imperij sui leges imposuerunt multis gẽtibus: hodieq; literis et historia gloriosi sunt penè in omnibus gentibus. Non est, quod de summi & veri dei iustitia conquerantur: perceperunt mercedem suam.

Latria.

a Quam λατρείαν.) A λατρεύω, quod est colo, seruio.

K

De mercede sanctorũ ciuium ciuitatis æternæ, quibus utilia sunt Romanarum exempla uirtutum. Caput XVI.

Mercedes autem sanctorum longe alia est etiam hic opprobria sustinentium pro ciuitate dei, quæ mundi huius dilectoribus odiosa est. Illa ciuitas sempiterna est. Vbi nullus oritur [a], quia nullus moritur. Vbi est vera & plena fœlicitas, nõ dea, sed donum dei. Inde fidei pignus accipimus, quam diu peregrinantes eius pulchritudini suspiramus. Ibi nõ oritur sol super bonos & malos, sed sol iustitiæ solos protegit bonos. Ibi non erit magna industria ditare ærariũ publicum priuatis rebus angustis, vbi thesaurus cõmunis est veritatis. Proinde non solum vt talis merces talibus hominibus redderetur, Romanum imperium ad humanam gloriam dilatatum est, verumetiam vt ciues æternæ illius ciuitatis, quandiu hic peregrinantur, diligenter & sobrie illa intueantur exempla, & videãt quanta dilectio debeatur supernæ patriæ propter vitã æternam, si tantum à suis ciuibus terrena dilecta est propter hominum gloriam.

L

a Bi nullus oritur.) Hoc est, nullus nouus accrescit: vt neque ex ascitis decrescat vllus, quum omnes numerati & cõstituti sint, æterna dei & præscientia, & selectione.

Quo fructu Ro. bella gesserint, & quantum his quos uicêre contulerint. Cap. XVII.

Qvantum enim pertinet ad hanc vitam mortalium, quæ paucis diebus ducitur & finitur, quid interest, sub cuius imperio viuat homo moriturus, si illi qui imperant, ad impia & iniqua non cogãt? An vero aliquid nocuerunt Romani gẽtibus, quibus subiugatis imposuerunt leges suas, nisi quia id factum est ingenti strage bellorum: quod si concorditer fieret, idipsum fieret meliore successu: sed nulla esset gloria triumphantium. Neque enim & Romani nõ viuebant sub legibus suis, quas cæteris imponebãt. Hoc sufficeret Reipu [a]. nisi quia Marti & Bellonæ displicebat, vt nec victoria locum haberet, nemine vincente, vbi nemo pugnauerat. Nõnne Romanis & cæteris gentibus vna esset eademq; conditio? Præsertim, si mox fieret, quod postea gratissime, atque humanissime factum est: vt omnes ad Romanum imperiũ pertinentes [b], societatem acciperent ciuitatis, & Romani ciues essent: ac sic esset omnium quod erat ante paucorum: tantum, quod plebs illa quę suos agros non haberet, de publico viueret: qui apparatus eis *† per bonos administratores Reip. gratius à concordibus præstaretur, quàm victis *extorqueretur. Nam quid intersit ad incolumitatẽ, bonosq; mores, & ipsas certe hominum dignitates, quod alij vicerunt, alij victi sunt, omnino non video, præter illum glorię humanę inanissimum fastum, in quo perceperunt mercedem suam, qui eius ingenti cupidine arserunt, & ingentia bella gesserunt. Nunquid enim illorum agri tributa nõ soluunt? Nunquid eis licet discere, quod aliis nõ licet? Nunquid non multi senatores [c] sunt in aliis terris, qui Romam, nec de facie quidem norunt. Tolle iactantiam, & omnes homines quid sunt nisi homines? Quod si peruersitas seculi admitteret, vt honoratiores essent quique meliores: nec sic pro magno haberi debuit honor humanus, quia nullius est ponderis fumus. Sed vtamur etiam in his rebus beneficio domini dei nostri: consideremus quanta contempserint, quæ pertulerint, quas

*†alis, pauperibus eius
*aliâs inuitis

M

cupiditates

A cupiditates subegerint pro humana gloria, qui eã tanquàm mercedem talium virtutum accipere meruerũt: & valeat nobis etiam hoc ad opprimendam superbiã, vt cũ illa ciuitas, in qua nobis regnare promissum est, tantum ab hac distet, quantum distat cœlum à terra: à temporali læticia, vita æterna: ab inanibus laudibus, solida gloria: à societate mortalium, societas angelorum: à lumine solis & lunæ, lumen eius qui fecit solem & lunam: nihil sibi magnum fecisse videantur tantę patrię ciues, si pro illa adipiscenda fecerint boni operis aliquid, vel mala aliqua sustinuerint: cum illi pro hac terrena iam adepta tanta fecerint, tanta perpessi sint: prę-sertim, quia remissio peccatorum, quæ ciues ad æternã colligit patriam, habet aliquid, cui per vmbram quandam simile fuit asylum illud Romuleum, quò multitudinem, qua illa ciuitas conderetur, quorumlibet delictorum congregauit impunitas.

a Hoc sufficeret Reip.) In veteribus codicibus habetur sic: Hoc si fieret sine Marte & Bellona, vt nec victoria locum haberet &c. b Vt omnes ad Ro. imperium pertinentes.) Olim populi Latij solebant in ciuitatem ascisci. hinc ventum ad alios Italiæ populos, & trans Padum itum, & trans Alpes, & trans mare. Claudius Cæsar multas barbaras gẽtes donauit ciuitate Romana, dicens nihil magis fuisse Lacedęmonijs & Atheniẽsibus exitio, quàm quòd in societatem ciuitatis nunquam recepissent, quos vicissent armis. Mox sub Hispanis & Aphris & Thracibus, & aliarum nationum Cæsaribus paulatim integræ prouinciæ, & totum denique imperium donatum est iure ciuitatis Romanæ, Vt quum initio reliqui omnes præter Græcos dicerentur Barbari, etiam Romani ipsi iam domini, pòst Latini & Itali ea sunt nota exempti, donatis prouinciis omnibus ciuitate illi soli nomine barbarici sunt notati, qui sub Romano imperio non essent: & hic est sensus Herodiani, Spartani, Eutropij & recentiorum historicorum, quum de Barbaris loquuntur. Ita Rhenus duas dicebatur habere ripas: hanc citeriorem Romanam, illam vlteriorem, Barbaram. Claudia.

O quoties doluit Rhenus, qua barbarus ibat,
Quòd te non geminis frueretur iudice ripis.

c Nunquid non multi senatores.) Donatis ciuitate multis gentibus, etiã in senatum ex illis complures sunt ascripti, fueruntq; senatores, tametsi si Romam nunquam venissent, vt ciues alij, qui Romam nunquam viderunt.

B

Barbaræ gentes quæ

Quàm alieni à iactantia debeant esse Christiani, si aliquid fecerint pro dilectione æternæ patriæ, cum tãta Romani gesserint pro humana gloria & ciuitate terrena. Caput XVIII.

Qvid ergo magnum est pro illa æterna cœlestiq; patria, cuncta seculi huius quamlibet iucunda blandimenta contemnere, si pro hac temporali atque terrena filios Brutus potuit & occidere, quod illa facere neminem cogit? Sed certe difficilius est filios interimere, quàm quod pro ista faciendum est, ea quæ filiis congreganda videbantur, atque seruanda vel donare pauperibus, vel si existat tentatio, quæ id pro fide atque iustitia fieri compellat, amittere. Fœlices enim vel nos vel filios nostros, nõ diuitiæ terrenæ faciunt, aut nobis viuentibus amittendæ, aut nobis mortuis à quibus nescimus, vel forte à quibus nolumus possidendæ. Sed deus fœlices facit, qui est mentiũ vera opulentia. Bruto autem quia filios occidit, infœlicitatis perhibet testimonium etiã poëta laudator. Ait enim: Natosq; pater noua bella mouentes, Ad pœnam pulchra pro libertate vocabit Infœlix, vtcunque ferent ea facta * minores. Sed versu sequenti, consolatus est infœlicem: Vicit amor patriæ, laudumq; immensa cupido. Hæc sunt duo illa libertas & cupiditas laudis humanæ, quæ ad facta compulere miranda Ro. Si ergo pro libertate moriturorum & cupiditate laudum, quæ à mortalibus expetuntur, occidi filij à patre potuerunt, quid magnum est si pro vera libertate, quæ nos ab iniquitatis & mortis, & diaboli dominatu liberos facit, nec cupiditate humanarum laudum, sed charitate liberandorum hominum: non à Tarquinio rege, sed à dæmonibus & dæmonum principe: non filij occiduntur, sed Christi pauperes inter filios computantur? Si alius etiam Ro. princeps cognomine Torquatus filiũ, non quia contra patriam, sed etiam pro patria: tamen quia contra imperium suum, id est contra quod imperauerat pater imperator, ab hoste prouocatus iuuenili ardore pugnauerat, licet vicisset, occidit: ne plus mali esset in exemplo imperij contempti, quàm boni in gloria hostis occisi: vt quid se iactent, qui pro immortalis patriæ legibus omnia quæ multo minus quàm filij diliguntur, bona terrena contemnunt? Si Furius Camillus etiam ingratam patriam, à cuius ceruicibus acerrimorum hostium Veiẽtium iugum depulerat, damnatusq; ab æmulis fuerat, à Gallis iterum liberauit, quia non habebat potiorem vbi posset viuere gloriosus: cur extollatur velut grãde aliquid fecerit, qui forte in ecclesia ab inimicis carnalibus θ velutθ grauissimam exhonorationis passus iniuriam, nõ ise ad eius hostes hæreticos transtulit, aut aliquam contra illam ipse hæresim condidit, sed eam potius, quantum valuit ab hæreticorũ perniciosissima prauitate defendit: cum alia non sit, non vbi viuatur [a] in hominum gloria, sed vbi vita acquiratur æterna? Si Mutius vt cũ Porsenna rege pax fieret, qui grauissimo bello Romanos premebat, quia Porsennam ipsum occidere nõ potuit, & pro eo alterum deceptus occidit, in ardentem aram ante eius oculos dexterã extendit, dicens, multos tales, qualem illum videret, in eius exitium coniurasse: cuius ille fortitudinem & coniurationem talium perhorrescens, sine vlla dilatione se ab illo bello facta pace cõpescuit. Quis regno cœlorum imputaturus est merita sua, si pro illo non vnam manum neque hoc sibi vltro faciens, sed persequente aliquo patiens totum flammis corpus impenderit? Si Curtius armatus equo concito in abruptum hiatum terræ se præcipitem dedit, deorũ suorum oraculis seruiens, qui iusserãt, vt illuc id quod Romani haberent optimum mitteretur: nec aliud intelligere potuerũt, quàm viris armisq; se excellere, vnde videlicet oportebat, vt deorum iussis in illum interitũ vir prępcipitaretur armatus. Quid se magnum pro æterna patria fecisse dicturus est, qui aliquem fidei suæ passus inimicum, non se vltro in talem mortem mittens, sed ab alio missus obierit, quãdoquidem à domino suo eodemq; rege patriæ suæ certius oraculum accepit: Nolite timere eos, qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere. Si se occidẽdo certis verbis quodammodo consecrantes Decij deuouerunt, vt illis cadentibus & iram deorum sanguine suo placantibus, Ro. liberaretur exercitus, nullo modo superbiant sancti martyres, tanquàm dignum aliquid pro illius patriæ participatione fecerint, vbi æterna est & vera fœlicitas, si vsq; ad sui sanguinis effusionem nõ solum suos fratres, pro quibus fundebatur, verum & ipsos inimicos, à quibus fundebatur, sicut eis præceptum est diligentes, charitatis fide, & fidei charitate certarunt. Si Marcus Puluillus [b] dedicans ędem Iouis, Iunonis, Mineruæ, falsò sibi ab inuidis [c] morte filij nunciãta, vt illo nuncio perturbatus abscederet, atque ita dedicationis gloriam collega eius consequeretur, ita cõtempsit, vt eum etiam proiici insepultum [d] iuberet: & sic in eius corde orbitatis dolorem, gloriæ cupiditas vicerat, quid magnum se pro Euangelij sancti prædicatione, qua ciues supernæ patriæ de diuersis liberantur & colligũtur erroribus, fecisse dicturus est, cui dominus de sepultura patris sui solicito ait, Sequere me, et sine mortuos [e]

Aenei.6.

aliâs fata

D

E

F

Matt.10.

sepelire

G ſepelire mortuos ſuos? Si Marcus Regulus ne crudeliſ-
Matt.8. ſimos hoſtes iurando falleret, ad eos ab ipſa Roma re-
Lucæ.9. uerſus eſt, quoniam ſicut Romanis eum tenere volen-
tibus reſpondiſſe fertur, poſteaquàm Aphris ſeruierat,
dignitatem illic honeſti ciuis habere non poſſet: eũq;
Carthaginenſes, quoniam contra eos in Romano ſe-
natu egerat, grauiſſimis ſuppliciis necauerunt, qui cru-
ciatus non ſunt pro fide illius patriæ contemnendi, ad
cuius beatitudinem fides ipſa perducit? Aut quid retri-
Pſal.115. buetur domino pro omnibus quæ retribuit, ſi pro fide
quæ illi debetur, talia fuerit homo paſſus, qualia pro fi-
de, quam pernicioſiſſimis inimicis debebat, paſſus eſt
Regulus? Quomodo autem ſe audebit extollere de vo-
luntaria paupertate Chriſtianus, vt in huius vitæ pe-
regrinatione [f] expeditior ambulet viam, quæ perducit
ad patriam, vbi veræ diuitiæ ipſe deus eſt, cum audiat
vel legat Lucium Valerium [g], qui in ſuo defunctus eſt
conſulatu, vſqueadeo fuiſſe pauperem, vt nummis à po
pulo collatis, eius ſepultura curaretur? Audiat vel legat
Quintium Cincinnatum [h], cum quatuor iugera poſſi-
deret, & ea ſuis manibus coleret, ab aratro eſſe abductũ
vt dictator fieret: maior vtique honore, quàm conſul:
victisq; hoſtibus [k], ingentem gloriam conſecutum, in
H eadem paupertate manſiſſe? Aut quid ſe magnum fe-
ciſſe prædicabit, qui nullo præmio mundi huius fuerit
ab æternæ illius patriæ ſocietate ſeductus, cum Fabri-
tium [l] didicerit tantis muneribus Pyrrhi regis Epiro-
tarũ, promiſſa etiam quarta parte regni, à Ro. ciuita-
te non potuiſſe diuelli: ibiq; in ſua paupertate priuatũ
manere voluiſſe? Nam illud quod Rẽp. id eſt, rem po-
puli, rem patriæ, rem communem cum haberent opu-
lentiſſimam atque ditiſſimam, ſic ipſi in ſuis domibus
pauperes erant, vt quidam eorum qui iam bis conſul [m]
fuiſſet, ex illo ſenatu pauperum hominum [n] pelleretur
notatione cenſoria, quod decem pondo argenti in va-
ſis habere compertus eſt: ſi ita iidem ipſi pauperes erãt,
quorum triumphis publicum ditabatur erarium, nónne
omnes Chriſtiani, qui excellentiore propoſito di-
uitias ſuas communes faciũt, ſecundum id quod ſcri-
Actorũ.4 ptum eſt in actibus Apoſtolorũ, Vt diſtribuatur vni-
cuiq;, ſicut cuique opus eſt: & nemo dicat aliquid pro-
prium, ſed ſint illis omnia communia: intelligunt ſe
I nulla ob hoc ventilari oportere iactantia: id faciendo
pro obtinenda ſocietate angelorum, cum penè tale ali-
quid illi fecerint pro conſeruanda gloria Romanorũ?
Hæc & alia, ſi qua huiuſmodi reperiuntur in literis
eorum, quando ſic innoteſcerent, quando tanta fama
prædicarentur, niſi Ro. imperium longe lateq; porre-
ctum, magnificis ſucceſſibus augeretur? Proinde per il
lud imperium tam latum tamq; diuturnum, virorũq;
tantorum virtutibus præclarum atq; glorioſum, & il-
lorum intentioni merces, quam quærebant, eſt reddi-
*al. cõmu- ta, & nobis propoſita neceſſariæ commonitionis *exẽ-
nionis. pla: vt ſi virtutes, quarũ iſtæ vtcunq; ſunt ſimiles, quas
iſti pro ciuitatis terrenæ gloria tenuerunt, pro dei glo-
rioſiſſima ciuitate nõ tenuerimus, pudore pungamur:
ſi tenuerimus, ſuperbia non extollamur. Quoniam ſi-
Roma.8. cut dicit Apoſt. Indignæ ſunt paſſiones huius tempo-
ris ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Ad
humanam vero gloriam præſentisq; temporis ſatis di
gna vita exiſtimabatur illorum. Vnde etiam Iudęi, qui
Chriſtum occiderunt, reuelante teſtamẽto nouo, quod
in veteri velatum fuit, vt non pro terrenis & tempo-
ralibus beneficiis, quę diuina prouidentia permixte bo
nis maliſq; concedit, ſed pro æterna vita muneribusq;
perpetuis & ipſius ſupernæ ciuitatis ſocietate colatur K
deus vnus, & verus: rectiſſime iſtorum gloriæ donati
ſunt: vt hi qui qualibuſcunq; virtutibus terrenam glo-
riam quæſierunt, & acquiſierunt, vincerent eos qui ma
gnis vitiis datorẽ veræ gloriæ & ciuitatis æternæ occi-
derunt, atque reſpuerunt.

CVm alia non ſit vbi viuatur. Deeſt vna negatio. ſic legendum, a
Cum alia non ſit non vbi viuatur in hominum gloria. b Si
M. Puluillus.) Liuius lib.ij. & Vale.lib.v. Plutar. in Publicola,
Dionyſius, & alij. Templum Ioui, Iunoni, & Mineruæ votũ eſt
à Tarquinio Priſco, extructum à Superbo: quo expulſo, dedicatio ad cõ-
ſules ſpectabat, fortuito dedicatio Capitolij obtigit M. Horatio Puluillo,
cui contigit quod Auguſti. narrat. c Sibi ab inuidis.) A M. Vale. P. Va-
lerij conſulis fratre, qui ægreferebat non ab homine ſuæ familiæ dicari
tam magnificum templum. nunciauit ergo filium obiſſe, vt funeſta fa-
milia Horat. à dedicatione abſiſteret. d Vt cum etiã proiici inſepul-
tum.) Sic Plutar. nam Liuius efferri eum iuſſiſſe ſcribit. e Sine mor-
tuos.) Siue homines mundo viuos, ſed re vera mortuos, quia deo mortu-
os, ſepelire eos, quos ipſi mortuos arbitrantur. f Vt in huius vitæ pe-
regrinatione.) Prorſus vt in via, ſic in vita, vt quiſq; eſt expeditiſſimus,
minimiſq; oneribus grauatus, ita facillime iter cõficit. g Vel legat Lu Valerius
cium Valerium.) Valeriũ Publicolã ſcribunt Liui. Vale. Plutar. Diony. Publicola
Eutropius & alij ob tenuitatem cenſus funere publico eſſe elatum. Plu-
tar. collatam ab vnoquoque ſcribit certam ſummam ad expenſam fune-
ris. Apuleius in Apologia de magia, ſexcentes dicit collatos. Sed Augu-
ſti. hic vt aliud agens hiſtoriam ſummo tenus attigit, ita nec prænomen,
nec annum mortis exacte attendit. dicebatur enim P. non L. & non in
ſuo quarto conſulatu obiit, ſed anno poſt, Verginio & Caſſio Coſſ. ſex-
to anno poſt expulſos reges. Liui. & Diony. h Quintium Cincinna-
tum.) Liuius lib.iij. & Vale.li.iiij. i Maior vtique honore quàm con- Dictatura.
ſul.) Dictatura magiſtratus erat regius, à quo non erat prouocatio, cui L
conſules cæteriq; magiſtratus dicto audientes erant. ſex menſibus lege
finiebatur, & in ſolis periculis Reip. creabatur à conſule, in terra Italia,
ſilẽtio noctis populi magiſter nominabatur, ſibiq; magiſtrum equitum
aſciſcebat. anno vr. con. cclij. hic magiſtratus in vrbem eſt inductus, poſt
Cæſaris mortem lege M. Antonij conſulis propter inuidiã Cęſaris per-
petui dictatoris, in perpetuum ſublatus. k Victisq; hoſtibus.) Equis,
de quibus triumphauit. l Fabritium.) Hic pauper fuit, & diuitiarum
contemptor, inſectatorq;: miſſus legatus de captuis redimendis ad Pyr- Fabritius.
rhum regem Epirotarum, rogatus eſt ab eo vt in Epirum ſecum iret, da-
turum illi ſe quartam ſui regni partem: cui Fabritius reſpondit hoc regi
non expedire: Epirotas enim Fabritium ſi viderent, & noſſent, libẽtius
ipſi parituros, quàm Pyrrho. quod Pyrrhus non ægre tulit, ſed ſimplicẽ
magnanimitatem Fabritij admiratus eſt. pecuniam etiam ab eodem re-
ge oblatam amicitiæ nomine, repudiauit. m Vt quidam eorum qui
iam bis conſul.) Vale.li.ij. de Cornelio Ruffino iſtud narrat, qui motus Cornelius
eſt ſenatu ab hoc ipſo Fabritio cenſore, quòd decem pondo argenti fa- Sullæ.
cti haberet. Idem Liui. li. xiiij. & Gel. lib. xiij. qui eum Dictatorem quoq;
fuiſſe narrat. Hic eſt Cornelius, qui Sibylla prius, deinde Sylla primus
Corneliorum eſt dictus, Macrobius: priorẽ conſulatum geſſit cum Man.
Curio Dentato: poſteriorem. xiij. anno poſt cum C. Iunio. n Ex illo
ſenatu pauperum hominum.) Nulla ætas feracior fuit continentium &
ſanctorum hominum Romæ, quàm illa belli Pyrrhi.

*Quomodo * inter ſe differant cupiditas gloriæ & cupiditas dominationis.* *al. Quo
Cap. XIX.

INtereſt ſanè inter cupiditatem humanæ glo-
rię, & cupiditatem dominationis. Nam licet
procliue ſit, vt qui humana gloria nimiũ de-
lectatur, etiam dominari ardenter affectet, tamen qui M
veram licet humanarum laudum gloriam concupi-
ſcunt, dant operam bene iudicantibus non diſplicere.
Sunt enim multa in moribus bona, de quibus multi be
ne iudicant: quàmuis ea multi non habeant, & per ea
bona morum nituntur ad gloriam, & imperium, vel
dominationem, de quibus ait Saluſtius: Sed ille vera
via nititur. Quiſquis autem ſine cupiditate glorię, qua
veretur homo bene iudicantibus diſplicere, dominari
atq; imperare deſiderat, etiam per apertiſſima ſcelera
quęrit plerunq; obtinere, quod diligit. Proinde qui glo
riam concupiſcit, aut vera via nititur, aut certe dolis
atq; fallaciis contendit, volens bonus videri, quod non
eſt. Et ideo virtutes habenti magna virtus eſt cõtem-
nere gloriam, quia contemptus eius in conſpectu dei
eſt: iudicio autem non aperitur humano. Quicquid e-
nim fecerit ad oculos hominum, quo gloriæ contem-
ptor appareat, ad maiorem laudem, hoc eſt, ad maio-
rem gloriam facere ſi credatur, non eſt vnde ſe ſuſpi-
cantiũ ſenſibus aliter eſſe, quàm ſuſpicantur oſtendat.

Sed

A Sed qui contemnit iudicia laudantium, cõtemnit etiã
ſuſpicantium temeritatem, quorum tamen, ſi vere bo-
nus eſt, non contemnit ſalutem: quoniam tantæ iuſti-
tiæ eſt, qui de ſpiritu dei virtutes habet, vt etiam ipſos
diligat inimicos, & ita diligat, vt ſuos oſores, vel detra
* aliàs itẽ. ctores velit correctos habere conſortes: non eſt in ter-
rena patria, ſed ſuperna. In laudatoribus autem * ſuis,
quanuis paruipendat, quod eum laudant, non tamen
paruipendit, quod eum amant: nec eos vult fallere lau-
dantes, ne decipiat diligentes. Ideoq; inſtat ardenter,
vt potius ille laudetur, à quo habet homo, quicquid in
eo iure laudatur. Qui autem cõtemptor gloriæ domi-
nationis eſt auidus, beſtias ſuperat: ſiue crudelitate vi-
tæ [a], ſiue fluxu luxuriæ. Tales quidam Romani fuerũt.
Non enim cura exiſtimationis amiſſa, dominationis
cupiditate caruerunt. Multos tales fuiſſe prodit hiſto-
ria. Sed huius vitij ſummitatem, & quaſi arcem quan-
dam Nero Cæſar primus [b] obtinuit: cuius fuit tanta lu
xuries, vt nihil ab eo putaretur virile metuendum: tã-
ta crudelitas, vt nihil molle habere crederetur, ſi neſci-
retur. Etiam talibus tamen dominandi poteſtas non
datur, niſi ſummi dei prouidentia, quando res huma-
nas iudicat talibus dominis dignas. Aperta de hac re
Prouer.8. vox diuina eſt, loquẽte dei ſapientia: Per me reges re-
gnant, et tyranni per me tenent terram. Sed ne tyran-
B ni non peſſimi [c] atque improbi reges, ſed veteri nomi-
Aenei.7. ne fortes dicti exiſtimentur. vnde ait Verg. Pars mi-
hi pacis erit dextram tetigiſſe tyrãni [d]. Apertiſſime a-
Iob.34. lio loco de deo dictum eſt: Qui regnare facit hominẽ
hypocritam propter peruerſitatem populi. Quam ob
rem, quanuis, vt potui, ſatis expoſuerim qua cauſa deus
vnus verus & iuſtus, Romanos ſecundum quandam
formã terrenæ ciuitatis bonos adiuuerit; ad tanti im-
perij gloriam conſequendam: poteſt tamen & alia cau
ſa eſſe latẽtior, propter diuerſa merita generis huma-
ni, deo magis nota, quàm nobis: dum illud conſtet in-
ter omnes veraciter pios, neminem ſine vera pietate,
id eſt, veri dei vero cultu, veram poſſe habere virtutẽ:
nec eam veram eſſe, quando gloriæ ſeruit humanæ.
Eos tamen qui ciues non ſunt ciuitatis æternæ, quæ in
ſacris literis noſtris dicitur ciuitas dei, vtiliores eſſe
terrenæ ciuitati, quando habent virtutem, vel [e] ipſam,
quàm ſi nec ipſam. Illi autem qui vera pietate [f] prædi-
ti, bene viuunt, ſi hanc ſcientiam regendi populos cõ-
ſectati ſunt, nihil eſt fœlicius rebus humanis, quàm ſi
C deo miſerante habeant poteſtatem. Tales autem ho-
mines, virtutes ſuas, quãtaſcunque in hac vita poſſunt
habere, non tribuunt niſi gratiæ dei: quod eas volenti-
bus [g] credentibus petentibusq; dederit, ſimulq; intelli-
gunt, quantum ſibi deſit ad perfectionem iuſtitię: qua-
lis eſt in illorum ſanctorum angelorum ſocietate, cui
ſe nituntur aptare. Quantumlibet autem laudetur, atq;
prædicetur virtus, quæ ſine vera pietate ſeruit hominũ
gloriæ, nequaquàm ſanctorum exiguis initiis compa-
rãda eſt, quorum ſpes poſita eſt in gratia & miſericor-
dia veri dei.

Nero. a SIue crudelitate vitæ.) Alibi, ſiue crudelitatis vitiis ſiue luxuriæ.
b Nero Cæſar primus.) Hic fuit filius Domitij Aenobarbi &
Agrippinæ Germanici filię, adoptatus à Claudio Cęſare Victri-
co. vnde & Claudius Nero Cæſar eſt dictus. Patri ſucceſſit vlti-
mus principum, domum Cæſarum cognatione attingens: homo incre-
dibilis crudelitatis, & ignauiæ, hisq; vitiis ad poſteros nobilitatus. Et e-
rat alioqui ſicut Tranquillus narrat, æternitatis, perpetuæq; famæ cupi-
dus. Aprilem menſem Neroneum appellauit. Romam Neropolim nun
Tyrannus cupare deſtinarat. c Sed ne tyranni non peſſimi.) Dixi aliàs de tyran
no. Olim nihil inter regẽ & tyrannũ intererat. à τυραννὶς dicitur, quod
eſt impero. Verg. iiij. Aeneid. Te propter Libycæ gentes Numadumq;
tyrãni, Odẽre infenſi. Et Hora. lib. iij. Carm. Princeps & iuuantem Ma-
ricæ littoribus tenuiſſe Lyrim, late tyrannus. Acron: Tyrãnus alibi pro
domino, alibi pro crudeli, alibi pro potenti. Ita Auguſtinus fortem hic D
poſuit pro potente: vt apud Gręcos δύναμις et potentia eſt, & fortitudo,
quemadmodum apud Homerum ſæpe, & Pindarum: vt in Nemeis de
Hercule: Ἐπεὶ γὰρ ἐνεμέτου Λέρνᾳ τὰ κρέα θ' ὑπέρμαχον ὄτρυν. d Dexteram teti-
giſſe tyranni.) Aeneæ, quem Latinus virum bonum eſſe exiſtimabat.
e Quando habent virtutem vel.) Mendoſus locus. ſenſus eſt, vtiliores eſ-
ſe terrenæ ciuitati, quum habent gloriæ cupidinem quàm, quum nec ip-
ſam. f Illi autem qui vera pietate.) Iſti ſunt illi veri philoſophi: qui ſi
dominarentur, vel domini eorum eſſent ſimiles, beatas fore Reſp. Plato
dixit. g Quod eas volentibus.) Ex epiſtola catholica Iacobi. j. capite:
Si quis veſtrum indiget ſapientia, poſtulet à deo, qui dat omnibus ſim-
pliciter, nec improperat: & dabit ei. poſtulet autem fide, nihil hæſitans.

*Tam turpiter ſeruire uirtutes humanæ gloriæ, quàm corpo-
ris uoluptati.* Cap. XX.

SOlent Philoſophi [a], qui finem boni huma-
ni in ipſa virtute conſtituunt, ad ingerendũ
pudorem quibuſdam philoſophis, qui virtu-
tes quidem probant, ſed eas voluptatis corporalis fine
metiuntur, & illam per * ſeipſam putant appetendam, *propter.
iſtas propter ipſam, tabulam quandam verbis pingere,
vbi voluptas in ſella regali quaſi delicata quædam re-
gina conſidat: eiq; virtutes famulæ ſubiiciantur, obſer-
uantes eius nutum: vt faciant, quod illa imperauerit.
Quæ prudentiæ iubeat: vt vigilãter inquirat, quomo-
do voluptas regnet, & ſalua ſit. Iuſtitiæ iubeat, vt præ-
ſtet beneficia, quę poteſt ad cõparandas amicitias cor-
poralibus commodis neceſſarias: nulli faciat iniuriã, E
ne offenſis legibus, voluptas viuere ſecura non poſſit.
Fortitudini iubeat, vt ſi dolor corpori acciderit, qui nõ
compellat in mortem, teneat dominam ſuam, id eſt,
voluptatem fortiter in animi cogitatione, vt per priſ-
tinarum delitiarum ſuarum recordationem mitiget
præſentis doloris aculeos. Temperantiæ iubeat, vt tã-
tum capiat alimentorũ: & ſi qua delectant, ne per im-
moderationem noxium aliquid valetudinem turbet:
& voluptas, quam etiam in corporis ſanitate Epicurei
maximã ponunt, grauiter offendatur. Ita virtutes cũ to
ta ſuæ gloriæ dignitate, quanquàm imperioſæ cuidã &
inhoneſtę mulierculæ ſeruient voluptati. Nihil hac pi
ctura dicunt eſſe ignominioſius, & deformius, & quod
minus bonorum ferre poſſit aſpectus: & verum dicũt.
Sed non exiſtimo ſatis debiti decoris eſſe, picturam, ſi
etiam talis fingatur, vbi virtutes humanæ gloriæ ſer-
uiant. Licet enim iſta gloria delicata mulier non ſit [b],
inflata tamen eſt, & multũ inanitatis habet. Vnde non
ei digne ſeruit ſoliditas quædam firmitasq; virtutum, F
vt nihil prouideat prudentia, nihil diſtribuat iuſtitia,
nihil toleret fortitudo, nihil temperantia moderetur,
niſi vnde placeatur hominibus, & ventoſæ gloriæ ſer-
uiatur. Nec illi ſe ab iſta defenderint fœditate: qui cũ
aliena ſpernant iudicia, velut gloriæ contemptores, ſi-
bi ſapientes videntur, & ſibi placent. Nam eorum vir-
tus, ſi tamen vlla eſt, alio modo quodam humanę ſub-
ditur laudi. Neque enim ipſe qui ſibi placet, homo non
eſt [c]. Qui autẽ vera pietate in deum quem diligit, cre-
dit, & ſperat, plus intendit in ea, in quibus ſibi diſpli-
cet, quàm in ea, ſi qua in illo ſunt, quę non tã ipſi quàm
veritati placent. Neque id tribuit, vnde iam poteſt pla
cere, niſi eius miſericordiæ, cui metuit diſplicere. De
his ſanatis gratias agens, de illis ſanandis preces fun-
dens.

SOlent philoſophi.) Stoici, vt Cleanthes. Cicero ſecundo de fini- a
bus meminit tabellæ huius & picturæ. b Delicata mulier non
ſit.) Nam ſudore & laboribus quæritur. c Homo non eſt.) Id
eſt humana, & humane ſapit.

*Romanum regnum à deo uero eſſe diſpoſitum,
à quo eſt omnis poteſtas, & cuius pro-
uidentia reguntur uniuerſa.*
Caput XXI.

Quæ

G VÆ cum ita sint, non tribuamus dandi regni atq; imperij potestatem, nisi deo vero, qui dat fœlicitatē in regno cœlorū [a] nō nisi solis piis: regnū vero terrenū, & piis & impiis: sicut ei placet, cui nihil iniuste placet. Quātuis enim aliquid dixerimus, quod apertum nobis esse voluit, tamen multum est ad nos, & valde superat vires nostras, hominum occulta discutere, & liquido examine merita diiudicare regnorum. Ille igitur vnus verus deus, qui nec iudicio, nec adiutorio deserit genus humanum, quādo voluit, & quantum voluit Romanis regnum dedit: qui dedit Assyriis, vel etiam Persis: à quibus solos duos deos coli [b], vnum bonum, alterum malū continent literę istorum, vt taceam de populo Hebræo, de quo iam dixi, quantum satis visum est: qui præter vnum deum non coluit, & quando regnauit. Qui ergo Persis dedit segetes, sine cultu deæ Segetiæ: qui alia dona terrarum sine cultu tot deorum, quos isti rebus singulis singulos, vel etiam rebus singulis, plures præposuerunt: ipse etiam regnū dedit sine cultu eorum, per quorum cultum se H isti regnasse crediderunt. Sic etiā hominibus, qui Mario, ipse Caio [c] Cæsari: qui Augusto, ipse & Neroni: qui Vespasianis, vel patri, vel filio suauissimis imperatoribus [d], ipse & Domitiano crudelissimo. Et ne per singulos ire necesse sit, qui Cōstantino Christiano, ipse apostatæ Iuliano [e], cuius egregiam indolem decepit amore dominandi sacrilega & detestanda curiositas, cuius vanis deditus oraculis erat, quando fretus securitate victoriæ, naues quibus victus necessarius portabatur, incendit. Deinde feruide instans immodicis ausibus & mox merito temeritatis occisus, in locis hostilibus egenū reliquit exercitum, vt aliter inde non posset euadi, nisi contra illud auspitium dei Termini, de quo superiore libro diximus, Romani imperij termini mouerentur. Cessit enī Terminus deus necessitati, qui nō cesserat Ioui. Hæc planè deus vnus & verus regit, & gubernat, vt placet. Et si occultis causis, nunquid iniustis?

Matt. 8. Luca. 9.

Psal. 115.

I QVi dat fœlicitatem in regno cœlorum.) Sunt quædam exemplaria, quæ sic habent: Qui dat fœlicitatem regnum cœlorū solis piis. Alia sic: Qui dat fœlicitatem in regno cœlorum solis piis. Vtroque modo melius, quàm in excusis. b A quibus solos duos deos coli.) Persæ Magi, quorum princeps Zoroastres, duo principia ponebant: vnum bonum, alterum malū. Numen bonum cœli, malum vero inferorum deum arbitrātes. Hūc Plutonem & Arimanium dixerunt dæmonem malum, illum vero dæmonē bonum Iouem & Horosmadē: Authores Hermippus, Eudoxus, & Theopompus apud Laërtium Diogenem. Magos videtur secutus Plato libro decimo legum, quum animas ponit in mundo geminas: alteram vnde proficiscantur bona, alteram vnde mala: nisi potius Pythagoræ sententiæ assensus est, qui principiorum vnitatem deum esse ait mentem, vniusq; naturam, & bonum: Dyada vero infinitam, materialem, circa quā est multitudo, genius, & malum. Manichæi quoque hæretici, vt Augustinus libro de hæresibus scripsit, duo principia ponebant inter se diuersa & aduersa, eademq; æterna & coæterna: Duasq; naturas atque substantias, boni scilicet & mali, qua opinione antiquos alios hæreticos sunt secuti. c Qui Mario, ipse Caio.) Binos coniungit, alterum bonum, alterum malum. crudelis Marius, clementissimus C. Cæsar: optimus princeps Augustus, pessimus Nero. d Suauissimis imperatoribus.) T. Vespasianus duos habuit filios, alterum sibi cognominem, alterum Domitianū. Pater fuit vir multorum saliū, & iucūdissimus. Filius Titus tā humanus, vt amor & delitiæ generis humani sit nominatus, Suetonius. Plinius Secundus in præfatione naturalis historię ad Titum Vespasianum filium: Narrare tibi constituī iucūdissime imperator: sic enim hæc tui prefatio verissima, dum maximo consenescit in patre. Domicianus patri & fratri dissimilis, sæuus & inimicus omnium fuit. e Ipse apostatæ Iuliano.) Quasi desertori, & transfugæ Iuliano: qui quum esset prius Christiana pietate imbutus, desciuit ab ea inductus à Libanio sophista, dedidit q; se totum oraculis, fortibus, dictisq; & factis magorum ac diuinaculorum, quorum inanibus fraudulentisq; responsis et promissis præcops iuit. vir cætera egregij animi, regendiq; imperij callentissimus.

Victoriānū legit primam lectionem. Zoroastres. Manichæi. Vespasianus. Iulianus.

Tempora exitusq; bellorum ex dei pendere iudicio.
Caput XXII.

K SIc etiam tempora ipsa bellorum sicut in eius arbitrio est, iustoq; iudicio & misericordia vel atterere, vel consolari genus humanum, vt alia citius, alia tardius finiantur: bellum Piratarū [a] à Pompeio, bellum Punicum tertium [b] à Scipione, incredibili celeritate, & temporis breuitate cōfecta sunt. Bellum quoque fugitiuorum gladiatorū, quanuis multis Romanis ducibus [c] & duobus cōsulibus victis, Italiaq; horribiliter contrita atque vastata, tertio tamen anno post multa consumpta consummatum* est. Picētes, Marsi, & Peligni gentes nō exteræ, sed Italicæ post diuturnam & deuotissimam sub Romano iugo seruitutem, in libertatē caput erigere tentauerunt: iam multis nationibus Romano imperio subiugatis, deletáque Carthagine. In quo bello Italico Romanis sæpissime victis, vbi & duo consules perierunt [d], & alij nobilissimi senatores. Non diuturno tamen tempore tractum est hoc malum. Nā quintus ei annus finem dedit, sed bellum Punicum secundum cum maximis detrimentis & calamitate Reipublicæ per annos decem & octo Romanas vires extenuauit, & penè consumpsit: in duobus præliis [e] fermè septuaginta Romanorum millia ceciderunt. Bellum Punicum primum per viginti & tres annos peractum est: bellum Mithridaticum quadraginta annis [f]. Ac ne quisquam arbitretur rudimenta Romanorum fuisse fortiora ad bella citius peragenda, superioribus temporibus multum in omni virtute laudatis, bellum Samniticum annis tractum est fermè quinquaginta, in quo bello ita Romani victi sunt, vt sub iugum etiam mitterentur. Sed quia non diligebant gloriam propter iustitiam, sed iustitiam propter gloriam diligere videbantur, pacem factam, fœdusq; [h] ruperunt. Hęc ideo commemoro, quoniam multi præteritarum rerum ignari: quidam etiā dissimulatores suæ scientiæ, si temporibus Christianis aliquod bellum paulo diutius trahi vident: ilico in nostram religionem proteruissime insiliunt, exclamantes, quod si illa non esset, & vetere ritu numina colerētur, iam Romana illa virtute, quæ adiuuante Marte & M Bellona, tanta celeriter bella confecit, id quoque celerrime finiretur. Recolant igitur qui legerūt quàm diuturna bella, quàm variis euentibus [i], quàm luctuosis clades à veteribus sint gesta Romanis, sicut solet orbis terrarum velut procellosissimum pelagus varia taliū malorum tempestate iactari: & quod nolunt aliquando fateantur: nec insanis aduersus deum linguis se interimant, & decipiant imperitos.

*als. consumptum.

a BEllum Piratarum.) Intra quadragesimum diem, postquam Brundusio Pōpeius soluit. Florus & Cic. pro lege Manilia. b Bellum Punicum tertium.) Intra tres annos susceptum & confectū. c Quàm multis Romanis ducibus. Arius prætor & consules duo Gn. Lentulus & L. Gellius ab Sparthaco sunt victi. d Vbi & duo consules perierunt.) L. Iulius Cæsar, & P. Rutilius Liuius. e In duobus præliis.) Trasimenum lacum, & ad Cannas. f Bellum Mithridaticum quadraginta annis.) Sic Florus: sed intermissum est pace cum Sylla facta: reperitū à L. Lucullo: perfectum à Gn. Pōpeio Magno. g Annis fermè quinquaginta.) Eutropius, & Orosius vndequinquaginta annos in hoc bello numerant, Florus quinquaginta. Appianus octoginta, quod est Liuij computationi vicinius. qui lib. xxiij. per centū propè annos bellum dicit gestum inter Romanos & Samnites, variante fortuna euentum. Quod si bellum Samniticum Fabio Gurgite cōsule finitur, nō sunt plures, quàm anni quinquaginta à M. Valerio Coruino, & a Cornelio Cosso Coss. sed iunxerunt se Samnitium arma etiam cum Pyrrho, & iam antea cum Dentato conseruerant manus, post Gurgitem cōsulem, & ante quàm in Italiam transiret Pyrrhus. h Pacem factā fœdusq;.) Satis hoc oblique significat Liuius libro nono, quum verbis Pontij Sānitium ducis eludi fidem, fœdera, sacraq; à Romanis puerilibus interpretamentis dicit, quod re vera ita erat: nam in verbis pueriliter plerunque cauillabantur ad suum commodum. i Quàm variis euentibus.) Alij codices euentis. Non disputo an dici possit euentus, plurali numero. quod rarum esse Valla ait: dici tamen posse certum est, & inueniri ille non negat.

Euentus.

A *De bello in quo Rhadagaisus rex Gotthorum dæmonum cultor, uno die cum ingentibus copiis suis uictus est.*
Caput XXIII.

VOd tamen nostra memoria recentissimo tē pore deus mirabiliter & misericorditer fecit, non cum gratiarum actione commemorant, sed quantum in ipsis est, omnium si fieri potest hominum obliuione sepelire conantur: quod à nobis si tacebitur, similiter erimus ingrati. Cum Rhadagaisus rex Gotthorum [a] agmine ingenti, & immani iam in vrbis vicinia constitutus, Romanis ceruicibus immineret: vno die tanta celeritate sic victus est, vt ne vno quidē non dicam extincto, sed nec vulnerato Romanorum, multo amplius quàm centum millium prosterneretur eius exercitus, atque ipse cum filiis mox captus pœna debita necaretur. Nam si ille tam impius, cum tātis & tam impiis copiis Romam fuisset ingressus, cui pepercisset? quibus honorem locis martyrum detulisset? In qua persona deum timeret? cuius non sanguinem effusum, cuius pudicitiam vellet intactam? Quas autē isti pro diis suis voces haberent, quāta insultatione iactarent, quod ideo ille vicisset, ideo tanta potuisset, quia quotidianis sacrificiis placabat, atque inuitabat deos, quod Romanos facere Christiana religio nō sinebat. Nam propinquante iam illo his locis, vbi nutu summæ maiestatis oppressus est, cum eius fama vbiq; crebresceret, nobis apud Carthaginem dicebatur: hoc credere, spargere, iactare Paganos, quod ille diis amicis protegētibus & opitulantibus, quibus immolare, quotidie ferebatur, vinci omnino non posset ab eis qui talia diis Romanis sacra non facerent, nec fieri à quoquam permitterent. Et non agunt miseri gratias tantæ misericordiæ dei, qui cum statuisset irruptione barbarica grauiore dignos mores hominum castigare, indignationem suam, tanta mansuetudine temperauit, vt illum primo faceret mirabiliter *vinci, ne ad infirmorum animos euertendos gloria daretur dæmonibus, quibus eum supplicare constabat. Deinde cum ab his barbaris Roma caperetur, qui contra omnem cōsuetudinem bellorū ante gestorum ad loca sancta cōfugientes, Christianæ religionis reuerentia tuerentur, ipsisq; dæmonibus atque impiorum sacrificiorum ritibus, de quibus ille præsumpserat, sic aduersarētur pro nomine Christiano, vt longe atrocius bellum cum eis quàm cum hominibus gerere viderentur: ita verus dominus gubernatorq; rerum, & Romanos cum misericordia flagellauit: & tamen incredibiliter victis supplicatoribus dæmonum, nec saluti rerum præsentium necessaria esse sacrificia illa monstrauit, vt ab his qui non peruicaciter contendūt, sed prudenter attendunt: nec propter præsentes necessitates religio vera deseratur, & magis æternæ vitæ fidelissima expectatione teneatur.

B

C

* *aliâs miserabiliter.*

a RHadagaisus rex Gotthorum.) Hoc sub Honorio Cæsare, de quo in præfatione diximus.

Quæ sit Christianorum imperatorum, & quàm uera fœlicitas. Cap. XXIIII.

NEque enim nos Christianos quosdam imperatores ideo fœlices dicimus, quia vel diutius imperarunt, vel imperantes filios morte placida reliquerunt, vel hostes Reipublicæ domuerunt, vel inimicos ciues aduersus se insurgentes, & cauere & opprimere potuerunt. Hæc enim & alia vitæ huius ærumnosæ, vel munera, vel solatia, quidam etiam cultores dæmonum accipere meruerunt, qui non pertinent ad regnum dei, quò pertinent isti. Et hoc ipsius misericordia factū est, ne ab illo ista, qui in eum crederent, velut summa bona desiderarent. Sed fœlices eos dicimus, si iuste imperant: si inter linguas sublimiter honorantium, & obsequia nimis humiliter salutantium non extolluntur, sed se homines esse meminerunt: si suam potestatem ad dei cultum maxime dilatandum, maiestati eius famulam faciunt: si deum timent, diligunt, colunt: si plus amant illud regnum, vbi nō timēt habere consortes [a]: si tardius vindicāt, facile ignoscūt: si eandem vindictam pro necessitate regendæ tuendæq; Reipublicæ, non pro saturandis inimicitiarum odiis exerunt: si eandem veniam nō ad impunitatem iniquitatis, sed ad spem correctionis indulgēt: si quod aspere cogūtur plerunque decernere, misericordiæ lenitate & beneficiorum largitate compensant: si luxuria tanto eis [b] est castigatior, quāto posset esse liberior: si malunt cupiditatibus prauis, quàm quibuslibet gentibus imperare. Et si hæc omnia faciunt, non propter ardorem inanis gloriæ, sed propter charitatem fœlicitatis æternæ: si pro suis peccatis humilitatis, & miserationis, & orationis sacrificium, deo suo vero immolare non negligunt. Tales Christianos imperatores dicimus esse fœlices: interim spe, postea re ipsa futuros, cum id quod exposcimus * adenerit.

D

E

* *aliâs expectamus.*

a VBi non timent habere consortes.) Hīc in mundo reges omnes timent habere consortem. Omnis enim potestas impatiens est consortis, sicut inquit Lucanus: at in fœlicitate dei æterna, cum plures sunt consortes, non minus est gaudium, imò quodam modo maius. b Si luxuria tanto in eis.) Iuxta bonum Mimum: Quo plus licet, eo libeat minus.

De prosperitatibus, quas Constantino imperatori Christiano deus contulit.
Caput XXV.

NAm bonus deus, ne homines, qui eum crederent propter æternam vitam colendum, has sublimitates & regna terrena existimarent posse neminem consequi, nisi dæmonibus supplicaret, quod hi spiritus in talibus multum valerēt [a], Cōstantinum imperatorem [b] non supplicantem dæmonibus, sed ipsum verum deum colentem, tantis terrenis impleuit muneribus: quanta optare nullus auderet. Cui etiam condere ciuitatem [c] Romano imperio sociam [d], velut ipsius Romæ filiam, sed sine aliquo dæmonum [e] templo simulachroq; concessit. Diu imperauit, vniuersum orbem Romanum [f] vnus Augustus tenuit & defendit: in administrandis & gerendis bellis victoriosissimus fuit: in tyrānis opprimendis [g] per omnia prosperatus est. Grandæuus ægritudine & senectute defunctus est, filios imperantes [h] reliquit. Sed rursus ne Imperator quisquam ideo Christianus esset, vt fœlicitatē Constantini mereretur, cum propter vitam æternam quisq; debeat esse Christianus, Iouinianum [i] multo citius quàm Iulianum abstulit: Gratianum ferro tyrannico [k] permisit interimi: longe quidem mitius, quàm Magnum Pompeium [l], colentem videlicet Romanos deos. Nam ille vindicari à Catone non potuit, quem ciuilis belli quodammodò hæredem reliquerat. Iste autem, quanuis piæ animæ solatia talia non requirant, à Theodosio vindicatus est [m]: quem regni participem fecerat, cum paruulum haberet & fratrem [n]: auidior fidei societatis, quàm nimiæ potestatis.

F

IN talibus multum valerent.) Non est potestas, inquit Iob, quæ cum dæmonica super terram conferatur. Sciunt enim vbi lateant opes: norunt artes, fraudesq;, quibus ad imperium possit homo euehi, & hostes vincere. b Constantinum Imperatorem.) Hic filius Constantij & Helenæ in Britannia natus, primus post Philippum fuit Romanus princeps Christianus, partibusq; expugnatis solus fœlicissime obiit

Constantinus.

G obiit naturali morte Nicomediæ, anno imperij altero & tricesimo.
c Cui etiam condere ciuitatem.) Imitatio Vergiliana:
O regina nouam cui condere Iuppiter vrbem.
Porrò Constantinus iam bellis omnibus defunctus, solutusq; grauioribus curis, animum ad nouam vrbem condendam, & de suo vocandam nomine adiecit. Primum in Sardico agro Asiæ destinarat, pòst ad Sigeũ Troadis fundamenta sunt iacta: tertio translatæ operæ Chalcedonem, erectique ibi muri: quumq; fabriles funiculos aues corripuissent, transtulissentq; Byzantium, quæ est vrbs Thraciæ, ibi velut ita iubente deo condita est vrbs, quæ dicta Constantinopolis: quod nomen adhuc retinet. Byzantium vero etiam dicitur, quod ibi fuerit id oppidum à Pausania Spartanorum rege conditum: quod Seuerus imperator propemodũ euertit, milites autem Galieni principis funditùs deleuere. d Romano imperio sociam.) Illuc enim magnam & senatus, & totius nobilitatis partem Roma Constantinus transtulit, principesq; ferè omnes Cõstantinopoli magis quàm Romæ habitarunt: ita opibus & claritate ciuium cortauit cum vrbe Roma. e Sine aliquo dæmonũ templo.) Diuę enim Mariæ virgini vrbem Constantinus dicauit. f Vniuersum orbẽ Romanum.) Sic dicitur orbis Romanus, id quod ex orbe possidebant Romani: vt orbis Christianus, quod Christiani habemus: orbis Hispanus, quod Hispani. Lucanus orbem Hiberum dixit pro Hispania, & orbem Arctoum pro Gallia & Germania. Et quum ex Hispania in Italiam, & inde in Græciam transiturus esset Cæsar, inquit: Victrices aquilas aliũ laturus in orbem. Marcellinus Romani orbis crebro meminit. Aurelianus, vt author est Trebellius Pollio, scribens ad Zenobiam sic exorsus est: Aurelianus imperator Romani orbis. [redacted]

Byzantiũ.

Orbis Romanus

Iouinian.

Gratian.

Theodo sius.

K dosij partibus in aduersarios vehemens ventus iret, & non solùm quæcunq; in eos iaciebantur cõcitatissime raperet, verum etiam ipsorum tela in eorum corpora retorqueret. Vnde & poëta Claudianus d quanuis à Christi nomine alienus, in eius tamen laudibus dixit:

O nimium dilecte deo, cui θ fudit ab astris
Se Iouis armatus, vehemens tibi θ militat æther:
Et coniurati veniunt ad classica venti.

Victor autem sicut crediderat, & prædixerat, Iouis simulachra, quę aduersus eum fuerant, nescio quibus ritibus, velut consecrata: & in Alpibus constituta, deposuit: eorumq; fulmina, quod aurea fuissent iocantibus, quod illa lætitia permittebat, cursoribus e, & se ab eis fulminari velle dicentibus, hilariter benigneq; donauit. Inimicorum suorum filios, quos non ipsius iussu, sed belli abstulerat impetus: etiam nondum Christianos ad ecclesiam confugientes, Christianos hac occasione fieri voluit, & Christiana charitate dilexit: nec priuauit rebus, sed auxit honoribus. In neminem post victoriam priuatas inimicitias valere permisit. Bella ciuilia nõ sicut Cinna, & Marius, & Sylla, & alij tales, qui nec finita finire voluerunt f, sed magis doluit exorta, quàm cuiquam nocere voluit terminata. Inter hæc omnia ex ipso initio imperij sui non quieuit iustissimis & misericordissimis legibus aduersus impios laboranti ecclesiæ subuenire: quam Valẽs hæreticus g sauens Arrianis vehementer afflixerat, cuius ecclesiæ se membrum esse, magis quàm in terris regnare gaudebat. Simulachra gentilium vbique euertenda præcepit, satis intelligens, nec terrena munera in dęmoniorum, sed in dei veri esse posita potestate. Quid autẽ fuit eius religiosa humilitate h mirabilius, quando in Thessalonicensium grauissimũ scelus, cui iam Episcopis intercedentibus promiserat indulgẽtiam, tumultu quorundam, qui ei cohærebant, vindicare compulsus est, & ecclesiastica coërcitus disciplina, sic egit pœnitentiam, vt imperatoriam celsitudinem pro illo populus orans, magis fleret videndo prostratam, quàm peccando timeret iratam? Hęc ille secum, & si qua similia, quę commemorare longum est, bona opera tulit: ex isto tẽporali vapore cuiuslibet culminis & sublimitatis humanæ, quorum operum merces est æterna fœlicitas: cuius dator est deus, solis veraciter piis. Cætera vero vitæ huius vel fastigia vel subsidia: sicut ipsum mundum, lucem, auras, terras, aquas, fructus, ipsiusq; hominis animam, corpus, sensus, mentem, vitam, bonis malisq; largitur. In quibus est etiam quælibet imperij magnitudo, quam pro temporum gubernatione dispensat.

Theodosii humilitas.

M

a

Io. Anachoreta.

Claudianus.

De fide & pietate Theodosii Augusti.
Caput XXVI.

VNde & ille nõ solùm viuo seruauit quam debebat fidem, verum etiam post eius mortem pulsum ab eius interfectore Maximo, Valentinianum eius paruulum fratrem, in sui partes imperij tanquam Christianus excepit pupillum: paterno custodiuit affectu, quem destitutũ omnibus opibus nullo negocio posset auferre, si latius regnandi cupiditate magis quàm benefaciẽdi charitate flagraret. Vnde potius eum seruata eius imperatoria dignitate susceptũ, ipsa humanitate & gratia consolatus est. Deinde cum Maximum a terribilẽ faceret ille successus, hic in angustiis curarum suarum non est lapsus ad curiositates sacrilegas atq; illicitas, sed ad Ioannem in Aegypti Eremo b constitutum: quem dei seruum prophetãdi spiritu præditum fama crebrescente didicerat, misit: atq; ab eo nuncium victoriæ certissimum accepit. Mox tyranni Maximi extinctor, Valentinianum puerum c in imperij sui partibus, vnde fugatus fuerat, cum misericordissima veneratione restituit: eoq;, siue per insidias, siue quo alio pacto vel casu proxime extincto, alium tyrannum Eugenium, qui in illius Imperatoris locum non legitime fuerat surrogatus, accepto rursus prophetico responso, fide certus oppressit, contra cuius robustissimum exercitum magis orando, quàm feriẽdo pugnauit. Milites nobis qui aderant, retulerunt, extorta sibi esse de manibus quæcunq; iaculabantur, cũ à Theo

I

Deinde quum Maximum.) Administrabatur bellum ab Andragatio comite Maximi, homine in bellis exercitato, & calidissimo duce: cuius artubus in magnas difficultates Theodosius adducebatur. b Sed ad Ioannem in Aegypti Eremo.) Ioannes Anachoreta spiritu vaticinij afflatus, quum aliis permultis pleraque prædixit: tum vero Theodosio victoriam dei verbis est pollicitus. Prosper Aquitanus. ad hunc in dubiis rebus consilij gratia confugisse Theodosium narrat Diaconus. c Valentinianũ puerum.) Gratiani fratrem Occidentis imperio præfecit, quẽ Arbogastes comes Vienæ dolo peremit, Eugeniumq; creauit tyrannum, & ingentibus barbarorum coactis copiis Alpium transitum obsederunt, vt ab eo Theodosium arcerent. Princeps pientissimus totam noctem, quæ pugnæ diem præcessit, sine cibo potuq; precibus ac meditationi sacræ intentus, postridie prælium commisit, quum exercitu esset hostibus lõge impar, vbi diuina ope palàm adiutus, hostium exercitum prostrauit. Eugenius captus & cæsus est, Arbogastes sibi manum intulit. d Vnde poëta Claudianus.) Hunc Aegyptium fuisse vulgatior est opinio, & sic tradit Possidonius, qui fuit eius familiaris: non Rhodius ille philosophus, sed præsul quidã Afer. ad carmen natus fuit, quod elegantissime scripsit, poëtico vir ingenio, & ad superstitionem propensior: tametsi de Christo extat carmen eius nomine inscriptum, quod credo ab eo in Honorij gratiam compositum, vt fuit assentator maximus. Hi versus quos Augustinus citat, sunt in Panegyrico de tertio Honorij consulatu, quos in Honorij potius, quàm Theodosij laudẽ scripsit, & si de hac ipsa Alpina victoria loquens,

A loquens, quam fatis & fœlicitati Honorij citius, quàm Theodosij pietati per assentationem plus quàm seurrilem adscribit. Sic enim ait:

Victoria velox
Auspitiis effecta tuis: pugnastis vterque.
Tu fatis, genitorq; manu: te propter & Alpes
Inuadi faciles: cauto nec profuit hosti
Munitis hæsisse locis: spes irrita valli
Concidit, & scopulis patuerunt clausira reuulsis.
Te propter gelidis Aquilo de monte procellis
Obruit aduersas acies, reuolutáque tela
Vertit in auctores & turbine reppulit hastas.
O nimium dilecte deo, cui fundit ab antris
Aeolus armatas hyemes, cui militat æther:
Et coniurati veniunt ad classica venti.

Sic in codicibus Claudiani legitur: apud Augustinum aliter. Fortasse ad eum tunc ferebantur modum, quo Augustinus scripsit, qui fuit illorum temporum æqualis. Tametsi in vetere libro Colonienśi sic habetur: O nimium dilecte deo, cui militat æther: Et coniurati veniunt ad classica venti. Eodem modo apud Orosium, & Diaconum. e Cursoribus.) Nomen est officij in aula principali à currendo dictum, quòd celeriter aliquò mitterentur. Non videtur isti absimiles nostris pueris à pedibus, quos etiam sic vocarunt prisci, vt Cice. & recẽtiores, vt Martialis. Suetonius cursorum meminit in Nerone: Nun quam, inquit, carrucis minus mille fecisse iter traditur, soleis mularum argenteis, canusinatis mulionibus, armillata & phalerata cum hamaxochorum turba atque cursorum. Et in Tito: Confestim ad alterius matrem, quæ procul aberat, cursores suos misit, qui anxie filium saluum nunciarent. Romani principes cum se totos in Græciam transtulissent, Grecis nominibus ministeria omnia nuncuparunt. Itaque inter hæc legimus δρόμους, id est, cursores. Veteres quoque cursores habuerunt, vt Alexander Macedo Philonydem, qui mille & ducenta stadia vno die confecit, vt scribit Plin. f Qui nec finita finire voluerunt.) Hoc est, qui etiam finitis bellis nondum finem, imponere voluerunt: & cum nulli iam superessent hostes, ipsi sibi, quos iugularent, hostes faciebant. g Quàm Valens hæreticus.) Valens princeps sectæ fuit Arrianæ, Episcopos & monachos vere Christianos miseris modis obtriuit & conculcauit: multos eorum cecidit. Gotthis perentibus Christianam religionem, Episcopos misit Aarianos. h Quid autem fuit eius religiosa humilitate.) Thessalonicæ quæ ciuitas est in Macedonia cum tumultu theatrali quidam & ductores ordinum & in exercitu magistratus essent à ciuibus pulsati, grauiter hoc ferens Theodosius, atrociter in eam ciuitatem iussit animaduerti: precibus tamen Episcoporum Thessalonicensibus noxam condonauerat. Sed cum potentium in interiore aula amici iniuria essent affecti, illi Theodosij animum multa suadendo, tundendoq; ad vindictam impulerunt. exercitus à principe in vrbẽ immissus, multa ciuium millia obtruncauit. Ob quod facinus Ambrosius Mediolanensis pontifex, imperatorem feriis dominicæ resurrectionis sacris interdixit, quoàd indictam publicam pœnam exoluerat. Imperator pontifici dicto audiens fuit, modesteq; prostratus atque abiectus more ac instituto veterum pœnitere se commissi professus, veniámque à deo & cœlitibus primum, deinde ab Episcopo, postremo à tota Ecclesia petiit, ad hunc modum expiatus redditus est Ecclesiæ sacrísque.

Cursores.

Valens.

B

Thessaloniceſium cladeſ.

Contra inuidos inuectio Augustini, qui scripserunt contra æditos iam libros.
Caput XXVII.

DRoinde iam etiam illis respondendum esse video, qui manifestissimis documentis, quibus ostenditur, quod ad ista temporalia quæ sola stulti habere cõcupiscunt, nihil deorum falsorum

C numerositas prosit, confutati atque conuicti conantur assererе: nõ propter vitæ præsentis vtilitatem, sed propter eam quę post mortẽ futura est esse colendos deos. Nam istis qui propter amicitias mundi huius volunt vana colere, & non se permitti puerilibus sensibus conqueruntur, his quinq; libris satis arbitror esse responsum. Quorum tres priores cum ędidissem, & in multorum manibus esse cœpissent, audiui quosdam, nescio quam, aduersus eos responsionem scribẽdo præparare. Deinde ad me perlatum est, quod iam scripserint, sed tẽpus quærant, quo sine periculo a possint ædere. Quos admoneo, non optent, quod eis non expedit. Facile est enim cuiquam videri respondisse b, quod tacere noluerit. Aut quid est loquacius vanitate? Quæ non ideo potest quod veritas: quia si noluerit tacere, etiã † plus potest clamare, quàm veritas. Sed considerent omnia diligenter: & si forte sine studio partium iudicantes talia esse perspexerint, quæ potius exagitari, quàm conuelli possint garrulitate impudẽtissima, & quasi satyrica vel mimica leuitate, cohibeant suas nugas: & potius à prudentibus emendari, quàm laudari ab imprudẽtibus eligant. Nam si non ad libertatem vera dicendi, sed ad licentiam maledicendi tempus expectãt: absit vt eis eueniat, quod ait Tullius de quodam, qui peccãdi licentia fœlix appellabatur: O miserũ cui peccare c licebat. Vnde quisquis est, qui maledicendi licentia fœlicem se putat, multo erit fœlicior, si hoc illi omnino non liceat, cum possit deposita inanitate iactantiæ etiam isto tempore tanquam studio cõsulendi quicquid voluerit, contradicere: & quantum possit ab eis, quos consulit amica disputatione, hoc est, honeste, grauiter, libere, quod oportet audire.

**aliâs, quia si uoluerit, e. & c.*

D

a

Sed tempus quærant, quo sine periculo.) Multi aduersus alios scribunt, qui occasionem aliquam expectant ædendi, cum sua vtilitate, & inimici damno. qui cum vt lædant, solum scribant: magnopere ad bona doctaq; iudicia tanquam publici omnium hostes execrabiles sunt. Cui enim non sit perfacile lædere? aut quis est animus ille, qui sibi eruditionem facultatesq; vel mentis vel corporis tributas putat in perniciem aliorum? Quod si prodesse aliis student, tunc demum proferant scripta sua, cum & alios plurimum iuuare, & adversarios minimum lædere sese arbitrentur posse. Ardant dum viuit, dum viget, ac valet, dum respondere, ac se tutari potest. Plinius in præfatione historiæ mundi scribit Asinium Pollionem parasse in Plancum orationes, quas post mortem eius esset æditurus, ne respondere posset: Plancum vbi hoc resciisset cum mortuis non nisi laruas luctari dixisse: quo dicto ita esse orationes illas repercussas, vt apud eruditos nihil impudentius haberetur. b Facile est enim cuiquam videri respondisse.) Imperitũ vulgus, quod non spectatorem modo, sed iudicem quoque causarum magnorũ virorum vltro se facit, etiam spretum ac reiectum incognita causa illum victum pronunciat, qui tacet: illum respondisse, qui non tacuerit. Litem esse ambiguam & amplius pronunciat, si vterq; ex æquo multa dixerit: vter meliora, nec attendit, ac ne si velit quidem potest, cũ non intelligat: cumq;, vt hic dicit Augustinus, loquacior sit vanitas veritate, imperiti sępe, ac vtinam non, semper, pro vana loquacitate ferunt sententiam.

E

c O miserũ cui peccare.) Cice. v. Tuscu. de Cinna loquẽs: Beatúsne igitur, qui hos interfecit? Mihi contra non solum eo videtur miser, quòd ea fecit, sed etiam quòd ita se gessit, vt ea facere ei liceret. Et si peccare nemini licet, sed sermonis errore labimur. Id enim licere dicimus, quod cuique conceditur.

FINIS.

Theodosii humilitas.

ELENCHVS
CAPITVM D. AVRELII
Augustini Lib. de Ciuitate dei, vj.

1 De his qui dicunt, deos à se, non propter præsentẽ vitam coli, sed propter æternam.
2 Quid Varronem de diis gentium sensisse credendũ sit: quorũ talia, & genera & sacra detexit, vt reuerẽtius cũ eis ageret, si de illis omnino reticeret.
3 Quæ sit partitio Varronis, librorum suorum, quos de antiquitatibus rerũ humanarum diuinarumq; composuit.
4 Quod ex disputatiõe Varronis, apud cultores deorum antiquiores res humanæ quàm diuinæ reperiantur.
5 De tribus generibus theologiæ secũdum Varronẽ: scilicet vno fabuloso: altero naturali: tertio ciuili.
6 De theologia mythica, id est, fabulosa, & de ciuili, contra Varronem.
7 De fabulosæ & ciuilis theologiæ similitudine, atq; concordia.
8 De interpretationibus naturaliũ rationũ, quas doctiores pagani pro diis suis conantur ostendere.
9 De officiis singulorum deorum.
10 De libertate Senecę, qui vehementius ciuilẽ theologiam reprehendit, quàm Varro fabulosam.
11 Quid de Iudæis Seneca senserit.
12 Quod gẽtilium deorum vanitate detecta, nequeat dubitari, ęternam eos vitam nemini posse præstare, qui nec ipsam adiuuant temporalem.

F

G

D. AVRELII AVGVSTINI
Episcopi de Ciuitate dei, ad Marcellinum Liber sextus.

De his qui dicunt deos, à se, non propter præsentem uitam coli, sed propter æternam.
Caput I.

Vinque superioribus libris, satis mihi aduersus eos videor disputasse, qui multos deos & falsos, quos esse inutilia simulachra, vel immundos spiritus, & perniciosa dæmonia, vel certe creaturas, non creatorem ve ritas Christiana cõuincit, propter vitę huius mortalis rerumq; terrenarũ vtilitatem, eo ritu ac seruitute, quæ Græce latria dicitur, & vni vero deo debetur, venerandos & colendos putant. Et nimiæ quidẽ stultitię vel pertinaciæ, nec istos quinq;, nec vllos alios, quãticũq; numeri libros satis esse posse, quis nesciat? Quando ea putatur gloria vanitatis nullis cedere viribus veritatis, in perniciem vtiq; eius, cui vitiũ tam immane dominatur. Nam & cõtra omnem curantis industriam, non malo medici, sed ægroti insanabilis moribus inuictus est. Hi vero, qui ea, quæ legunt, vel sine vlla, vel non cum magna ac nimia veteris erroris obstinatione intellecta & considerata perpendunt, facilius nos isto numero terminatorũ quinq; voluminum, plus quàm quęstionis ipsius necessitas postulabat, satisfecisse, quàm minus disseruisse iudicabunt. Totamq; inuidiam quã Christianæ religioni de huius vitæ cladibus, terrenarumq; contritione ac mutatione rerum, imperiti facere conantur, non solum dissimulantibus, sed cõtra suam conscientiam fauentibus etiam doctis, quos impietas vesana possedit, omnino esse inanem rectæ cogitationis atq; rationis, plenamq; leuissimæ temeritatis, & perniciosissimæ animositatis, dubitare nõ poterunt. Nũc ergo quoniam deinceps, vt promissus ordo expetit, etiam hi refellendi & docendi sunt: qui non propter istam vitam, sed propter illam, quæ post mortem futura est, deos gentiũ quos Christiana religio destruit, colendos esse cõtendunt: placet à veridico oraculo sancti psalmi sumere exordiũ disputatiõis meæ: Beatus, cuius est dominus deus[a] spes ipsius, & nõ respexit in vanitates, & insanias mendaces. Verũtamen in omnibus vanitatibus insaniisq; mendacibus, longe tolerabilius philosophi audiendi sunt, quibus displicuerunt istę opiniones erroresq; populorũ: qui populi constituerunt simulachra numinibus, multáque de eis, quos deos immortales vocant, falsa atq; indigna siue finxerunt, siue ficta crediderunt: & credita eorum cultui, sacrorumq; ritibus miscuerunt. Cum his ergo hominibus, qui etsi nõ libere prædicando[b], saltem vtcũq; in disputationibus mussitando, talia se improbare testati sunt, nõ vsq; adeo inconuenienter quæstio ista tractatur: Vtrum nõ vnum deũ, qui fecit omnem spiritalem corporalemq; creaturam, propter vitã, quæ post mortẽ futura est, coli oporteat: sed multos deos, quos ab illo vno factos[c], & sublimiter collocatos, quidam eorũdem philosophorũ cæteris excellentiores nobilioresq; senserunt. Cęterum quis ferat dici atq; cõtendi, deos illos, quorum in quarto libro quosdam cõmemoraui, quibus rerum exiguarum singulis singula distribuuntur officia, vitam æternam cuiquam præstare? An vero illi peritissimi & acutissimi viri, qui se pro magno beneficio conscripta docuisse gloriãtur: vt sciretur, quare cuiq; deorum supplicandum esset, quid à quoquam esset petendũ, ne absurditate turpissima qualis ioculariter in Mimo fieri solet, peteretur à Libero aqua, à Nymphis vinum: authores erunt cuipiam hominum diis immortalibus supplicanti: vt cum à Nymphis petierit vinum, eiq; respõderint: nos aquam habemus, hoc à Libero pete: possit recte dicere: si vinum non habetis, saltem date mihi vitã æternam? Quid hac absurditate monstruosius? Nónne illæ cachinnantes, solent enim esse ad risum faciles[d], si non affectent fallere vt dæmones, simpliciter† respondebunt: O homo, putásne in potestate nos habere vitã, quas audis nõ habere vel vitem? Impudentissimæ igitur stultitię est, vitam ęternam à talibus diis petere vel sperare, qui vitæ hui° ærumnosissimæ atq; breuissimæ, & si qua ad eam pertinet adminiculandam atq; fulciendam, ita singulas particulas tueri asseruntur, vt si id quod sub alterius tutela ac potestate est petatur ab altero, tam sit inconueniens & absurdum, vt mimicæ scurrilitati videatur esse simillimum. Quod cum fit à scientibus Mimis, digne ridentur in theatro: cum vero à nescientibus stultis, dignius irridentur in mundo. Cui ergo deo vel deæ, & propter quid supplicaretur, quantũ ad illos deos attinet, quos instituerũt ciuitates: à doctis solerter inuentum, memoriæq; mãdatum est: quid à Libero, verbi gratia, quid à Nymphis, quid à Vulcano, ac sic à cæteris, quos partim cõmemoraui in quarto libro, partim prætereundos putaui. Porrò si à Cerere vinum, à Libero panem, à Vulcano aquam, à Nymphis ignem petere erroris est: quanto maioris deliramenti esse intelligi debet, si cuiquam istorum pro vita supplicetur æterna. Quamobrem si cum de regno terreno quæreremus, quos nam illud deos vel deas hominibus credendum esset posse conferre: discussis omnibus, longe alienum à veritate monstratum est, à quoquam istorum multorum numinum atq; falsorum saltem regna terrena existimare constitui: nónne insanissimæ impietatis est, si æterna vita, quæ terrenis omnibus regnis sine vlla dubitatione vel comparatione præferenda est, ab istorum quoquam dari cuiquam posse credatur? Neq; enim propterea dij tales vel terrenum regnum dare nõ posse visi sunt: quia illi magni & excelsi sunt, hoc quiddam paruum & abiectum, quod nõ dignarentur in tanta sublimitate curare. Sed quantalibet consideratione fragilitatis humanę caducos apices terreni regni merito quisq; cõtemnat: illi dij tales apparuerunt vt indignissimi viderentur, quibus danda atq; seruanda deberent vel ista committi. Ac per hoc, sicut superiora proximis duobus libris pertractata docuerũt, nullus deus ex illa turba, vel quasi plebeiorum, vel quasi procerum deorum, idoneus est regna mortalia mortalibus dare, quanto minus potest immortales ex mortalibus facere. His accedit, quia si iam cum illis agimus qui non propter istam, sed propter vitam, quæ post mortem futura est, existimant colendos deos: iam nec propter illa saltem quæ deorum talium potestati tanquam dispartita & propria, non ratione veritatis, sed vanitatis opinione tribuuntur, omnino colendi sunt: sicut credunt hi, qui cultũ eorum vitæ huius mortalis vtilitatibus necessarium esse contendunt: contra quos iã quinq; præcedentibus, voluminibus satis, quantum potui, disputaui. Quæ cum ita sint, si eorum qui colunt deam Iuuentatem, ætas ipsa floreret insignius: comtemptores autem eius, vel intra annos occumberent iuuentutis, vel in ea tãquam senili corpore frige-

Psalm. 39.

†aliâs supplici.

I PHILOSOPHI

K

L

M

A scerent: si malas cultorũ suorum speciosius & festiuius fortuna barbata vestiret: à quibus autem spernerẽtur, g libros aut male barbatos videremus: etiam sic rectissime dicerem°, hucusq; istas deas singulas posse suis officiis quodam modo limitari: ac per hoc, nec à Iuuentate oportere peti vitam æternam, quæ non daret barbam: nec à Fortuna barbata boni aliquid post hanc vitam esse sperandum, cuius in hac vita potestas nulla esset, vt eandem saltem ætatem, quę barba induitur, ipsa præstaret. Nunc vero cum earum cultus, nec propter ista ipsa, quæ putant eis subdita, sit necessarius: quia & multi colentes Iuuentatem deam, minime in illa ætate viguerunt: & multi non eam colentes, gaudent robore iuuentutis: itemq; multi Fortunæ barbatę supplices, ad nullam, vel deformem barbam peruenire potuerunt: & si qui eam pro barba impetranda venerantur, à barbatis eius contemptoribus irridentur. Itáne desipit cor humanum, vt quorum deorum cultum propter ista ipsa temporalia, & cito prætereuntia munera, quibus singulis singuli præesse perhibentur, inanem ludibriosumq; esse cognoscit, propter vitam æternam credat esse fructuosum? Hanc dare illos posse, nec hi dicere ausi sunt, qui eis, vt ab insipientibus populis colerentur, ista opera temporalia, quoniam nimis multos putauerunt, ne quisquam eorum sederet otiosus, minutatim diuisa B tribuerunt.

IOANNIS LODOVICI VIVIS
Valentini in sextum librum de Ciuitate dei, D. Aurelij Augustini, commentarij.

a BEatus cuius est dominus deus.) Septuaginta verterunt: Beatus cuius est nomen domini spes eius. μακάριος ἀνὴρ οὗ ἐστὶν ὄνομα κύριος ἐλπὶς αὐτοῦ. In Hebraica veritate sic habetur, vt citat Augustinus. Nec multum refert, vr rolibet legatur modo b Qui & si non libere prædicando.) Timebãt enim publica iudicia, vt Athenis Areopagum: quemadmodum Cicero dicit de Epicuro. c Quos ab illo vno factos.) Sic sensit Plato in Timæo. d Solent enim esse ad risum faciles.) Allusit ad Vergilij dictum, in Palæmone: Et quo, sed faciles Nymphæ risere, sacello. Tametsi nõ dixit faciles Vergilius, quòd riderẽt facile, sed quòd essent facile exorabiles, & placabiles: sicut in quarto Georgicorũ, Faciles venerare Naïdas. Et faciles etiam homines dicuntur eadem mente.

Quid Varronem de diis gentium sensisse credendum sit, quorum talia & genera detexit & sacra, ut reuerentius cum eis ageret, si de illis omnino reliceret.
Caput II.

QVis Marco Varrone curiosius ista quæsuit? Quis inuenit doctius? Quis consideraut attẽtius? Quis distinxit acutius? Quis diligentius, pleniusq; cõscripsit? Qui tametsi minus est suauis C eloquio, doctrina tamen atq; sententiis ita refertus est, vt in omni eruditione, quam nos secularem, illi autem liberalẽ vocant, studiosum rerum tantum iste doceat, quantũ studiosum verborum Cicero delectat. Deniq; & ipse Tullius[a] huic tale testimonium perhibet: vt in libris Academicis dicat eam quæ ibi versatur disputationem, se habuisse cũ Marco Varrone: homine, inquit, omnium facile acutissimo, & sine vlla dubitatione doctissimo[b]. Non ait eloquentissimo[c], vel facundissimo: quoniam re vera in hac facultate multũ impar est, sed omnium, inquit, facile acutissimo. Et in eis libris, id est, Academicis, vbi cuncta dubitanda esse cõtendit, addidit: sine vlla dubitatione doctissimo. Profecto de hac re sic erat certus, vt auferret dubitationem, quam solet in omnibus adhibere, tanquam de hoc vno etiam pro Academicorum dubitatione disputaturus, se Academi cum fuisset oblitus. In primo autẽ libro cum eiusdem Varronis literaria opera prædicaret: Nos, inquit, in nostra vrbe[d] peregrinantes errantesq; tanquam hospites, tui libri quasi domum reduxerunt*, vt possemus aliquando qui & vbi essemus agnoscere. Tu ætatẽ patriæ, tu descriptiones temporum, tu sacrorum iura, tu sacerdotum, tu domesticam, tu publicam disciplinam, tu sedium, regionum, locorum: tu omnium diuinarum humanarumq; rerũ nomina, genera, officia, causas aperuisti. Iste igitur vir tam insignis excellentisq; peritiæ, & quod de illo etiã Terentianus[e] elegantissimo versiculo breuiter ait: Vir doctissimus vndecũq; Varro: qui tã multa legit, vt aliquid ei scribere vacasse miremur: tã multa scripsit[f], q̃ multa vix quenquam legere potuisse credamus. Iste, inquã, vir tantus ingenio, tãtusq; doctrina, si rerũ velut diuinarũ, de quibus scribit, oppugnator esset atq; destructor: easq; nõ ad religionẽ, sed ad superstitionẽ diceret pertinere, nescio vtrũ tam multa in eis ridenda, cõtemnenda, detestandaq; conscriberet. Cum vero deos eosdem ita coluerit, colendosq; censuerit, vt in eo ipso opere literarum suarum dicat se timere ne pereant: non incursu hostili, sed ciuium negligentia: de qua illos velut ruina liberari à se dicit, & in memoria bonorum per huiusmodi libros recõdi atq; seruari vtiliore cura, quàm Metellus de incẽdio sacra Vestalia, & Aeneas de Troiano excidio Penates liberasse prædicatur. Et tamen ea legenda seculis prodit, quæ à sapientibus & insipientibus merito abiicienda, & veritati religionis inimicissima iudicentur: quid existimare debemus, nisi hominem acerrimum ac peritissimum, non tamen sanctospiritu liberum oppressum fuisse suæ ciuitatis consuetudine ac legibus: & tamen ea quibus mouebatur sub specie commendandæ religionis tacere noluisse?

D

aliâs dedu xerunt.

E

DEnique & ipse Tullius.) Consilium de his, quos esset in dialogos Academicos inchoturus Cicero, qui vult copiose cognoscere, habet libro epistolarum ad Atticum. xiij. epistola prima, quæ est iustum potius volumen, quàm epistola. Cicero libro de diuina. secũdo scribit, se quatuor volumina de quæst. Acade. ædidisse. Et quanquã ad Atticum sũ scribens quatuor illa volumina ad duo contraxisse scribat, constat tamen multa deesse: & ex duobus libris quos modo habemus posterior tanquam quartus subinde à Nonio Marcello citatur. locus qui ab Augustino adducitur non extat, in his libris quos legimus. b Et sine vlla dubitatione doctiss.) Varronem etiam viuentem, cum multum valet inuidia, doctiss. omnium togatorum appellarunt: viuentiq;, quod nemini antea, statua posita est in bibliotheca, quæ prima est in publicata ab Asinio Pollione Romæ. c Non ait eloquentiss.) Cultum verborum vel non curasse, vel assequi nequisse, certe non præstitisse Varronem ex residuis eius libris liquet. d Nos, inquit, in nostra vrbe.) Verba sunt Ciceronis ex primo libro, qui adhuc extat. Simile testimonium est de eo. ij. Autoniana. e Et de illo etiam Terentianus.) Hic fuit Carthaginensis, vixitq; tẽporibus Diocletiani: scripsit opus carmine, quod adhuc extat. de literis, syllabis, & metris: cui° authoritate Seruius & Priscianus sæpe vtũtur. Hic versiculus, quẽ August. citat, est in capite de phaleucis versibus f Qui tam multa scripsit.) Gellius lib. iij. ex ipsius Varronis primo hebdomadum libro refert, Varronem anno octogesimo quarto scripsisse quadringentos nonaginta libros, è quibus aliquot eũ proscriptus esset, direptis bibliothecis suis non cõparuisse.

Varro.

Terentianus.

F

Quæ sit partitio Varronis librorum suorum, quos de antiquitatibus rerum humanarum diuinarúmque composuit. *Caput* III.

QVadraginta & vnum libros scripsit antiquitatum: hos in res humanas diuinasq; diuisit. Rebus humanis vigintiquinque, diuinis sedecim tribuit: istam secutus in ea partitione rationem, vt rerum humanarum libros senos, quatuor daret partibus[a]. Intendit enim, qui agant, vbi agant, quando agãt, quid agant. In sex itaq; primis de hominibus scripsit, in secundis sex de locis, sex tertios de tẽporibus, sex quartos eosdemq; postremos de rebus absoluit. Quater autẽ seni, viginti & quatuor fiunt. Sed vnum singularẽ, qui cõmuniter prius de omnibus loqueretur, in capite posuit. In diuinis idẽtidem[b] rebus eadẽ ab illo diuisionis forma seruata est, quãtum attinet ad ea quæ diis ex hi-

G benda'ſunt. Exhibentur enim ab hominibus in locis & tẽporibus ſacra. Hæc quatuor, quæ dixi, libris cõplexus eſt ternis. nã tres priores de hominibus ſcripſit, ſequẽtes de locis, tertios de tẽporibus, quartos de ſacris, etiã hic qui exhibeant, vbi exhibeant, quando exhibeant, quid exhibeãt, ſubtiliſſima diſtinctione cõmẽdãs. Sed quia oportebat dicere, & maxime id expectabatur, qui bus exhibeant, de ipſis quoq; diis tres conſcripſit extremos, vt quinquies terni quindecim fierent. Sunt autẽ omnes, vt dixim[o], ſedecim, quia & iſtorũ exordio vnũ ſingularem, qui prius de omnibus * loqueretur, appoſuit: quo abſoluto, cõſequenter ex illa quinq; partita di ſtributione, tres præcedentes, qui ad homines pertinẽt, ita ſubdiuiſit, vt primus ſit de pontificibus: ſecundus de auguribus [c]: tertius de quindecimviris [d] ſacrorum. Secundos tres ad loca pertinẽtes: ita, vt in vno eorum de ſacellis, altero de ſacris ædibus diceret: tertio de locis religioſis. Tres porrò qui iſtos ſequuntur, ad tempora pertinent, id eſt, ad dies feſtos: ita vt vnũ faceret de feriis, alterum de ludis Circenſibus: de ſcenicis tertium. Quartorũ trium, ad ſacra pertinentium, vni dedit conſecrationes: alteri ſacra priuata: vltimo publica. Hanc velut pompam obſequiorum in tribus, qui reſtant, dij ipſi ſequũtur extremi quibus iſte vniuerſus cultus impenſus eſt. In primo dij certi: in ſecundo incerti: in tertio cũcti: nouiſſimo dij præcipui, atq; ſelecti. In hac tota ſerie pulcherrimæ ac ſubtiliſſimæ diſtributionis & diſtinctionis, vitam æternam fruſtra quæri, & ſperari, impudentiſſime vel optari, ex his quæ iam diximus, & quæ deinceps dicenda ſunt, cuiuis hominum, qui corde obſtinato ſibi non fuerit inimicus, facillime apparet. Vel hominũ enim ſunt iſta inſtituta, vel dæmonum: non quales vocant illi dæmones bonos: ſed, vt loquar apertius, immundorum ſpirituum, & ſine controuerſia malignorũ, qui noxias opiniones quibus anima huma na magis magisq; vaneſcat, & incõmutabili æternæq; veritati coaptari atq; inhærere non poſſit, inuidentia mirabili & occulte inſerũt cogitationibus impiorum: & aperte aliquando ingerunt ſenſibus: & qua poſſunt, fallaci atteſtatione confirmant. Iſte ipſe Varro, propterea ſe prius de rebus humanis, de diuinis autẽ poſtea ſcripſiſſe teſtatur, quod prius extiterint ciuitates, deinde ab eis hæc inſtituta ſint. Vera autem religio non à terrena aliqua ciuitate inſtituta eſt, ſed planè cœleſtẽ ipſa inſtituit ciuitatẽ. Eam vero inſpirat & docet verus deus, dator vitæ æternæ, veris cultoribus ſuis.

*alias hominibus.

I a Quatuor daret partibus.) Hoc eſt, In quatuor ſecaret partes, ne quis de partibus aliquarum rerum putet. b Identidem rebus.) Sic etiã in antiquis, ſed erratum puto ignoratione librarij. Eſt enim identidem, crebro idem. Legendum autem itidem, quaſi ſimiliter, pari modo. c De auguribus.) Augurum diſciplina anti-quiſſima eſt, ex Aſia in Græciam: hinc in Ethruriam allata, & ad Aborigenes Latij, inde Romam. Romulus augur fuit, & tres augures inſtituit, vt Dionyſius perhibet. Idẽ Liuius, qui vnicuiq; tribuum ſuum augurem datum ſcribit. Additus eſt quartus procedente tempore. Poſt quinque adiecti, vt eſſent nonem. Idem de pontificibus ſactum M. Valerio, Q. Apuleio Coſſ. d De quindecim viris.) Quum libros Sibyllinos emiſſet Tarquinius Superbus rex, duos viros illis inſpiciendis præfecit, qui ſoli eos adirent, cum eſſet opus, dictiq; ſunt duũm viri ſacrorũ. Poſt auctus numerus facti decẽ viri ſacrorũ lege Sextia Licinia in cõtẽtione ordinũ accepta, duob' annis anteq̃ conſulatus cõmunicaretur plebi multo deinde poſt additi quinq;: qui numer' poſtea mãſit.

Augures.

Quindecim uiri.

Quod exdiſputatione Varronis apud cultores deorum antiquiores res humanæ quàm diuinæ reperiantur. Caput IIII.

VArronis igitur confitentis ideo ſe prius de rebus humanis ſcripſiſſe, poſtea de diuinis: quia diuinæ iſtæ ab hominibus inſtitutæ ſunt, hæc ratio eſt: Sicut prior eſt, inquit, pictor, quàm tabula picta: prior faber, quàm ædificium: ita priores ſunt ciuitates, quàm ea, quæ à ciuitatibus ſunt inſtituta. Dicit autẽ ſe prius ſcripturum fuiſſe de diis, poſtea de hominibus ſi de omni natura deorũ ſcriberet, quaſi hic de aliqua ſcribat, & non de omni, aut vero etiã aliqua [a], licet non omnis deorum natura, nõ prior debeat eſſe, quàm hominũ? Quid quod in illis tribus nouiſſimis libris, deos certos, & incertos, & ſelectos diligenter explicans, nullam deorum naturam prætermittere videtur? Quid eſt ergo, quod ait, ſi de omni natura deorum & hominum ſcriberemus, prius diuina abſoluiſſemus, quàm humana attigiſſemus? Aut enim de omni natura deorũ ſcribit, aut de aliqua, aut omnino de nulla. Si de omni, præponenda eſt vtiq; rebus humanis. Si de aliqua: cur non etiam ipſa res præcedat humanas? An indigna eſt præferri etiam vniuerſæ naturæ hominũ pars aliqua deorum? Quod ſi multum eſt, vt aliqua pars diuina præponatur vniuerſis rebus humanis, ſaltẽ digna eſt vel Romanis. Rerum quippe humanarum libros, non quantũ ad orbẽ terrarũ, ſed quantũ ad ſolam Romã pertinet, ſcripſit. Quos tamen rerum diuinarum libris ſe dixit ſcribendi ordine merito prætuliſſe: ſicut pictorem tabulæ pictæ: ſicut fabrum ædificio, apertiſſime cõfitens, quod etiam iſtæ res diuinæ, ſicut pictura, ſicut ſtructura, ab hominibus inſtitutę ſint. Reſtat vt de nulla deorum natura ſcripſiſſe intelligatur: neq; hoc aperte dicere voluiſſe, ſed intelligentibus reliquiſſe. Vbi enim dicitur, non omnis [b], vſitate quidem intelligitur aliqua. Sed poteſt intelligi & nulla: quoniã quæ nulla eſt, nec omnis, nec aliqua eſt. Nam vt ipſe dicit, ſi omnis eſſet [c] natura deorum de qua ſcriberet, ſcribẽdi ordine rebus humanis præponenda eſſet. Vt autem & ipſo tacente veritas clamat, præponẽda eſſet certe rebus humanis †, etiamſi nõ omnis, ſed ſaltem aliqua eſſet. Recte autem poſtponitur, ergo nulla eſt. Non itaq; rebus diuinis anteferre voluit res humanas, ſed rebus veris noluit anteferre res falſas. In his enim quæ ſcripſit de rebus humanis, ſecutus eſt hiſtoriã rerum geſtarum: quæ autem de his, quas diuinas vocat, quid niſi opiniones rerum vanarum? Hoc eſt nimirũ, quod voluit ſubtili ſignificatione monſtrare: non ſolum ſcribens de his poſterius, quàm de illis, ſed etiam rationem reddẽs cur id fecerit. Quod * ſi tacuiſſet, aliter hoc factũ eius ab aliis fortaſſe defẽderetur. In ea vero ipſa ratione quã reddidit, nec aliis quicquam reliquit pro arbitrio ſuſpicari, & ſatis probauit homines ſe præpoſuiſſe inſtitutis hominum, non naturam hominum naturæ deorum. Ita ſe libros rerum diuinarum non de veritate, quæ pertinet ad naturam, ſed de falſitate, quæ pertinet ad errorem, ſcripſiſſe confeſſus eſt. Quod apertius alibi poſuit, ſicut in quarto libro commemorauí, ex naturæ formula ſe ſcripturum fuiſſe, ſi nouã ipſe conderet ciuitatem: quia vero iam veterem inuenerat, non ſe potuiſſe niſi eius conſuetudinem ſequi.

aliàs Romanis.

aliàs Quã

a AVt vero etiam aliqua.) Nulla eſt natura deorum, tametſi non omnis ea ſit ſed exigua aliqua pars, quæ non toti humano generi præſtet. b Vbi enim dicitur non omnis.) Mirum eſt hoc loco nihil attuliſſe cõmentatores noſtros de æquipollentiis dialecticorum: nullas maximas, nullas dignitates ex Petro Hiſpano ſodale ſuo: nihil mobilitatum, nihil immobilitatũ. Auguſt. hic ex præceptis dialecticorũ eſt locutus, quibus Nõ omnis homo diſputat & Aliquis homo non diſputat in contrarium recurrunt, non omne vero nihil affirmat: ſed ſiue aliquid ſit, modo aliquid non ſit, ſiue nihil, nõ omne verum efficitur. Nam ſi nullus homo eſt, & non omnem eſſe neceſſe eſt, quippe aliquis non eſt, cum falſum ſit omnem eſſe: & rationibus contrariarum contradicentiumq; iſta naſcuntur. Si enim verum eſt nullum hominem eſſe, & falſum eſt aliquẽ non eſſe, verum profecto erit omnem eſſe, quod eſt alicuius non repugnans: ita nullus & omnis ſimul in veritate cõgruerent, quod fieri nequit. Hæc inquirendi de vero & falſo præcepta Ariſtoteles, & eſi ſecuti Græci dialectici docuerunt, ex iis quoq; qui Latini nominari poſſunt, Apuleius περὶ ἑρμηνείας, Martianus Capella, & Boẽtius Seuerinus

A Seuerinus. c Nam vt ipſe dicit ſi omnis eſſet.) Auguſtinus ſublato cõnexo, aufert & id cui eſt connexũ: noſtri dicunt reiecta concluſione conditionalis, reiici quod præcedit: ſic ſi aliqua eſſet natura deorum, de qua ſcribit, ea præponenda eſſet rebus humanis: at non eſt præponenda ea natura de qua ſcribit rebus humanis: nõ eſt ergo illa natura vlla diuina. Si enim aliter fieret, conſecutio eſſet mala, cum fieri poſſet vt quod antecedit eſſet verũ, falſum vero quod ſequitur. Repugnans enim conſequentis enunciati verum eſſet cum antecedente. [redacted]

De tribus generibus theologiæ ſecundum Varronem, ſcilicet uno fabuloſo, altero naturali, tertio ciuili. Cap. V.

DEinde illud quale eſt, quod tria genera theologiæ dicit eſſe, id eſt, rationis quæ de diis explicatur, eorumq; vnum mythicon appellari, alterum phyſicon, tertiũ ciuile? Latine ſi vſus admitteret, genus quod primũ poſuit fabulare appellaremus [a], ſed fabuloſum dicamus: à fabulis enim mythicon dictum eſt: quoniam μῦθοι Græce fabula dicitur. Secundum autem, vt naturale dicatur, iam & conſuetudo locutionis admittit. Tertium etiam ipſe Latine enũciauit: quod ciuile appellatur. Deinde ait: Mythicon appellant, quo maxime vtuntur poëtæ: phyſicon, quo philoſophi: ciuile, quo populi. Primum, inquit, quod dixi, in eo ſunt multa contra dignitatem & naturã immortaliũ ficta. In hoc enim eſt, vt deus alius ex capite, alius ex femore ſit, alius ex guttis ſanguinis natus: in hoc vt dij furati ſint, vt adulterauerint, vt ſeruierint homini. Deniq; in hoc omnia diis attribuũtur, quę nõ modo in hominem, ſed etiam quæ in cõtemptiſſimum hominẽ cadere poſſunt. Hic certe vbi potuit, vbi auſus eſt, vbi impunitum putauit, quanta mendaciſſimis fabulis naturæ deorum fieret iniuria ſine caligine vllius ambiguitatis expreſſit. Loquebatur enim, non de naturali theologia, non de ciuili, ſed de fabuloſa, quam libere à ſe putauit eſſe culpandam. Videamus, quid de altera dicat: Secundũ genus eſt [b], inquit, quod demonſtrauí, de quo multos libros philoſophi reliquerunt. In quibus eſt: dij qui ſint, vbi, quod genus, quale, ex quo nam tempore, an à ſempiterno fuerint, an ex igne ſint, vt credit Heraclitus [c]: an ex numeris, vt Pythagoras [d]: an ex atomis, vt Epicurus [e]. Sic alia, quæ facilius intra parietes in ſchola, quàm extra in foro ferre poſſunt aures. Nihil in hoc genere culpauit, quod phyſicon vocauit, & ad philoſophos pertinet: tãtum quod eorũ inter ſe controuerſias commemorauit, per quos facta eſt diſſidẽtium multitudo ſectarum. Remouit tamen hoc genus à foro id eſt, à populis: ſcholis vero & parietibus clauſit. Illud autem primum mendaciſſimum atq; turpiſſimum à ciuitatibus nõ remouit. O religioſas aures populares, atq; in his etiam Romanas. Quod de diis immortalibus philoſophi diſputãt ferre non poſſunt: quod vero poëtæ canunt, & hiſtriones agunt, quia contra dignitatem ac naturam immortalium ficta ſunt: quia nõ modo in hominem, ſed etiam in contemptiſſimum hominem cadere poſſunt, non ſolũ ferunt, ſed etiam libenter audiunt. Neq; id tantum, ſed diis quoq; ipſis hæc placere: & per hæc eos placandos eſſe decernũt. Dixerit aliquis hæc duo genera mythicon, & phyſicon, id eſt, fabuloſum atque naturale, diſcernamus ab hoc ciuili, de quo nunc agitur: vnde & illa ipſe diſcreuit. Iamq; ipſum ciuile videamus, qualiter explicet. Video quidem, cur debeat diſcerni fabuloſum: quia falſum, quia turpe, quia indignum eſt. Naturale autem à ciuili velle diſcernere, quid eſt aliud, quàm etiã ipſum ciuile fateri eſſe mendoſum: Si enim illud naturale eſt, quid habet reprehenſionis, vt excludatur? Si autem hoc quod ciuile dicitur, naturale non eſt, quid habet meriti, vt admittatur? Hęc nempe illa cauſa eſt, quare prius ſcripſerit de rebus humanis, poſterius de diuinis: quoniam in diuinis rebus, non naturam deorum, ſed hominum inſtituta ſecutus eſt. Intueamur ſanè & ciuilem theologiam: Tertiũ genus eſt, inquit, quod in vrbibus ciues, maxime ſacerdotes, noſſe, atq; adminiſtrare debẽt. In quo eſt, quos deos publice colere, quę ſacra, & ſacrificia facere quemq; par ſit. Adhuc quod ſequitur, attendamus: Prima, inquit, theologia maxime accõmodata eſt ad theatrum: ſecunda ad mundum: tertia ad vrbem. Quis non videat, cui palmam dederit? Vtiq; ſecundæ, quam ſupra dixit eſſe philoſophorũ. Hanc enim pertinere teſtatur ad mundum, quo iſti nihil eſſe excellentius [f] opinantur in rebus. Duas vero illas theologias, primam & tertiã theatri ſcilicet atq; vrbis diſtinxit, ac iũxit. Videmus enim non continuo quod eſt vrbis, pertinere poſſe ad mundũ, quanuis vrbes eſſe videamus in mundo. Fieri enim poteſt, vt in vrbe ſecundum falſas opiniones, ea colantur & credantur, quorum in mundo vel extra mũdum natura ſit nuſquam. Theatrum vero vbi eſt, niſi in vrbe? Quis theatrum inſtituit, niſi ciuitas? Propter quid inſtituit, niſi propter ludos ſcenicos? Vbi ſunt ludi ſcenici, niſi in rebus diuinis, de quibus hi libri tanta ſolertia conſcribuntur?

Heraclitus

Pythagoras.

Epicurus.

a FAbulare appellaremus.) Suetonius in Tyberio hac voce eſt vſus: Maxime, inquit, curauit notitiam hiſtoriæ fabularis, viſq; ad ineptias, & deriſum. b Secundum genus eſt.) Platonici, ſed Stoici maxime omnia illa commenta de diis ad mũdi cauſas naturasq; principes retulerũt. vt Plato attigit in Cratylo, & perſona hominis Stoici Cicero. ij. de natura deorũ, Phurnutus & alij permulti. ſed plurima ita coacta & abſurda vt plane ludere eos appareat. c Vt credit Heraclitus.) Heraclitus Epheſius, qui librum ſcripſit Delio natatore indigẽtem, ideoq; cognominatus eſt ſcotinos. Ex igne cuncta naſci inq; ignem reſolui dixit, animarũ dæmonumq; referta eſſe omnia. Huius de igne opinionem ſecutus eſt eſt Hippaſus Metapontinus. d An ex numeris, vt Pythagoras.) Hic & deum, & animas noſtras, & cũcta quæ ſunt in mundo numeris conſtare aſſeruit, ex eorumq; concentu & harmonia vniuerſa progigni, quos numeros poſtea Plato ab Italicis philoſophis, qui Pythagoræ præceptorũ ſectatores erant edoctus, & clariores & apertiores reddidit, tãtſi non ita aperuit, quin à maxima eorũ parte lectorẽ excludat vnde illud de re obſcura apud Ciceronẽ ad Atticum ſcribentem, numeri Platonis. e An ex Atomis vt Epicurus.) Hic Democritum æmulatus, omnia fieri cõſtareq; dixit ex corpuſculis ramẽtisq; minutiſſimis, & inſecabilibus, quas ideo ἄτομος nominauit, quibus tamen formã, magnitudinem & pondus non adimebat. f Quo iſti nihil eſſe excellentius.) Nihil enim nouit natura vel maius, vel pulchrius, vt inquit, Seneca: idem Plato in Timæo, idem Cicero. ij. de natura deorum, idem alij omnes philoſophi.

De theologia mythica, id eſt, fabuloſa & de ciuili, contra Varronem. Cap. VI

MArce Varro cum ſis homo omnium acutiſſimus, & ſine vlla dubitatione doctiſſimus, ſed tamen homo, non deus, nec ſpiritu dei ad videda & annunciãda diuina, in veritatem libertatemq; ſubuectus, cernis quidẽ, quàm ſint res diuinæ ab humanis nugis atq; mendaciis dirimendæ: ſed vitioſiſſimas populorum opiniones, & conſuetudines in ſuperſtitionibus publicis vereris offendere, quas à deorum natura abhorrere, vel talium quales in huius mundi elemẽtis humani animi ſuſpicatur infirmitas, & ſentis ipſe, cum eas vſquequaq; conſideras, & omnis veſtra literatura circumſonat. Quid hic agit humanum quanuis excellentiſſimum ingenium? Quid tibi humana licet multiplex ingenſq; doctrina in his anguſtiis ſuffragatur? Naturales deos colere cupis: ciuiles cogeris. Inueniſti alios fabuloſos, in quos liberi' quod ſentis euomas, vnde & iſtos ciuiles velis nolísve profũdas [a]. Dicis quippe fabuloſos accõmodatos eſſe ad theatrũ, naturales ad mundum, ciuiles ad vrbem, cum mundus opus ſit diuinum, vrbes vero & theatra opera ſint hominũ: nec alij

G dij rideantur in theatris quàm qui adorantur in templis, nec aliis ludos exhibeatis, quàm quibus victimas immolatis. Quãto liberius subtiliusq; ista diuideres dicens, alios esse deos naturales, alios ab hominibus institutos. Sed de institutis aliud habere literas Poëtarum, aliud sacerdotum, vtrasq; tamẽ ita esse inter se amicas cõsortio falsitatis, vt gratę sint vtræq; dęmonibus, quibus inimica est doctrina veritatis. Sequestrata igitur paululum theologia, quã naturalem vocant, de qua postea disserendum est, placẽtne tandem vitam æternam peti, aut sperari à diis poëticis, theatricis, ludicris, sceni cis? Absit. Imò auertat deus. verus tam immanem sacri legamq; dementiam. Nunquid ab eis diis, quibus hæc placent, & quos hæc placant, cum eorum illic crimina frequentãtur, vita æterna poscenda est? Nemo vt arbitror, vsq; ad tantum pręcipitiũ furiosissimæ impietatis insanit. Nec fabulosa igitur, nec ciuili theologia sempiternam quisquam adipiscitur vitam. Illa enim de dijs turpia fingendo seminat, hæc fauendo metit. Illa mendacia spargit, hæc colligit. Illa res diuinas falsis criminibus infectatur, hæc eorũ criminum ludos in diuinis rebus amplectitur. Illa de diis nephanda figmenta hominum carminibus personat, hæc ea deorum ipsorum
H festiuitatibus consecrat. Facinora & flagitia numinum illa cantat, hæc amat. Illa prodit, aut fingit, hæc autem aut attestatur veris, aut oblectatur & falsis. Ambæ turpes, ambæq; damnabiles. Sed illa, quæ theatrica est, publicam turpitudinem profitetur: ista, quę vrbana est, illius turpitudine ornatur. Hinccine vita æterna sperabitur, vnde ista breuis temporalisq; polluitur? An vero vitam polluit consortium nephariorum hominum, si se inserũt affectionibus & assensionibus nostris, & vitam non polluit societas dæmonum, qui coluntur criminibus suis? Si veris, quàm malis: si falsis, quàm male? Hæc cum dicimus, videri fortasse cupiam nimis harum rerum ignaro potest, ea sola de diis talibus indigna maiestate diuina, & ridicula detestabiliaq; celebrari, quæ poëticis cantantur carminibus, & ludis scenicis actitantur, sacra vero illa, quæ non histriones, sed sacerdotes agunt ab omni esse dedecore purgata & aliena. Hoc si ita esset, nunquam theatricas turpitudines in eorũ honorem quisquam celebrandas esse censeret, nunquã eas ipsi dij præciperent sibimet exhiberi. Sed ideo nihil pudet ad obsequium deorum talia gerere in theatris, quia similia geruntur in templis. Deniq; cõmemoratus au-
I thor cum ciuilem theologiam à fabulosa & naturali, tertiã quadã sui generis distinguere conaretur, magis eã ex vtraq; tẽperatam, quàm ab vtraq; separatã intelligi voluit. Ait enim ea quæ scribunt poëtæ minus esse, quàm vt populi sequi debeant: quæ autem philosophi, plus quàm, vt ea vulgum scrutari expediat. Quę sic abhorrent, inquit, vt tamen ex vtroq; genere ad ciuiles rationes assumpta sint non pauca. Quare quæ sunt communia cum poetis, vnà cum ciuilibus scribemus. E quibus maior societas debet esse nobis cum philosophis, quàm cum poetis: non ergo nulla cum poetis. Et tamen alio loco dicit de generationibus deorum magis ad poetas quàm ad physicos fuisse populos inclinatos. Hic enim dixit, quid fieri debeat, ibi quid fiat. Physicos dixit vtilitatis causa scripsisse, poetas delectationis. Ac per hoc ea, quæ à poetis conscripta populi sequi non debent, crimina sunt deorum, quæ tamen delectãt & populos & deos. Delectationis enim causa, sicut dicit, scribunt poetæ, nõ vtilitatis: ea tamen scribunt, quæ dij expetant, populi exhibeant.

VNnde & istos ciuiles velis nolisve profundas.) In Coloniensi exemplari perfundas legitur & rectius. Ex iis enim, quæ Varro enumit in deos fabulosos, necesse est etiam perfundantur dij ciuiles, qui ex fabulosis manarũt, & fine dubio iidem sunt. a K

De fabulosæ & ciuilis theologiæ similitudine atque concordia. Caput VII.

REuocantur igitur ad theologiã ciuilem theologia fabulosa, theatrica, scenica indignitatis & turpitudinis plena. Et hęc tota quę merito culpanda & respuenda iudicatur, pars huius est, quæ colenda & obseruanda censetur, nõ sanè pars incongrua sicut ostẽdere instituit. & quæ ab vniuerso corpore aliena importunæ illi connexa atq; suspensa sit, sed omnino consona & tanquam eiusdem corporis membrum conuenientissime copulata. Quid enim aliud ostendũt illa simulachra, formæ, ætates, sexus, habitus deorum? Nunquid barbatum Iouem, imberbem Mercuriũ poetę habent, pontifices non habent? Nunquid Priapo Mimi, non etiam sacerdotes enormia pudenda fecerunt? An aliter stat adorandus in locis sacris, quàm procedit ridendus in theatris? Num Saturnus senex [a], Apollo ephebus, ita personæ sunt histrionum, vt nõ sint statuæ delubrorũ? Cur Forculus qui foribus præest, & Limentinus qui limini, dij sunt masculi, atque inter hos Cardea fœmina est, quæ cardinem seruat? Nonne ista in rerum diuinarum libris reperiuntur, quæ graues pœtę suis carminibus indigna duxerunt? Nunquid Diana theatrica portat arma [b], & vrbana simpliciter virgo est? Nunquid scenicus Apollo citharista est, & ab hac arte Delphicus vacat? Sed hæc honestiora sunt in comparatione turpiorum. Quid de ipso Ioue senserunt, qui eius nutricem in Capitolio posuerunt? Nonne attestati sunt Euemero [c], qui omnes tales deos non fabulosa garrulitate, sed historica diligentia homines fuisse mortales; conscripsit? Epulones etiam [d] deos parasitos Iouis ad eius mẽsam, qui constituerunt, quid aliud quàm mimica sacra [e] esse voluerũt? Nã parasitos Iouis ad eius cõuiuiũ adhibitos, si mimus dixisset, risum vtiq; quæsisse videretur. Varro dixit. Nõ cum irrideret deos, sed cum commendaret, hoc dixit: diuinarum nõ humanarum rerum libri hoc eum scripsisse testantur. Nec vbi ludos scenicos exponebat, sed vbi Capitolina iura pandebat. Deniq; à talibus vincitur, & fatetur, sicut forma humana deos fecerunt, ita eos delectari humanis voluptatibus credidisse. Non enim & maligni spiritus suo negocio defuerunt, vt has noxias opiniones humanarum mẽtium ludificatione firmarent. Vnde etiam illud est [f] quod Herculis ædituus, ociosus atque feriatus lusit tesseris secum vtraq; manu alternante, in vna constituens Herculem, in altera seipsum, sub ea cõditione, vt si ipse vicisset, de stipe templi sibi cœnã pararet, amicamq; cõduceret: si autem victoria Herculis fieret, hoc idem de pecunia sua voluptati Herculis exhiberet: deinde cum à seipso tanquam ab Hercule victus esset, debitam cœnam & nobilissimam meretricem Laurentinam [g] deo Herculi dedit, At illa cũ dormiuisset in tẽplo, vidit in somnis Herculem sibi esse commixtum, sibiq; dixisse, quod inde discedens cui primum iuueni obuia fieret, apud illum esset inuentura mercedem, quã sibi credere deberet ab Hercule persolutã. Ac sic abeunti cum primus iuuenis ditissimus Taruntius† * occurrisset, eamq; dilectam secum diutius habuisset, illa hæredem relicta, defunctus est. Quæ amplissimam adepta pecuniam, ne diuinæ mercedi videretur ingrata, quod acceptissimũ putauit esse numinibus, populum Romanum etiam ipsa scripsit hæredemque illa non compa- L M †*aliàs Tarutius.*

rente in-

A rente inuentum est testamentum, quibus meritis eam ferunt etiam honores meruisse diuinos. Hæc si poëtæ fingerent, si mimi agerent, ad fabulosam theologiã dicerentur proculdubio pertinere, & à ciuilis theologiæ dignitate separanda iudicarentur. Cũ vero hæc dedecora, non poëtarum, sed populorum: nõ mimorum, sed sacrorum: non theatrorum, sed templorum, id est, non fabulosæ, sed ciuilis theologiæ, à tanto authore produntur, nõ frustra histriones ludicris artibus fingunt deorum, quæ tanta est, turpitudinem, sed planè frustra sacerdotes velut sacris ritibus conantur fingere deorum, quæ nulla est, honestatẽ. Sacra sunt Iunonis, & hæc in eius dilecta insula Samo [h] celebrantur, vbi nuptũ data est Ioui. Sacra sunt Cereris, vbi à Plutone rapta Proserpina queritur. Sacra sunt Veneris, vbi amatus eius Adonis [i] aprino dẽte extinctus iuuenis formosissimus plangitur. Sacra sunt matris deum, vbi Atys pulcher adolescens ab ea dilectus, & muliebri zelo abscisus, etiam hominum absciforum, quos Gallos vocãt, infœlicitate deploratur. Hęc cum deformiora sint omni scenica fœditate, quid est, quod fabulosa de diis figmenta poëtarũ ad theatrum videlicet pertinentia velut secernere nituntur à ciuili theologia, quam pertinere ad vrbem vo
B lunt: quasi ab honestis & dignis indigna & turpia? Itaque potius est, vnde gratiæ debeantur histrionibus, qui oculis hominum pepercerũt, nec omnia spectaculis nudauerunt, quæ sacrarum ædium parietibus occuluntur. Quid de sacris eorum boni sentiendum est, quæ tenebris operiuntur, cum tam sint detestabilia, quæ proferuntur in lucem? Et certe quid in occulto agant per abscisos & molles, ipsi viderint. Eosdem tamen homines infœliciter ac turpiter eneruatos atq; corruptos minime occultare potuerunt. Persuadeant cui possunt, se aliquid sanctum per tales agere homines: quos inter sancta sua numerari atq; versari negare non possunt. Nescimus quid agant, sed scimus per quales agant. Nouimus autem, quæ agantur in scena, quæ nunquam vel in choro meretricum, quo nemo abscisus aut mollis intrauit, & tamen etiam ipsa turpes & infames agunt, neq; enim ab honestis agi debuerunt. Quæ sunt ergo illa sacra, quibus agendis tales elegit sanctitas, quales nec thymelica in se admittit obscœnitas [k]?

a NAm Saturnus Senex.) Per interrogationem figurate, non sciscitandi gratia, sed instandi: vt quod negari nõ potest, ardentius infigatur: sicut Quintilianus docet libro nono: aut legendum, num Satur. Nam res sic habet, quod Saturnus senex, & Apollo Ephebus in tẽplis visitur: vnde est ille Dionysij Syracusij iocus, quum barbam auream Aesculapio ademisset, non decere patre imberbi filium esse barbatum. Apollinis simulachrum Deli dextra manu arcum tenebat, sinistra vero tres Gratias, quarũ vna citharam, altera tibias, media fistulam habebat. b Portat arma.) Arcum, & pharetram. c Euemero.) Hic fuit Siculus, è ciuitate Messana, qui Iouis & cæterorum deorum historiam veram scripsit ex titulis & inscriptionibus sacris, quæ in antiquissimis templis habebantur: quam Græci sacram vocant. Ennius interpretatus est, vt scribit Cicero. Meminerunt huius scriptoris, quum Græci frequentes, tum ex Latinis Cicero, Varro, Lactantius, Macrobius Seruius, & alij permulti. Hũc Euemerum, quod verã historiam scripsisset de diis, Sextus Empiricus ἄθεον, id est, impium & sine deo, vocatũ esse ait: cui Theodoritus Cyrenensis suffragatur, illum inter Diagoras & Theodoros numerans. Timon in Sillis γέροντα ἀλαζόνα nominat, id est, senem insolentem, & qui libros ædat inutiores. d Epulones etiam.) Collegio Ponti. iij. viri additi sunt, qui sacra conuiuia hoc est, quæ in deorum ludis exhibebantur, curarent: dictique sunt triũmuiri epulones. Sequenti tempore additi sunt duo: ita fuerunt quinq; viri: postremo per ambitionem duo alij adiecti, & hic numerus mãsit septem virorum epulonum, qui vbi curarant publicum epulum, ipsis mensa parabatur ante Iouis simulachrum, ibiq; epulabãtur. Cicero in Aruspicum responsis, epulones Iouis opti. Maxi. appellat. Parasitos nominauit, quod horũ mos est, alienas sectari mensas, vt nomen ipsum ex Græco ostendit. Ita Varro ex naturali significatu, epulones illos parasitos vocauit, quasi conuiuas Iouis. Hoc enim est παράσιτος à παρασιτίσω. e Inimica sacra.) Legendum, mimica. f Vnde etiam illud est.) Hanc meretricem quidam putant fuisse Floram, alij Accam Larentiã, cuius feriæ Larentinalia: sed de hoc multa Macrobius primo Saturnaliorum. Attingit etiam Lactãtius, sed paucis. Verrius Flaccus Flauam cognominatam esse hãc scribit. Plutarchus quoq; de hac ipsa re in problematis. g Laurentinam.) Alibi Larentinam, Larentiam vulgatius nominant: nam Accam Laurentiam, Romuli nutricem ferunt, eiusq; putant esse festa Laurentalia, huius vero scorti festa esse Floralia. h In eius dilecta insula Samo.) Samos insula est in mari Icario à summitate & asperitate sic dicta. Lactantius lib. j. Insulam Samum scribit Varro prius Partheniam nominatã, quòd ibi Iuno adoleuerit, ibiq; etiã Ioui nupserit. Itaq; nobilissimũ & antiquissimũ tẽplũ eius est Samiis simulachrũ in habitu nubẽtis figuratũ, & sacra eius anniuersaria nuptiarum ritu celebrabantur. Hæc Lactantius. Erat chara Samos Iunoni, nempe natale solũ. Sic Vergilius primo Aeneidos. i Vbi amatus eius Adonis.) Cinara ex Myrrha filia sua astutia nutricis genuit Adonim formosissimum iuuenem, qui Cypri regnauit. Valerius Probus in Gallum Vergilij scribit ex sententia Hesiodi, hunc Phœnicis fuisse filium, ex Philostephano vero genitum à Ioue sine vllius fœminæ accubitu. Hũc Venus adamauit: quum q; venandi esset studiosissimus, ab apro ferocissimo dilaniatus est. Fabulãtur aprum hũc à zelotypo Marte esse immissum, Veneremq; mœstissimam multum luxisse Adonim, vertisseq; eum in florẽ sui nominis. Simulachrum Veneris dicit Macrobius fingi in monte Libano, capite obnupto, specie triste, faciem manu læua intra amictum sustinens: lachrymę visione conspicientium manare creduntur. Phœnices Adonim γίγγρεν nominabãt, vt author est Pollux libro quarto: ideo mœstas illas tibias quibus in luctu Adonis vti solebant, γίγγρας appellarunt, tametsi Festus genus putat exiguarum tibiarũ gingrinas de voce anserũ appellatas, qui gingrire dicuntur. Porrò quod Adonis flore iuuenæ est subreptus, ideo Veneri orti dicabantur, qui sine fructu speciem quandam præberent florum, foliorúmque: vnde Prouerbium apud Græcos natum, ἐδ δνιτ ϕ. κέστοι: quod vt reliqua alia, ita & hoc accuratissime explicat Erasmus noster in Adagiis suis, siue, vt Budæus vocat, in salino Mercurij, & logotheca Mineruæ. k Nec Thymelica in se admittit obscœnitas.) Thymelicorum & Tymeles meminerunt Græci crebro. Et ex Latinis Vitruuius lib. de architectura quinto, sed obscure mea sententia: quę ego, vel explicabo, vel certe explicandi causam incitamentũq; dabo eruditioribus. In theatro erat scena inter duo theatri cornua extensa, in qua agebant histriones tragici, & comici. Erat & Orchestra senatorum locus inter cuneos & scenam, in qua pulpitum, quinq; pedibus altum, quod Græci Thymelẽ dicebant, & Logeum in quo & chorus tragœdiarum saltabat: Comœdiarum quoq; quũ habebant comœdiæ chorum, modo ad histriones versus, modo ad populum histrionibus in scena abditus: ibi & citharœdi, & aulœdi, & quotquot personã ex fabula nõ agentes, actioni fabulæ subseruiebãt, nomenq; loco in quo saltarent, dederũt: nam orchestra est appellata ab ὀρχέομαι salto: & Thymelen ἐυαιτικὴν interpretantur Graeci, & illos omnes artifices musices thymelicos putant. Thymelem dictã ab aris quę ibi erant extructę Apollini & Baccho: nam & θυμέλη pro ara ponitur: de quibus Donatus censet Terentiũ in Andria locutum, Sume verbenas ex ara. Apuleius in Apologia priore Thymelicum choragium posuit pro apparatu histrionum & ornatu illo scenæ. Fuit & Thymele Latini histrionis, vt quidam putant, vxor, vt alij socia, eiusdemq; artis mimicę. Ambobus Domitianum Cęsarem impense delectatum. Martialis lib. j. ad Domitianum declarat:

Qua Thymelem spectas, deriseremq; Latinum,
Illa fronte precor carmina nostra lege.

Euemerus. *Epulones.* *Parasitus.* *Samos.* *Adonis.* *Gingrire.* *Thymelici.* *Orchestra.*

De interpretationibus naturalium rationum, quas doctores Pagani pro diis suis conantur ostendere. Caput. VIII.

ATenim habent ista physiologicas quasdam, sicut aiunt, id est, naturalium rationum interpretationes. Quasi vero nos in hac disputatione physiologiam quæramus, & non theologiam, id est, rationẽ non naturæ, sed dei. Quanuis enim qui verus deus est, nõ opinione, sed natura sit deus, nõ tamen omnis natura deus est, quia & hominis, & pecoris, & arboris, & lapidis vtiq; natura est, quorũ nihil est deus. Si autem interpretationis huius quando agitur de sacris matris deum, caput est certe, quod mater deorũ est terra, quid vltra quærimus, quid cætera perscrutamur? Quid euidentius suffragatur eis, qui dicũt omnes istos deos homines fuisse? Sic enim sunt terrigenæ, sicut terra eis mater est. In vera autẽ theologia opus dei est terra, non mater. Veruntamẽ quoquo modo sacra eius interpretentur, & referant ad rerum naturam, viros muliebria pati [a] non est secundũ naturam, sed contra naturam. Hic morbus, hoc crimen, hoc dedecus habet inter illa sacra professionem, quod in vitiosis hominum moribus vix habet inter tormenta confessionem. Deinde si ista sacra quę scenicis turpitudinibus cõuincuntur esse fœdiora, hinc excusantur, atq; purgantur quod habent interpretationes suas quibus ostendantur rerũ significare naturam: cur non etiã poëtica similiter excusentur atq; purgẽtur? Multa enim & ipsi ad eundem D F

g iiij modum

G modum interpretati sunt, vsqueadeo, vt quod ab eis immanissimum & infandissimum dicitur: Saturnum suos filios deuorasse, ita nonnulli interpretentur, quod longinquitas temporis [b], quæ Saturni nomine significatur, quicquid gignit ipsa consumat. Vel sicut idē opinatur Varro, quod pertineat Saturnus ad semina, quæ in terram de qua oriuntur iterum recidunt. Itemq; alij alio modo & similiter cætera. Et tamē theologia fabulosa dicitur, & cum omnibus huiuscemodi interpretationibus suis reprehenditur, abiicitur, improbatur: nec solum à naturali, quæ philosophorum est, verumetiam ab ista ciuili de qua agimus, quæ ad vrbes populosq; pertinere asseritur: eo quòd de diis indigna cōfinxerit, merito repudianda discernitur. Eo nimirum consilio, quoniam acutissimi homines atq; doctissimi, à quibus ista cōscripta sunt ambas improbandas intelligebant, & illam scilicet fabulosam & istam ciuilem. Illam vero audebant improbare, hanc non audebant.. Illam cui pandam proposuerunt, hāc eius similem comparandā exposuerunt, non vt hæc præ illa tenenda eligeretur, sed vt cum illa respuenda intelligeretur, atq; ita sine periculo eorum qui ciuilem theologiā reprehendere metuebant, vtraq; contempta, ea quam naturalem vocant

SATVRNVS.

H apud meliores animos inueniret locum. Nam & ciuilis & fabulosa ambę fabulosæ sunt ambæq; ciuiles: ambas inueniet fabulosas, qui vanitates & obscœnitates ambarum prudenter inspexerit, ambas ciuiles, qui ludos scenicos pertinentes ad fabulosam, in deorum ciuilium festiuitatibus, & in vrbium diuinis rebus aduertit. Quomodo igitur vitæ æternæ dādæ potestas cuiquam deorum istorum tribuitur: quos sua simulachra & sacra conuincunt, diis fabulosis apertissime reprobatis, esse simillimos formis, ætatibus, sexu, habitu, coniugiis, generationibus, ritibus, in quibus omnibus aut homines fuisse intelliguntur, & pro vniuscuiusq; vita vel morte sacra eis, & solennia cōstituta, hunc errorem insinuātibus firmantibusq; dæmonibus, aut certe ex qualibet occasione immundissimi spiritus fallendis humanis mentibus irrepsisse.

a VIros muliebria pati.) Galli matris deūm, quum nō possent facere quæ viri, patiebantur quæ fœminæ. b Quod longinquitas temporis.) Interpretatio Ciceronis. ij. de natu. deo. nā κρόνος est Græce, quasi χρόνος, de hoc alibi.

De officiis singulorum deorum. Caput IX.

I VId ipsa numinum officia tam viliter minutatimq; concisa propter quod eis dicunt pro vniuscuiusq; proprio munere supplicari oportere? Vnde nō quidem omnia sed multa iam diximus. Nonne scurrilitati mimicæ magis quàm diuinæ consonant dignitati? Si duas quisquam nutrices adhiberet infanti: quarum vna nihil nisi escā, altera nihil nisi potum daret: sicut isti ad hoc duas adhibuerūt deas, Edulicam * & Potinam: nempe desipere, & aliquid mimo simile in sua domo agere videretur. Liberum à liberamento appellatum volunt, quòd mares in coëundo per eius beneficium emissis seminibus liberentur. Hoc idē in fœminis agere Liberā, quam etiā Venerem putant, quòd & ipsas perhibeant [a] semina emittere, & ob hoc Libero eādem virilem corporis partem in templo poni, fœmineam Liberæ. Ad hæc addunt mulieres [b] attributos Libero & vinū, propter libidinem concitādam. Sic Bacchanalia summa celebrantur insania. Vbi Varro ipse confitetur à Bacchantibus talia fieri non potuisse, nisi mente commota [c]. Hæc tamen postea displicuerūt senatui [d] sanori, & ea iussit auferri. Saltem hic tandem forsitan senserūt quid immundi spiritus dum pro diis habentur, in hominum possint mentibus. Hæc certe non fierēt in theatris. Ludunt quippe ibi, non furūt, quanuis deos habere, qui etiā ludis talibus delectentur, simile sit furoris. Quale autem illud est, quod cum religiosum à superstitioso ea distinctione discernat, vt à superstitioso dicat timeri deos: à religioso autem tantū vereri vt parentes, non vt hostes timeri, atq; omnes ita bonos dicat, vt facilius sit eos nocētibus parcere, quàm lædere quenquam innocentem? Tamen mulieri fœtæ post partum tres deos custodes cōmemorat adhiberi, ne Siluanus deus per noctem ingrediatur & vexet: eorumq; custodum significandorum causa tres homines noctu circumire limina domus, & primo limen securi ferire, postea pilo, tertiò deuerrere scopis: vt his datis culturæ signis, deus Siluanus prohibeatur intrare: quia neq; arbores cæduntur ac putantur sine ferro: neque far conficitur sine pilo: neq; fruges coaceruātur sine scopis. Ab his autem tribus rebus tres nuncupatos deos: Intercidonem [e] * à securis intercisione: Pilumnum, à pilo [f]: Deuerram à scopis, quibus diis custodibus contra vim dei Siluani, fœta cōseruaretur. Ita contra dei nocentis sæuitiam non valeret custodia bonorum, nisi plures essent aduersus vnum: eiq; aspero, horrendo, inculto vtpote syluestri signis culturæ tanquam contrariis repugnarent. Istāne est innocentia deorum: ista concordia? Hæccine sunt numina salubria vrbium, magis ridenda quàm ludibria poetarum & theatrorum? Cum mas & fœmina coniunguntur, adhibetur deus Iugatinus. sit hoc ferendum. Sed domum est ducenda quę nubit, adhibetur deus Domiducus [g]. Vt in domo sit, adhibetur deus Domitius. Vt maneat cum viro, additur dea Manturna. Quid vltra quęritur? Parcatur humanæ verecūdiæ: peragat cętera concupiscentia carnis & sanguinis procurato secreto pudoris. Quid impletur cubiculum turba numinum: quando & paranymphi [h] inde discedunt? Et ad hoc impletur: non vt eorum præsentia cogitata maior sit cura pudicitiæ, sed vt fœminæ sexu infirmę nouitate pauidæ, illis cooperantibus sine vlla difficultate virginitas auferatur. Adest enim dea Virginensis, & deus pater Subigus, & dea mater Prema, & dea Partunda, & Venus, & Priapus. Quid est hoc? Si omnino laborantem in illo opere virum ab diis adiuuari oportebat: non sufficiebat aliquis vnus, aut aliqua vna. Nūquid Venus sola parū esset, quæ ob hoc etiā dicitur nuncupata, quod sine eius vi fœmina virgo esse nō desinat? Si vlla est frons in hominibus, quę non est in numinibus: nonne cū credunt coniugati tot deos vtriusq; sexus esse præsentes, & huic operi instantes, ita pudore afficiūtur, vt & ille min⁹moueatur, & illa plus reluctetur? Et certe si adest Virginēlis dea, vt virgini zona soluatur [i]: si adest deus Subigus, vt viro subigatur: si adest dea Prema, vt subacta ne se cōmoueat, cōprimatur, dea Partūda ibi quid facit? Erubescat, eat foras, agat aliquid & maritus. Valde inhonestū est, vt quod vocatur illa, impleat quisquam nisi ille. Sed forte ideo toleratur, quia dea dicitur esse non deus. Nam si masculus crederetur, & Partundus vocaretur, maius contra eum pro vxoris pudicitia posceret maritus auxiliū, quàm Fœta contra Siluanū. Sed quid hoc dicā, cum ibi sit & Priapus nimis masculus [k], super cuius immanissimū & turpissimū [l] fascinum sedere noua nupta iubebatur, more honestissimo & religiosissimo matronarū? Eant adhuc & ciuilem Theologiā à Theologia fabulosa, vrbes à theatris, templa à scenis, sacra pontificū à carminibus poetarum, velut res honestas à turpibus, veraces à falla

*aliàs Educam.

LIBER

K

L

*aliàs, Intercidonā.

Venus.

M

cibus

A cibus, graues à leuibus, serias à ludicris, appetēdas à respuendis, qua possunt quasi conentur subtilitate discernere. Intelligimus quid agant, qui illam theatricam & fabulosam Theologiam ab ista ciuili pendere nouerūt, & ei de carminibus poëtarum tanquam de speculo resultare: & ideo ista exposita, quam damnare non audent: illam eius imaginem liberius arguunt & reprehendunt, vt qui agnoscunt quid velint, & hanc ipsam faciem cuius illa imago est, detestentur, quam tamen ipsi dij tanquam in eodem speculo se intuentes ita diligunt, vt qui qualésque sunt in vtraque melius videantur. Vnde etiam cultores suos terribilibus imperiis cōpulerunt, vt immunditiam Theologię fabulosæ sibi dicarent, in suis solennitatibus ponerent in rebus diuinis haberent: atque ita & seipsos immundissimos spiritus manifestius esse docuerunt, & huius vrbanæ Theologiæ velut electę & probatę illam theatricam abiectam atque reprobatam, membrum partemq; fecerunt, vt cū sit vniuersa turpis & fallax, atque in se contineat commenticios deos, vna pars eius sit in literis sacerdotum, altera in carminibus poëtarum. Vtrum habeat & alias partes, alia quęstio est. Nunc propter diuisionem Varronis & vrbanam & theatricam Theologiam ad vnā

B ciuilem pertinere satis, vt opinor, ostendi. Vnde quia sunt ambę similis turpitudinis, absurditatis, indignitatis, falsitatis: absit à viris religiosis, vt siue ab hac, siue ab illa vita speretur æterna. Denique & ipse Varro commemorare & enumerare deos cœpit à conceptione hominis quorum numeros exorsus est à Iano, eámque seriem perduxit vsque ad decrepiti hominis mortem, & deos ad ipsum hominem pertinentes clausit ad Næniam deam [m] quæ in funeribus senum cantatur. Deinde cœpit deos alios ostendere, qui pertinerent non ad ipsum hominem, sed ad ea, quæ sunt hominis, sicuti est victus, vestitus, & quæcunq; alia, quę huic vitæ sunt necessaria, ostendens in omnibus quod sit cuiusq; munus, & propter quid cuique debeat supplicari, in qua vniuersa diligentia nullos demonstrauit vel nominauit deos, à quibus vita æterna poscenda sit, propter quam vnam proprie nos Christiani sumus. Quis ergo vsqueadeo tardus sit, vt non intelligat istum hominē ciuilem Theologiā tam diligenter exponendo & aperiendo eamq; illi fabulosæ indignæ atq; probrosæ simi

C lem demonstrando, atq; ipsam fabulosam partem esse huius satis euidenter docendo, non nisi illi naturali, quam dicit ad philosophos pertinere, in animis hominū moliri locum [n], ea subtilitate vt fabulosam reprehēdat, ciuilem vero reprehendere quidem nō audeat, sed prodendo reprehensibilem ostendat, atq; ita vtraq; iudicio recte intelligētium reprobata, sola naturalis remaneat eligenda? De qua suo loco in adiutorio dei veri diligentius disserendum est.

a QVod & ipsam perhibeāt.) Alibi ipsas, quasi fœminas de quo est magna controuersia inter philosophos. Plato & Aristoteles non semē eas aiunt emittere, sed humorem quendam sudori non dissimilem, qui ad generationem nihil faciat. Pythagoras & Democritus semē contendūt emittere. Epicurus Democritum sequitur, vt solet. Hippo quasi inter hos medius semē esse ait, sed generationi nihil conferre. quippe quod exeat, non maneat in vase generationis. b Ad hæc addunt mulieres.) Bacchū sequebantur Satyri & mulieres furentes, quæ bacchæ dicebantur vlulantes. Vnde Eustathius deum Bacchum dictum esse ab incondito illo clamore, quasi à βακχεῖν, deinde interposito elemento κ, dictum Bacchum: nominatæ & Mimallonides à Mimade monte minoris Asiæ, & Bassarides, & Thyiades, à Thyia quæ prima sacris Liberi patris initiata est. Plutarchus in libello de cupiditate opum, in antiquis Bacchi sacris hanc fuisse pompā dicit, Amphoram vini cum palmite, hinc hircum quem trahebat aliquis, post cistam nucum, & phallum, quæ postea obsoleuerunt, & pretiosiora sunt inducta. Erat etiam & vannus, sicut Vergilius, inquit, hoc est, cribrū cereale: vt exponit Seruius. Varro vallū posuit, quod nihilo minus significat, & conus: id est, nux pinea, ad similitudinem thyrsorum, quos ipse Bacchæ, quæ in Indiā secutę sunt Bacchum, gestabant. Erant enim thyrsi hastæ præpilatæ pampinis & hederis circum vestitę. Addebatur hedera, quòd sit quædam eius species, quæ furorem concitat: vt Plutarchus in proble. ait, & ebrios faciat absq; vino & in furorem procliues leniat, ac mānuefaciat: & ipsa hedera in vniuersum ἀπὸ τοῦ πνίγειν, quod est, in Venerē trahere, deducitur. est etiā Thyrsis corona nuptialis: est & lampas quā in Dionysi honorem præferebant, sed quum corona est, dicunt in vltima esse acutum tonum, sic θυρσόεις. In his sacris, furor sacrificantibus incutiebatur: vnde Bacchum nominatum ait Valeri⁹ Probus, Est enim bacchare, idem quod furere: & bacchæ appellatæ, quæ per furorem sacra liberi patris celebrarēt. Ideo Mænades quoq; dictæ, & Bacchus ipse Mænoles. quasi totus furens: vt scribit Clemens, Eusebio citante. c Nisi mente commota.) Nam si quieta essent, tranquillaq; mente, nunquam talia facerent: partim inepta, stultaq; : partim abominandæ fœditatis: partim crudelia, atq; inhumana. Multæ enim cædes per eiusmodi sacrificiorum furorem committebantur. Sic occisi sunt Pentheus, & Ninus Indiæ rex, & Lycurgus Thrax, & Orpheus. d Hæc tamen postea displicuerunt senatui.) De Bacchanalium nephariis sceleribus, eorúmque ab Italia expulsione per S. CON. Liuius abunde libro. xxxix. e Intercidonem.) Vetera exemplaria Intercidonam habent. f Pilumnū à pilo.) Seruius nono Aeneid. Pilumnus & Picūnus fratres fuerunt dijhorum Picumnus stercorandorum agrorum inuenit vsum, vnde & Sterquilinus dictus est: Pilumnus vero, pilendi frumenti: vnde à pistoribus colitur, & ab ipso pilum dictum est. Seruius hæc. Capella lib. ij. commuendæ frugis farrisq; fragmenta Pilumno signat Italia. Pilum vero est & telum Romanum, pedum quinque & semis, vt scribit Modestus: ferro trigono, vnciarum nouem: & instrumentum, quo quid in mortario frangitur, conteritur q;. Antiqui Ethruriæ & Latij populi fruges concidebāt pani conficiendo pilis: idq; opus erat manuum. Molæ deinde sunt inuētæ commodiore rerum vsu, in quibus etiam non deest suum pilum ruido, vt vocat Plinius lib. xviij. Marcellus Pilumnum & Picumnum, deos vocat, præsides auspitiis cōiugalibus. Varro de vita Po. R. o. lib. ij. Natus si erat vitalis ac sublatus ab obstetrice statuebatur in terra, vt auspicaretur rectus diisque coniugalibus, Pilumno & Picumno in ædibus lectus sternebatur. g Domiducus.) Capella Domiducam Iunonē vocat lib. ij. his verbis: Interducam & Domiducam Vnxiam, Cinthiam, mortales puellę debent in nuptias conuocare, vt earum & itinera protegas, Iunoni loquitur, & in optatas domos ducas, & cōpostes vngent, faustū omen affigas, & cingulum ponentes in thalamis, nō relinquas. h Quando & paranymphi.) Paranymphus à Hieronymo dicitur pronubus: auspex quoq; à Latinis nominatur, nam auspicari solebāt, vt scribit Cicero. Hi à marito mittebātur ad fœminam: ab hac ad illam pronubæ. Tacitus de Nerone: Ipse per licita atq; illicita fœdatus, nihil flagitij reliquerat, quo corruptior ageret, nisi paucos post dies vni ex illo cōtaminatorum grege, cui nomen Pythagoræ fuit, in modum solennium coniugiorum denupsisset. inditum imperatori flammeum, misit auspices duos, & genialis thorus, & faces nuptiarum. i Virginensis dea, vt virgini zona soluatur.) Hanc Capella Cinthiam Iunonē videtur appellare. Vetustis temporibus puellæ quādiu erant virgines, fasciam virginalem perpetuo gestabant. Cuius meminit Homerus. xj. Odysseæ, qui mos ad Romanos postea manauit: duranitque vsq; ad casum imperij. Martialis: Qui zonā soluit diu ligatam. Vtuntur & in Hispania virgines fasciis. k Priapus nimis masculus.) Hunc Seruius scribit pulsum è Lampsaco, vbi erat natus, propter nimiam virilis membri magnitudinem: Lactantius scribit inter Priapum & asinum Sileni, qui omnes erant in comitatu Bacchi, ortum certamē de membri virilis magnitudine, Priapumq; ab asino victū, interemisse victorem. Ideo Columella Priapum vocat deum terribilis membri. Ouidius in Priapeia de pene Priapi plurima, quæ pudoris causa transeo. l Immanissimum & turpissimum.) Fascinum Priapi penē esse ostendit Ouidius in poëmate obscœno:

Priape quod sis fascino gauis tento. Et pòst paulùm:
Soles sacrum reuinctus pampino caput,
Ruber sedere, cum rubente fascino.

Horatius fascinum eandem rem nominat. Causam adducit Porphyrio, quod fascinandis rebus hæc membri deformitas adderetur. Ego potius ab auertendo fascino dictum esse puto, quod in sacris Dionysij rite propiciato Priapo, & imposita illi corona à matrona honestissima, fascinū à frugibus auertereturvt Augustinus proximo li. ex Varrone narrat. Ad fascinum ergo amoliendum iubebatur super id sedere: nam & Pompeius Festus versus fescenninos, qui in nuptiis dicebantur, etiam inde videri posse dictos scribit, quod fascinum existimarentur arcere. Sicut ergo in agris, ita & in nuptiis Priapus, seminum deus, ne fœcunditas fascinatione impediretur, colebatur, nisi forte illud potius sit, quod Lactantius ait lib. primo, Mutinum esse deum, in cuius sinu pudendo nubentes primum sedeant, vt illarum pudicitiam prior deus delibasse videatur. Mutinum enim Priapum esse diximus lib. iiij. qui præsteret, vt in primo concubitu vir moueatur, virgo vero ne reluctetur: vt hic Augustinus significat. Festus idem author est, nouam nuptam in lanata pelle solitam sedere: vel quod his vestiebantur veteres, vel quod lanificium profiteretur, & esset præstatura. Plutarchus in problematis sponsam inducentes, pellem substernunt, ipsa secum colum & fusum domo affert.

m Ad Næniam deam.) Næniam carmen erat lugubre, quod in laudem mortui ad tibiam cantabatur à præfica sola cæteris flentibus, cuius inuctorem Horatius Simonidem poetam fuisse significat. Fuit etiam dea cuius sacellum extra portam Viminalem: nomen fictum est de voce flētium. Sunt qui eo verbo finem putent significari alij ab extremi intestini vocabulo vocē deductam, quod Græci νέατον dicunt, chordarum quoque vltimam νέατα vocatur, vnde extremam cantionis vocem næniam nominari placuit. Festus lib. xij. n In animis hominum moliri locum.) An mollire, sed certe sensus est, Varronē clàm & paulatim hoc agere, vt exclusis duabus theologiis sola naturalis in hominum mentibus hæreret.

D

Thyrsi.

Hedera.

Mænades.

Pilumnus.

Pilum.

E

Iuno domiduca.

Paranymphus.

Priapus.

F

Nænia.

Bacchus.

De liber-

G

De libertate Senecæ, qui uehementius ciuilem theologiam reprehendit quàm Varro fabulosam. Caput X.

SENECA.

Libertas sanè quæ huic defuit, ne istam vrbanam theologiam theatricæ simillimam aperte sicut illam reprehendere auderet, Anneo Senecæ, quem nonnullis indiciis inuenimus Apostolorum nostrorum claruisse temporibus [a], non quidem ex toto, vérum ex aliqua parte non defuit. Affuit enim scribẽti, viuenti defuit. Nam in eo libro quẽ contra superstitiones [b] condidit, multo copiosius atque vehementius reprehendit ipse ciuilem istam & vrbanam theologiam, quàm Varro theatricam atque fabulosam. Cùm enim de simulachris ageret, sacros, inquit, immortales inuiolabilesq; deos in materia vilissima atque immobili dedicant, habitus illis hominum, ferarumq;, & piscium. Quidã verò misto sexu diuersis corporibus induunt, numina vocant, quæ si spiritu accepto subito occurrerent, monstra haberẽtur. Deinde aliquãto pòst, cum Theologiam naturalem prædicãs, quorũdam philosophorum sententias digessisset, opposuit sibi quæstionem, & ait: Hoc loco dicet aliquis: Credam

H

ego cœlum & terram deos esse, & supra lunã alios, infra alios? Ego ferã aut Platonem, aut Peripateticum [c] Stratonem, quorum alter fecit deum sine corpore, alter sine animo? Et ad hoc respondens, quid ergo tandem inquit: Veriora tibi videntur T. Tatij, aut Romuli, aut Tulli Hostilij somnia? Cloacinam θ Titus θ Tatius dedicauit deam, Picum, Tyberinumq; Romulus: Hostilius pauorem atque pallorem deterrimos hominum* affectus, quorum alter mentis territæ motus est, alter corporis, ne morbus quidem, sed color. Hæc numina potius credes, & cœlo recipies? De ipsis verò ritibus crudeliter turpibus quàm libere scripsit? Ille inquit, viriles sibi partes putat: ille lacertos secat. Vbi iratos deos timent, qui sic propitios mirentur? Dij autem nullo debent coli genere, si & hoc volunt. Tantus est perturbatæ mentis & sedibus suis pulsę furor, vt sic dij placẽtur, quemadmodum ne quidem homines [d]. Sæuiunt teterrimi & in fabulas traditi crudelitatis [e] Tyrãni, laceraueruntaliquorum membra, neminẽ sua lacerare iusserunt. Regię libidinis voluptate [f] *castrati sunt quidam, sed nemo sibi ne vir esset iubente domino manus intulit. Se ipsi in templis contrucidant, vulneribus suis, ac sanguine supplicant. Si cui intueri vacet, quæ faciunt, quæq; patiuntur, inueniet tam indecora honestis, tam indigna liberis, tam dissimilia sanis, vt nemo fuerit dubitaturus furere eos. Si cũ paucioribus furerent, vtcunq; ferendi essent, nunc sanitatis patrocinium insanientium turba est. Iã illa quæ in ipso Capitolio fieri solere commemorat, & intrepide omnino coarguit, quis credat nisi ab irridentibus, aut furentibus fieri? Nam cum in sacris Aegyptiis Osirim lugeri perditum [g] mox autem de inuento magnum fuisse gaudium derisisset, cũ perditio eius inuentioq; fingatur, dolor tamen ille atq; lætitia ab eis, qui nihil perdiderunt, nihilq; inuenerũt, veraciter exprimatur. Huic tamen, inquit, furori certũ tẽpus est. Tolerabile est semel in anno insanire. In Capitoliũ peruenire,*† pudebit publicatę dementiæ, quod sibi van? furor attribuit officij, alius numina deo subiicit, alius horas Ioui nunciat, alius lictor est, alius vnctor qui vano motu brachiorum imitatur vngentem. Sunt

*aliâs teterrimos omnium.

I

*aliâs in regiæ libidinis uoluptatem.

†† aliâs peruenì

quæ Iunoni ac Mineruæ capillos disponant, longè à tẽplo non tantum à simulachro stantes, digitos mouent ornantiũ modo. Sunt quę speculũ teneant, sunt quæ advadimonia sua [h] deos aduocent. Sunt qui libellos offerant, & illos causam suam doceant. Doctus Archimimus [i] senex iam, decrepitus, quotidie in Capitolio Mimum agebat, quasi dij libenter expectarent, quem illi homines deriserant.* Omne illic artificũ genus operãtium diis immortalibus desidet. Et paulopost: Hi tamẽ inquit, etiam si superuacuum vsum, nõ turpem nec infamem deo promittunt. Sedent quædam in Capitolio, quæ se à Ioue amari putant: nec Iunonis quidẽ [k], si credere poëtis velis, iracundissimæ respectu terrẽtur. Hãc libertatem Varro non habuit, tantummodo poëticam Theologiam reprehendere ausus est, ciuilem nõ ausus est, quam iste concidit. Sed si verum attendamus, deteriora sunt templa, vbi hęc aguntur, quàm theatra, vbi finguntur. Vnde in his sacris ciuilis theologię has partes potius elegit Seneca sapienti, vt eas in animi religione non habeat, sed in actibus fingat. Ait enim: Quæ omnia sapiẽs seruabit tanquã legibus iussa non tanquã diis grata. Et paulopost: Quid quod & matrimonia, inquit, deorum iũgimus, & ne pie quidem fratrum scilicet & sororum? Bellonam Marti [l] collocamus: Vulcano Venerem: Neptuno Salaciam: quosdam tamen cœlibes relinquimus, quasi cõditio defecerit [m], præsertim cum quædam viduæ sint, vt Populonia, vel Fulgora, & diua Rumina, quibus non miror petitorem defuisse. Omnem istã ignobilem deorum turbam, quam longo ęuo longa superstitio congessit, sic inquit, adorabimus, vt meminerimus cultum eius magis ad morẽ, quàm ad rem pertinere. Nec leges ergo illę, nec mos in ciuili theologia id instituerunt, quod diis gratum esset vel ad rem pertineret. Sed iste quem philosophi quasi liberum [n] fecerunt, tamẽ quia illustris populi Romani senator [o] erat, colebat, quod reprehẽdebat: agebat, quod arguebat: quod culpabat, adorabat: quia videlicet magnum aliquid eũ philosophia docuerat, ne superstitiosus esset in mundo, sed propter leges ciuiũ moresq; hominum, non quidem ageret fingentem scenicũ in theatro, sed imitaretur in templo, eo damnabilius, quòd illa, quæ mendaciter agebat, sic ageret, vt eũ populus veraciter [p] agere existimaret. Scenicus autẽ ludendo potius delectaret, quàm fallendo deciperet.

K

L

M

*aliâs desiderant.

a Apostolorum nostrorum claruisse temporibus.) An forte indiciis illarum epistolarum, quæ circumferuntur Pauli ad Senecam, & huius vicissim ad illum, quas non credo ab illis esse scriptas. Sed constat principatu Neronis & Senecam claruisse consulémque fuisse, & Petrum ac Paulum Apostolos extremo supplicio pro Christi pietate cohonestatos. Apostoli nanque & Seneca intra duos annos è vita migrarunt, ac nescio an eisdem Silio Nerua. & Attico Vestino Coss. b In eo libro quem contra superstitiones.) Libri Senecæ nõnulli sunt amissi, vt hi de superstitionibus & de matrimonio, cuius meminit Hieronymus aduersus Iouinianũ, disputãs de matura morte, cuius Lactantius, & de terrę motu, cuius idẽ ipse Seneca. Huius iacturam vt aliorum complurium veterum scriptorum, deplorauit Ioannes Andreas Straneus ciuis meus, in annotationibus quas in Senecam ipsum scribit, quarum gustum misit ad me epistola qua mecum amicitiam iniit. Homo qui vt summæ eruditioni summam quoque probitatem adiunxit, ita mirũ quàm literas meliores, optimaq; studia adiuuare prouchere ęque pro viriliconetur, & iis qui in hoc incumbunt candide ac toto pectore bene velit, & faueat. c Aut Peripateticum Stratonem.) Strato Lampsacenus fuit, Arcesilai filius, qui Physicus cognominatus, quòd eo studio sit præter cætera oblectatus, auditor Theophrasti, curatórque testamenti, & scholæ successor, Ptolomæi Philadelphi magister. Stratones octo ponit Laërtius in vitis. d Ne quidem homines.) Volunt interponi semper aliquid grammatici inter ne & quidem, sed coniuncta sine verbo aliquo interiecto sexcenties apud Ciceronem, & Liuium, & Plinium & alios inuenias, nisi ad illa omnia vnicam dent responsionem librarij erratum esse: non quin putem elegantius interponi, nec aliter ipse loqui velim.

Ioannes. Andreas. Straneus. Strato.

e Et in fabulas traditi crudelitatis.) Vt Dionysij, Phalaris, Mezentius, Tarquinius Superbus, Sylla, Cinna, Marius, Tyberius, & Claudius, & Caligula. f Regiæ libidinis voluptate.) Antiqui libri in regiæ libidinis voluptatem. Habebant veteres reges præcipuè Persarum suos Eunuchos, quibus multum fidebant. g Osirim lugeri perditum.) Cùm Osiris à fratre Typhone esset lacceratus, pœnáq; de Typhone esset ab Iside & Oro Apolline accepta, magno cũ luctu corpus Osiridis quæsitũ est: cúmq; esset, inuentum, etiam si dispersum, tamen magno gaudio Isis est affecta, ídque postea instituit, vt quotannis certo tempore cum lachrymis, & eiu latu Osiris quæreretur, lætitia magnísque ludis celebraretur productus puer, ceu inuentus. Ideo Lucanus ait:

Osiris.

Nunquamq; satis quæsitus Osiris.

h Ad vadimonia sua.) Vadari est aliquem ad iudicem certa die aduocare. vadimonium est sponsio ipsa sistendi se in iudicio. Hinc vadimonium obire apud Ciceronem est se sistere, & non obire cõtra, quod est deserere, sicut Plinius ait, in præfatione historiæ naturæ, nisi cum vadimonium est dilatum à prętore. exemplorum pleni sunt authores. Faciebant ergo deos vt homines aduocatos, cum causam essent dicturi. i Doctus Archimimus.) Mimi à μιμεῖσθαι dicuntur, quasi imitatores, qui in scena gestus actúsque eorum, quos irridere volunt, imitantur: tum etiam mores, qui ethologi nominantur, & ethopœi, vnde ethopœia apud Quintilianum. Pantomimi sunt rerum omnium imitatores. Archimimi præcipui, & ceu Mimorum principes, qualis erat ille Fauo temporibus Vespasiani. quis verò fuerit hic, cuius meminit Seneca, nõ temere affirmarim.

Vadari. Vadimonium. Archimimus. Pantomimus.

k Nec Iunonis quidem.) Hæc enim zelotypa erat, & vehemens sæuáque in priuignos omnes & pellices, quæ ne Dædalę quidem illi ignouit, hoc est, statuæ ligneæ, quam se Iuppiter iratus finxit ducere in Boœtia. nam reconciliata coniugi Ioui statuam cremari iussit, vt Plutarchus narrat. Hinc lex Numę vetustissima, Pellex aram Iunonis ne tangito: si tanget, Iunoni crinibus dimissis agnum fœminam cædito. l Bellonam Marti.) Alij Bellonam matrem esse volunt, non vxorem. Nerionem verò, seu vt Varro dixit, Nericnem eius esse coniugem. quod verbum, sicut Gellius tradit, Sabinum est, eóque significatur virtus & fortitudo. vnde

Iuno.

B Nerones dicti à præstanti fortitudine. sed Sabini à Græcis mutuati sunt, qui vincula & firmamenta membrorũ νῆρα nominant, vnde Latini nerues. Plautus in Trucul. Mars peregre adueniens salutat Nerienem vxorẽ suam Gel. lib. x. noct. m Quasi conditio defecerit.) Conditio in fœminis est coniugium: vnde quærere conditionẽ, & inuenire conditionẽ filiæ. Quærendam conditionem filiæ dixit Liuius. libr. iiij. & Cicero in Philippicis. Hinc apud iurisconsultos in verbis repudij erant & illa: Cõditione tua non vtar. n Quem philosophi quasi liberum.) Idem Seneca philosophiæ seruiendum esse dicit, si liberi esse velimus. quasi liberum dixit arguè, quasi non exactè liber absolutéque fuerit, sed propemodum liber. o Populi Romani senator.) Exulauit Seneca sub Claudio principe: sed cum Claudius sublata Messalina Agrippinam duxisset, hęc Senecæ reditum, & senatum, & præturam à Claudio impetrauit, vt Neronem filium institueret. Hinc factus est postea consul cum Trebellio Maximo, quemadmodum Vlpianus inquit lib. xxxvj. Pandecta. iuris ciuilis, ingentes & inuidiosissimas opes possedit. Tranquillus & Tacitus. Iuuenalis: Senecæ prædiuitis orti. p Vt eum pop. veraciter.) Ideo nocebat exemplo, quod ne committeret. Eleazarus, maluit mortem obire. ij. Macha. vj. quantum hic sanctius & verius philosophice.

Conditio. Seneca.

D

Quod gentilium deorum uanitate detecta, nequeat dubitari æternam eos uitam nemini posse præstare, qui nec ipsam adiuuant temporalem. Caput XII.

NVnc autẽ propter tres theologias, quas Græci dicunt mythicen, physicen, politicen: Latine autem dici possunt fabulosa, naturalis, ciuilis: quod neq; de fabulosa, quam & ipsi multorũ falsorumq; deorũ cultores liberrime reprehenderũt: neq; di ciuili, cuius illa pars esse conuincitur, eiusq; & ista simillima vel etiã deterior inuenitur, speranda est æterna vita: si cui satis non sunt, quæ in hoc volumine dicta sunt, adiũgat etiam illa, quæ in superiorib? libris, & maxime quarto de fœlicitatis datore deo plurima disputata sunt. Nam cui nisi vni fœlicitati propter ęternã vitã E consecrãdi homines essent, si dea Fœlicitas esset? Quia vera non dea, sed munus est dei: cui deo nisi datori fœlicitatis consecrandi sumus, qui æternam vitã vbi vera est, & plena fœlicitas, pia charitate diligimus? Non autem datorẽ esse fœlicitatis quenquam istorum deorum, qui tanta turpitudine coluntur: & nisi ita colantur, multo turpius irascũtur, atq; ob hoc se spiritus immundissimos confitentur: puto ex his quæ dicta sunt, neminem dubitare oportere. Porrò qui non dat fœlicitatẽ, vitam quomodo possit dare æternam: Eam quippe vitam æternam dicimus, vbi est sine fine fœlicitas. Nam si anima in pœnis viuit æternis, quibus & ipsi spiritus cruciabuntur immundi, mors illa potius æterna dicẽda est quàm vita. Nulla quippe maior & peior est mors, quam vbi non moritur mors. Sed quod animæ natura, per id quod immortalis creata est, sine qualicũ que vita esse non potest, summa mors eius est alienatio à vita dei in æternitate supplicij. Vitam igitur æternam, id est, sine vllo fine fœlicem, solus ille dat, qui dat veram fœlicitatem. Quanquam illi, quos colit theologia ista ciuilis dare non posse conuicti sunt: non solum propter ista temporalia atque terrena, quod superioribus quinque libris ostendimus, sed multo magis propter vitam æternam, quę post mortem futura est: quod isto vno etiam illis cooperantibus egimus, colendi non sunt. Sed quoniam veternosæ consuetudinis vis nimis in alto radices habet, si cui de ista ciuili theologia respuenda atque vitanda parum videor disputasse, in aliud volumen, quod huic, opitulante deo, subiungendũ est, animum intendat.

D. AVRELII AVGVSTINI
Lib. de Ciuitate dei sexti,
FINIS.

C Minc inter alias ciuilis theologiæ superstitiones reprehendit etiam sacramenta Iudæorũ, & maximè sabbata, inutiliter id eos facere affirmans, quod per illos singulos septem interpositos dies, septimam ferè partem ætatis suæ perdant vacando, & multa in tempore vrgentia non agendo lædantur. Christianos tamen iam tunc Iudæis inimicissimos, in neutram partem commemorare ausus est, ne vel laudaret contra suæ patriæ veterem consuetudinem, vel reprehẽderet contra propriam forsitan voluntatem [a]. De illis sanè Iudæis cum loqueretur, ait: Cum interim vsque eò sceleratissimę gentis consuetudo conualuit, vt per omnes iam terras recepta sit, victi victoribus leges dederunt. Mirabatur hæc dicens, & quid diuinitus agaretur, ignorans. Subiecit plane sententiam, qua significaret, quid de illorum sacramẽtorum ratione sentiret. Ait enim: Illi tamen causas ritus sui nouerunt, & maior pars populi facit, quod cur faciat, ignorat. Sed de sacramentis Iudæorum, vel cur, vel quatenus instituta sint authoritate diuina, ac postmodum à populo dei, cui vitæ æternæ mysterium reuelatum est, tẽpore quo oportuit eadem authoritate sublata sint, & aliâs diximus. maxime cum aduersus Manichæos [b] ageremus: & in hoc opere loco opportuniore dicendum est.

F

a Contra propriam forsitan voluntatem.) Incensa à Nerone Roma, cum rei facinoris multi per impudentissimam calumniam ab emissarus principis subiicerentur, Christiani sunt quæsiti, quorum supplicia non dubitabat Nero, quin futura essent popularia ob nouum religionis genus, quorũ pœnæ tam exquisitæ, omnemq; humanitatem superantes fuere, vt spectanti populo misericordiam mouerent. Seneca à principe petiit, vt in rus aliquod secedere valetudinis causa liceret. quod quum non impetrasset, domi atque adeo in cubiculo multos menses se continuit. Tacitus ad euitãdam inuidiam sacrilegiorum Neronis hoc interpretatur. Ego vero quod lanienam insontiũ spectare non sustineret. b Aduersus Manichæos.) Qui vetus instrumentũ legemq; Iudaicam calumniabantur, vt Augustinus narrat libr. de hæreticis, ad Quodvultdeum, eásque sanctas scripturas non à deo, sed ab vno ex principibus tenebrarum dictatas esse affirmabant. Cõtra hoc genus hominũ variis libris disputat Augu.

G ELENCHVS

CAPITVM IN AVGVSTINI

de Ciuitate dei Librum septimum.

1 An cum in theologia ciuili diuinitatem non esse constiterit,in selectis diis eam inueniri posse credendum sit.
2 Qui sint dij selecti,& an ab officiis viliorũ deorum habeantur excepti.
3 Quàm nulla sit ratio,quæ de selectione quorũdam deorum possit ostẽdi,cum multis inferioribus excellentior administratio deputetur.
4 Melius actum est cum diis inferioribus,qui nullis infamantur opprobriis,quàm cũ selectis,quorum tantæ turpitudines celebrantur.
5 De Paganorum secretiore doctrina, physicisq; rationibus.
6 De opinione Varronis,qua arbitratus est deum esse animã mundi,qui tamẽ in partibus suis habeat animas multas,quarum diuina natura sit.
7 An rationabile fuerit Ianum & Terminum in duo numina separari.
H 8 Ob quam causam cultores Iani bifrontem imaginẽ ipsius finxerint, quam tamen etiam quadrifrontẽ videri volunt.
9 De Iouis potestate, atque eiusdem cum Iano comparatione.
10 An Iani & Iouis recta discretio sit.
11 De cognominibus Iouis,quæ non ad multos deos, sed ad vnum eundemq; referuntur.
12 Quod Iuppiter etiam Pecunia nuncupetur.
13 Quod dũ exponitur quid Saturnus, quidve sit Genius,vterq; vnus Iuppiter esse doceatur.
14 De Mercurij & Martis officiis.
15 De stellis quibusdam,quas Pagani deorum suorum nominibus nuncupauerunt.
16 De Apolline,& Diana, cæterisq; selectis diis,quos partes mundi esse voluerunt.
17 Quod etiã ipse Varro opiniones suas de diis pronunciauerit ambiguas.
18 Quę credibilior causa sit,qua error paganitatis inoleuerit.
19 De interpretationibus quibus cõlendi Saturni causam ratiocinantur.
I 20 De sacris Cereris Eleusinæ.
21 De turpitudine sacrorum,quæ Libero celebrabantur.
22 De Neptuno & Salacia ac Venilia.
23 De terra quam Varro deam esse cõfirmat,eo quod ille animus mundi,quem opinatur deum, etiam hanc corporis sui infimam partem permeet, eiq; vim diuinam impertiatur.
24 De telluris cognominibus,eorumq; significationibus, quæ etiam si θ non θ erant multarum rerum indices,nõ multorum deorum debuerunt firmare opiniones.
25 Quam interpretationem de abscissione Atys,Græcorum sapientium doctrina repererit.
26 De turpitudine sacrorum matris magnæ.
27 De physiologorum figmentis, qui nec veram diuinitatem colunt,nec eo cultu quo colenda est vera diuinitas.
28 Quod doctrina Varronis de Theologia in nulla sibi parte concordet. K
29 Quod omnia quæ physiologi ad mundum partesq; ipsius retulerunt,ad vnum verum deum referre debuerunt.
30 Qua pietate discernatur à creaturis creator,ne pro vno tot dij colantur, quot sunt opera vnius authoris.
31 Quibus proprie beneficiis dei excepta generali largitate,sectatores veritatis vtantur.
32 Quod sacramentum redemptionis Christi nullis retro temporibus defuerit,semperq; sit diuersis significationibus prædicatum.
33 Quod per solam Christianam religionem manifestari potuerit fallacia spirituum malignorum de hominum errore gaudentium.
34 De libris Numæ Pompilij,quos senatus ne sacrorum causæ,quales in eis habebantur,innotescerẽt, iussit incendi.
35 De hydromãtia,per quam Numa visis quibusdam dæmonum imaginibus ludificabatur.

D. AVRELII AVGVSTINI
Episcopi de Ciuitate dei,ad Marcellinum Liber VII.

An cum in Theologia ciuili diuinitatem non esse constiterit, in selectis diis eam inueniri posse credendum sit. L
Caput I.

DIligentius me prauas & veteres opiniones veritati pietatis inimicas, quas tenebrosis animis altius & tenacius diuturnus humani generis error infixit,euellere atque extirpare conantẽ:& illius gratiæ, qui hoc vt verus deus potest, pro meo modulo in eius adiutorio cooperantem, ingenia celeriora atq; meliora, quibus ad hanc rem superiores libri satis supérque sufficiunt, patienter & æquanimiter ferre debebunt:& propter alios non putare superfluum, quod iam sibi sentiunt non esse necessarium. Multum magna res agitur, cum vera & vere sancta diuinitas, quanuis ab ea nobis etiam huic quam nunc gerimus, fragilitati necessaria subsidia præbeantur: non tamen propter mortalis vitæ transitorium vaporem,sed propter vitam beatam, quæ non nisi æterna est, quærenda & colenda, prædicatur. Hanc diuinitatem, vel, vt sic dixerim, deitatem: nam & hoc verbo vti iam nostros [a] non piget, vt è Græco expressius transferant, id quod illi θεότητα appellant. Hanc ergo diuinitatem siue deitatem non esse in ea Theologia, quam ciuilem vocant, quæ à M. Varrone sedecim voluminibus explicata est, id est non peruenire ad æternæ vitæ fœlicitatem talium deorum cultu, quales à ciuitatibus qualitérque colendi instituti sunt: cui nondum persuasit sextus liber, quem proxime absoluimus: cum istum forsitan legerit, quid de hac quæstione expedienda vlterius desideret, non habebit. Fieri enim potest vt saltem deos selectos atque præcipuos, quos Varro volumine complexus est vltimo: de quibus parum diximus, quisquam colendos propter vitam beatam,quæ non nisi æterna est,opinetur. Qua in re nõ dico quod facetiùs ait Tertullianus [b] M

fortasse

A fortasse quàm verius,si dij eliguntur * vt bulbi [c],vtique cæteri reprobi iudicantur. Non hoc dico, video enim etiam ex electis seligi aliquos ad aliquid maius atque præstantius,sicut in militia cum tirones electi fuerint, ex his quoque eliguntur ad opus aliquod maius armorum. Et cum eliguntur in ecclesia, qui fiant præpositi, non vtique cæteri reprobantur,cum omnes boni fideles electi meritò nuncupentur. Eliguntur in ædificio lapides angulares,non reprobatis cæteris, qui structuræ partibus aliis deputantur. Eliguntur vuæ ad vescendũ, nec reprobamus alias,quas relinquimus ad bibendum. Non opus est multa percurrere, cùm res in aperto sit. Quamobrem non ex hoc,quod dij ex multis quidem selecti sunt,vel is,qui scripsit,vel eorũ cultores, vel dij ipsi vituperãdi sunt:sed animaduertendum potius, qui nam isti sint,& ad quam rem selecti videantur.

** aliàs, seligeuntur.*

IOANNIS LVDOVICI VIVIS
Valentini commentarij,in septimum Librum de Ciuitate dei,sancti Augustini.

NAm & hoc verbo vti iam nostros.) Hieronymum, Lactantium,Fulgentium,Græci olim à θεὸς,hoc est,diuinus,substantiuum deriuabant θεότης,diuinitas:quæ vox Christianis hominibus tam latè patere visa est, quàm nomẽ ipsum diuinus. Idcirco cum propriam illam dei naturam appositiore vocabulo significare vellent,θεότητα nominarunt,Athanasius,vterque Gregorius, & alij Græci,quod ipsis magis permittebatur,vt Quintilianus inquit,quàm Latinis.sed nec Latini deterriti sunt arctis linguæ,rigidisq; præceptis,quo minus & ipsi deitatem dicerent,naturam illam dei significãtes,quæ deo propria est,nec ad alia egreditur,ad quæ diuinus & diuinitas. Nam diuinitas dicitur orationis,libri,rei gestę,hominis,& aliarum rerum.Deitas non dicitur, sicut nec illa sunt dij,licet esse diuina possint. Quocirca Latinos Christianæ pietatis scriptores immeritò mihi Laurentius Valla in dialectica sua videtur arguere,quod deitate vtantur nouo quidem vocabulo,sed in re prius non vsu trita.Nam Græcos reprehendere,quod verba suo sibi fingant arbitratu, hoc est, antiquam Græciæ libertatem opprimere. b Quod facetius ait Tertul.)De hoc in scriptoribus ecclesiasticis Hieronymus.Tertullianus presbyter prouincię Aphricæ, ciuitatis Carthaginensis, patre Centurione proconsulari, hic acris & vehementis ingenij sub Seuero principe & Antonino Caracalla floruit, multáque scripsit volumina, quæ quia nota sunt pluribus, prætermittimus. Cyprianus martyr absque Tertulliani lectione, ne vnam quidem diem pręteriisset,quem magistrum solitus erat vocare.Delapsus est Tertullianus ad Montani dogma inuidia & contumeliis Romanæ Ecclesiæ clericorum impulsus. Hæc Hiero. Huius libri cum multis ætatibus latuissent anno quo hæc edebamus, sunt reperti in Germania, & cura B. Rhenani Selestadiensis, hominis eruditissimi, apud Frobenium typis ęncis cusi. c Bulbi.)Bulbi in vniuersum dicuntur omnes eæ radices,quę sunt in modũ cæparum.Nam & bulbos liliorum dicit Palladius,sed peculiariter sunt bulbi,quos mergarides vocant Arabes,Venerem excitantes.Quod ostenditur disticho Martialis. Plinius lib.xix. nobilissimam inter bulbos ait esse scyllam,quæ est ccu sylueſtris cępe, & hanc comprehendere Epimenidiam, quam solam radicem in esum venire ex scylleis, testatur Theophrastus lib.vij.nam aliæ non æduntur.

a Deitas. *b Diuinitas.* *c Tertullianus.* *d Bulbi.*

Qui sint dii selecti, & an ab officiis viliorũ deorũ habeantur excepti. C
Caput II.

HOs certe deos selectos[a] Varrovnius libri contextione commendat Ianum, Iouem, Saturnum,Genium,Mercurium,Apollinem,Martem,Vulcanum, Neptunum,Solem, Orcum,Liberum patrem,Tellurem, Cererem,Iunonem,Lunam, Dianam, Mineruam,Venerem,Vestam: in quibus omnibus ferme viginti,duodecim mares,octo sunt fœminę. Hæc numina vtrum [b] propter maiores in mundo administrationes selecta dicuntur: an quod populis magis innotuerunt, maiórque est eis cultus exhibitus? Si propterea quia opera maiora ab his administrantur in mundo, non eos inuenire debuimus inter illam quasi plebeiam numinum multitudinem, minutis opusculis deputatam. Nam ipse primum Ianus cum puerperium concipitur,vnde cuncta illa opera sumunt exordium, minutatim minutis distributa numinibus aditum aperit recipiẽdo semini.Ibi est & Saturnus[c] propter ipsum semen.Ibi Liber,qui marem effuso semine liberat. Ibi Libera[d],quam & Venerẽ volunt,quæ hoc idem beneficium conferat fœminę,vt etiam ipsa emisso semine liberetur. Omnes hi ex illis sunt,qui selecti appellãtur. Sed ibi est & dea Mena [e],quæ menstruis fluoribus pręest,quanuis Iouis filia tamen ignobilis.Et hanc prouinciam fluorum[f] menstruorum,in libro selectorum deorũ ipsi Iunoni idem author assignat,quę in diis selectis etiam regina est:& hic tanquam Iuno Lucina cum eadem Mena priuigna sua eidem cruori pręsidet.Ibi sunt & duo,nescio,qui,obscurissimi, Vitumnus & Sentinus. quorum alter vitam,alter sensus puerperio largiuntur. Et nimirum multo plus præstant,cum sint ignobilissimi,quàm illi tot proceres & selecti. Nam profecto sine vita & sensu quid est illud totum quod muliebri vtero geritur, nisi nescio quid abiectissimum limo ac pulueri [g] comparandum? D E

a Dii selecti.

e Mena.

Quàm nulla sit ratio,quæ de selectione quorundam deorum possit ostendi,cum multis inferioribus excellentior administratio deputetur. Cap. III.

QVæ igitur causa tot selectos deos ad hęc opera minima compulit, vbi à Vitumno & Sentino,quos fama obscura recõdit in huius munificentiæ partitione superentur? Cõfert enim selectus Ianus aditum & quasi ianuam semini: confert selectus Saturnus semen ipsum:confert selectus Liber eiusdem seminis emissionẽ viris:confert hoc idem Libera, quæ Ceres seu Venus est [a],fœminis: confert selecta Iuno,& hęc nõ sola,sed cum Mena filia Iouis fluores menstruos ad eius quod conceptum est incrementum [b].Et confert Vitumnus obscurus & ignobilis vitam:cõfert Sentinus obscurus & ignobilis sensum. Quæ duo tãto illis rebus pręstantiora sunt,quanto & ipsæ res ab his intellectu ac ratione vincuntur.Sicut enim quæ ratiocinantur & intelligunt, profecto potiora sunt his, quæ sine intellectu atque ratione vt pecora viuunt, & sentiunt: ita & illa quæ vita sensuq; sunt prædita,his qui nec viuunt nec sentiunt merito præferuntur. Inter selectos itaque deos Vitumnus viuificator,& Sentinus sensificator magis haberi debuerunt, quàm Ianus seminis admissor,& Saturnus seminis dator vel sator,& Liber & Libera seminum commotores vel emissores: quæ semina indignum est cogitare, nisi ad vitam sensúmque peruenerint. Quæ munera selecta non dantur à diis selectis, sed à quibusdam incognitis, & præ F

istorum

G istorum dignitate neglectis. Quod ſi reſpondetur omnium initiorum poteſtatem habere Ianum, & ideo illi etiã quod aperit conceptum * nõ immerito attribui: & omnium ſeminum Saturnum, & ideo ſeminationem quoque hominis non poſſe ab eius operatione ſeiungi: & omnium ſeminum emittendorum Liberum & Liberam, & ideo his etiam præeſſe, quæ ad ſubſtituendos homines pertinent: omnium purgandorum & pariendorum Iunonem, & ideo eam non deeſſe purgationibus fœminarum, & partibus hominum. Quærant quid reſpondeant de Vitumno & Sentino, vtrum & ipſos velint habere omnium quæ viuunt & ſentiunt, poteſtatem? Quod ſi concedunt, attendant, quàm eos ſublimius locaturi ſint. Nam ſeminibus naſci in terra, & ex terra eſt: viuere autem atque ſentire, etiam deos ſydereos opinantur. Si autem dicunt Vitumno atque Sentino hæc ſola attributa, quæ in carne viuiſcunt, & ſenſibus adminiculantur, cur non deus ille, qui facit omnia viuere atque ſentire, etiam carni vitam præbet & ſenſum, vniuerſali opere hoc munus etiã partubus tribuens? Et quid opus eſt Vitumno atque Sentino, quod ſi ab illo qui vitæ & ſenſibus præeſt vniuerſaliter cuncta regũtur, & his quaſi famulis iſta carnalia velut extrema & ima commiſſa ſunt? Itáne ſunt illi ſelecti deſtituti familia, vt non inuenirent, quibus etiam ipſi iſta

*aliàs aperitur conceptui.

H committerẽt, ſed cum tota ſua nobilitate qua viſi ſunt ſeligendi, opus facere cum ignobilibus cogerentur? Iuno ſelecta & regina, Iouisq; ſoror & coniunx [c], hæc tamen Iterduca eſt pueris, & opus facit cum deabus ignobiliſſimis Abeona & Adeona. Ibi poſuerunt & Mentẽ deam, quæ faciat pueris bonam mentem, & inter ſelectos iſta non ponitur, quaſi quicquam maius [d] præſtari homini poſſit. Ponitur autẽ Iuno quia Iterduca eſt, & Domiduca, quaſi quicquam proſit iter carpere, & domum duci, ſi mens non eſt bona. Cuius muneris deam ſelectores iſti inter ſelecta numina minimè poſuerũt. Quæ profecto & Mineruæ fuerat præferenda, cui per iſta minuta opera puerorum [e] memoriam tribuerunt. Quis enim dubitet multo eſſe melius habere bonam mentem, quàm memoriam quantumlibet ingentem? Nemo enim malus eſt, qui bonã habet mentem. Quidam vero peſſimi [f], memoria ſunt mirabili, qui tanto peiores ſunt, quanto minus poſſunt, quod male cogitãt, obliuiſci. Et tamẽ Minerua eſt inter ſelectos deos, Mẽtem autem deam turba vilis operuit. Quid de Virtute dicã? quid de Fœlicitate, de quibus in quarto libro multa iam diximus: quas cũ deas haberent, nullum eis locũ inter ſelectos deos dare voluerũt, vbi dederũt Marti & Orco: vni effectori mortiũ, alteri receptori mortuorũ. Cũ igitur in his minutis operibus, quæ minutatim diis pluribus diſtributa ſunt, etiã ipſos ſelectos videamus, tanquam ſenatum cum plebe pariter operari: & inueniamus à quibuſdam diis, qui nequaquam ſeligendi putati ſunt, multo maiora atque meliora adminiſtrari, quàm ab illis qui ſelecti vocantur: reſtat arbitrari non propter præſtantiores in mundo adminiſtrationes, ſed quia prouenit eis vt populis magis innoteſcerent, ſelectos & præcipuos nuncupatos. Vnde dicit etiam ipſe Varro, quod diis quibuſdam patribus [g], & deabus matribus, ſicut hominibus ignobilitas accidiſſet. Si ergo Fœlicitas ideo fortaſſe inter ſelectos deos eſſe non debuit, quod ad iſtam nobilitatem non merito, ſed fortuitu peruenerunt, ſaltẽ inter illos, vel potius præ illis Fortuna poneretur, quam dicunt deam non rationabili d. ſpoſitione, ſed vt temere acciderit ſua cuique dona conferre. Hæc in diis ſelectis tenere apicem debuit, in quibus maxime quid poſſet, oſtendit: quando eos videmus, non præcipua virtute, non rationabili fœlicitate, ſed temeraria, ſicut eorum cultores de illa ſentiunt, Fortunæ poteſtate ſelectos. Nam & vir diſertiſſimus Saluſtius etiam ipſos deos fortaſſis attendit, cum diceret: Sed profecto Fortuna in omni re dominatur: ea res cunctas ex libidine magis quàm ex vero celebrat obſcuratq;. Non enim poſſunt inuenire cauſam, cur celebrata ſit Venus, & obſcurata ſit Virtus, cum ab iſtis ambarum conſecrata ſint numina, nec comparanda ſint merita. Aut ſi hæc nobilitari meruit, quod plures appetunt Venerem, quàm Virtutem, cur celebrata eſt dea Minerua, & obſcurata eſt dea Pecunia: cum in omni genere humano plures alliciat auãritia [h], quàm peritia? & in eis ipſis qui ſunt artificioſi, raro inuenies hominem, qui nõ habeat artem ſuam pecuniaria mercede venalem. Pluriſq; pendatur ſemper propter quod aliquid fit, quàm id propter quod illud fit [i]. Si ergo inſipientis iudicio multitudinis facta eſt deorum iſta ſelectio, cur dea Pecunia Mineruæ prælata non eſt, cum propter pecuniam ſint artifices multi? Si autem paucorum ſapientium eſt iſta diſtinctio, cur non prælata eſt Veneri Virtus, cum eam longe ratio præferat? Saltem certe, vt dixi, ipſa Fortuna, quæ, ſicut putant qui ei plurimum tribuunt, in omni re dominatur, & res cunctas ex libidine magis quàm ex vero celebrat obſcurátque: ſi tantum & in deos valuit, vt temerario iudicio ſuo, quos vellet celebraret, obſcurarẽtque quos vellet, præcipuum locum haberet in ſelectis, quæ in ipſos quoque deos tam præcipuæ eſt poteſtatis. An vt illic eſſe non poſſet, nihil aliud etiam ipſa Fortuna, niſi aduerſam putanda eſt habuiſſe Fortunam? Sibi ergo aduerſata eſt, quæ alios nobiles faciens, nobilitata non eſt †.

K

L

†nobilitatẽ nacta non eſt.

a Confert hoc idem Libera quæ Ceres ſeu Venus eſt.) Liberam ſororem Dionyſij diximus, Solémque & Lunam per eos ſignificari, qui ſeminibus omnis generis præſunt Lunam & Venerem eſſe oſtendemus, & Cererem eſſe Apuleius libro.xj. Aſini ſignificat. & Macrobius lib.j. Satur. & Val Probus, Seruiúsque.j. Georgic. Vergil. Porphyrius fructuum generatiuam virtutem in Luna Cererem nominari perhibet. Verg Liberum & Cererem cõiungit, Vãrronem ſecutus, ex quibus datur facile intelligi Liberam quoque dici Cererem. b Ad eius quod conceptum eſt incrementum.) De Menſtruo Plinius libro.vij. hæc eſt generando homini materia ſemine è maribus coaguli modo hoc in ſeſe glomerante, quod deinde tempore ipſo animatur corporatúrque, ergo quum grauidis fluxit, inualidi aut non vitales partus ẽduntur, aut ſanioſi: vt author eſt Nigidius. Porrò menſtruo ipſo nihil fieri poteſt magis vel retrum, vel ſpurcum, vel etiam noxium, vt vel hoc vnum ſatis ſit ad pudefaciendam hominis ſuperbiam.

Menſtruũ.

c Iouísque ſoror & coniunx.) Vergil. Et ſoror & coniunx. De Iunone frequens hoc eſt. d Quaſi quicquam maius.) Vetus eſt omnium Philoſophorũ nihil in orbe melius aut maius homine, nec in homine quicquam ipſa mente. e Cui per iſta minuta opera puerorum.) Quinquatribus Mineruæ pueri apophoreta magiſtris ferebant, vocabántque & illis diebus à diſcendo, vt Mineruæ operarẽtur, quæ præeſt memoriæ, qua vna cõtinentur omnes diſciplinæ, & quæ in pueris ingenii eſt ſignũ præcipuum, vt Quintil. ait, præeſt etiam ingeniis, quæ de Iouis capite putatur nata. Ouidius. iij. Fasto.

Pallada nunc pueri, teneræq; ornate puellæ.
Qui bene placarit Pallada doctus erit.

Pallas.

Et alia de Pallade eodem loco. f Quidã vero peſſimi.) Plato iracũdos homines & cõtentioſos multũ memoria valere ſcribit in Theæteto: quod haud dubie ex ſiccitate & ſoliditate, cerebri colligi põt. g Quod diis quibuſdã patrib⁹.) Iuppiter clarior eſt Saturno patre, hic cœlo: huius parentes omnino ignorantur etſi Phurnutus patrem cœli Acmonem nominat penitus ignotum. Iuno etiam illuſtrior Ope, & hæc matre ſua. h Plures alliciat auaritia.) Quærẽda pecunia primum eſt, Virtus poſt nummos, hæc Ianus ſummus ab imo Perdocet. hæc recinunt iuuenes dictata, ſeneſq;, vt ait Horatius. Apud Euripidẽ eſt quidã qui nihil curat quòd peſſimus vocetur modo etiã ditiſſimus, addens cauſam ſoli: oõ oõs quærere num quis ſit dives? non an bonus? tantiq; vnũ quem-q; eſſe, quantum poſſideat. i Quàm id propter quo fit illud fit.) Legendum: quàm id quod propter aliud fit. hoc ſentiis poſtulat, & ſic eſt in veteribus lib. ἀξιώματα eſt Ariſt. j. Poſteriorũ. Propter quod aliquid fit, id magis eſſe: cũ probat non modo prius, ſed magis etiam principia cognoſci, quàm quę ex iis

A ex iis manant. quanquam hic non tam de cauſa finali loquitur, quàm efficiente: ſed in primo Ethicorum docet ea, quorum gratia alia fiant eſſe iis, quæ fiunt præſtantiora.

Melius actum eſt cum diis inferioribus, qui nullis infamantur opprobriis, quàm ſelectis, quorum tantæ turpitudines celebrantur. Caput. IIII.

GRatularetur autem diis iſtis ſelectis quiſquã nobilitatis & claritudinis appetitor, & eos diceret fortunatos, ſi nõ eos magis ad iniurias, quàm ad honores ſelectos videret. Nam illã infimam turbam ipſa ignobilitas texit, ne obrueretur opprobriis. Ridemus quidem cum eos videmus figmẽtis humanarum opinionum partitis inter ſe operibus diſtributos, tanquã munuſcularios vectigalium cõductores [a], vel tanquã opifices in vico argẽtario [b], vbi vnũ vaſculũ vt perfectum exeat, per multos artifices trãſit, cũ ab vno θ perfecto θ perfici poſſet. Sed aliter nõ putatũ eſt operantiũ multitudini conſulendũ, niſi vt ſingulas artis partes cito ac facile diſcerẽt ſinguli, ne omnes in arte vna tardè & difficile cogerẽtur eſſe perfecti. Veruntamẽ vix quiſquã reperitur deorũ nõ ſelectorũ, qui aliquo crimine famã traxit infamẽ: vix autẽ ſelectorũ quiſpiã, qui nõ in ſe notã cõtumeliæ inſignis acceperit. Iſti ad iſtorũ humilia opera deſcenderunt, illi in illorũ

B ſublimia crimina nõ peruenerũt. De Iano quidẽ [c] non mihi facilè quicquã occurrit, quod ad probrũ pertineat. Et fortaſſis talis fuit, vt innocẽtius vixerit, & à facinoribus flagitiisq; [d] remotius. Saturnũ fugientẽ benignus excepit, cũ hoſpite partitus eſt regnũ, vt etiã ciuitates ſingulas conderẽt: iſte Ianiculũ, ille Saturniã. Sed iſti in cultu deorũ omnis dedecoris appetitores, cuius vitam minus turpẽ inuenerunt, eum ſimulachri monſtruoſa deformitate turparunt, nunc eum bifrontem, nunc etiã quadrifrontem, tanquam geminũ facientes. An forte voluerũt, vt quoniam plurimi dij ſelecti eru beſcenda perpetrando amiſerant frõtem [e]: quanto iſte innocentior eſſet, tanto frontoſior appareret.

a Tanquam munuſcularios vectigaliũ conductores.) In antiquis libris varie legitur, in aliis munuſcularios, in aliis minicularios. eſt vbi minutularios, nec omnino male. nam ſignificatur tenues quidam publicani, qui nec per ſe, nec ſociatate magna illa reip. vectigalia redimunt, ſed portiunculas exiguas. b Vel tanquã opifices in vico argentario.) Aliius enim cœlat vas, alius inaurat, alius indit, vel labra, vel anſam, vel naſum: tametſi argentarij non ſunt, qui argẽtea vaſa cœlant, conduntq;, ſed menſarij, quos Græci trapezitas vocant, apud quos pecuniæ deponuntur. & horum tabernæ argentariæ vocantur, quæ erant circum forum, vt Vitruuius lib. v. & Liuius lib. xxvj. ſignificat. hinc eſt cedere foro Plauto in Perſa. vicum tamen argentarium hic Auguſtinus poſuit pro eo vbi ſunt officinæ aurifabrorum. c De Iano quidem.) Ianus indigena Italiæ regnauit in ea cũ Camese etiam indigena, ita vt regio vocaretur Cameſena, vrbs vero Ianiculum; ſed illo mortuo, omnia in ditione Iani cõceſſerunt. Hic Saturnum arma filij ex Creta fugientem excepit: quem, cum ab eo edoctus eſſet artem agricolendi, in partem regni accepit, tradito Tarpeio colle, vbi arx cũ oppidulo Saturnia eſt dicta, quæ poſtea cum Aeniopolis eſſet ab Aenea nuncupata, veius tamen nomẽ retinuit, & Saturnia dicta eſt: cuius aliquot poſteris quoq; ætatibus manſerunt veſtigia, quod Saturni fanũ in faucibus, quod Saturnia porta, quæ poſtea Pandana, quod in muro ſcriptura hoc teſtatur: poſtea Tarpeia, & condito templo, ac velut Saturno illinc quoque à filio pulſo, Capitolium Iouis Optimi Maximi nominatũ eſt. Vergil. lib. viij. & Seruius codẽ loco. Ouid. j. Faſto. Eurropius, Solinus, Macrobius, Dionyſius, Prudentius. libellus circunferitur nomine Beroſi Babylonici, qui Ianũ dicit fuiſſe Noam. cum libellã ego mera ſomnia narrare puto, digna profecto cõmentis Anianis. de Iano hoc eodem libro paulopòſt plura d Et à facinoribus flagitiisq;.) Ouidius ſexto Faſt. ſtupraſſe Ianum ſcribit Cranem nympham, quæ poſtea Carna eſt dicta, iúſq; habet Cardinis. Sed Auguſtinus, vel huius facti non meminit, cum hæc ſcriberet, vel commentitium prorſus & fabuloſum putauit. e Amiſerant frontem.) Os, & facies, & frons pro pudore capitur. Hinc perfricare faciem apud Plinium, & frontem apud Quintilianum ex Caluo, pro excutere pudorem. Lucanus:

Trapezitæ

C

Ianus.

Frons.

Nec color imperij, nec frons erit vlla ſenatus.

Et Perſius: Ex lamet Melicerta periſſe
Frontem de rebus.

De Paganorum ſecretiore doctrina, phyſicisque rationibus Caput V.

SEd ipſorum potius interpretationes phyſicas D audiamus, quibus turpitudinem miſerrimi erroris, velut altioris doctrinę ſpecie coloare conantur. Primum, eas interpretationes ſic Varro commendat, vt dicat antiquos ſimulachra deorum, & inſignia, ornatusq; confinxiſſe, quæ cũ oculis animaduertiſſent hi, qui adiſſent doctrinæ myſteria, poſſent animam mundi ac partes eius, id eſt, deos veros animo videre: quorum qui ſimulachra ſpecie hominis fecerunt, hoc videri ſecutos, quod mortaliũ animus, qui eſt in corpore humano, ſimillimus eſt immortalis animi: tanquam ſi vaſa ponerentur cauſa notandorum deorum, & in Liberi ædem œnophorum ſiſteretur [a], quod ſignificaret vinum per id quod continet, id quod continetur: ita per ſimulachrum, quod formã haberet humanam, ſignificari animam rationalem, eo quod velut vaſe natura iſta ſoleat contineri, cuius naturæ deum volunt eſſe, vel deos. Hæc ſunt myſteria doctrinæ, in quæ iſte vir doctiſſimus penetrauerat, vnde in lucem iſta proferret. Sed dic homo acutiſſime, num in iſtis doctrinę myſteriis, illam prudentiam perdidiſti, qua tibi ſobrie viſum eſt, quod hi qui primi populis ſimulachra conſtituerunt, & metum dempſerunt ciuibus ſuis, & errorem addiderunt, caſtiusq; deos ſine ſimulachris veteres obſeruaſſe Romanos? Hi enim tibi E fuerunt authores, vt hæc contra poſteriores Romanos dicere auderes? Nam etſi illi antiquiſſimi ſimulachra coluiſſent, fortaſſis totũ iſtum ſenſum de ſimulachris non conſtituendis, interim veri timoris ſilentio premeres, & in huiuſcemodi perniciosis, vaniſq; figmentis myſteria iſta doctrinæ loquacius & elatius prædicares. Anima tamen tua tam docta, & ingenioſa (vbi te multum dolemus, per hæc myſteria doctrinę ad deum ſummum, id eſt, à quo facta eſt, non cum quo facta eſt: nec cuius portio, ſed cuius conditio eſt: nec qui eſt omnium anima, ſed qui fecit omnem animam, quo ſolo illuſtrante fit anima beata, ſi eius gratię nõ ſit ingrata) nullo modo potuit peruenire. Verum iſta myſteria doctrinæ, qualia ſint quantiq; pendenda, quæ ſequuntur oſtendent. Fatetur interim vir iſte doctiſſimus, animã mundi ac partes eius eſſe veros deos: vnde intelligitur totam eius theologiam eam ipſam ſcilicet naturalem, cui plurimum tribuit, vſq; ad animæ rationalis naturam ſe extendere potuiſſe. De naturali enim pauciſſima præloquitur in hoc libro, in quo videbimus vtrum per interpretationes phyſiologicas ad hanc naturalem poſſit referre ciuilem, quam de diis ſelectis vltimam ſcripſit: quod ſi potuerit, tota naturalis erit. Et quid opus erat ab ea ciuilem tanta cura diſtinctionis abiungere? Si autem recto diſcrimine ſeparata eſt, quando nec iſta vera eſt, quæ illi naturalis placet: peruenit enim vſq; ad animam, non vſque ad verum deum, qui fecit & animam, quanto eſt & abiectior & falſior iſta ciuilis, quę maxime circa corporũ eſt occupata naturã, ſicut ipſæ interpretationes eius, ex quibus quædam neceſſario cõmemorare me oportet tanta ab his exquiſite & enucleate diligentia demonſtrabunt.

F

Oenophorum.

O Enophorum iſteretur.) Quaſi οἶνον φέρον vinum ferens. vas eſt vinarium. Iuuenalis ſatyra. vj. vtitur hoc vocabulo. Itidem Apuleius lib. ij. & vij. Aſini. & Martialis. Plinius inter opera Praxitelis recenſet œnophoron, qui non tam vas, quàm puer eſſet vinum ferens. Ex hoc loco Beroaldus colligit œnophoron poni ſolitum in templo Bacchi, non ſatis acute: ceu vero hoc fieri ſolere Auguſtinus his verbis ſignificet.

De opinione Varronis, qua arbitratus eſt deum eſſe animam mundi, qui tamen in partibus ſuis habeat animas multas, quarum diuina natura ſit. Cap. VI.

Dicit

G Dicit ergo idem Varro [a] adhuc de naturali theologia præloquens deum se arbitrari esse animam mundi, quem Græci vocant κόσμον, & hunc ipsum mundum [b] esse deum. Sed sicut hominem sapientem cum sit ex corpore & animo, tamen ab animo dici sapientem: ita mundum deum dici ab animo, cum sit ex animo & corpore. Hic videtur quoquo modo confiteri vnum deum, sed vt plures etiam introducat, adiungit mundum diuidi in duas partes, cœlum & terram: & cœlum bifariam in æthera, & aëra: terrã verò in aquam & humum. E quibus summum esse æthera [c], secundum aëra, tertiam aquam, infimam terram. Quas omnes quatuor partes animarum esse plenas, in æthere & aëre immortalium, in aqua & terra mortalium: à summo autem circuitu cœli vsq; ad circulũ Lunæ, æthereas animas esse astra ac stellas, eosq; cœlestes deos non modo intelligi esse, sed etiã videri. Inter Lunæ verò gyrum [d] & nimborum ac ventorum cacumina aëreas esse animas, sed eas animo nõ oculis videri, & vocari heroas, & lares, & genios. Hæc est videlicet breuiter in ista præloquutione proposita theologia naturalis, quæ non huic tantum, sed & multis philosophis placuit: de qua tunc diligentius disserendum est, cũ de ciuili quantum ad deos selectos attinet, opitulante deo

H vero, quod restat impleuero.

a Dicit ergo idem Varro.) Platonici, Stoici, Pythagorici, & his antiquiores Ionici philosophi, mentem dicunt esse deum, sed non eodem omnes modo. Nam Plato animam dicit mundum esse, animamque illam & mundum esse deum: sed alium deum, quem mentem vocat, hoc ipso priorem facit, & animæ mundi parentem. Stoicis ferè cum Platone congruit, nisi quòd non omnes idem sentiunt. Thales Milesius, & Democritus non alium putãt maiorem deũ anima mundi. Pythagoræ sententiam alibi exposui. b Et hunc ipsum mundum.) Platonice & Stoice, & ex sententia plurimorum philosophorum. c E quibus summum esse æthera.) Aristoteles supra hunc nostrũ aërem ignis elementum locat, hinc cœlum. Platonici cœlum putant esse igneum æthera: que appellant. Tum & eam partem aëris, quam incendit vicinus cœlestis ignis flammam dicunt esse innoxiam & puram. quam multi affirmant Platonis fuisse sententiam, Pythagoram secuti, qui globo vniuersi quatuor addit corpora. Verum hic Varro aerem facit cœlo proximum, secunis multorum opinionem, maxime Stoicorum: tametsi non multũ isti à Platonicis & Peripateticis absunt, si recte intelligãtur: aut certe si disertius ipsi eloquantur sua. Sed æther non modo cœlum & ignis, sed aer quoque dicitur, sicut & Latine cœlum: velut apud Vergil. Illa leuẽ fugiens raptim secat æthera pennis. d Inter Lunæ vero gyrum.) Ea est prima regio aeris ex Aristotelis diuisione, in libris sublatorum, qui primum aëris tractum esse dicit vsque ad locũ in quo nubes, niues, grandines, fulgura, & tonitrus fiunt: secundum vbi hæc fiunt: tertiũ vsque ad ignis elementum.

An rationabile fuerit Ianum & Terminum in duo numina separari. Cap. VII.

I Ianus igitur, à quo sumpsit exordium, quæro quis nam sit? Respondetur: Mundus est [a]. Breuis est hæc planè atq; aperta respõsio. Cur ergo ad eum dicũtur rerum initia pertinere [b]: fines vero ad alterum, quem Terminum vocant? Nã propter initia & fines, duobus istis diis duos menses [c] perhibent dedicatos, præter illos decẽ, quibus vsq; ad Decembrẽ caput est Martius: Ianuariũ Iano, Februariũ Termino. Ideo terminalia [d] eodem mense Februario celebrari dicunt, cũ fit sacrum [e] purgatoriũ, quod vocãt Februum [f]: vnde mensis nomen accepit. Nunquid ergo ad mundum, qui Ianus est, initia rerum pertinent, & fines non pertinent, vt alter illis deus præficeretur? Nónne omnia quæ in hoc mundo fieri dicunt, in hoc etiam mundo terminari fatentur? Quæ est ista vanitas, in opere illi dare potestatem dimidiam, in simulachro faciem duplam? Nónne istũ bifrontem [g] multo elegantius interpretarentur, si eundem, & Ianum, & Terminum dicerent: atq; initiis vnam faciem, finibus alteram daret: quoniam qui operatur, vtrũq; debet intendere? In omni enim motu actionis suæ, qui non respicit initium, K non prospicit finem. Vnde necesse est, vt memoriæ respicienti, prospiciens connectatur intentio. Nã cui exciderit, quod cœperit, quomodo finiat, non inueniet. Quod si vitam beatam in hoc mundo inchoari putarent extra mundum perfici, & ideo Iano, id est, mundo, solam initiorum tribuerent potestatem: profecto ei præponerent Terminum, eumq; à diis selectis non alienarent. Quanquam etiam nunc, cũ in istis duobus diis initia rerum temporalium, finesq; tractantur, Termino dari debuit plus honoris. Maior enim lętitia est, cum res quærq; perficitur: solicitudinis autẽ plena sunt cœpta, donec perducantur ad finem: quem qui aliquid incipit, maxime appetit, intendit, expectat, exoptat: nec de re inchoata, nisi terminetur, exultat.

R Espondetur, mundus est.) Macrob. j Saturn. b Ad eum dicuntur rerum initia pertinere.) Xenon hanc adducit causam, quòd primus in Italia deos coli docuerit Ianus: idcirco in sacrificiis, initia & præfationem meruisse. Qui plura cupit de hoc lẽgere, habet apud Macrobium authorem satis vulgarem. a

c Duos menses.) Ante Numam annus Rom. more Albanorum decẽ erat mẽsium, à Martio ad Decembrem. Numa duos menses addidit vltimos anno, Ianuarium, & Februariũ. Varro & Plutarchus. Ouidius vero. ij. Fasto. putat Ianuarium, olim initium fuisse anni, Februarium vero finem, cuius vltimæ feriæ essent Termini, postea. x. viros in. xij. tab. Febr. Ianuario iunxisse. d Ideo Terminalia.) Vltimus festus dies Februarij ante fugam Tarquinij. nam post Terminalia regifugium est celebratũ parta libertate. Terminalia vero fuerunt. xxiij. die Feb. Beda lib. de nat. rerum e Cum fit sacrum.) Non quod Terminalibus fiat expiatio illa, sed quòd eo mense. f Vocant Februum.) Ouidius secundo Fastorum: Februa Romani dixere piamina patres. Et post: Denique quodcũque est, quo corpora nostra piantur. Hoc apud intonsos nomen habebat auos. Mensis ab his dictus. g Nónne istum bifrontem.) Cicero secũdo de nat. deorum, Ianũ primis & extremis præficere videtur. Idem Macrobius ex sententia multorum. *Februus.* L

Ob quam causam cultores Iani, bifrontem imaginem ipsius finxerunt; quam tamen etiam quadrifrontem† uideri uolunt.* Caput VIII. **†aliâs quadriformẽ.*

S Ed Iani bifrontis [a] simulachri interpretatio proferatur. Duas enim facies ante & retro habere dicitur, quòd hiatus noster cũ os aperimus mundo similis videatur: vnde & palatum Græci οὐρανὸν [b] appellant. Et nonnulli, inquit, poetæ Latini cœlum vocauerũt palatum: à quo hiatu oris, & foras esse aditum ad dentes versus, & introrsus ad fauces. Ecce, quò perductus est mundus propter palati nostri vocabulum, vel Græcum, vel poeticum. Quid autem hoc ad animam, quid ad vitam ęternam? Propter solas saliuas colatur hic deus, quibus partim glutiẽdis, partim expuendis sub cœlo, palati vtraq; panditur ianua. Quid est porrò absurdius, quàm in ipso mundo non inuenire duas ianuas ex aduerso sitas, per quas, vel admittat ad se aliquid intro, vel emittat à se foras: & M de nostro ore & gutture, quorum similitudinem mundus non habet, velle mundi simulachrum componere in Iano, propter solum palatum, cuius similitudinem [c] Ianus non habet? Cum vero eum faciunt quadrifrontem, & Ianum geminum appellant, ad quatuor mundi partes hoc interpretantur, quasi aliquid spectet mundus foras, sicut per omnes facies Ianus. Deinde si Ianus est mundus, & mundus quatuor partibus constat, falsũ est simulachrum Iani [d]: quia Ianus & si quadrifrons legitur, nunquam tamen quadriianus inuenitur. Aut si propterea verum est, quia etiam nomine Orientis & Occidentis totus solet mundus intelligi, nunquid cum duas partes alias nominamus Septentrionis & Austri, sicut illũ quadrifrõtem dicunt geminũ Ianum, ita quisquam geminũ dicturus est mundum? Nõ habent omnino vnde quatuor ianuas quæ intrantibus & exeuntibus pateant, interpretentur ad mũdi similitudinẽ. sicut

A de bifronte, quòd dicerent saltem in ore hominis inuenerunt, nisi Neptunus [e] forte subueniat & porrigat piscẽ, cui præter hiatũ oris & gutturis etiã dextra & sinistra fauces paterent. Et tamen hanc vanitatẽ per tot ianuas nulla effugit anima, nisi quæ audit veritatem

Iodn. 10. dicentem: Ego sum ianua.

a Sed Iani bifrontis.) Alij hunc regem bifrontẽ fuisse referunt, quòd fuerit prudentissimus, videritq; procul ventura, & respexerit præterita. sicut de cordato Homerus ĩquit, ἅμα πρόσω καὶ ὀπίσσω λεύσσων. Plutarchus in problematis duas causas affert: alteram, quòd Ianus fuerit Perthæbus Græcus, sic esse literis mandatum: qui postea quàm in Italiam venisset, linguam simul cum moribus mutarit. Altera causa est, quòd Italos populos Ianus & agros colere docuerit, & Rempublicã administrare. Alij, vt Ouidius, quod hic Augustinus attingit, quòd Ianus sit mũdus gemina facie, hac ortũ spectante, illa occasum. Sunt qui Ianũ solem velint, cuius est quotidie ortus & occasus. Nigidius est author, coliq; à Græcis ἀχέλωνα πυρόεσσα & ἀχυνίαν, quasi Ianitorẽ & viis præfectum. Tametsi nõ crediderim eadem forma cultum, qua Ianum apud Romanos. Nam Ouidius inquit:

Quem tamen esse deum dicam te Iane biformis?
Nam tibi par nullum Græcia numen habet.

Pingebatur & quadriformis. C. Bassus de diis apud Macrobiũ: Ianus bifrons pingitur, quasi infertũ & supertum ianitor. Idẽ quadriformis, quasi vniuersa climata maiestate sua cõplexus. Hic Ianus est is, quem geminũ in sacrificiis vocabãt: nam simplex duplici tantum est fronte, & Ianus geminus, cuius porta claudebatur pace, bello patebat. b Palatum Græci οὐρανόν.) Vt Aristoteles in lib. de partibus animaliũ. Plinium existimant hunc imitatum etiam cœli vocabulo vsum eodẽ significatu lib. xj. nã de cerebro loquẽs: Hoc, inquit, est viscerum excelsissimũ proximũq; cœlo capitis. c Cuius similitudinem.) Alibi, cuius similitudine Ianus nomen habet. d Falsum est simulachrũ Iani.) in aliis sic, Falsum est simulachrũ Iani bifrõtis, vt reliqua supposititia sint: vsque Aut si propterea, quod nõ videtur admodum absurdum ex iis quæ adduntur. e Nisi Neptunus.) quandoquidem id in hominibus non est inuenire. B

De Iouis potestate, atque ejusdem cũ Iano cõparatione. Caput IX.

I Ouem autem, qui etiã Iuppiter dicitur [a], quẽ velint intelligi, exponant. Deus est, inquiũt, habẽs potestatẽ causarũ, quibus aliquid fit in mundo. Hoc quàm magnum sit, nobilissimus Vergilij

Georg. 2. versus ille [b] testatur: Fœlix qui potuit rerũ cognoscere causas. Sed cur ei præponitur Ianus, hoc nobis vir ille acutissimus doctissimusq; respõdeat? Quoniã penes Ianum, inquit, sunt prima, penes Iouẽ summa. Merito ergo rex omniũ Iuppiter habetur. Prima enim vincũtur à summis: quia licet prima præcedant tẽpore, summa superant dignitate. Sed recte hoc diceretur, si factorũ prima discernerentur & summa. Sicut enim initiũ facti est proficisci, summũ peruenire: initiũ facti inceptio C discendi, summũ perceptio doctrinæ: ac sic in omnibus prima sunt initia, summaq; sunt fines. Sed iã hoc negotiũ inter Ianũ Terminũq; discussum est. Causæ autẽ quæ dantur Ioui efficientia sunt, nõ effecta †: neq; vllo modo fieri potest, vt vel tempore præueniãtur à factis initiisve factorũ. Semper enim prior est res, quæ facit quàm illa quæ fit. Quapropter si ad Ianũ pertinẽt initia factorũ, nõ ideo priora sunt efficiẽtibus causis, quas Ioui tribuũt. Sicut enim nihil fit, ita nihil inchoatur vt fiat, quod non faciens causa præcesserit. Hunc sanè deũ penes quem sunt omnes causæ factarũ omniũ naturarum, naturaliũq; rerũ, si Iouem populi appellant, & tãtis contumeliis, tamq; scelestis criminationibus colũt, tetriore sacrilegio sese obstringũt, quàm si prorsus nullum putarent deũ. Vnde satius esset eis alium aliquem Iouis nomine nuncupare, dignũ turpibus & flagitiosis honoribus supposito vano figmento, quod potius blasphemarent, sicut Saturno dicitur suppositus lapis, quem pro filio deuoraret, quàm istũ deum dicere, & tonantẽ, & adulterantem, & totũ mundum regentem, & per tot stupra diffluentem, & naturarum omnium naturaliũq; rerũ causas summas habentem, & suas causas bonas nõ habentem. Deinde quæro, quem iam locum inter deos huic tribuant Ioui, si Ianus est mundus? Deos enim veros animã mũdi ac partes eius iste definiuit, ac per hoc D quicquid hoc nõ est, non est vtiq; secundum istos verus deus. Nũ igitur ita dicturi sunt, Iouem animã mũdi, vt Ianus sit corpus eius, id est, iste visibilis mundus? Hoc si dicunt, nõ erit quemadmodũ Ianum deũ dicãt, quoniã mundi corpus nõ est deus: vel secundũ ipsos, sed anima mũdi ac partes eius. Vnde idem Varro apertissime dicit, deum se arbitrari esse animã mundi, & hunc ipsum mundũ esse deum: sed sicut hominem sapientem, cũ sit ex animo & corpore, tãtum ex animo dici sapientem: ita mundum deũ dici ab animo, cum sit ex animo & corpore. Solum itaq; mundi corpus nõ est deus: sed aut sola anima eius, aut simul corpus & animus: ita tamen, vt non sit à corpore, sed ab animo deus. Si ergo Ianus est mundus, & deus est Ianus, nunquid Iouẽ vt deus esse possit aliquã partẽ Iani, esse dicturi sunt? Magis enim Ioui vniuersum solent tribuere. vnde est illud: Iouis omnia plena. Ergo & Iouẽ, vt deus sit, & maxime vt rex deorum, non alium possunt existimare, quàm mundũ: vt in diis cæteris secundum istos suis partibus regnet. In hanc sententiam etiam quosdam versus Valerij Soranĩ exponit idem Varro, in eo libro, quem seorsum ab istis de cultu deorum scripsit. qui versus hi sunt: *Ver. Aeneid. 3.*

Iuppiter omnipotens [d], regum rex ipse, deusq; E
Progenitor, genitrixq; deũm, deus vnus, & omnis.

Exponuntur autẽ in eodẽ libro, ita vt eũ marem existimarent, qui semen emitteret, fœminã [e] quæ acciperet. Iouẽq; esse mũdũ, & eũ omnia semina ex se emittere, & in se recipere, qua causa, ĩquit, scripsit Soranus: Iuppiter progenitor genitrixq;, nec minus cũ causa vnũ & eundẽ omnia esse. Mũdus enim vnus [f], in eo vno omnia sunt.

Georg. 2.

Georg. 2.

Georg. 2

G Quod si hoc iustum putant, etiam ipsum Iouẽ tot deos esse dicãt, quot ei cognomina propter multas potestates dederunt, quoniam res omnes ex quibus illa cognomina sunt adhibita, multæ atque diuersæ sunt, ex quibus pauca commemoro.

De cognominibus Iouis, quæ non ad multos deos, sed ad unum eundemq; referuntur. Cap. XI.

DIxerũt eum victorem [a], inuictum, opitulum, impulsorem, statorem, centumpedam [b], supinalem, tigillum alinum [c], ruminum, & alia quæ per se prosequi longum est [d]. Hæc autem cognomina imposuerunt vni deo propter causas potestatesq; diuersas, nõ tamen propter tot res etiam tot deos eum esse coẽgerunt: quòd omnia vinceret, quòd à nemine vinceretur, quòd opem indigentibus ferret, quòd haberet impellendi, statuendi, stabiliendi, resupinandi, potestatem: quòd tanquam tigillus mundũ contineret [e] ac sustineret, quòd aleret omnia, quòd ruma, id est, mãma aleret animalia. In his vt aduertimus quædam magna sunt, quædam exigua, & tamen vnus vtraque facere [f] perhibetur. Puto inter se propinquiora esse causas rerum, atque primordia, propter quas res vnum mundum, duos deos esse voluerũt, Iouem atque Ianum, quẽ continere dicunt mundum, & mammã dare animalibus: nec tamen propter hæc duo opera tam lõge inter se vi & dignitate diuersa, duo dij esse cõpulsi sunt, sed vnus Iuppiter, propter illud Tigillus, propter hoc Ruminus appellatus est. Nolo dicere, quod animalibus mammam præbere sugentibus magis Iunonem potuit dicere quàm Iouem: præsertim cum esset diua Rumina, quæ in hoc opus adiutorium illi famulatumq; præberet. Cogito enim posse responderi, & ipsam Iunonẽ nihil aliud esse quàm Iouem secundum illos Valerij Sorani versus, vbi dictum est:

Iuppiter omnipotẽs regum rerumq; deũmq;
Progenitor genitrixq; deũm.

Quare ergo dictus est & Ruminus, cum diligentius fortasse quærentibus, ipse inueniatur esse etiam illa diua Rumina? Si enim maiestate deorum [g] recte videbatur indignum, vt in vna spica alter ad curam geniculi, alter ad folliculi pertineret, quanto est indignius vnam rem infimam, id est, vt mammis alantur animalia, duorum deorum potestate curari: quorum sit vnus Iuppiter rex ipse cunctorum: & hoc agat non saltem cum coniuge sua, sed cum ignobili nescio qua Rumina, nisi quia ipse est etiam ipsa Rumina, ipse Ruminus: Ruminus fortasse pro sugentibus maribus: Rumina pro fœminis? Dicerem quippe noluisse [h] illos Iouis fœmininum nomen imponere, nisi & in illis versibus progenitor genitrixq; diceretur: & inter alia eius cognomina legerem, quod etiam pecunia vocaretur, quam deam inter illos munuscularios inuenimus, vt in quarto libro iam cõmemorauimus. Sed cum & mares & fœminæ habeant Pecuniam: cur nõ & Pecunia, & Pecunius appellatus sit, sicut Rumina & Ruminus, ipsi viderint.

Tali's, quæ persequi

a DIxerunt cum victorem.) Iouis plurima fuerunt apud Græcos & Latinos cognomina, quorum pleraque ex Græcis persequitur instituto suo Orpheus in hymnis, & sparsim Homerus in vtroque poëmate & hymnis, velut quod sit φίλιος, id est, amicitiæ præses, & ξένιος. hospitalis, & ὑπερῴος. socius, & ὁρκῖος iurisiurandi præses, & alia quæ ad naturam eius potius pertinent, quàm ad vsum hominum. Præter hæc erat & Iuppiter Anxurus Terracinæ. q. ἄνευ ξυρῆ, sine nouacula, imberbis, vnde & Anxur olim dictæ Terracinæ, Seruius. Erat Apomyias in Olympio, quem sacrauit Hercules. q. muscarum abactorem, cum illis inter sacrificandum infestaretur: & Athenis Iuppiter θρέπτριος. q. tribulis, cuius festum secundo die πᾶρ ἀκατουρίωμ, hoc est, deceptoriorum, isq; dies ab effluxu cruoris hostiarum ἀνάῤῥυσις dicebatur. & in Caria λαβρανδεύς. q. securarius, in cuius dextra non fulmen, sed securis erat, quam Lydi λάβρυν dicunt, apud Plutarchum in problematis. Erat etiam in Græcia ἐλευθέριος. q. liberator, quòd ab armis Persarum liberasset: in Asia minore, Milesius: in Chaonia, Dodonęus: Ammonius in Aphrica: Athenis μειλίχιος, cui nullum sacrificabatur animal, sed frugibus placabatur & pomis, Thucydides. Erat & ἀφίειος. q. dimittens. & κόπανος Argis, hoc est, cuculus: & φύξιος à Phryxo sacratus. q. fugæ comes, vbi & vellus aureum, apud Apollonium: & Aratrius apud Phœnices, Cœli filius Saturni frater, cui fuit Dagoni nomen, aratri inuentor, vnde cognominatus Iuppiter Aratrius: & πανελλήνιος toti Græciæ communis. In Sicilia ἀγοραῖος forensis, quod foro præesset, eique statua eo loco erigebatur: Herodotus. Erat Romæ præter ea nomina, quæ commemorat Augustinus Iuppiter Feretrius, de ferẽdis spoliis opimis, sacratus à Romulo: Capitolinus, à loco: Elicius, quem sacrauit Numa in Auentino ab eliciendo cõmentibus diuinis, quomodo procuranda essent fulmina, & prodigia: Pistor, à panibus, quos de Capitolio iactarunt obsessi Roma capta, cuius festum. vj. Idib. Iunij: Viminius, in colle Viminali: Prædator, prædæ adiutor, cui & aliquid debebatur de præda, Seruius: Victor, quẽ sacrauit Agrippa: Tonans, quem Augustus post bellum Cantabricum: Custos, à Domitiano in Capitolio: Latialis, à Tarquinio Superbo in monte Albano: Inuictus, cuius festum Idib. Iunij: Inuentor, cuius ara prope portam Trigeminam, sacratus ab Hercule inuentis bobus, cui iuuencus immolabatur adultus, cui sacrificabatur in nuptiis. Liuius, Dionysius, Plutarchus, Suetonius, Lactantius, qui lib. primo scribit Iouem de nominibus hospitum suorum esse plerunque cognominatum, velut Athabyrium, Lapriãdum. à quibus in bello est adiutus: tum Laprium, & Molionem, & Cassium. Theseus Hecalesium Iouem, & eius sacra instituit in Attica terra de nomine Hecales vetulæ hospitæ suæ. Aristo. in libello de mundo, cuius iam aliãs mẽtionem fecimus, cum deus sit vnus, multinomius est ab effectionibus omnibus nempe Iupiter, & ἀστραπαῖος, id est fulgurator, & βροντᾶος tonans, & αἰθέριος serenator, & οὐράνιος cœlestis, & κεραύνιος fulminator, & ὑέτιος pluuius, & καρπόφορος frugifer, & πολιεύς vrbicus, & γενέθλιος natalitius, & ἕρκειος vallaris, & ὁμόγνιος cognatus, & πατρῷος patrius: ipse est etiam fata & omnia, quæ de fato & parcis dicuntur, nempe ἀνάγκη, καὶ μοῖραι, καὶ νέμεσις, καὶ εἱμαρμένη. Sic ille. b Centumpedam.) Ab stabilitate sic est dictus, vt idem Augustinus explicat: nam firmius res consistit, quo pluribus innititur pedibus, & velut fulcris. Est & vermis centipes, siue cẽtipeda. c Alinũ.) Alij codices alumnũ, sed Almũ melius vt arbitror. nã alma & almus ab alendo dicũtur: vnde Venus alma, & Ceres, & terra alma: alumnus verò non facilè est is, qui alit, quod quidã putant. d Quæ per se prosequi longũ est.) Antiqui codices habent: Quæ persequi longũ est. Commentatores verbi significationem parum intelligentes, per se prosequi deprauarunt, rati persequi solum dici de insectatione inimica. e Tanquam tigillus mundum contineret.) Tignus, vnde tigillus trabs, cui tectum innititur. Arist. περὶ κόσμου, vmbilicis quibus fornix continetur & sistitur, deum esse in mundo similem ait, qui si absit vel momentum, corruat protinus naturæ ædificium necesse est, vt ablato vmbilico fornicis structura tota dissoluta concideret. Non est ab hoc proposito dissonum, quod Orpheus in hymnis de Ioue inquit:

ζεὺς κυδιμιὴν γαίης τε, καὶ οὐρανοῦ ἀστερόεντος. Et post.
ζεὺς κόντος εἶζα.

Iouis cognomina.

Tignus.

f Vtraque facere.) Et magna & parua. g Si enim maiestate deorũ.) Lib. iiij. Derisa est opinio eorum, qui alium deum curæ geniculi, alium folliculi tribuebant. h Dicere quippe voluisse.) In antiquis melius: Dicerem quippe noluisse.

Quod Iuppiter etiã Pecunia nũcupetur.
Cap. XII.

QVamvero eleganter rationem huius nominis reddiderunt, & pecunia, inquiũt, vocatur, quòd eius sint omnia. O magnam rationem diuini nominis, imò verò ille cuius sunt omnia vilissime & contumeliosissime pecunia nuncupatur. † At omnia Iouis sunt, quæ cœlo & terra continentur, inter quæ & ipsa pecunia in omnibus omnino rebus, quæ ab hominibus nomine pecuniæ [a] possidetur. Sed nimirum hoc auaritia Ioui nomen imposuit, vt quisquis amat pecuniã, non quẽlibet deum, sed ipsum regem omniũ sibi amare videatur. Longe autẽ aliud esset si diuitiæ vocaretur. aliud nanq; sunt diuitiæ, aliud pecunia. Nã dicimus diuites [b], sapiẽtes, iustos, bonos, quibus pecunia vel nulla, vel parua. Magis enĩ sunt virtutibus diuites: per quas eis etiã in ipsis corporaliũ rerũ necessitatibus satis est quod adest: pauperes vero auaros dicimus semper inhiantes, & egentes. Quàmlibet enĩ magnas pecunias habere possunt, sed in earũ quantacunq; abundantia nõ egere nõ possunt. Et deũ ipsum verũ recte dicimus diuitem, nõ tamen pecunia, sed omnipotentia. Dicuntur itaq; et diuites pecuniosi, sed interius egeni, si cupidi. Itẽ dicuntur pauperes pecunia carentes, sed interius diuites, si sapientes. Qualis ergo ista theologia debet esse sapienti, vbi rex deorum eius rei nomen accepit, quam

† Victorianum sic legit. Ad omnia enim quæ cœlo & terra continentur quid est pecunia in omnibus omnino rebus, quæ ab hominibus nomine pecuniæ possidentur?

A quam nemo sapiens concupiuit [c]? Quanto enim facilius si aliquid hac doctrina, quod ad vitam pertineret æternam salubriter disceretur, deus mundi rector non ab eis pecunia, sed sapiẽtia vocaretur [d], cuius amor purgat à sordibus auaritiæ, hoc est, ab amore pecuniæ.

Pecultum.

a QVæ ab hominibus nomine pecuniæ.) Omnia quæ possidentur, nomine pecuniẽ sunt comprehensa: vnde peculium dicitur à pecude deducta appellatione, vt aiunt, Columella, Festus, & Seruius, quòd hæ veterũ essent vuicæ diuitiæ, sicut adhuc sunt multarum gentium. Erant enim ferè pastores, à quibus manasse vocabulũ hoc etiã Varro cõfirmat li. de Lat. ling. iiij. postea ad opes vrbanas se extendit. b Nam dicimus diuites.) Paradoxum Stoicum ὅτι οἱ σοφοὶ μόνοι πλούσιοι. Quod Cicero ita esse multis, magnisq; rationibus suadet. Idem magnis ingeniis philosophorum est disputatum, qui sæpissime contra pecuniam perorarunt. c Quam nemo sapiens concupiuit.) Salust. in Catili. Auaritia pecuniæ studium habet, quam nemo sapiens concupiuit: ea quasi venenis malis imbuta corpus animumq; virilẽ effœminat, semper infinita insatiabilis est, neque copia, neque inopia minuitur. d Sapiẽtia vocaretur.) Vt nos vocamus.

** aliàs Idanus.*

Quod dum exponitur quid Saturnus, quidue sit Genius uterque unus Iuppiter esse doceatur.*
Caput XIII.

SEd quid de hoc Ioue plura, ad quem fortasse cęteri referẽdi sunt, vt inanis remaneat deorum opinio plurimorum, cum hic ipse sit omnes: siue quando partes eius, vel potestates existimãtur: siue cum vis animæ, quam putant per cuncta diffusam ex partibus molis huius, in quas visibilis mundus iste consurgit & multiplici administratione naturæ, B quasi plurium deorũ nomina accipit? Quid est enim Saturnus? Vnus, inquit, de principibus deus, penes quẽ sationum omniũ dominatus est. Nonne expositio versuum illorum Valerij Sorani sic se habet Iouẽ esse mũdum & eum omnia semina ex se emittere, & in se recipere? Ipse est igitur penes quem sationum omniũ dominatus est. Quid est Genius [a]? Deus est, inquit, qui præpositus est, ac vim habet omnium rerum gignendarum. Quem alium hanc vim habere credunt quàm mundum, cui dictum est: Iuppiter omnipotens progenitor genitrixq;? Et cum alio loco geniũ dicit esse vniuscuiusq; animum rationalem [b], & ideo esse singulos singulorum: talem autem mundi animum deum esse, ad hoc idem vtique reuocat, vt tanquã vniuersalis genius ipse mũdi animus esse credatur. Hic est igitur quẽ appellant Iouem. nam si omnis genius deus [c], & omnis viri animus genius, sequitur vt sit omnis viri animus deus: quod si & ipsos abhorrere absurditas ipsa compellit: restat vt eum singulariter & excellẽter dicant deũ genium, quem dicunt mundi animũ, ac per hoc Iouẽ.

Genius.

C a QVid est Genius.) Festus Pompeius: genium appellabant deũ, qui vim obtineret rerum omnium gerendarum. Aufustius, Genius, inquit, est deorum filius, & parẽs hominum, ex quo homines gignuntur, propterea genius meus nominatur, quia me genuit. Quæsitum apud eruditos quis deus esset Genius, inuentumq; non simpliciter id dici. Nam Genius naturæ est deus parens illius, & Genij sunt cœlorum multi, quorum meminit Capella in nuptiis: & Maris Genius Melicerta, vt ait, Parthenius: & corporalium rerum Genij sunt elementa quatuor, ignis, aër, aqua & terra. Quæ Græci cum στοιχεῖα vocent, γενεθλίους quoque θεοὺς dicunt. cui non absimile est, quod Macrobius adducit de penatibus naturæ, quòd sint mediã aër Iuppiter, & infimus Iuno, & supremus æther Minerua, quis tribus sub vno tecto Tarquinius Priscus templum vouit. Duodecim cœli signa cũ sole & luna sunt qui Genios aiant, & hi quidem Genij vniuersaliores. nam suus est cuique loco Genius, quem faciunt ei præsidere, quin & vnicuique hominum suus sic dictus, vt Censorinus inquit, siue quòd in eius tutela, vt quisque natus est, vuuit: siue quòd vt generemur, curet: siue quòd vnà gignatur nobiscum: siue etiam, quòd nos genitor suscipiat, ac tueatur. Eundem esse Genium & Larem multi prodiderunt veterum, in quis & C. Flaccus in libro quem ad Cæsarem de indigitamentis reliquit. Porrò Lares quemadmodum est apud Ouidiũ gemini fuerunt, filij Mercurij & Laræ, siue Larundæ nymphæ. Ideo veterum plerique inter quos Euclides, geminos singulis hominum addunt Lares, alterum bonum, alterum malum, qualis ille fuit, quem Plutarchus, Florus, & Appianus scribunt oblatum M. Bruto media nocte ad tenuem lucernam de bello cogitanti. b Genium dicit esse vniuscuiusque animum rationalem.) De hoc copiosius proximo libro. c Nam si omnis Genius deus.) Cõclusio primæ formæ primi ordinis syllogismorum, vulgo barbara dicunt.

Lares.

De Mercurii & Martis officiis.
Cap. XIIII.

MErcurium vero & Martem, quomodo referrent ad aliquas partes mundi, & opera dei quæ sunt in elementis nõ inuenerunt, & ideo eos saltem operibus hominum præposuerunt, sermocinandi & belligerandi ministros. Quorum Mercurius si sermonis [a] etiam deorum potestatem gerit, ipsi quoq; regi deorum dominatur, si secundum eius arbitrium Iuppiter loquitur, aut loquendi ab illo accipit facultatem, quod vtiq; absurdum est. Si autẽ illi humani tantum sermonis potestas tributa perhibetur, non est credibile ad lactandos mamma, non solum pueros sed etiam pecora, vnde Ruminus cognominatus est, Iouem descendere voluisse, & curã nostri sermonis, quo pecoribus antecellimus, ad se pertinere noluisse: ac per hoc idẽ ipse est Iouis atq; Mercurius. Quod si sermo ipse dicitur [b] esse Mercurius, sicut illa quę de eo interpretantur ostẽdũt. Nã ideo Mercurius, quasi medius currens [c] dicitur appellatus, quod sermo currat inter homines medius, ideo ἑρμῆς Græce, [d] quod sermo vel interpretatio, quæ vtiq; ad sermonẽ pertinet ἑρμηνεία dicitur: ideo & mercibus præesse [e], quia inter vẽdentes & ementes sermo fit medius: ideo alas [f] ei in capite & pedibus ponũt, volentes significare volucrẽ ferri per aëra sermonem: ideo nunciũ [g] dictũ, quoniã per sermonem omnia cogitata enunciantur. Si ergo Mercurius ipse sermo est, etiã ipsis confitentibus deus non est: sed cum sibi deos faciunt eos, qui dæmones sunt, immũdis supplicando spiritibus, possidentur ab eis, qui non dij, sed dæmones sunt. Item quia nec Marti aliquod elementum vel partem mundi inuenire potuerunt, vbi ageret opera qualiacunq; naturę, deũ belli esse dixerunt, quod opus est hominum, & optabile non est. Si ergo pacem perpetuã fœlicitas daret, Mars quid ageret non haberet. Si autẽ ipsum bellũ est Mars, sicut sermo Mercurius, vtinam quàm manifestum est, quod non sit deus: tam non sit & bellum, quod vel falsò vocetur deus.

Mercurius

QVorũ Mercurius si sermonis.) Mercurios quinque fuisse narrat apud Ciceronem Cotta: primum, Cœlo patre & die matre natum: secundum, Valẽtis & Pheronidis filium, cum qui sub terris habetur. idem Tryphonius est. Tertium, Ioue tertio natum & Maia. Quartum, Nilo patrem, quẽ Aegyptii nefas habebant nominare. Quintum, quem colunt Pheneatæ, qui Argum dicitur interemisse, ob eamq; causam Aegypto præfuisse, atque Aegyptiis leges & literas tradidisse: hunc Aegyptij Theut appellãt. Hęc Cicero. Eius Theut meminit in Phædro Plato, & Eusebius lib. primo præparat. Euang. qui cum ab Aegyptiis tradit vocari Thoyth, ab Alexandrinis Thot, Græcos ἑρμῆν dicere, qui & literas primus docuit, & de theologia altius arcaniusq; scripserit. Diodorus etiam libro primo redegisse hunc Mercurium narrat voces in ordiné, ac plerisque rebus indidisse nomina, sacraq; permulta & ceremonias tradidisse. De vocibus confirmat Horatius ex Alcæo Poëta, quibus de causis Aegyptij inuentorem & deum sermonis illum putauerunt, interpretem quoque & nuncium dixere hominum ac deorum. Cum quòd sacra velut à dis ad homines pertulerit, tum vel maxime, quòd sermo ab hominibus ad homines & ad deos transcurrat, sine quo nullum constat commercium. vnde illa apud Aristidem Rhetorem fabella, nullum commercium, cõcordiã in genere humano nullam fuisse, prius quàm sermonem Mercuri [h] in eo sparsisset, & inuentio literarum paratissima fuit cõmento occasio, quòd procul dissitos literis alloqueremur, vnde inuentor earũ Mercurius vltrò citroq; commeare existimatus est, & mandata diligentissime exequi.

Cyllenius.

b Quod si sermo ipse dicitur.) Porphyrius in phytiologia oratiõis interprerãdi vim Mercuriũ dixerũt, qui tensus rectusq; fingitur propter orationis vigorem. cæterum, quod oratio cõposita est, aliam solarem vocant, quæ sit Mercurius: aliam lunarẽ, quæ Hecatæ: aliam vniuersalẽ, quæ Hermopis. Festus Pompeius vnam ex causis cur Mercurius sit Cyllenius nuncupatus esse dicit, quòd sermo sine manibus omnia cõficiat, quibus partibus corporis egeni κυλλοὶ vocantur, tametsi hoc nomen ad omnes mutilatos patet: alij de loco Cylleniũ nũcupãt. c Nã ideo Mercurius quasi medius currens.) At Festus ait, à mercibus esse dictũ. Ego enim nomen à mercor deriuatũ puto, vnde sunt mercatus & mercatura, & merx, quis oibus præest Mercurius. d Ideo ἑρμῆς Græce.) ἀπὸ τοῦ ἑρμηνεύειν, id est,

G id est, interpretari. Hoc idem est esse nuncium deorum, non quòd dicta interpretetur, sed quòd diligentissime, & optima fide peragat, quæ sunt mandata, quod est munus sermonis, perferre ab animis ad animos sensa, quæ aliter patefieri, & edoceri nequeũt: cúmque animi pro diis putarentur, ideo interpres diuũm, & nũcius est appellatus. Plato in Cratylo, ὃς δ' εἴρεμ ἐμήσατο δίκαιόως ἂμ καλοῖ τοῦ ὑπὸ ὑμῶμ εἰρέμμης. νῦῦ δὲ ἡμεῖς ὡς ὀιόμεθα, καλλωπίζοὐτες τὸ ὄμομα, ἐξεμιῦῦ καλοῦμῳμ. ἢ ἴτε ἴρις ἀπὸ τοῦ εἴρεμ ἔοικε κεκλημῳῦς, οὖσ ἄγγελος ἦμ: Qui irin, inquit, hoc est loqui cõmentus est, merito vocetur à vobis irenes. Nunc vero nos elegantius rati nomen proferre, Hermã vocamus. Ipsa etiam Iris à dicendo videtur nominata, quoniam nuncia quoq; est. Porrò omnis qui alicui negocio cõficiendo se interponit, dicitur interpres, cõciliator quoq; & medius sicut Serui[a] ait. iii. Aeneid. vt apud Ciceronẽ, qui interpretes corrũpẽdi indicij esse solẽt. Et Verg. ipse verbis Didonis Iunonem alloquentis, quæ conciliatrix fuerat Didonis & Aeneæ:

Tuq; harum interpres curarum, & conscia Iuno.

e Ideo & mercibus præesse.) Sine sermone perit cõmercium mortaliũ. Diodorus perhibet existimatum à quibusdã Mercurũ mensuram, pondus, & mercaturæ quæstũ inuenisse. Extat & apud Græcos prouerbium κοινὸς ἑρμῆς. f Ideo alas.) Mercurius alatus fingitur, non modo in pedibus, quæ vocant talaria, & apud Homerum πτέρυγας, sed etiã in tẽporibus: vtrinq; enim ei prominent pinnulæ pares, vt Apuleius describit in Apologia. Fingitur enũ deus ille petasatus, hoc est, galero rectus, extantibus supra galerum pinnis, quod in Amphitryone significauit Plautus verbis ipsius Mercurij: Ego has habeo vsq; in petaso pinnulas. Hanc annotationem acceptã refero Beroaldo in cõmenta. Augusti Suetonij.

g Ideo nuncium.) Hoc idem, vt dixi, interpres ex Diodoro Siculo li.

H vj. & sic exponit Acron lib. primo carmi. Horatij.

De stellis quibusdam, quas Pagani deorum suorum nominibus nuncupauerunt. Cap. XV.

NIsi forte illæ stellæ [a] sunt hi dij, quas eorũ apellauere nominibus. Nam stellam quandã vocant Mercurium, quandam itidem Martem: sed ibi est & illa, quam vocant Ioue, & tamen eis mũdus est Iouis. Ibi quam vocant Saturnum, & tamen ei præter eam dant non paruam substantiam, omniũ videlicet seminum. Ibi est & illa omniũ clarissima quæ ab eis appellatur Venus: & tamẽ eandẽ Venerem esse etiam lunã [b] volunt, quãuis de illo fulgẽtissimo sydere apud eos tanquã de malo aureo Iuno Venusq; [c] contendant. Luciferum enim quidã Veneris, quidã dicũt esse Iunonis: sed vt solet Venus Iunonem vincit. Nã multo plures eã stellã Veneri tribuunt, ita vt vix eorũ quisquã reperiatur, qui aliud opinetur. Quis autem nõ rideat cũ regem omniũ Iouem dicant, quũ stella eius à stella Veneris tanta vincatur claritate? Tãto enim esse debuit cæteris illa fulgentior, quanto est ipse potentior. Respondent ideo sic videri, quia illa quæ putatur

I obscurior, superior est, atq; à terris longe remotior. Si ergo superiorem locum maior dignitas meruit, quare Saturnus ibi est Ioue superior? An vanitas fabulæ quæ regem Iouem facit, non potuit vsq; ad sydera peruenire: & quod non valuit Saturnus [d] in regno suo neq; in Capitolio, saltem est permissus obtinere in cœlo? Quare autem Ianus nõ accepit aliquã stellam, si propterea quia mundus est, & omnes in illo sunt, & Iouis mũdus est [e], & habet tamen? An iste causam suã cõposuit vt potuit, & pro vna stella quam nõ habet inter sydera, tot facies accepit in terra? Deinde si propter solas stellas Mercuriũ, & Martem partes mundi putant, vt eos deos habere possint, quia vtiq; sermo, & bellum nõ sunt partes mundi sed actus hominum, cur Arieti & Tauro & Cancro & Scorpioni, cæterisq; huiusmodi quæ cœlestia signa numerant, & stellis non singulis, sed singula pluribus cõstãt, superiusq; ista [f] in sũmo cœlo perhibẽt collocata, vbi cõstantior motus [g] inerrabilẽ meatũ syderibus præbet, nullas aras, nulla sacra, nulla tẽpla fecerũt: nec deos, non dico inter hos selectos, sed nec inter illos quidem quasi plebeios habuerunt?

a NI fortè illæ stellæ.) Plato in Cratylo, inquit, veteres Græcos non alios pro diis habuisse colui. Ilẽque, quàm quos etiam tũ barbarorum complures, cœlum, Solem, Lunã, & sydera quos naturales vocant deos, vt Sanchoniato Berytius scribit, qui author est, priscos mortales præcipue Phœnices, & Aegyptios bene meritis de se hominibus, quiq; aliquid in cõmunem vitę cõtulissent vsũ, eos honores habuisse, vt tẽpla illis statuæq; erigerentur nominibus naturalium deorum impositis. Hunc enim cœlum, illum solem, altũ Ioue, alium Saturnum nuncuparunt: hæc ille. Et haud dubie vel quòd essent astrologiæ periti dij ipsi, ea nomina syderũ sibi indebant, quarũ virtutibus se crederent valere: vel posteri sydera nominibus eorum vocauerũt, qui eas artes attulerunt ad vitã, quarũ effectricia existimarent esse ea sydera. Nã Mercurius stella homines vt putant reddit facundos, ingenio versatili, accõmodatq; naturæ illius planetæ cui sese addit: quam causam video placuisse Seruio, cur Mercurius deorum nuncius appellatus sit: nã bonus benignúsque est cum Ioue & Sole, atrox & maleficus cum Saturno & Marte. Mars quoque violentus est in cœlo, & cruentus, bella motúsque terris immittit. idcirco Martem irascentiæ vim Porphyrius interpretatur, quæ quoniam ignea est, atque cruenta, bellis est præfecta. Hinc oritur theologia Stoicorum, referentium deorum rationes naturásque ad corpora mundi. vnde nascitur tanta rerum omnium obscuritas, vt veritas altissimi tenebris obruta perspici nulla arte queat: sicut ait, tum ex eodem Sanchoniathone Eusebius libro præpara. Euangel. primo, tum etiam ex suis ipsius argumentis ac rationibus, vti & Augustin. hoc lib. disputat. b Et tamen eandem Venerem esse etiam Lunam.) Macrob. lib. Saturn. primo, & adducit Philocorum in Athide Venerem esse Lunam, eique sacrificium facere viros cum veste muliebri, mulieres cum virili, quòd eadem & mas existimaretur, & fœmina, Apule. libr. xj. transfor. ad Lunam: Sed tu cœlestis Venus, quæ primis rerum exordiis sexuum diuersitatem generato amore sociasti, & æterna sobole humano genere propagato, nunc circunfluo Paphi sacrario coleris. c Tãquam de malo aureo Iuno Venũsque.) Fabula de aurei mali contentione inter tres deas Iunonem, Venerem, & Mineruam notior est, quàm vt sit opus hic eam explicare. Porrò de Lucifero, sic Pli. lib. ij. infrà Solem ambigit ingens sydus appellatũ Veneris, alterno meatu vagum, ipsiusq; cognominibus æmulum Solis & Lunæ: præueniens quippe & ante maturinum exoriens Luciferi nomen accipit, vt Sol alter, diémque maturans: contrà ab occasu refulgens, nuncuparat Vesper, vt prorogans lucẽ, vicemq; Lunę reddens. Quam naturam eius Pythagoras Samius primũ deprehendit Olympiade circiter. xlij. qui fuit vrbis Romæ annus. cxlij. largiore magnitudine extra cuncta alia sydera est, claritatis quidem tãtæ, vt vnius huius stellæ radiis vmbræ reddantur. Itaque & in magno nominum ambitu est. Alij enim Iunonis, alij Isidis, alij Martis deum appellauere. Hæc ibi. d Et quod non valuit Saturnus.) Nam è Creta pulsus à filio Ioue, & è Capitolio, quæ prius erat Saturnia, postea collis ille facer fuit Ioui Capitolino. e Et Iouis mundus est.) Veterem rectum Iouis vsurpat, sic in. vj. de repub. Cicero, Prosperus & salutaris ille fulgor qui dicitur Iouis. f Superiusq; ista.) In octauo cœlo est signifer duodecim signis constans, animalium nominibus insignius, dictus idcirco ζῳδιακὸς, quorum signorum vnum quodque multis stellis est illustre.

g Vbi constantior motus.) Quia viginti quatuor horis circum terram voluitur, eundem cursum perpetuò seruans, vnde fiunt nox & dies, ipsãque signa eodem semper sunt ordine, eisdem sita locis, cum planetæ modo sint inter se aduersi, modo auersi, iam alius præcurrat alium, alius sequatur. quæ varietas motuum causam Græcis præbuit vocandi stellas illas planetas. q. erratiles, cum nullus eorum erret, sed simul omnes collati errare videantur difformitate motuum, quæ in octaui cœli stellis non est, nempe sitis omnibus eodem cœlo quod ideo ἀπλανὲς dicitur.

De Apolline & Diana cæterisq; selectis diis quos partes mundi esse noluerunt. Cap. XVI.

APollinem [a] quanuis diuinatorem [b] & medicum [c] velint, tamen vt in aliqua parte mũdi statuerent, ipsum etiam solem esse dixerunt: Dianamq; germanam eius similiter lunã & viis præsidere [d], *vnde & virginem volunt [e], quòd via nihil pariat, & ideo ambos sagittas habere [f], quòd ipsa duo sydera de cœlo radios terras vsq; pertendant. Vulcanum volunt ignem mundi, Neptunum aquas mũdi, Ditem patrem hoc est Orcum terrenam & infimam partem mundi. Liberum & Cererem præponunt seminibus, vel illum masculinis, illam fœmininis: vel illum liquori, illam vero ariditati seminum. Et hoc vtique totum refertur ad mundum, id est, ad Iouem, qui propterea dictus est progenitor genitrixq;, quòd omnia semina ex se emitteret, & in se reciperet. Quindoquidem etiam matrem magnam eandem Cererem volũt, quam nihil aliud dicunt esse quàm terram, eamq; perhibent & Iunonem. Et ideo ei secundas causas tribuunt rerũ, cũ tamen Ioui sit dictũ progenitor genitrixq; deũm. quia secundũ eos totus iste mũdus est Iouis †. Mineruã etiã, quia eã humanis artibus prepositerunt, nec inuenerunt vel stellã vbi eã ponerent, eandẽ vel summũ æthera, vel etiã lunam esse dixerũt [g], Vestã quoq; ipsam propterea dearũ maximã putauerũt, q̃ ipla sit terra, quãuis

M *aliâs uidarum præsidem

†aliâs totus mũdus ipse est Iouis.

ignem

K

L

Planetæ,

A ignem mundi leuiorem [h], qui pertinet ad vsus hominũ facilem, non violentiorem qualis Vulcani est, ei deputandum esse crediderunt. Ac per hoc omnes istos selectos deos hunc esse mundum volunt, in quibusdã vniuersum, in quibusdã partes eius: vniuersum, sicut Ioue: partes eius, vt genium, vt matrem magnam, vt solem, & lunam, vel potius Apollinem & Dianã, & aliquãdo vnum deum res plures: aliquando vnam rem deos plures faciũt. Nã vnus deus res plures sunt: sicut ipse Iuppiter: Et mũdus enĩ totus Iuppiter, & solũ cœlũ Iuppiter [i], & sola stella Iuppiter habetur et dicitur. Itẽq; Iuno secũdarũ causarum domina, & Iuno aër, & Iuno terra, & si Venerẽ vinceret [k] Iuno stella. Similiter Minerua summus æther, & Minerua eadẽ luna, quã esse in ætheris infimo limite existimant. Vnam vero rem deos plures ita faciunt. Et Ianus est mundus, & Iuppiter. Sic & Iuno est terra, & mater magna, & Ceres.

Apollo.

a APollinem.) Apollines Cicero. iij. de natura deorum, quatuor ponit: Dianas tres. Tertium Apollinem, & secundam Dianam filios dicit fuisse Iouis Saturnij, & Latonæ. b Diuinatorẽ.)

B Hoc vulgatissimũ est tot authoribũ, tũ Græcis, tũ Latinis, ea de re scribentibus. Plato in Cratylo, Thessalos ait, nõ ἀπόλλωνα dixisse, sed ἄπολλῳ, propter diuinationẽ, in quo est τὸ ἁλικὲς τε καὶ ἁπλῶ. παῦτον γὰρ τῷ, id est, propter verum & simplicitatem, quæ idem sunt. Nicander in Aetolicis scribit Apollinem diuinandi peritiam edoctum à Glauco, qui posteà factus deus marinus, & Melicerta nominatus est. c Et medicũ.) Macro. j. Satur. virgines Vestales sic indigetant, Apollo medice, Apollo Pæan. Eundem esse Aesculapium, probat, hoc est, vim salubrem de substantia solis animis, & corporibus animantium subuenientem. Hæc & alia de Apolline plurima ibi.

Diana.

d Et viis præsidere.) Festus lib. ix. Iuuenalia fingebantur Dianæ simulachra, quia ea ætas fortis est, ad tolerandam viam. Diana enim viarum putatur dea: præsidet enim salcibus, & montibus, viásque illustrat, per quas frequens ingreditur, feras persequẽs, vt mox dicam. e Vnde & virginem volunt.) Sic vulgò. & narrant ẽdem Dianæ fuisse Romæ, in quam viros ingredi nefas, quòd quidam ibi cum mulieri, quæ deam salutatum venisset, vim attulisset, à canibus sit cõtinuò discerptus. Plato Dianam ἄρτεμιν vocatam docet, ἀπὸ τοῦ ἀρτεμὲς: καὶ τὸ ὑγιὲς μόνον, ὅτι τῆς παρθενίας διαφυλάττει, id est, propter integritatem & modestiam, quam optione virginitatis habet: aut ὅτι τὸν ἄρτον μισοπόνηρος τῶν ἀνδρῶν οὐ γεύεται, quòd viri & fœminæ coitum oderit: tametsi fabulantur concubuisse cum Endymione, quod & de Pane Mercurij filio narrant, qui Lunæ concubitus meruit precio pecoris albi. Vergilius tertio Georgicorum.

Munere sic niueo lanæ, si credere dignum est,
Pan deus Archadiæ, captam te Luna fefellit,
In nemora alta vocans, nec tu aspernata vocantem es. f Et ideo ambos sagittas habere.) Arcum tenet in manu Apollo, & sagittas, quibus draconem Python confecit: inde apud Homerum frequẽter ἑκάβολον ἰοχέαιρα, id est, procul iaculans dicitur: etiam ἑκατηβόλος. q. superne iaculans, & ἀεὶ βέλος ἀφιεῖσα: tum Diana virginitate perpetua animo destinata, syluas & montes pererrat venans, eo cultu, quo Venus Aeneæ conspecta est apud Verg. cothurnata, & pharetrata, præcincta, & in cursum expedita:

C has sagittas nihil aliud, quàm eorum radios putandũ esse, omnes docent, quibus sunt illa sydera armata: sicut de sole Lactantius in quit: Armatus radiis elementa liquentia lustrans, g Vel etiam Lunam esse dixerũt.) Porphyrius in naturalibus deorũ interpretamẽtis, quod in sole, inqt, est Apollo, id in Luna est Minerua, per quã prudẽtia significatur. h Quãuis ignem mundi leuiorem.) Nempe ad focos, & vsus hominũ: tum etiã ad generationem pertinentem, vt dixi alibi: quanquàm in his, vt rebus commentitiis, mira est sententiarũ varietas. Phurnutus enim ait, Vulcanum esse ignem hunc crassiorem, quo passim vtimur. Ille enim subtilior Iuppiter est: & idem Prudentius. Ipse ignis, nostrum qui seruit ad vsum, Vulcanus perhibetur, et in virtute superna fingitur, ac delubra deus et nomine ac ore assimulatus habet: necnon regnare caminis fertur, & Aeolię summus faber esse vel Aethnæ. i Solũ cœlum Iuppiter.) Vnde illud Ennij, aspice hoc sublime candens, quem inuocant omnes Iouẽ. k Et si Venerem vinceret.) In contentione de nomine luciferi stellæ.

Quod etiã ipse Varro opiniones suas de diis pronunciauerit ambiguas. Cap. XVII.

ET sicut hęc, quę exempli gratia cõmemoraui, ita cætera non explicant, sed potius implicãt: sicut impetus errabũdæ opinionis impulerit, ita huc atque illuc, hinc atq; illinc, insiliunt & resiliũt: vt ipse Varro de omnibus dubitare, quàm aliquid affirmare maluerit. Nã & triũ extremorum, primum cũ de diis certis absoluisset librũ, in altero de diis incertis [a] dicere ingressus, ait: Cũ in hoc libello dubias de diis opiniones posuero, reprehendi nõ debeo. Qui enim putabit iudicar oportere, & posse, cum audierit, faciet ipse. Ego citius perduci possum, vt in primo libro quæ dixi, in dubitationem reuocem, quàm in hoc quæ perscribam, omnia ad aliquam dirigam summam. Ita nõ solum istum de diis incertis, sed etiã illum de certis fecit incertũ. In tertio porrò isto de diis selectis, posteaquã prelocutus est, quod ex naturali theologia præloquendum putauit, ingressurus huius ciuilis theologię vanitates & insanias mẽdaces, vbi eum nõ solum nõ ducebat rerũ veritas, sed etiã maiorũ premebat authoritas. De diis, inquit, pop. Ro. publicis, quibus ædes dedicauerunt, eosq; pluribus signis ornatos, notauerũt, in hoc libro scribã: sed vt Xenophanes Colophonius [b] scribit, quid putem, non quid contendã ponam. Hominis enim est hęc opinari, dei scire. Rerũ igitur non cõprehensarum, nec firmissime creditarũ *, sed opinatarum, & dubitatarũ, sermonem trepidus pollicetur, dicturus ea, quæ ab hominibus instituta sunt. Neque enim sicut sciebat esse mundũ, esse cœlũ, & terram, cœlũ syderibus fulgidum, terrã seminibus fertilem: atq; huiusmodi cætera, sicut hanc totam molẽ atq; naturã vi quadã inuisibili ac præpotenti regi, atq; administrari certa animi stabilitate credebat: ita poterat affirmare de Iano, q̃ mundus ipse esset: aut de Saturno inuenire, quomodo & Iouis pater esset, & Ioui regnanti subditus factus esset: & cætera talia.

* aliâs traditarum.

E

a Dii ignoti.

DE diis incertis.) Dixi alio loco de diis incertis, quorum incerta erat diuinitas: dicã pauca de diis ignotis, ne quis eosdẽ esse putet ignotos deos, & incertos. Erãt in agro Attico multę diis ignotis sacræ aræ, vt Lucas attingit in Actis Apostolorum, c. xvij. & apud Pausaniã in Attica: θεῶν ἀγνώστων βωμοί quæ aræ inuẽto Epimenidis Cretẽsis sunt erectæ: nã cũ regio pestilentia laboraret, cõsultãq; Pythia respondisset, expiari oportere vrbẽ & agros, nec cui deo sacrũ fieri oportere dixisset, Epimenides, qui tum Athenis erat, iussit dimitti hostias per agros, sequiq; eas sacrificos, & in quo loco queq; cõstitisset, ibi mactari eã, imolariq; deo ignoto propicio. Itaq; ex eo tẽpore etiã ad ætatẽ Laertij Diogenis, frequentes visebãtur per pagos Atticæ terræ sacræ aræ sine nomine. Hæc libenter enarrauí propter locũ sacrarũ literarum.

b Xenophanes Colophonius.) Orthomenis filius, vt ait Apollodorus, ex Colophone Ioniæ ciuitate, vbi & natus est Mimernus poeta elegorũ scriptor. Sotion scribit hunc putasse omnia esse incõprehensibilia. quod Laertius improbat. Euseb. Sotionẽ secutus ssius omnes falsos esse, scribit Xenophanem sensisse, rationẽq; simul cum sensibus infirmasse: scripsit de diis cõtra Homerum atq; Hesio. fuit & alter Xenopha. sed Lesbius & poeta.

Xenophanes.

Quæ credibilior causa sit, qua error paganitatis inoleuerit. Cap. XVIII.

DE quibus credibilior redditur ratio, cum perhibentur homines fuisse, & vnicuiq; eorum ab his actibus [a], casibus, moribus quos in vita duxerunt vel vituperium, vel laudem vel nobilitatem, vel ignominiam vel cognomen accessisse, vel nomen ex eorũ ingenio, qui eos adulando deos esse voluerunt: atque hæc paulatim per animas hominũ dæmonibus similes & ludicrarum rerum auidas irrependo, longe lateq; vulga runt, ornantibus ea mendaciis poëtarũ, & ad ea fallacibus spiritibus seducentibus. Facilius enim fieri potuit, vt iuuenis impius vel ab impío patre interfici metuẽs, & auidus regni patrẽ pelleret regno, quàm id quod iste interpretatur, ideo Saturnũ patrẽ à Ioue filio superatũ, quòd ante est causa, quæ pertinet ad Iouem, quàm semen quod pertinet ad Saturnũ. Si enim hoc ita esset, nunquam Saturnus prior fuisset, nec pater Iouis esset. Semper enim semẽ causa præcedit, nec vnquam generatur ex semine. Sed cũ conãtur vanissimas fabulas siue hominum res gestas velut naturalibus interpretationibus honorare, etiã homines acutissimi tantas patiuntur angustias, vt eorum quoq; vanitatem dolere cogamur.

F

a ET vnicuique eorũ ab iis actibus.) In antiquis libris sic scribitur: Et vnicuique eorum ab iis, qui eos adulando deos esse voluerũt, ex ei' † ingenio, moribus, actibus, casibus, sacra & solẽnia cõstituta, atq; hęc paulatim per animas hoim dęmonibus similes &c.

†aliâs eorũ

De inter-

De interpretationibus, quibus colēdi Saturni causam ratiocinantur. Cap. XIX.

G *†aliâs ratio cōtineatur.*

†aliâs quòd eò semina.

SAturnum, inquit, dixerũt, quæ nata ex eo essent solitum deuorare, eo quòd semina †vnde nascerentur redirent: & quod illi pro Ioue gleba obiecta est deuorãda, significat, inquit, manibus humanis obrui cœptas serendo fruges, antequam vtilitas arandi esset inuenta. Saturnus ergo dici debuit ipsa terra, non semina. Ipsa enim quodam modo deuorat quæ genuerit, cum ex ea nata semina, in eam rursus recipienda redierint. Et quod pro Ioue accepisse dicitur glebam, quid hoc ad id valet, quod manibus hominum semen gleba coopertum est? Nũquid ideo non est, vt cætera, deuoratum quod gleba coopertũ est? Ita enim hoc dictum est, quasi qui glebã oppositum, semen abstulerit: sicut Saturno perhibent oblata gleba ablatũ Iouem, ac non potius gleba semen operiendo fecerit illud diligentius deuorari? Deinde isto modo semen est Iuppiter, nõ seminis causa, quod paulo ante dicebatur. Sed quid faciant homines, qui cũ res stultas interpretantur, non inueniunt quid sapienter dicant. Falcem habet, inquit, propter agriculturã. Certe illo regnante nondum erat agricultura [a], & ideo priora eius tẽpora

H perhibẽtur: sicut idem ipse fabellas interpretatur, quia primi homines ex his viuebãt seminibus quę terra spõte gignebat. An falcẽ sceptro perdito [b] accepit, vt qui primis tẽporibus rex fuerat ociosus, filio regnante fieret operarius laboriosus? Deinde ideo dicit à quibusdã pueros [c] ei solitos immolari, sicut à Pœnis, & à quibusdam etiam maiores, sicut à Gallis [d], quia omniũ seminum optimum est genus humanum. De hac erudelissima vanitate quid opus est plura dicere? Hoc potius aduertamus atque teneamus, has interpretationes non referri ad verum deum, viuam, incorpoream, incommutabilemq; naturam: à quo vita in æternum beata poscẽda est, sed eąrum esse fines in rebus corporalibus, temporalibus, mutabilibus, atque mortalibus. Quod cœlũ, inquit, patrem [e] Saturnus castrasse in fabulis dicitur, hoc significat penes Saturnum, non penes cœlũ semen esse diuinum: hoc propterea quantum intelligi datur, quia nihil in cœlo de seminibus nascitur. Sed ecce, Saturnus si cœli est filius, Iouis est filius. Cœlũ enim esse Iouem innumerabiliter *, & diligenter affirmant. Ita ista quæ à veritate non veniunt, plerunque, & nullo impellente, seipsa subuertunt. κρόνος appellatũ dicit [f], quod Græco vocabulo significat tẽporis spatiũ: sine quo semen, inquit, nõ potest esse fœcundũ. Hæc & alia de Saturno multa dicũtur, & ad semen oĩa referũtur. Sed saltẽ Saturnus seminibus cũ tãta ista potestate sufficeret. Quid ad hæc dij alij requirũtur, maxime Liber & Libera, quę est Ceres? Dequib[9] rursus quod ad semẽ attinet, tãta dicit, quasi de Saturno nihil dixerit.

I **aliâs immutabiliter*

a *Saturnus.*

CErte illo regnante, nondum erat agricultura.) Quis inuenerit artem colendi agri, non conuenit. Alij Cereri hoc tribuunt, vt vulgaris opinio: alij Triptolemo, seu certe hoc eum primũ fecisse, vt Iustinus, & Ouidius: Alij Dionysio, vt Tibullus: quem Osirim nominant, vt Diodorus. Atque hæc omnia post Saturnum. Ideo Vergilius in quit: Ante Iouem nulli subigebant arua coloni. Sunt qui Saturnum ipsum agriculturam docuisse Ianum, & Italos putent: sed postquam fugit è Creta adactus necessitate aliquid excogitandi. Ita semper posterior erit inuẽtio agriculturæ Saturni regno. Poëtæ in ætate aurea, quæ sub Saturno fuit, nullã ponunt culturã agri: sed vt inquit Verg. ipsa tellus Omnia liberius nullo poscente ferebat. Et Ouidius: Fruges tellus inarata ferebat. Quæ sunt de Hesiodo sumpta: κοπὴ δ' ἔριδι ζειδωρόκαυτος Νύξ ἐπέτελλε τὴ κοδίῃ τε καὶ ἠέφοντι. b An falcẽ sceptro perdito.) Silius Italicus lib. xiiij. falcem Saturni Zancli ciuitate Siciliæ repertam esse dicit: ideo sic eam vrbem appellatam. nam ζάγκλη Sicula lingua, est falx, sicut Thucydides testatur. c Ideo dicit à quibusdam pueros.) Orosius lib. iiij. cap. vj. & Trogus, Lactantius lib. j. Poscennius Festus in libris historiarum, per satyram refert, Carthaginenses Saturno humanã hostiam solitos immolare. hoc Herculi à Pœnis sacrificium fieri scribit Pli. lib. xxxvj. sed alij Saturno referunt. vt Plato in Minoë, & Dionysius Halicarnassęus. Itidem Theodorius Cyrenen. in sacrificiis, & Eusebius, & Tertullianus, qui addit principatu Tyberij prohibitos illos id facere, crucifixis etiam sacerdotibus: nihilominus tamen perseuerasse in eo sacrificio, etiam sua ætate: sed occultè. Causam huius immanitatis, sunt qui referant ad odium Iunonis. Sed Eusebius in Euange. præpa. ex Sanchoniatone theologiam Phœnicum recensens scribit: Saturnum regionis Palestinę regem, cum hominem exuit, astrum illud, quod de eius nomine vocatur, induisse: paulopòst Anobreth nympham, quæ vnicum habebat ex Saturno filium, ac idcirco Leud appellatum, nam id est illi gẽti vnicus filius, coactam eum immolare, quod periculoso bello patria premeretur, esseque moris peruetusti, filium principi charissimum, per eiusmodi discrimina dæmoni vlciscenti sacrificare, ad eius iram placandam. Carthaginenses autem, cùm à Phœnicibus sint oriundi, hominem mactabant Saturno, cuius aliquando filius sic immolatus esset: vel ipsi hoc statuentes in Aphrica, vel institutum iam ex vetere patria secũ trãsferentes in nouam. Quemadmodum verò sacrificarentur hi pueri Saturno, Diodorus tradit in lib. bibliothecęs. xx. Erat, inquit, apud eos ænea statua Saturni, magnitudine enormi, cuius manus in terram dependebant sic contortæ & inuolutæ, vt qui pueri admouebãtur, in foueam incciderent, ignis plenam. Sic ille. Quo tempore hæc ædebamus, insula est à nostris nautis inuenta, quam de principis nomine Carolinam vocarunt. In ea frequentes visuntur statuæ deorum, quos gentes illæ colunt ænea, intrinsecus cauæ, manibus iunctis, passisq;, in quibus infantes & pueros, quos diis illis immolant, statuunt, ibique vrũtur crudeliter igne in cauis simulachri accensio, & ære calorem immodicum concipiente.

d Sicut à Gallis.) Plinius lib. xxx. & Solinus, & Mela, & Cæsar, & Lucanus, & Lactantius, non Saturno, sed Ifo & Theutanti immolare eos humanam victimam scribunt: Tertullianus Mercurio: sed hic est, Teutantes. Plinius. iussos eos refere à Tiberio tam immani superstitione abstinere. Suetonius hoc tribuit Claudio, cœptúmque interdici tali genere sacrificij ab Augusto, sed ciuibus tantum. S. C. factum est anno V. C.

L Delvij. P. Licinio Crasso, Gn. Cornelio Lentulo Coss. ne in toto imperio Romano hostia humana immolaretur. quod genus sacrificij, toto pendẽ orbe Hadriani principatu cessauit: tametsi Latialis Iuppiter etiam Tertulliani, sed & Eusebij, & Lactantij tempore sanguine humano coleretur. Tum & ante Herculem homo Saturno immolabatur in Latio, quod sacrũ Faunus instituit auo suo Saturno, ex oraculo, cuius erat versus, sicut ex Varrone Lactantius & Macrobius tradunt: καὶ κεφαλὴς ἄδη, καὶ τῷ πατρὶ πίμπετε φῶς, hoc est, Diti ferte caput, patri quoque lumina ferte: Erat autem pater Plutonis Saturnus, apud Lactantium legitur, καὶ κεφαλὴς κρεῖν' ἀνθρώπου. Φῶς verò ambiguum est: φῶς lux est, φὼς est vir, vt apud Homerum Αὐτίκα δ' μνηστῆρας ὑπαΐξετο δῖος Ὀδυσσεὺς φώς. & sæpe alibi. Plutarchus in libello, cui titulus, λάθε βιώσας, rationem reddit, cur φὼς sit & lux, & vir. Verum Hercules cum in Italiam venisset, videretq; ex Græcis, qui ea in loca demigrarant passim ad immolandum ab indigenis Aboriginibus corripi, rogassetq; tã immanis ritus causam, prolatũ esse oraculi carmen, quod ipse interpretatus est, docuitq; nõ viros Saturno, sed lumina debere esse sacra, ita institutum est, vt deinceps singul. annis Idib. Maiis ex põte Miluio per sacerdotes & virgines Vestales humana simulachra. xxx. è scirpeis virgultis cõstructa ĩ Tyberim deiicerẽtur, qui Argæi dicerẽtur, in memoriã vetusti moris. nam veteres illi Latini Græcos omnes Argiuos nuncupabãt: luce verò Satur. placaretur, authores Græci Diony. & Plutar. Latini, Varro, Festus, Gel. Macro. Proper. Lactan. Oui. Tametsi hic aliter narrat fabulam. v. Fasto. Manethus historicus refert solitos Aegyptios in Solis ciuitate tres homines Iunoni mactare: A masim verò regẽ pro hominibus cereos sacrãdos instituisse. e Quod cœlũ, in quit, patrẽ.) Euseb. de theologia Phœnicũ loquẽs, sic ait: Post xxxij. annos regni Cœli Satur. eius filius insidiis prope fontes ac fluuios locatis patrẽ captũ executit. vnde sacer sanguis in fontes, ac fluuios stillauit: qui locus etiã his tẽporibus visitur. Cœlũ Diodo. lib. iiij. scri. pertissimũ fuisse cursuũ astrorũ, tẽporumq;, & annũ digessisse, vnde illi Cœlo nomẽ, rudesq; hoĩes artes docuisse, et humanitatẽ, regnasse circa septẽtrionẽ et occidentẽ in Aphr. genuisseq; ex variis vxoribus liberos. xl. &. v. f Κρόνος appellatũ dicit.) q. χρόνος. i. tẽpus. Aliã Cœli, & Satur. & Iouis interpretationẽ adducit Balb[9] Stoi. apud Cice. ij. de na. deo. Satur. verò nõ Chronos est, sed Cronos hoc est χρόνος, tẽpus est χρόνος. Romani veritatis patrẽ Saturnũ existimabãt, vt scribit Plutarchus, quòd tempus omnia reuelet.

De sacris Cereris Eleusinæ. Cap. XX.

IN Cereris autem sacris [a] prędicantur illa Eleusina, quæ apud Athenienses nobilissima fuerũt. De quibus iste nihil interpretatur, nisi quod attinet ad frumentũ, quod Ceres inuenit, & ad Proserpinã, quam rapiente Orco perdidit. Et hanc ipsam dicit significare fœcunditatẽ seminum. Quæ cum defuisset quodã tempore, eadẽq; sterilitate terra mœret, exortam esse opinionẽ, quod filiam Cereris, id est ipsam fœcunditatem, quæ à proserpendo Proserpina dicta esset, Orcus abstulerat, & apud inferos detinuerat. Quæ res cum fuisset luctu publico celebrata, quia rursus eadem fœcunditas rediit, Proserpina reddita, exortam esse læticiam, & ex hoc ei solemia instituta. Dicit deinde multa in mysteriis eius trali, quæ nisi ad frugum inuentionem non pertineant.

In Cereris

A IN Cereris autem sacris.) De Cereris sacris non fuerit vel iniucundũ, vel inutile si paulo plura dixero, quàm soleant vulgò, qui ea de re tractant. Ceres ex Ioue Proserpinam genuit, quam Pluto rapuit è Sicilia, matérque eam quærens magnam orbis partem peragrauit, quũq; in Eleusin vnum ex. xij. oppidis Atticæ terræ venisset, hospitio à Celeo, qui tum ibi erat princeps, est excepta, aluítque dea Triptolemum recẽs ex Hyona Celeo natum, seu vt Straboni placet, Ictinus. Quisquis igitur ille fuerit tam Cereris amans, sacra instituit magnis ceremoniis peragẽda, quæ dicta sunt Eleusina, & deæ Eleusinæ Ceres, ac Proserpina. Sunt qui ex Aegypto per Erichthęum adducta putent. Non sit mihi admodũ absimile veri. Nam illinc maxima pars vanitatis in reliquum se orbem sparsit. Ad ista sacra non patebat aditus nisi initiatis, pręcoq; abesse profanos iubebat: atque hinc sumpsisse Ver. versiculum illum, Procul ò procul este profani, author est Seruius. & Alcibiadi tantum negociũ facessitum, quod profanus interfuisse sacris Cereris diceretur. Primus qui hæc sacra euulgauit, fuit Numerius philosophus, quẽ ferunt paulo pòst vidisse per quietem deas Eleusinas habitu meretricio, quæ se adytu pudicitiæ suæ per illum extractas quererentur vulgoq; prostitutas. quod profectò indicium est meretricia illis cõtineri. Nam si honesta & sancta, nunquã eas pudusset euulgari. Oblique hæc perstringit Socrates, vt alia permulta apud Platonem, quum iubet turpia fœdaq; à diis commissa sacris secretissimis occultari, & qui minatur se Isidis, quæ eadem est Ceres, sacra reconditá æditurum. Quo dicto cogit Isidem ipsam, quæ is iubeat facere, satis declarat nefaria illis esse & pudenda, Grego. Nazian. in Epipha.

B ὐδὲ κόρηλαῤ ἡμῖν ἀεπαΐζετ, καὶ δημήτης ωλανᾶτ), καὶ κελεύεῖ τινας ἐπεσάτε, ⊗ τρίπτολέμους, καὶ δρᾶκοντας, καὶ τὰ μὴ ποιεῖ τὰ δὲ ῶάχει. ἀιχώομαι γὰρ ἡμέρᾳ δ' ὄναι τὴν νυκτὸς πλεπτὶν, ⊗ ωοιεῖν τὶν ἀχημοσύνῶν μυσηρίῶν, ὃ δὲν ἐλθὼν ἰν ταῦτα, καὶ ὀι ἀῦν στωπεῤῥῶν, καὶ στωπῆς ὄντων ἀξίων πάσχοιμι, hoc est: Neq; nobis virgo aliqua rapitur, nec Ceres errat, nec Celeos adducit, & Triptolemos, & Dracones, partímq; agit, & partim patitur: nam puder me diem afferre sacrificiis nocturnis, & ex mysterio turpitudinem efficere. Scit Eleusis hæc, & spectatores rerum, quæ tacentur, & certè silentio dignæ sunt. Et Theocritus ὦ ἀμφιμαλίτι. χαλᾶ δ' φίλε μῶκα Ἰασίωνα δς πάσαν ἐπόρευσε γῆν' ἐν πτυσσεῖσθε βίβαλοι, beatum arbitrantur Iasiona, qui tantum affecutus sit, quantum prophani non facilè crediderint: in quo occultè perstringit cõcubitum Cereris & Iasionis. Quid illis sacris cõtineretur, sic Eusebius docet ex Clemente: Quidam, inquit aiunt, Melanpodem Amythaonis filium ab Aegypto in Græciã luctum Cereris solenniter celebratum reportasse. Ceres peperit, educatur puella Perephatẽ nonnulli appellant, cui Iuppiter, qui genuit, Draco factus coniungitur: inde in Sauatiorum mysteriis Draco in spiram inuolutus in sacrificiis ad factorum memoriam, immò verò in testimoniũ tantæ turpitudinis, vt ego dixerim, adhibetur, peperit & Perephatte tauriformem filium, vnde poëtæ quidam taurum laudant draconis patrem, & draconem rursus tauri patrem, & in montem arcana hæc facta ducentes pastoralem stimulum celebrabant: pastoralem, vt puto stimulũ ferulam, quod genus ligni bacchantes ferunt. Nequeo latius huius Perephattæ sacra enarrare, quasillum, rapinam, Idoneræ terræ hiatum, fues Eubolei, quas eodem hiatu simul & duas deas absorptas aiunt fuisse: vnde & Megareum in Thesmophoriis suis immittunt, quę sacra variis modis mulieres, quoniam hæc fabula variè narratur, per ciuitates Græciæ, celebrãt, thesmophoria, scirophoria, inephabiliphoria vocantes, & multis modis Perephattę rapinam complorantes. Tantum Clemens, interprete Georgio Trapezuntio, nam codicem Græcum non habebam. Ferebantur & cistæ operiæ à sacerdotibus puellis, altera florum, qua ver significatur: altera spicarum, qua ęstas. Virgines istas vocabant κανηφόρους, id est, canistriferas: quarum Cicero meminit in Verrem de signis: tametsi Porphyrio super illo versu Horatij: Velut qui Iunonis sacra ferret, Canephoros Iunonis dicit esse Athenis. Orgia quoque hæc sacra nominabantur, sicut idem Clemens ait, ab ira, quam aduersus Iouem concepit Ceres. Catullus:

Canephori.

C *Orgia.*

Pars obscura cauis celebrabant Orgia cistis:

Orgia, quæ frustra cupiunt audire prophani.

Strabo lib. x. & Seruius. iiij. Aeneid. omnia ferè sacra orgia esse à Græcis dicta perhibent. Imagines in illis sacris deorum hæ fuerunt, creatoris, quam gestabat antistes hierophantes: Solis, quam facifer: Lunæ, quam minister ad aram: Mercurij, quam præco sacrorum: & quemadmodum in sacris Dionysij circunferebatur Priapus, ita in istis natura muliebris, vt Theodoritus testatur: qui etiam affirmat Iouem cum Cerere matre, & cum Proserpina filia concubuisse. Et hæc erant sacra, ad quæ non patebat aditus, præterquàm initiatis, & in quæ neimini licebat penetrare, qui sibi sceleris perpetrati conscius esset, id præcone conclamante. Quibus nec ausus est interesse Nero, quòd impius esset: & initiari voluit Antonius princeps, vt probarer se innocentem. Tametsi nescio, an magnis sacris ille sit initiatus: nam lex erat apud Athenienses vetus, ne hospes vllus ad ea sacra admitteretur: vt commentator Aristophanis meminit. Cumq; Hercules vellet illis initiari, & legẽ vetaretur, quòd tamen erat & amicus, & Iouis filius, parua sacra Eleusina sunt instituta, quibus hospites reciperentur: magnaq; Cereris fuerunt, parua verò Proserpinæ, quæ ille ὥσπερ προκαθαρσίῳ καὶ προκηνυσίῳ ait esse πᾶν μεγάλων, id est, purgationem & velut sanctificationem ad magna. Et tunicam quidem quam initiationis die induerant nouam, & perquàm mundam, nunquã exuebant, quoád tandem lacera gestari amplius nequiret. Sunt qui existiment, ad fascias filiorum infantum seruari confuisse. Et hæc quidem in Græcia. Romæ verò solebat magnum Cereris anniuersarium quotannis celebrari, quod à lugentibus fieri nephas erat, vt scribit Liuius: & nuptiæ Cereris siue Orci, quibus vinũ inferri piaculum, sed thus, & tedas: de quibus Plaut. loquitur in Aulularia: Cereri nuptias facturi estis, quia nihil temeti allatum video. Macrobius de vero quę sacro in Saturn. & Seruius primo Georg. illo loco: Cuncta tibi Cererem pubes agrestis adoret, Cui tu lacte fauos, & miti dilue Baccho. Celebrabantur quoq; ludi in honorem Cereris, quæ Cerealia sunt dicta: de quibus extat caput in Miscellaneis Politiani hominis excultissimi. Et nę quis authoritate viri fallatur, dicam, quid ea de re sentiam. Primum, non sunt iidem Circenses illi veteres, iam inde à Romulo instituti, & hi Cereales multo recentiores: nam illi Neptuno equestri fuerãt semper sacri: deinde Cereales ludos longe ante Memmium factos fuisse, testis est Liuius, nẽpe. xvj. anno secundi belli Punici ex S. C. à dictatore Gn. Seruilio Gemino & magistro Eq. Aelio Pæto. Nec Tacitus & Ouidius aliud indicant, quàm in Circo celebrari solitos ludos Cereris: & Cereales ædiles rei frumentariæ curandæ creati erant, non ludorum ergo, tametsi ludos facerent Cereri. Tum & illud in eodem capite miror putasse Politianum C. Mẽmium, quem Cæsar fecisset ædilem, esse, cui Lucretius dicasset opus suũ: vel etiam si diis placet filium, cum obierit Lucretius Pompeio & Crasso secundum Coss. opusq; constet scriptum C. Meminio prope adolescẽte adhuc. Profecto verum est illud, erratum vnum parentem esse multorum. Quæ nolim quisquam putet esse à mẽdicta, vt aliquid detrahã memoriæ clarissimi viri: neq; enim minoris est habẽdus Politianus, quòd aliquot locis sit falsus, nempe homo & ipse. Ita quæ dixi, nõ suggilandi gratia, sed vt prosim, sunt dicta. Quod si quis existimarit me carpẽdi studio esse ductum, quod non est ita, is quoque velim, vt ne ignoret, non esse piaculum, non modo Politianum, sed ne quenquam ex sacratissimis vetustate reprehendere: verum de Cerealibus satis, superq;.

D *Cerealia.*

Cereales.

Politianus

De turpitudine sacrorum, quæ Libero celebrabantur.

Caput XXI.

IAm vero Liberi sacra [a], quem liquidis seminibus, ac per hoc non solum liquoribus fructuum, quorum quodammodo primatum vi num tenet: verum etiam seminibus animalium præfecerunt, ad quantam turpitudinem peruenerint, piget quidem dicere, propter sermonis longitudinẽ: sed propter superbam istorum hebetudinem non piget. Inter cætera quæ prætermittere, quoniam multa sunt, cogor: in Italiæ compitis quædã dicit sacra Liberi celebrata, cum tanta licentia turpitudinis, vt in eius honorẽ pudenda virilia colerentur: non saltem aliquantũ verecundiore secreto, sed in propatulo exultante nequitia. Nam hoc tempore membrum Liberi per dies festos* cum honore magno plostellis [b] impositum, prius per rura in cõpitis, & vsq; in vrbẽ postea vectabatur. In oppido autẽ Lauinio [c] vnus Libero totus mensis tribuebatur, cuius diebus omnes verbis flagitiosissimis vtebãtur, donec illud mẽbrum per forum transuectum esset, atq; in loco suo quiesceret. Cui mẽbro inhonesto matremfamiliãs honestissimam, palàm coronam necesse erat imponere. Sic videlicet Liber deus placãdus fuerat pro euentibus seminũ: sic ab agris fascinatio repellẽda, vt matrona hoc facere cõgeretur ĩ publico, quod nec meretrix si matronæ spectarẽt, permitti debuit in theatro. Propter hoc Saturnus solus creditus est non sufficere posse seminibus, vt occasiones multiplicãdorum deorũ immunda animo reperiret, & ab vno vero deo merito immunditiæ destituta, ac per multos falsos auiditate maioris immunditiæ prostituta, ista sacrilegia sacra nominaret, seseq; spurcorum dæmonum turbis conuiolandam polluendamq; præberet.

E

F

**aliâs turpe mẽbrũ per dies festos Liberi*

a *Bacchi sacra. Phallus.*

IAm vero Liberi sacra.) A Thebanis tertio quoque ãno sacra Baccho celebrabantur in Cytherone monte nocturna, quæ de tempore Nyctilena sunt nominata, vt inquit Seruius, & ab annis trieterica, ceu triennalia. In eis erant phalli, sicut Herodotus, & Plutarchus libello de cupiditate opum perhibent, hoc est mentulæ prægrandes. Aegyptij statuas pusillas confingebant immani virilis membri mole: aliæ multæ gentes solam mẽtulam ducebant circum agros ad fertilitatem frugum. Theodoritus lib. iij. refert phallologia dictas fesias, quibus phalli circũferebantur. Porrò Priapum Bacchi sacris addi multa sunt in causa. Primũ quòd Priapus comes fuit expeditionum Bacchi: deinde quòd sine beneficio Bacchi frigeat, ideo filius putatur Liberi & Veneris. Iam & Bacchus seminibus præesse creditur, quorum membrum instrumentũq; inter omnia primũ est Priapus, et hac de causa ortis præficiebatur: eiusq; sacra per pagos villasq; à rusticis magna lætitia risuq; celebrata sunt. Postremo Diodorus Osiridẽ, quẽ eundẽ Bacchum fuisse ferunt, discerptũ à Typhone fratre narrat, datũq; vnicuiq; eorum, qui cũ Typhone coniurarant partẽ aliquã, quo & fideliores inter se forent, & Osiridis mors melius celaretur: virile membrum, quum nemo vellet recipere, in Nilum est abiectum: postea Isis mariti necem vlta, membra omnia ex coniuratis recuperauit, ac vbi deesse mentulam intellexit, imaginẽ eius sacrauit, & ad suam consolationem maiore habuit honore, quàm reli-

G quas partes,ceremoniasq; & sacra illi instituit,phallumq; dixit, cui primum initiabantur futuri sacerdotes.Greg.Nazian.phallos & ithyphallos ponit dicens, δυοῖ φαλλοὶ τίνες καὶ ἰθύφαλλοι εἰσιν καὶ τῆς ἀμάμασι καὶ τῆς πρέκαμασι. Sed inter Phallum & Ithyphallum discrimen nullum esse arbitror aliud,quàm quod Ithyphallus à rectitudine & arrectione videtur dictus,ex Græca voce. b Plostellis.)A plostris plostella diminutiue.Horatius lib.ij. Sermo. plostello adiungere mures. Valerius Probus plaustra dicit ab imperitis dici,plostra esse dicendum, tametsi vsus plaustra obtinuit.Suetonius narrat admonitum Vespasianum à Floro,vt diceret plaustra,non plostra, imperatoremq; postridie Flaurum illum salutasse,nõ Florum. c In oppido autem Lauinio.) Quod est in Latio, quod Aeneas conditum à se nomine vxoris appellauit. Huius colonia fuit Alba longa.dixi de hoc alibi.

Ityphallus

Plostella.

Lauinium.

De Neptuno & Salacia ac Venilia.

Caput XXII.

IAm vtique habebat Salaciã Neptunus vxorem, quam inferiorem aquam maris esse dixerunt, vt quid illi adiuncta est & Venilia, nisi vt sine vlla causa necessariorum sacrorum sola libidine animæ prostitutę multiplicaretur inuitatio dęmoniorum? Sed, proferatur interpretatio præclaræ Theologiæ, quæ nos ab ista reprehensione reddita ratione compescat. Venilia, inquit,vnda est,quæ ad litus venit: Salacia quæ in salum redit. Cur ergo deæ fiunt duæ,cum sit vna vnda,quæ venit,& redit? Nempe ipsa est exæstuãs [a] in multa numina libido vesana. Quanuis enim aqua non geminetur, quæ it & redit, H huius tamẽ occasione vanitatis, duobus dæmoniis inuitatis,amplius anima commaculatur,quę it & nõ redit [b]. Quæso te Varro, vel vos qui tam doctorum hominum talia scripta legistis, & aliquid magnum vos didicisse iactatis, interpretamini hoc: nolo dicere secundũ illam ęternam incõmutabilemq; naturam,quæ solus est deus, sed saltem secundum animam mũdi & partes eius,quos deos veros esse existimatis. Partẽ animæ mũdi,quæ mare permeat, deum vobis fecisse Neptunum,vtcunque tolerabilioris est erroris. Itáne vnda ad litus veniens, & in salum rediens duæ sunt partes mundi,aut duæ partes animæ mundi? Quis vestrũ ita desipiat,vt hoc sapiat?Cur ergo vobis duas deas fecerunt, nisi quia prouisum est à sapientibus maioribus vestris:nõ vt dij plures vos regerent,sed vt ea,quę istis vanitatibus et falsitatibus gaudent,plura vos dęmonia possiderent?Cur autem illa Salacia per hanc interpretationem inferiorem maris partem,qua viro erat subdita,perdidit? Nanque illam modo cum refluentẽ fluctũ esse perhibetis,in superficie posuistis. An quia Venilia pellicem accepit, irata suum maritum de supernis maris exclusit?

Venilia.

I

a NEmpe ipsa est exæstuans.) Allusit ad æstũ marinũ. b Quæ it & non redit.)De his hoc dicitur,quæ sempiternis addictæ suppliciis non redeunt,vel ad vitam,vel ad spem vllã. Allusit ad verba Iob.x. Ante quàm vadã & non reuertar ad terrã tenebrosam & opertã mortis caligine,terrã miseriæ tenebrarũ. Quod de terra inferni dici cõstat,& ex verbis,& ex ipsis interpretibus.

De terra,quã Varro deã esse cõfirmat, eo quòd ille animus mundi,quem opinatur deum,etiã hanc corporis sui infimam partem permeet,eiq; uim diuinam impartiatur.

Caput XXIII.

NEmpe vna est terra, quam quidem plenam videmus animalibus suis: verũtamen ipsam magnum corpus in elementis mundiq; infimam partem,cur eam volunt deam?An quia fœcunda est?Cur ergo non magis homines dij sunt, qui eam fœcundiorem faciunt,excolendo: sed cum arant, non cũ adorant?Sed pars animæ mundi,inquiunt, quæ per illam permeat: deam illam facit: quasi non euidentior sit in hominibus anima, quæ vtrum sit, nulla sit quæstio,& tamen homines dij non habentur. Et quod est grauiter dolendum,his qui dij non sunt, & quibus ipsi K meliores sunt colendis & adorandis mirabili & miserabili errore subduntur. Et certe idem Varro in eodẽ libro de diis selectis, tres esse affirmat animæ gradus [a] in omni vniuersaque natura. Vnum,qui omnes partes corporis quæ viuunt,trãsit,& nõ habet sensum, sed tãtum ad viuendũ valetudinẽ. Hanc vim in nostro corpore permanare dicit in ossa,vngues, capillos: sicut in mundo arbores sine sensu aluntur & crescũt, & modo quodam suo viuunt.Secundum gradum animæ dicit, in quo sensus est.Hanc vim peruenire in oculos,aures, nares,os, tactum. Tertiũ gradum animæ esse summũ, qui vocatur animus, in quo intelligentia præeminet: hoc præter hominem omnes carere mortales [b]:in qua, quoniã homines deo videntur esse similes, hanc partẽ animæ mundi dicit deum, in nobis autem geniũ †vocari. Sic ergo & in anima mũdi tres gradus institues, vnam partem eius lapides esse dicit ac ligna: & hanc terrã quã videmus, quò nõ permanat sensus. Aliã vero,quam sensum vocat eius,vt æthera. Tertiam porrò, quam & animã eius nuncupat,quæ scilicet peruenit in astra:eam quoq; asserit facere deos, & per eam quãdo in terram permanat, deam Tellurem: quod autẽ inde permanat in mare atque Oceanum,deum esse Neptunum. Redeat ergo ab hac quam,theologiam naturalẽ putat, quò velut requiescendi causa, ab his ambagibus atq; anfractibus fatigatus egressus est. Redeat inquam, redeat ad ciuilem,hic eũ adhuc teneo,tantisper de hac ago. Nondum dico si terra & lapides nostris sunt ossibus & vnguibus similes, similiter eos intelligentiã nõ habere sicut sensu carent. Aut si idcirco habere dicuntur,ossa,& vngues nostri intelligẽtiam,quia in homine sunt,qui habet intelligentiã, tam stultus est qui hos deos in mundo dicit, quàm stultus est qui in nobis ossa,& vngues homines dicit. Sed hæc cum philosophis fortassis agenda sunt, nunc autem istum adhuc politicum,id est,ciuilẽ volo. Fieri enim potest vt licet in illam naturalis theologiæ veluti libertatẽ caput erigere paululum voluisse videatur, adhuc tamen hunc librũ versans,& se in illo versari cogitans: eum etiam inde respexerit: & hoc propterea dixerit, ne maiores eius, siue aliæ ciuitates,Tellurem atque Neptunum coluisse inaniter credantur. Sed hoc dico, pars animi mũdani, quæ per terram permeat,sicut vna est terra:cur etiã nõ vnam fecit deam, quam dicit esse Tellurem? Quod si ita fecit, vbi erit Orcus frater Iouis atq; Neptuni, quẽ Ditem patrem vocant? Vbi eius coniunx Proserpina, quæ secundum aliam in eisdem libris positã opinionem,non terræ fœcunditas, sed pars inferior perhibetur? Quod si dicunt animi mundani partem cum permeat terræ partem superiorem, Ditem patrem facere deum:cum vero inferiorem Proserpinam deam, Tellus illa quid erit? Ita enim totũ, quòd ipsa erat, in duas istas partes deosq; diuisum est: vt ipsa tertia, quæ sit, aut vbi sit,inueniri nõ possit,nisi quis dicat simul istos deos Orcum atque Proserpinam,vnam deam esse Tellurem:& non esse iam tres,sed aut vnam, aut duos:& tamen tres dicuntur, tres habentur, tres coluntur aris suis,delubris suis,sacris suis,simulachris suis, sacerdotibus suis:& per hæc etiam fallacibus prostitutam animam constuprantibus dæmonibus suis. Adhuc respõdeatur, quam partem terræ permeet pars mundani animi,vt deũ faciat Tellumonẽ? Non, inquit, sed vna eadem terra habet geminã vim,et masculinã quod semina producat, & fœmininam quod recipiat,atq; nutriat-

†aliàs uocari. Esse autẽ in mũdo lapides, ac terram, quam uidemus, quòniã permanat sensus, ut L *ossa, ut ungues dei. Solem uero,lunã, stellas,quæ sentimus, quibúsque ipse sentit, sensus esse eius. Aethera porrò animã eius cuius uim, quæ peruenit in astra, ipsam quoque facere deos, & per eã quod in terram &c.* M

A triat:inde à vi fœminea dictã esse Tellurẽ,à vi masculina Tellumonẽ. Cur ergo põtifices,vt ipse indicat, additis quoque aliis duobus,quatuor diis faciunt rem diuinã, Telluri, Tellumoni,Altori [c],Rusori? De Tellure & Tellumone iam dictum est. Altori quare? quod ex terra,inquit,alũtur omnia,quæ nata sunt. Rusori quare?quod rursus,inquit,cuncta eodem reuoluuntur.

Animæ partes tres

a TRes esse affirmat animę gradus.) Pythagoras & Plato tres animæ species esse dicunt: vegetalem, sensibilem, & rationis participem.In homine ipso animam duas habere partes aiunt:alteram rationis expertem,alteram participem: & illam duplicem esse,Iræ,& Cupidinis:quas omnes locis faciunt distinctas: vt Plato ipse quarto de Repub.disputat. Aristoteles tribus illis primis animę formis,quartam addit ad motum spectantem, quam dicit progressibilem, Sed in anima rationali partes illas solus putat esse distinctas ministeriis, non re ipsa aut loco:idcirco potestates nominat, quæ, vt idem in libris moralibus inquit,ad opera referũtur.Alexãder Aphrodisiensis quo pacto potentiæ sint in anima,docet:sed hæc tractare forsan est huic loco alienum.Illud constet modo,vnam esse animam,quæ officijs illis fungitur augendi capillos atque ossa, afficiendi sensu neruos, ratione cor ac cerebrum instruendi. b Omnes carere mortales.) Hic locus varie in variis codicibus habetur. Alibi enim hoc totũ nõ scribitur, In qua quoniam homines deo videntur esse similes:& in eo quod sequitur, pro genio in aliis ingenium habetur.Tum,illa sic ergo.In aliis ita leguntur vt verba sint multum diuersa,sed quoniam sensus est idẽ,nihil necesse erit annotare.) c Altori.)Dis pater & Proserpina in antiquis sacris multinonimes erant: ille Dis pater dictus,& Tellumo, & Altor, & Rusor,& Cocytus.Proserpina vero libera,& Orca,& Tellus nutrix. Sic est in põtificum libris.Romulus quoque Altellus est dictus ab alendo, quod ipse suos vicinis omnibus inuisos admirabili aleret arte. Mercurius Trimegistus in Asclepio,terræ vero & mari dominatur Iuppiter Plutonius: & hic nutritor est animantium mortalium & fructiferarum.

B

De telluris cognominibus, eorũmque significationibus,quæ etiam si θ non θ erant multarum rerum indices,non multorum deorum debuerũt firmare opiniones.

Caput XXIIII.

**aliàs quadrigeminã*

DEbuit ergo vna terra propter istã quater geminam * vim, quatuor habere cognomina, nõ quatuor facere deos: sicut tot cognominibus vn° Iuppiter,& tot cognominib° vna Iuno:in quibus omnibus vis multiplex esse dicitur ad vnum deũ, vel ad vnã deã pertinens: non multitudo cognominũ deorum etiam multitudinem faciens. Sed profecto sicut aliquando etiam ipsas vilissimas fœminas earum, quas libidine quæsierunt, tædet pœnitetq; turbarũ: sic animam vilem factam,& immũdis spiritibus prostitutã, deos sibi multiplicare, quibus cõtaminanda prosterneretur,sicut plurimum libuit, sic aliquando & piguit. Nam & ipse Varro quasi de ipsa turba verecũdatus, vnam deam vult esse Tellurem. Eandẽ, inquit,dicunt matrem [a] magnam,quòd tympanum habeat, significari esse orbẽ terræ: quòd turres in capite,oppida? quòd sedes fingantur circa eam,cum omnia moueantur,ipsam non moueri. Quod Gallos huic deæ vt seruirent,fecerunt:significat eos,qui semine indigeãt, terrã sequi oportere,in ea quippe omnia reperiri. Quod se apud eam iactant: pręcipitur, inquit, qui terram colunt,ne sedeant, semper enim esse quod agant. Cymbalorum sonitus,ferramentorum iactãdorum ac manuum,& eius rei crepitus in colendo agro quid fit, significat quòd ferramenta illa erãt [b]:ideo ex ære,quod eam antiqui colebant ære, antè quàm ferrum esset inuentum. Leonem,inquit, adiungunt solutum ac mansuetum, vt ostendant esse nullum genus terræ tam remotum ac vehementer ferum, quod non subiici † coliq; cõueniat. Deinde adiũgit,et dicit: Tellurẽ matrẽ,& nominibus pluribus, & cognominibus quod nominarunt, deos existimatos esse complures. Tellurem, inquit,putant esse Opẽ,quod opera fiat melior: matrẽ, ꝓ plurima pariat:magnã,ꝓ cibũ pariat: Proserpinã,quòd ex ea proserpant fruges: Vestã, quòd vestiatur herbis. Sic alias deas,inquit,non absurde ad hanc reuocant. Si D ergo vna dea est,quę quidem consulta veritate nec ipsa est,interim quid itur*in multas? Vnius sint ista multa nomina,non tam deæ multæ quàm nomina. Sed errãtium maiorum authoritas deprimit, & eundẽ Varronem post hanc sententiam trepidare compellit. Adiungit enim & dicit:Cum quibus opinio maiorum de his deabus,quod plures eas putarunt esse, non pugnat. Quomodo non pugnat,cum valde aliud sit vnam deã nomina habere multa, aliud esse deas multas? Sed potest,inquit,fieri,vt eadem res & vna sit,& in ea quædã res sint plures. Concedo,vt in vno homine esse res plures,nũquid ideo & homines plures? Sic in vna dea esse res plures,nunquid ideo & deas plures? Verum sicut volunt,diuidant,conflent, multiplicent, replicent,implicent. Hæc sunt Telluris, & matris magnæ præclara mysteria, vnde omnia referuntur ad mortalia semina,& exercendam agriculturam. Itáne ad hæc relata,& hunc finem habentia tympanum,turres, Galli, iactatio insana membrorum, crepitus cymbalorum, confictio leonum,vitam cuiquam pollicentur æternã? Itáne propterea Galli abscisi huic magnæ deæ seruiũt? vt significent qui semine indigeant,terram sequi oportere:quasi nõ eos ipsa potius seruitus semine faciat in- E digere? Vtrum enim sequendo hanc deam, cum indigeant semen acquirant: an potius sequendo hanc deã, cum habeant semen amittant? hoc interpretari est,an detestari? Nec attenditur quantum maligni dæmones præualuerint,qui nec aliqua magna his sacris pollicери ausi sunt, & tam crudelia exigere potuerunt. Si dea terra non esset, manus ei homines operando inferrẽt. vt semina consequerentur per illam: non etiã sibi sæuiendo,vt semina perderent propter illam. Si dea non esset,ita fœcunda fieret manibus alienis, vt non coge- ret hominem sterilem fieri manibus suis. Iam quod in Liberi sacris honesta matrona pudẽda virilia coronabat,spectante multitudine: vbi rubens & sudans, si est vlla frons in hominibus: adstabat forsitan & maritus: & quod in celebratione nuptiarum, super Priapi scapum [c] noua nupta sedere iubebatur:longe contemptibiliora atque confusibiliora [d] sunt prę ista turpitudine crudelissima, vel crudelitate turpissima. Ibi dæmoniacis artibus*sic vterq; sexus illuditur,vt neuter suo vulnere perimatur. Ibi fascinatio timetur agrorũ, hic mẽbrorum amputatio non timetur. Ibi sic dehonestatur nouæ nuptæ verecundia, vt non solũ fœcunditas [e], sed nec virginitas adimatur:hic ita amputatur virilitas,vt nec conuertatur in fœminam, nec vir relinquatur.

**aliàs quia dĩuiditur.*

F **aliàs ritibus uel rebus.*

†aliàs subigi.

a EAndem,inquit,dicunt matrem.) Ouidius.iiij.Fasto. aliam affert sacrorum magnæ matris rationem. nam tympana & cymbala pulsari ait ad imitationem Corybantum, qui sonitu scutorum & galearum seruarunt Iouem:ideo pro clypeis pulsari tympana ex membranis,pro galeis cymbala ex ære. Turritam gestat ipsa dea coronam,quòd ipsa prima turres in vrbibus erexit. Gallos ei placere propter Atym: leonibus vectari, quòd ipsa iras illorũ mollierit. b Quod ferramẽta illa erãt.) Alibi hoc deest & sequẽs legitur, ideo ære quod &c. c Super Priapi scapum.) Metaphora est vũs. nam Scapus est caulis siue stipes herbæ,apud Varronem & Plinium.Significat virile membrũ, quod est in modum stipitis erectum.Sunt & Scapi in ædificiis,apud Vitruuium. d Confusibiliora.)In veteribus,leuiora legitur,& sensui cõgruentius. e Vt non solum fœcunditas.) Priapus adhibebatur,vt viro adiutor esset in adimenda vxoris virginitate, & fœminæ in fœcunditate prolis.

Quam interpretationem de abscisione Atys Græcorum sapientium doctrina repererit.

Caput XXV.

ET Atys ille non est commemoratus, nec eius ab isto interpretatio requisita est,in cuius dilectionis memoriam Gallus abscidit [a]. Sed docti

G docti Græci atque ſapientes, nequaquam rationem tã ſanctam atque præclaram tacuerunt. Propter vernalẽ quippe faciem terræ, quæ cæteris temporibus eſt pulchrior, Porphyrius Philoſophus [b] nobilis Atym flores ſignificare perhibuit: & ideo abſciſum, quia flos decidit ante fructum. Nõ ergo ipſum hominem, vel quaſi hominem [c] Atym, ſed virilia eius flori comparauerunt. Ipſa quippe illo viuente deciderunt: imò vero nõ deciderunt, neque decerpta, ſed plane diſcerpta ſunt. Nec illo flore amiſſo, quiſquam poſtea fructus, ſed potius ſterilitas conſecuta eſt. Quid ergo ipſe reliquus, & quicquid remanſit abſciſo, quid eo ſignificari dicitur? Quò refertur? Quæ interpretatio inde profertur? An hæc fruſtra moliendo nihilq; inueniendo perſuadent *illud potius eſſe credendum, quod de homine caſtrato fama iactauit*, literisq; mãdatum eſt? Merito huic aduerſatus eſt Varro noſter, neque hoc dicere voluit: nõ enim hominem doctiſſimum latuit.

a Gallus abſciditur.) Sacerdos Gallus. *dixi*mus alibi de his omnibus. Feſtus tamen inquit Gallos idcirco etiã ſe excidere, quòd violarint parentis nomen, ne & ipſi poſſint vnquam parẽtes fieri. Apud Bardeſanẽ Syrum legitur in Oſroëne iuſſiſſe Abgarum regem abſcindi manus eorum omnium, qui ſe excidiſſent: ita ibi ritum illum ceſſaſſe. Macrobius eadem interpretatur in Magna matre, & Atyde, quę in Venere & Adonide, quæ in Iſide & Oſiride: fœminas eſſe terrã, viros ſolem. b Porphyrius Philoſophus.) De Porphyrio alibi. Hæc ipſe dicit in libro de ratione naturali deorum: Atys, inquit, & Adonis ad fruges fructusq; ſpectãt: ſed per Atym maxime flores ſignificantur, qui prius decidunt, quàm ad fructum perueniant: idcirco exciſum eum fabulantur, quoniam flores defluxi fructus non tulere. c Ipſum hominem, vel quaſi hominem.) Alludit ad Platonis ęnigma, quinto de Repu. Homo non homo, videns non videns, percuſſit non percuſſit, lapide non lapide, auem non auem, ſuper arbore non arbore: id eſt, eunuchus luſcus percuſſit pumice veſpertilionem ſuper ſambuco.

H

De turpitudine ſacrorum matris magnæ.

Caput XXVI.

Temq; de mollibus eidem matri magnæ cõtra omnem virorum mulierumq; verecũdiã conſecratis, qui vſque in heſternum diem madidis capillis, facie dealbata, fluentibus membris, inceſſu fœmineo per plateas vicosq; Carthaginis, etiam à populis vnde turpiter viuerẽt [a], exigebant: nihil Varro dicere voluit, nec vſpiam me legiſſe [b] commemini. Defecit interpretatio, erubuit ratio, conticuit oratio. Vicit matris magnæ omnes deos filios non numinis magnitudo, ſed criminis. Huic monſtro, nec iam mõſtroſitas comparatur [c], Illi in ſimulachris habebant ſolam deformitatem, iſta in ſacris deformem crudelitatem, Illi membra †in lapidibus addita, hæc in hominibus perdita. Hoc dedecus tot Iouis ipſius vitia, & tanta ſtupra non vincunt. Ille inter fœmineas corruptelas vno Ganymede [d] cœlum infamauit, iſta tot mollibus profeſſis [e] & publicis & inquinauit terram, & cœlo fecit iniuriam. Saturnum fortaſſe poſſemus huic in iſto genere turpiſſimæ crudelitatis ſiue conferre, ſiue præferre, qui patrem caſtraſſe perhibetur: ſed in Saturni ſacris homines alienis manibus potius occidi, quàm ſuis abſcidi potuerunt. Deuorauit ille filios ſuos, vt poëtæ ferunt: & phyſici ex hoc interpretantur, quod volunt: vt autẽ hiſtoria prodit, necauit. Sed quod ei Pœni ſuos filios ſacrificauerunt, non recepere Romani. At vero iſta magna deorum mater etiam Romanis templis caſtratos intulit, atq; iſtã ſæuitiã moremq; ſeruauit: credita vires adiuuare Romanorũ execãdo virilia virorũ. Quid ſunt ad hoc malũ Mercurij furta, Veneris laſciuia, ſtupra & turpitudines cæterorum, quę proferremus de libris, niſi quotidie cãtarẽtur, & ſaltarentur in theatris? Sed hæc quid ſunt ad tãtũ malũ, cuius magnitudo magnæ matri tãtũmodo competebat, præſertim quod illa dicũtur à poëtis eſſe cõficta: quaſi poëtę id etiã finxerint, quod ea ſint diis grata & accepta? Vt ergo canerẽtur vel ſcriberẽtur, audacia fuit, vel petulãtia poëtarũ: Vt vero diuinis rebus & honoribus eiſdẽ imperantibus & extorquẽtibus numinibus adderentur, quid eſt niſi crimen deorũ, imò vero confeſſio dęmoniorũ, & deceptio miſerorũ? Verum illud quod de abſciſorũ cõſecratione mater deorũ coli meruit, non poëtæ confinxerunt, ſed horrere magis quàm canere maluerũt. His ne diis ſelectis quiſquam cõſecrandus eſt, vt poſt mortem viuat beate, quibus conſecratus ante mortem honeſte non potuit viuere, tã fœdis ſuperſtitionibus ſubditus, & immundis dæmonibus obligatus? Sed hæc omnia, inquit, referuntur ad mundum: videat ne potius ad immundũ. Cui enim hic mũdus [f] eſt deus, nec animo religioſus exiſtit, nec honeſtus viuet ille, nec mundus. Nos autem animum quęrimus, qui vera religione confiſus: non tanquam deũ ſuum adoret mundum, ſed tanquam dei opus propter deum laudet mundum, & mundanis ſordibus expiatus, mũdus peruenìat ad deũ, qui condidit mundum. Iſtos vero ſelectos deos videmus quidem clarius innotuiſſe quàm cęteros: non tamen vt eorũ illuſtrarentur merita, ſed ne occultarentur opprobria? vnde magis eos homines fuiſſe credibile eſt: ſicut non ſolum poëticæ literæ, verum etiam hiſtoricæ tradiderunt. Nam quod Verg. ait: Primus ab ætherео [g] venit Saturnus Olympo, Arma Iouis fugiẽs & regnis exul ademptis. Et quæ ad hanc rem pertinẽtia ſubſequuntur, totam de hoc Euhemeros pandit hiſtoriam [h], quam Ennius in Latinum vertit eloquium. Vnde quia plurima poſuerunt, qui contra huiuſmodi errores ante nos vel Græco ſermone, vel Latino ſcripſerunt, non in eo mihi placuit immorari.

I †aliâs Iani mõſtruoſitas. & mox, Ille in ſimulachris habebat. & mox, Ille membra &c.

K

L *Aeneid. 8.*

a Et iam à populis vnde turpiter viuerent.) Gallis matris deũm licebat ſtipem à populo poſcere lege à Metello lata. Cauſam Ouidius ſcribit his verbis: Dic, inquam, parua cur ſtipe quærat opes? Contulit æs populus, de quo delubra Metellus fecit, ait, dandæ mos ſtipis inde manet. Cicero in ſeueriſſimis illis ſuis & ſanctiſſimis v, illis tẽporibus, leges ſic iubet: Præter Ideæ matris famulos, eosq; iuſtis diebus, ne quis ſtipem cogito. rationem addens inquit: Stipẽ ſuſtulimus, niſi eam quam ad paucos dies propriã Ideæ matris excepimus. Implet enim ſuperſtitione animos, & exhaurit domos. ~~[illegible]~~ Auguſtinus & Cicero ditiſſima & ampliſſima ſodalitia ab iis poſcere ſtipem, quibus deceret potius ſua impartiri, quibus redundant & affluũt. Quum interea qui dedit arrodat ſiccum & cibarium panẽ, oleribus mentem inſtruens, & fictilibus vaſis aquæ duntaxat plenis, liberis circumſeptus, pro quibus noctes & dies ſollicitus operi intentus agit: qui accẽpit opulens mendicus, candido & ſiligineo pane perdicibus capisq;, generoſo vino ac leni ſe obruat. b Nec vſpiam me legiſſe.) Interpretationem eorum. c Nec monſtroſitas comparatur.) De Priapo videtur intelligendum. d Vno Ganymede.) Ganymedes Troi Phrygij regis filius, adoleſcens fuit ſpecioſiſſima forma, quem Tantalus venãtem maxima celeritate rapuit, & in Cretam perlatum Ioui dono dedit: hũc Iuppiter habuit in delitiis concubinum. Fabulantur poëtæ Iouẽ in aquilã verſum eum rapuiſſe, præfeciſſeq; poculis loco Hebes, & Vulcani Iunonis liberorum: vertiſſeq; in ſignũ cœleſte, quem nunc Aquarium dicimus. e Mollibus profeſſis.) Id eſt, qui molliciem profitebãtur, & flagitia obſcœniſſima. f Cui enim hic mundus.) Mirum quàm aliter alibi ſcribatur ſic: Quid autem non poteſt referri ad mundum quod eſſe demonſtratur in mũdo. g Primus ab ætherео.) Vergilius. viij. Aeneid. verbis Euandri ad Aeneam. h Totam de hoc Homerus pandit hiſtoriam.) Euhemerus habent veteres libri, & certum eſt ſic eſſe legẽdum. nam hic, vt dixi, ſcripſit ſacrã hiſtoriam.

M *Ganymedes.*

Victoriani ſic habet.

De phiſiologorum figmentis, qui nec ueram diuinitatem colunt, nec eo cultu quo colenda eſt uera diuinitas.

Caput XXVII.

IPſas phiſiologias cum cõſidero, quibus docti & acuti homines has res humanas conãtur euertere in res diuinas †: nihil video niſi ad temporalia terrenaq; opera, naturamq; corpoream: vel etiam ſi inuiſibilem, tamẽ mutabilem potuiſſe reuocari, quod nullo modo eſt verus deus. Hoc autem ſi ſaltẽ religioſitati congruis ſignificationibus ageretur, eſſet quidem dolendum, non his verum deum annunciari, atque prædicari: tamen aliquo modo ferendum tam fœda & turpia non fieri, nec iuberi. At nunc cum pro deo vero, quo ſolo anima ſe inhabitante fit fœlix, nefas ſit colere aut corpus aut animam: quanto magis nefarium eſt iſta ſic colere, vt nec ſalutẽ, nec decus humanum corpus aut anima colentis obtineat. Quamobrẽ ſi templo, ſi ſacerdote, ſi ſacrificio, quod deo vero debetur, colatur aliquod elemẽtum mundi, vel creatus aliquis ſpiritus, etiã ſi non immundus & malus, non ideo eſt malum, quia illa mala ſunt quibus colitur, ſed quia illa ſunt talia, quibus ſolus ille colẽdus ſit, cui talis cultus ſeruituſq; debetur. Si autem ſtoliditate vel mõſtroſitate ſimulachrorum, ſacrificiis homicidiorum, coronatione virilium pudendorum, mercede ſtuprorũ, ſectione membrorum, abſciſione genitalium, conſecratione mollium, feſtis impurorũ obſcœnorumq; ludorum, vnum verum deũ, id eſt, omnis animæ corporiſq; creatorem colere ſe quiſque cõtendat: non ideo peccat, quia non eſt colendus, quem colit, ſed quia colendũ, nõ vt colendus eſt, colit. Qui vero & rebus talibus, id eſt, turpibus & ſceleſtis & non deũ verũ, id eſt, animę corporiſq; factorẽ: ſed creaturã quanuis non vitioſam colit, ſiue illa ſit anima, ſiue corpus, ſiue anima ſimul & corpus, bis peccat in deum, quod & pro ipſo colit, quod non eſt ipſe: & talibus rebus colit, qualibus nec ipſe colendus eſt: nec non ipſe [a], ſed hi quo nam modo, id eſt, quàm turpiter nephariеq; coluerint in promptu eſt. Quid autem, vel quos coluerint eſſet obſcurũ, niſi eorũ teſtaretur hiſtoria: ea ipſa quæ fœda & turpia confitẽtur numinibus terribiliter exigentibus reddita. Vnde remotis conſtat ambagibus, nephario dæmones atq; immundiſſimos ſpiritus, ac omni ciuili theologia in viſendis ſtolidis imaginibus, & per eas poſſidẽdis etiã ſtultis cordibus inuitatos.

†aliâs, homines ad res humanas conantur uertere res diuinas

a Nec ipſe colendus eſt, nec non ipſe.) Nulla res eo genere cultus eſt colenda, neque deus, neque aliud quicquam, quod non ſit deus: nam cultus ille ex ſe eſt nepharius & impius.

Quòd doctrina Varronis de theologia in nulla ſibi parte concordet.

Caput XXVIII.

Vid igitur valet quod vir doctiſſimus & acutiſſimus Varro velut ſubtili diſputatione hos omnes deos in cœlum & terram redigere ac referre conatur, & non poteſt? Fluunt de manibus, reſiliunt, labuntur, & cadunt. Dicturus enim de fœminis, hoc eſt, de deabus: quoniam, inquit, vt in primo libro dixi de locis, duo ſunt principia deorũ animaduerſa de cœlo & terra, à quo dij partim dicuntur cœleſtes, partim terreſtres: vt in ſuperioribus initium fecimus à cœlo cum diximus de Iano: quem alij cœlũ, alij dixerunt eſſe mundum: ſic de fœminis initium ſcribẽdi fecimus à tellure. Sentio quãtam moleſtiam tale ac tantum patiatur ingenium. Ducitur enim quadã ratione veriſimili, cœlum eſſe quod faciat, terrã quæ patiatur: & ideo illi maſculinam vim tribuit, huic fœmininam: & non attendit eum potius eſſe qui hæc facit, qui vtrunq; fecit. Hinc etiam Samothracum nobilia [a] myſteria in ſuperiore libro ſic interpretatur, eáque ſe quæ nec ſuis nota ſunt ſcribendo expoſiturũ, eiſq; miſſurum quaſi religioſiſſime pollicetur. Dicit enim ſe ibi multis indiciis collegiſſe in ſimulachris, aliud ſignificare cœlum, aliud terram, aliud exempla rerum, quas Plato appellat ideas [b]: cœlum Iouem, terram Iunonem, ideas Mineruam vult intelligi. Cœlum à quo fiat aliquid: terram de qua fiat: exemplum, ſecundũ quod fiat. Qua in re omitto dicere, quod Plato illas ideas tantã vim habere dicit, vt ſecundum eas non cœlum aliquid fecerit, ſed etiam cœlum factum ſit. Hoc dico iſtum in libro ſelectorum deorum rationem illam trium deorum, quibus quaſi cuncta cõplexus eſt perdidiſſe. Cœlo enim tribuit maſculos deos, fœminas terræ. Inter quas poſuit Mineruam, quam ſupra ipſum cœlum ante poſuẽrat. Deinde maſculus deus Neptunus in mari eſt, quod ad terram potius quàm ad cœlum pertinet. Dis pater poſtremo, qui Græce πλότωρ [c] dicitur, etiam ipſe maſculus frater amborum terrenus deus eſſe perhibetur, ſuperiorem terram tenens, in inferiore habẽs Proſerpinam cõiugem. Quomodo ergo deos in cœlo, deas in terra eſſe perhibent, qui rurſus deas ad terram, deos ad cœlum referre conantur? Quid ſolidum, quid conſtans, quid ſobrium, quid definitum habet hæc diſputatio? Illa autem eſt tellus initium dearum, mater ſcilicet magna, apud quam mollium & abſciſorum ſeſeq; ſecantium atq; iactãtium inſana perſtrepit turpitudo. Quid eſt ergo quod dicitur, caput deorum Ianus, caput dearũ tellus: nec ibi facit vnũ caput error [d], nec hic ſanũ furor? Cur hæc fruſtra referre nitũtur ad mundũ, quaſi poſſit [e] pro deo vero mundus, vel opus pro factore coli? Et tamen eos, nec hoc poſſe veritas aperta conuincit. Referant hæc potius ad homines mortuos, & ad dæmones peſſimos, & nulla queſtio remanebit.

A

B

C

D

E

a Hinc etiam Samothracum nobilia.) Dixi alibi de his diis. Varro libro quarto de ling. Lati. magnos deos, qui & Samothraces ſunt, cœlũ & terrã eſſe dicit, Iouẽ & Iunonẽ. Additur Minerua, quib' tribus Capitoliũ eſt ſacratũ, excellẽtiſſimũ in vrbe tẽplũ. Inter Grẽcos ipſos nõ ſatis cõſtat, qui dicãtur dij Samothraces. Adſcribã quæ memini me ſuper his apud interpretẽ Apollonij legiſſe: καθείρους τοὺς ἐν τῇ σαμοθράκῃ καλοῦσι θεούς, ὧν ὁ μνάσεάς φησι τὰ ὀνόματα. Τέσσαρες εἰσὶ τὸν ἀριθμόν, ἀξίερος, ἀξιόκερσα, ἀξιόκερσος. αξιέρος μὲν οὖν ὁσίμη ἡ δημήτης. ἀξιόκερσα ἡ περσεφόνη. ἀξιόκερσος δὲ ὁ ἅιδης. ὁ δὲ πρόσιδέσμιος τέταρτος κάσμιλος ὁ ἑρμῆς ὁσίμ, ὡς ἴσορεῖ δ' ὀνυσόσδωρος. Ἀδωνίων δὲ φησί οὐκ ἄιδς καὶ ἠλέκτρας ἐγένετο ἴασσίων καὶ δάρδανος. κάβειροι δὲ δοκοῦσι προσαγορεύεσθαι ἀπὸ καβείρων τῆς μητρὸς φρυγίας ὀρῶν, οὐ φυτεῦ δερ πεπιωέχθεισαν. οἱ δὲ δύο εἶναι τοὺς καβείρους φασὶ, πρότερον πρεσβύτερον μὲν δία, νεώτερον δὲ διόνυσον. Hoc eſt, Caberos vocant deos Samothraces, quorum etiam nomina Mnaſeas prodidit. Quatuor ſunt, Axierus, Axiocerſa, Axiocerſus. Axierus eſt Ceres ipſa, Axiocerſa Proſerpina, Axiocerſus Dis pater: quartus his addit eſt adminiſter Mercurius, vt Dionyſodorus narrat. Athenion vero inquit hos eſſe Ioue & Electra genitos, Iaſiona & Dardanum: videntur Caberi nominati à Caberis Phrygiæ montibus, quod illinc ſunt tranſlati. Nec deſunt qui duos tantum eſſe dicant, priorem, ſeniorem Iouem, alterũ Iunioré Dionyſiũ. Porro Iaſionem Cereris filium fuiſſe dicit, Caberum nominatũ Dardani fratrem. Alij Iaſiona & amaſſe & concubuiſſe cum Cerere narrant, idcirco fulmine interemptũ. De Caberis ſi quis deſiderat plura cognoſcere, habet apud Straboné lib. decimo. b Quas Plato appellat Ideas.) Ideæ Platonicæ ab ſpectando ſunt dictæ: quoniam qui aliquid eſt acturus, ideam inſpicit, ad quam ſuam actionẽ aptet: vt pictori qui de exemplari aliquid pingit, hoc exemplar eſt idea. Idcirco ſic finitur exemplar rei agendæ. Sunt omnium rerum apud deum ideæ: quas ſpectans ille fabricator mundi ſingula in lucem mundumq; ædidit. Itaque Platoni tria ſunt vniuerſorũ principia: mens, quæ opus conficit, deus ipſe: materia, ex qua fabricatur: & exemplar, quod quum aliquid agit, ſpectat. Quũ opus hoc naturæ deus ædituras eſſet, exemplar ei adfuit, quod ſequeretur, vt in Timæo ſcribit. Non ergo ſolum ſingulæ rerum ſpecies, ſed cœlũ, elementa, ipſumq; vniuerſum, quod τὰ πάντα dicũt, principiũ ſui habuit ideã. Apuleius in dogmatis Platonis: Ideas vero, id eſt, formas omniũ ſimplices & æternas eſſe, nec corporales tamen. Eſſe autẽ ex his quæ deus ſumpſerit exempla rerum, quæ ſunt erũntve: nec poſſe amplius quàm ſingularum ſpecierũ ſingulas imagines in exemplaribus inueniri, gignẽtiũq; omnium ad inſtar ceræ formas & ſignificationes ex illa exemplorum figuratione ſignari. Vbi vero hæ ſint ideæ, altior quæſtio & varijs ſentẽtiis à Platonicis tractata, alibi de ea diſſeremus. c Qui Græce πλότωρ. A diuitiis ſic nominatũ, qui apud illos eſt πλοῦτος: ideo Latini Ditẽ vocarũt, & diuites dites. Ex abditis enim terræ velut ex eius regno metalla & gemmæ: opes hominum eruunur: idcirco is deus ſubterranẽ a Hiſpaniæ incolere veteribus dictus eſt, vt Strabo refert, quòd ibi eſſet magna metallorum omnis generis copia. tum etiam è terra emergunt fruges, & paſcua pecorum, vnde pecunia & peculium, vt dixi. d Nec ibi facit vnũ caput error.) Quia Ianus biceps, & ſacerdotes magnę matris inſani. e Quaſi poſſit.) Alibi ſic: quod etſi poſſint, mundum nemo pius colit.

Dii Samothraces.

Pluton.

Quod

G *Quod omnia quæ physiologi ad mundum partésque ipsius retulerunt, ad unum uerum deum referre debuerunt.* Caput XXIX.

NAnque omnia quæ ab eis ex istorum deorũ theologia velut physicis rationibus referuntur ad mundum, quàm sine vllo scrupulo sacrilegæ opinionis deo potius vero qui fecit mundum, omnis animæ & omnis corporis conditori tribuãtur, aduertamus hoc modo: Nos deum colimus, non cœlũ & terram, quibus duabus partibus [a] mundus hic constat: nec animam vel animas per viuentia quæcunque
Psal.145. diffusas, sed deum qui fecit cœlum & terram, & omnia quæ in eis sunt. Qui fecit omnẽ animã, siue quocunq; modo viuentem, & sensus & rationis expertẽ: siue etiã sentientem, siue etiam intelligentem. Et vt iam incipiam [b] illa vnius & veri dei opera percurrere, propter quæ isti sibi dum quasi honeste conantur sacramenta turpissima & scelestissima interpretari, deos multos falsosq; fecerunt. Illum deum colimus qui naturis à se creatis & subsistendi, & mouendi initia finesq; constituit, qui rerũ causas habet, nouit atq; disponit: qui vim
H seminum condidit: qui rationalem animam, quod dicitur animus, quibus voluit viuentibus indidit: qui sermonis facultatem vsumq; donauit: qui munus futura dicẽdi, quibus placuit spiritibus impartiuit: & per quos placet futura prędicit: & per quos placet malas valetudines pellit: qui bellorum quoque ipsorũ, cum sic emẽdandum & castigandum est genus humanũ, exordiis, progressibus, finibusq; moderatur. Qui huius mundi ignem vehementissimũ & violentissimũ pro immensæ naturæ temperamento, & creauit, & regit: qui vniuersarum aquarũ creator, & gubernator est: qui solem fecit corporalium clarissimũ luminum, eiq; vim congruam & motũ dedit. Qui ipsis etiam inferis [c] dominationem suam, potestatemq; non subtrahit: qui semina & alimenta mortalium, siue arida, siue liquida naturis competẽtibus attributa substituit. Qui terrã fundauit atq; fœcundat: qui fructus eius animalibus, hominibusq; largitur: qui causas non solùm principales, sed etiam subsequẽtes nouit, atq; ordinat: qui lunæ statuit motum suum: qui vias cœlestes atq; terrestres locorum mutationibus præbet. Qui humanis ingeniis, quæ creauit, etiam scientias artium variarũ, ad adiuuãdam vitam, naturamq; concessit. Qui coniunctionem
I maris & fœminæ ad adiutorium propagandæ prolis instituit: qui hominũ cœtibus, quem focis & luminibus adhiberẽt, ad facillimos vsus munus terreni ignis indulsit. Ista sunt certe quę diis selectis, nescio per quas physicas interpretationes, vir acutissimus atq; doctissimus Varro, siue quæ aliunde accepit, siue quæ ipse coniecit, distribuere laborauit.

a QVibus duabus partibus.) Sicut in exordio Genesecos: In principio creauit deus cœlum & terram, quibus duobus mundus hic continetur, vt per cœlum cœlestia, per terram mortalia omnia intelligantur. b Et vt iam incipiã.) Epilogo colligit vires deorũ omnium, de quibus egit. c Qui ipsis etiã inferis.) Iob. xl. & xlj. ca. de potẽtia dęmoniorũ à deo ipsis permissa.

Qua pietate discernatur à creaturis creator, ne pro uno tot dii colantur, quot sunt opera unius authoris. Caput XXX.

HAec autem facit, atque agit vnus verus deus. Sed sicut idem deus vbiq; totus, nullis inclusus locis, nullis vinculis alligatus, in nullas partes sectilis, ex nulla parte mutabilis, implens cœlũ & terram præsente potentia, non absente natura [a]. Sic itaq; administrat omnia quæ creauit, vt etiã ipsa proprios exercere, & agere motus sinat. Quãuis enim nihil esse possit sine ipso, non tamen sunt vlla, quod ipse. K Agit autem multa, etiam per angelos, sed non nisi ex seipso beatificat angelos. Ita quanuis propter aliquas causas hominibus angelos mittat: non tamẽ ex angelis homines, sed ex seipso, sicut angelos beatificat. Ab hoc vno & vero deo, vitam speramus æternam.

NOn absente natura.) In antiquis est: Non indigente natura, qualis est cæterorum deorum, qui adiutoribus indigent. a

Quibus proprie beneficiis dei, excepta generali largitate, sectatores ueritatis utantur. Cap. XXXI.

h Abemus enim ab illo pręter huiuscemodi beneficia, quæ ex hac, de qua nonnulla diximus, administratione naturæ bonis, malisq; largitur, magnum, & bonorum proprium magnæ dilectionis indicium. Quanquam enim, quod sumus: quod viuimus: quod cœlum terramq; conspicimus: quod habemus mentem atq; rationem, qua eum ipsum, qui hæc omnia condidit, inquiramus, nequaquam valeamus actioni sufficere gratiarum: tamen quod nos oneratos, obrutosq; peccatis, & à contemplatione suæ lucis auersos, ac tenebrarũ, id est, iniquitatis dilectione cæcatos, non omnino deseruit. Misitq; nobis verbum suum, qui L est eius vnicus filius, quo pro nobis in assumpta carne nato, atq; passo, quanti deus hominẽ penderet [a] nosceremus, atq; illo sacrificio singulari à peccatis omnibus mundaremur, eiusq; spiritu in cordibus nostris dilectione diffusa, omnibus difficultatib[b] superatis in ęternam requiem, & contemplationis eius ineffabilẽ dulcedinẽ veniremus. Quæ corda, quot † linguæ ad agendas ei gratias satis esse contenderint? †al. quæ.

QVanti deus hominẽ pẽderet.) Paulus ad Romanos octauo: Qui proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illũ. a

Quod sacramentum redemptionis Christi, nullis retro temporibus defuerit, sempérque sit diuersis significationibus prædicatum. Cap. XXXII.

Oc mysterium vitę æternę iam inde ab exor-
h dio generis humani per quædam signa & sacramenta temporibus congrua, quibus oportuit per angelos prædicatum est. Deinde populus Hebræus in vnam quandam Rempublicã, quæ hoc sacramentum ageret, congregatus est, vbi per quosdã scientes, per quosdam nescientes, [a] id quod ex aduentu Christi vsque nunc, & deinceps agitur, [b] prenunciaretur esse M venturum. Sparsa etiam pòst eadem gente per gentes propter testimonium scripturarum [c], quibus ęterna salus in Christo futura prædicta est. Omnes enim non solum prophetiæ, quæ in verbis sunt: nec tantum præcepta vitę, quæ mores pietatemq; conformant, atq; illis literis continentur, verumetiam sacra, sacerdotia, tabernaculum, siue templum, altaria, sacrificia, ceremoniæ, dies festi, & quicquid aliud ad eam seruitutẽ pertinet, quæ deo debetur, & Græcè proprie latria dicitur, ea significata & prænunciata sunt, quæ propter æternã vitam fideliũ in Christo & impleta credimus, & impleri cernimus, & implenda confidimus.

VBi per quosdã scientes, per quosdã nescientes.) Prophetæ nec omnes sua vaticinia intelligebant: nec qui intelligebãt, omnia intelligebãt. Nõ enim ex se loquebãtur, sed ex superiore dei afflatu, cui[a] consilia non omnia erant eis manifesta, vtebaturq; de[a] illis non velut cõsultis futurorũ, sed instrumentis, quibus homines alloquereturur. Et si negãdũ nõ est summã visionũ, hoc est, id quo prophetiæ omnes referebantur, esse illis à deo patefactum, puta de Messia venturo. Gentiles quoque non omnia quæ Sibyllæ & reliqui diuino furore concitati prædicebant, existimabant ab eis intelligi: sine ratione enim & mente ea fundebant, nec sui erant compotes: quippe qui exuti actione propriæ animæ, pro anima deum haberẽt. Idcirco Iamblichus sacerdotes, Sibyllas & prophetas ait, quo prudentiores sunt, magisq; & sobrij, & sui com-

A sui compotes, eo minus obscuriusq; vaticinari. Tũc demum apertissimè & optime prædicere futura, quum toti à deo corripiuntur. Hæc & alia ipse in mysteriis. b Vsque nunc & deinceps agitur.) Nondum enim finis est prophetiarum: & quanquam summa earũ absoluebatur in Christo, nihilominus tamen ex eo quædam nascuntur, ad quæ prophetarum oracula quædam peculiaria spectant, quale est illud non apud vnũ prophetam de reliquiis Israël, quæ omnes in fine seculi seruabuntur.
c Propter testimonium scripturarum.) Vt scripturas suas per orbẽ totum cunctasq; gentes spargerent, quibus tam aperte quæ in Christo secura sunt, erant prædicta, vt nemo eas legat, qui si Christi acta totamq; vitã cognoscat, dubitare possit, quin ille ipse sit, de quo illa præcinũtur.

Quod per solam Christianam religionem manifestari potuerit fallacia spirituum malignorum de hominum errore gaudentium. Cap. XXXIII.

REr hanc ergo religionẽ vnam & veram, potuit aperiri deos gentiũ esse immundissimos dęmones, sub defunctarum occasionibus animarum, vel creaturarum specie mundanarum deos se putari cupientes, & quasi diuinis honoribus eisdemq; scelestis ac turpibus ϑ rebus ϑ superba impuritate lætãtes, atque ad verum deum cõuersionem humanis animis inuidẽtes. Ex quorum immanissimo & impiissi-
B mo dominatu homo liberatur, cum credit in eum, qui præbuit ad exurgendum tantæ humilitatis exemplũ, quanta illi superbia ceciderũt. Hinc sunt nõ solum illi, de quibus multa iam diximus: & alij atque alij similes cæterarum gentium atq; terrarum, sed etiam hi, de quibus nunc agimus tanquam in senatu deorũ selecti: *†aliâs nobilitate. sed plane selecti notabilitate *† criminũ, non dignitate virtutum. Quorum sacra Varro, dum quasi ad naturales rationes referre conatur, quęrens honestare res turpes, quomodo his quadret, & cõsonet, nõ potest inuenire: quoniam non sunt ipsę illorum sacrorum causę, quas putat, vel potius vult putare. Nam si non solum ipsæ, verum etiam quælibet aliæ huius generis essent, quanuis nihil ad deum verum vitamq; æternã, quæ in religione quærenda est, pertinerent: tamen qualicunq; de rerum reddita ratione, aliquantulum mitigarẽt offensionem, quam non intellecta in sacris aliqua velut turpitudo aut absurditas fecerat: sicut in quibusdam theatrorũ fabulis vel delubrorum mysteriis facere idẽ Varro conatus est. Vbi nõn theatra delubrorũ similitudine absoluit, sed theatrorũ potius similitudine delubra damnauit: tamen vtcunq; conatus est, vt sensum
C horribilibus rebus offensum, velut naturalium causarum ratione reddita, deliniret.

De libris Numæ Pompilii, quos senatus, ne sacrorum causæ quales in eis habebantur innotescerent, iussit incendi. Caput XXXIIII.

SEd contra inuenimus sicut ipse vir doctissimus prodidit de Numæ Pompilij libris reddita sacrorũ causas, nullo modo potuisse tolerari: nec dignas habitas, quæ non solum lectæ innotescerent religiosis, sed saltem scriptæ reconderẽtur in tenebris. Iam enim dicam, quod in tertio huius operis
cap.9 libro, me suo loco dicturum esse promiseram. Nam sicut apud eundem Varronem [a] legitur in libro de cultu deorum: Terẽtius quidam, cum haberet ad Ianiculum fundum, & bubulcus eius iuxta sepulchrũ Numæ Pompilij traiiciens aratrũ, eruisset ex terra libros eius, vbi sacrorum institutorum scriptæ erant causæ, in vrbem pertulit ad prętorem [b]. At ille cũ inspexisset principia, rem tãtam detulit ad senatũ. Vbi cum primores quasdam causas legissent, cur quidque in sacris fuerit institutum, Numæ mortuo, senatus assensus est, eosq; libros tanquam religiosi patres [c] conscripti, prætor vt cõburreret censuerunt. Credat quisq; quod putat, imò vero dicat quod dicendum suggesserit vesana contentio, quilibet tãtæ impietatis defensor egregius. Me admonere sufficiat, sacrorum causas, à rege Põpilio Romanorum sacrorum institutore conscriptas, nec populo, nec senatui, nec saltem ipsis sacerdotibus innotescere debuisse, ipsumq; Numam Põpiliũ curiositate illicita, ad ea dæmonum peruenisse secreta, quæ ipse quidem scriberet, vt haberet vnde legendo cõmoneretur. Sed ea tamẽ cũ rex esset, qui minime quenquam metueret, nec docere aliquẽ, nec delẽdo, nec quoquo modo cõsumendo perdere auderet: ita quod scire neminẽ voluit, ne homines nefaria doceret: violare autem timuit, ne dæmones iratos haberet: obruit, vbi tutum putauit, sepulchro suo [d] propinquare aratrum posse non credẽs. Senatus autẽ cum religiones formidaret dãnare maiorum, & ideo Numę assentire cogeretur, illos tamen libros tam perniciosos esse iudicauit: vt nec obrui rursus iuberet, ne humana curiositas multo vehementius, *†aliâs proditam. rem iam perditã *† quæreret, sed flammis aboleri nefanda monimenta: vt quia iam necesse existimabant sacra illa facere, tolerabilius erraretur, causis eorum ignoratis, quàm cognitis, ciuitas turbaretur.

NAm sicut apud eundem Varronem.) Historia est apud Liuiũ & Valerium, & Plinium, & Lactantiũ. Liuius & hunc, vt assolet, secutus Valerius, L. Pætilium dicũt inuenisse libros, Plin. Cassij Heminæ authoritate Gn. Terentium, & vnam arcam, non duas. Li. consules eo anno scribit C. Bebium Pamphilũ, & M. Aemilium Lepidum. Hemina pro hoc P. Cornelium Cethegum habet, & hos anno post Numæ regnũ D.xxxv. De libris opiniones multorum scire qui cupit, Pliniũ adeat lib. xiij. ca. xiij. b In vrbẽ pertulit ad prætorẽ.) Q. Pætiliũ cõuenit sic vocatũ, sed alij petiisse prætorẽ legẽdos aiunt, alij scribã suapte spõte tulisse. Historia est li. xl. Liuij, & apud Pliniũ, & Valer. lib. j. Satis est locos indicasse. In vrbẽ pertulisse ait, tametsi Numæ sepulchrũ in vrbe erat, nẽpe regione. xiiij. in Ianiculo: sed quod eas transtyberina erat, qui ad forũ & curiã veniebãt ẽ vrbẽ, rure videbãtur venire. a
c Tanquam religiosi patres.) Quasi metu aliquo tangerentur religionis, ne illa euulgarentur, quæ ibi erant scripta. Quod periculũ esset religionibus ab illis si notiora fierent. alibi legitur, libros religiosos. q. religionem incutientes animis: id est, scrupulos in religione, quod vulgo dicimus, perturbari conscientias. Hoc est enim latine religionem inijcere: nisi quis malit legere irreligiosos. d Sepulchro suo.) Sepulchrorũ vetustissima fuit religio, ne quis violaret, deiiceret, frangeret. quæ lex non modo in. xij. fuit, & in Solonianis, sed etiam in antiquissimis Numæ, ac Latinorum, Græcorumq; : quæ non tam ad ius ciuile profanum, quàm ad sacra, religionesq; pertinere videbatur, quod sepulchra velut templa quædam esse deorum manium existimarentur. Ideòque inscribebatur in eis D. M. S. id est, diis manibus sacrũ, & quæ illis celebrarentur sacra necya sunt dicta. Cice. ij. de leg.

De hydromantia, per quam Numa, uisis quibusdam dæmonum imaginibus, ludificabatur. Caput XXXV.

NAm & ipse Numa ad quem nullus dei Prophetal venerat], nullus sanctus angelus mittebatur, hydromãtiã facere [a] compulsus est: vt in aqua videret imagines deorum, vel potius ludificationes dæmonum, à quibus audiret, quid in sacris cõstituere, atq; obseruare deberet. Quod genus diuinationis, idem Varro à Persis dicit allatum: quo & ipsum Numam, & postea Pythagoram [b] Philosophum vsum fuisse commemorat: vbi adhibito sanguine etiam inferos perhibet suscitari: & νεκρομαντίαν * Græcè dicit vocari. Quæ siue hydromãtia, siue necromantia dicatur, *†aliâs suscitari, & νεκυομαντίαν. idipsum est, vbi videntur mortui diuinare. Quibus hęc artibus fiant, ipsi viderint. Nolo enim dicere has artes etiam ante nostri saluatoris aduentum in ipsis ciuitatibus gentiũ legibus solere prohiberi, & pœna seuerissima vindicari. Nolo inquã hoc dicere: fortassis enim talia tunc licebant. His tamen artibus didicit sacra illa Pompilius, quorum sacrorũ facta prodidit, causas obruit: ita timuit, & ipse quod didicit, quarum causarum proditos libros senatus incẽdit. Quid mihi ergo Varro illorum sacrorũ alias, nescio quas causas velut phy-

sicas

G sicas interpretatur: quales, si libri illi habuissent, non
vtiq; arsissent: aut & istos Varronis ad Cæsarem pon-
tificem [c] scriptos, atq; æditos, patres conscripti simili-
ter incendissent? Quod ergo aquam egesserit, id est, ex-
portauerit Numa Pompilius, vnde hydromantiã fa-
ceret, ideo nympham Aegeriam [d] coniugẽ dicitur ha-
buisse, quemadmodũ in supradicto libro Varronis ex-
ponitur. Ita enim solent res gestæ aspersione menda-
ciorum in fabulas verti. In illa igitur hydromãtia cu-
riosissimus ille rex Ro. & sacra didicit, quæ in libris
suis pontifices haberent: & eorum causas, quas præter
se neminem scire voluit. Itaq; eas seorsum scriptas se-
cum quodammodo mori fecit, quando ita subtrahan-
das hominum noticiæ, sepeliendasq; curauit. Aut ergo
dæmonũ illic tam sordidæ, & noxiæ cupiditates erant
conscriptæ, vt ex his tota theologia ciuilis etiam apud
tales homines execrabilis appareret, qui tam multa in
ipsis sacris erubescenda susceperant: aut illi omnes ni-
hil aliud quàm homines mortui prodebãtur, quos tam
prolixa temporis vetustate ferè * omnes populi gentiũ
deos immortales esse crediderãt, cum & talibus sacris
iidem illi dæmones oblectarentur, qui se colendos pro
H ipsis mortuis, quos deos putari fecerãt, quibusdam fal-
lacium miraculorum attestationibus supponebãt. Sed
occulta dei veri prouidentia factum est, vt & Pompi-
lio amico suo illis cõglutinati * artibus, quibus hydro-
mantia fieri potuit, cuncta illa confiteri permitteren-
tur: & tamen vt moriturus incenderet ea potius quàm
obrueret, admonere non permitterentur: qui ne inno-
tescerent, nec aratro quo sunt eruta obsistere potuerũt.
nec stylo Varronis, quo ea quæ de hac re gesta sunt, in
nostram memoriam peruenerunt. Non enim possunt
quod non sinuntur efficere. *Sinũtur* autẽ alto dei sum-
mi iustoq; iudicio pro meritis eorum: quos ab eis vel
affligi tantum, vel etiam subiici, ac decipi iustum est.
Quam vero perniciose, vel à cultu veræ diuinitatis
alienæ illæ literæ iudicatæ sint, hinc intelligi potest,
quod eas maluit senatus incẽdere, quas Pompilius oc-
cultauit, quàm timere quod timuit [e], qui hoc audere
nõ potuit. Qui ergo nec fœlicem in futuro vitam, nec
modo habere vult piam, talibus sacris mortem quærat
æternam. Qui autẽ cum malignis dæmonibus nõ vult
habere societatẽ, non superstitionem, qua coluntur no-
xiam, pertimescat, sed veram religionem, qua produn-
tur & vincuntur, agnoscat.

*aliâs uetustas & ferè.

*aliâs cõciliati.

I H Ydromantiam facere.) Ὑδρομαντία ad verbum est aquæ di-
uinatio. Multis enim modis fiebat olim diuinatio. Nam vel
ex terra petebatur, & erat gæomãtia: vel ex igne, & pyromã-
tia, quę eadẽ ignispicina: cuius author, vt inquit Plinius, Am-
phiaraus. Vel ex fumo, quæ capnomantia: vel ex auibus, quę auguria: vel
ex extis, quæ aruspicina, in qua multũ Etrusci valuerunt, & Ianus apud
Heleos Apollinis filius: & post eum Trasybulus, qui canem inspiciebat
sectum iecur ostendentem. Vel ex cribro, quæ coscinomantia: vel ex se-
curibus, quæ axinomantia: ex herbis, botanomantia sagarum ars: vel ex
mortuis, quæ necromantia seu necyomantia: vel ex astris, quæ astrono-
mia, in qua qui peritissimi dicũtur Chaldæi, etiam si in Chaldæa nõ sint
nati. Ex sortibus, cleronomantia: ex manuum lineamẽtis, chiromantia:
ex facie ipsa & filo totius corporis, physiognomia: vel ex piscibus, quæ
ichthyomantia, quæ obiecta est Apuleio: vel ex palpitatione oculorum,
quæ saliatio, & palmicum augurũ. tum somniorũ coniecturæ, & omnia
quæ latissime patebant, ad visa, & audita, in quis erant fulgura, & fulge-
traę, monstra, voces, sternutamenta. Iam dæmonum cuocãdorum mille
artes, quas satius est ne nominari quidem. Hydromantiam ad vltimum
referuaui, quoniam agimus de ipsa, ea non fit simpliciter. nam & in am-
pulla vitrea imposita aqua, quæ à puero inspicitur, quam gastromãtiam
dicunt, à tumore & ventricositate ampullæ. Tum & in peluim aqua in-
fusa, quæ lecanomãtia. Huius peritissimos tradit Strabo esse in Asia illa,
& plurimos. Michaël Psellus de dæmonibus idem affirmat, ac quomodo
fiat, docet: dæmonibus in fundo repentibus sonitumq; leuem exilemq;
emittentibus, ac obscurum, ne plene possit percipi, nec mendacia depre-
hendi, sed quicquid eueniat, hoc putentur dixisse. Inspectabãt & in fon-
tibus pleriq;, indeq; imaginibus oblatis videre sibi futura videbãtur. Sic
Pausanias apud Aeginíses Achaiæ scribit, templum esse Cereris, ac fon-

a Diuinationum genera.

tem proximum, in quem ægri post peracta sacra despectantes morbi va-
K leuduinisq; exitum vident. Iamblichus Colophoni subterraneum fuisse
locũ narrat: in quo fons erat, de quo sacerdos statis noctibus sacris ope-
ratus gustabat, reddebatur quod inuisibilis, & consulentibus respõsa da-
bat. Idem scribit in Branchide fatidicam mulierem solitã in axe sedere,
aut manu virgulam tenere ab aliquo deorum datã, aut pedẽ limbũmve
in aquam tingere, vel ex aqua haustulum sorbere, hisq; modis diuino af-
flatu impleri. Apuleius in apologia de magia, Varronem scribit narrare,
Trallibus de euentu Mithridatici belli magica percontatione consulen-
tibus, puerũ in aqua simulachrum Mercurij contemplantem, quæ futura
erãt. clx. versibus cecinisse. Sed credo quatinus pueri meminit, de gastro-
mantia intelligi. Hoc vltimo diuinandi genere fonte inspecto vsus est
Numa. Plutarchus in Cæsare mulieres fuisse tradit in Germania, quæ ex
fluminum cursu vorticibus, & strepitu futura coniicerent. b Et postea
Pythagoram.) Optime obseruata ratione temporũ. Nam multis annis
obiit Numa ante Pythagorã natũ. Cõtra quosdam, qui Pythagoram ab
illo auditũ ferũt: quos secutus est Ouidius. Sed poëtę hoc dicere non erat
tam turpe, quàm historico. c Varronis ad Cæsarem pontificem.) C.
Cæsar dictator Põt. Maximus fuit, ad quẽ Varro de antiquitatibus scri-
psit. d Nympham Aegeriam.) Hanc sunt putent ex Musis vnam
fuisse, vnde lucus ille in quo erat dea, Camœnarum dicebatur. Alij nym-
pham fontium fuisse, versamq; à Diana in fontem post Numæ mortẽ.
Ouid. xv. Meta. ab egerendo esse dictã illud quoque est argumento, quòd
ei prægnantes sacrificabant, quòd facile cõceptum aluum egerere existi-
maretur, vt scribit Festus. e Quàm timere quod timuit.) Timere quod
extimuit Numa, qui ausus non est ea volumina comburere, ne dæmonũ
iram in se concitaret.

FINIS.

ELENCHVS L

CAPITVM D. AVRELII Augustini Lib. de Ciuitate dei viij.

1 De quæstione naturalis theologiæ, cum philo-
sophis excellentioris scientiæ discutienda.
2 De duorum philosophorum generibus, id est, Ita-
lico & Ionico, eorumq; authoribus.
3 De Socratica disciplina.
4 De præcipuo inter discipulos Socratis Platone,
qui omnem philosophiam triplici partitione
distinxit.
5 Quod de theologia cum Platonicis potissimũ di-
sceptãdum sit, quorum opinioni omnium phi-
losophorum postponenda sunt dogmata.
6 De Platonicorum sensu in ea parte philosophiæ,
quæ physica nominatur.
7 Quanto excellentiores cæteris in logica, id est, ra-
tionali philosophia, Platonici sint habendi.
8 Quòd etiã in morali philosophia Platonici ob-
tineant principatum. M
9 De ea philosophia, que ad veritatem fidei Chri-
stianæ propius accessit.
10 Quæ sit inter philosophicas artes religiosi excel-
lentia Christiani.
11 Vnde Plato illam intelligentiam potuerit acqui-
rere, qua Christianæ scientiæ propinquauit.
12 Quod etiam Platonici, licet de vno vero deo bene
seserint, multis tamẽ diis sacra faciẽda cẽsuerũt.
13 De sententia Platonis, qua definiuit deos non esse
nisi bonos, amicosq; virtutum.
14 De opinione eorum, qui rationales animas trium
generum esse dixerunt, id est, in diis cœlestibus,
in dæmonibus aëreis, & in hominibus terrenis.
15 Quod neque propter aërea corpora, neq; propter
superiora habitacula dæmones hominibus an-
tecellunt.
16 Quid de moribus dæmonum Apuleius Platoni-
cus senserit.
17 An dignum sit, eos spiritus ab homine coli, à quo-
rum vitiis etiam oporteat liberari.
18 Qualis sit religio, in qua docetur, quod homines, vt
commen-

A commendentur diis bonis, dæmonibus vti de-
beant aduocatis.
† aliâs nititur. 19 De impietate artis magicæ, quæ patrocinio vtitur†
spirituum malignorum.
20 An credendum sit, quod dij boni libẽtius dæmoni-
bus, quàm hominibus misceantur.
21 An dæmonibus nunciis & interpretibus dij vtan-
tur, falliq; se ab eis, aut ignorent, aut velint.
22 De abiiciendo cultu dæmonum, contra Apuleiũ.
23 Quid Hermes Trimegistus, de idololatria sense-
rit, & vnde scire potuerit superstitiones Aegy-
ptiacas auferendas.
24 Quomodo Hermes, patenter parentum suorum sit
confessus errorẽ, quẽ tamen doluerit destruẽdũ.
25 De his quæ sanctis angelis & hominibus possunt
esse communia.
26 Quod omnis religio Paganorum circa homines
mortuos fuerit impleta.
27 De modo honoris, quẽ Christiani martyribus im-
pendunt.

D. AVRELII AVGVSTINI de Ciuitate dei, ad Marcellinum Liber octauus.

B

De quæstione naturalis theologiæ cum philosophis excellentioris scientiæ discutienda. Caput I.

VNC intentiore nobis opus est
animo multo, quàm erat in supe-
riorum solutione quæstionum, &
explicatione librorum. De theo-
logia quippe, quam naturalẽ vo-
cant: non cum quibuslibet homi-
nibus: non enim fabulosa est, vel
ciuilis, hoc est, vel theatrica, vel vrbana, quarum altera
iactitat deorum crimina, altera indicat eorum deside-
ria criminosiora, ac per hoc malignorũ potius dęmo-
num, quàm deorum, sed cum philosophis est habenda
collatio: quorũ ipsum nomẽ si Latine interpretemur [a],
amorem sapientiæ profitetur. Porrò si sapientia deus
est [b], per quem facta sunt omnia, sicut diuina authori-
tas veritasq; monstrauit, verus philosophus est amator
dei. Sed quia res ipsa [c], cuius hoc nomen est: non est in
omnibus, qui hoc nomine gloriantur. neque enim cõ-
C tinuo [d] veræ sapientiæ sunt amatores, quicunq; appel-
lantur philosophi, profecto ex omnibus quorum sen-
tentias ex literis nosse potuimus, eligendi sunt, cum
quibus non indigne quęstio ista tractetur. Neq; enim
hoc opere omnes omnium philosophorum vanas opi-
niones refutare suscepi, sed eas tantum, quę ad theolo-
giam pertinent, quo verbo Græco [e] significari intelli-
gimus de diuinitate rationem siue sermonem: nec eas
omnium, sed eorum tantum, qui cum & esse diuinitatẽ
& humana curare consentiãt, nõ tamen sufficere vnius
incommutabilis dei cultum ad vitam adipiscendã etiã
post mortem beatam, sed ab illo sanè multos vno cõ-
ditos atq; institutos, ob eam causam colendos putãt. Hi
etiam iam Varronis opinionem veritatis propinqui-
tate transcendunt. Si quidem ille totam Theologiam
naturalem vsq; ad mundum istum, vel eius animã ex-
tendere potuit, isti vero supra omnem animę naturam
confitentur deum, qui non solum mundum istum vi-
sibilem, qui sæpe cœli & terræ nomine nuncupatur, sed
omnemetiam omnin o animam fecerit. Et qui ratio-
nalem & intellectualem, cuius generis anima huma-
na est, participatione sui luminis incõmutabilis & in-

Philosophia.

Ioan. I.

corporei beatã facit. Hos philosophos Platonicos ap- D
pellatos à Platone doctore vocabulo deriuato, nullus
qui hæc vel tenuiter audiuit, ignorat.

VIVIS PROOEMIVM IN tres sequentes libros.

TRibus in sequentibus libris disputatur cũ viris acutissimis sum-
maq; prędicitis eloquentia, qui ex Platonis schola cæteris bonis
artibus instructi religione sola caruerunt, quorum sententias ac
in primis sectæ principis Platonis fusius forsan explicuimus,
quàm instituti nostri ratio videbatur postulare: verum hoc cõsilio, quo-
niã à nostris hominibus [illegible]: prorsus sunt ignoratæ, cum sint tamen cognosci dignissimæ,
tum propter subtilitatem rerum magno ingenio curaq; extusarum, tum
vel maxime quòd vicinæ sunt nostræ pietati. Et vt sciretur quale philo-
sophorum genus Augustinus potissimũ elegerit, cum quo de negocio re-
ligionis disputaret, ostẽderętque bene dicta eorũ cum nostris cõgruere,
male dicta vero à nobis corrigi & emẽdari. Hæc me paulo lõgius, quàm
oportebat euexerunt, & profecto in dulcedine rerum, de quibus commẽ-
tabar difficile fuit propositam seruare breuitatẽ, aliàs hoc temporis ia-
cturæ lectori resarciem [a], & si spero ipsum nihil sensurũ se legẽdis istis tã
eruditis sanctisq; fecisse iacturæ, nisi forte aut indoctior sit quàm vt in-
telligat, aut doctior q̃ vt egeat, aut negligẽtior quàm vt curet, aut moro-
sior q̃ vt perferat, quib' hominũ generibus hæc nõ elaborãtur. Neq; vero
ita vel obliti sumus breuitatis, vel eũ cõtẽpsimus, vt quãtũ potuimus: sit à
nobis de vnaquaq; re dissertum: multa sunt prætermissa, plerunq; Plato-
nis contẽti dictis, Platonicorum afferre sententias supersedimus, ne tã-
ta prolixitas vel patientibus stomachis fastidiũ pareret. Sunt tamen ali-
qua à nobis interdum repetita, tum vt melius quid sentiret Augustinus,
declararetur: tum vt admoneretur lector, ne dicta excideret. cuius causa
fuit Augustinus ipse, qui quo manifestius aduersarios confutaret, eadem
dogmata, placitáque illorum subinde retractauit. E

IOANNIS LODOVICI VIuis Valentini, in viij. Librum De ciuitate dei D. Aurelij Augustini, cõmentarij.

QVorum ipsorũ nomẽ, si Latine interpretemur.) Φιλία σοφίας, a Philosophia.
amor sapientiæ, & φίλος σοφίας, amicus sapiẽtiæ: cuius con-
trarium est ἀφιλοσοφία, qua sapientiam quis, & rationes auer-
satur, vt Speusippus ait. b Porrò si sapiẽtia deus est.) Sa-
pientiæ. vij. & Paulus ad Hebræos primo dei filium sa-
pientiam patris nominant, per quam fecit mundũ vniuersum. c Sed
quia res ipsa.) Lactantius libro tertio de hoc multis rationibus contra
philosophos agit. versus est Pacuuij, nõ minus lepidus, quàm grauis, Ego
odi homines ignaua opera, & philosopha sentẽtia. Sed de hoc argumen-
to à variis sunt multa conscripta. d Neque enim continue.) Legen-
dum, continuo, quæ est causalis coniunctio, sicut protinus, & statim cum
negatione. e Quo verbo Græco.) διὰ λόγου, de deo sermo, seu disser-
tio, siue ratio. Hæc enim omnia est λόγος.

De duobus philosophorum generibus, id est, Italico & Ionico, eorúmque authoribus. Caput II.

DE hoc igitur Platone, quæ necessaria præsenti E
quęstioni existimo, breuiter attingam, prius
illos commemorans, qui eum in eodẽ genere
literarum tempore pręcesserunt. Quantum enim atti-
net ad literas Græcas, quæ lingua inter cæteras gẽtium
clarior habetur, duo philosophorũ genera traduntur: [a]
vnum Italicũ, ex ea parte Italiæ [b], quæ quondã magna
Græcia nuncupata est: alterum Ionicum [c], in eis terris,
vbi & nunc Græcia nuncupatur. Italicũ genus authorẽ
habuit Pythagoram Samiũ [d], à quo etiam ferũt ipsum
philosophiæ nomen exortum [e]. Nam cũ antea sapien-
tes appellarentur, qui modo quodam laudabilis vitæ
aliis præstare videbantur: iste interrogatus quid profi-
teretur, philosophũ se esse respondit, id est, studiosum,
vel amatorem sapientię: quoniam sapientem profiteri,
arrogantissimum videbatur. Ionici vero generis
princeps fuit Thales Milesius [f], vnus illorum septem [g], qui
appellati sunt sapientes. Sed illi sex vitę genere distin-
guebantur [h], & quibusdam præceptis, ad bene viuendũ
accommodatis. Iste autem Thales, vt successores etiam
propagaret, rerum naturã scrutatus, suasq; disputatio-
nes literis mandans [i], eminuit: maximeq; admirabilis
extitit, quod astrologiæ numeris comprehensis [k], defe-
ctus solis & lunæ etiam prædicere potuit. Aquã tamen
putauit

G putauit[1] rerum esse principium:& hinc omnia elemẽ-
ta mundi, ipsumq; mundum, & quæ in eo gignuntur,
existere. Nihil autem huic operi [m],quod mundo consi-
derato,tã admirabile aspicimus,ex diuina mente præ-
posuit. Huic successit Anaximãder [n], eius auditor: mu-
tauitq; de rerum natura opinionem. Non enim ex vna
re,sicut Thales ex humore,sed ex suis propriis princi-
piis, quasque res nasci putauit. Quæ rerum principia,
singularũ esse credidit infinita: & innumerabiles mũ-
dos gignere:& quæcunque in eis oriuntur, eosq; mun-
dos,modò dissolui,modò iterũ gigni,existimauit: quã-
ta quisque ætate sua manere potuerit: nec ipse aliquid
diuinæ mẽti [o],in his rerũ operibus tribuens.Iste Ana-
ximenen [p] discipulũ,& successorẽ reliquit: qui omnes
rerum causas infinito aëri [q] dedit:nec deos negauit:aut
tacuit: non tamen ab ipsis aërem factum, sed ipsos ex
aëre ortos credidit. Anaxagoras [r] vero eius auditor,
harum rerum omnium,quas videmus effectorem, di-
uinum animum sensit:& dixit,ex infinita materia,quę
constaret,dissimilibus inter se [r] particulis,rerũ omniũ
H genera pro modulis & speciebus propriis singula fieri,
sed animo faciente diuino. Diogenes quoq; Anaxime-
nis [t] alter auditor,aërem quidem dixit [u],rerũ esse ma-
teriam,de qua omnia fierent:sed eum esse compotem
diuinæ rationis,sine qua nihil ex eo fieri posset. Ana-
xagoræ successit auditor eius Archelaus [x]: etiã ipse de
particulis [y] inter se dissimilibus, quibus singula quæq;
fierent:ita omnia constare putauit,vt inesse etiam mẽ-
tem diceret,quæ corpora dissimilia [z],id est, illas parti-
culas coniungendo & dissipãdo ageret omnia. Socra-
tes huius discipulus [a] fuisse perhibetur,magister Plato-
nis,propter quem breuiter cuncta ista recolui.

[2] DVo philosophorum genera traduntur.) Sic olim primæ phi-
losophantium in Græcia hæreses sunt separatæ,vt de terris
principũ nomen acciperent:alteri ab ea regione, in qua phi-
losophatus est magister Pythagoras Italiã:alteri à patria Tha-
letis Ioniæ,in qua est Miletos,quæ etiã vrbs Ionia est dicta,vt tradit Me-
la,quòd præcipua esset in ea regione. Sic Plato, sic Aristoteles etiam his
vetustiores distinxerunt. b Ex ea parte Italiæ.) A Locris, inquit Pli-
nius,incipit Italiæ frons,quam magnam Græciam dicunt, in tres sinus
diuisa,qua Græciam spectat ad mare superum:in quam regionẽ frequẽ-
tes traiecere Græci.Miror esse qui putent totam Italiam magnam Gre-
ciam olim nominatam,& quidẽ permoti dicto Plinij lib.iij.sic scriben-
tis:Quid ipsi de ea iudicauere Græci,genus in gloriam suã effusissimũ,
quotam partem ex ea appellando Græciã magnã?Quibus verbis aperte
ostendit non magnã Italiæ portionem vocãtã olim Græciam magnã.
I In primo ex illis finibus,quos dixi,sunt Tarẽtus, Metapõtus, Heraclea,
Croto,Turij.Patet inter promontoria Salẽ & Laciniũ, vt scribit Mela,
Tarentinus vocatur.Hic docuisse Pythagoras ferunt. c Alterũ Ioni-
cum.) Ionia est regio in minore Asia,inter Lycaones Lydósque & mare
nostrũ lateribus cincta Aeolibus & Caribus:his à meridie, illis à septen-
trione.In ea est Miletos vrbs,sicut Mela narrat, Ioniæ tot' belli pacisq;
artibus princeps,patria Thaletis astrologi,& Timothei musici, & Ana-
ximandri physici,aliorumque ciuium inclytus ingeniis merito inclyta.
Thales Anaximandrum ciuem suum docuit: hic Anaximenen itidem
ciuem Milesium.Ab hoc edoctus Anaxagoras Clazomenius, Periclem,
Archelaum,Socratemq; Athenienses instituit: à Socrate philosophia ferẽ
tota Athenis. d Pythagoram Samium.) Aristoxenus Tyrrhenũ pro-
didit,quæ est vna ex illis insulis,quas Athenienses expulsis Tyrrhenis oc-
cuparũt.Cum ex Aegypto redisset,quò profectus est Amaside rege, of-
fensus tyrãnide Polycratis Samij in Italiã trãsmisit. e Aquo etiã ferũt
ipsum philosophiæ nomen exortũ.) Cicero.v. Tusc.quæst.ex Heraclide
Pontico Platonis auditore narrat,Pythagoram à Leonte Phliasiorũ ty-
ranno rogatum,quid artis profiteretur:cùm que superiores: qui eidẽ stu-
dio essent dediti,sapientes se cognominassent,ipsum se philosophum,id
est,sapientiæ studiosum modestiore nomine appellasse. Hinc sophi no-
men tanquam superbum nimis & inuidiosum relictum,cęterosq; philo-
sophos esse nũcupatos.Neque enim sapiẽs est mortalium quisquam, soli
deo id nominis congruit. f Thales Milesius.) Hic fuit primus qui in
Græcia de rebus naturalibus cœpit philosophari, natus Olympiadis
xxxv.anno primo, vt Apollodorus numerat apud Laërtiũ. g Vnus
illorum septem.) Cum à piscatoribus Milesiis iuuenes quidam iactum
essent mercati,hiq; mensam auream traxissent,contendentibus vtrisque
de mensa,ac sibi vendicantibus, Apollo consultus iussit sapienti dari.data
est ergo primum Thaleti,qui à multitudine Ionia sapiens existima-
batur.Hic eam misit alij ex illis septem,qui alij remisit, quoad ventum
ad Solonem,qui mensam iussit Apollini, nempe vere sapiẽti dari. Arq;
hi septem magna fama fuerũt ad posteros sapientiæ nomine,septémque

Magna Græcia.

Ionia.

Pythagoras.

Thales Milesius.

Græciæ sapientes celebrantur. h Sed illi sex vitæ genere distingue-
bãtur.) Chilo Lacedæmonius, Pithacus Mitilenæ', Bias Prienæus, Cleo-
bulus Lindius, Periander Corinthius, & Solon Atheniensis, de quibus
lib.xviij.fuse disserã. i Suásque disputationes literis mãdans.) Nau-
ticam astrologiam opus esse illius ferunt, alij ad Phœcum Samium refe
rũt.Lobon vero Argiuus ad ducẽtos versus ipsum de astrologia scripsisse
est author. k Astrologiæ numeris comprehensis.) Eudemus in histo-
ria astrologica solis defectus conuersionesque prædixisse illũ tradit. Pli.
lib.ij.de obseruatione cœlesti loquens: Apud Græcos,inquit, inuestiga-
uit primus omniũ Thales Milesius,Olympiadis.xlviij.anno.iiij.prædi-
cto solis defectu, qui sub Halyatte rege factus est,Vrb.Con. anno.clxx.
Idem Eusebius,& Cicero lib.primo de diuina.vbi non sub Halyatte le-
gitur,sed sub Astiage.Sed ambo eodem fuere tempore,& gesserunt bellũ
inter se. l Aquam tamen putauit.) Secutus Homeri opinionem, qui
Oceanum omnium patrem vocat.Plutar. in placitis & alij complures
coniecturam Thaletis adducunt, quòd semen animantiũ omniũ humi-
dum sit, nec alimentum sine humido consteri: quin & astra ipsa putant
Oceani humoribus vegetari & ali. m Nihil autẽ huic operi.) Tam-
etsi Velleius apud Cicero.Thaletem refert omnia putasse ex aqua fieri,
mentemq; quæ cuncta sit ex humore fabricata, deũ esse: & Laërtius illũ
ait,plena omnia putasse dæmonibus: rogatúmque, laterẽt ne deos ho-
mo male faciens:ne cogitans quidem respondisse,hæc tamen scientiam
dei arguunt,non administrationem rerum. n Anaximander.) Et hic
Milesius, sed alius ab illo Anaximandro ciue suo, qui historias scripsit.
Hic elementum infinitũ posuit pro rerum principio,sed non definiens,
cuius esset naturæ,an aëreæ,an aqueæ,an ignęæ: partes vero illius infi-
niti mutari subinde,ipsum vero totũ immutabile esse. Aristote. Plutar.
Laërt.Euseb. o Nec ipse aliquid diuinæ menti.) In hoc reprehendi-
tur à Plutarcho,quòd cum materiam substituat, efficientẽ causam tollat.
infinitas enim illa materia est,quæ ex se gignere nihil valet sine efficiẽ-
te aliquo.Cicero tamen primo de natura deorum,Anaximãdri, inquit,
opinio est,natiuos esse deos longis interuallis orientes, occidentésque,
eosq; innumerabiles esse mundos:ita eundem esse qui faceret, & ex quo
faceret,& qui fieret contrarietates quę in ipso sunt,hoc est, per calidũ &
frigidum sempiternum,vt inquit in præpa.Euan.Euseb.quod & Aristo-
teles subindicat.j.li.de physica auscultatione. p Iste Anaximenẽ.) Eu-
rystrati filium itidem Milesium, qui natus olymp. lxiij.mortuus est eo
anno,quo Cręsi opes sunt euersæ:vt Apollodorus cõputat. q Infinito
aëri.) Genere,inquit Euseb.infinito,qualitatibus finito,cuius cõ den-
satione & rarefactione omnia gignantur.Cicero:Anaximenes aëra deũ
statuit,cùm que gigni,esse immensum, & infinitum, & semper in motu.
Sydera autem,solémque,& Lunam de terra natam esse opinatur.
r Anaxagoras.) Clazomenis genit', quæ sunt etiã in Ionia. Obiit.lxx-
viij.Olympiade.lxij. ætatis anno:opus suum sic tradunt Plutarchus,& *Anaxagoras.*
Laërtius Diogenes incœpisse:Vna res eratvniuersa:deinde accessit mẽs,
eáque disiunxit, atque composuit:materiã enim finxit, in qua infinitæ
inessent,tum earundẽ rerũ,tum diuersarũ particulæ cõmistæ, quæ sepa-
rantur mente diuina,fiúntque res singulę,velut caro,si plures sunt carnis
particulæ:os,si ossis:neruus,si nerui,pluresque cuiusquàm alterius rei: nõ
quin insint in osse,& carnũs,& nerui,& ignis, & chartæ, & ligni parti-
culæ:quẽ enim fieri posset,vt ex pane fieret,vel os,vel sanguis, nisi semi-
na,& minutulæ ossis,sanguinísve portiunculæ in pane inessent,propter
exiguitatem tamen sui,nobis imperceptæ:Aristot.Plutar.Laërtius.
s Quæ cõstarẽt dissimilibus inter se.) In veteribus libris, similibus in-
ter se legitur,vtrunq; recte:nam vt Aristo.inquit, Anaxagoras infinitas
partes in vnoquoque ponebat corpore & similia, & contraria, & similiũ
partium,quæ vocabat ὁμοιομερῆ,id est,cognatas:& ὁμοιομερὲς:quod verbũ
similaritates vertit Gaza.Sunt enim ex corporibus alia similiũ partiũ,
quæ inter se,non nomine, sed numero distãt,velut aqua, ignis,caro, os,
medulla,sanguis.vnaquæque enim pars istorum,quę modo materiam in
se & formã capiat,cognominis est toti:& ipsæ inter se partes aquæ,sunt
aqua:& sanguinis gurtę,sanguis.Sunt alia corpora,quæ partes diuersarũ
rationũm & nominũ capiũt:vt homo,equus,stirps, & omnia quæ viuũt:
in quib' alia sunt ossa,alia medullæ,alia sanguis,alia radix,alia caulis:tũ
& in artificialib',vt in statua & mẽsa, & scãno, & libro: neq; enim vna-
quæuis charta est liber:nec quelibet mẽsæ pars est mẽsa.Hæ partes,ἀνομοι-
μερῆ, id est,variorũ generũ,seu,vt vertit Rodolph' Agricola,multigenę
nominantur. Anaxagoras illorum corporum similiarium in vnoquoq;
infinitas particulas esse aiebat:alias dissimiles, & diuersas, vt ligni, san-
guinis,aëris,terræ,ossis:alias inter se similes, vt infinitas ignis, quæ sunt
inter se cognatæ:& infinitas aquæ, &c. nã etsi segregatione generentur
corpora,partes tamen diuersę,non ita possunt à se mutuo separari, quin
infinitæ etiamnum relinquantur:vt sit vnde aliud ex alio gigni queat,&
nutriri animãtes,stirpésque,& inter se commutari,aliæq; in aliarum lo-
cum ac vicem succedere: corporum vero dissimiliariũ partiũ non pone-
bat infinitam multitudinem in vnaquaque re: neque enim infinitas do-
mos,aut innumeros homines in ligno,vel igne esse existimabat.
t Diogenes quo que Anaximenis.) Diogenes multi fuerunt: Sinopæus, *Diogenes.*
qui Cynicus est dictus:& Sicyonius historicus,& Stoicus,qui legat' iuit
Romam cum Carneade,& Critolao,Seleucię natus,sed Babylonius dic-
tus,& Tarsensis.Diogenes qui de quæstionib' poẽticis scripsit:& is ip-
se Diogenes Laërtius, ex quo hæc desumimus, & qui ætate hos omnes
antecessit,Diogenes Apolloniata,cuius meminit hic August.Commen-
tator noster optimus plastes, ex duobus Diogenibus, Apolloniata, &
Cynico formula nominis eadem comprehensis vnum effinxit,non mi-
nore arte,quàm qui ex ipso eodem Thoma Valois,& Thoma Aquina-
te vnum confecit Thomam in cõmentariis ad Boëtium. u Aërem
quidem dixit.) Cicer.j.de nat.de. Quid aër? quo Diogenes Apolloniata
vtitur deo:mundos & hic asseruit innumeros in spatio infinito: ibique
creatum mundum,vbi sese densior aër in globi formam compresserit,ac
constiparit. x Auditor eius Archelaus.) Hic,vt alij putant,Milesius:
vt alij,Athenien.primus ex Ionia naturalem philosophiã Athenas in-
uexit

K

Anaximãder.

L

Anaximenes.

M

Archelaus

A uexit:idcirco & physicus est cognominatus:tum etiam quòd moralẽ di-
scipulus eius Socrates induxit. y Etiã ipse de particulis.) Plutar. aërẽ
immensum ait eum pro principio posuisse, & quæ circa eum essent rarũ
ac densum,hanc aquam,illum ignẽ esse. z Quæ cor.d.) In veteribus
libris est,nõ dissimilia,sed æterna. a Socrates huius discipulus.) Hic est
Socrates. Socrates ille,de quo nihil satis posset pro dignitate dici,quem fuisse gẽ-
tilium omnium sapientissimum constat,proximeq; ad Christianam sa-
pientiã ex illis omnibus accessisse.Natus est Athenis Sophronisco mar-
morario patre,& Phanareta obstetrice matre:vir temperãs,castus,iustus,
modestus,iniuriarũ patiens:neque opum,neque voluptatis,ac ne gloriæ
quidem appetens:nihil enim cum scripsisse certum est. Hic primus, quũ
cæteri nihil se nescire profiterentur,nihil se scire professus est.

De Socratica disciplina. Caput III.

SOcrates ergo primus [a] vniuersam philoso-
phiam ad corrigendos,componendosq; mo-
res flexisse memoratur: cum ante illum om-
nes magis physicis, id est, naturalibus rebus
perscrutandis operam maximam impenderint. Non
mihi autem videtur posse ad liquidum colligi, vtrum
Socrates,vt hoc faceret, tædio rerum obscurarum, &
incertarum ad aliquid approbatum [b] *† & certum
taliâs apertum. reperiendum animum intenderit:quod esset beatæ vitæ
necessarium: propter quam vnam omnium philoso-
phorum inuigilasse ac laborasse videtur industria. An
vero,sicut de illo quidam beneuolentius suspicantur,
nolebat immundos terrenis [c] cupiditatibus animos se
extendere in diuina conari:quandoquidem ab eis cau-
B sas rerum videbat inquiri,quas primas atque summas,
non nisi in vnius veri ac summi dei voluntate esse cre
debat. Vnde non eas putabat nisi mundata mente [d] pos
se comprehendi:& ideo purgandæ bonis moribus vitæ
censebat instandum,vt deprimentibus libidinibus exo-
neratus animus, naturali vigore in æterna se attolle-
ret naturamq; incorporei & incommutabilis luminis,
vbi causæ omnium factarũ naturarum [e] stabiliter viu-
unt:intelligentiæ puritate conspiceret. Constat eum
tamen [f] imperitorum stultitiam scire se aliquid opi-
nantium,etiam in ipsis moralibus quæstionibus, quò
totum animum intendisse videbatur,vel cõfessa igno-
rantia sua,vel dissimulata scientia,lepõre mirabili dis
serendi & acutissima vrbanitate agitasse,atque versas-
se. Vnde & concitatis inimicitiis [g] calumniosa crimi-
natione [h] damnatus,morte multatus est. Sed eum po-
steà [i] illa ipsa,quę publicè damnauerat Athenien.ciui-
tas publicè luxit,in duos accusatores eius,vsqueadeò po
puli indignatione conuersa, vt vnus eorum oppressus
vi multitudinis interiret,exilio autem voluntario at-
que perpetuo pœnã similem alter euaderet. Tam præ-
C clara igitur vitæ mortisq; fama Socra. reliquit plurimos [k] suæ philosophiæ sectatores, quorum certatim
studium fuit [l] in quæstionum moralium disceptatione
versari,vbi agitur de summo bono, sine quo fieri ho-
mo beatus non potest. Quod in Socratis disputationi-
bus [m] dum omnia mouet,asserit,destruit,quoniam non
euidenter apparuit,quod cuique placuit, inde sumpse-
runt,& vbi cuique visum est,cõstituerunt finem boni.
Finis autem boni [n] appellatur,quò quisque cum perue
nerit beatus est. Sic autem diuersas inter se Socratici
de isto fine sententias habuerunt,vt quod vix credibi-
le est,vnius magistri potuisse facere sectatores,quidam
summum bonum esse dicerent voluptatem, sicut Ari-
stippus [o]:quidam virtutem,sicut Antisthenes [p]. Sic alij
atque alij [q] aliud atque aliud opinati sunt: quos com-
memorare longum est.

Socrates.

[a] SOcrates ergo primus.) Cicero.j Acade.quæst,Socra.mihi videtur,
id quod cõstat inter omnes,primus à rebus occultis,& ab ipsa na-
tura inuolutis,in quibus omnes ante eũ philosophi occupati fue-
rant auocauisse philosophiam, & ad vitam communem adduxisse,vt de virtutibus & vitiis,omninoq; de bonis rebus & malis quære-
retur:cœlestia autẽ vel procul esse à naturæ cognitione cẽseret, vel si ma-
xime cognita essent,nihil tamen ad bene viuendum conferre. b Tæ-
dio rerum obscu.& in.ad al.quid ap.)Melius legitur in antiq.lib.apertũ.
Xenoph.in commenta.j.rerum Socraticarũ,Socra. scribit mirari soliũ
non deprehendisse istos,qui res naturales noctes & dies inquirũt,& tra-
ctant,nihil posse in eis inueniri certi atq; perspecti:quam sententiã fuse
multis exẽplis prosequitur. c Nolebat immũdos ter.) Lact.lib.iij.Nõ
inficior Socra.fuisse paulo cordatiorem quàm cæteros, qui naturam re-
rum putauerunt ingenio posse comprehendi,in quo illos non tantũ ex-
cordes fuisse arbitror,sed etiã impios,quòd in secreta illius cœlestis prę-
uidentię curiosos oculos voluerunt immittere:& post, Nimirum multo
sceleratiores,qui arcana mundi,& hoc cœleste templum prophanari im
piis disputationibus quærunt,quàm qui ædem Vestæ,aut Bonę dęę,aut
Cereris intrarit. d Vnde non eas putabat nisi mund.m.) Socra.de hoc
copiose disputat moriturus apud Plat. in Phædone,vbi ostendit philoso
phari neminem recte posse,nisi se,quàm maxime fieri possit, à cõsortio
corporis,id est,ab omnibus affectibus seiungat:quod tum optime fiet,cũ
animus liber erit,corporisque carcere solutus:& in hac vita,vt quisque se
maxime perturbationibus exoluit,ita liberrime veristimẽq; id quod est,
verumq; ipsum,hoc est, deum & diuina contemplatur:idcirco philoso-
phia definitur mortis meditatio,id est,corporis animæq; separatio,& ce-
u diuortium quoddã,vt animus purus sit,corporis fece non contami
natus:nam purissimum illud diuinũ verum ab impuro animo contingi
nephas: ideo amicis deorum plura esse cognita existimabat,quàm impu
ris hominibus,& qui deũ non sequuntur. In Cratylo solos bonos viros
sapientes esse dicit:& in Epinemide peritiam rerum cœlestium doctũ
aliquem,nisi opem deus tulerit,negat. Apule.ex Pla.& alia initia rerum
inuenirĩ forsitan posse,aut quæ deo nota sint,vel ei qui sit diis amicus.
e Vbi causæ omnium fa na. Hæc sunt ex doctrina Plato.& Augustin.
non quid ipse,sed quid Socr.sentiat refert. Istud adieci, quoniam Phila-
lethes noster sententiam putat esse August. cui statim veritatem suã ad-
dit cum realitatibus & formalitatibus, quales nuũquàm nec per somniũ
quidem Augu.cogitauit.Plato enim in.vj.de Rep. deum ait lumen esse
mentis,non secus quàm sit sol hic,quem videmus,lumen oculorum cor-
poris,& vt beneficio huius habemus, quod cernimus, ita beneficio dei,
quod intelligimus,lumẽ.que illud sacrum & diuinum rebus ipsis veritatem:nobis vero vim eius percipiendę tenẽdęq; largiri,ac esse vt ex Plat.
in quit,Greg.Nazianze.solem hunc mũdi visibilis,lumen deum vero mũ-
di inuisibilis. f Constat eum tamen.) Eius sermones retulerunt in
dialog.Socratici Plat.Xenoph.Aeschines.Zenocra.& alij,quib' ipse mi
ra dexteritate inscitiã eorũm,qui nihil ignorare sibi ac multitudini per-
suaserãt,detegit:velut Prothagoræ,Gorgiæ,Eutydemi, Dionytodori,&
aliorum. g Vnde & cõcitatis inimicitiis.)Plat.in Apolog. ex diſputat.Socra.natas esse illi inimicitias narrat.Idẽ Laer. tres Socratẽ accusa-
runt,Anytus,Melitus,& Lycon orator,qui fuit actor,cum Anytus opifi
cum turbam tueretur,& reliquorum vrbanorum,quos sæpe Socra. deri-
sisset.Melitus vero poẽtarum,quos Socrates dãnasset,& expellendos è ci-
uitate cẽseret:de his rebus Plato.& Xenoph.in Socr. Apologiis. Sed ex-
plicatius rem omnẽ persecutus est Laër.in Socr.dãnatus est.cclxxxj.sen-
tentiis. h Calumniosa criminatione.)Non me,inquit Socrates, vel
accusatores periment,vel crimina,sed inuidia sola,qua vna præclari viri
quàm plurimi interierunt & interibunt. i Sed eum postea.) tanta cœ-
pit Athenien.omnes ob dãnatum Socra.pœnitẽtia, vt paulo post gym-
nasia omnia clauderent,faciẽsque iustitij esset in ciuitate: Melitum mor
te multarint,Anytum exilio,Socrati statua ęnea erecta sit,Lysippi opus.
k Reliquit plurimos.) Omnes ferè philosophantium sectæ in Socra.
initium suæ disciplinæ referebant.Platonici,Academici,Cyrenaici,Cy
nici,Peripatetici.Megarenses Stoici. l Quorũ certatim studium fuit.)
Hac vna quæst.de summo bono summòq; malo distinguebantur sectę.
m Quod in Socra.dispu.)Ita enim disputabat ille,vt magis cliceret re-
futarẽtque sententiam eius, quicum disputabat. quam suã ipse proderet,
aut affirmaret.Neq; enim putabat esse eius,qui nihil se scire diceret, ali-
quid assereret,vt ipse dicit in Thęæteto Platonis. n Finis autẽ boni.)
Is est in quem,vt Cic.j.de finibus inquit,omnia bene viuendi, rectẽque
faciendi cõsilia sunt referenda,& in.iij.Cũ enim hoc sit extremũ, sen-
tis enim credo me iam diu, quod Græcis τέλος dicat,id dicere tum extre
mum,tum vltimum,tum summum,licebit etiam finem pro extremo,aut
vltimo dicere,hic propter seipsum quæritur,& alia omnia propter hũc.
Sicut Plat. Aristo.& reliqui philosophi dixerunt.
o Sicut Aristippus.) Hic Cyren.nat' est,primusq; ex Socraticis mercede *Aristippus*
docuit,vt etiã docerĩ voluit.Tametsi pretiũ Socr. nunquã accepit,dicẽs
prohiberi se à dæmone,tum etiã inferiori Diony. Syracusano assentari
& perferre ab eo contumelias sustinuit quæstus gratia. Corporis volu-
ptatem summũ bonũ posuit.Dioge.Laër.ab hoc philosopho Cyrenaici
sunt constituti.Obiter dictũ Hiero.annotabo qui in commenta. in Ecle-
sias ten,cũ de voluptate loquitur:Et hæc,inquit,aliquis loquatur Epi-
cur.& Aristippus,& Cynici,& cæteri pecudes philosophorũ. legendũ &
Cyrenaici. Quid enim voluptati cum institutis Cynicorum. p Sicut
Antisthenes.)Hic est author Cynicæ sectæ,id est, caninæ. Diogenẽ Si-
nopẽsem Cynicũ docuit,virtutẽ voluit summũ esse bonum. q Sicq; alij
atq; alij.)Cic.opiniones multorũ recẽset de finib.bonorũ in. ij.lib. eius
argumenti.Illinc petat, qui desiderat, & nos obiter attigimus in præfa-
tione legum Ciceronis.

De præcipuo inter discipulos Socratis Platone, qui omnem philosophiam triplici partitione distinxit. Cap. IIIII.

SEd inter discipulos Socratis nõ quidẽ imme
rito excellẽtissima gloria claruit,qui omnino
cęteros obscuraret, Plato. Qui cũ esset Athe. [a]
honesto apud suos loco natus, & ingenio mirabili, lõ-
ge suos condiscipulos anteiret,parũ tamen putãs per-
ficiendæ

Antisthenes.

G ficiendæ philosophiæ sufficere seipsum, ac Socraticam disciplinam [b], quam longe lateq; potuit peregrinatus est, quaquauersum eum alicuius nobilitate scientię percipiendæ fama rapiebat. Itaq; & in Aegypto [c] didicit, quæcunq; illic magna habebantur, atq; docebantur, & inde in eas Italiæ partes veniens [d], vbi Pythagoreorũ fama celebrabatur, quicquid Italicæ philosophiæ tunc florebat, auditis eminẽtioribus in ea doctorib[o], facillime comprehendit. Et quia magistrum Socratem singulariter diligebat, eum loquentẽ ferè in omnibus sermonibus suis faciens, etiam illa, quæ vel [e] ab aliis didicerat, vel ipse quanta potuerat intelligentia viderat, cum illius lepore & moralibus disputationibus tẽperauit. Itaq; cum studium [f] sapientię in actione & cõtemplatione versetur, vnde vna pars eius actiua, altera cõtemplatiua dici potest. Quarum actiua ad agendã vitam, id est, ad mores instituendos pertinet, contemplatiua autem ad conspiciendas naturæ causas, & synceriſſimam veritatẽ. Socrates in actiua [g] excelluisse memoratur: Pythagoras vero magis cõtemplatiuæ quibus potuit intelligentię viribus institisse. Proinde Plato vtrũq; iungendo, philosophiam perfecisse laudatur, quam in tres partes distribuit [h]. Vnam moralem, quæ maxime in actione versatur. Alteram naturalem, quæ contemplationi deputata est. Tertiam rationalem, qua verum disterminatur à falso [i]. Quæ licet vtriq;, id est, actioni & contemplationi [k] sit necessaria, maxime tamen contemplatio perspectionem sibi vendicat veritatis. Ideo hæc tripertitio non est contraria illi distinctioni, qua intelligitur omne studiũ sapientię in actione & contemplatione consistere. Quid autẽ in his, vel de his singulis partibus Plato senserit, id est, vbi finem omnium actionum, vbi causam omnium naturarũ, vbi lumen omniũ rationũ esse cognouerit vel crediderit, differendo explicare & longum esse arbitror, & temere esse affirmãdum non arbitror. Cum enim magistri sui Socratis [l], quem facit in suis voluminibus disputãtem notissimum morẽ dissimulandæ scientiæ vel opinionis suę seruare affectat, quia & illi ipse mos placuit, factum est vt etiã ipsius Platonis de rebus magnis sententiæ non facile perspici possint. Ex his tamen quæ apud eũ leguntur, siue quæ dixit, siue quæ ab aliis [m] dicta esse narrauit, atq; conscripsit, quæ sibi placita viderentur, quædã cõmemorari, & huic operi inseri oportet à nobis: vel vbi suffragatur religioni veræ, quam fides nostra suscipit, ac defendit, vel vbi ei videtur esse contrarius: quantũ ad istã de vno deo & pluribus pertinet, quæstionem, quem propter vitã, quæ post mortẽ futura est veraciter beatã, colendũ esse catholicæ religionis asserit disciplina. Fortassis enim qui Platonem cæteris philosophis gentium longe lateq; prælatũ acutius atq; veracius intellexisse, atq; secuti esse fama celebriore laudãtur: aliquid tale de deo sentiũt, vt in illo inueniatur, & causa subsistẽdi, & ratio intelligendi, & ordo viuendi. Quorũ triũ, vnũ ad naturalem, alterum ad rationalẽ, tertiũ ad moralẽ partẽ intelligitur pertinere. Si enim homo ita creatus est, vt per id quod in eo prẽcellit [n], attĩgat illud quod cũcta prẽcellit, id est, vnũ verũ optimũ deũ, sine quo nulla natura subsistit, nulla doctrina instruit, null' vsus expedit: ipse quẽratur [o], vbi nobis omnia sunt secura: ipse cernatur, vbi nobis certa sunt omnia: ipse diligatur, vbi nobis recta sunt omnia.

Infra li. II. cap. 25.

H

I

a Qvi cum esset Athenien.) Platonis parentes fuere Aristo, & Perictione, paternum genus in Codrũ referebatur, qui vltimus regnũ Athenis tenuit: maternũ in Solonẽ, vnum ex septẽ sapientibus, inclytum legibus Athenienſib. latis. vtrãque gens proauthorem suæ nobilitatis Neptunum nominant. Natus est Plato Athenis olymp. lxxx viij. Huius viri vitã, actusq; præclaros multi litteris mãdarunt. multi illum supra humanum omne fastigiũ de moribus & sapiẽtia, collocant. sed re vera tantũ abest, vt amore longius iusto cuectos credam, vt nisi sciré addictissimos illi esse, qui hæc faciunt, subinuidisse laudibus illius suspicarer. Fallitur mea sententia, quisquis Platonem nõ aliquanto plus quàm hominẽ, aut certe non ex optima illa & rarissima hominum nota, fuisse putat. b Ac Socraticam disciplinam.) Alibi à Socratica disciplina. q. post perceptam à Socrate disciplinam Athenis.
c Itaque & in Aegypto.) Laertius, postquàm ex Italia rediit, ad Aegyptum eum profectũ scribit cum Euripide. d In eas Ital. p. v.) In magnam Græciam, vbi Pythagoras philosophatus, multos disciplinæ suæ admiratores, ac sectatores reliquerat. Ex eis Plato Tarenti audiuit Archytam seniorem, & Euritum, Locris Timæum, Crotoni Philolaum, Cicero in Cato. Platonẽ scribit Tarẽtum venisse L. Aemilio, Appio Claudio Coss. tametsi Liuius eo tempore, id est, ante Caudinam subiugationem, annis. iiij. &. xx. non ponit Appium cum Aemilio consulem, sed L. Furium Camillum. profectus est etiam Plato Megarà ad Euclidem Mathematicum, & Cyrenas ad Theodorum itidem Mathematicum, profecturus ad Persarum magos, nisi bella obstitissent. e Etiam illa quæ vel.) Plato quæcunque scripserat, Socratis dicebat esse, vt in epistolis ait ad Dionysium. & non solum moralia, quibus Socrates plurimũ valebat, sed naturalia quædam in dialogis ei attribuit. f Itaque cum st.) Plato & Aristoteles disciplinas quasdam ponũt, quas neque actiuas dicant, nec contemplatiuas, sed effectrices, velut architecturam, & totam artem fabrilem. Itaque alias artes ad speculationem pertinere aiũt, vt theologiã: alias ad agendum, in quibus post actum, opus nullum restat, vt rethoricen, & musicen: alias ad fabrefaciendũ, vnde sunt tam multa opera vitæ vtilia, ædes, naues, vrbes, mẽsæ, vestes. Sed hæc diuisio artium, nõ spectat ad studium sapientiæ, de quo hic loquimur. g Socrates in actiua.) Actiuam dicit, quæ ad virtutem, mores, vitámque agendã spectat, in qua totus fuit Socrates, cum alioqui multum iã ea contẽplaretur. Adimantus enim sic Socrati loquitur in. ij. lib. de Repu. Platonis: Omnem vitã nulla in re alia, quàm speculatione consumpsisti. Idem Socrates quantum inquirendis perspiciẽdisque rebus ad vitam pertinentibus posuerit operę, declarat apud Platonem in Apologia: sed cæ res ad agendum dirigebantur: quas vero Pythagoras scrutabatur, cum apertę erant, & ad cognitionem peruenerant sui, vlterius non progrediebantur. h Quam in t. p. d.) Euseb. lib. præparationis Euangelicæ, hanc Platonis philosophiæ sectionem ab Hebræis deriuatam esse dicit, affertq; sententiã Attici philosophi, qua diuisio illa declaratur apertius, docẽtque Platonem coniunxisse partes omnes philosophiæ in vnum velut corpus, dispersas prius ceu membra Penthẽi: inam Thales & eius discipuli physicæ totos se tradiderant: sex alij sapientes, Ethicæ: Zeno, & omnes Eleatici, dialecticæ. Plato hæc omnia coagmentauit, & ostendit hominibus, non lacerã philosophiam, sed integram, atque absolutam: cui suffragatur Arist. ipse lib. vij. philo. Laertius in Plat. Philosophiæ ratio olim circa vnam tantùm physicæ speciem versabatur: accessit Socrates, & addidit ethicen. tertiam Plato philosophiæ dialecticen adiecit, & cõsummato philosophiæ operi extremam manum imposuit. Apuleius in dogmate Platonis, de ipso loquens: Quapropter inuenta Parmenidis, ac Zenonis studiosius excutus, ita omnibus quæ admirationi sunt singula, suos libros expleuit, vt primus tripartitam philosophiam copularet, sibiq; inuicem necessarias partes, neque pugnare inter se tantummodo, sed etiam mutuis adiuuari auxiliis ostenderit. Hæc ille. Ex dialogis Platonis. alij ad rationem differendi pertinent, vt Gorgias, & Euti: demus: alij ad mores priuatos, vt Mennon, Eutyphro, Philebus, Crito: alij ad mores publicos, vt leges, & respublica: alij ad res naturæ, vt Timæus: alij ad τὰ μετὰ τὰ φυσικά, vt Parmenides, & Sophista. tametsi cum ratione dialectica sunt hi dialogi coniuncti. i Qua verum determinatur à falso.) Antiqui codices: Quæ verum disterminat à falso, hoc est, separat, vt Lucanus:

Qui Gallica certus Limes ab Ausoniis disterminat arua colonis.

Et Mela: Europam ab Asia stadiis quinque disterminat Thracius, vt dictum est, Bosphorus. k Quæ licet vtrique, id est, actioni & contemplationi.) Magnis & odiosis contentionibus nostri philosophi quærũt, sit ne dialectica scientia practica an speculatiua: quę disputatio inutilis mea sententia, quales sunt penè omnes quæ hac tempestate in philosophia docentur, discuntur q;, distinet studia iuuenum, confictis miris somniis de speculatione & praxi. tandem sententia litis vulgo nũc pro praxi datur, quòd dialectica doceat argumẽtari: quasi vero nõ magis in inspectione naturę argumẽtemur, quàm actione vitæ. Sed isti nec quid sit inspicere res naturæ sciunt, nec quid agere vitam, aut quo modo sit agẽda. Non quòd putem eam in sola speculatione sitam esse, sed optime hic August. definisse vtrique philosophiæ esse illam necessariam, magis tamen ad inuestigandum quid vbique verum, quid falsum, quid probabile, quid secus sit accommodari. l Cum enim magistri sui Socra.) Ipse Plato vt dixi, libros ferè suos Socratis esse fatebatur, & in omnibus dialogis eę quæ Socrati dantur, ea sunt ex sententia Plato. credenda, sed & verbis quoque Timæi, & hospitis Athenienſis, & Eleatis Plat. sententiam suam profert. m Siue quæ ab aliis.) Alibi ab illo scilicet Socrate: ea enim sentit Plato, quæ Socrates, quãquàm & quæ alij nonnulli, vt modo dixi. n Si enim homo ita cr. e. v. per id q. in eo prælcellit.) Quid opus est tam multis clamoribus disputare, l ſi ne hoc intellectus, an voluitas, cum satis, vt alios prætercam, ab Aristo. in lib. moralibus dictum sit, mentem esse in homine omnium optimum, & præstantissimum. In ea est & quam vocant intellectum, & voluntas, & memoria: verum illa quia sic dicuntur, vt nec vnquam fuerint, nec intelliguntur, admirationi sunt. Hæc quia intelliguntur, & propemodum prehenduntur manibus sordent.
o Ipse quęratur.) Subinde alludit ad illam tricipitem philosophiæ distributionẽ: & in veteribus libris sic legitur: ipse quæratur, vbi nobis certa sunt omnia: ipse cernatur, vbi nobis vera sunt omnia &c.

K

L

M

Plato.

Quod

A *Quod de theologia cum Platonicis potissimum disceptandum sit, quorum opinioni omnium philosophorum postponenda sunt dogmata.*

Caput V.

SI ergo Plato dei huius imitatorem, cognitorem, amatorem dixit esse sapientẽ, cuius participatione sit beatus, quid opus est excutere cæteros, quorum nulli nobis, quàm isti propius accesserunt? Cedat eis igitur non solum theologia illa fabulosa, deorum criminibus oblectãs animos impiorum, nec solum etiam illa ciuilis, vbi impuri dæmones terrestribus gaudiis deditos populos deorum nomine seducentes, humanos errores tanquam suos diuinos honores habere voluerunt: vbi ad spectandos suorum criminum ludos, cultores suos tanquã suæ [a] vanitatis administratores habuerunt: vbi per eos ad suum cultum studiis immũdissimis alios excitantes, & sibi delectabiliores ludos de ipsis spectatoribus exhibentes. Vbi si qua velut honesta geruntur in templis, coniuncta sibi theatrorum obscœnitate turpantur, & quæcunque turpia geruntur in theatris, comparata sibi templorũ fœditate laudantur. Et ea quæ Varro ex his sacris, quasi ad cœlum & terram rerumq; mortalium semina & actus interpretatus est, quia nec ipsa illis ritibus significantur, quæ ipse insinuare conatur, & ideo veritas conantem non sequitur. Et si ipsa essent, tamen animę rationali ea, quæ infra illam naturæ ordine constituta sunt, pro deo suo colenda non essent: nec sibi præferre debuit, tanquam deos eas res, quibus ipsam prętulit verus deus, & ea quæ Numa Pompilius reuera ad sacra eiusmodi pertinentia secum sepeliendo curauit abscõdi, & aratro eruta senatus iussit incendi. In eo genere sunt etiã illa, vt aliquid de Numa mitius suspicemur, quæ Alexander Macedo scribit ad matrem [b] sibi à magno antistite sacrorum Aegyptiorum quodam leone patefacta. Vbi non Picus & Faunus, & Aeneas, & Romulus, vel etiam Hercules, & Aesculapius, & Liber Semele natus, & Tindaridæ fratres, & si quos alios ex mortalibus pro diis habent, sed ipsi etiam maiorũ gẽtium dij, quos Cice. in Tuscu. tacitis nominibus [c] videtur attingere: Iuppiter, Iuno, Saturnus, Vulcanus, Vesta, & alij plurimi, quos Varro conatur ad mundi partes siue elementa transferre, homines fuisse prodũtur. Timens enim & ille quasi reuelata mysteria, petẽs admonet Alexandrum, vt cum ea matri conscripta insinuauerit, flammis iubeat concremari. Non solum ergo ista quæ duæ theologiæ continent, fabulosa scilicet & ciuilis Platonicis philosophis cedant, qui verum deũ, & rerum authorem & veritatis illustratorem, & beatitudinis largitorem esse dixerunt. Sed alij quoq; philosophi, qui corporalia naturæ principia corpori deditis mentibus opinati sunt, cedant his tantis & tãti dei cognitoribus veris, † vt Thales in humore, Anaximenes in aëre, Stoici in igne [d], Epicurus in atomis, hoc est, minutissimis corpusculis, quæ nec diuidi, nec sentiri queunt, & quicunq; alij quorum enumerationi immorari non est necesse: siue simplicia, siue coniuncta corpora: siue vita carẽtia, siue viuẽtia, sed tamen corpora, causam principiũq; rerũ esse dixerũt. Nam quidã eorũ à rebus non viuis [e] res viuas fieri posse crediderunt, sicut Epicurei. Quidam vero à viuente quædam viuentia [f], quædam nõ viuentia, sed tamen à corpore corporea. Nam Stoici ignem [g], id est corpus vnũ ex his quatuor elementis, quibus visibilis mundus hic constat, & viuentẽ, & sapientem, & ipsius mundi fabricatorẽ atq; omniũ, quæ sunt in eo, eumq; omnino ignem deũ esse putauerunt. Hi & cæteri similes eorum, id solum cogitare potuerunt, quod cum eis corda eorũ obstricta carnis sensibus fabulata sunt. In se quippe habebãt [h], quod non videbãt, & apud se imaginabantur, quod foris viderant, etiam quando non videbãt, sed tantũmodo cogitabant. Hoc autem in conspectu talis cogitationis iã non est corpus sed similitudo corporis. Illud autẽ vnde videtur in animo hæc similitudo corporis, nec corpus est, nec similitudo corporis: & vnde videtur sin animo hæc similitudo corporis, atque vtrum pulchra an deformis sit iudicatur, profecto est melius quàm ipsa quę iudicatur. Hęc mens hominis & ipsa rationalis animę natura est, quę vtiq; corpus non est, si iam illa corporis similitudo cũ in animo cogitandis aspicitur atq; iudicatur, nec ipsa corpus est. Non est ergo, nec terra, nec aqua, nec aër, nec ignis: quibus quatuor corporibus, quę dicuntur quatuor elementa, mundum corporeum videmus esse cõpactum. Porrò si noster animus corpus non est: quomodo deus creator animi corpus est? Cedãt ergo & isti, vt dictum est, Platonicis, cedant & illi quos quidem puduit dicere deum corpus esse [i], verũtamen eiusdem naturæ cuius ille est, animos nostros esse putauerũt. Ita non eos mouit tanta mutabilitas animę, quam dei naturę tribuere nefas est. Sed dicunt: corpore [k] mutatur animę natura: nã per seipsam incõmutabilis est. Poterant isti dicere, corpore aliquo vulneratur, ὃ caro ênam per seipsam inuulnerabilis est. Prorsus quod mutari nõ potest, nulla re potest, ac per hoc quod corpore mutari potest, aliqua re potest, & ideo incommutabile recte dici non potest.

B

C

D

E

F

†aliâs uiris

a Cvltores suos tanquam suæ.) Alibi sic legitur: cultores suos tãquã ad suum cultũ studiis im. excitatos. b Quæ Alexander Macedo scribit ad matrem.) Cyprianus de idolorum vanitate, vbi dicit deos omnes gentium homines fuisse: Hoc, inquit, ita esse Alexander magnus insigni volumine ad matrem suam scribit, metu suæ potestatis proditum sibi de diis hominibus à sacerdote secretũ, quod maiorum regum memoria seruata sit, inde colendi & sacrificandi ritus inoluerit. c Sed ipsi etiam maiores gentium dij quos Cicero in Tuscu. tacitis nominibus.) Legẽdum maiorum gentium dij. Tarquinius Priscus quintus Roma. rex, veteri senatui centum senatores adiecit, vt in eo ordine maiores vires obtineret. Hi sunt minorum gẽtiũ patres dicti: priores illi, maiorum ita μεταφορικῶς. Cicero præcipuos illos & vetustate cõfirmatos deos maiorum gentium vocat. Hoc dicto primo Tuscu. quæst. Si vero scrutari vetera, & ex ijs, ea quæ scriptores Græciæ prodiderunt eruere conor, illi ipsi maiorum gentiũ dij qui habẽtur, hinc à nobis profecti in cœlum reperiantur. Hęc Cic. docens animos hominum esse immortales, eósque esse. quos pro diis colamus, cum corpore soluti in cœlũ euolarunt. Tales esse Romulum, Herculem, Liberum Semele natũ, Tindaridas, hoc est, Castorem, & Pollucem, matrem Matutã, ac totum prope cœlum, hominibus esse completum. In leg. idem Cic. deos maiorum gẽtium vocat eos, qui cœlestes semper sunt habiti. adscriptitios dicit, quos in cœlum merita vocarunt. d Stoici in igne.) Cice. in lib. de nat. de. Stoici, inquit, omnem vim dicunt esse ignem, Heraclitũ, vt verisimile est secuti, & Zeno princeps illorum naturam, quam eandem deũ putauit sic finit: ignem artificiosum ad gignendum progredientem via. e Nam quidam eorum à rebus non viuis.) Epicurei ex Atomis temere volitantibus, & fortuitu coẽuntibus homines & reliqua cõflari animãtia dicebãt. f Quidam vero à viuente, quædam viuentia.) Sic est legendum ex scriptura antiquorum codicum: Quidam vero à viuente quidem, & viuentia & non viuentia, sed tamen à corpore corpora. g Nam Stoici ignem.) De hoc plurima Cice. ij. de nat. deo. h In se quippe habebant.) Animũ suum incorporalem imaginari non poterant, sed tãtum corporalia, nec ea quęuis, sed quæ aliquando sub sensus nostros venerunt. Decantatum illud est in scholis etiam pueris, nihil esse in mente, quod prius non fuerit in sensu: hoc est, mẽtem nostram nihil cogitare posse, quod circumuestitũ non sit aliqua ex his rebus, quas aliquando sensũ percepit. ita res ex se incorporeas corporaliter cognoscim[a], & res corporales, quas nũquam vidimus, cum animo & cogitatione intuemur, ea forma faciẽque inspicimus qua erunt aliæ res, quas vidimus. vt si quis cum Romã nunquam viderit, de ea cogitet, muros, templa, ædificia illi affinget, quæ vel Parisiis, vel Louanij, vel Valẽtiæ inspexit. Docet de hinc Augustin[o] cogitationes hominum esse incorporeas, sensũq; inter nos animi à quibus cogitationes fiũt, & cogitationibus & corporibus vniuersis antestare: cuius animi mentisq; cum sit parens ipse deus, colligitur non corpus esse deum, sed rem aliquam & cunctis corporibus, & animis quoque præstantiorem.
i Cedant & illi quos puduit dicere deum corpus esse.) Cicero primo de nat. de. Nam Pythagoras, qui censuit deum esse animum per naturam rerum intentum & commeantem, ex quo nostri animi caperentur, non

Maiorum gentiũ dii.

i iij vidit

G vidit distractione humanorum animorum discerpi & lacerari deum, & cum miseri animi essent, quod plerisque contingeret, tum dei parte esse miseram, quod fieri non potest. Plato vero animos nostros de substantia astrorum decisos putat, & eò dem redituros, si puri ex hac vita discesserint, vnũquenque ad astrum, è quo est desumptus: cũmque sydera ex elemẽtis quatuor sint coagmẽtata, & animas ipsas eiusdẽ esse cõstitutionis ac naturæ, tametsi longe diuersæ rationis, quàm sit ista corporum ex elementis compositio. k Sed dicunt corpore.) Vergi. iiij. Georg. &. vj. Aeneid. opinionem Pythagoricam adducit, ex deo, id est, anima mundi canens:

Quẽque sibi tenues nascentẽ arcessere vitas,
& ad eã post mortem redire. Sed quoniam dubitari posset, quã fit, vt cum omnes animę de eodem principio sint deriuatæ, non omnes eodem intelligant modo, & sapiant, & ratione vtantur. idcirco à corporibus hæc manare discrima ostendit, non ab animis ipsis. sic enim inquit:

Principio cœlum & terras, campósque liquentes,
Lucentémque globum lunæ Titaniáque astra
Spiritus intus alit, totámque infusa per artus
Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.
Inde hominum pecudúmque genus vitæq; volantum.
Et quæ marmoreo fert monstra sub æquore pontus.
Igneus est ollis vigor & cœlestis origo
Seminibus, quantum non noxia corpora tardant,
Terreníque hebetant artus, moribundáque membra.
Hinc metuunt, cupiúntque, dolent, gaudẽntque, nec auras
Respiciunt, clausæ tenebris & corpore cæco.

Quæ omnia declarat fuse Seruius Grammaticus. Pophyrius. iiij. de sacrificiis compati animam cum corpore ex Pythagorica disciplina concedit, & è corpore bene aut secus affecto aliquid in animum redundare, permutari tamen ex hoc animæ naturam negat.

De Platonicorum sensu in ea parte philosophiæ, quæ physica nominatur. H

Caput. VI.

Viderunt ergo isti philosophi, quos cæteris non immerito fama atque gloria prælatos videmus, nullum corpus esse deum [a], & ideo cũcta corpora transcenderunt quærentes deum. Viderunt quicquid mutabile [b] est, nõ esse summum deum: & ideo omnem animam mutabilesq; omnes spiritus transcenderunt, quærentes summum deum. Deinde viderunt omnem speciem [c] in re quacunque mutabili, qua est quicquid illud est, quoquo modo & qualiscunque natura est, non esse posse nisi ab illo, qui vere est, quia & incommutabiliter est. Ac per hoc siue vniuersi mundi corpus, figuras, qualitates, ordinatumq; motum, & elementa disposita à cœlo vsque ad terram, & quæcunque corpora in eis sunt, siue omnem vitam: vel quæ nutrit, & continet, qualis est in arboribus: vel quæ & hæc habet, & sentit, qualis est in pecoribus: vel quæ & hæc habet, & intelligit, qualis est in hominibus: vel quæ nutritorio subsidio non indiget, sed tantum continet, sentit, intelligit, qualis est in angelis, nisi ab illo esse non posse, qui simpliciter est. Quia nõ aliud illi est esse [d], aliud I viuere, quasi possit esse non viuens: nec aliud illi est viuere, aliud intelligere, quasi possit viuere non intelligẽs: nec aliud illi est intelligere, aliud beatum esse, quasi possit intelligere, & non beatus esse: sed quod est illi viuere, intelligere, beatum esse, hoc est illi esse. Propter hanc incommutabilitatem & simplicitatem intellexerunt eum, & omnia ista fecisse, & ipsum à nullo fieri potuisse. Considerauerunt enim quicquid est, vel corpus esse vel vitam, meliusq; aliquid vitam esse [e], quàm corpus, speciemq; corporis esse sensibilem, intelligibilem vitæ. Proinde intelligibilem speciem sensibili prætulerunt, Sensibilia dicimus, quæ visu tactúque corporis sentiri queunt: intelligibilia quæ conspectu mentis intelligi possunt. Nulla est enim pulchritudo corporalis, siue in statu corporis: sicut est figura, siue in motu, sicut est cantilena, de qua non animus iudicet. quod profectò non posset nisi melior in illo esset hæc spẽcies, sine tumore molis, sine strepitu vocis, sine spatio vel loci vel temporis. Sed ibi quoque nisi mutabilis esset, non alius alio melius de specie sensibili iudicaret: melius ingeniosior quàm tardior, melius peritior quàm imperitior, melius exercitatior quàm minus exercitatus, & idẽ ipse vnus K cum proficit melius vtique postea quàm prius. Quod autem recipit maius & minus, sine dubitatione mutabile est. Vnde ingeniosi & docti & in his exercitati homines facilè collegerunt, non esse in eis rebus primam speciem, vbi mutabilitas esse conuincitur. Cùm igitur in eorum cõspectu & corpus & animus magis minúsque speciosa essent, & si omni specie carere possent omnino nulla essent, viderunt esse aliquid vbi prima esset incommutabilis species, & ideo nec comparabilis: atq; ibi esse rerum principium rectissime crediderunt, quod factum nõ esset, & ex quo facta cuncta essent. Ita quod notum est dei ipsa manifestauit eis, cum ab eis inuisibilia eius, per ea quę facta sunt intellecta cõspecta sunt: Roma. I. sempiterna quoq; virtus eius & diuinitas, à quo etiam visibilia & temporalia cuncta creata sunt. Hæc de illa parte, quam physicam, id est, naturalem nuncupant, dicta sint.

a Deus non est corpus.

Nvllum corpus esse deũ.) Hoc Alcinous in doctrina Platonis sic arguit: Si corpus deus esset, ex materia & forma componeretur. nam omne corpus ex his duobus cõstatum est: ita simile id eis fit, quarum particeps est latẽti quadam ratione & modo. Absurdum vero est ex materia & specie componi, quãdo quidem neque simplex tũc esset, neque principium, idcirco omni corpore vacat. Accedit huic quod si corpus est, ex materia constet necesse est: quid ergo? ignis erit deus? an aër? terra, an potius aqua? quodcũque horum fit, principium certe non erit: quin potius minus ac posterius quiddam materia ipsa, ex qua constabit: nefanda hæc sunt, deum ergo incorporeũ esse dicendum est. Profecto si est corpus genitus erit, & corruptioni obnoxius ac morti: sed hæc omnia quàm longissime à deo absunt. Hæc Alcinous. L

b Viderũt quicquid mutabile.) Platoni ĩ Timęo deº dicitur ἐν ὅλῳ καὶ πᾶν τὰ, νῦν δὲ ὄντως ἓν, id est, vnum idem, & semper sui simile, vt vertit Cicero. Alcinous ex intelligibilibus substantiis vnam, deus vt sit necesse esse ait. Ex istis mentem esse ea, quæ mens non est, potiorem: at ex his mentem, quæ est, in perpetuo actu præstare illi, quæ in potentia: talem igitur necesse est deum esse. c Viderunt omnem speciem.) Speciẽ hic vocat Latino more formam Græce ἰδέα, sic Cicero & alij. d Quia non aliud illi est esse.) Alcinous idem deus ipse supremus, æternus, ineffabilis, seipso perfectus, nullius rei indigus, sempérque & vndique absolute perfectus, diuinitas, essentiæ ratio, veritas, harmonia, bonum existit. Neque vero hæc ita dinumero, vt inter se ipsa disiungam, immo vt vnũ potius cuncta considero. hæc ibi. Tametsi pòst paulùm indicibilem deũ esse ait, & qui sola capi mẽte queat. Neque enim genere tenetur, nec specie, neque differentia, nec inhæret ei quippiam: malum nephas est dicere, atqui ne bonum quidem, quãdoquidem bonus esset partipacitiõe bonitatis, nec in eum cadit differentia, nec inhærens vllum. Similem opinionem secutus Dionysius theologus, negat in deo sapientiam, vitam, & intellectum esse: Sunt enim hæc nomina priuatarum & particularium perfectionum, cuius modi in deo nullam est reperire. Videntur hæc esse ex sententia Platonis, qui in Phædone pulchrum omne participatione pulchri tale esse docet: verum ibi excipit pulchrum ipsum, per quod deũ, & ideã pulchritudinis haud dubie significat, vbi pulchritudinis omnis est fons. e Meliúsq; aliquid vitam esse.) Animam appellat vitã sicut Aristoteles ἐντελέχειαν q. perfectionem, aut ἐνέργειαν, id est, perennem M quendam actum. Nam vtrunque dici posse video. Plato autem animas cum dicit, solas videtur rationales velle intelligi.

Quanto excellentiores cæteris in logica, id est, rationali philosophia Platonici sint habendi.

Caput VII.

Qvod autem attinet ad doctrinã [a], vbi altera pars versatur, quæ ab eis logica, id est, rationalis vocatur, absit vt his comparãdi videãtur, qui posuerunt iudicium veritatis in sensibus corporis, eorumq; infidis & fallacibus regulis omnia quæ discuntur metienda esse censuerunt, vt Epicurei [b], & quicunque alij tales, vt etiam ipsi Stoici. Qui cum vehemẽter amauerint solertiam disputandi [c], quam dialecticã nominant, à corporis sensibus eam ducendam putarunt. Hinc asseuerantes animũ concipere notiones, quas appellant ἐννοίας [d], earum rerum scilicet, quas definiendo explicant, hinc propagari atq; connecti totam discendi docẽdiq; rationẽ. Vbi ego multum mirari soleo [e], cũ pulchros dicant [f] nõ esse, nisi sapientes, quibus sensibus corporis istam pulchritudinẽ viderint, qualibus oculis carnis formam sapiẽtiæ decusq; conspexerint. Hi vero quos merito cæteris anteponimus [g], discreuerũt ea, quæ

mente

A mente conspiciuntur ab iis, quæ sensibus attinguntur, nec sensibus adimentes, quod possunt, nec eis dantes vltra quàm possunt. Lumen autem mentium esse dixerunt [h] ad discenda omnia, eũdemq; ipsum deum à quo facta sunt omnia.

a Qvod autem attinet ad doctrinam.) Plato orationẽ in quinque partes distribuit, in ciuilem, quo vtuntur in concionibus ij, qui in repu. versantur: oratoriam, in quo sunt demonstratiua ratio, & iudicialis, continẽtque laudem, vituperium, accusationem, & defensionem. Tertia species dicitur sermo, quo priuati confabulantur. Quarta est artificum, quum de suis rebus illi differunt. Quinta est dialectica, in qua sunt altercationes & dialogismi reliqui, qui ex interrogatione & responsione constant. Sunt qui hoc genus orationis ad Platonem inuentorem referant, vt Fauorinus, alij, vt Aristoteles, ad Alexamenum Teium. Non desunt qui ad Zenonẽ Eleatem. Platonem certè excoluisse & ornasse dialogos constat, refecisseque omni genere lepòrum, argutiarum, & eruditionis, in quibus & si formulæ dialecticæ artis non traduntur, sunt tamen omnia præcepta illius artis re ipsa expressa, & quomodo vtẽdum sit eis, ostensum. Demonstrat enim in Timæo cauillandi specimina, in Eutydemo sunt tradita, vnde Aristoteles non pauca in suos Elenchos transtulit. Inductio verò Socratica omnium est potentissima, à quo videtur manasse: nullus enim vsus est vnquam ea dexterius. Vnde illam Quintilia. oratori suo vti petat, præcipit. b Vt Epicurei.) Epicurus solem non maiorem, quàm videatur, dixit, & si vnus sensus semel fallat, ei non amplius assentiendum. Cicero & Plutarchus lib. iiij. placitorum. Stoici sensus quidem veros, visorum autem quędam vera, quędam vana. Epicurus omnẽ sensum omne visum verum, opinionũ autem partim veras, partim falsas, & de Zenone Cicero in Acade. quæst. inquit: Sed ad hęc quæ visa sunt, & quæ si accepta sensibus assensionem adiungit animorum, quam esse vult in nobis positam, & volũtariam. Visis non omnibus adiungebat fidem, sed iis solum, quæ propriam quandam haberent declarationem earum rerũ, quæ B viderentur. c Qui cum vehementer amauerunt solertiam disputandi.) De Stoicis loquitur: nam Epicurei totam dialecticam tanquã inutilem & vanam repudiauerunt. Stoici se in dialectica acerrime exercuere. De qua multa sunt à Zenone, Cleanthe, & Chrysippo principibus disciplinæ conscripta: cæterum non in omni dialectica, sed ea quæ est de iudicio: inuentionem enim magna ex parte reliquerunt, vt Cicero in Topicis inquit. d Concipere notiones quas appellant ἐννοίας.) Hæ sunt primæ rerum intelligentiæ, quas etiam κατανοήσεις nominant, id est, cõprehensiones. Hæ nanque primæ donantur homini à natura: vnde rerũ multarum magnarumq; oritur cognitio, & peritia, & has notiones fieri ex visis, quæ comprehensa & comprobata essent, tenerenturq; tanquam manu, vnde nõ scientia modo manaret, sed inscitia quoque, & media inter ambas opinio. Inchoatas intelligentias idẽ dicit Cicero, & προλήψεις ait primum ab Epicuro vocatas, cũ quis dicat anteceptam animo rei quãdam informationem, sine qua nec intelligi quiequam, nec quęri, nec disputari possit. Sed eo vocabulo video & Stoicos vsos, quod Cicero vertit anticipationẽ, quam Chrysippus, vt Laërtius refert, definiuit naturalem intelligentiam earum rerum, quæ vniuersaliter sunt. e Vbi ego multum mirari soleo.) Arguit Augustinus eos, qui ista pepererunt, plus assensos sensibus mentis quàm corporis. f Cum pulchros dicant.) Vnũ ex paradoxis Stoicis. g Hi vero quos merito cæteris anteponimus.) Cicero primo Acade. Platonem ita res naturæ tractasse scribit, vt sensibus adimeret iudicium veritatis, soli menti trabueret, idoneamq; faceret cui crederetur, quia sola cerneret, id quod semper esset simplex, & vnius modi, & tale quale esset. h Lumen autem mentium esse dixerũt.) Solem hunc visibilem esse visus lumen ad videndum, principem vero mũdi lumen animorum mentiumq; ad intelligendum, sciendum, sapiendum, iudicãdum: idcirco luminis vniuersi pater est, nam & illius interioris intelligibilis. & huius exterioris visibilis, sicut antea ex Platone ostẽdi. Idẽ Alcinous in doctrina Platonis docet.

Quod etiam in morali philosophia Platonici obtineant principatum.

Caput VIII.

Reliqua est pars moralis, quam Græco vocabulo dicũt ἠθικήν vbi quæritur de summo bono: quo referẽtes omnia, quæ agimus, & quod non propter aliud, sed propter seipsum appetentes, idq; adipiscentes, nihil quo beati simus vlterius requiram [a]. Ideo quippe & finis est dictus, quia propter hunc cætera volumus: ipsum autem non nisi propter ipsum. Hoc ergo beatificum bonũ, alij à corpore [a], alij ab animo [b], alij ab vtroque [c] in homine esse dixerunt. Videbant quippe ipsum hominem constare ex animo & corpore, & ideo ab alterutro istorũ duũm, aut ab vtroq; bene sibi posse esse credebant: finali quodam bono quo beati essent, quo cuncta quę agebant referrent, atque id cum forent adepti quò referẽdum esset vltra non quęrerent. Vnde illi qui dicũtur addidisse tertium genus [d] bonorũ, quod appellatur extrinsecus: sicuti est honor, D gloria, pecunia, & si quid huiusmodi, non sic addiderũt vt finale esset, id est, propter seipsum appetendum, sed propter aliud bonum, quo esset hoc genus bonum bonis, malum autem malis. Ita bonum hominis, qui vel ab animo, vel à corpore, vel ab vtroque expetiuerunt, nihil aliud quàm ab homine expetendum esse putauerunt. Sed qui id appetiuerunt: à corpore, à parte hominis deteriore: qui vero ab animo, à parte meliore: qui autem ab vtroque, à toto homine. Siue ergo à parte qualibet, siue à toto homine, non nisi ab homine. Nec istæ differentiæ, quoniam tres sunt: ideo tres, sed multas dissensiones philosophorũ sectasq; fecerunt, quia & de bono corporis, & de bono animi, & de bono vtriusque diuersi diuersa opinati sunt. Cedant igitur hi omnes illis philosophis, qui non dixerunt beatum esse hominem fruentem corpore, vel fruentem animo, sed fruentem deo. Non sicut corpore vel seipso animus, aut sicut amico amicus, sed sicut luce oculus [e]. Si aliquid ab his ad illas similitudines afferendum est, quod vel quale sit si deus ipse adiuuerit, alio loco quãtum per nos fieri poterit, apparebit.

a Alij à corpore.) Vt Epicurus, & Aristippus, & nationes philosophorum, quæ ab his manarunt. b Alij ab animo.) Vt Stoici. c Alij ab vtroque.) Vt Calipho, Polęmon, & Diodorus. d Vnde illi qui dicuntur addidisse tertium genus.) Sæpenumero locutus est Augusti. de tricipiti bonorũ genere, animi, corporis, & externorum: quam diuisionem Aristoteles in libris moralibus posuit, & Peripatetici multum habent in ore. Sumpta est ex Platone plerisque in locis, vt proximo libro explicabo. e Sed sicut luce oculus.) Plato in libris de Repub. & legibus, & Phædone, cognitionem veritatis summum hominibus bonum esse affirmat: quę cum perfecte contingere in hac vita nequeat, fit vt difficile putet viuentiũ aliquẽ vere posse beatũ dici, magnã tamen esse spẽ, vt eã cognitionem assequamur vita functi, liberi iã corporis vinculis & impedimẽto ad res mente cõprehendendas maximo. Cum ergo vita decesserimus, si modo purgati exeamus, tunc verum ipsum, & id quod ὄντως, id est vere est, deum videlicet intuentes, fruemur re nobis tantopere concupita, hoc est, veritate, & scientia rerum omnium. Itaque sicut oculis virtus munusq; nullum sit, si lux absit, ipseq; in tenebris agens sempiterno mœrore malóque affectus desideat: sin vero accedat rebus sol ipse, fungatur vi & vita sua, magnóque cum gaudio spectet & agat: Sic intellectus noster corpore solutus, si desit ei lux veritatis dei, torpeat, mœreátque necesse est: si adsit, lætetur & fruatur ea luce, in qua insunt viuæ expressæq; rerum omnium species: quo fit vt nec in voluptate tantum sit menti nostræ gaudij ac fœlicitatis, nec cum nobis ipsi placemus, ac veluti nobis ipsi fruimur, quantum in contemplatione illius vere existentis & summi boni, perfectáque, vt inquit Plato, puræ sapientiæ diuini luminis assecutione. Ideo cum absolute beata est anima, nõ primum vt pulchro & charo fruitur deo, in quo est voluptas, qui actus est voluntatis, sed vt vero, qui est intellectus. Tametsi mox pulchritudo consequitur, & statim voluptas, vt in Philebo distinguit, nec F seiuncta hæc possunt esse. Nemo enim deum nouit, quin admiretur, & cognita pulchritudine bonó que amet magna cum oblectatione. Hæc ex placitis Platonis, qui rerum inspectioni semper primas attribuit partes, illudq; facturas dicit beatorum animas, cum è corporibus euolauerint. Hæc est beatitudo, quam iis qui sancte vixerint promisit, ad hanc vocat, ad hanc cohortatur, & excitat. In quam sententiam Academici & Peripatetici pedibus & verbis iuerunt, vt Aristo. x. Ethi. & Cicer. v. de finibus docent.

De ea philosophia, quæ ad ueritatem fidei Christianæ propiusaccessit.

Caput. IX.

Vnc satis sit commemorare Platonem determinasse [a] finem boni esse secundum virtutẽ viuere, & ei soli euenire posse, qui notitiã dei habeat, & imitationem, nec esse aliam ob causam beatum. Ideoq; non dubitat hoc esse philosophari, amare deum: cuius natura sit incorporalis. Vnde vtique colligitur tunc fore beatum studiosum sapientiæ, id enim est philosophus, cũ deo frui cœperit. Quanuis enim nõ cõtinuo beatus sit, qui eo fruitur, quod amat: multi enim amãdo ea, quę amãda nõ sũt, miseri sũt, & miseriores cũ fruũtur, nemo tamẽ beatº est, qui eo quod amat nõ fruitur. Nã & ipsi qui res non amãdas [b] amãt,

 non

H nõ se beatos esse amãdo putant, sed fruendo. Quisquis ergo fruitur eo quod amat, verumq; & summũ bonum amat, quis eum beatum, nisi miserrimus negat? Ipsum autem verum ac summum bonum Plato dicit deum, vnde vult esse philosophum amatorem dei, vt quoniã philosophia ad beatam vitam tendit, fruẽs deo sit beatus, qui deum amauerit. Quicunque igitur philosophi de deo summo, & vero ista senserũt, quod & rerũ creatarum sit effector, & lumen cognoscendarum, & bonũ agendarum: quod ab illo nobis sit & principium naturæ, & veritas doctrinæ: & fœlicitas vitæ: siue Platonici accommodatius nuncupentur, siue quodlibet aliud sectæ suæ nomen imponãt: siue tãtũ modo Ionici [c] generis, qui in eis præcipui fuerunt, ista senserint: sicut idem Plato, & qui eum bene intellexerunt: siue etiam Italici, propter Pythagorã, & Pythagoreos, & si qui forte alij eiusdem sententiæ indices fuerunt: siue aliarum quoq; gentium, qui sapiẽtes vel philosophi habiti sunt, Atlãtici [d], Libyci, Aegyptij [e], Indi [f], Persæ [g], Chaldæi [h], Scythę [i], Galli [k] Hispani [l], aliisq; reperiuntur, qui hoc viderint, ac docuerint, eos omnes cæteris anteponim [m], eosq; nobis propinquiores fatemur. Quanuis enim homo

H Christianus literis tantum ecclesiasticis eruditus, Platonicorum forte nomen ignoret, nec vtrum duo genera philosophorum extiterint in Græca lingua Ionicorum, & Italicorũ sciat, non tamen ita surdus est in rebus humanis, vt nesciat philosophos, vel studiũ sapientiæ, vel ipsam sapientiã profiteri. Cauet eos tamen, qui secundum elementa huius mundi philosophantur [m] non secundum deum, à quo ipse factus est mũdus. Admonetur enim præcepto apostolico, fideliterq; audit quod dictum est: Cauete ne quis vos decipiat per philosophiam, & inanem seductionem, secundum elemẽta mundi. Deinde ne omnes tales esse arbitretur, audit ab eodem Apostolo dici de quibusdam: Quia quod no tum est dei, manifestum est in illis [n]. Deus enim illis manifestauit. Inuisibilia enim eius [o] à constitutione mundi per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque virtus eius & diuinitas [p]. Et vbi. Athenienſibus loquens, cum rem magnam de deo dixisset, & quę à paucis posset intelligi, quod in illo viuimus, mouemur & sumus [q], adiecit & ait: sicut & vestri quidam dixerũt: Nouit sanè etiam ipsos in quibus errant cauere. Vbi enim dictum est, quod per ea quæ facta sunt, deus illis manifestauit, intellectu conspicienda inuisibilia sua, ibi etiam dictũ est, non illos ipsum deũ recte coluisse, quia & aliis rebus, quibus non oportebat, diuinos honores, illi vni tantum debitos detulerunt. Quoniam cognoscentes deum, non sicut deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum. Dicentes enim se sapientes esse, stulti facti sunt, & immutauerunt gloriam incorruptibilis dei in similitudinẽ imaginis corruptibilis hominis & volucrũ, & quadrupedum, & serpentium. Vbi & Romanos [r], & Græcos, & Aegyptios, qui de sapientię nomine gloriati sunt, fecit intelligi. Sed de hoc cum istis postmodũ disputabimus. In quo autem nobis consentiunt, de vno deo huius vniuersitatis authore, qui non solum super omnia corpora est incorporeus, verumetiam super omnes animas incorruptibilis, principium nostrum, lumen nostrum, bonum nostrum: in hoc eos cæteris anteponimus.

Iohn.1. Collo.2. Roma.1. Act.17. Roma.1. Roma.1.

a NVnc satis sit cõmemorare Platonẽ determinasse.) Homo venerabili & sancta doctrina Plato, cũ in aliis penè rebus cæteros oẽs philosophos vicit, tum verò in definiendo summo hominis bono seipsum quoque superauit. Diuidit in primo de legibus bona in humana & diuina. Illa expertia dicit virtutis esse, hęc virtute cõmista & cõperata. In Gorgia sententia Socratis est, in doctrina & virtute sitã esse beata vitã, pronũciatq; bonos beatos, improbos miseros. Idem in Menexeno, idẽ sexcẽtis locis, cũ illud rã perpetuũ cõstansq; sit apud Plat. solũ honestũ pulchrũq; bonum esse. Cætera quæ appellãtur bona, virtute si careant, ingenté esse possessori perniciem. Sed hæc Platoni cõmunia cum quibusdã, & hactenus æquari dissimilibus videri posset. efferat se ipse altius, & relinquat humi cęteras sapientium scholas. Philebus est de summo bono dialogus, vel vt alij inscribunt περὶ τῆς ἡδονῆς, hoc est, deuoluptate. In eo sex statuuntur bonorum velut ordines graduſq;. In secundo sunt, σύμμετρον, καὶ καλὸν, καὶ τὸ τέλεον, καὶ ἱκανὸν, & πάντα ὁπόσα τῆ γενεᾶς ταύτης ἕνεκεν ἐστίν, id est, commensuratum, & pulchrum, & perfectum, & sufficiens, & quæcũque sunt eiusdem velut stirpis. In tertio ordine, νοῦν καὶ φρόνησιν τιθεῖς, δυοῖν μὲν μέρει τῆς ἀληθείας πανταχεῖ θοειν, id est, si mentem posueris & sapientiam, non procul à veritate aberrabis. In quarto ἃ πᾶσι τυχεῖν ἡμῖν ἀναγκαῖον, ἐπιστήμας τε, καὶ τέχνας: καὶ δόξας ὀρθὰς λεχθείσας. Quæ animæ sunt ipsius ponimus, scientias, artes, & rectas opiniones. Porrò in primo ordine locat μέτρον, καὶ μέτριον, καὶ καίριον, id est, mensuram, & moderatum, & opportunum. quę omnia deum esse putandum cõmensurationẽ vniuersorum, cuius causã esse omnia, atque eum esse bonorum omnium causam, & authorem. ad Dionysium scribit, & in Epinemide, & lib. secundo de Repu. libro verò sexto summum bonum & boni ideam vocat. Propterea in philosophia Platonis Apuleius deum beatum & beatificum nominat. Et Speusippus in definitionibus Platonis deũ, ait ζῶον ἀθάνατον, εὐτραφὲς πρὸς εὐδαιμονίαν, οὐσίαν ἀίδιον, καὶ τἀγαθὸν φύσεως αἰτίαν. Viuens, immortale, ad beatitudinẽ sufficiens, essentiam sempiternam, naturæ ipsius boni causam. huius tanti boni cõtemplatione Plato beatum fieri hominẽ ait. In conuiuio enim Diotima sapientissima fœmina iubet Socratem totam animi intẽtionẽ ad orationem suam conuertere. Cumq; circa pulchrum verſari amorem docuisset, extrema oratione altiorem sermonem ingressa, pulchrũ quoddam statuit, quod semper est, nec mutatione afficitur, vel decremẽtis minuitur, vel accessionibus fit maius, nec aliqua ex parte pulchrum est, cum aliunde secus habeat: aut alternante vicissitudine pulchritudinem aliãs amittit, aliãs admittit: nec respectu aliquo pulchrũ, cum alia ratione turpe sit, cuius pulchritudo, nec locis mouetur, nec ingeniis varie indicãtiũ, nec vt pars pulchrum est, nec vt id quod alteri adhæret. Sed ipsum per se cum semet eiusdem formæ semper ens, vnde manat cæterarum rerũ, quæ pulchræ nominantur, pulchritudo, ea lege, ne vel ortu aliarum rerũ, vel casu accrescat illi aliquid, aut decedat, neu affectum aliquem recipiat, & mutationem. Hoc igitur sanctum, pulchrũ, & venerabile, cũ quis per cæterorum pulchrorum amorem sublatus spectare cœperit, parũ abest, quominus fastigiũ consecutus sit. Sic adamatoria rectã tẽditur, hoc est, illuc vere ducitcũ quis ab istis pulchris ceu per gradus ad pulchrũ illud ascendit, ab vno pulchro corpore in duo transliẽs. Hinc in cætera pulchritudine prædita: iã ad pulchra omnia studia, quibus pulchris succedere disciplinas oportet, ex quarum numero vna illa sit princeps vnice complectenda, quæ solius est pulchri illius, vt eius contemplationem doceamur hoc viuendum modo est homini pulchro. Hoc si videris, fordebunt tibi aurum, vestes, & formosa hominum corpora. Age vero quãtę fœlicitatis, putas esse pleuum, dari alicui: vt pulchrum ipsum cernat syncerũ, & purũ putum, non corpore humano contectum & commistum, nõ colore nec mortalibus eiusmodi nugis, sed diuinum ipsum, sui semper simile, ac cõforme? Quęso te, an non admirandam esse vitam eiusce hominis censes, qui illud spectet, qui, quod optat, intueatur, & cum eo habitet? O solidæ & germanæ compotem virtutis, hãcque ob causam prępotẽti deo amicum, & si quis est alius immortalem? Hęc sunt Diotimę sapientissimę ad Socratem verba, quibus Socrates, se fidem habere profitetur, & laborare, vt hominum generi persuasum sit, non esse humanæ naturæ quicquam ad possessionem pulchri huius amore conducibilius: ac ne quis satis sibi putaret esse, si verbis philosopharetur, aut si contemplaretur impura mẽte. Quanquam hoc nõ facile est factu, ac nescio etiam an possibile aput Platonem, sed tamen imitatorem dei beatum esse oportere volumine de legibus quarto docet: quo loco quum de amicis déque inuisis deo disputat, sapientem virũ dies ac noctes cogitare illud debere censet, quẽadmodum deum sequatur, illumq; sibi potius quàm mortalium quenuis mensuram rerum & canonem præstituat, prętęrq; se quàm maxime poterit, illius similẽ neq; enim aliter amicus vnquam erit dei. Porrò quid sit esse dei similem in Theæteto expressius, prudẽtem, iustum, ac sanctum esse dicit. In epistola vero ad Hermiam & socios, si quis vero philosophetur. cum affirmat cognitum ire deum, & eius patrem, quantum à fœlicibus hominibus fieri id potest. & in Epinomide περὶ τῶν θεῶν λόγων loquẽs: Hũc inquit, in primis vnusquisque fœlix admiratur, hinc amore incenditur, vt intelligat, quantum facultas finit ingenij humani, persuasus hoc modo se optimam & fœlicissimam vitam acturum, defunctum vero vita in ea venturum loca, quæ virtuti parata sunt. Hæc Plato qui maximã illam & consummatam beatitudinem post vitam statuit. In eodẽ nanq; opere ait, fieri non posse, vt homines in hac vita, præter admodum, paucos, beati efficiantur: spem vero esse bonam, vt post vitã cõsequatur quis eã omnia, quorum gratia vitam optime atque honestissime, quantũ prestari ab eo poterat, & traduxit, & deposuit. & in fine voluminis: nephas, inquit, est deos negligere aperta iam & patefacta illorum omnium ratione. Hæc vero qui vniuersa receperit, cum assero vere sapientissimum, quem equidem & ioco & serio affirmo, quum decesserit de hac vita, non vulgari & communi conditione, quemadmodum quũ viueret, sed singulari quadam futurum, beatissimum & sapientissimum simul, & fortunatum reddirum: & si quis siue in insula, siue in cõtinente quopiã fortunatus sic vixerit, cum quoque aio participem eiusmodi sempiter næ fœlicitatis

K *Platonis sententia de summo bono.*

L

M

A citatis fore, tum etiam seu quis hæc quæ diximus exercuerit in vita publica, seu in vita priuata, eademq; similiter in deos egerit. Cæterũ quod initio dicebamus idem nobis nunc rursum occurrit, dictum sine vlla dubitatione verissimum, paucissimos ad perfectam illam beatitudinem in vita pertingere, quod à nobis non temere assertum est. Hæc in Epinomide. In extremo vero de Rep. Ecce itaq; tibi præmia & mercedes, quę viro iusto præter ea bona, quæ iustitia secũ affert à diis & hominibus tribuũtur, præclara sanè & stabilia. Atqui ea omnia nihil neq; numero sũt, neq; magnitudine cẽsenda, si cũ iis conferantur, quæ mortuũ manent, in Phædone vero: Quo circa, inquit Socrates, interea dũ in vita sumus ita nos ipsi parare debem^vt q̃ minimũ fieri poterit cũ corpore sit nobis cõmercij: ita fiet, vt quadã tenus ad scientiã accedamus, cauebimũsq; ab eius contagio, quousque nos deus soluat, vt puri & à corporis vitiis liberati cũ similibus, vt par est, versemur: cognoscamusq; per nos ipsos ea quæ integra & syncera sunt, quod est verum ipsum: quæ si ad hunc se modum habẽt, magna spes est proficiscentem quò nunc ego, si alibi vsquam, & ibi futurum compotem rei, quam vt cõsequeremur, tot perpessi sumus in vita labores. & post: Si vere philosophus est, illa apud eum opinio valere multum debet, vt non alibi puram sapientiam consequi se speret, quàm post vitam. Hæc nobis pauca de multis sunt collecta ad sententiam Platonis ostendendam, in quis plura ad verbum conuerti, alia seruata sentẽtia posui, quæ quã sint ex eodẽ ipso Platone decerpta, ociosum & superuacaneum foret, ex Platonicis adferre testimonia. b Nam & ipsi qui res non amandas.) Laurentium Vallam miror in dialectica negare esse aliud amorem, quàm delectationem, quum res ipsa in vita communi cõtrarium aperte testetur: nam absente amico, amor nobiscum remaner, delectatio cum illo abit. Sed non est hoc vnicum in illo opere absurdũ. Porrò frui est oblectationem ex re aliqua percipere: seu, vt Augustinus libro. lxxx. quæstione scribit, fruimur illa re de qua capimus voluptatem. De fructu & vsũ dicemus libro vndecimo. c Siue tantummodo Ionici.) Tametsi Plato multa à Pythagoreis accepit, tamen ex philosophis

B Ionicis fuit. Propterea quòd Socratem magis quàm Architam vel Timęum secutus est. d Atlantici.) Hi loca incolunt in Aphrica ad Oceanũ sita, quorum antiquissimus rex fuit Atlas Saturni frater, Cœli filius, qui quum ipse consultissimus esset astrorum, & filium Hesperum insigni humanitate & prudentia virum eam artem edocuit, & plerosque ex generis. Nam septem filiarum fuit pater, qui diis heroibũsque nupserunt, filiósque pepererunt, & virtute & gloria non inferiores parentibus. Docuit quoque nonnullos ex populo, à quibus ea scientia in interiorem Libyam manauit, ibique philosophatus est Hercules. e Aegyptij.) Horum philosophia est peruetus: sed à Chaldęis magna ex parte tradita, in primisque ab Abraham, quanuis ipsi, vt Diodorus scribit, ad Isim, Osirímque, Vulcanum, Mercurium, & Herculem referant. Vtcunque fit, constat Aegyptios multa diuinitus de philosophia prœcepisse, multa quoque portentosę ac mendacter. f Indi.) Hi habuerunt suos philosophos, quos Brachamanas appellabant: de quorum vita & institutis Philostratus in vita Apollonij permulta, & Strabo, & qui rés gestas Alexãdri Macedonis memoriæ prodiderunt. g Persæ.) Apud hos fuerunt Magi à Zoroastre instituti. h Chaldæi.) Peritissimi astrorum, diuinationisque, etiam sacris operabantur, de quibus Diodorus libro tertio. i Scythæ.) Hi quoque philosophati sunt olim, & de generis antiquitate cum Aegyptiis certarunt: genus hominum forte, simplex, iustum, vitiorum & malitiæ ignarum, nactum ingenio naturali, quod Græci magnificis illustribũsque disciplinis nequiuerunt. De his Iustinus libro secundo.

k Galli.) Fuerunt & apud Gallos Druydæ sacerdotes, vt tradit Cæsar libro sexto Commenta. Gallici belli, tum etiam poẽtæ, philosophi, & theologi, quos Sãronnidas dicebant, sicut Diodorus libro sexto docet. Habuerunt & diuinaculos, ad quos populus de suis negociis referebat: nec vllum sacrificium fiebat, sine philosopho, hoc est, conscio diuinæ naturæ: quorum consiliis omnia domi forísque administrabantur. Philosophi erant Druydæ, qui vt Strabo libro quarto narrat, præter causarũ naturalium scientiam, philosophiam quoque mòralem exercebant.

C l Hispani.) In ea terra antè quàm auri argentíque venæ reperirentur, & bella sunt perpauca gesta, & multi philosophati, & populi sanctissimis moribus vixere securi quietique. Singuli populi à magistratu annuo regebantur viris præstãtissimis eruditione & probitate: quo & bono trãsigebantur res, non legum numero: & si scriptæ aliquot dicuntur præcipuè apud Turdetanos magna vetustate temporis: lites controuersiæq; inter ciues propè nullæ. Et omnes, si quæ erant de æmulatione virtutis, de natura deorum, de ratione naturæ, de moribus probis, eruditi homines statis diebus publicè disserebant, vt fœminæ quoque interessent. Arserunt verò quidam montes metallis grauidi, & auro argentó que eliquatis, cœperunt homines nouam atque inusitatam admirari materiam. Hinc Phœnicibus, qui quæstus gratia totũ orbem nauigiis peragrabant, ostensis opibus cum exigui præcij rebus permutabant. Phœnices quæstu facili magnóque domi ostenso, & ex ea regione, & ex reliqua Asia Græciáque ingentem vim hominum ad cupiditatem promptarum diuitiarũ excíuerunt; ita modo numerosis classibus, modo singulis, binis, ternísve onerariis nauibus Hispaniam subinde repetebant. Plures vel soli vel cœli bonitate capti, alij metalla patriæ penatibũsque præferentes in Hispania remansere, qui ad se cognatos affinésque alios aliis illectamentis pertraxerunt. Tum frequentes ex tota Asia vicinísque insulis in Hispaniam Colonię missæ. Hi rudes malitię ac vitiorum populos Asiana Gręcáque docuere scelera. Hinc subito exorta Hispanis suorum metallorum admiratio, & custodia: hinc lites, hinc rapinæ, cædes primum priuatę, & latrocinium paucorum, demum apertum publicúmque gentium inter sese concurrentium, quod vocant bellum, ducibus alienigenis, & in primis Phœnicibus, tantorum non modo in præsens, sed in posterum quoque malòrum authoribus & magistris: tum occursũ prauis moribus, tũ desitum æquo ac bono fidi, & leges ferri cœptæ, conuersísq; animis ad metallorum curam & negociationem variis gentibus bellísque in Hispaniam ingruentibus, omissum est studium philosophiæ, artésque illæ, vt coli desitæ, ita & ferè extinctæ sunt, nam literis continebantur perpaucis: auditione magna ex parte tradebantur, percipiebantúrque, quarum reliquiæ pace à Romanis parta per aliqua meliora ingenia renouatæ, aduentu Gothorum, deinde Agarenorum ad vulgus perierunt. Restat ad huc tenuis quædam priscorum temporum notitia Græcis literis ac Latinis confignata, vnde spero me aliquando originęs gentis meæ illustraturum. m Qui secundum elementa huius mundi philosophantur.) id est, qui aliud nihil sapiunt, quàm elementa mundi: qui ex ipsis, & ab ipsis omnia gigni interimíque, agi & gubernari arbitrantur, nihil aut perparum deo relinquentes, cuius arbitrij iurísque sunt omnia.

D

n Quia quod notum est dei, manifestum est in illis.) ὅτι τὸ γνωστὸν τοῦ θεοῦ φανερόν ἐστιν ἐν αὐτοῖς: cognobile dei manifestũ est illis, quasi quod de deo cognosci potest ab homine. o Inuisibilia enim eius.) Græcè sic τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτοῦ ἀπὸ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται, ἥτε ἀΐδιος αὐτοῦ δύναμις, καὶ θειότης. κτίσις est creatio ipsa & res creata. Laurentius putat intelligendum inuisibilia dei cognosci de factura. q. de forma, & facie vniuersi, quale illud est in Psalmo: Cœli enarrant gloriam dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum: & Aristotelem multósque alios philosophos deum & esse & prospicere mũdo legimus deprehendisse ex cœli pulchritudine & cõstantia motus, vicibũsque temporum ac rerum, totáque ratione vitæ non ſtrę, & ipsius vniuersi, quę omnia fieri non posse videbant, nisi ab aliquo principe sapientissimo, & optimo, qui huic vniuersitati præsideret. Augustinus hic κτίσεως vertit constitutionis, vt sit intelligi ab hominibus illa recondita ex operibus dei, quas cernimus, idque iam inde, ex quo mũdus est conditus, vt sciamus, non istud vsu venire de cognoscẽdo deo per opera, ex quo Christus homines docuit, aut ex quo lex est Mosi data, sed ex quo mundus est à deo genitus. Atque hic sensus videtur mihi cum Paulo dictis magis congruere, qui cõtra philosophos hoc loco disputat, quos significat quocunque tempore, quacunque regione mundi vixerint, potuisse deprehendere deum esse rectorem vniuersorum, & parentem: ita id quod sequitur, per ea quæ facta sunt, sic cõiungitur, inuisibilia dei cõspiciuntur, intellecta per ea quæ facta sunt. p Sempiterna quoque virtus eius & diuinitas.) Non modo abstrusiora illa de sapientia & probitãte, sed hæc quæ magis elucent diuinitas & potentia: nisi quis malit auferri quoque, quemadmodum fit Græce, vt sit sensus: Hæc esse quæ cõspiciuntur, diuinitas & potentia: nam irrepsisse in Latinam interpretationem quoque in causã fuit particula illa τε quæ solet coniũctionem significare. q Quod in illo viuimus, mouemur & sumus.) Veteres enim & animam mundi per vniuersum fusam dixere ζῆν & aerem ipsum: idcirco vtrumcunque sit, in eo nos & esse & mouerí & viuere. Aratus quoque & vias, & fora, & portus, omnia denique Iouis esse plena dixit, quod interpres ad illam aeris facultatẽ refert. r Vbi & Roma.) Ro. & Græci hominum simulachra pro diis colebant. Aegyptij bestias.

Aegyptii.

Brachamani.

Persæ.

Chaldæi.

Scythæ.

Druydæ.

Hispani.

Quæ sit inter philosophicas artes religiosi excellentia Christiani. Caput X.

NEc si literas eorũ Christianus ignorans, verbis quæ non didicit in disputatione non vtitur, vt vel naturalẽ Latine, vel physicã Græce apellet eam partem, in qua de inquisitione naturæ tractatur: & rationalem siue logicam in qua quæritur, quo nam modo veritas percipi possit: & moralem vel ethicam, in qua de moribus agitur, bonorumq; finibus appetendis malorumq; vitãdis, ideo nescit ab vno vero deo atq; optimo, & naturam nobis esse, qua facti ad eius imaginem sumus: & doctrinam, qua eũ nosq; nouerimus: & gratiã, qua illi cohęrendo beati sumus. Hęc itaq; causa est, cur istos cæteris præferamus: quia cũ alij philosophi ingenia sua studiaq; contriuerint in requirendis rerũ causis, & qui nam esset modus discendi atq; viuendi. Isti deo cognito repererunt, vbi essent & causæ † constitutæ vniuersitatis, & lux percipiendæ veritatis, & fons bibendæ fœlicitatis. Siue ergo isti Platonici, siue quicunq; alij quarumlibet gẽtium philosophi de deo isti sentiunt, nobiscum sentiũt. Sed ideo cũ Platonicis [a] magis placuit hãc causã agere, quia eorũ sunt literæ notiores. Nam & Gręci, quorum lingua in gentibus præminet, eas magna prædicatione celebrarunt: & Latini permoti earũ vel excellentia, vel gloria, θ vel gratia θ ipsas libentius didicerunt, atque in nostrũ eloquium transferendo nobiliores clariorescq; fecerunt.

E

F

**aliâs esset causa.*

a SEd ideo cũ Platonicis.) A tẽporibus Platonis & Aristotelis vsque ad Alexandrum Aphrodisęum, qui vixit Seuero & eius filio principib^o, Aristoteles nominabatur magis, quàm vel legebatur à doctis, vel intelligebatur. Prim^o ille aggressus eũ enarrare, & adiuuit studia multorũ, & ad alia ĩ eo philosopho quærẽda excitauit, mãsit tamẽ crebrior

G crebrior in manibus hominum & notior Plato vſque ad ſcholas in Gallia & Italia publice conſtitutas, id eſt, quàm diu Græca & Latina lingua viguerũt: poſtea verò quàm theatricæ cœperunt eſſe diſciplinæ, omniſq; earum fructus exiſtimatus eſt poſſe diſputando ſucum facere, & os obturare, & pulverem ob oculos iacere, idque imperitiſſima peritia, & nominibus ad libitum confictis, accõmodatiores ad rem viſi ſunt libri logici Ariſtotelis & phyſici, relictis permultis eius præclaris operibus. Platone vero, & quod ab eis non intelligeretur, quanuis multo minus Ariſtoteles, & quod artificium non videretur docere, ne nominato quidem. non quòd minorem aut ineruditiorem putem Platone Ariſtotelem, ſed quod ferendum non eſt Platonem ſanctiſſimũ philoſophũ præteriri & Ariſtotelem ita legi, vt meliore reiecta parte quæ retinetur, id cogatur loqui, quod ipſi iubent, ſtulticias meras, quales non dico Ariſtoteles, ſed nec quiſquam illius temporis per furorem cogitarit.

Vnde Plato illam intelligentiam potuerit acquirere, qua Chriſtianæ ſcientiæ propinquauit. Caput. XI.

MIrantur autem quidã nobis in Chriſti gratia ſociati, cum audiunt, vel legunt Platonem de deo iſta ſenſiſſe, quæ multum congruere veritati noſtræ religionis agnoſcunt. Vnde nonnulli putauerunt eum, quando perrexit in Aegyptum, Hieremiam audiſſe [a] prophetam, vel ſcripturas propheticas in eadem peregrinatione legiſſe: quorum quidem opinionem in quibuſdam libris meis poſui [b]. Sed diligẽter ſupputata temporum ratio, quæ chronica hiſtoria continetur, Platonem indicat à tempore quo prophetauit Hieremias, cẽtũ fermè annos poſtea natũ fuiſſe, H Qui cum octoginta & vnum vixiſſet, ab anno mortis eius vſq; ad tempus: quo Ptolemæus rex Aegypti ſcripturas propheticas gentis Hebræorum de Iudęa poposcit, & per ſeptuaginta viros Hebræos, qui etiam Græcam linguam nouerant, interpretãdas habendasq; curauit, anni ferme reperiuntur lx. Quapropter in illa peregrinatione ſua Plato, nec Hieremiã videre potuit tãto ante defunctum, nec eaſdẽ ſcripturas legere, quæ nondum fuerant in Græcam linguam tranſlatæ, qua ille pollebat: niſi forte quia fuit acerrimi ſtudij [c], ſicut Aegyptias, ita & iſtas per interpretem didicit, non vt ſcribedo tranſferret, quod Ptolemæus pro ingenti beneficio, qui regia poteſtate etiam timeri poterat, meruiſſe perhibetur, ſed vt colloquendo quid continerẽt, quãtum capere potuiſſet, addiſceret. Hoc vt exiſtimetur, illa ſuadere videntur indicia, quod liber Geneſeos ſic incipit: In principio fecit deus cœlum & terrã. Terra autem erat inuiſibilis & incõpoſita, & tenebrę erant ſuper abyſſum, & ſpiritus dei ferebatur ſuper aquas. In Timæo autem Plato [d] quem librum de mundi conſtitutione cõſcripſit, deum dicit in illo opere terram primo ignemq; iunxiſſe [e]. Manifeſtum eſt autẽ quod igni tribuit cœli locum [f]. Habet ergo hæc ſententia quandã illius ſimilitudinem, qua dictum eſt: In principio fecit deus cœlum & terrã. Deinde illa duo media [g], quibus interpoſitis ſibimet hæc extrema copularentur, aquam dicit & aërem, vnde putatur ſic intellexiſſe, quod ſcriptũ eſt: Spiritus dei ferebatur ſuper aquas. Parũ quippe attendens quo more ſoleat illa ſcriptura appellare ſpiritum dei, quoniã & aër ſpiritus dicitur [h], quatuor opinatus elementa loco illo commemorata videri poteſt. Deinde quod Plato dicit amatorẽ dei eſſe philoſophũ, nihil ſic in illis ſacris literis flagrat: & maxime illud, quod & me plurimũ adducit, vt pene aſſentiar Platonẽ illorum librorum expertem non fuiſſe, quod cum ad ſanctum Moyſen ita verba dei per angelum perferantur, vt quærenti quod ſit nomen eius, qui eum pergere præcipiebat ad populum Hebræũ ex Aegypto liberandũ, reſpõdeatur: Ego ſum qui ſum [i]: & dices filiis Iſraël, qui eſt, miſit me ad vos: tanquam in eius comparatione, qui vere eſt, quia incommutabilis eſt, ea quæ mutabilia facta ſunt, non ſint. Vehemẽter hoc Plato tenuit, & diligentiſſimè commendauit. Et neſcio vtrum hoc vſpiam reperiatur in libris eorum, qui ante Platonem fuerunt, niſi vbi dictum eſt: Ego ſum qui ſum, & dices eis, qui eſt, miſit me ad vos. Sed vndecunq; ille iſta didicerit, ſiue præceptorẽ eum veterum libris, ſiue potius quomodo dicit Apoſtolus, quia quod notũ eſt dei, manifeſtum eſt in illis: deus enim illis manifeſtauit. Inuiſibilia enim à conſtitutione mundi per ea quæ facta ſunt, intellecta cõſpiciũtur, ſempiterna quoq; eius virtus & diuinitas, nũc nõ immerito me Platonicos philoſophos elegiſſe cum quibus agam, quod in iſta quæſtione quã modo ſuſcepimus agitur de naturali theologia, vtrum propter fœlicitatem, quę poſt mortẽ futura eſt, vni deo, an pluribus ſacra facere oporteat. Nã vtrum vnus deus an plures, propter huius vitę ſint bona colendi, ſatis vt exiſtimo expoſui.

Lib. 2. de doctrina Chriſtiana ca. 28. Et infra li. 18. cap. 36.

Gene. 1.

Exod. 3.

Roma. 1.

HIeremiam audiſſe.) Hic cũ tribu Iuda & Beniamin in Aegyptum abiit, obiitq; in Tanis Aegypti, obrutus lapidibus: vbi ab indigenis colitur, ob vim præſentaneam contra ſerpentũ ictus. b Quorum quidem opinionem in quibuſdã libris meis p.) Lib. ij. de doctrina Chriſtiana, Euſeb. initium vaticinij Hieremiæ refert in primum annũ. xxxvj. Olympiadis: ortũ vero Platonis, in quartum octogeſimæ octauæ Olympiadis. De ſeptuaginta duobus interpretibus alio loco. c Niſi forte quia fuit acerrimi ſtudij *.) Iuſtinus martyr in paraclesi ad gentes, & Euſebius in præp. Euang. & Theodoritus de Græcorum affectionibus, Platonem ex Hebræorum lib. multa in ſuos tranſtuliſſe ſcribunt. Hinc Numenius philoſophus dicebat τί ἐστι πλάτων ἢ μωϋσῆς ἀττικίζων; quid eſt Plato, niſi Moyſes Atticiſſans? Et Ariſtobolus Iudæus ad Philometora libro primo, ſicut Euſebius citat: Legem, inquit, noſtram in multis Plato ſequutus eſt: aperte nanq; in multis diligenter examinaſſe ſingula videtur. Moſaica enim volumina ante Alexandrum, & ante Perſarum imperium traducta fuerant: vnde plurima, ſicut & Pythagoras philoſophus ille accepit.

Hieremias.

aliàs ingenii.

d In Timæo autem Plato.) Hunc librum ſic appellauit, quòd inducitur Timęus Locrus, diſputans de mundo, quem Plato in Italia audierat, quique Dorica lingua de mũdo ſcripſit, ex quo libro multa ſunt à Platone mutuata. e Terram primo ignémque iunxiſſe.) Hæc ſunt Platonis verba, interprete Cicerone, corporeum & aſpectabilem, itémque tractabilem eſſe, neceſſarium eſt: nihil porrò igni vacuum videri poteſt, nec vero tangi, quod carcat ſolido. Solidum autem nihil, quod terræ ſit expers: quamobrem mundum efficere moliens deus, terrã primam ignémque iungebat. Eadem eſt ipſius Timæi Locri ſententia, in opere ſuo, de mũdo & anima. f Manifeſtum autem quod igni tribuit cœli locum.) Plato cœlum ignеum eſſe putat, ſtellas verò ex quatuor elementis conflatas, quòd ſolidiores videantur. Neque verò cœlum eiuſdem, cuius hic noſter eſt ignis naturæ credit eſſe: neque enim ſimplicem ponit ignẽ, ſed varij generis naturæ ;. g Deinde illa duo media.) Ad cohærendum, aqua & ignis neceſſe habebant vinculum. Porrò ſolida vno vinculo, parũ apte coniungi, cohærereque poſſunt: duobus ergo indigebant, quæ ex ſe, & iis quæ coniungunt, quàm commodiſſime fieri poſſet, vnum quid redderent. Tales ſunt aër & aqua, inter ignem & terram. Qua enim ratione proportionéq; ſe habet aqua ad terram, eadem aër ad ignem, eadẽ aqua & aer inter ſe: quæ vincula ita copulant extrema elementa, vt ſenſim, vel aſcendentibus, vel deſcendentibus, prope imperceptibilibus naturæ variationibus, vnum putetur eſſe corpus, quod vel durеſcit in terram, vel rareſcit in ignem. h Quoniam aer ſpiritus dicitur.) Sed non dei. De hoc alibi. i Ego ſum qui ſum.) ἐγώ εἰμι ὢν. Participium eſt ὤν, quaſi ego ſum ille, qui eſt. Hoc enim verbum Græcum vno Latino verti non poteſt, vt inquit Seneca libro epiſtolarũ octauo: ſed dici poteſt ens, quod à ſum promulit Cæſar, ſicut à poſſum potens. Idem Sergius Flauius fecit, vt Quintilianus inquit: ſignificat verò deus ſe eſſe illum, qui ſit, quoniã cæteræ res verè & propriè nõ ſunt: nam ſicut Eſaias dicit, ex nihilo ſunt & apud Iob nõ ſemel legitur, deum ſolum eſſe: reliqua enim omnia manent, vt inquit Seneca, non quia æterna ſunt, ſed quia defenduntur cura regentis, futura protinus nihil, ſi manum ille toleret. Plato in Timæo, & Sophiſta, res corporales nunquam vere eſſe, res autem ſpirituales ſolas vere eſſe affirmat. In eodem Sophiſta & in Parmenide, deum vnũ & ens appellat, à quo ſint reliqua vniuerſa, nec inueniri naturæ illi inæſtimabili nomen, quo appoſite nominetur, nec definitione claudi, nec cogitatione teneri, nec notitia, nec verbis capi: ab hoc deos alios minores generatos eſſe, quos in Timæo fore immortales ait, non ſua ipſorum vi ac natura, ſed volũtate parentis dẽi, quem τὸν ὄν nominat plerunque, id eſt, quod eſt, vt dixi, ſicut in Phædone de vero philoſopho loquens, ὁρίζωνται τὸν ὄντως, id eſt, cupit id quod eſt: & poſt, ἀρ' οὖν οὐτῳ ἔχει, ὦ σιμμία, ἵππος καὶ ἵππος ἢ καὶ ὁ τυφόμενος τὸν ὄντως, Nõnne ita eſt, ò Simmia, ſi quiſquam alius & ipſe, ipſius quod eſt, cõpos? & in Timæo, τὸν μὲν ἀεὶ χίνησιν οὐ δυνάμενον ἔχειν, id eſt, ſemper ens ingenitum. Platonicorum omnium cõcors eſt ſententia. Titulum Platonici Parmenidis de ente & vno rerũ omniũ prĩcipio, & Sophiſtæ περὶ τοῦ ὄντος, de deo intelligi, qui vnus ſint ens vere: & vniuerſorũ prĩcipiũ. Et quoniã ὤν participiũ eſt, ꝓtens tẽp° ſignificat, vt videat de°: nec futurũ habere, nec præteritũ, ſed ſæpe eſſe. Plato ĩ Timęo ſic inquit,

Aristoteles.

Hæreſis.

Speuſippus.

Xenocrates.

Academia.

Gymnaſia Athenis.

A ταῦτα δὲ πάντα μέρος χρόνου, καὶ τότ' ἦν, καὶ τότ' ἔσται χρόνου γεγονότος εἴδη φέροντες λοιδορούμεν ἐπὶ πᾶν ἀίδιον ἀυσίαν, οὐκ ὀρθῶς. λέγομεν γὰρ δὴ ὡς ἦν, ἐστίν τε, καὶ ἔσται. τῇ δὲ τὸ ὄντι μόνον κατὰ τὸν ἀληθῆ λόγον προσήκει. τὸ δὲ ἦν, τότ' ἔσται περὶ πᾶν ὃ γὰρ χρόνῳ γένεσιν ἰοῦσαν πρέπει λέγεσθαι. κινήσεως γὰρ ἐστὸν. τὸ δὲ ἀεὶ κατὰ ταῦτα ἔχον ἀκινήτως, οὔτε πρεσβύτερον, οὔτε νεώτερον προσήκει γίγνεσθαί ποτε, οὔτε γενέναι νῦν, οὔτ' εἰς ἄυθις ἔσεσθαι τὸ παράπαν τε, οὐδὲ μὴν ὅσα γένεσις τοῖς ὧν αἰσθήσει φορμοῖς προσῆκεν, ἀλλὰ χρόνῳ ταῦτα, ἃ ὤνάτε μιμεῖται, ὃ κατ' ἀριθμὸν κυκλοῦται γέγονεν εἴδη.

Porrò, inquit, hæc omnia temporis ſunt partes, & fuit, & erit: quæ ſunt temporis facti à nobis falſis ſempiternæ, attribuuntur eſſentiæ, quod nõ decet. Ita enim ſolemus de illa loqui, erit, fuit, eſt: atqui ſolummodò eſt, ei congruit: fuiſſe vero aut fore conuenit decidere, quæ in tempore genita, cum tempore procedunt. Motus ſiquidem hæc duo ſunt: quod autẽ idem tota eſt æternitate, nullo mouetur motu, nec decet ſeniorem vnquam fieri, aut iuniorem, nec fuiſſe hactenus, nec fore deinceps, nec incurrit in id quicquam, quę res corporales, & quas ſenſibus vſurpamus, patiuntur, ſed iſtæ ſunt temporis æmuli æternitatis, & ad numerum ſe conuoluentis ſpecies: hæc Plato. quæ Gregorius theologus tranſtulit in ſuam orationem de natali Chriſti, & fuſius perſequutus eſt in illo loco, θεὸς ἦν μὲν ἀεὶ, καὶ ὅδε, νῦ ἔσται. μᾶλλον δὲ ὅδε ἦν ἀεί. τὸ γὰρ ἦν, καὶ ἔσται τοῦ καθ' ἡμᾶς χρόνου τρίμματα, καὶ φθείρουσῆς φύσεως, ὁ ὢν ἀεὶ, καὶ τοῦτο ἀυτὸς ἑαυτὸν ὀνομαζῶν ἐφ' μωϋσῆ χρηματίζων ἐπὶ τοῦ ὄρους. Deus, inquit, fuit ſemper, & eſt, & erit. ſeu potius eſt ſemper. nam fuit, & erit, partes ſunt noſtri temporis, & fluxæ naturæ. Illæ vero ens ſemper, & ſic ſe ipſe nominat, Moyſi interroganti. Hinc aſcendit altius, & ingenti facundia, paribuſq; ſentẽtiis, de duratione, deq; æternitate principis rerum philoſophatur. Sed ſuccumbit ingenioſiſſimus alioqui vir oneri, & magnitudine vincitur, & tam immodico ſplendori conniuet. Refert Plutarchus fuiſſe poſti Apollinis Delphici aſſcriptum à ſapientiſſimis viris, ex vna parte γνῶθι σεαυτόν, ex altera parte ἦν, q. iuberet deus, & ita ſalutantes reſalutare noſce teipſe, nos illum ſic aggrederemur, es, quod ſoli deo aptiſſime congruit. nam hominibus non conuenit. eſt enim natura noſtra inſtabilis & fluxa, dei vero fixa, & terna. Itaque ſemper ei liceret dicere tanquam eſſentiæ immutabili, quæ futuri temporis tranſactiq; mutationes non ſentiat, tu es. Quid quod illud es referendum non videtur ad tempus aliquod, ſed ad immobilem æternitatem, in quo ſenſu Plato in Parmenide, nec præſens quidem tẽpus dici poſſe de deo vult, quoniam ſit tempus, nec ens illum eſſe, ſed ſupra omnia potius entia inexplicabile quiddam, quod ſcire quid non ſit facile eſt: quid autem ſit, impoſſibile. Non deſunt, qui Parmenidem ipſum in ſuis poematis quibus philoſophiam complexus eſt, de deo ſenſiſſe putent, cum omnia eſſe vnum diceret: de quorum numero eſt Simplicius. Neque enim veriſimile eſt Parmenidem hominem acutum & ſapiẽtem, diuiſionem & multitudinem in rebus non deprehendiſſe, quam diſertis verbis in ſuis carminibus poſuit. nam vbi de ente illo vnico ſatis multa cecinniſſet, Hactenus, inquit, de veris illis, & ſupremis, nunc de mortalibus confuſis, & in quibus multum eſt falſi errorisq; admiſtum. Ariſtotelem cupiditate reprehendendi eucctum mala fide, vt in aliis multis fecit, ſententiam eius in phyſicis auditionibus retuliſſe. Quod Themiſtius etiam attingit his verbis, dicam vt eſt apud interpretem Hermolaum Barbarum: Non enim putaſſe Parmenidem vnum illud ens, quod inuexiſſet, accidens eſſe, aut ex eorum numero, quę ea re ſint, quod, aliis hærent, ſed de eo ente locutum fuiſſe, quod eſſet proprie, & maxime, & vere ens. Hoc enim apud nos ſignificat vere & maxime ens, quod apud Platonem dicitur ens, vt ita loquar, ipſiſſimum. Quid quod Ariſtoteles ipſe quodam loco cum de naturalib° diſſereret rebus, veniſſetq; ad Parmenidis opinionem: Sed Parmenides, inquit, aliò videtur ſpectaſſe, de vno ente rerum omnium principio: dixi quid Platonici aliquot ſentirent. Porrò ſententiam illam, quæ plerunque eſt apud Platonem, & Platonicos, quæ ſenſibus vſurpamus, nõ eſſe, ſola intelligibilia eſſe. Alcimus in libris quos ad Amyncham ſcripſit, & eam ipſam & de Ideis opinionẽ ex Epicarmi libris Platonem mutuatum eſſe docet, allatis etiam verbis ipſis Epicarmi, qui Cous fuit philoſophus ex Pythagorica gente, quem olim velut ſolem inter ſydera, & mare inter amnes, ita excellere inter homines eruditione fama tenuit, ſcripſitq; de natura rerum. Certe ipſe Plato in Sophiſta antiquiorem fuiſſe illam ſententiam iudicat, qua ſola intelligibilia eſſentiæ veræ exiſtimantur, & ortas inde maximas contentiones, cum iis, qui ſola eſſe in mũdo corpora putabãt. De ideis quoque Timæus Locrus in libro de mundo ſcripſit. Sed hæc omnia Plato cum ingenio excultiore, & diſertiore facũdia, tum vero altiore & diuiniore adiutus doctrina auguſtiora omnia & explicatoria tradidit. Quãquam myſteria hæc Pythagoram ipſum in Aegypto ex ſacris voluminibus edoctum eſſe haud ambigam: & in eum magis congrueret congreſſus cum Hieremia quàm in Platonem.

Quod etiam Platonici licet de uno uero deo bene ſenſerint, multis tamen diis ſacra facienda cenſuerunt. Caput XII.

DEo quippe hos potiſſimum elegi, quoniam de vno deo, qui fecit cœlum & terram, quanto melius ſenſerunt, tanto cæteris glorioſiores illuſtrioréſque habẽtur. In tantum aliis prælati iudicio poſterorum, vt cum Ariſtoteles Platonis diſcipulus [a], vir excellẽtis ingenij, & eloquio Platoni quidem impar [b], ſed multos facile ſuperans, cum ſectam Peripateticam condidiſſet, quod deambulans diſputare cõſueuerat, plurimoſq; diſcipulos, pręclara fama excellẽs, viuo adhuc præceptore [c] in ſuam hæreſim [d] congregaſſet, poſt mortem vero Platonis Speuſippus ſororis eius filius [e], & Xenocrates dilectus eius diſcipulus, in ſcholam eius, quæ Academia vocatur [f], eidem ſucceſſiſſent, atque ob hoc & ipſi & eorum ſucceſſores [g] Academici appellarentur, recentiores tamen philoſophi nobiliſſimi, quibus Plato ſectandus placuit, noluerunt ſe dici Peripateticos, aut Academicos, ſed Platonicos. Ex quibus ſũt valde nobilitati Græci, Plotinus [h], Iamblichus [i], Porphyrius [k], in vtraque autem lingua, id eſt, & Græca & Latina, Apuleius Afer extitit Platonicus nobilis. Sed hi omnes, & cæteri eiuſmodi, & ipſe Plato, diis plurimis [l] eſſe ſacra facienda putauerunt.

VT cum Ariſtoteles Platonis diſcipulus.) Hic Stagyrę natus eſt ex Nicomacho & Phæſtide, quorũ vterque in ſtemmate Aeſculapium habebat. Eius natalis in annum primum. xcix. Olympiadis refertur. ad Platonem acceſſit annos natus. xv. mãſitq; in eius ſchola. xx. annos. Hoc eſt vſque ad Platonis mortem. Hinc enim ipſe diſcipulos cœpit inſtituere, in Lycio deambulans, idcirco qui eum audiuerunt, Peripatetici à περιπατῶν nominati. magnus & admirabilis vir, quiq; ingenio diligentiaq; vincere plurimos, nemini eſſet ſecũdus: variarum rerum cognitione Platone magiſtro ſuperior, artificio vero omnes, qui ex omni memoria humanas tractauerunt artes, longo interuallo poſt ſe reliquit. Non ſunt præclaræ dotes malignè vel obſcurandæ vel interpretandæ. Fuiſſe auidiorem gloriæ, auidiorem carpendi alios, addè etiam non omnino pecuniæ contemptorem, fatendum eſt, at dexteritatem in tradendis artibus nondum eſt aliquis ab æuo condito conſecutus. vtinam in refutãdis alienis opinionibus induxiſſet in animum paulo candidius agere. b Et eloquio Platoni quidem impar.) Odioſum eſt de Platonis, & Ariſtotelis comparatione diſſerere, quoniã ſtudiis variorum res in magnam inuidiam adducta. Haud dubie fuit præſtantiſſimus vterque eorum, & dignus quem tota poſteritas admireretur. Græci Platonem θεῖον, id eſt, diuinum: Ariſtotelẽ δαίμονα nominant. Eloquentia Plato fuit tanta, vt vulgatum fuerit apud veteres illud, Iouem Græce loqui ſi vellet, non aliter locuturum, quàm Platonem. Ab Ariſtotele ſciẽtia artis rhetoricæ propemodum dixerim Platonẽ vinci: tametſi vſu atque exercitatione Ariſtoteles ſit haud dubie inferior: amatuit enim ſemper Ariſtoteles breuitatem rerum ac ſententiarũ, ne ſi extenderet ſingula, fuſcẽ; perſequeretur, & copioſe, res in infinitum traherentur, & artis præcepta teneri difficile poſſent. Ita que Illud in primis laborauit, ne ſibi dictum vllum, ac ne verbum quidem eſſet ſuperuacaneũ, quod dũ conſectatur, aſſequutus eſt, vt nullus verbis, figuriſq; Græci ſermonis aptius, magisq; proprie ſit vſus. c Viuo adhuc præceptore.) Sic Laërtius, qui Platonis dictum aſſert: Ariſtoteles in nos recalcitrauit, inquit Plato, vt in matrem pulli. Sunt tamen, qui negent ipſum, viuo Platone, ſcholam inſtituiſſe. d In ſuam hæreſim.) Hæreſis Græca vox, Latine ſectam ſonat: ambiguum nomẽ, odioſum eſt vſu noſtro factum, quoniam iis accommodatur, qui non vnã eccleſiam catholicam ſequũtur, ſed ſua iudicia, ſuaſq; priuatas ſectas. e Speuſippus ſororis eius filius.) Filius fuit Eurymedontis, ſcholæ Platonicæ ſucceſſit, quã octo annos tenuit, mercede docuit, quod ei Dionyſius exprobrauit: & Macedoniã vſque cucurrit, vt in Caſſandri nuptiis, ſpe mercedis epithalamium recitaret, quod confecerat verſibus, quemadmodũ Philoſtratus in Apollonio inquit, ineptis, & frigidis. Huic adhuc viuenti, ſed ſolutis morbo membris, ſucceſſit rogatu eius Xenocrates Calcedonius chariſſimus Platoni magiſtro diſcipulus, cui & fuit comes in Siciliam tranſmittẽti, hebetì ingenio, ſed ſecuro, ſanctiſq; moribus. Plato hunc calcaribus, Ariſtotelem condiſcipulum freno dicebat indigere. eum Platò ſic dilexit, vt iurantibus illum de ipſo maledixiſſe, non crediderit, fieri non poſſe reputans, quin redamaretur ab eo, quem ipſe tantum amaret. Hunc iudices pro teſtimonio iurare nõ ſunt paſſi, rati, nephas eſſe tam probo viro fidem non habere, etiã iniurato. f Quæ Academia vocabatur.) Academia villa erat prope Athenas, loco nemoroſo, & ſubpaluſtri, ac ideo inſalubri, poſſeſſa olim ab Academo heroẽ, vt ait Laërtius. Nam Eupolis comicus deũ vocat: ſed Plutarchus in Theſeo, quis hic fuerit Academus, narrat. Vir, qui Tyndaridis indicauit Helenam à Theſeo raptam, Aphidnis occultari: quocirca honos illi, & viuo à Caſtore & Polluce habitus eſt, & mortuo à poſteris Lacedæmoniis: nam quoties populabundi in Atticum agrum ſunt ingreſſi, ſemper ab Academia abſtinuerunt. Verum Dicæarchus memoriæ prodidit ab Ecedemo, qui ſub eiſdem militauit Tyndaridis, Ecedemiam prius dictam, deinde Academiam. Hoc etiam Laërtius attingit. Apuleius in Platonis vita, patrimonium qui in ortulo, qui Academiæ iunctus fuit, & in duobus miniſtris, & in patera, qua diis ſupplicabat, reliquit auri tantum, quantũ puer nobilitatis inſignie in auricula geſtauit. Lartius Platonem ſcribit in Academia ſepultũ eſſe honorifice, regemq; Ponti Mithridatem, quum in eius poteſtate eſſent Athenæ, muſis in Academia Platonis imaginem dicaſſe, Silanionis opus. Porrò Athenis (nam hoc prætermittendum non eſt) gymnaſia fuere hæc ferè: Academia, Lyceum, Prytaneum, Canopum, Stoa, Tempe, Cynoſarges.

Academia.

Gymnaſia Athenis.

G Cynosarges. g Atque ob hoc, & ipsi, & eorum successores.) Hæc est vetus Academia, quæ per Polæmonẽ Xenocratis discipulum perducta est ad Archesilam, qui rationem disputãdi, ad Socratis modũ, moremq; reducere cõtauit, nihil vt affirmaret ipse, vel se scire diceret, quæ vero ab aliis dicerentur, ea confutaret: quæ dicta est noua Academia: quam Cicero persona Varronis veterem sibi videri ait: hinc qui lucem rebus tribuerent, certaq; afferrent ac tenerent dogmata, quæ ex Platonis sententia putarent esse, ij Platonici, nõ Academici nuncupati sunt, credo quod Academicum nomen nimis in schola Archesilæ hæserat. h Plotinus.) Hũc Suidas Lycopolitanum fuisse perhibet, quæ est in Aegypto ciuitas: quinquaginta quatuor libros scripsit, obscuros sanẽ, ne degeneraret à more sectæ. vixit temporibus Galieni principis, & vsque ad Probum peruenit: de cuius fato multa mentitur Iulius Firmicus. Plotini vitam iusto volumine scripsit Porphyrius eius discipulus. i Iamblichus.) Chalcidiẽsis, Porphyrij auditor, non tam Platonicus fuit, quàm Pythagoricus, vt Hieronymus est author: tametsi quantum ad res diuinas attinet, Platonici oẽs Pythagorissant. Moribus atque ingenio magistro fuit melior. k Porphyrius.) Hic prius vocatus est Malcus, sed à purpuræ vsu nomen Porphyrij accepit. Tyri natus est, haud obscuro loco: vir nec corpore satis sanus, nec mente, iudicij inconstantis, & odio vsque in rabiem aspero, crudeliq;. Plotini discipulum ipse se profitetur. Suidas, Amelij quoq; dicit, cui[a] hæc sunt verba: ποφύριος μαθητὴς ἀμελίου, τοῦ πλοτίνου μαθητοῦ, διδάσκαλος δὲ ἰαμβλίχου, γεγονὼς ἐπὶ τῶν χρόνων αὐρελιανοῦ, καὶ διοκλητιανοῦ τοῦ βασιλέως Porphyrius, inquit, proprio nomine Basileus vocabatur. Tyrius philosophus discipulus Amelij edoctus à Plotino, præceptor vero Iamblichi: vixit temporibus Aureliani, & peruenit vsque ad tempora Diocletiani regis. Cur vero rex appellaretur, declarat idem Porphyrius in vita Plotini magistri. Amelius, inquit, librum hunc dicauit mihi, meq; in ipsa inscriptione basilea, id est, regem, nominauit: id enim mihi nomẽ erat: & patria quidem lingua nominabar Malcus, quo nomine vocabatur & pater. Malcus autem in Græcam translatus linguam, rex appellatur. Hęc ille de se. l Et ipse Plato diis plurimis.) In Timæo deos numerat Saturnum, Opem, Iunonem, reliquósque inter se fratres, agnatósque, in libris de Republi. & de legibus, diis dæmonibúsque & heroibus sacra & ceremonias fieri iubet: in viij. vero de legibus &. xij. illos nominat, quibus ciuitatis status & fœlicitas votis comprecationibúsque commendanda est.

Plotinus

Iãblichus.

Porphyrius.

H

De sententia Platonis qua diffiniuit deos non esse, nisi bonos amicosq; uirtutum.

Caput XIII.

Vanquam ergo à nobis & in aliis multis rebus magnisq; dissentiant, in hoc tamen quod modo posui: quia neque parua res est, & inde nunc quęstio est, primum ab eis quęro, quibus diis istũ cultum exhibendum arbitrentur, vtrum bonis, an malis, an & bonis & malis. Sed de hoc habemus sentẽtiã Platonis[a] dicentis omnes deos bonos esse, nec esse omnino vllum deorum malum. Consequens est igitur vt bonis hæc exhibenda intelligantur. Tunc enim diis exhibentur, quoniam nec dij erunt si boni non erunt. Hoc si ita est, nam de diis quid aliud decet credere? illa profecto vacuatur opinio[b], qua nonnulli putant, deos
I malos sacris placandos esse, ne lædant: bonos autem vt adiuuent, inuocandos. Mali enim nulli sunt dij, bonis porrò debitus, vt dicunt, honor sacrorum est deferendus. Qui sunt ergo illi qui ludos scenicos amant, eosq; diuinis rebus adiũgi, & suis honoribus flagitant exhiberi, quorum vis non eos indicat nullos, sed iste affectus nimirum indicat malos? Quid enim de ludis scenicis Plato senserit notum est, cum poëtas ipsos quòd tam indigna deorum maiestate atque bonitate carmina composuerant, censet ciuitate pellendos? Qui sunt igitur isti dij, qui de scenicis ludis cũ ipso Platone cõtendunt? Ille quippe non patitur deos falsis criminibus infamari, isti eisdẽ criminibus suos honores celebrari iubẽt. Denique isti cum eosdem ludos instaurari præciperent, poscentes turpia, maligna gesserunt, Tito Latino auferentes filium, & immittentes morbum, quòd eorum abnuisset imperium, eumq; morbum retrahentes, cum iussa complesset. Iste autem illos nec tam malos timendos putat, sed suæ sententiæ robur cõstantissime retinens, omnes poëtarum sacrilegas nugas, quibus illi per immunditiæ societatem oblectantur, à populo bene instituto remouere non dubitat. Hunc autẽ K Platonem, quod iam in secundo libro commemorauí, inter semideos Labeo ponit. Qui Labeo numina mala[c] victimis cruẽtis atque huiusmodi supplicationibus placari existimat, bona vero ludis, & talibus, quasi ad lætitiam pertinentibus rebus. Quid est ergo quod semideus Plato non semideis sed diis, & hoc bonis, illa oblectamenta, quia iudicat turpia tam constãter, audet auferre: qui sanè dij refellunt sententiam Labeonis, nam se in Latino non lasciuos tantum, atque ludibundos, sed etiam sæuos terribilésque monstrarũt. Exponãt ergo ista nobis Platonici, qui omnes deos secundum authoris sui sententiam bonos & honestos, & virtutibus sapientium esse socios arbitrantur, aliterq; de vllo deorum sentiri nefas habent. Exponimus inquiunt. Attente igitur audiamus.

Sed de hoc habemus sententiam Platonis.) In. x. de leg. deos bonos esse ait, & refertos omni virtute, prouidentissimosq; atque optimos: tametsi principem illum naturæ, quem vero esse dicit, vere quoque ac proprie bonum censet, reliquos inde velut ex fonte bonitatem haurire, quam habent. In conuiuio vero Socrates eo probat argumento amorem deum non esse, quòd omnes dij boni beatique sint, amor vero non sit eiusmodi. Porhyrius quoque libro de sacrificiis tertio, deum ait nullius esse rei indigum, nocere nulli. Idem Stoici sentiebant, ex quorum dogmatis Cicero secundo de officiis inquit, deos nocere nou putant. Sed non sentẽtiam tantum Platonis tractamus, de qua loquitur Augustinus. nam si ad alia egredimur, quis erit modus aut finis? b Illa profecto vacuatur opinio.) Apulei[a] in deo Socratis, ex dęmonib[a] alios diurnis sacrificiis gaudere scribit, alios nocturnis: esse qui lætiorib[a], esse qui trisiorib[a] hostiis, ritibus, & ceremoniis. Porphyrio in carmen sęculare Horatii vulgarem fuisse opinionẽ significat, alios deos placandos ne lædant, alios vt prosint. Plutarchus scribit magnos & malos dæmonas olim sacrificiis à regibus & principibus honestatos, ad eorum iram auertandã, quæ maxima damna afferẽbant. Porphyrius Philosophus in secundo libro de abstinentia animatorum, ciuitatib[a] interdum esse opus subindicat malis dæmonibus sacra facere, ne frugibus, ne diuitiis, ne vrbi ipsi noceant. nam rata est, inquit, apud omnes fides, eos lęsuros genus humanum, si irascantur, propterea quòd negligantur, neque cultum legitimum nanciscantur. nec id solum docet ex vulgari esse opinione, sed theologorum quoque, qui malis dæmonibus mactari permittunt victimam, gustari ex ea vetant. c Qui Labeo numina mala.) Porphyrius eodem, quod modo citabam, opere, diis superis nullum animal sacrificari fas putat, sed terræ fructus tantum, & flores, & mel, vsque ad farinam. sic veteres illi, & primi consueuerunt sacrificatores. sic agẽdum esse docet Theophrastus: sic Pythagoras, qui nunquam hostiã immolare sustinuit. dæmonibus vero cædibus litatur, & sanguine. In opere vero de philosophia responsorum, ex oraculis Apollinis docet, quo inferiores sunt dij, eo tristioribus & atrioribus gaudere hostiis, ita vt diis terrestribus, & infernis suruę quadrupedes mactentur, & terrestribus super aras, infernis autem in foueis.

De opinione eorum, qui rationales animas trium generũ esse dixerunt, id est, in diis cœlestibus, in dæmonibus aereis, & in hominibus terrenis.

Caput XIIII.

Omnium, inquiunt, animalium[a], in quibus est anima rationalis, tripertita diuisio est: ĩ deos, homines, dæmones. Dij excelsissimum locũ tenẽt, homines infimum, dęmones medium. Nã deorum sedes in cœlo est, hominum in terra, in aëre dæmonum. Sicut eis diuersa dignitas est locorum, ita etiã naturarum. Proinde, dij sunt hominibus dęmonibusq; potiores: homines vero infra deos & dæmones constituti sunt, vt elementorum ordine, sic differentia meritorum. Dæmones igitur medij[b], quemadmodum diis quibus inferius habitant postponendi, ita hominibus superius, quibus præferendi sunt. Habent enim cũ diis communem immortalitatem corporum, animorum autem cum hominibus passiones. Quapropter non est mirum, inquiunt, si etiam ludorum obscœnitatibus, & poëtarum figmentis delectantur. Quandoquidem & humanis capiũtur affectibus, à quibus dij lõge absunt, & modis omnibus alieni sunt. Ex quo colligitur, Platonem, poëtica detestando, & prohibendo figmẽta, nõ deos, qui omnes boni & excelsi sunt, priuasse ludorum

M

scenicorum

A scenicorum voluptate, sed dæmones. Hæc, si ita sunt, quæ licet apud alios quoque reperiantur, Apuleius tamen Platonicus Madaurensis, de hac re sola vnũ scripsit librum, cuius titulum esse voluit, de deo Socratis: vbi disserit & exponit, ex quo genere numinũ numen sibi Socrates habebat[c] adiũctum, & amicitia quadam cõciliatum, à quo perhibetur solitus admoneri, vt desisteret ab agendo, quando id quod agere volebat, prospere non fuerat euenturum. Dicit enim apertissime, & copiosissime asserit, non illum deum fuisse, sed dæmonem, diligenti disputatione pertractans istam Platonis, de deorum sublimitate & hominum humilitate & dæmonum medietate sententiam. Hæc ergo si ita sunt, quó nam modo ausus est Plato, etiam si non diis, quos ab omni humana contagione semouit, certe ipsis dæmonibus Poetas vrbe pellendo, auferre theatricas voluptates, nisi quia hoc pacto admonuit animum humanum, quanuis adhuc in his moribundis membris positum, pro splẽdore honestatis, impura iussa dęmonum contemnere, eorũmque immunditiam detestari?

B Nam si Plato hæc honestissime arguit & prohibuit, profecto dæmones turpissime poposcerunt, atque iusserunt. Aut ergo fallitur Apuleius, & nõ ex isto genere numinum habuit amicum Socrates: aut contra se*† sentit Plato, modo dæmones honorando[d], modo eorum delitias à ciuitate bene morata remouendo: aut non est Socrati amicitia dæmonis gratulanda, de qua vsqueadeo & ipse Apuleius non erubuit, vt de deo Socratis[e] prænotaret librum, quem secundum suam disputationem, qua deos à dæmonibus tam diligenter, copiosęq; discernit, non appellare de deo, sed de dæmone Socratis debuit. Maluit autem hoc in ipsa disputatione, quàm in titulo libri ponere. Ita enim per sanam doctrinam, quæ humanis rebus illuxit, omnes vel penè omnes dæmonum nomen exhorrent, vt quisquis ante disputationem[f] Apuleij, qua dæmonum dignitas commendatur, titulum libri de dæmone Socratis legeret, nequaquam illum hominem sanum[g] fuisse sentiret. Quid autem etiam ipse Apuleius, quod in dęmonibus laudaret inuenit, præter subtilitatem & firmitatem corporũ, & habitationis altiorem locũ? Nam de moribus eorum cum de dæmonibus *† generaliter loqueretur, non solum nihil boni dixit, sed etiam plurimum mali. Denique lecto illo libro prorsus nemo mirãtur, eos etiam scenicam turpitudinem in rebus diuinis habere voluisse, & cum deos se putari velint, deorum criminibus oblectari potuisse, & quicquid in eorum sacris obscœna solennitate seu turpi crudelitate, vel ridetur, vel horretur, eorum affectibus conuenire.

*† aliâs cõtraria inter se

*† aliâs omnibus.

C

D que nationum philosophi: quo circa superuacaneum fuerit multis de eo differere. f Vt quisquis ante disputationem.) Quisquis titulum antequam librum, ne quis putet ad superiora tempora referri. g Nequaquam illum hominem sanum.) Nam dęmoniaci etiam à gentilibus iam tum mente capti, & furentes vocabantur.

Quod neque propter aërea corpora, neque propter superiora habitacula dæmones hominibus antecellunt.

Caput XV.

Vamobrẽ absit vt ista cõsiderans animus veraciter religiosus, & vero deo subditus ideo arbitretur dæmones seipso esse meliores, q̃ habeant corpora meliora[a]. Alioquin multas sibi & bestias prælaturus est, quæ nos & acrimonia sensuum, & motu facillimo atque celerrimo, & valẽtia virium, & annosissima firmitate corporum vincunt. Quis hominum vidẽdo æquabitur aquilis, & vulturibus? Quis odorãdo canibus? Quis velocitate leporibus, ceruis, auibus omnibus? Quis multum valendo leonibus, & elephantis? Quis diu viuẽdo serpentibus, qui etiam deposita tunica[b] senectutem deponere, atque in iuuentã redire perhibentur? Sed sicut his omnibus ratiocinando, & intelligendo meliores sumus, ita etiam dæmonibus bene atque honeste viuendo meliores esse debemus. Ob hoc enim & prouidẽtia diuina eis, quibus nos constat esse potiores, data sunt quędam potiora corporum munera, vt illud quo eis præminemus, etiam isto modo nobis commendaretur multo maiore cura excolendum esse, quàm corpus: ipsamq; excellẽtiam corporalem, quam dæmones habere nossemus, præ bonitate vitæ, qua illis anteponimur, contemnere disceremus, habituri & nos immortalitatem corporum, non quam suppliciorum æternitas torqueat, sed quam puritas præcedat animorũ. Iam vero de loci altitudine[c], quod dæmones in aëre, nos autem habitamus in terra, ita permoueri, vt hinc eos nobis esse præponẽdos existimemus, omnino ridiculum est. Hoc enim pacto, nobis & omnia volatilia præponemus. At enim volatilia cum volãdo[d] fatigantur, vel reficiendum alimentis corpus habent, terram repetunt vel ad requiem, vel ad pastum, quod dæmones, inquiunt, non faciunt. Nũquid ergo placet eis, vt volatilia nobis, dæmones autẽ volatilibus antecellant? Quod si dementissimũ est opinari, nihil est, quod de habitatione superioris elementi dignos esse dæmones existimemus, quibus nos religionis affectu subdere debeamus. Sicut enim fieri potuit, vt aereæ volucres, terrestribus nobis non solũ non præferantur, verùm etiam subiiciantur propter rationalis animæ, quæ in nobis est, dignitatem: ita fieri potuit, vt dæmones, quãuis magis aerei sint, terrestribus nobis, non ideo meliores sint quia est aer, quàm terra superior: sed ideo eis homines præferendi sint, quoniã spei piorum hominum, nequaquam illorum desperatio comparanda est. Nam & illa ratio Platonis, qua elemẽta quatuor, proportione contexit, atque ordinat: ita duobus extremis igni mobilissimo, & terrę immobili media duo aerem & aquam interserens, vt quanto aer est aquis, & aere ignis, tanto & aquæ superiores sint terris: satis nos admonet animalium merita, non pro gradibus elementorum æstimare. Et ipse quippe Apuleius cum cæteris terrestre animal hominem dicit, qui tamen longe præponitur animalibus aquatilibus, cum ipsas aquas terris præponat Plato: vt intelligamus, non eundem ordinem tenendum, cum agitur de meritis animarum: qui videtur ordo esse in gradibus corporum, sed fieri posse, vt inferius corpus anima

E

F

melior

a Omnium inquiunt animalium.) Plato in. iiij. de legi. & Epinomi. tres ordines deorum ponit: deos, dæmones, & heroas, sed hi postremi ad homines videntur pertinere, ex quibus fiunt. Plutarchus in opere quod oraculia defecerunt, laudat eos impense, qui genus dæmonum inter deos & homines constituerunt: siue Orpheus is fuit, siue Phryx aliquis, siue Aegyptius: vt ab vtrorumque ceremoniis coniici potest. Modum enim excogitarunt, quo humanum genus diuino coniungatur. Ex Græcis, inquit, Homerus promiscue nomina hæc vsurpat: nam eosdem modo deos appellat, modo dæmonas. Hesiodus primus omniũ quatuor rationalis naturæ ordines distinctos posuit, primos deos, hinc dæmones, tum heroas, infimos homines, è quib[a] dæmones & heroes fiant, si bene vixerint. b Dæmones igitur medij.) In conuiuio Platonis meminit Socrates disputationis cuiusdam cũ Diotima habitæ, vbi dæmonis naturam ait mediam inter homines deosq;. c Numen sibi Socrates habebat.) Socrates dæmonem dicit habuisse, à quo prohiberetur facere, quæ prospere successura non erant, incitaretur vero nunquam. d Modo dæmones honorando.) Nam dæmones adorandos præcepit in Epinomide. e Vt de deo Socratis.) Quotquot antea illa de re disputarant, dæmonem potius, quàm deum Socratis dixerunt, vt ipse apud Platonem sexcentis locis Socrates, & Xenophon, & Cicero, & Plutarchus, & Maximus Tyrius, qui geminà ædidit de Socratis dæmone Apodixin, aliiq; innumeri, tum Platonici, tum aliarũ quo-

G melior inhabitet,deterioríq; superius.

Dæmonũ corpora.

a QVod habeant corpora meliora.) Dæmonum corpora Apuleius media dicit inter terrenam,& ætheream naturam,multoq; minus concreta,quàm nubes, & longe subtiliora ex purissimo aëris liquido & sereno elemẽto coalita,nihil terrenæ soliditatis habentia, idcirco nec oculis humanis conspicua,nisi illa diuinitus sui speciem offerant. b Qui etiam deposita tunica.)Serpens exuere senectutem incipit ab oculis,sic vt ignari rei, cæcari putent. tum nudatur caput, atque vna ferè nocte & die tota illa tunica ponitur.vide Arist.lib.octauo,de generatione animalium. c Iã vero de loci altitudine.) Apuleius in apodoxi, de Socratis deo sic colligit,in aëre dæmones agere:nam cum elementum nullum sit in mundo, quod natura vacuũ animantibus crearit,in terra sunt homines, ac quadrupedes:in mari pisces : in igne viuunt quædam animalia,vt Aristoteles docet,necesse est in aëre aliquod animalium esse genus:quale id sit ni si dæmonicum,nemo dixerit.itaque dæmones & inferiorem diis locum sortiti sunt,& superiorem nobis:quod illis minores sunt, nobis vero maiores,melioresq;. d At enim volatilia cum volando .) Hæc est Apuleij responsio, cuius ad hunc modũ sunt verba: Nam quod quidam aues aëri attribuant,falsum sentire meritissimo dixeris:quippe quæ aues, nulla earum vltra Olympi verticem sublimatur:qui cum excelsissimus omnium perhibeatur,tamen altitudinem perpendiculo si metiare , vt geometræ autumant,stadia altitudo fastigij non equiparat,cũ sit aeris augmentum immensum vsque ad extima lunæ,cœliq;,porrò ætheris sursum versus exordium est.Quid igitur tanta vis aeris,quæ ab humilibus lunæ anfractibus vsque ad summũ Olympi verticem interiacet ? vacabitne animalibus suis?atque erit ista naturæ pars mortua,ac debilis? Imò enim si sedulo aduertas, ipse aues per terrestre animal non aerium recte perhibeantur:semper enim illis victus omnis in terra,ibidẽ pabulum,ibidẽ cubile,tantumq; aera proximum terræ volando transuerberant. Cæterum cum illis fessa sunt remigia pennarum,terra ceu portus est . Hæc ex libro Apuleij parum castigato , sed nihilominus ratio Augustini procedet de loco.Nam etsi aues inferiores sunt dæmonibus , certe superiores sunt hominibus,& in cacuminibus ædium & montium & arborum plerunque morantur:sed hic non disputo cum aduersariis.

H

Quid de moribus dæmonum Apuleius Platonicus senserit.

Caput XVI.

DE moribus ergo dæmonũ , cùm idem Platonicus loqueretur,dixit eos, eisdem quibus homines animi perturbationibus agitari,iritari iniuriis,obsequis donisq; placari , gaudere honoribus, diuersis sacrorum ritibus oblectari,& in eis,si quid neglectum fuerit, commoueri . Inter cætera etiam dicit ad eos pertinere diuinationes augurum,aruspicum, vatum,atque somniorum: ab his quoq; esse miracula magorum . Breuiter autem eos diffiniens, ait: Dæmones esse genere animalia,animo passiua,mente rationalia, corpore aërea,tempore æterna. Horum vero quinque, tria priora illis esse nobiscum communia, quartũ proprium,quintum eos cum diis habere cõmune. Sed video trium superiorum quæ nobiscum habent:duo etiã cum diis habere . Animalia quippe esse dicit,& deos [a], qui sua cuique elementa † distribuens , in terrestribus animalibus homines posuit cum cæteris , quæ in terra viuunt,& sentiunt:in aquatilibus pisces,& alia natalia: in aëriis dæmones:in æthereis deos . Ac per hoc quod dæmones genere sunt animalia,nõ solum eis cum hominibus,verum etiam cum diis , pecoribusq; commune est:quod mente rationalia, cum diis & hominibus: quod tempore æterna,cum diis solis:quod animo passiua,cum hominibus solis:quod corpore aërea,ipsi sunt soli. Proinde quod genere sunt animalia, non est magnum:quia hoc sunt & pecora:quod mente rationalia, non est supra nos , quia sumus & nos. Quod tempore æterna,quid boni est si non beata? Melior est enim tẽporalis fœlicitas [b],quàm misera æternitas. Quod animo passiua,quomodo supra nos est?quando & nos hoc sumus,nec ita esset nisi miseri essemus . Quod corpore aërea,quanti æstimandum est,cum omni corpori preferatur anima qualiscunque naturę*†?Et ideo religionis cultus, qui debetur ex animo, nequaquam debetur ei rei, quæ inferior est animo . Porrò si inter illa quæ dæmonũ esse dicit,annumeraret virtutem, sapiẽtiam, fœlicitatem,& hæc eos diceret habere cum diis ęterna atque communia , profecto aliquid diceret exoptandũ magniq; pendendum : nec sic eos tamen propter hæc tanquam deum colere deberemus , sed potius ipsum à quo hæc illos accepisse nossemus. Quanto minus nunc honore diuino aërea digna sunt animalia : ad hoc rationalia,vt misera esse possint:ad hoc passiua, vt misera sint:ad hoc æterna, vt miseriam suã finire non possint. Quapropter vt omittam cætera , & hoc solũ pertractem, quod nobiscum dæmones dixit habere commune,id est,animi passiones:si omnia quatuor elemẽta suis animalibus plena sunt , immortalibus ignis & aër,mortalibus aqua & terra: quæro cur animi dæmonum passionum turbelis , & tempestatibus agitentur? Perturbatio enim est, quæ Græce πάθος [c] dicitur: vnde illa voluit vocare animo passiua:quia verbũ de verbo [d] pathos,passio diceretur,motus animi cõtra rationem [e].Cur ergo sunt ista in animis dæmonum,quæ in pecoribus non sunt? Quoniam si quid in pecore simile apparet,non est perturbatio [f] , quia non est contra rationem , qua pecora carent. In hominibus autẽ vt sint istæ perturbationes , facit hoc stultitia [g],vel miseria [h]. Nondũ enim sumus in illa perfectione sapientiæ beati,quæ nobis ab hac mortalitate libertatis in fine promittitur . Deos vero ideo dicunt istas perturbationes non perpeti,quia non solum æterni,verum etiam beati sunt . Easdem quippe animas rationales etiam ipsos habere perhibẽt,sed ab omni labe ac peste purissimas. Quamobrem si propterea dij non perturbantur, quòd animalia sunt beata,non misera [i]:& propterea pecora non perturbantur, quòd animalia sunt , quæ nec beata possunt esse nec misera:restat vt dæmones sicut homines ideo perturbentur, quòd animalia sunt non beata, sed misera.

I

†aliâs,quæ suo cuique elemento

**†aliâs,animæ qualiscunque natura.*

K

L

a ANimalia quippe esse dicit & deos.) Idem Plato in Timæo, qui deos visibiles animalia esse vult . Apuleius in eodem libello de Socratis deo , genus quoddam dæmonum ponit,sine corpore, vt somnum & amorem. b Melior est enim temporalis fœlicitas .) Chironem Saturni filium scribunt repudiasse immortalitatem , & Vlyssem maluisse in patria inter coniugem , & filium , & patrem ætatem finire,quàm apud deas esse immortalem.Plato in libris de leg.satius esse sentit quàm minimum tempus viuere , quàm totam immortalitatem maxima bonorum externorum & corporis vbertate atq; affluentia,sine iustitia tamen & cæteris virtutibus. nescio quid philosophi nugantur,melius est esse quàm non esse : de quo alibi. c Perturbatio enim est quæ Græce πάθος Cicero in Tusculanis . quæst. perturbationes πάθη vertit. Quintilianus in sexto,affectus,idq; rectè & proprie verti dicit. Apud Plinium solum ex veteribus legitur passiones , dubitaturq; nũ satis castigate lib.xx. illitum quoque passionibus ventri earum prodest. d Quia verbum de verbo.) Vt à πάθος πάθος,sic à patior passio. e Motus animi contra rationem.)Diffinitio πάθους apud Ciceronem ex Zenone,auersa à recta ratione contra naturam animi commotio f Non est perturbatio.)Ex eodem Cicerone in Tusculanis quæstio.Sed corporum affectiones sine culpa accidere possunt, animorum non item.quorum omnes morbi & perturbationes ex aspernatione rationis euenĩũt, ita que in hominibus solum existunt.Nam bestiæ simile quiddã faciunt, sed in perturbationes non incidũt. g Facit hoc stultitia.)Opinionibus enim falsis vanisq; premimur, & nos ipsi facimus nobis affectus potius quàm ex rebus accipimus.Et, vti Seneca inquit, plura sunt quæ nos terrent,quàm quæ premunt.Stoici perturbationes omnes ex deprauatis hominum iudiciis opinionibusq; oriri putant.nam opinio magni futuri boni est libido,magni futuri mali est metus , magni præsentis mali dolor,magni præsentis boni lætitia,quę omnia quoniam stultitiis nostrarum cogitationum metimur,citius quàm naturis rerum,idcirco tot perturbationibus, tamq; immoderatis rapimur h Vel miseria.) Hoc est in homine miserrimum,quod etiam sapientissimus dolet tamen, & gaudet,& cæteris affectibus agitur,quamlibet prouiderit ne fiat. i Quod animalia sint non beata,sed misera.) Miseros esse dæmones , aut malos non audet fateri Socrates: non esse autem beatos bonosq;,aperte profitetur in conuiuio Platonis.

Perturbationes.

M

An dignum sit eos spiritus ab homine coli,à quorum uitiis etiam oporteat liberari.

Caput XVII.

QVa igitur insipientia, vel potius amentia per aliquam religionem dæmonibus subdimur, cum per veram religionem ab ea viciositate,

qua illis

A qua illis sumus similes,liberemur? Cum enim dæmones, quod & iste Apuleius, quanuis eis plurimum parcat,& diuinis honoribus dignos censeat, tamẽ cogitur confiteri vt ira instigentur , nobis vera religio præcipit,ne ira instigemur , sed ei potius resistamus. [a] Cum dæmones donis inuitentur [b],nobis vera religio præcipit,ne cuiquam donorum acceptione faueamus. Cum dæmones honoribus mulceantur , nobis vera religio præcipit,vt talibus nullo modo moueamur [c].Cum dęmones quorũdam hominum osores, quorũdam amatores sint,non prudenti tranquilloq; iudicio,sed vt ipse animo appellat passiuo, nobis vera religio præcipit, vt inimicos nostros [d] etiam diligamus . Postremo omnem motum cordis & salum †mentis,omnésq; turbelas & tempestates animi [e], quibus dæmones æstuare atq; fluctuare asserit , nos vera religio deponere iubet. Quæ igitur causa est, nisi stultitia errorq; miserabilis, vt ei te facias venerando humilem , cui te cupias esse viuendo dissimilem : & religione colas , quem imitari nolis,cum religionis summa sit imitari quem colis?

†aliâs saltum.

Matt.5.

B a SEd ei potius resistamus.) Christus in Euãgelio Matthæi iubet nullo prorsus modo irasci.Agatho abbas iracũdum hominem etiam si mortuos excitaret,negabat deo gratum fore. b Cum dæmones donis inuitentur.) Non solum vltro sibi dari dona gaudent, sed etiam petunt.Sunt enim petacissimi . Quoties ferè oraculũ Delphis Apollo reddebat,admonebat consulentes,vt sui meminissent, donumq; ad se afferrẽt aliquod,vbi fortunatiores essent facti.tametsi non tã astutus dæmon aurum vel argentum captabat , quo non eget , quàm mentes eorum qui dabant. c Vt talibus nullo modo moueamur.) Christus suis præcipit,ne magistri vocari velint,neu primos accubitus affectent, neu salutari in plateis.Denique vt princeps ad famulantis se humilitatẽ deiiciat.Honores enim cum gentilitate ortos esse,ibi sepeliri debere:in Ecclesia viuere nefas est:nec magnanimitas est magnos petere honores, sed contemnere. d Vt inimicos nostros .) Diligite, inquit Christus, etiam inimicos vestros,& orate pro iis,qui vobis sũt infesti.Mat. v.Nec satis est inimicos non odisse , diligere præcipimur. & factu impossibile non est,quod ipse Christus primum,deinde Stephanus fecerunt,vt Hiero.inquit. e Omnesq; turbelas & tempestates a.)Alibi omnesq; turbidas tempestates animi.

Qualis sit religio,in qua docetur,quod homines ut commendentur diis bonis,dæmonibus uti debeant aduocatis.

Caput XVIII.

ERustra igitur eis Apuleius & quicunque ita sentiunt,hũc detulit honorem:sic eos in aëre medios inter æthereum cœlum terramq; cõstitues, vt quoniã nullus deus miscetur homini, quod Platonẽ dixisse perhibent [a],isti ad deos perferant preces hominum, & inde ad homines impetrata,quæ poscunt.Indignum enim putauerunt,qui ista crediderũt, misceri homines diis,& deos hominibus:dignum autẽ misceri dæmones , & diis & hominibus : hinc petita qui†assignent [b],inde concessa qui †apportent: vt videlicet homo castus, & ab artium magicarum sceleribus alienus,eos patronos adhibeat,per quos illum dij exaudiant,qui hæc amant: quæ ille nõ amando fit dignior, quem facilius & libentius exaudire debeant . Amant quippe illi scenicas turpitudines,quas non amat pudicitia.Amant in maleficiis magorum mille nocendi artes,quas nõ amat innocentia . Ergo & pudicitia & innocentia,si quid à diis impetrare voluerit,non poterit suis meritis,nisi suis interuenientibus inimicis : nõ est quod iste poetica figmenta,& theatrica ludibria iustificare conetur . Habemus contra ista magistrum eorũ & tantæ apud eos authoritatis Platonem:si pudor humanus ita de se male meretur , vt non solum diligat turpia,verum etiam diuinitati existimet grata.

C

†aliâs, quæ

a QVod Platonem dixisse perhibent.) Platonis hæc est in conuiuio sententia, & quidem Socrati attributa. Diotima cum Socrati amorem esse medium quiddam diceret inter mortale & immortale: Socratesq; quid hoc esset,rogaret:illa,

D δαίμων μέγας,ὦ σώκρατες.καὶ γὰρ πᾶν τὸ δαιμόνιον μεταξὺ ὂν θεοῦ τε καὶ θνητοῦ.Dæmon magnus,ô Socrates.etenim dęmonium omne inter deos & mortales situm est.Socra.nondum id intelligens quærit,quæ nam sit eius vis & natura . Tum Diotima respondit, interpretari vel vectare humana ad deos, diuina ad nos: ab hominibus quidẽ preces & sacrificia,à diis vero præcepta et mercedẽ pro sacrificiis. In medio igitur siti dęmones,eũ locũ explẽt,vt aptũ secũ sit vniuersũ ipsum atq; cõiunctũ,hac cõmeãt vaticinia, & oĩs sacerdotũ ars,quæ ad sacrificia,teletas & ĩcãtationes,tũ & ad diuinationẽ & magiã spectat. His addit,quod Aug.citat:θεὸς δὲ ἀνθρώπῳ οὐ μιγνύται.ἀλλὰ διὰ τούτου πᾶσά ἐστιν ἡ ὁμιλία,καὶ ἡ διάλεκτος θεοῖς πρὸς ἀνθρώπους,καὶ ἐγρηγορόσι,καὶ καθεύδουσι.Deus,inquit, homini nõ miscetur,sed per dæmones omne est commerciũ, omnis collocutio deis cum hominibus,& vigilantibus,& dormientibus. b Qui assignent.) In antiquis est quæ allegent,quási qui velut legatione ferant. Idcirco Apuleius ad ministros eos & salutigerulos vocat, quorũ illud pertinet ad deos,quibus dæmones ministrant,alterum ad nos quibus salutem à diis gerunt.angeli etiam nominantur à Capella, quasi ĩuncij, quòd superis nostra nuncient acta:& prestites,quòd gerundis rebus præsint.

E

De impietate artis magicæ,quæ patrocinio utitur † spirituum malignorum.

Caput XIX.

†aliâs nititur.

PORrò aduersus magicas artes,de quibus quosdam nimis infœlices , & nimis impios etiam gloriari libet in nomine dæmonum [a], ipsam publicam lucem testem citabo . Cur enim tam grauiter ista plectuntur seueritate legum , si opera sunt numinum colendorum ? An forte istas leges Christiani instituerunt,quibus artes magicæ puniuntur , secundũ quẽ alium sensum, nisi quod hæc maleficia generi humano perniciosa esse non dubium est ? Ait Poeta clarissimus:

Testor chara deos,[b] & te germana,tuumq;
Dulce caput,magicas inuitam accingier artes.

Aenei.4.

Illud etiam quod alio loco de his artibus dicit:

Atque satas alio [c] vidi traducere messes.

Buco. Aegl.8

Eo quòd hac pestifera sceleratáq; doctrina , fructus alieni in alias terras transferri perhibentur , nónne in duodecim tabulis , id est , Romanorum antiquissimis legibus Cicero commemorat esse conscriptũ , & ei qui hoc fecerit supplicium constitutum? Postremo ipse Apuleius [d] nunquid apud iudices Christianos de magicis artibus accusatus est ? Quas vtique sibi obiectas , si diuinas & pias esse nouerat, & diuinarum potestatum operibus congruas:non solùm eas confiteri debuit,sed etiam profiteri, leges culpans potius, quibus hæc prohiberentur,& damnanda putarentur, quæ haberi miranda & veneranda oporteret . Ita enim vel sententiã suam persuaderet iudicibus , vel si illi secundũ iniquas leges saperent, eumq; talia prædicantem atque laudãtem morte multarent,digna animę illius dęmones dona rependerent : pro quorum diuinis operibus prædicãdis,humanam vitam sibi adimi non timeret . Sicut martyres nostri cum eis pro crimine obiiceretur Christiana religio,qua nouerant se fieri saluos & gloriosissimos in æternum,non eam negando temporales pœnas euadere delegerunt,sed potius confitendo,profitendo,prędicando,& pro hac omnia fideliter fortiterq; tolerando,& cum pia securitate moriendo, leges quibus prohibebantur,erubescere compulerunt,mutariq; fecerunt.Huius autem philosophi Platonici copiosissima & disertissima [e] extat oratio,qua crimen artium magicarum à se alienum esse defendit,seq; aliter nõ vult innocentem videri,nisi ea negando quæ non possunt ab innocente committi.At omnia miracula magorũ [f], quos rectè sentit esse damnãdos,doctrinis fiũt, & operibus dęmonum, quos viderit cur censeat honorãdos, esse necessarios eos asserens perferẽdis ad deos nostris

precibus:

G precibus:quorũ debemus opera deuitare,ſi ad deũ verũ preces noſtras volunius peruenire. Deinde quęro,quales preces hominum diis bonis per dæmones allegari putat magicas,an licitas? Si magicas,nolunt tales:ſi licitas,nolunt per tales. Si autem peccator pœnitens preces fundit,maximè ſi aliquid magicum admiſit : itáne tandem illis intercedentibus accipit veniam, quibus impellẽtibus aut fauentibus ſe cecidiſſe plangit in culpam? An & ipſi dęmones vt poſſint pœnitentibus mereri indulgentiam, priores agunt quod eos deceperint pœnitentiam:Ivt & ipſi poſtea accipiant indulgentiã?] Hoc nemo vnquam de dæmonibus dixit:quia ſi ita eſſet,nequaquam ſibi auderent diuinos honores expetere,qui pœnitendo deſiderarent ad gratiam veniæ peruenire. Ibi enim eſt deteſtanda ſuperbia, hic humilitas miſeranda.

a IN nomine dæmonum.) Alibi gloriari libet, nónne ipſam publicam lucem.& fortaſſe legẽ. b Teſtor chara deos.) Verba ſunt Didonis poſt Aneæ fugam.dicítque hæc ex inſtitutis Romanis,qui quũ multa ſuſceperint ſacra,vt inquit Seruius, magicam ſemper damnarunt. c Atque ſatas aliò.)In Pharmaceutria Vergilij. Plinius lib.xxviij.quinetiam & legum ipſarum in duodecim tabulis verba ſunt:Qui fruges excantaſſet. Et alibi : Qui malum carmen incantaſſet. Idem author eſt in
H agro Marucino Vectij Marcelli equitis Romani,Neronis Cæſaris procuratoris,vniuerſum oliętum viam publicam eſſe tranſgreſſum : atque ipſa prædia ex loco in contrarias ſedes profecta. Et idem ipſe Apuleius in apologia: Magia iſta quãtum ego audio,res eſt legibus delegata,iam inde antiquitus duodecim tabulis propter incredundas frugum illecebras interdicta. d Poſtremo ipſe Apuleius.) Romanis legibus multi ſunt de magia poſtulati,velut Apollonius Tyaneus apud Domitianum Cæſarem,& Apuleius apud Claudium Maximum Aphricæ præfectum non Chriſtianum. e Copioſiſſima & diſertiſſima.) Extant apologiæ diuæ Apuleij de magia,in quibus exuit nimiam illam ſermonis laſciuiã, & antiquaria & audacter innouata verba:accommodauítque ſe forenſi dicendi generi : ſed ita tamen, vt, neſcio quo pacto Apuleium interno ſcas temporaria perſona contectum. f At omnia miracula magorũ.) Vnde nanque inquit Euſebius,homines ſcire potuiſſent, quibus dæmones coguntur, niſi ab ipſis dæmonibus. Quod Porphyrius fatetur in oraculis;afferens Hecates reſponſa,quibus ipſa docet homines,qua ratione aduocari & teneri poſſit.

An credendum ſit,quod dii boni libentius dæmonibus quàm hominibus miſceantur.

Caput XX.

AT enim vrgens cauſa & arctiſſima cogit dæmones medios inter deos & homines agere, vt ab hominibus auferant deſiderata, & ad eos referant impetrata †. Quæ nam tandem cauſa eſt iſta,& quanta neceſſitas:quia nullus,inquiunt,deus miſcetur homini? Præclara igitur ſanctitas [a] dei, quæ nõ miſcetur homini pœnitenti, ſupplicanti, & miſcetur dæmoni arroganti? Non miſcetur homini confugienti ad diuinitatem, & miſcetur dæmoni fingenti diuinitatem. Non miſcetur homini petenti indulgentiam, & miſcetur dæmoni ſuadenti nequitiam. Non miſcetur homini per philoſophicos libros poetas de bene inſtituta ciuitate pellenti,& miſcetur dæmoni à principibus & põtificibus ciuitatis per ſcenicos ludos poetarum ludibria requirenti. Nõ miſcetur homini deorum crimina fingere prohibenti, & miſcetur dæmoni ſe falſis deorum criminibus oblectanti. Non miſcetur homini magorum ſcelera iuſtis legibus punienti, & miſcetur dæmoni magicas artes docenti & implenti. Non miſcetur homini imitationem dæmonũ fugienti, & miſcetur dæmoni deceptionẽ hominis aucupãti.

†*aliâs, ut ad homines deſiderata, & à diis referant impetrata.*

I PRæclara igitur ſanctitas.) In exẽplari Brugenſi ſic legitur: Præclara igitur ſanctitas dei, qui non miſcetur homini ſupplicanti, & miſcetur dæmoni arroganti. Non miſcetur homini pœnitenti, & miſcetur dæmoni decipienti. Non miſcetur homini confugienti ad diuinitatem &c.

An dæmonibus nunciis & interpretibus diiutantur, falliq; ſe ab eis aut ignorent, aut uelint.

Caput XXI.

SEd nimirum tantæ huius abſurditatis & indignitatis eſt magna neceſſitas,quod ſcilicet deos æthereos humana curantes,quid terreſtres homines agerent vtiq; lateret, niſi dæmones aerei nunciarent:quoniam æther longe à terra eſt, alteq; ſuſpenſus:aer vero ætheri terræq; contiguus. O mirabilem ſapientiam. Quid aliud de diis iſti ſentiũt, quos omnes optimos volunt, niſi eos & humana curare,ne cultu videantur indigni : & propter elementorum diſtantiam humana neſcire, vt credantur dæmones neceſſarij,& ob hoc etiam ipſi putentur colendi,per quos dij poſſint,& quid in rebus humanis agatur addiſcere, & vbi oportet hominibus ſubuenire? Hoc ſi ita eſt,diis iſtis bonis magis notus eſt dæmon per corpus vicinũ, quàm homo per animum bonum. O multum dolenda neceſſitas,an potius irridenda vel deteſtanda vanitas, ne ſit vana diuinitas. Si enĩ animo ab obſtaculo corporis libero animum noſtrum dij videre poſſunt, non ad hoc dæmonibus indigent nũciis. Si autem animorum indicia corporalia,qualia ſunt vultus, locutio,motus per corpus ſuum ætherei dij ſentiunt,& inde colligunt,quid etiam dæmones nuncient, poſſunt & mendaciis dæmonum decipi. Porrò ſi deorum diuinitas à dęmonibus falli non poteſt,ab eadem diuinitate quod agimus non poteſt ignorari. Vellem autem mihi iſti dicerent, vtrum dij dæmones nunciarint de criminibus deorum poëtica Platoni diſplicere figmenta, & ſibi ea placere celauerint. An vtrunque occultauerint, deosq; eſſe maluerint totius rei huius ignaros. An vtrunque indicauerint, & religioſam erga deos Platonis prudẽtiam, & in deos iniurioſam libidinem ſuam. An ſententiam quidem Platonis, qua noluit deos per impiam licentiam poetarum falſis criminibus infamari,ignotam diis eſſe voluerint, ſuam vero nequitiã qua ludos ſcenicos amant, quibus illa deorum dedecora celebrantur, prodere non erubuerint vel timuerint. Horũ quatuor quæ interrogando propoſui,quodlibet eligant, & in quolibet eorum quantum mali de diis bonis opinentur,attendant. Si enim primum elegerint, confeſſuri ſunt non licuiſſe diis bonis habitare cum bono Platone, quando eorum iniurias prohibebat, & habitaſſe cum dæmonibus malis quãdo eorum iniuriis exultabant,cum dij boni hominem bonũ lõge à ſe poſitum non niſi per malos dęmones noſſent,quos ſibi vicinos noſſe nõ poſſent. Si autem ſecundum elegerint,& vtrunque occultatum à dęmonibus dixerint, vt dij omnino neſcirent, & Platonis religioſiſſimam legem,& dæmonum ſacrilegam delectationem, quid in rebus humanis per internuncios dæmones dij noſſe vtiliter poſſunt,quando illa neſciunt, quæ in honorem deorum bonorum per religionem bonorum hominum contra libidinem malorum dęmonum decernuntur? Si vero tertium elegerint,& non ſolum ſentẽtiam Platonis deorum iniurias prohibentem, ſed etiã dæmonum nequitiam deorum iniuriis exultantẽ, per eoſdem dæmones nuncios diis innotuiſſe reſponderint,hoc nunciare eſt,an inſultare? Et dij vtrunque ſic audiunt,ſic vtrunque cognoſcunt, vt non ſolum malignos dæmones deorum dignitati & Platonis religioni contraria cupientes atque facientes,à ſuo acceſſu nõ arceant,ſed etiam per illos malos propinquos Platoni bono longinquo dona tranſmittant. Sic enim eos elementorum quaſi catenata ſeries colligauit [a], vt illis à quibus criminantur,cõiungi poſſint:huic à quo defenduntur,non poſſint,vtrunque ſcientes,ſed aeris & terræ pon-

A ræ [b] ponderata tranſmutare non valentes. Iam quod reliquum eſt, ſi quartum elegerint, peius eſt cæteris. Quis enim ferat,ſi poëtarũ de diis immortalibus criminoſa figmenta,& theatrorũ indigna,ludibria, ſuãq; in his omnibus ardẽtiſſimam cupiditatem, & ſuauiſſimam voluptatẽ diis dæmones nũciauerunt : & quod Plato philoſophica grauitate de optima Republica hæc omnia cenſuit remouenda,tacuerũt: vt iam dij boni per tales nuncios noſſe cogãtur mala peſſimorum: nec aliena, ſed eorundem nunciorum: atque his contraria non ſinantur noſſe bona philoſophorum,cum illa ſint in iniuriam, iſta in honorem ipſorum deorum.

a ELementorum,quaſi catenata ſeries colligauit.) Coniunguntur enim inter ſe elementa, velut annuli in catena:inferius enim ſuperiori nectitur,& tam hæret, vt partes quæ ſe contingunt, non diuerſarum,ſed eiuſdem videantur eſſe naturæ:in quo elementa rationem cœlorum ſequuntur,quæ apta inter ſe ſunt & cõplexa. b Sed aẽris & terræ.) Vt vel nobis aſcendere liceat ſaltem cogitatione ad illos, nec illis ad nos deſcendere, vt cognoſcant & per ſe bene faciant ſine interpretibus.

De abiiciendo cultu dæmonum contra Apuleium.

Caput XXII.

B SVi igitur nihil iſtorum quatuor eligendum eſt,ne in quolibet eorũ de diis tam male ſentiatur : reſtat, vt nullo modo credendum ſit, quod Apuleius perſuadere nititur. Et quicunque alij philoſophi ſunt eiuſdem ſententiæ,ita eſſe medios dęmones inter deos & homines tanquam internuncios & interpretes,qui hinc ferant petitiones noſtras, inde referant deorum ſuppetias *. Sed eſſe ſpiritus nocendi cupidiſſimos à iuſtitia penitus alienos, ſuperbia tumidos,inuidẽtia liuidos,fallacia callidos, qui in hoc quidem aëre habitant [a] : quia de cœli ſuperioris ſublimitate deiecti,merito irregreſſibilis trãſgreſſionis in hoc ſibi congruo velut carcere prędamnati ſunt. Nec tamẽ quia ſupra terram & aquas aëreus locus eſt,ideo & ipſi ſunt meritis ſuperiores hominibus, qui eos non terreno corpore,ſed electo in auxilium deo vero,pia mẽte facillime ſuperant. Sed multis plane participatione veræ religionis indignis,tanquàm captis ſubditisq; dominantur : quorum maxime parti mirabilibus & fallacibus ſignis,ſiue factorum, ſiue prædictorum deos ſe eſſe perſuaſerunt. Quibuſdam vero vitia eorum attẽtius & diligentius intuẽtibus, nõ potuerunt perſuadere quod dij ſint: atque ideo inter deos ac homines internuncios ac beneficiorum interpretatores †ſe eſſe finxerunt.tamen non iſtum ſaltem honorem homines eis deferendũ putarunt,qui illos deos eſſe non credebant, quia malos videbant. Deos autem omnes bonos volebant,nec audebãt tamen omnino indignos dicere honore diuino:maxime ne offenderent populos,à quibus eis cernebant inueterata ſuperſtitione per tot ſacra & templa ſeruiri.

*aliâs res à nobis petitas.

1. Petri. 2.

C †*impetratores.*

a QVi in hoc quidem aëre habitant.) Veteres plerique in hoc aëre totam illam inferiorum fabulam conſtituerunt,Proſerpinam,& Summanũ Ditem, & manes, & furias, vt Martianus Capella oſtendit. Chalcidius ἀὴρ ἀφ' ἡμῶν merito hunc aërem vocatum eſſe ait,quaſi ἀνωφερῆ, hoc eſt,obſcuriſ. Petrus quoque & Iudas Apoſtoli in ſuis epiſtolis tradunt dæmones in hac aëris caligine teneri, & torqueri, & ſi alij ſunt in infimis terræ. Empedocles apud Plutarchum: Aether,inquit,dęmones à ſe reiicit,terra expellit,mare non fert:ſic ab alio in aliud elementum iactati pœnas dant.

Quid Hermes Trimegiſtus de idololatria ſenſerit, & unde ſcire potuerit ſuperſtitiones Aegyptias auferendas. Cap. XXIII.

NAM diuerſa de illis Hermes Aegyptius [a], quem Trimegiſtum vocant ſenſit et ſcripſit. Apuleius quidem deos illos negat, ſed cum dicit ita inter homines deos; quadam medietate verſari, vt hominibus apud ipſos deos neceſſarij videantur,cultum eorum à ſupernorũ deorum religione non ſeparat. Ille autẽ Aegyptius alios deos dicit eſſe à ſummo deo factos,alios ab hominibus. Hoc qui audit,ſicut à me poſitum eſt,putat dici de ſimulachris: quia opera ſunt manuum hominum. At ille viſibilia & cõtrectabilia ſimulachra velut corpora deorum eſſe aſſerit. Ineſſe autem his quoſdam ſpiritus inuitatos, qui valeant aliquid,ſiue ad nocendum,ſiue ad deſideria eorũ nonnulla complẽda, à quibus eis diuini honores, & cultus obſequia deferuntur. Hos ergo ſpiritus inuiſibiles per artem quandam viſibilibus rebus corporalis materiæ copulare, vt ſint quaſi animata corpora illis ſpiritibus dicata,& ſubdita ſimulachra:hoc eſſe dicit deos facere, eamq; magnam & mirabilem deos faciendi accepiſſe homines poteſtatẽ. Huius Aegyptij verba ſicut in noſtram linguam interpretata [b] ſunt ponam. Et quoniã de cognatione,inquit, & conſortio hominum deorũq; nobis indicitur ſermo, poteſtatem hominis, ô Aſclepi, vimq; cognoſce. Dominus inquit, & pater, vel quod eſt ſummum, deus, vt effector eſt deorum cœleſtium,ita homo eſt factor† deorum, qui in tẽplis ſunt humana proximitate contenti. Et paulo pòſt : Ita humanitas, inquit, ſemper memor naturæ [c] & originis ſuæ, in illa diuinitatis imitatione perſeuerat : vt ſicuti pater ac dominus,vt ſui ſimiles eſſent, deos fecit æternos,ita humanitas deos ſuos ex ſui vultus ſimilitudine figuraret. Hic cum Aſclepius, ad quẽ maxime loquebatur,ei reſpondiſſet atque dixiſſet:Statuas dicis,ô Trimegiſte? Tum vero ille: Statuas, inquit, ô Aſclepi, vides,ne [d] quatenus tuipſe diffidas,ſtatuas animatas ſenſu & ſpiritu plenas,tantaq; facientes & talia:ſtatuas futurorum præſcias, ea quæ forte vates omnis ignoret [e] in multis & variis rebus prędicentes,imbecillitates hominibus facientes,easq; curantes,triſtitiam lætitiamq; pro meritis? An ignoras, ô Aſclepi, quod Aegyptus imago ſit cœli:aut,quod eſt verius,tranſlatio aut deſcẽſio omnium quæ gubernantur,atque exercentur in cœlo:ac ſi dicendum eſt verius,terra noſtra mundi totius eſt templum? Et tamen quoniam præſcire cuncta prudentem decet,iſtud vos ignorare fas non eſt. Futurum tempus eſt,cum appareat Aegyptios incaſſum pia mẽte diuinitati ſedulã religionẽ * ſeruaſſe, & omnis eorum ſancta veneratio in irritum caſura fruſtrabitur. Deinde multis verbis Hermes hunc locum exequitur, in quo videtur hoc tempus prædicere, quo Chriſtiana religio,quãto eſt veracior atque ſanctior, tanto vehementius & liberius cuncta fallacia figmenta ſubuertit, vt gratia veriſſimi ſaluatoris liberet hominem ab his diis,quos fecit homo: & ei deo ſubdat, à quo factus eſt homo. Sed cũ Hermes iſta prædicit, velut amicus eiſdem ludificationibus dæmonum loquitur : nec Chriſtianum nomen euidenter exprimit, ſed tanquam ea tollerentur atque delerẽtur,quorum obſeruatione cœleſtis ſimilitudo cuſtodiretur in Aegypto:ita hæc futura deplorans,luctuoſa quodammodò prædicatione teſtatur. Erat enĩ de his,de quibus dicit Apoſtolus, quod cognoſcentes deum, non ſicut deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum : dicentes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. Et immutauerunt gloriam incorruptibilis dei in ſimilitudinẽ imaginis corruptibilis hominis:& cætera,quę commemorare longum eſt. Multa quippe talia [f] dicit de vno vero deo

D

Pſal. 113.

E

†*aliâs factor*

F †*aliâs diuinitatẽ ſedula religiõe*

G deo fabricatore mundi,qualia veritas habet.Et nescio, quomodo illa obscuratione cordis ad ista delabitur,vt diis,quos cõfitetur ab hominibus fieri, semper velit homines subdi, & hæc futuro tempore plangat auferri. quasi quicquam sit infœlicius homine,cui sua figmenta dominantur:cũ sit facilius [g], fieri deos colendo quos fecit,ne ipse sit homo, quàm vt per eius cultum dij esse possint, quos fecit homo. Citius enim fit,vt homo in honore positus, pecoribus nõ intelligens comparetur, quàm vt operi dei ad eius imaginem facto, id est, ipsi homini,opus hominis præferatur. Quapropter merito homo deficit ab illo,qui eum fecit,cum sibi præficit ipse,quod fecit.Hæc vana,deceptoria,perniciosa,sacrilega, Hermes Aegyptius, quia tempus quo auferrentur venturum sciebat, dolebat:sed tam impudenter dolebat, quàm imprudenter sciebat. Nõ enim hoc ei reuelauerat spiritussanctus,sicut Prophetis sanctis,qui hæc
Hiere.2. præuidentes cum exultatione dicebant:Si faciet homo
Zacha.3. deos:& ecce ipsi non sunt dij. Et in alio loco:Erit in il
H lo die, dicit dominus, Exterminabo nomina simulachrorum à terra,& non erit eorum memoria. Proprie vero de Aegypto,quod ad hanc rem attinet,ita sanctus
Esaiæ.19. Esaias prophetat: Et mouebuntur manufacta Aegypti à facie dei, & cor eorum vincietur in eis:& cætera huiusmodi.Ex quo genere & illi erant,qui venturũ,quod
*aliâs uiderunt dominum sciebant venisse [h],gaudebant:qualis Simeõ,qualis An
Lucæ.1. na,qui mox natum Iesum,*qualis Elisabeth,quę etiam
Lucæ.2. conceptum in spiritu agnouit:qualis Petrus, reuelante
Matt.16. patre [i] dicens: Tu es Christus filius dei viui. Huic autẽ
Matth.8. Aegyptio illi spiritus indicauerant futura tẽpora perditionis suæ:qui etiam præsenti in carne trementes domino,dixerũt: Quid venisti ante tempus perdere nos? Siue quia subitum [k] illis fuit, quod futurum quidem, sed tardius opinabantur: siue quòd perditionem suam hanc ipsam dicebant,qua fiebat, vt cogniti spernerentur.Et hoc erat ante tempus,id est,ante tempus iudicij, quo æterna damnatione puniendi sunt cum omnibus etiam hominibus,qui eorum societate detinentur:sicut religio loquitur [l],quæ nec fallit,nec fallitur, non sicuti iste quasi omni vento doctrinæ hinc atque inde perflatus,& falsis vera permiscens,dolet quasi perituram religionem,quem postea confitetur,errorem.

a Hermes Aegyptius.)De hoc paulo pòst. b Sicut in nostram linguam interpretata.) Hermæ aliquot circunferuntur libri, & Græci Latinitate donati. Quæ hic adfert Augustinus,sunt ex Asclepio Mercurij,quem Apuleius Latinis vertit. c Ita humanitas semper memor naturæ.)In exemplari Mercurij Latino sic le
I giturIta humanitas semper vicina naturæ & origini suæ. d Videas ne.)Sic etiam apud Mercuriũ,sed in libro Brugen. Vides quatenus ipse non diffidas. e Ea quæ forte vates omnis ignoret. Sic habetur apud Aesculapium:Easq; forte vates omnes somniis multisq; aliis rebus prædicentes,imbecillitatesq; hominibus facientes,easq; curãtes, tristitiãq; pro meritis.Et sic scribebatur in exemplari Coloniensi, sed læritiam est superscriptum. f Multa quippe talia.) Adducerem ex eis aliqua,si libri non essent vulgares:nunc cum sint in manibus omnium,ociosum videatur citare huc illius dicta. g Cum sit facilius.) In antiquis libris ad hunc modum scribitur:Cum sit facilius,vt tanquam deos colendo,quos fecit,nec ipse sit homo,quàm vt &c. h Qui venturum quod sciebant venisse.)Qui gaudebant Christum,qui erat vẽturus,iam venisse.is enim erat patribus in lege ac Prophetis promissus. Sic Ioannes iussit eum rogari:Es tu ille,qui venturus est,an alium sumus adhuc expectaturi?
i Qualis Petrus reuelante patre.)Hæc est præcipua professio, hic primus & firmissimus Ecclesiæ nunquam ruituræ lapis,credere ac profiteri IESVM ESSE CHRISTVM FILIVM DEI VIVI. Hoc non reuelauit philosophia humana, non astus, non sagacitas, & sapienria mundi,sed deus vniuersorum parens, iis tantum, quos charissimos habet. k Siue quia subitum.) Declarat, cur dæmones antè tempus putent se à Christo prodi. l Sicut religio loquitur.)Matthęi vigesimo quinto. In malos enim hæc pronunciatur sententia: Ite in ignem æternum,qui paratus est diabolo,& angelis eius.

Quomodo Hermes patenter parentum suorum sit confessus errorem,quem tamen doluerit destruendum. Cap. XXIIII.

K Post multa enim ad hoc ipsum redit, vt iterũ dicat de diis, quos homines fecerunt, ita loquens: Sed iam de talibus sint satis dicta talia. Iterum, inquit, ad hominem rationémque redeamus,ex quo diuino dono homo animal dictum est rationale.Minus enim miranda, & si miranda sunt,quæ de homine dicta sunt. omnium enim mirabilium [a] vi cit admirationem, quòd homo diuinam potuit inuenire naturam, eámque efficere.Quoniam ergo proaui nostri multum errabant circa deorum rationẽ increduli [b], & non animaduertentes ad cultum religionémque diuinam, inuenerunt artem, qua efficerent deos. Cui inuentæ adiunxerunt virtutem de mundi natura conuenientem,eámque miscentes: quoniam animas facere non poterant, euocantes animas dæmonum, vel angelorum eas indiderunt imaginibus sanctis diuinisq; mysteriis, per quas idola & benefaciendi & male, vires habere potuissent. Nescio vtrum sic confiterentur ipsi dæmones adiurati, quomodo iste confessus est. Quoniam, inquit, proaui nostri multum errabant circa deorum rationem increduli, & nõ animaduertentes ad cultum religionémque diuinam, L inuenerunt artem, qua efficerent deos. Nunquid nam saltem mediocriter eos dixit errasse, vt hãc artem inuenirent faciendi deos: aut contentus fuit dicere, errabant;nisi adderet & diceret, multum errabant? Iste ergo multus error & incredulitas non animaduertẽtium ad cultum religionémque diuinam, inuenit artem qua efficeret deos.Et tamen quod multus error & incredulitas, & à cultu ac religione diuina auersio animi inuenit, vt homo arte faceret deos:hoc dolet vir sapiens tanquam religionem diuinam venturo certo tempore auferri. Vide si non & vi diuina maiorum suorum errorem præteritum prodere, & etiam vi diabolica pœnam dæmonum futuram dolere compellitur.Si enim proaui eorum multum errando circa deorum rationem incredulitate & auersione animi à cultu ac religione diuina inuenerunt artem, qua deos efficerent: quid mirum si hæc ars detestanda, quicquid fecit auersa à religione diuina, auferetur à religione diuina,cum veritas emendet errorem, fides redarguat incredulitatem, conuersio corrigat auersionem? Si e- M nim tacitis causis dixisset proauos suos inuenisse artem, qua deos facerent:nostrum fuit vtique si quid rectum piũmque saperemus, attendere & videre nequaquam illos ad hanc artem peruenturos fuisse, qua homo deos facit, si à veritate non aberrarent. Si ea quæ deo digna sunt, crederent: si animum aduerterent ad cultum religionémque diuinam. Et tamen si causas artis huius nos diceremus multum errorem hominũ, & incredulitatem, & animi errantis atque infidelis à diuina religione auersionem, vtcunque ferenda esset impudentia resistentium veritati.Cum vero idem ipse qui potestatem huius artis super omnia cætera miratur in homine, qua illi deos facere concessum est: & dolet venturum esse tempus, quo hæc omnia deorum figmenta ab hominibus instituta, etiam legibus iubeantur auferri, confitetur tamen atque exprimit causas, quare ad ista peruentum sit, dicens proauos suos multo errore & incredulitate, & animum non aduertendo ad cultum religionémque diuinam inuenisse hanc artem,qua facerent deos. Nos quid oportet dicere, vel potius quid agere, nisi quantas possumus gratias domino deo nostro, qui hæc contrariis causis, quàm instituta sunt,abstulit?Nam quod instituit multitudo

A titudo erroris,abstulit via veritatis: quod instituit incredulitas,abstulit fides:quod instituit à cultu diuinę religionis auersio, abstulit ad vnum verum deum sanctumq; conuersio. Nec in sola Aegypto,quam solam in isto plangit dæmonum spiritus,sed in omni terra, qua cantatur domino canticum nouum: sicut vere sacræ & vere propheticæ literæ prænunciauerunt,vbi scriptum
Psal.95. est:Cantate domino canticum nouum, cantate domino omnis terra. Titulus quippe Psalmi huius est [c],quãdo domus ædificabatur post captiuitatem: ædificatur enim domus domino ciuitas dei,quæ est sancta ecclesia in omni terra:post eam captiuitatem, qua illos homines de quibus credentibus in deum tanquam lapidibus viuis domus ædificatur captos dęmonia possidebant. Neque enim quia homo deos faciebat, ideo non ab eis possidebatur ipse qui fecerat, quando in eorum societatem colendo traducebatur.Societatem dico, nõ idolorum stolidorum, sed versutorum dæmoniorum.
Psalm.113. Nam quid sunt idola,nisi quod eadem scriptura dicit:
*aliâs non uidebũt. Oculos habent & non vident: *& quicquid tale de materiis licet affabre effigiatis,tamen vita, sensuq; carentibus,dicendum fuit? Sed immundi spiritus eisdem simulachris arte illa nefaria colligati cultorum suorum
B animas, in suam societatem redigendo, miserabiliter
1.Cor.10. captiuauerãt. Vnde dicit Apostolus: Scimus,quia nihil est idolũ:sed quæ immolãt gẽtes dęmonibus,immolãt, & nõ deo:nolo vos socios fieri dæmoniorũ. Post hanc ergo captiuitatẽ qua homines à malignis dæmonibus tenebãtur,dei domus ædificatur in omni terra:vnde ti
Psal.95. tulũ ille Psalmus accepit,vbi dicitur:Cãtate domino cãticũ nouũ, cãtate domino omnis terra. Cãtate domino & benedicite nomini eius,bene nunciate [d] diẽ ex die [e] salutare eius. Annunciate in gentibus gloriam eius, in omnibus populis mirabilia eius. Quoniam magnus dominus & laudabilis nimis, terribilis est super omnes deos. Quoniam omnes dij gẽtium dæmonia, dominus autem cœlos fecit. Qui ergo doluit venturũ fuisse tempus,quo,auferretur cultus idolorum:& in eos qui colerent,dominatio dæmoniorum malo spiritu instigatus, semper volebat istam captiuitatem manere,qua transacta Psalmus canit,ædificari domum in omni terra. Prænunciabat illa Hermes dolendo: prænunciabat hęc Propheta gaudendo.Et quia spiritus victor est,qui hæc per sanctos Prophetas canebat:etiam Hermes ipse ea quæ nolebat, & dolebat auferri: non à prudenti-
C bus,& fidelibus,& religiosis, sed ab errantibus & incredulis,& à cultu diuinæ religionis auersis esse instituta, miris modis coactus est confiteri. Qui quantuis eos appellet deos, tamen cum dicit à talibus hominibus factos,quales esse vtiq; non debemus,velit,nolit,ostendit colendos non esse ab eis,qui tales non sunt,quales fuerunt,à quibus facti sunt: hoc est,à prudentibus, fidelibus,religiosisq: simul etiam demonstrans,ipsos homines;qui eos fecerunt,sibimet importasse,vt eos haberẽt deos,qui dij non erant. Verum est quippe illud prophe ticum: Si faciet homo deos, & ecce ipsi non sunt dij. Deos ergo tales,talium deos arte factos à talibus, cum appellasset Hermes, id est,idolis dæmones, per artem nescio quam, cupiditatum suarum [f] vinculis illigatos: cum appellaret factos ab hominibus deos, non tamen eis dedit,quod Platonicus Apuleius,vnde satis iam diximus: & quàm sit incõueniens absurdumq; monstrauimus, vt ipsi essent interpretes & intercessores inter deos,quos fecit deus, & homines, quos idem ipse fecit deus:hinc afferentes vota,inde munera referentes. Nimis enim stultum est credere deos, quos fecerunt homines,plus valere apud deos quos fecit deus,quàm valent ipsi homines, quos idem ipse fecit deus. Dæmon quippe simulachro arte impia colligatus ab homine, D
†aliâs, tali homini, nõ omni homini. factus est deus,sed tali homine [g],non omni homine †. Qualis est ergo iste deus,quem non faceret homo nisi errans & incredulus, & auersus à vero deo? Porrò si dæmones qui coluntur in templis, per artem, nescio quam, imaginibus inditi, hoc est, visibilibus simulachris,ab eis hominibus,qui hac arte fecerunt deos,cum aberrarẽt, auersiq; essent à cultu & religione diuina,nõ sunt internuncij,nec interpretes inter homines & deos:& propter suos pessimos ac turpissimos mores, ipsi etiam homines quanuis errantes,& increduli,& auersi à cultu ac religione diuina, tamen eis sine dubio meliores sunt, qui deos ipsi arte fecerunt: restat,vt quod possunt,tanquam dæmones possint,vel quasi beneficia præstando magis nocentes,quia magis decipientes,vel aperte malefaciendo. Nec tamen quodlibet horum, nisi quando,& quantum permittuntur alta & secreta dei prouidentia: non autem tanquam medij inter homines & deos, per amicitiam deorum multum apud homines valent. His enim dij boni, quos sanctos angelos nos vocamus, rationalésque creaturas sanctæ cœlestis habitationis,siue sedes, siue dominationes, si- E ue principatus, siue potestates amici esse omnino non possunt, à quibus tam longe absunt animi affectione, quàm longe absunt à virtutibus vitia, & à bonitate malitia [h].

a Omnium enim mirabiliũ.) Ipse Mercurius identidem magnũ miraculum hominem vocat,animal venerandum & adorandum b Circa rationem deorum increduli.) In Mercurio habetur: contra rationem deorum, & alibi contra orationẽ. c Titulus quippe Psalmi huius est.) Græcè sic est: Ἀινῶ. ᾠδὴ τῷ ᾠδῷ τοῦ ᾠδῶν, ὅτε ὁ οἶκος ᾠκοδομεῖτο μετὰ τὴν ἀιχμαλωσίαν. Hebraicè nullum præfert titulum translatio Hieronymi,& Græce sic dicitur, ἀνὰ γράφειν ἀφῆ βραίοις. d Bene nunciate.) Vulgo habetur, annunciate.Græce, εὐαγγελίζεσθαι.Et post est, ἀναγγέλλετε,quod ipse vertit annunciate. e Diem ex die.) Græca prhasi ἡμέραν ἐξ ἡμέρας. f Per artem,nescio quam,cupiditatum suarum.) Porphyrius in libro de philosophia oraculorũ scribit deos hominibus indicare non modo fœlicem consuetudinem,& familiaritatem suam, sed etiam quibus capiantur, gaudeantq; rebus quibus deuinciãtur,quibus cogantur,quos dies vitare oporteat,quos seruari. figuras ipsas simulachrorũ cuiusmodi esse deceat: vt ex oraculis Hecates ostendit,quæ negat se posse contemnere signum ære,vel argento,vel auro factũ. Et quo pacto sit aliter ex absinthio,& muris sanguine, & myrrha & thure & styrace cõflandũ docet. g Sed tali homine.)Puta malo, & qualẽ Mercurius ipse describit. h Et à bonitate malitia.) Malitiam pro omni vitio maló que posuit,vt Graeci κακίαν, quod verbum Cicero volumine tertio de finibus virium se malle interpretari dicit, quàm malitiam Nam est hæc certa vitij species contraria rectæ & honestæ simplicitati,astutiæ fraudúm que mater. *Malitia.* F

De his quæ sanctis angelis & hominibus possunt esse communia. Caput XXV.

Nullo modo igitur quasi per dæmonum medietatem,ambiendum est ad beneuolentiam, seu beneficentiam deorum,vel potius bonorũ angelorum,sed per bonæ volũtatis similitudinem, qua cum illis sumus,& cum illis viuimus, & cum illis deũ quem colunt,colimus:& si eos carnalibus oculis videre non possumus,in quantum autem dissimilitudine voluntatis,& fragilitate infirmitatis miseri sumus,in tantum ab eis longe sumus vitæ merito, non corporis loco. Non enim quia in terra conditione carnis habitamus,sed si per immunditiam cordis terrena sapimus, non eis iungimur. Cum vero sanamur, vt quales ipsi sunt,simus: fide interim illis propinquamus, si ab illo nos fieri beatos,à quo & ipsi facti sunt etiã ipsis fauentibus credimus.

k Quod

G

Quod omnis religio Paganorum circa homines mortuos fuerit impleta. Caput XXVI.

SAnè aduertendum est, quomodo iste Aegyptius cum doleret tempus esse venturum, quo illa auferrentur ex Aegypto, quæ fatetur à multum errantibus & incredulis, & à cultu diuinæ religionis auersis esse instituta. Ait inter cętera: Tunc terra ista sanctissima sedes delubrorum atq; templorum, sepulchrorum erit mortuorumq; plenissima. Quasi vero si illa non auferrentur, non essent homines morituri, aut alibi essent mortui ponendi quàm in terra. Et vtiq; quanto plus volueretur temporis & dierũ θ longitudo, θ tanto maior esset numerus sepulchrorum, propter maiorem numerum mortuorum. Sed hoc videtur dolere, quod memoriæ martyrum nostrorum templis eorum delubrisq; succederent: vt videlicet qui hæc legunt animo à nobis auerso atque peruerso putent à Paganis deos cultos fuisse in tẽplis, à nobis autẽ coli mortuos in sepulchris. Tanta enim homines
H impij cæcitate in montes quodammodo offendunt [a], resq; oculos suos ferientes nolunt videre, vt non attendant in omnibus literis Paganorum, aut non inueniri, aut vix inueniri deos qui non homines fuerint, omnibus tamen honores [b] studeant exhibere diuinos, quasi nihil vnquam humanitatis habuerint. Omitto quod Varro dicit omnes ab his mortuos existimari manes deos, & probat per ea sacra quę omnibus ferè exhibentur mortuis [c], vbi & ludos commemorat funebres [d], tanquam hoc sit maximum diuinitatis indicium, quod non soleant ludi nisi numinibus celebrari. Hermes ipse de quo nunc agitur, in ipso eodem libro vbi quasi futura prænunciando deplorans ait: Tunc terra ista sanctissima sedes delubrorum atque templorum, sepulchrorum erit mortuorumq; plenissima: deos Aegypti homines mortuos esse testatur. Cũ enim dixisset proauos suos multum errãtes circa deorum rationem incredulos, & non animaduertentes ad cultum religionemq; diuinam, inuenisse artem qua efficerẽt deos: cui inuentæ, inquit, adiunxerunt virtutem de mundi natura conuenientem, eamq; miscentes, quoniam animas
I facere non poterant, euocantes animas dæmonum vel angelorum, *eas indiderunt imaginibus sanctis* diuinisq; mysteriis, per quas idola & benefaciendi & male vires habere potuissent. Deinde sequitur tanquam hoc exemplis probaturus & dicit: Auus enim tuus, ô Asclepie [e], medicinæ primus inuentor, cui templum consecratũ est in monte Lybæ [f] circa littus Crocodilorum [g], in quo eius iacet mundanus homo, id est, corpus: reliquus enim vel potius totus, si est homo totus in sensu vitæ, melior remeauit in cœlum, omnia etiam nunc hominibus adiumenta præstans infirmis numine nunc suo, quæ ante solebat medicinæ arte præbere. Ecce dixit mortuum coli pro deo in eo loco vbi habebat sepulchrum: falsus ac fallens, dicendo quod remeauit in cœlum, omnia etiam nunc hominibus adiumenta præstans infirmis. Adiungens deinde aliud: Hermes, inquit, cuius auitum mihi nomen [h] est, nónne in cognominis sui patria [i] consistens, omnes mortales vndique venientes adiuuat, atque conseruat? Hic enim Hermes maior, id est, Mercurius, quem dicit auum suum fuisse, in Hermopoli, hoc est, in sui nominis ciuitate perhibetur esse sepultus. Ecce duos deos dicit homines fuisse, Aesculapiũ & Mercurium. Sed de Aesculapio [k] & Græci & Latini hoc idem sentiunt. Mercurium autẽ multi [l] non putãt fuisse mortalem, quem tamen iste auum suum fuisse testatur. Etenim alius est ille [m], alius iste, quanuis eodem nomine nuncupentur. Non multum pugno alius ille sit, alius iste: verum iste sicut Aesculapius ex homine deus: secundum testimoniũ tanti apud suos viri huius Trismegisti [n] nepotis sui. Adhuc addit, & dicit: Isin vero vxorem [o] Osiris quàm multa bona præstare propitiam, quãtis scimus obesse iratã. Deinde vt ostenderet ex hoc genere esse deos, quos illa arte homines faciunt: vnde dat intelligi, dæmones se opinari ex hominum mortuorum animis extitisse, quos per artem, quam inuenerunt homines multum errantes, increduli & irreligiosi, ait inditos simulachris: quia hi qui tales deos faciebant, animas non vtiq; facere poterant. Cum de his idem dixisset, quod commemorauí, quantis obesse scimus iratã: secutus adiunxit, Terrenis enim diis atq; mundanis facile est irasci: vtpote qui sunt [p] [ab] hominibus ex vtraq; natura facti atque compositi. Ex vtraq; natura dicit, ex anima & corpore: vt pro anima sit dæmon, pro corpore simulachrũ. Vnde contigit, inquit, ab Aegyptiis hæc sancta animalia nũcupari coliq; per singulas ciuitates eorum animas [q], qui eas consecrauere * † viuentes, ita vt eorum legibus incolantur, & eorum nominibus nuncupentur. Vbi est illa velut querela luctuosa, quod terra Aegypti sanctissima sedes delubrorum atq; templorum, sepulchrorũ futura esset mortuorumq; plenissima? Nempe spiritus fallax, cuius instinctu Hermes ista dicebat, per eum ipsum coactus est confiteri iam tunc illam terram sepulchrorum & mortuorũ, quos pro diis colebant, fuisse plenissimam. Sed dolor dæmonum per eum loquebatur, qui suas futuras pœnas apud sanctorũ martyrum memorias imminere mœrebant. In multis enim talibus locis torquentur & cõfitentur, & de possessis corporibus hominum eiiciuntur.

K

L

*†ab, quorum sunt cõsecratæ

a IN montes quodammodo offendunt.) In res magnas, & quas nemo nõ vitat, ipsi impingũt. b Omnibus tamẽ honores.) In veteribus libris sic legitur: Aut vix inueniri deos, qui non homines fuerint, mortuisque diuini honores delati sunt. Omitto quod Varro dicit omnes ab his mortuos existimari manes deos. c Et probat per ea sacra quæ omnibus ferè exhibentur mortuis.) Cicero lib. de leg. ij. Nec vero tam Necia, quæ à nece appellata sunt, qua resident mortui, quàm cæterorum cœlestium quieti dies ferię nominarentur, nisi maiores, eos qui ex hac vita migrassent, in deorum numero esse voluissent. d Vbi & ludos commemorat funebres.) In his ludis exhibebantur fabulæ. Nam ex Terentianis Adelphi, Acta est ludis funebribus Aemilij Pauli Macedonici, duobus eius filiis P. Cornelio Scipiõe & Q. Fabio. Aedil. Curul. gladiatores quoq; depugnabant, quem morem induxerunt M. & D. Iunij Bruti ludis funebribus patris primo anno belli Punici primi, App. Claud. Caudace, & M. Fuluio Coss. depugnarũt in Boario foro. Liui. li. xj. & Valerius lib. ij. & Ausonius in gryphis:

Tres primas Thracum pugnas, tribus ordine sellis
Iuniadæ patri inferias misere sepulchro.
Dabatur & epulum, & visceratio.

Necia.

M

e Auus enim tuus, ô Asclepi.) Asclepius Græce est Aesculapius. Huius Aesculapij quem secum loquentem facit Mercurius auum, Augustinus Aesculapium medicinæ repertorem putat. Quis hic Aesculapius ex tribus quos Cicero numerat, non conuenit. Nam vnus ex his sepultus esse dicitur Cynosuris Achaię fulmine ictus. Alter prope Lusium fluuium in Archadia. Tertius fuit secundi Mercurij frater, qui filius fuit Valentis & Pheronidis. hunc etiam Aesculapium magno in honore habent Archades. Aesculapium quoq; Osiridem vocari solitum Tacitus scribit: nescio an de hoc intelligat. Verisimilius est de hoc Mercurium loqui, quàm de quouis alio. f In monte Libyæ.) Hic mons prælongus est, ab ima Aegypto supra Cynopolim se extendens, nõ vnus putatur mons à Ptolemæo qui Λιβυκὰ ὄρη vocat. g Crocodilorum.) Crocodilus ex genere serpentum est, sed quadrupes ouiparus, crescit septemdecim cubitos & eo amplius. Mandibulam superiorem cõtra omnem animantium naturam mouet: homines & omnia terrestria vorat, viuitq; interim in sicco, interim in aqua. De hoc Herodotus, Aristoteles, Plinius, & alij. Seneca Crocodilum aut fugax esse animal audaci, audacissimũ timido. Crocodili vrbs prope montem Libycum erat sita in mediterraneis Aegypti non longe à Ptolemaide in fine sexti paralleli climatis tertij. Crocodilum venerationi habitum ab Aegyptiis scribit Porphyrius, ideo quod Soli esset sacer: sicut etiam Aries, & Cantharus, & Astur. h Hermes, inquit, *cuius auitum mihi est nomen*.) Cicero Mercurios numerat quinq;,

Crocodilus

A quinq;, quorum duo ab Aegyptiis colantur. priorem Nilo patre genitũ, quem illi nefas habent nominare: alterum qui Argum interemit, Aegyptóque præfuit, quibus leges & literas dedit, illumq; vocat Theut. quo nomine primus anni mẽsis apud illos dicitur. Euseb. lib. j. Phœnices ait in theologia sua putasse Mercurium Trimegistum scribam fuisse Saturni Cœli filij, cuius opera vsus sit Saturnus in tuenda matre: cúmque hic australes mundi partes peteret, vniuersam Aegyptum Mercurio reliquisse. Diodorus Mercurium scribit fuisse Isidi & Osiridi in consilio. Cumq; in expeditionem Osiris iret, Mercurium ceu consiliarium Isidis cõiugis domi reliquisse, hominemq; fuisse insigni prudentia, multáque tradidisse mortalibus artes ac scientias. Hũc existimo fuisse auum huius Hermę, qui scripsit, illúmque vocatum esse Theut, dæmonẽ, vt ait Plato in Phædro, qui artes mathematicas & literas, & aleã inuenit, detulítq; ad Thamum Aegypti regẽ, qui rex postea dictus est Ammon. i In cognominis sui patria.) Alibi, in sibi cognomine patria in Mercurio vero Apuleij corruptissime, sibi cognomẽ patriũ. Hermopolis est magna in Aegypto vrbs, & nom' Hermopolitana, ab occasu fluuij, inquit Ptolemæus, mediterranea, euntibus ad mare nostrũ: superior est Crocodilopoli, in septimo parallelo climatis tertij. k Sed de Aesculapio.) Hũc enim inter semideos collocãt, & eos qui meritis nacti sunt cœlũ, quales sunt Hercules, Bacchus, & Romulus. Theodoritus de martyribus scribit, Homeri tẽpore Aesculapiũ nondũ pro deo esse habitũ. nã ille curatorẽ vulnerũ Martis nõ Aesculapium facit, sed Pæonem. Et cũ de Machaone Aesculapij filio loquitur, virum eum vocat Aesculapij absoluti medici filium. l Mercurium autem multi.) Nam hic ex diis est cœlestibus perpetuis, vnúsque ex consentibus. m Etenim alius est ille.) Mercurius ille celebris fuit Maiæ & Iouis Saturnij filius, nepos Atlantis. Nam alij duo fuerunt Aegyptij, vt dixi, alij etiam duo, quorum prior cœlo & die est genitus, is quem arrecta natura fingunt propter aspectum Proserpinæ: posterior Valentis & Pheronidis filius. quem Thryphonij nomine colunt in antro Lebadienses. n Huius Trismegisti.) Quasi ter maximi. Non fuit is qui scripsit Trimegistus, sed eius auus: vtrunque tamen nomen & Hermæ & Trimegisti nepos accepit. fuit autem ille Theut & rex maximus, & sacerdos maximus, & sapiens maximus, vt quibusdam lego placuisse.

Hermopolis.

Trimegistus.

B o Isin vero vxorem.) Alibi, Isin vero Osiris. apud Mercurium Isin vero & Osirin quam multa bona præstare propitia, tantum obesse scimus irata. p Vtpote qui sunt.) Apud Mercurium sic: vtpote qui sunt ab hominibus facti atque compositi extráque naturam. sed ex vtraque natura legit Augustinus. q Colíque per singulas ciuitates eorum animas.) Innumeras res Aegyptij pro diis colebant, velut allia & cępas, per quæ iurabant Plinio: & animalia complura, de quorum nominibus vrbes aliquot nominarunt, vt à crocodilo crocodilopolim, vt dixim', à lupo lycopolim, à leone leõtopolim à lato pisce latopolim. vt quoniã bouẽ prim' instituit coli Apis, idcirco & ipse bouis imagine colitur, Mercuri' canis, Isis vaccæ. Diodorus scribit in galeis & insignibus principes viros alios aliorũ animaliũ formis vti solitos, velut Anubim cane, & Macedonẽ lupo: vnde veneratio illis animalibus nata. hinc principes vita fictos eorũ animalium, quæ ipsis placuerant nominibus nuncupare, & imaginibus venerari instituerũt. Hoc est quod Mercurius dicit coli eorũ animas, qui illa animalia viuentes consecrauerunt, augusta & plena venerationis illa effecerunt principes, cum suis galeis, clypeis, insignibúsq; addi voluerũt: vnde visum est rudi populo non paruam victoriæ partem, iis ipsis acceptam esse referendam, ita in deorum numerum sunt relata.

De modo honoris, quem Christiani martyribus impendunt. Caput XXVII.

C NEc tamen nos eisdem martyribus templa, sacerdotia, sacra, & sacrificia constituimus: quoniam nõ ipsi, sed deus eorum nobis est deus. Honoramus sanè memorias eorum tãquam sanctorũ hominum dei, qui vsque ad mortem suorum corporũ pro veritate certarunt, vt innotesceret vera religio falsis religionibus fictisq; conuictis: quod etiam si qui antea sentiebant, timendo reprimebant. Quis autẽ audiuit aliquãdo fidelium stantem sacerdotem ad altare etiam super sanctum corpus martyris ad dei honorem cultumq; constructum, dicere in precibus: Offero tibi sacrificium Petre, vel Paule, vel Cypriane [a], cum apud eorum memorias offeratur deo, qui eos & homines & martyres fecit, & sanctis suis angelis cœlesti honore sociauit: vt ea celebritate, & deo vero de illorum victoriis gratias agamus, & nos ad imitationẽ talium coronarum atq; palmarum eodẽ inuocato in auxilium ex eorum memorię renouatione adhortemur? Quęcunq; igitur adhibẽtur religiosorum obsequia in martyrum locis, ornamenta sunt memoriarum, non sacra vel sacrificia mortuorum tanquam deorum. Quicunq; etiã epulas [b] suas eò deferũt, quod quidẽ à Christianis melioribus nõ fit, & in plerisq; terrarũ nulla talis est consuetudo: tamen quicunque id faciunt, quas cum apposuerint, orant, & auferunt, vt vescantur: vel ex eis etiã indigentibus largiantur, sanctificari ibi eas volunt per merita martyrum in nomine domini martyrum. Nõ autem ista esse sacrificia martyrum [c] nouit, qui nouit vnum, quod deo illic offertur sacrificium Christianorum. Nos itaq; martyres nostros nec diuinis honoribus, nec humanis criminibus colimus, sicut colunt illi deos suos, nec sacrificia illis offerimus, nec eorum probra [d] *in eorum sacra conuertimus*. Nam de Iside vxore Osiris Aegyptia dea, & de parentibus eorum, qui omnes reges fuisse scribuntur: quibus parentibus suis illa cum sacrificaret, inuenit hordei segetem [e], atque inde spicas marito regi & eius consiliario Mercurio demonstrauit: vnde eandem & cererem volunt, quæ & quanta mala non à Poëtis, sed à mysticis eorum literis memoriæ mandata sint: sicut Leone sacerdote prodente ad Olympiadem matrem scribit Alexander: legant qui volunt, vel possunt, & recolant qui legerunt: & videant quibus hominibus mortuis, vel de quibus eorum factis tanquam diis sacra fuerint instituta. Absit vt eos, quanuis deos habeant, sanctis martyribus nostris, quos tamen deos non habemus, vlla ex parte audeant comparare. Sic enim non constituimus sacerdotes, nec offerimus sacrificia martyribus nostris: quia incongruum indebitum illicitum est, atq; vni deo tantũmodo debitum: vt nec criminibus suis, nec ludis eos turpissimis oblectemus, vbi vel flagitia isti celebrant deorum suorum, si cum homines essent talia commiserunt, vel conficta delectamenta dęmonum noxiorum, si homines non fuerunt. Ex isto genere dæmonũ Socrates non haberet deum, si haberet deum: sed fortasse homini ab illa arte faciẽdi deos alieno & innocenti, illi importauerunt talem deum, qui eadem arte excellere voluerunt. Quid ergo plura? Non esse spiritus istos colendos propter vitam beatam, quę post mortem futura est, nullus vel mediocriter prudens ambigit. Sed fortasse dicturi sunt, deos quidẽ esse oẽs bonos, dæmones autẽ alios bonos alios malos: & eos per quos ad vitam in ęternũ beatam perueniamus colendos esse censebunt, quos bonos opinantur. quod quale sit, iam in volumine sequenti videndum est.

D

E

F

a VEl Cypriane.) Hic fuit Episcopus Carthaginensis, *doctissimis plerisque iuxta & sanctissimis ingenij* monumentis ædítis clarus, insignis quoque martyrio sub Valeriano Cæsare, vt Pontius eius diaconus scribit. b Quicunque etiam epulas.) Hic mos pręcipue valuit in Aphrica, sicut Augustinus in. vj. confessionum testatur, marrémque suam refert ad memorias sanctorum attulisse Mediolani pultes, & panem, & merum, dedisseq; ostiario. Sed hæc Ambrosius fieri vetuit, ne vlla occasio daretur ebriosis se ingurgitãdi, & quia illa quasi parentalia superstitioni gentilium essent simillima.

Cyprianus

c Non autem ista esse sacrificia martyrum.) Multi Christiani in re bona plerunque peccant, quod diuos diuásque nõ aliter venerantur, quàm deum Nec video in multis quod sit discrimen inter eorum opinionem de sanctis, & id quod gentiles putabant de suis diis. Impia est opinio Vigilantij, qui omni honore martyres priuabat, stulta Eunomij, qui ne cogeretur adorare mortuum, templa martyrum non ingrediebatur. Venerandi sunt martyres, non adorandi vt deus: quemadmodum Hieronymus in Vigilantium disserit. d Nec eorum probra.) ~~Ad quod~~ nunc est, quo tempore sacrum celebratur Christi morte sua genus humanum liberantis, ludos nihil prope à scenicis illis veteribus differẽtes populo exhibere. etiam si aliud nõ dixero saris turpe existimabit quisquis audiet, ludos fieri in re maxime seria. Ibi ridetur Iudas quàm potest ineptissima iactans, dum Christum prodit. ibi discipuli fugiunt militibus persequẽtibus, nec tanc cachinnis & actorum & spectatorum: ibi Petrus auriculam rescindit Malcho, applaudente pullata turba, ceu ita vindicetur Christi captiuitas. Et post paucium, qui tam strenue modo dimicarat, rogationibus vnius ancillulæ territus abnegat magistrum, ridente multitudine ancillam interrogantem, & exibilante Petrum negantem. Inter tot ludẽtes inter tot cachinnos & ineptias solus Christus est serius, & seuerus. cúmque affectus conatur mœstos elicere, nescio quo pacto non ibi tantum, sed etiam ad sacra frigefacit, magno scelere atque impietate non tam eorum qui vel spectant, vel agunt, quàm sacerdotum,

 qui eius-

G qui eiusmodi fieri curant. Sed hisce de rebus loquemur forsan commodiore loco. e Inuenit hordei fegetem.) Diodorus lib. primo triticum & hordeum ab Iside inuenta perhibet: ideo in quibusdam vrbibus inter alia quæ Isidis sacris inferunt, triticum & hordeum conspiciuntur. Osirim vero marium earum frugum vtilitate animaduersa ostendisse mortalibus vsum: tum & ex hordeo potum fieri in his regionibus quæ ferendis vinibus aptæ non essent, certum [illegible] vt puto, qua populi septentrionales vtuntur. Verum antiquissimum fuit ex hordeo cibum testatur [illegible] lib. xviij. ex Atheniensium ritu Menandro authore, antiquiorem triticeo esse dubitandum non est. Nunquam enim homines hordeaceo pane vixissent, si nouissent triticum, quo reperto continuo hordeum damnatum est, & quadrupedum refectibus traditum, sicut Plinius inquit.

Isis Ceres.

FINIS.

ELENCHVS
CAPITVM IN AVGVSTINI
de Ciuitate dei, Librum nonum.

1 Ad quem articulum disputatio præmissa peruenerit, & quid discutiendum sit de residua quæstione.
2 An inter dæmones, quibus dij superiores sunt, sit
I aliqua pars bonorum, quorum præsidio ad veram beatitudinem possit humana anima peruenire.
3 Quæ dæmonibus Apuleius ascribat, quibus cum rationem non subtrahat nihil virtutis assignat.
4 De perturbationibus quæ animo accidunt, quæ sit Peripateticorum Stoicorumq; sententia.
5 Quod passiones quæ Christianos animos afficiũt, non in vitium trahant, sed virtutem exerceant,
6 Quibus passionibus dæmones confitente Apuleio exagitentur, quorum ope homines apud deos asserit adiuuari.
7 Quod Platonici figmentis Poëtarum infamatos deos asserant de contrariorum studiorum certamine, cum hæ partes dæmonum, non deorũ sint.
8 De dijs cœlestibus & dæmonibus aëreis hominibusq; terrenis Apuleij Platonici diffinitio.
9 An amicitia cœlestium deorum per intercessionẽ dæmonum possit homini prouideri.
10 Quod secundum Platonis sententiam minus miseri sunt homines in corpore mortali, quàm dæmones in æterno.
H 11 De opinione Platonicorum, qua putãt animas hominum dæmones esse post corpora.
12 De ternis contrariis, quibus secundum Platonicos dæmonum hominumq; natura distinguitur.
13 Quomodo dæmones si nec cum dijs beati, nec cum hominibus sunt miseri, inter vtranq; partem sine vtriusq; communione sint medij.
14 An homines cum sint mortales, possint vera beatitudine esse fœlices.
15 De mediatore dei & hominum homine Christo Iesu.
16 An rationabiliter Platonici definierint deos cœlestes, declinantes terrena cõtagia hominibus non misceri, quibus ad amicitiam deorum dæmones suffragentur.
17 Ad consequendam vitam beatã, quæ in participatione est summi boni, non tali mediatore indigere hominem, qualis est dæmon, sed tali, qualis est vnus Christus.
18 Quod fallacia dæmonum dum sua intercessione viam spondet ad deum, hoc conatur, vt homines à via veritatis auertat.
19 Quod appellatio dæmonum iam nec apud cultores eorum assumatur in significationem alicuius boni. K
20 De qualitate scientiæ, quæ dæmones superbos facit.
21 Ad quem modum dominus voluerit dæmonibus innotescere.
22 Quid intersit inter scientiam sanctorum angelorum, & scientiam dæmonum.
23 Nomen deorum falsò adscribi dijs gentium, quod tamen & angelis sanctis, & hominibus iustis ex diuinarum scripturarum authoritate commune est.

D. AVRELII AVGVSTINI
Episcopi de Ciuitate dei, ad Marcellinum Liber Nonus.

Ad quem articulum disputatio præmissa peruenerit, & quid discutiendum sit de residua quæstione. Caput I.

ET bonos & malos deos esse qui L
dam opinati sunt: quidam vero de diis meliora sentientes, tantum eis honoris laudisq; tribuerunt, vt nullum deorum malũ credere auderent. Sed illi qui deos quosdam[a] bonos, quosdam malos esse dixerunt, dæmones quoq; appellauerunt nomine deorum: quãquam & deos, sed rarius nomine dæmonum: ita vt ipsum Iouem, quem volunt esse regem ac principem cæterorũ, ab Homero fateantur[b] dæmonem nuncupatum. Hi autẽ qui omnes deos non nisi bonos esse asserunt, & longe præstantiores eis hominibus, qui boni perhibentur, merito mouentur dæmonum factis, quæ negare non possunt, eaq; nullo modo à diis, quos omnes bonos volunt, committi posse existimantes: differentiã inter deos & dæmones adhibere coguntur: vt quicquid eis merito displicet in operibus vel affectibus prauis, quibus vim suã manifestant occulti spiritus, id credant esse dæmonum non deorũ. Sed quia eosdem dæmones inter homines & deos ita medios constitutos putant, tanquam M
nullus deus homini misceatur, vt hinc perferant desiderata, inde referãt impetrata: atq; hoc Platonici præcipui philosophorũ ac nobilissimi sentiũt, cũ quib[9] velut θ cum θ excellẽtioribus placuit istã examinare quæstionem, vtrum cultus plurimorum deorum prosit ad consequendam vitam beatam, quæ post mortem futura est, libro superiore quæsiuimus, quo pacto ipsi dæmones qui talibus gaudent, qualia boni & prudẽtes homines auersantur & damnant: id est, sacrilegia, flagitiosa, facinorosa: non de quolibet homine, sed de ipsis diis figmenta poëtarum, & magicarum artium sceleratam puniendamq; violentiam, possint quasi propinquiores & amiciores diis bonis conciliare homines bonos: & hoc nulla ratione posse cõpertum est. Proinde hic liber, sicut in illius fine promisimus, disputationem continere debebit de differentia, si quam volunt esse: non deorum inter se, quos omnes bonos dicũt, nec de differẽtia deorum & dæmonum, quorum illos ab hominibus longe lateq; seiungunt, istos inter deos & homines collocant, sed de differentia ipsorum dæmonum, quod ad præsentem pertinet quæstionem.

A IOANNIS LODOVICI VIVIS
Valentini commentarij in nonum librum de Ciuitate dei D. Augustini.

SEd illi qui deos quosdam.) Plato deos omnes in conuiuio bonos esse dixit: dæmones vero etsi non bonos, neq; malos tamen, sed medium quandam naturam, & neutram. Mercurius ἀγγελους ἀγαθοὺς tum etiam κακοηθεῖς vocat, id est, bonos angelos & malos. Porphyrius in libris sacrificiorum, dæmonum duo facit genera: bonos & beneficos, malos & maleficos, quod est ei cum Platonicis ferè commune.

b Ab homero fateantur.) Plutarchus in libello, quòd cessarunt oracula ait, Homerũ inter deos & dæmones nihil fecisse discriminis: cosdẽ dæmones modò, mõ deos nominasse. Ita dæmoniũ nominat Iouẽ: quod verbũ, vt interpres quidã, inquit, ex medius est, modo ad laudẽ spectãs, modo ad vituperiũ. In primo vero Ilia. Iouem ait μιν δ' αἰμονιας ἔλκεσε, per quod & ipsum, & alios oẽs deos dæmones esse declarat. quo loco idẽ interpres ait: οὕτως δὲ δαίμονας καλῶ τοὺς θεούς, ἤτοι δαίμονας. ἔμπειροι γὰρ, καὶ ἴδριες πάντων ἀυτοὶ εἰσὶν, ἢ ὅτι δίκαιοί τινες εἰσι, καὶ δίοικηται τῶν ἀνθρώπων. Sic, inquit, dæmones vocat deos, seu quod gnari sunt, & rerum experti omnium, quod sapientes, seu quod arbitri sunt, & rectores hominum. Iulius Pollux: Θεὸς Θεοὶ, καὶ δαίμονες. οὕτω γὰρ ὁμήρῳ δοκεῖ δαίμονας καλεῖν τοὺς θεούς. καὶ πλάτων δὲ τὸν ἅπαντος κυβερνήτην μέγιστον δαίμονα ὠνόμασεν, ἐπεὶ δὲ τῆς ἀυτοῦ χρείας ἄθροον καὶ δαιμόνιον. Deus, inquit, & dij, & dæmones. Sic enim Homero placuit, deos ipsos vocare dæmones. Et Plato quoq; gubernatorem omnium maximum dæmonem nuncupauit. Quando quidem idem est & numinis & dæmonij vsus. Maximi dæmonis meminit in libris de repu. Plato. Sed considerandum de deo parente rerũ vniuersarum, an de principe dæmonum, qui velut distributi in præfecturas sunt, sentiat. Procli verba hæc sunt in lib. de anima & dæmon.: Vbiq; enim quod proxime præest, in quodã dæmonis ordine ad inferius sese habens appellare dæmonem cõsueuerunt, quo vsu Iuppiter apud Orpheum Saturnum patrẽ dæmonem appellauit. Et ipse Plato in Timæo dæmones nuncupauit deos illos, qui generationem è propinquo disponunt, vbi ait: De aliis vero dæmonibus tractare, eorumq; generationem in lucem ædere, maius est quàm ferre humanum possit ingenium: comparatione vtiq; dæmon est eiusmodi, qui videlicet proxime vnicuiq; prouidet, etiam si deus sit, ac etiam si deo sit inferior. Hæc Proclus.

An inter dæmones, quibus dii superiores sunt, sit aliqua pars bonorum, quorum præsidio ad ueram beatitudinem possit humana anima peruenire. Cap. II.

APud plerosq; enim vsitatũ est dici, alios bonos, alios malos dæmones, quæ siue sit etiam Platonicorũ θ philosophorum θ, sine quorũlibet sententia, nequaquam eius est negligenda discussio, ne quisquam velut dæmones bonos sequendos sibi esse arbitretur, per quos tãquam medios diis, quos omnes bonos credit dũ cõciliari affectat & studet: vt quasi
C cum eis possit esse post mortem irretitus malignorum spirituum deceptusq; fallacia, lõge aberret à vero deo, cum quo solo, & in quo solo, & de quo solo anima humana, id est, rationalis & intellectualis beata est.

Quæ dæmonibus Apuleius adscribat, quibus cum rationem non subtrahat, nihil uirtutis assignat. Caput III.

QVæ igitur est differentia dæmonum bonorũ & malorum: quandoquidem Platonicus Apuleius de his vniuersaliter disserẽs, & tam multa loquẽs de aëreis eorum corporibus, de virtutibus tacuit animorum, quibus essent præditi, si boni essent. Tacuit ergo beatitudinis causam, indicium vero miseriæ tacere non potuit, cõfitens eorum mentẽ, qua rationales esse perhibuit, non saltem imbutam munitamq; virtute, passionibus animi irrationabilibus nequaquam cedere, sed ipsam quoq;, sicut stultarum mẽtium mos est, procellosis quodãmodo perturbationibus agitari. Verba nanq; eius de hac re ista sunt. Ex hoc fermè dæmonum numero, inquit, Poëtæ solẽt haud quaquam procul à veritate, osores & amatores quorundam hominũ deos fingere: hos prosperari & euehere, illos cõtra aduersari & affligere. Igitur & misereri, & indignari, & angi, & lætari, omnemq; humani animi faciem patiãt D
simili motu cordis & salo mẽtis, per omnes cogitationum æstus fluctuare, quæ omnes turbelæ tempestatesq; procul à deorum cœlestium tranquillitate exulant. Num est in his verbis vlla dubitatio, quod nõ animorum aliquas inferiores partes, sed ipsas dæmonũ mentes, quibus rationalia sunt animalia velut procellosum salum dixit passionũ tẽpestate turbari: vt ne hominibus quidem sapientibus comparandi sint, qui huiusmodi perturbationibus animorum, à quibus humana non est immunis infirmitas: etiam cum eas huius vitæ conditione patiuntur, mente imperturbata resistunt: non eis cedentes ad aliquid approbãdum vel perpetrandũ, quod exorbitet ab itinere sapientiæ & lẽge iustitiæ, sed stultis mortalibus, & iniustis: nõ corporibus, sed moribus similes: vt nõ dicam deteriores, eo quod vetustiores, & debita pœna insanabiles, ipsius quoq; mentis, vt iste appellauit, salo fluctuant: nec in veritate atq; virtute, qua turbulentis & prauis affectionibus repugnatur, ex vlla animi parte consistunt.

De perturbationibus, quæ animo accidunt, quæ sit Peripateticorum Stoicorumq; sententia. Caput IIII. E

DVæ sunt sententiæ philosophorum de his animi motibus, quos Græci πάθη, nostri autẽ quidam, sicut Cicero, perturbationes, quidã affectiones vel affectus, quidã vero sicut iste de Græco expressius passiones vocant. Has ergo perturbationes, siue affectiones, siue passiones quidã philosophi dicunt etiã in sapiẽtem cadere, sed moderatas rationiq; subiectas, vt eis leges quodammodo quibus ad necessarium redigantur modum dominatio mentis imponat. Hoc qui sentiunt, Platonici sunt siue Aristotelici, cum Aristoteles discipulus Platonis fuerit, qui sectam Peripateticã condidit. Aliis autẽ, sicut Stoicis cadere vllas omnino huiuscemodi passiones in sapientẽ non placet. Hos autem, id est, Stoicos, Cicero[a] in libris de finibus bonorũ & malorum, verbis magis quàm reb[9] aduersus Platonicos seu Peripateticos certare conuincit: quandoquidem Stoici nolunt bona appellare, sed commoda[b] corporis & externa: eo quod nullum bonũ volunt esse hominis præter virtutem, tanquam artem bene viuendi, F
quæ non nisi in animo est. Hæc autem isti simpliciter[c] & ex cõmuni consuetudine loquendi appellant bona: sed in cõparatione virtutis, qua recte viuitur, parua & exigua. Ex quo fit, vt ab vtrisq; quomodolibet vocẽtur, seu bona seu cõmoda, pari tamen æstimatione pensentur: nec in hac quæstiõe Stoici delectẽtur nisi nouitate verborum. Videtur ergo mihi etiam in hoc, vbi quæritur, vtrum accidãt sapienti passiones[d] animi, an ab eis sit prorsus alienus, de verbis eos potius quàm de rebus facere controuersiã. Nam & ipsos nihil hinc aliud quã Platonicos & Peripateticos sentire existimo, quantum ad vim rerum attinet, nõ ad vocabulorum sonum. Vt enim alia omittam, quibus id ostendam, ne longum faciam, aliquid vnum quod sit euidentissimum dicam. In libris quibus titulus est, Noctium Atticarum, scribit A. Gellius[e], vir elegãtissimi eloquij, & multæ ac facundæ scientiæ[f], se nauigasse aliquando cum quodam philosopho nobili Stoico. Is philosophus, sicut latius & vberius, quod ego breuiter attingã, narrat A. Gellius, cum illud nauigiũ horribili cœlo & mari periculosissime iactaretur, vi timoris expalluit. Id animaduersum est ab eis, qui aderant: quanuis in mortis vicinia curio- *Libro. 19. noct. Attic. cap. 1.*

 sissime

G sissime attentis, vtrúmne philosophus animo turbaretur. Deinde tẽpestate transacta, mox vt securitas præbuit colloquendi, vel etiam garriendi locum, quidã ex his, quos nauis illa portabat diues luxuriosus Asiaticus [g] philosophum cõpellat, illudens quod extimuisset atq; palluisset, cum ipse mãsisset intrepidus in eo quod impendebat exitio. At ille Aristippi [h] Socratici respon sum retulit, qui cum in re simili eadem verba ab homi ne simili audisset: respondit illum pro anima nequissimi nebulonis merito nõ fuisse solicitum, se autem pro Aristippi anima timere debuisse. Hac illo diuite respõ sione depulso, postea quæsiuit A. Gellius à philosopho non exagitandi animo, sed discẽdi, quæ nam illa ratio esset pauoris sui. Qui vt doceret hominem sciendi stu dio nauiter accensum, protulit statim de sarcinula sua Stoici Epicteti [i] librum, in quo ea scripta essent, quæ congruerẽt decretis Zenonis & Chrysippi, quos fuisse Stoicorum principes nouimus. In eo libro se legisse dicit A. Gellius hoc Stoicis placuisse, quod animi visa, quas appellãt phantasias [k]: nec in potestate est vtrum, & quando incidant animo, cum veniãt ex terribilibus & formidabilibus rebus, necesse esse etiã sapientis ani-
H mum moueant: ita vt paulisper vel paueſcat metu, vel tristitia contrahatur, tanquam his passionibus præuenientibus mentis & rationis officium: nec ideo tamen in mente fieri [l] opinionẽ mali, nec approbari ista, eisq; consentiri. Hoc enim esse volunt in potestate, idq; interesse cẽsent inter animũ sapientis & stulti: quod stul ti animus eisdem passionibus cedit, atq; accommodat mentis assensum: sapientis autem quanuis eas necessitate patiatur, retinet tamen de his quæ appetere vel fu gere rationabiliter debet, veram & stabilem incõcussa mente sententiam. Hæc vt potui, non quidem commo dius A. Gellio, sed certe breuius, & vt puto, planius exposui: quæ ille se in Epicteti libro legisse cõmemorat, eum ex decretis Stoicorũ dixisse atq; sensisse. Quę si ita sũt, aut nihil, aut penè nihil distat inter Stoicorũ alio rũq; philosophorũ opinionẽ de passionibus & perturbationibus animorũ. Vtriq; enim mentẽ rationemq; sapientis ab earũ dominatione defendunt. Et ideo fortasse dicunt eas in sapientem non cadere Stoici: quia nequaquam eius sapientiam, qua vtiq; sapiens est, vllo errore obnubilant, aut labe subuertũt. Accidunt autem
I animo sapientis [m], salua serenitate sapientiæ, propter illa quæ commoda vel incõmoda appellant, quanuis ea dicere nolint bona vel mala. Nã profecto si nihil penderet eas res ille philosophus, quas amissurum se naufragio sentiebat, sicuti est vita ista salusq; corporis: nõ ita illud periculũ perhorresceret, vt palloris etiam testimonio proderetur. Veruntamen & illam poterat permotionem pati, & fixam tenere mente sententiam, vitam illam salutemq; corporis, quorum amissionem minabatur tempestatis immanitas, non esse bona quæ illos quibus inessent facerent bonos, sicut facit iustitia. Quod autem aiunt ea nec bona appellanda esse, sed commoda: verborum certamini, non rerum examini deputandum est. Quid enim interest, vtrum aptius bo na vocẽtur, an commoda: dum tamen ne his priuetur, nõ minus Stoicus, quàm Peripateticus paueſcat & palleat: ea non æqualiter appellãdo, sed æqualiter æstiman do? Ambo sanè si bonorum istorum seu commodorum periculis ad flagitiũ vel facinus vrgeantur, vt aliter ea retinere non possint: malle se dicũt hęc amittere, quibus natura corporis salua & incolumis habetur, quàm illa committere, quibus iustitia violatur. Ita mens, vbi fixa est ista sententia, nullas perturbationes, etiam si K accidant inferioribus animi partibus, in se contra rationem præualere permittit: quinimò eis ipsa dominatur, eisq; non consentiendo, sed potius resistendo regnum virtutis exercet. Talem describit etiam Vergi lius Aeneam, vbi ait: Mens immota manet, lachrymæ voluuntur inanes. *Aeneid. 4.*

a HOc autem Cicero.) Libro tertio de finibus inducitur à Cicerone M. Cato minor pro Stoicis, quam sectam ille tuebatur, de summo bono disserẽs. Quarto libro idẽ ipse Cicero diluit argumẽta omnia Stoicorũ, ostenditq; ipsos non rebus à Platonicis & Peripateticis differre, sed nouitate verborum: quorum artifex fuerit princeps ipse disciplinæ Zenon. b Nolunt bona appellare, sed commoda.) Cicero in finibus æstimabilia nominauit, & primo Acade. sic ait: Zeno igitur omnia, quæ ad beatam vitam pertinerẽt, in vna virtute ponebat: nec quicquam aliud numerabat in bonis, id quod appella bat honestum, quod esset simplex quoddam, & solum, & vnum bonum. Cætera autem etsi nec mala essent, tamen alia secundum naturam dicebat, alia natiræ contraria, iis ipsis alia interiecta & media numerabat. Quæ autem secundum naturam essent, ea sumenda, & quadam æstimatione dignanda docebat: contrãque contraria. Neutra autem in mediis relinquebat, in quibus ponebat nihil omnino esse momenti: sed quæ essent sumenda, ex aliis alia pluris esse æstimãda, alia minoris: quæ pluris, ea præposita appellabat: Reiecta autem, quæ minoris. Hæc ibi. In tertio de finibus præposita dicit προηγμένα esse dicta, contraria vero ἀποπροηγμένα. c Hæc autem isti simpliciter.) Plato quarto de legibus, tria genera bonorum ponit, quæ in animo, quæ corpore, & quæ extrinsecus. Sed hæc posteriora sine virtute, non modo nihil iuuare, sed esse quoq; damnosa, & pernicie plena, diciq; humana, quum illa quæ animo hærent sint diuina, quibus solis diuinus fit homo ac beatus: nec illa corporis aut externa rectè ac proprie bona esse nominãda, sed proportione quadam & similitudine: nec omnibus, sed solis iustis, quibus etiã quæ mala vulgus appellat, maiora & veriora sunt bona, quàm bona illa in sceleratis hominibus, quę in his aliud non sunt præter paratissima flagitiis magnísque malis instrumenta. Hæc & similia multis locis Plato, à quo præclara illa & admirabilia Stoicorũ dicta, quę Græci παράδοξα vocãt, & diuina, vt sunt, existimantur, propè omnia manarunt: vt quod solum honestum sit bonum: solus sapiens & diues & liber sit, bonos beatos, improbos miseros: fœliciorem qui accipit iniuriã, quàm qui facit: bona tamen vocauit ea, quę fortunæ sunt, aut corporis, quòd illis, sicut Apuleius inquit in dogmate Platonis, ad vsum vitæ communis opus est: cura vero corporis ad viuendum necessaria, ita tamen vt hæc eadem fiant virtute meliora, eiusq; suffragiis beatitudinis commodis copulentur. Quo circa hæc Platoni tum demum sunt bona, quũ in virtutis instrumenta & ministerium transeunt: quæ si virtuti obstrepant, & eam turbent, pernicies meræ & pestes sunt. Hunc Aristoteles est sequutus. d Vtrum accidant sapienti passiones.) Cicero. iiij. Tusci. quæst. quot & qui sunt affectus docet, quibus omnibus vacare prorsum sapiẽtem suum volunt Stoici. At Platonici, & qui in multis eidem sunt Peripatetici natura illos esse inditos aiunt: nec euelli posse, sed moderari & regi. e Scribit A. Gellius.) Vixit Gellius Adriano principe, sub quo libros noctiũ Atticarũ scripsit. vsus est Fauorino familiariter, & Tauro philosophis: Apollinare & Probo grãmaticis. Quis fuerit ingenio ac eruditione, habem° Augustini prę iudicium, cui maxima, seu omnis potius grammaticorum manus suffragatur. nescio, an quia is ἐμπειρικὸς, ita vt integrum iam nobis non sit de illo aliter pronunciare, tametsi mihi pace Augustini dixerim, longe aliter videatur. Sed ea de re commodius alibi. Quod hic Augustinus citat, scribitur Gellio primo cap. libri vndeuicesimi. f Multæ ac facundæ scientiæ.) Alibi multum fœcundæ scientiæ. g Asiaticus.) Hoc auget etiam nomẽ luxuriæ. nã ibi nata & alita videtur. h Et ille Aristippi.) Hoc Aristippus dixit, cum Corinthum nauigaret: Laertius. i Stoici Epicteti.) Hic natus est Hieropoli Phrygię, seruiuit Epaphrodito cubiculario Neronis, & ætate lõga pertigit tempora Antoninorum. De hoc est illud distichum:

Δοῦλος ἐπίκτητος γενόμην, καὶ σώματι πηρὸς
Καὶ πενίην ἶρος καὶ φίλος ἀθανάτοις.

Seruus Epictetus fueram, qui & corpore mancus,
Paupertate Irus, diis sed amicus eram.

Fuerat enim claudus. Eius etiam sunt illa duo verba ἀνέχου, καὶ ἀπέχου, contine & abstine. author Gellius variis locis. Huius scripta fuerunt pauca, quæ tamen Studæ memoria iam non extabant. nam enchiridion ab Arriano conscriptum esse constat Epicteti discipulo: hic vero liber, quẽ Philosophus protulit, erat, περὶ διατριβῶν, hoc est, disputationũ quintus. k Quod animi visa, quas appellant phantasias.) φαντασία, & φάντασμα à φαντάζω ducitur, quod est, imaginor. Cicero, visum trãsfert, estq; illud, qđ animę pars imaginatiuæ videre sibi videtur, generatúrq; ex impulsu extrinsecus oblato, quã assensio consequitur, vel dissensio, in quibus est opinio. Affectus vero, quos damnare videbantur Stoici, sunt quos ipsi nobis inuehimus ex falsis nostris & depranatis rerũ iudiciis, atq; opinionibus. nam dolorem esse dicebãt opinionem magni mali præsentis: lætitiam, opinionem magni boni præsentis: libidinẽ opinionem magni boni futuri: metum, magni mali. Vnde est illud Senecæ Stoici, opinione nos sæpius, quàm re laborare, essecq; plura quæ nos terreant, quàm quæ premant. De quis puto me iam alibi dixisse. Porrò opinionem quæ sit imbecillus assensus, rebus non sat expensis, atque examinatis in sapientem non cadere. l Nec ideo tamen in mẽte fieri.) In enchiridio enim Epicteti Arrianus iubet sapientem virum simul ac primũ phantasia tangitur horribili, considerare visum esse illud, nec ita rem se habere vt videtur.

Bonorum tria genera. L

Phantasia.

Opinio.

A tur. m Accidũt autẽ animo sapientis.) Plato in legibus, velut neruos esse dicit affectus in homine, & ceu funiculos quosdam à natura inditos à quibus trahamur: ac quẽadmodũ inter se cõtrarij sunt ipsi, sic & nos in varias, diuersasq; partes ab illis raptari: sed profecto qui illis dominã rationẽ præfecerit, & parẽre coẽgerit sensuum exiguas esse eorũ vires.

Quod passiones quæ Christianos animos afficiunt, non in uitium trahant, sed uirtutem exerceant. Capu V

NOn est nũc necesse copiose ac diligenter ostẽdere, quid de istis passionibus doceat scripturа diuina, qua Christiana eruditio cõtinetur. Deo quippe illam ipsa mentem subijcit regendam & iuuandam, mentiq; † passiones ita moderandas, atque frenandas, vt in vsum iustitiæ conuertantur. Denique in disciplina nostra, non tam quæritur, vtrum pius animus irascatur, sed quare irascatur: nec vtrũ sit tristis, sed vnde sit tristis: nec vtrum timeat, sed quid timeat. Irasci enim peccanti, vt corrigatur: contristari pro afflicto, vt liberetur: timere periclitanti, ne pereat: nescio vtrum quisquam sana cõsideratione reprehendat. Nã & misericordiam Stoicorum [a] est solere culpare. Sed quãto honestius ille Stoicus misericordia perturbaret
B hominis liberãdi, quàm timore naufragij. Longe melius & humanius, & piorum sensibus accommodatius Cicero in Cæsaris laude [b] loquutus est, vbi ait: Nulla de virtutibus tuis, nec admirabilior, nec gratior misericordia est. Quid est autem misericordia, nisi alienæ miseriæ quędam in nostro corde compassio, qua vtique si possimus, subuenire compellimur? Seruit autem motus iste rationi, quando ita prębetur misericordia, vt iustitia conseruetur: siue cum indigenti tribuitur, siue quũ ignoscitur pœnitenti. Hanc Cicero loquutor [c] egregius non dubitauit appellare virtutem, quam Stoicos inter vitia numerare non pudet: qui tamen, vt, docuit liber Epicteti nobilissimi Stoici ex decretis Zenonis & Chrysippi, qui huius sectæ primatum † habuerunt, huiuscemodi passiones in animum sapientis admittunt, quem vitiis omnibus liberũ esse volunt. Vnde fit consequens, vt hæc ipsa non putent vitia, quando sapienti sic accidunt, vt contra virtutem mentis, rationẽmque nihil possint, & vna sit, eademq; sententia Peripateticorum, vel etiam Platonicorum, & ipsorum Stoicorũ. Sed, vt ait Tullius, verbi controuersia [d] iam diu torquet homines Græculos, contẽtionis cupidiores, quàm veritatis. Sed adhuc merito quæri potest, vtrum ad vi-
C tæ præsentis pertineat infirmitatem, etiam in quibusq; bonis officiis huiuscemodi perpeti affectus. Sãcti vero angeli quum & sine ira puniant, quos accipiunt ęterna dei lege puniendos, & miseris sine miseriæ compassione subueniant, & periclitantibus eis quos diligunt sine timore opitulentur: tamẽ istarum nomina passionum consuetudine locutionis humanæ etiã in eos vsurpantur, propter quandam operum similitudinẽ, non propter affectionum infirmitatem: sicut ipse deus secundũ scripturas irascitur, nec tamen vlla passione turbatur. Hoc enim verbum vindictæ vsurpauit effectus, non illius turbulentus affectus.

†aliàs, mentisq;.

†aliàs quos huius sectæ primos

a NAm & misericordiam Stoicorum.) Cicero pro Murena irridens paradoxa Stoicorum, supplices aliqui veniunt miseri & calamitosi. Sceleratus & nefarius fueris, si quicquam misericordia adductus feceris. b Cicero in Cæsaris laude.) In oratione pro Q. Ligario: Nulla de virtutibus tuis plurimis nec gratior, nec admirabilior misericordia est. c Hanc Cicero locutor.) Significat loquentiæ fuisse in Cicerone satis, vt Salustius de Catilina scribit, sapientiæ illius germanæ ac veræ nõ multum, quæ solum est in iis, qui vni deo præpotenti & principi mundi seruiunt, eiusq; sapientiæ filio. d Sed, vt ait Tullius, verbi controuersia.) In primo de oratore verba sunt Crassi afferentis, quid de oratoris nomine senserint Græci.

Quibus passionibus dæmones confitente Apuleio exagitẽtur, quorum ope homines apud deos asserit adiuuari. Caput. VI. D

VAm interim de sanctis angelis quæstione dilata, videamus quemadmodum dicãt Platonici medios dæmones inter deos & homines constitutos, istis passionum æstibus fluctuare. Si enim mente ab his libera eisq; dominãte, motus huiuscemodi non paterentur, nõ eos diceret Apuleius simili motu cordis & salo mentis per omnes cogitationum ęstus fluctuare. Ipsa igitur mens eorum, id est pars animi superior, qua rationales sunt, & in qua virtus & sapiẽtia, si vlla eis esset, passionibus turbulentis inferiorum animi partium regendis moderandisq; dominaretur. Ipsa inquam mens eorum, sicut iste Platonicus confitetur, salo perturbationum fluctuat. Subiecta est ergo mens dæmonum passionibus libidinum, formidinum, irarũ, atq; huiuscemodi cæteris. Quæ igitur pars in eis libera est, composq; sapientiæ, qua placeant diis, & ad horum morum † similitudinem hominibus cõsulant, cum eorum mẽs passionum vitiis subiugata & oppressa, quicquid rationis naturaliter habet ad fallendum & decipiendum, tanto acrius intendat, quanto eam magis possidet nocendi cupiditas? E

**†aliàs bonorum deorum*

Quod Platonici figmentis poetarum infamatos deos asserant, de contrariorum studiorum certamine, cum hæ partes dæmonum, non deorum sint. Cap. VII.

VOd si quisquam dicit nõ ex omnium, sed ex malorum dæmonum numero esse, quos poẽtæ quorundã hominum osores & amatores deos, non procul à veritate cõfingunt. Hos enim dixit Apuleius, salo mentis per omnes cogitationum æstus fluctuare. Quomodo istud intelligere poterimus, quando cum hoc diceret, non quorundam, id est, malorum, sed omnium dæmonum medietatem [a], propter aërea corpora inter deos & homines describebat? Hoc enim ait fingere poëtas, quod ex istorum dæmonũ numero deos faciũt, & eis deorum nomina imponũt: & quibus voluerint hominibus ex his amicos inimicosq; distribuunt, fictis carminibus, *† impunita licẽtia, cum deos ab his dæmonũ moribus & cœlesti loco & beatitudinis opulentia remotos esse perhibeant. Hęc est ergo fictio poëtarum deos dicere, qui dij non sunt, eosq; sub deorũ nominibus inter se decertare propter homines, quos pro studio partiũ diligunt vel oderunt. Non procul autem à veritate dicit hãc esse fictionem: quoniam F deorum appellati vocabulis, qui dij non sunt, tales tamen describuntur dæmones, quales sunt. Deniq; hinc esse dicit Homericam illam Mineruam [b], quæ mediis cœtibus Graium cohibendo Achilli interuenit. Quod ergo Minerua illa fuerit, poëticum vult esse figmentũ, eo quod Mineruam [c] deã putat, eamq; inter deos, quos omnes bonos beatosq; credit, in alta ætherea sede collocat, procul à conuersatione mortalium. Quod autem aliquis dęmon fuerit Græcis fauens, Troianisq; cõtrarius sicut alius aduersus Grękos Troianorum opitulator, quem Veneris, seu Martis nomine idem poëta [d] cõmemorat, quos deos iste talia non agẽtes in cœlestibus habitationibus ponit, & hi dæmones pro his quos amabant cõtra eos quos oderãt inter se decertauerint: hoc nõ procul à veritate poetas dixisse cõfessus est. De his quippe ista dixerũt, quos hominibus simili motu cordis & salo mentis, per omnes cogitationum æstus fluctuare testatur, vt possent amores & odia non pro iustitia, sed sicut populus similis eorũ in venatoribus & [e]

**†aliàs ficti carminis.*

G aurigis, secũdum suarum studia partium, pro aliis, aduersus alios exercere. Id enim videtur philosophus curasse Platonicus: ne cum hęc à poëtis canerentur, non à dæmonibus mediis, sed ab ipsis diis, quorum nomina poëtę fingendo ponunt, fieri crederentur.

a Sed omniũ dæmonum medietatẽ.) Quod medij sint inter deos & homines, non de medietate molis intelligendum, sed loci & naturæ. b Denique hinc esse dicit Ho. Il. M.) Apuleij sunt verba. Homerus vero de Minerua id canit. α. Iliados: quæ Achillem cohibuit, ne impetum in Agaménonem faceret inter iurgia. c Eo quod Mineruam.) Nã vna est ex illis. xij. diis Consentibus, quos distcho persequutus est Ennius: qui sunt ex diis altissimis & optimis, quos natura visibus humanis denegauit. d Quem Veneris seu Martis nomine idem poëta.) Plutarchus in libello quod cessarunt oracula: Existimant omnia bella, omnes calamitates, quæ scribuntur de diis, non deorum fuisse, sed magnorum quorundam dæmonum. e Sed sicut populus similis eorũ in venatoribus &c.) In circo quadrigæ agitabãtur, & venationes exhibebantur: indutiq; erant quadrigarij panno, aut albo, aut ceruleo, aut viridi, aut rufo. Hinc quatuor factiones aurigarum: alij ex populo aliis fauebant, suo quisque colori. Domitianus, vt Tranquillus scribit, duas ludis circensibus addidit factiones, aurati panni, & purpurei. Numerantur & colores inter istos factionum circensium, prasinus, qui est viridis, & venetus, qui est cæruleus: quorum meminit Martialis. Illos veteres colores quatuor annì temporibus dicatos fuisse, sunt qui interpretentur. Cæruleum hybernis aquilonibus. Venetum virenti veri. Candidum autumni pruinis. Rufum estiuis ignibus. Plinius lib. Epistolarũ octauo, de factionibus istis loquens: Quo magis miror, tot millia virorum tam pueriliter identidem cupere currentis equos insidentes curribus homines videre. Si tamen aut velocitate equorum, aut hominum arte traherentur, esset

Colores Circenses.

H ratio nonnulla: nunc fauent panno, pannum amant: & si in ipso cursu, medióq; certamine, hic color illuc, ille huc transferatur, studium, fauórque trãsibit, & repente agitatores illos, illos equos, illos quos procul noscitant, quorum clamitant nomina, relinquent. Tanta gratia, tanta authoritas, in vna vilissima tunica. Mitto apud vulgus, quod vilius tunica, sed apud quosdam graues homines. Hæc Plinius.

De diis cœlestibus & dæmonibus aereis, hominibusq; terrenis Apulei Platonici diffinitio. Caput VIII.

Quid illa ipsa diffinitio dæmonum? Parũmne intuenda est, vbi certe omnes determinando complexus est? Quod ait dæmones esse genere animalia, animo passiua, mente rationalia, corpore aërea, tempore æterna. In quibus quinque commemoratis, nihil dixit omnino, quod dæmones cũ bonis saltem hominibus id videretur habere cõmune, quod non esset in malis. Nam ipsos homines cum aliquãto latius describendo complecteretur, suo loco de illis dicens tanquam de infimis atq; terrenis, quũ prius dixisset de cœlestibus diis: vt cõmendatis duabus partibus, ex summo & infimo ad vltimum tertio loco de mediis dæmonibus loqueretur. Igitur homines, inquit, ratione plaudentes [a], oratione pollentes, immortalibus animis, moribundis membris, leuibus & anxiis mentibus, brutis & obnoxiis corporibus, dissimilibus moribus, similibus erroribus, peruicaci audacia, pertinaci spe, casso labore, fortuna caduca, singillatim mortales, cuncti tamen vniuerso genere perpetui, vicissim sufficienda prole mutabiles, volucri tempore, tarda sapientia, cita morte, querula vita, terras incolunt. Cum hic tam multa diceret, quæ ad plurimos homines pertinent, nũquid etiam illud tacuit, quod nouerat esse paucorũ, vbi ait, tarda sapientia [b], θ cita morte θ? Quod si prætermisisset, nullo modo recte genus humanum descriptionis huius tam intẽta diligentia terminasset. Cum vero deorum excellentiam commendaret, ipsam beatitudinem quò volunt homines per sapientiam peruenire, in eis affirmauit excellere. Proinde si aliquos dæmones bonos vellet intelligi, aliquid etiã in ipsorum descriptione poneret: vnde vel cum diis aliquam beatitudinis partem, vel cum hominibus qualemcunq; sapientiam putarentur habere communem. Nunc vero nullum bonum eorum commemorauit, quo boni discernerentur à malis: quanuis & eorũ malitiæ liberius ex-

I

primendæ pepercit: non tam ne ipsos, quàm ne cultores eorum apud quos loquebatur, offenderet. Significauit tamen prudentibus, quid de illis sentire deberent, quandoquidem deos, quos omnes bonos beatosq; credi voluit, ab eorũ passionibus, atq;, vt ait ipse, turbelis omnino separauit, sola illos corporum æternitate coniungens: animo autem nõ diis, sed hominibus similes dæmones apertissime inculcans: & hoc non sapientię bono, cuius & homines possunt esse participes, sed pertur batione passionum, quæ stultis malisq; dominantur: à sapientibus vero & bonis ita regitur, vt malint eã [c] non habere, quàm vincere. Nam si non corporum, sed animorum æternitatem cum diis habere dæmones vellet intelligi, non vtiq; homines ab huius rei consortio separaret: quia & hominibus æternos esse animos, proculdubio sicut Platonicus sentit. Ideo cum hoc genus animantium describeret, immortalibus animis, moribundis membris dixit esse homines.

K

a Ratione plaudentes.) In aliis gaudẽtes, in aliis cluentes, quod à cluo videtur esse, quod est pugno, magis quàm à cluco, quod est sum, vel nomino. b Tarda sapientia.) Sententia est Platonis, beatos esse illos, quibus vel in senectute veras contigit habere opiniones. c Vt malint eã.) Si fieri posset, carere vellet vir sapiens omni animi perturbatione: sed quandoquidem fieri illud nequit, proximum est anniti, vt eam superet habeatq; velut in sua potestate.

L

An amicitia cœlestium deorũ per intercessionem dæmonum possit homini prouideri. Cap. IX.

AC per hoc si propterea communem cum diis æternitatem non habent homines, quia corpore sunt mortales: propterea ergo dæmones habent, quia corpore sunt immortales: quales igitur mediatores sunt inter homines & deos, per quos ad deorum amicitias homines ambiant, qui hoc cum hominibus habẽt deterius, quod est in animante melius, id est, animum: hoc autẽ habent cum diis melius, quod est in animante deterius, id est corpus? Cum enim animans, id est animal ex anima constet & corpore, quorum duorum anima est vtiq; corpore melior [a]: & si vitiosa & infirma, melior certe corpore etiam sanissimo atq; firmissimo: quoniam eius natura excellentior, nec labe vitiorum postponitur corpori, sicut aurum etiam sordidum argento seu plumbo licet purissimo carius æstimatur. Isti mediatores deorum & hominum, per quos interpositos diuinis humana iunguntur, cum diis habent corpus æternum, vitiosum autem cum hominibus animum, quasi religio qua volunt diis homines per dæmones iungi in corpore sit, non in animo constituta. Quæ nam tandem istos mediatores falsos atq; fallaces quasi capite deorsum nequitia vel pœna suspẽdit, vt inferiorem animalis partem, id est, corpus cum superioribus: superiorem vero, id est, animum cum inferioribus habeant, & cum diis cœlestibus in parte seruiente cõiuncti, cum hominibus autem terrestribus in parte dominante sint miseri? Corpus quippe seruum* est sicut etiam Salustius ait, animi imperio, corporis seruitio magis vtimur. Adiunxit autem ille, alterum nobis cum diis, alterum cum beluis commune est: quo niã de hominibus loquebatur, quibus sicut beluis mortale corpus est. Isti autem quos inter nos & deos mediatores nobis philosophi prouiderunt, possunt quidẽ dicere de animo & corpore: alterum nobis cum diis, alterum cum hominibus commune est: sed sicut dixi tãquam in peruersum ligati atq; suspensi, seruum corpus cum diis beatis, dominum animum cum hominibus miseris habentes, parte inferiore exaltati, superiore deiecti. Vnde etiam si quisquam propter hoc eos putauerit immortalitatem * † habere cum diis: quia nulla

M

*aPs. seruus

*†aliâs, æternitatem

morte

A morte sicut animalium terrestrium animi eorum soluuntur à corpore: nec sic existimandum est eorum corpus tanquam honoratorum æternum vehiculum, sed æternum vinculum damnandorum [b].

a Quorum duorum anima est vtique corpore melior.) Inhærẽtia nanque essentiales rerum perfectiones nõ mutant: & miror Parisiis olim scholæ, tam Peripateticæ visum esse inter animas discrimen aliquod ponere perfectionis illius, quę ab specie rei proficiscitur. b Aeternum vinculum damnandorum.) Alibi damnatorum, melius. Iam inde à casu cœlesti sunt damnati.

Quod secundum Plotini sententiam, minus miseri sunt homines in corpore mortali, quàm dæmones in æterno. Caput X.

PLotinus certè nostræ memoriæ [a] vicinus tẽporibus, Platonem cæteris excellentius intellexisse laudatur. Is, cum de humanis animis ageret, Pater, inquit, misericors, mortalia illis vincula [b] faciebat. Ita hoc ipsum quod mortales sunt homines corpore, ad misericordiam dei patris pertinere arbitratus est, ne semper huius vitæ miseria tencantur. Hac misericordia indigna iudicata est iniquitas dæmonũ, quæ in animi passiui miseria non mortale sicut homines, sed æternum * corpus accepit. Essent quippe fœliciores hominibus, si mortale cum eis haberent corpus, & cum diis beatum animum. Essent autem pares hominibus, si cum animo misero saltem mortale cum eis habere meruissent & corpus: si tamen acquirerent aliquid pietatis, vt ab ærumnis, vel in morte requiescerent. Nunc verò non solum fœliciores hominibus nõ sunt animo misero, sed etiam miseriores sunt perpetuo corporis vinculo. Non enim aliqua pietatis & sapientiæ disciplina proficientes, intelligi volunt, ex dæmonibus fieri deos, cùm apertissimè dixerit [c] dæmones æternos.

*aliâs immortale.

B

a Plotinus.) Paulo minus annis ducentis à Probo ad Honorium principem. In Plotino Augustinus. lib. xij. Acade. videri Platonem reuixisse scribit. Ita fuit ille os Platonis in philosophia purgatissimum & lucidissimum, dimotis nubibus erroris. Macrob. quoque principem philosophiæ facit Plotinum, cum Platone. Scribit vitam eius discipulus Porphyrius, quæ est operibus Plotini prepositа. b Pater, inquit, misericors mortalia illis vincula.) Plato quoq; in Timęo hominum animos, mortalibus esse à diis minoribus vinculis illigatos scribit. Plotinus tamen misericordiam ait in hoc fuisse patris, ne tam diu mala corporis perpeterentur. Verba eius, si quis forsan requirit, hæc sunt, ex libro primo de dubiis animæ. Iupiter vero pater, laborantes animas miseratus, earum vincula, quibus laborant, solubilia fabricauit: atq; ita intermissiones laborum certis temporũ interuallis instituit, in quibus libere viuerent à corporibus, vt ipse quoque ibi forent, vbi est mundi anima semper, circa hæc solicita nunquam. Sic ille. c Cum apertissime dixerit.) Ad Apuleium refertur, qui id quod sequitur, scripsit.

C

De opinione Platonicorum, quæ putant animas hominum dæmones esse post corpora. Caput XI.

DIcit quidem, & animas [a] hominum dęmones esse, & ex hominibus fieri Lares, si meriti boni sunt [b]: Lemures, seu Laruas, si mali [c]. Manes autem deos [d] dici quum incertũ est, bonorum eos, seu malorum esse meritorum. In qua opinione, quantam voraginem aperiant sectandis perditis moribus, quis non videat, si vel paululum attendat? Quandoquidem quamlibet nequã fuerint homines, vel Laruas se fieri dum opinantur, vel dum Manes deos, tanto peiores fiunt, quanto sunt nocendi cupidiores: vt etiam quibusdam sacrificiis tanquam diuinis honoribus post mortem se inuitari opinentur, vt noceant. Laruas quippe dicit esse noxios dæmones ex hominibus factos, Sed hinc alia quæstio est. Inde autem perhibet appellari Græce beatos εὐδαίμονας, quòd boni sint animi, hoc est, boni dæmones: animos quoq; hominũ dæmones esse confirmans.

a

D

Dicit quidem & animas.) Quoniàm sæpe de geniis & laribus facta est mentio, feret æquus lector, si locum hunc paulo fusius explicauero. Apuleij verba hæc ferè sunt: Nam quodam significatu, & animus humanus etiam nunc in corpore situs δαίμων nuncupatur.

Dij ne hunc ardorem mentibus addunt
Euriale? an sua cuique deus fit dira cupido?

Igitur & bona cupido animi deus bonus est. Vnde nonnulli arbitrãtur, vt iam prius dictum est, εὐδαίμονας dici beatos, quorum dæmon bonus, id est, animus virtute perfectus est: quem nostra lingua, vt ego interpretor, haud sciam, an bono, certe meo quidem periculo, poteris genium vocare, quoniam is deus, qui est animus sui cuiusque, quanquam sit immortalis, tamen quodam modo cum homine gignitur, vt eæ preces, quibus genium precamur ad coniunctionem nostram. Nec desunt, qui videantur mihi obtestari corpus, atque animum duobus nominibus comprehendentes, quorum cõmunio & copulatio sumus, & secundo signata species dæmonũ sit animus humanus exutus & liber stipẽdiis vitæ, corpore suo obiuratis. Hũc vetere Latina lingua reperio Lemurẽ dictatum. Ex hisce ergo lemuribus qui posteriorum suorum curam sortitur, pacato & quieto numine domum possidet, Lar dicitur familiaris. Qui vero propter aduersa vitæ merita, nullis bonis sedibus in terra vagatione punitur, inane terriculamentum bonis hominibus, cæterũ noxium malis, hunc plerique Laruam perhibent. Cum vero incertum est, quæ cuiq; eorum sortitio euenerit, vtrum Lar sit, an Larua, nomine Manium deũ nuncupant, & honoris gratia, dei vocabulum additum est. Quippe cum eos deos appellent, qui ex eorum numero, iuste, ac prudenter vitæ curriculo gubernato, pro nomine postea ab hominibus præditi, fanis & ceremoniis vulgo admittuntur, vt in Bœotia Amphiaraus, in Aphrica Mopsius, in Aegypto Osiris: alius alibi gentium, Aesculapius vbique. Verum hæc omnis distributio eorum dæmonum fuit, qui quondam in corporis fuere numero. Hactenus Apuleij verba ex codice corruptiss. etsi excuso in officina primi nominis. Optimam vero animi nostri partem dæmona Plato in Timæo nominat, & in Cratylo. Eius verba sunt hæc:

Genius.

Lemur.

Larua.

Nosti quos nã Hesiodus dæmones esse dicat, nempe genus illud aureum hominum: ait enim de illis: Mens an dæmon.

E

Aft genus hoc, post quàm fatalis condidit hora,
Dæmones, hi puri terrestres tunc vocitantur:
Custodes hominum fœlices, qui mala pellunt.

Ac puto aureum illud vocari genus, non quod auro constaret, sed quod bonum esset ac pulchrum. & coniectura ducor, nos ferream gentem ab illo dici. Verum si quis ex iis, qui nũc sunt, bonus sit, cum quoq; inter aureos illos Hesiodus numerarit. Porrò quid aliud boni sunt, quàm prudẽtes? Ob hoc igitur, vt ego quidem sentio, dæmonas vocauit, quòd prudentes extiterint, & rerum gnari: nomen quoq; ipsum in vetere nostra lingua ostendit. Bene igitur & ab ipso illo, & à cæteris plerisque poëtis est dictum, quicunque aiunt: Bonum cum migrat è vita, esse sorte quadã & dignitate præstanti, fieríque dæmonem ex sapientiæ nuncupatione. Ad hunc ergo modum assero equidem sapientem, quisquis bonus fuerit, & viuentem & vita functum dęmonium esse, rectéque dæmonem vocari, cui assensus Hermogenes ire se in eius sententiam fatetur. Hæc apud Platonem. Ex quo non dubium quin Origenes errorem suum traxerit, cum animas humanas in dæmones mutari, & hos vicissim in illas, in libris περὶ ἀρχῶν scribit. Porphyrius quoque dæmonem vnicuique proprium esse quandam animi partem, nempe mentem: Illumq; esse fœlicem & εὐδαίμονα, qui sapientem sortitus est mentem, infœlicem qui contrà, animas quoq; vitiis infectas in malorum dæmonum naturam transire, reddiq; illorum similes mendaciis, & imposturis. Proclus tamẽ hæc omnia explicat triplicem dæmonis rationem ponens. Sic enim scribit: Iam vero & hoc manifestum est, vbi Plato in Timęo dæmonem ait animalis in nobis rationem cõstitutam esse. Veruntamen hoc vsq; ad comparationem quandam nobis esse admittendum. Alius enim est ipsa essentia dæmon. Alius comparatione dæmon. Alius habitu, vel habitudine dæmon. Vbique enim quod proxime præest in quodam dæmonis ordine ad inferius sese habens appellare dæmonem consueuerunt. Quo vsu Iuppiter apud Orpheum Saturnum patrem dæmonem appellauit. Et ipse Plato in Timæo dæmonas nuncupauit deos illos, qui generationem è propinquo disponunt, vbi ait: De aliis vero dæmonibus tractare, eorũque generationem in lucem ædere maius est, quàm ferre humanum possit ingenium. Comparatione vtique dæmon est eiusmodi, qui videlicet proxime vnicuique prouidet, etiam si deus sit, ac etiamsi deo sit inferior. Habitudine vero quadam dæmon dicitur animus, qui similitudine quapiam ad genus dæmonicum mirabiliore, quàm secundum hominem actiones ædit, totámque vitam suam suspendit ex dæmone. Hac arbitror ratione Socratem in repub. dæmonas animos appellasse, qui vitam bene transegerint, & in meliorem translati sunt sortem, locaque angustiora iam colant. Ipse denique secundum essentiam dæmon, neque propter habitudinem ad sequentia, neque ob aliquam ad aliud similitudinẽ appellatus est dæmon, sed hanc per seipsum proprietatem est sortitus. Atque in existentia quadam, viribúsque propriis, modísque differentibus actionum est distinctus. Omnino vero anima quidem rationalis in Timæo dæmon animalis est appellata. Hæc sunt illius verba: Sed ci parum placet animam nostram simpliciter dæmonem nominari, quod antea etiam disertis verbis reiecit: nam dæmon simpliciter cum dicitur, media quædam est natura inter homines & deos, nec comparatione dici vult dæmonem aliud, quàm animam nostram: non id quod præcipue in ea operatur, velut rationem in sanis, affectum in perturbatis, in quo ab Apuleij sententia dissentit. Nam quod Vergilius, inquit, vel ambiguum dictum videri potest, & vt philosophi loquuntur, ex problemate: aut simile est illius Platonici: Bono viro deus est lex, malo vero libido. Seruúsque ad hunc modum Vergilij versum explicat. Apud Plotinum philosophum

F

G losophum & alios quæritur, vtrum mentis nostræ acies per se ad cupiditates & consilia moueatur, an impulsu alicuius numinis: & primo dixerunt mentes humanas moueri sua sponte. Deprehenderunt tamen ad omnia honesta impelli nos genio & numine quodam familiari, quod nobis nascentibus datur. Prauа verò nostra mente nos cupere, & desyderare. Nec enim potest fieri, vt praua numinum voluntate cupiamus, quibus nihil malum constat placere. Vnde nunc hic ortus est sensus. hæc Seruius. Sed haud dubie affectus etiam quibus rapimur dæmones à Platonicis multis nominantur. At in istis de diis déque dæmonibus sententiis mirum, quàm inter se discrepent homines eiusdem hæresis. Alia sentit Apuleius, quàm Plato, alia Plotinus quàm Apuleius, diuersa ab iis Porphyrius: nec cum iis consentit Iamblichus, nec cum Iamblicho, aut quoquam alio in omnibus conuenit Proclo, nimirum dæmonibus ipsis pro natura sua varia illis & fallacia dictantibus. b Lares si meriti boni
Lares. sunt.) Lares eosdem esse quos genios Apuleius idé sentit, quod facit ex multorũ veterũ authoritate, sicut Censorinus docet in lib. de die natali. Cicero in Timæo Platonis dæmones Lares vertit, si modo, inquit, hoc recte conuersum videri potest. Hos Genios & Lares Capella etiam præstites vocat, & angelos. Manes enim sunt qui vnicuiq; præsunt, sicut Seruius exponit. vj. Aenei. illo loco: Quisque suos patimur manes. Volunt vnicuique Genium appositum dæmonem bonum, & malum, hoc est rationem, quæ ad meliora semper hortatur, & libidinem, quæ ad peiora. Hic est Larua & Genius malus. Ille bonus Genius, & Lar. Si Larua traxerit ad se totum hominem, is ab ea post vitam damnatur, & suæ stultitiæ dat pœnas: sin Lari fuerit audiens dicto, purgatus purisque in beatorum loca sedesq; remigrabit, ductus ab eo, qué inuita secutus est Lare. Eadem prope est sententia Platonis in vltimo de rep. quum animas ad iudicium ferri dicit. c Lemures seu Laruas si mali.) Animæ mortuorũ
Lemures. si domi sunt tranquillæ & quietæ Lares sunt familiares: sin omnia commiscent terroribus, & turbis, Laruę siue Lemures. Vnde Laruati à Laruis territi, aut possessi. Martianus Capella secũdo libro nuptiarũ sic inquit:
H Deniq; hæc omnis aëris à luna diffusio sub Plutonis potestate consistit, qui etiam Summanus dicitur, quasi summus manũ. hic Luna, quæ huic aëri propior est, Proserpina memoratur: verum illi manes cum corporibus illo tempore tribuuntur, quo sit prima conceptio, & post vitam eisdem corporibus delectantur, atque cum iis manentes appellãtur Lemures, qui si vitæ prioris adiuti fuerint honestate, in lares domorũ, vrbiũq; vertuntur: si autẽ deprauantur ex cõrpore, Laruæ perhibẽtur, ac Maniæ. Manes igitur hic tam boni, quàm truces sunt constituti, quos Δαιμόνας &
Manes. ἥρωας θείους memorat Graia discretio. In his etiam locis sunt Manes, eorumq; præstites. Mana, atq; Maturna, dij etiam quos Aquilos dicunt. Item: Fura, Furinaq;, & mater Mania, & alię triptes diuorũ degunt: tantum Martianus. Porphyrio lib. episto. Hora. ij. Illic nocturnos lemures, vmbras, inquit, vagãtes hominum ante diem mortis, & ideo memẽdos: & putant Lemures esse dictos, quasi remures, à Remo, cuius occisi vmbras frater cum placare vellet, Lemuria instituit, id est, parentalia, quæ mense Maio per triduum celebrari solent ante additum anno mensem Februarium. Ob quam rem Maio mense religio est nubere. Hęc Porphyrio, quæ sumpta sunt ex Ouidij quinto Fastorũ. d Manes autẽ deos.) Quasi bonos esse dictos ostendit Festus. Mana enim bona dixerunt: vnde & mater Matuta, & poma matura: colebanturq; propter metum mortis, & Manes sacrificãtibus nominabantur, quasi boni, quemadmodum contra immanes valde non boni sunt.

De ternis contrariis, quibus secundum Platonicos dæmonum hominumq; natura distinguitur.*

**aliâs, terarenis.*

Caput XII.

I SEd nunc de his agimus, quos in natũra propria descripsit inter deos & homines genere animalia, mẽte rationalia, animo passiua, corpore aërea, tempore ęterna. Nempe cũ prius deos in sublimi cœlo, homines autem in terra infima disiunctos locis, & naturę dignitate secerneret, ita conclusit: Habetis, inquit, interim bina animalia: deos ab hominibus plurimum differẽtes: loci sublimitate, vitæ perpetuitate, naturæ perfectione: nullo inter se propinquo cõmunicatu, cũ & habitacula summa ab infimis tãta intercapedo fastigij dispescat, & viuacitas illic æterna & indefecta sit, hic caduca, & succisiua [a]: & ingenia illa ad beatitudinẽ sublimata, hæc ad miserias infimata: hic terna video commemorata contraria de duabus naturæ partibus vltimis, id est, summis atq; infimis. Nam tria quæ proposuit de diis laudabilia, eadẽ repetiuit, aliis quidem verbis, vt eis alia tria aduersa ex hominibus redderet. Tria deorũ hęc sunt: loci sublimitas, vitæ perpetuitas, perfectio naturę. Hæc aliis verbis ita repetiuit, vt eis tria cõtraria humanę cõditionis opponeret: cum & habitacula, inquit, summa ab infimis tanta intercapedo fastigij dispescat: quia dixerat loci sublimitatem. Et viuacitas illic, inquit, æterna & indefecta sit, hic caduca & succisiua, quia dixerat vitæ perpetuitatem. Et ingenia illa, inquit, ad beatitudinẽ sublimata, hæc ad miserias infimata, hæc ad miserias infimata, nullo inter se propinquo, inquit, communicatu, quia dixerat naturæ perfectionem. Tria igitur ab eo posita sunt deorum, id est, locus sublimis, æternitas, beatitudo: & his cõtraria tria hominum, id est, locus infimus, mortalitas, miseria. Inter hæc terna deorũ & hominum, quoniam dæmones medios posuit, de loco nulla est cõtrouersia. Inter sublime quippe & infimum, medius locus aptissime habetur & dicitur. Cætera bina restant, quibus cura attẽtior adhibenda est, quemadmodum vel aliena esse à dæmonibus ostendantur, vel sic eis distribuantur vt medietas videtur exposcere, sed ab eis aliena esse nõ possunt. Non enim sicut dicimus [b] locum mediũ nec esse summum, nec infimum, ita dæmones cũ sint animalia rationalia, nec beatos esse nec miseros, sicuti sunt arbusta vel pecora, quæ sunt sensus vel rationis expertia recte possumus dicere. Quorum autem ratio mẽtibus inest, aut miseros esse, aut beatos esse necesse est. Itẽ nõ possumus recte dicere, nec mortales esse dęmones, nec æternos. Omnia nanq; viuentia aut in ęternum viuunt, aut finiunt morte, quod viuunt. Iam vero iste tẽpore æternos dæmones dixit. Quid igitur restat, nisi vt hi medij de duobus summis vnum habeãt & de duobus infimis alterum? Nam si vtraq; de imis habebunt aut vtraque de summis, medij non erunt, sed in alterutram partem vel resiliunt, vel recumbunt. Quia ergo his binis, sicut demonstratum est, carere vtrisq; non possunt, acceptis ex vtraq; parte singulis mediabuntur. Ac per hoc quia de infimis habere non possunt æternitatem, quæ ibi nõ est, vnũ hoc de summis habẽt: & ideo non est alterum ad complendam medietatem suam, quod de infimis habeant nisi miseriam.

a Aduca & succisiua.) Sic legitur in libris Apulei excusis, nõ male. Nam à succidendo dicitur, quod cęditur, & velut amputatur. Sunt exemplaria Augustini in quibus scribitur succidua ab eadem origine, atque etiam significantius, & magis proprie.

b Nõ enim sicut dicimus.) Ex oppositis sunt quę nullũ mediũ receptãt in vniuersum, vt contradicentia, currere vel non currere: alia receptant, vt album & nigrum. Sunt enim intermedij colores sunt quę certis rebus assignatis non admittant, vt viuens & mortuum in animalibus: itidem cæcum & videns statis à natura temporibus: par & impar in numeris, vt Aristoteles docet in Categoriis.

Quomodo dæmones, si nec cum diis beati, nec cum hominibus sunt miseri, inter utranque partem sine utriusque communione sint medii.

Cap. XIII.

ESt itaque secundum Platonicos sublimium deorum, vel beata æternitas, vel æterna beatitudo: hominum verò infimorum, vel miseria mortalis, vel mortalitas misera: dæmonum autem mediorum vel misera æternitas, vel æterna miseria. Nam & quinque illis, quæ in definitione dæmonũ posuit, non eos medios, sicut promittebat ostẽdit: quoniã tria dixit eos habere nobiscum, quod genere animalia, quod mente rationalia, quod animo passiua sunt: cum diis autem vnum, quod tempore ęterna, & vnum propriũ, quod corpore aërea. Quomodo ergo medij, quãdo vnum habent cum summis, tria cum infimis? Quis non videat relicta medietate, quantum inclinentur & deprimantur in infima? Sed planè ibi etiam medij possunt ita inueniri, vt vnum habeant proprium, quod est corpus aëreum, sicut & illi de summis atque infimis singula propria dij corpus æthereum hominẽsque terrenum: duo verò communia sint omnibus, quod genere sunt animalia, & mente rationalia. Nam & ipse cũ de diis & hominibus loqueretur, habetis inquit bina animalia. Et non solent isti deos nisi rationales mente perhibere. Duo sunt residua, quod sunt animo passiua, &

A ua, & tempore æterna. Quorum habent vnum cũ infimis, cum summis alterum, vt proportionali ratione librata medietas, neque sustollatur in summa, neque in infima deprimatur. Ipsa est autem illa dæmonum misera æternitas, vel æterna miseria. Qui enim ait animo passiua, etiam misera dixisset, nisi pro eorum cultoribus erubuisset. Porrò qua prouidentia [a] summi dei: sicut etiam ipsi fatentur, non fortuita temeritate regitur mundus, nunquam esset istorum æterna miseria, nisi esset magna malitia. Si igitur beati rectè dicuntur eudæmones, non sunt eudæmones, quos inter homines & deos isti in medio locauerũt. Quis ergo est locus bonorum dæmonũ, si supra homines infra deos istis prebeãt adiutorium, illis ministerium? Si enim boni æternij; sunt, profecto & beati sunt. Aeterna autem beatitudo medios eos esse non sinit, quia multum diis comparat, multũq; ab hominibus separat. Vnde frustra isti conabuntur ostendere, quomodo dæmones boni, si & immortales sunt, & beati, recte medij cõstituantur inter deos immortales ac beatos, & homines mortales ac miseros. Cum enim vtrunq; habeãt cum diis, & beatitudinem scilicet, & immortalitatem, nihil autẽ horum cũ hominibus & miseris & mortalibus, quomodo non
B potius remoti sunt ab hominibus, diisq; cõiuncti, quàm inter vtrosq; medij constituti? Tũc enim medij essent, si haberent & ipsi duo quædam sua, non cum binis alterutrorum, sed cum singulis vtrorumq; cõmunia: sicut homo medium quiddã est inter pecora & angelos: vt quia pecus est animal irrationale atq; mortale, angelus autẽ animal rationale & immortale, medius homo esset inferior angelis, superior pecoribus, habens cũ pecoribus mortalitatẽ, rationem vero cum angelis, animal rationale mortale. Ita ergo cum quærimus medium inter beatos immortales, miserosq; mortales, hoc inuenire debemus, quod aut mortale sit beatum, aut immortale sit miserum.

a POrrò quia prouidentia.) Plato plurimis locis mundum à parente illo rerum omnium factũ esse & administrari affirmat. hic verò iniustissimus esset, si innocẽtem ęterno mœrore sineret afflici. nam ad tempus afflígi bonum hominem etiam ex benignitate est, vt sit cur copiosius donetur, & beatior tanto fiat, quãto plura est perpessus aduersa, propter sempiternam beatitudinem.

An homines cum sint mortales, possint uera beatitudine esse fœlices.

Caput XIIII.

C VTrum & beatus, & mortalis homo esse possit, magna est inter homines quæstio. Quidã enim conditionem suam humilius [a] inspexerũt, negaueruntq; hominem capacem esse beatitudinis posse, quandiu mortaliter viuit. Quidam vero extulerunt se, & ausi sunt dicere, sapientiæ compotes, beatos esse posse mortales. Quod si ita est, cur non ipsi potius medij cõstituuntur inter mortales miseros, & immortales beatos beatitudinẽ habẽtes cũ immortalibus beatis, mortalitatẽ cum mortalib° miseris? Profecto enim si beati sunt, inuident nemini. Nam quid miserius inuidentia [b]? Et ideo mortalibus miseris, quantum possunt, ad cõsequendam beatitudinem cõsulant: vt etiam immortales valeant esse post mortem, & angelis immortalibus beatisq; coniungi.

a QVidam enim cõditionem suam humilius.) Solon Athenienses negat, ante mortẽ beatũ fieri quenquam posse. Plato paucos excipit: sed Solon, quòd nesciret, qualem hominem maneret fatum. nam quis Priamum fœlicem vocasset ante bellũ perpessurũ tot mœstissima illo decennio? aut quis Cræsum inter illas immanes opes, quẽ Cyrus erat rogo viuentẽ admoturus? Plato vero quod difficile est homini diuina illa in vita consequi, quorũ cognitione beati simus. b Nã quid miserius inuidẽtia?) Illud solũ est in inuidẽtia bonũ, quod maximũ est inuidis malũ, sicut Græco dicto fertur.

De mediatore dei & hominum homine Christo Iesu.

Cap. XV.

D SI autẽ, quod multo credibilius, & probabilius disputatur, omnes homines quãdiu mortales sunt etiam miseri sint [a], necesse est, quærẽdus est medius, qui non solũ homo, verumetiam deus sit: vt homines ex mortali miseria ad beatam immortalitatẽ huius medij beata mortalitas interueniendo perducat: quẽ neq; non fieri mortalem oportebat, neq; permanere mortalẽ. Mortalis quippe factus est, nõ infirmata verbi diuinitate, sed carnis infirmitate suscepta: nõ aũt permãsit in ipsa carne mortalis, quã resuscitauit à mortuis: quoniã ipse fructus est mediationis eius: vt nec ipsi propter quos liberãdos mediator effectus est, in perpetuia, vel carnis morte * remanerent. Proinde mediatorem inter deũ, & mortalitatẽ habere oportuit transeuntem, & beatitudinem permanentem: vt per id quod transit, congrueret nãsituris, & ad id quod permanet, trãsferret ex mortuis. Boni igitur angeli inter miseros mortales, & beatos immortales medij esse nõ possunt: quia ipsi quoq;, & beati, & immortales sunt. Possunt aũt medij esse angeli mali, quia ĩmmortales sunt cũ illis, miseri cũ istis. His contrarius est mediator bonus, qui aduersus eorũ immortalitatem & miseriã, & mortalis
E esse ad tempus voluit, & beatus in æternitate persistere potuit. Ac sic eos & immortales superbos & miseros noxios, ne per immortalitatis iactantiã seducerent ad miseriã, & suæ mortis † humilitate & suæ beatitudinis benignitate destruxit in eis, quorũ corda per suã fidem mundãs, ab illorũ immũdissima dominatione liberauit. Homo itaq; mortalis & miser longe seiũctus ab immortalibus & beatis, quid eligat medium, per quod immortalitati & beatitudini copuletur? Quod possit delectare in dęmonũ immortalitate, miserũ est, quod possit offendere in Christi mortalitate, iã non est. Ibi ergo cauenda est miseria sempiterna: hic mors timẽda nõ est, quæ esse nõ potuit sempiterna: & beatitudo amãda est sempiterna. Ad hoc quippe se interposuit medius immortalis & miser, vt ad immortalitatẽ beatã transire nõ sinat, quoniã in hoc persistit quod impedit, id est, in ipsa miseria. Ad hoc aũt se interposuit mortalis & beatus, vt mortalitate trãsacta & ex mortuis faceret immortales, quod in se resurgẽdo mõstrauit, & ex miseris beatos, quia beatitudo nunq̃ ab ipso discessit*†. Alius est ergo medius malus, qui separat amicos: alius bonus quire-
F cõciliat inimicos. Et ideo multi sũt medij separatores [b], quia multitudo quæ beata est, vnius dei participatione fit beata. Cui° participatiõis priuatione [c] misera multitudo malorũ angelorũ, quæ se opponit poti° ad impedimentũ, q̃ interponit ad beatitudinis adiutoriũ, etiã ipsa multitudine obstrepit quodãmodo, ne possit ad illud vnũ beatificũ [bonũ] peruenire, ad quod vt perduceremur, nõ multis, sed vno mediatore opus erat, & hoc eo ipso cuius participatione simus beati, hoc est, verbo dei, nõ facto, sed per quod facta sunt oĩa. Nec tamẽ ob hoc mediator est, quia verbũ maxime quippe immortale, & maxime beatũ verbũ lõge est à mortalibus miseris, sed mediator per quod homo, eoipso ostẽdens vtiq; ad illud nõ solũ beatũ, verumetiã beatificũ bonũ nõ oportere quęri alios mediatores, per quos arbitremur nobis peruẽtionis gradus esse moliẽdos, quia beatus & beatificus deus, factus particeps humanitatis nostræ compendiũ prębuit participãdæ diuinitatis suę. Neq; enim nos à mortalitate & miseria liberãs ad angelos immortales beatosq; ita perducit, vt eorum participatione etiã nos immortales & beati simus, sed ad illam trinitatẽ, cuius & angeli participatione beati sunt. Ideo quando in forma [d] serui, vt mediator esset, infra angelos esse vo luit, in

aliâs, mortis carne.

1. Timo. 2.

aliâs, mortalitatis.

aliâs, beatos, unde nunquã ip se discessit.

Ioan. 1.

Philip. 2.

G luit, in forma dei super angelos mansit. Idem in inferioribus via vitæ, qui in superioribus vita.

a Etiam miseri sint.) Homerus homines ferè vocat δειλοὺς νηπιαχοῦς hoc est miseros, vt & Latini poëtæ fecerunt. b Et ideo multi sunt medij sep.) Virtus vnica est & simplex, ideo nec multæ sunt ad eam semitæ. Vitium varium, multiforme, infinitis ad eum itatur viis, vt Aristoteles inquit, in libris Moralibus. Itaque dæmones multi per se variis ratiõnibus à deo abducũt, angeli boni vnica via, & per vnicum dei filium ad deum reducunt. c Cuius participationis priuatione.) Vt priuatio lucis tenebræ, sic priuatio beatitudinis miseria, etsi non contra recurritur. d Ideo quando in forma.) Paulus ad Philip. ij. de Christo loquens: Qui cum in forma, inquit, dei esset, nõ rapinam arbitratus est se esse æqualem deo, sed semetipsum exinanuit formam serui accipiens. Hæc sunt Pauli verba, quibus significat Christum alioqui patri simillimum, induto corpore nostræ mortalitatis, nunquã apud eos, qui solum hominem intuebantur, professum deo se parem esse, cùm tamen hoc ipsi licuisset salua patris maiestate: verum abiecit se dominus cunctorum in speciem serui, & excelsissimus æquari se nobis passus est, vt similitudine naturæ nos omnes ad se attractos cognoscentes iam quis esset, quid posset, sublimes secum efferret ad patrem: ita humanitas ad se intuitat, ne diuinitas deterreat, & hęc inuitatos ad se rapit, beatósque facit: quo circa nec vocare, atque allicere nos potuisset, nisi nostri similis homo, nec beare, nisi fons beatitatis omnis deus. Ad Christi ergo deitatem, quę vita est, & beatitudo ipsa, vnica est, per quam tendamus via, humanitas eius.

An rationabiliter Platonici diffinierint deos cœlestes declinantes terrena contagia, hominibus nõ misceri, quibus ad amicitiam deorum dæmones suffagentur. Caput XVI.

H

Apuleius de deo Socratis.

NOn enim verum est, quod idem Platonicus ait, dixisse Platonẽ, nullus deus miscetur homini. Et hoc præcipuum eorum sublimitatis ait esse specimen, quod nulla attrectatione hominum contaminantur. Ergo dæmones contaminari fatetur, & ideo eos à quibus contaminantur mundare non possunt, omnesq; immundi pariter fiunt, & dæmones cõtrectatione hominum, & homines cultu dæmonum. Aut si & contrectari misceriq; hominibus, nec tamen contaminari dæmones possunt, diis profecto meliores sunt, quã illi si miscerentur: contaminarentur. Nam hoc deorum dicitur esse præcipuum, vt eos sublimiter separatos humana contrectatio cõtaminare non possit. Deum quidem summum [a] omnium creatorẽ, quẽ nos verum deum dicimus, sic à Platone prædicari asseuerat, quod ipse sit solus qui nõ possit penuria sermonis humani quauis oratione vel modice comprehendi, vix autẽ sapientibus viris, cũ se vigore animi quantũ licuit à corpore remouerunt, intellectũ huius dei [b] id quoq; interdũ velut in altissimis tenebris rapidissimo coruscamine [c] lumen candidũ intermicare. Si ergo supra omnia vere summus deus intelligibili & ineffabili quadã præsentia, etsi interdum, etsi tanquã rapidissimo coruscamine lumẽ candidũ intermicans, adest tamen sapientiũ mentibus [d], cum se quantum licuit à corpore remouerũt, nec ab eis cõtaminari potest: quid est quod isti dij propterea constituuntur longe in sublimi loco, ne contrectatione contaminentur humana, †quasi corpora illa ætherea tactu tantum queant humano, & nõ etiam visu contaminari? Porrò si non contaminantur sydera, cum videntur: quos deos omnes visibiles dicit, nec dæmones hominũ contaminantur aspectu, quãuis de proximo videantur. An forte vocibus humanis cõtaminarentur, qui acie nõ contaminãtur oculorum: & ideo dæmones medios habent, per quos eis voces hominum nuncientur, à quibus longe absunt, vt incontaminatissimi perseuerent. Quid iam de cæteris sensibus dicam? Non enim olfaciendo cõtaminari vel dij possent si adessent: vel cum adsunt dæmones possunt viuorum corporum vaporibus humanorum, si tantis sacrificiorum cadaueriniş non contaminantur nidoribus. In gustandi autem sensu nulla necessitate reficiendę mortalitatis vrgentur, vt fame adacti, cibos ab hominibus quærant. Tactus vero in potestate est. Nam licet ab eo potissimum sensu [e] contrectatio ista dicta videatur, hactenus tamẽ si vellent miscerentur hominibus, vt viderent, & viderentur, audirent, & audirentur. Tangendi autem quæ necessitas? Nam neq; homines id cõcupiscere auderent, cum deorum vel dęmonum bonorum conspectu vel colloquio fruerentur. Et si in tantum curiositas progrederetur, vt vellet: quo nã pacto quispiã posset inuitũ tangere deum, vel dæmonem [f], qui nisi captũ nõ põt passerẽ? Videndo igitur visibusq; se præbendo & loquẽdo & audiendo, dij corporaliter misceri hominibus possent. Hoc autem modo dęmones si miscentur, vt dixi, & non contaminantur, dij autẽ contaminarentur si miscerentur, incontaminabiles dicunt dæmones, & cõtaminabiles deos: *Si autem contaminãtur & dęmones, quid conferunt hominibus ad vitã post mortem beatam, quos contaminati mundare non possunt, vt eos mundos diis incõtaminatis possint adiungere, inter quos & illos medij constituti sunt? Aut si hoc eis beneficij non cõferunt, quid prodest hominibus dæmonũ amica mediatio? An vt post mortẽ non ad deos homines per dæmones transeant, sed simul viuant vtriq; contaminati, ac per hoc ne vtri beati? Nisi forte quis dicat more spongiarũ vel huiuscemodi rerum mundare dæmones amicos suos, vt tanto ipsi sordidiores fiant, quãto fiunt homines eis velut tergentibus mundiores. Quod si ita est, contaminatioribus dij miscẽtur dæmonibus, qui ne contaminarentur, hominũ propinquitatẽ cõtrectationemq; vitarunt. An forte dij possunt ab hominibus contaminatos mundare dæmones, nec ab eis contaminari, & eo modo nõ possunt, & homines? Quis talia sentiat, nisi quẽ fallacissimi dęmones deceperunt? Quid, quod si videri & videre † contaminat? Videntur ab hominibus dij, quos visibiles dicit, clarissima mũdi lumina [f], & cætera sydera, tutioresq; sunt dęmones ab ista hominum contaminatione, qui nõ possunt videri nisi velint. Aut si non videri, sed videre cõtaminat, negent ab istis clarissimis mũdi luminibus quos deos opinantur videri homines, cũ radios suos terras vsq; pertendant. Qui tamen eorum radij per quæq; diffusi immunda inde nõ contaminãtur, & dij contaminarẽtur, si hominibus miscerentur, etiam si esset necessarius in subueniẽdo contactus. Nã radiis solis & lunæ terra cõtingitur, nec istã contaminat lucem. Miror autẽ plurimum tam doctos homines, qui cũcta corporea & sensibilia, incorporalibus & intelligibilibus postponẽda iudicauerunt, cum agitur de beata vita, corporalium contrectationũ facere mẽtionẽ. Vbi est illud Plotini [g], vbi ait: Fugiendũ est igitur ad clarissimam patriã, & ibi patebunt tibi omnia? Quæ igitur classis, inquit, aut fuga, similem deo fieri [h]? Si ergo deo quanto similior, tanto fit quisq; propinquior, nulla est ab illo tãta longinquitas, quàm eius dissimilitudo. In corporali vero illi æterno, & incõmutabili, tanto est anima hominis dissimilior, quãto rerũ temporalium, mutabiliumq; cupidior.

I

†alis, quasi uero aliud corpora illa ætherea quàm uidere sufficiat quorũ luce terra quantũ sufficit, illustratur. Porro &c.

†alias non uidere.

DEum quidem summũ.) Hoc in deo Socratis. Simile in dogmatis Platonis, de deo ex Platone loquens, quem quidem cœlestem pronunciãt, indictum, innominabilem, vt ait ipse ὑπερουράνιον, ἀλόβιστον, καὶ ἄῤῥητον. cuius naturã inuenire difficile est, si inuenta sit in multos eam enunciare nõ posse. Platonis hæc verba sunt, θεῖον μὲν οὖν καὶ ῥᾴστου γνῶναι δι' ἀδύνατον, id est, Deum quidem inuenisse haud facile est, intellexisse autẽ impossibile. Sic Apuleius. Plato vero in Timęo inquit, τὸν μὲν οὖν ποιητὴν καὶ πατέρα τοῦδε τοῦ παντὸς εὑρεῖν τε ἔργον, καὶ εὑρόντα εἰς πάντας ἀδύνατον λέγειν. Authorem, inquit, & parentẽ huius vniuersitatis inuenire operosum est, & inuentum fieri non potest vt in vulgus cõmodis verbis efferas. In Parmenide vero de vno illo disputans ait, nullũ ei nomen esse inditũ, nõ diffiniri, non scientia capi, nõ in sensus incurrere,

a *Deus incõprehensibilis.*

A incurrere, nullam de eo haberi opinionem: quocirca neque nominari, neque dici, neque cogitatione comprehendi, neque cognosci, nec ab vllo ente sentiri. b Intellectum huius dei.) Sunt vestigia in rebus humanis nonnulla, ex quibus cognosci potest opifex ille vniuersitatis, tametsi procul velut lumine quodam inter densissimas tenebras intermicãtes & non à quibuslibet, sed iis dũtaxat, qui acutissima ingenij præditi acie, totam eius vim in eam, quàm intentissime conuerterint. c Rapidissimo coruscamine.) Vulgò legitur rapacissimo, significat existentem subito lucem illam diuinam celerrime se subducere, & relinquere humanis mentibus, quę eam spectarunt, ceu speciem quandam leuem, & non alte impressam, sed quæ satis indicet maximum quiddam illud fuisse, ac admirandum. d Adest tamen sapientium mentibus.) Ait non ita præterire notitiam illam diuinitatis, quin subsistat in mente sapientis, quoties ac quandiu eam sapiens purè ac sanctè quærit. e Nam licet ab eo potissimum sensu.) Contrectatio à tractando ducitur, quod fit tangẽdo. f Clarissima mundi lumina.) Apuleius in deo Socratis. Nam perinde vt maiestas postulabat, diis immortalibus cœlum dicauit, quos quidem deos cœlites partim visu vsurpamus, vt Vos ô clarissima mundi Lumina, labentem cœlo, quæ ducitis annum. Versus sunt Vergil. j. Georg. de Sole & Luna. g Vbi est illud Plotini.) In codice Colonien. legitur, Vbi est illud Platonis, vbi ait, fugiendum est igitur ad clarissimam patriam, & ibi pater, & ibi omnia. h Quæ igitur classis, inquit, aut fuga, similẽ deo fieri.) Sententia est hæc Platonica, quam superiore libro posuimus. Patriam nostram cœlum appellat, quòd inde exulamus: clarissimam, quòd illic pura omnia, illustrata, certa: hic turbulenta, tenebris obruta, incerta: ibi pater huius vniuersitatis, & circa omnium regem omnia, vt ad Dionysium Plato scribit. Quomodo illuc confugietur, cum tantum absit, nec vlla sit cò nostris corporibus via: respondit vnicam esse apertam & expeditissimam viam sequi deum, & eius fieri, quantum humana vis valeat. similem. Hæc vna res, nos illuc iustollit.

B

Ad consequendam uitam beatam, quæ in participatione est summi boni, non tali mediatore indigere hominem, qualis est dæmon, sed tali, qualis est unus Christus. Caput XVII.

HOc vt sanetur, quoniam immortali puritati, quæ in summo est, ea, quæ in imo sunt mortalia & immunda, conuenire non possunt: opus est quidem mediatore, non tamen tali, qui corpus quidem habeat immortale propinquum summis, animũ autem morbidum similem infimis: quo morbò nobis inuideat potiº, ne sanemur, quàm adiuuet, vt sanemur: sed tali, qui nobis infimis ex corporis mortalitate coaptatus, immortali spiritus iustitia, per quam non locorum distantia, sed similitudinis excellentia mãsit in summis, mundandis liberandisq; nobis vere diuinum prębeat adiutoriũ. Qui profecto incõtaminabilis deus, absit vt contaminationẽ timeret ex homine, quo indutus est [a], aut ex hominibº, inter quos in homine cõuersatus est. Non enim parua sunt hæc interim duo, quæ salubriter sua incarnatione monstrauit, nec in carne posse contaminari veram diuinitatem: nec ideo putandos dæmones nobis esse meliores, quia non habent carnem. Hic est, sicut eum prædicat, sancta scriptura, mediator dei & hominum homo Christus Iesus, de cuius & diuinitate, qua patri est semper æqualis, & humanitate, qua nobis factus est similis: non hic locus est vt competenter pro nostra facultate dicamus.

C

1. Timo. 2.

Deus assumpsit hominem.

a EX homine quo indutus est.) Sic semper Augustinus, & Hieronymus, & cæteri Latini scriptores nostræ religionis. Græci ἀνθρωπον in Christo dicunt, id est, hominem: nec ferè norunt aliud loquendi genus, cum de assumpto à filio dei homine loquuntur. Recentiores theologi, vt ipsi soli de cœlo cecidisse videantur, scrutata, tota Christi & diuinitate & humanitate, inuenerunt non hominẽ assumpsisse illum, sed humanitatem, & hoc dicunt esse adversum hæreticos tutissimum. ceu vero parum tuti futuri essemus Augustini & Hieronymi dictis muniti. At illi inquiunt, humanitatem sensere, cum hominem dixerunt. Loquantur ergò isti vt illi, & sic sentiant. Sed isti linguarum peritiores, & totius rationis loquendi, rudem illam vetustatem & insuiam Latini Græciq; sermonis emendant & exponunt. Verum omnium falsissimum est, quod cum nefas putent à veteribus nostræ pietatis scriptoribus dissentire, ipsi cum dissentiunt acuti sibi videntur: alios sya se discedant antiquis accedentes, hæreticos continuo clamant. Nam si quis in schola frequentibus theologiæ candidatis, & præcipue qui religiosiores videri & dici affectant, ioq; iam propè obtinuerit, si quis ergo apud istos aiat Christum assumpsisse hominem, pro hæretico maximis conuitiis exceptus è consessu eiiceretur: at inquiunt, Homo, nomen est suppositi, humanitas nomen est naturæ: quis hæreticus non se irridere nos putet, si hisce vtatur: quis non irideri, si vtamur?

D

Quod fallacia dæmonum, dum sua intercessione uiam spondet ad deum, hoc conatur, ut homines à uia ueritatis auertat. Cap. XVIII.

SAlsi autem illi fallacesq; mediatores dæmones, qui cum per spiritus immunditiam miseri ac maligni multis effectibus clareãt, per corporalium tamen locorũ interualla, & per aëreorum corporum leuitatem, à prouectu animorum nos auocare atq; auertere moliuntur: & nõ viam præbent ad deum, sed ne via teneatur impediunt: quandoquidem & in ipsa via corporali, quæ falsissima est, & plenissima erroris, qua non iter agit iustitia, quoniam non per corporalem altitudinẽ, sed per spiritalem, hoc est incorporalẽ similitudinem ad deũ debemus ascendere, in ipsa tamen corporali via, quã dęmonum amici per elementorum gradus ordinant, inter æthereos deos, & terrenos homines aëreis dæmonibus mediis constitutis, hoc deos opinantur habere præcipuum, vt propter hoc interuallum locorum contrectatione non contaminentur humana. Ita dęmones cõtaminari potius ab hominibus, quàm homines mũdari à dæmonibus credunt, & deos ipsos contaminari potuisse, nisi loci altitudine munirentur. Quis tam infœlix est, vt ista via mundari se existimet, vbi homines contaminãtes, dæmones cõtaminati, dij cõtaminabiles prædicantur, & non potius eligat viam, vbi contaminantes magis dæmones euitentur, & ab incontaminabili deo ad ineundam societatem incõtaminatorum angelorum, homines à contaminatione mundentur?

E

Quod appellatio dæmonum iam nec apud cultores eorum assumatur in significationem alicuius boni. Caput XIX.

SEd ne de verbis etiam nos certare videamur, quoniam nonnulli istorum, vt ita dixerim, dęmonicolarum, in quibus & Labeo est, eosdẽ perhibent ab aliis angelos dici [a], quos ipsi dæmones nuncupant: iã mihi de bonis angelis aliquid video disserendum, quos isti esse non negant, sed eos bonos dęmones vocare, quàm angelos malũt. Nos autẽ sicut scriptura loquitur [b], secũdum quam Christiani sumus angelos quidem partim bonos, partim malos, nũquam vero bonos dæmones legimus. *Sed vbicunq; illarum literarum hoc nomen positũ reperitur, siue dæmones, siue dæmonia dicantur, non nisi maligni significãtur spiritus. Et hanc loquendi consuetudinẽ intantũ populi vsquequaq; secuti sunt, vt eorum etiam qui Pagani [c] appellantur, & deos multos ac dæmones colendos esse contendunt, nullus ferè sit tam literatus & doctus, qui audeat in laude vel seruo suo dicere, dæmonẽ habes, sed quilibet hoc dicere voluerit, non se aliter accipi, quã maledicere voluisse dubitare non possit. Quæ igitur nos causa compellit, vt post offensionem auriũ tam multarum, vt iam penè sint omnium, quę hoc verbum nõ nisi in malã partẽ audire consueuerunt, quod diximus cogamur exponere, cũ possimus angelorum nomine adhibito, eandem offensionẽ quæ nomine dæmonum fieri poterat, euitare.*

F

Angelus.

EOsdem perhibent ab aliis angelos dici.) ἄγγελος enim nuncius est. hinc in fabulis Græcis legere frequenter est ἄγγελον πρόσωπον, vt apud Euripedem ἰφιγενείᾳ: ita cum sint dæmones nuncij atq; interpretes deorum & hominum, angeli nominãtur, sicut ab eodem munere Mercurius angelus. Sic Trimegistus vocat, & Martianus Capella de dæmonibus loquens, & cum cogitationum arcana superæ nunciat potestati angelus poterit nominari. b Nos autem sicut scriptura loquitur.) In Euangelio de angelis bonis crebra mentio, & Christus angelos diaboli nũcupat. c Vt eorũ etiam qui Pagani.) Dixi antea post Christũ natum nomen dæmonis fuisse suspectum, & odiosum tanquam rei maleficæ atq; improbæ, non vulgo magis quàm philosophis.

De qua-

G *De qualitate scientiæ, quæ dæmones superbos facit.* Caput XX.

QVanquam etiam ipsa origo huius nominis, si diuinos intueamur libros, aliquid affert cognitione dignissimum. Δαίμονες enim dicuntur [a], quoniam vocabulum Græcum est, ob scientiam nominati. Apostolus autem spiritu sancto locutus ait: Scientia inflat, charitas verò ædificat. Quod rectè aliter non intelligitur, nisi scientiam tunc prodesse, cum charitas ineſt: ſine hac autem inflare, id eſt, in ſuperbiã inaniſſimæ quaſi ventoſitatis extollere. Eſt ergo in dęmonibus ſcientia ſine charitate: & ideo tam inflati, id eſt, tam ſuperbi ſunt, vt honores diuinos & religionis ſeruitutem, quam vero deo deberi ſciũt, ſibi ſategerint exhiberi, & quãtum poſſunt, & apud quos poſſunt, adhuc agunt. Contra ſuperbiam porrò dæmonũ, qua pro meritis poſſidebant genus humanũ, dei humilitas, quæ in Chriſto † apparuit, quantam virtutem habeat, animæ hominum neſciunt, immunditia elationis inflatę, dæmonibus ſimiles ſuperbia non ſcientia.

1. Cor. 8.

† aliàs, forma ſerui

a Dæmon.

DAemones enim dicuntur.) Δαίμων Græcis olim fuit ἐπίσταμαι καὶ γιγνώσκω ſcio, & noui. inde δαήμωρ. q. δαΐμων, vt inquit author magni etymologici, πάντα ἐπιστάμενος, καὶ γιγνώσκων, omnia ſciens & noſcens. ab eadem mente Plato in Cratylo δαίμονες dictos. q. δαήμονες tradit à prudentia & peritia rerum, quem & alij ſecuti ſunt, velut Capella, qui ait, hos omnes Græci δαίμονας dicunt ἀπὸ τοῦ δαήμονες ἢ παρὰ. & Lactantius lib. ij. dæmones, inquit, Grammatici aiũt dictos. q δαήμονες, id eſt, peritos, ac rerum ſcios. quib[a] Chalcidius in Timæum Platonis ſuffragatur.

H

Ad quem modum dominus voluerit dæmonibus innoteſcere. Caput XXI.

SIpſi autem dæmones etiam hoc ita ſciunt, vt eidem domino infirmitate carnis induto dixerint: Quid nobis & tibi Ieſu Nazarene? Veniſti ante tempus perdere nos? Clarum eſt in his verbis, quod in eis & tanta ſcientia erat, & charitas nõ erat. Pœnam quippe ſuam formidabant ab illo, non in illo iuſtitiam diligebant. Tantum vero eis innotuit, quantum voluit: tantum autem voluit, quantum oportuit. Sed ſic innotuit, non ſicut angelis ſanctis, qui eius ſecundum id quod dei verbum eſt, participata æternitate perfruuntur, ſed ſicut eis terrendis innoteſcendum fuit, ex quorum tyrannica quodammodo poteſtate fuerat liberaturus prædeſtinatos in ſuum regnum, & gloriam ſemper veracem & veraciter ſempiternam. Innotuit ergo dæmonibus non per id, quod eſt vita æterna & lumen incommutabile, quod illuminat pios, cui viuendo per fidem, quæ in illo eſt, corda mundãtur: ſed per quædam temporalia ſuæ virtutis effecta, & occulti ſſimæ ſigna præſentiæ, quæ angelicis ſenſibus [a] etiam malignorum ſpirituum, potius quàm infirmitati hominum poſſent eſſe conſpicua. Denique quando ea paululum ſupprimenda iudicauit, & aliquanto altius latuit, dubitauit de illo dæmonum princeps, eumq; tentauit, an Chriſtus eſſet explorans [b], quantum ſe tentari ipſe permiſit, vt hominem, quem gerebat [c] ad noſtræ imitationis temperaret exemplum. Poſt illam vero tentationem [d], cum angeli ſicut ſcriptum eſt, miniſtrarent ei: boni vtique & ſancti, ac per hoc ſpiritibus immundis metuendi & tremendi, magis magiſque innoteſcebat dæmonibus, quantus eſſet, vt ei iubenti, quanuis in illo contemptibilis [e] videretur carnis infirmitas, reſiſtere nullus auderet.

Marci. 1. Lucæ. 4.

I Actor. 15.

Matth. 4.

✝

QVæ angelicis ſenſibus.) Miracula enim Chriſti admirabiliora erant angelis, & dæmonibus quàm hominibus, propterea quod illi cauſas multarum rerum cum noſſent, videbãt omnem naturę vim ſuperare: homines vero etſi magna atque admiranda eſſe non dubitabant, tamen non deerant, qui calumniarentur per Beelzebub principem dæmoniorum dæmonia eiici, non tam illud credentes ipſi, quàm conantes, vt imperita turba crederet. Quin & alij poſterioribus tẽporibus magũ fuiſſe impie mẽtiti ſunt, contra quos in libris de ſapientia Chriſtiana deo adiuuante fuse diſputabo. b Eumq; tentauit an Chriſtus eſſet explorans.) Dæmon quum homines tentat, hoc laborat tantum, vt peccent: quum vero Chriſtum tentabat, non admodum erat de illius peccato ſolicitus. Sanctiorem enim illum ſciebat, quàm qui facile induci poſſet vt male faceret, cognoſcere tantum auebat, an lateret deus ſub humana forma. c Vt hominem quem gerebat.) Ne ipſe veteri hominum conditioni videretur exemptus, quod ſolus abiret intentatus: neu poſt illum alii, qui cum venerarentur, indigne ferrent tentari ſe, qui ſcirent inuidentiſſimũ illum & confidentiſſimum humani hoſtem generis, ne à Chriſto quidẽ temperaſſe. d Poſt illam vero tẽtationem.) Et hoc quoque ad exemplum ſpectat poſtri tatis. nam vt nullus ſine tentatione præteribit, ita qui ſuperior fuerit in ea pugna, ſolatio miniſteriõque fruetur angelorũ, ſicut Hieronymus teſtatur. e Quanuis in illo contemptibilis.) Inops, nudus, humili loco natus, ſine oſtentatione humanæ ſapientiæ, ſimili cohorte hominum comitatus.

Quid interſit inter ſcientiam ſanctorum angelorum & ſcientiam dæmonum. Caput XXII.

IIs igitur angelis bonis omnis corporalium temporaliumq; rerum ſcientia, qua inflantur dæmones, vilis eſt: non quòd earum ignari ſint, ſed quòd illis dei, qua ſanctificantur, charitas chara eſt, præ cuius non tantum incorporali, verumetiam incommutabili & ineffabili pulchritudine, cuius ſancto amore [a] inardeſcunt, omnia quę infra ſunt, & quod illud eſt [b], non ſunt: ſeq; ipſos inter illa cõtemnunt, vt ex toto, quod boni ſunt, eo bono, ex quo boni ſunt, perfruantur. Et ideo certius etiam temporalia & mutabilia iſta nouerunt, quia eorum principales cauſas in verbo dei conſpiciunt, per quod factus eſt mundus, quibus cauſis quædam probantur, quædam reprobantur, cuncta ordinantur. Dæmones autem non æternas temporum cauſas [c], & quodãmodo cardinales in dei ſapientia cõtemplantur, ſed quorundam ſignorum nobis occultorum, maiore experientia multo plura quàm homines futura proſpiciunt, diſpoſitiones quoq; ſuas aliquando prænunciant. Denique ſæpe iſti, nunquam illi omnino falluntur. Aliud eſt enim temporalibus temporalia, & mutabilibus mutabilia coniectare, eisq; temporalem & mutabilem modum† ſuæ voluntatis & facultatis inſerere, quod dæmonibus certa ratione permiſſum eſt. Aliud autem in æternis atque incommutabilibus dei legibus, quæ in eius ſapientia viuunt, mutationes temporum præuidere, deiq; voluntatem, quæ tam certiſſima, quàm potentiſſima [d] eſt diuini ſpiritus eius participatione cognoſcere, quod ſanctis angelis recta diſcretione donatum eſt. Itaq; non ſolum æterni, verumetiã beati ſunt. Bonũ autem quo beati ſunt, deus illis eſt, à quo creati ſunt. Illius quippe indeclinabiliter participatione [e], & contemplatione perfruũtur.

K

† aliàs, motum

M

INeffabili pulchritudine cuius ſancto amore.) Amor enim ſemper eſt erga pulchra. Socrates apud Platonem in Phædro inquit, faciem honeſtatis, & ſapiẽtię ſi oculis corporis cerneret, mirabiles amores excitaturã ſui. Quid ſi deus ille maximus videretur, qui quàm ſit pulcher, vt eſt in libro ſapiẽtiæ, vel ex hoc licet cõiectari, quòd pulcherrima nobis videntur, quæ ille conditi. In conuiuio Platonis Diotima diuinã pulchritudinẽ vnam eſſe dicit, quæ à beato debeat homine amari, ſicut ſuperiore nobis libro explicatũ eſt. b Et quod illud eſt.) Cum omnia quæcunq; deus non ſint, præ deo putent vilia & contemnenda, ſeipſos quoq; inter cætera, quæ deus nõ ſunt, habẽt deſpicatui. quæ cogitatio ita coniungit illos deo, vt affixi beatitudini ipſius, ſine vlla cæterarum rerũ cura ſempiternum ſint beatiſſimi. c Dæmones autẽ non æternas temporum cauſas.) Non enim cardinem ipſum, quo ſitæ ſunt cauſæ omnes, & in quo voluuntur, inuenit: nec fouẽ norunt, vnde manãt, ſed quod maiore ingenio, & acuriore quàm nos præditi, tum etiã rerum vſu propter immortalitatem maximo, facilius & præſentia intelligunt, & futura cõiecturis

a Amor circa pulchra.

A iecturis aſſequuntur, quàm nos. quo fit, vt cum res omnes non ex principiis ſuis, ſed alienis coniecturis collectæ fallere poſſint, dæmones plerunq; ab eis fallantur, & mendacia dicant, etiã cũ ſe veriſſima dicere arbitrantur, iactant tamen ſe nihil ignorare. Nec ſolum mẽtiri dęmonas impuros, ſed deos quoque ſuos Porphyrius credit. d Quæ tam certiſſima quàm potentiſſima.) Certitudo voluntatis dei eſt, quod quæcũq; velit, poteſt. nam ſi aliquid eſſet, quod efficere nequiret, incerta ibi eſſet, cum illud in eius manu non foret ſitum. nunc verò cum omnia præſtare poſſit, quæ vult, nihil ea fieri certius poteſt, hoc eſt, nihil certius euenturum eſt, quàm quæ ipſa vult, quippe quæ nihil non efficiet, quod volet. quo circa qui voluntatem dei ſpectant, certiſſimam originem è qua vniuerſa prõficiſcuntur, ſpectant. Idque quoniam aliud non fit in mundo, quàm quod ea vult, recte eſt igitur ab Auguſtino dictum tam eſſe voluntatem dei certiſſimam, quàm potentiſſimam, vt potentia, certitudinis voluntatis cauſa eſſe videatur. Qui ergo voluntatem illam intuentur angeli, & fœlices animi, tantum ſciunt, quantum proportione beatitudinis videre permittuntur. Neque enim omnes eadem rerum cognitione donantur inter quos beatitudinis quoque ſunt gradus, idcirco diſcretionem illius eſſe ait. e Indeclinabiliter participatione.) Semper conuerſi & intenti in deum agunt, ne vel minima auerſione miſeri fiant, nec tamen non declinant, quòd aliquid mutant, ſed quòd beatitudo illa totos ad ſe tractos rerum omnium aliarum cogitationem & deſyderium ademit, duntaxat quum illis ſit fons ipſe omnium, quæ excogitari poſſunt bona.

Nomen deorum falſò aſſcribi diis gentium, quod tamen & angelis ſanctis & hominibus iuſtis ex diuinarum ſcripturarum authoritate commune eſt. Caput XXIII.

B IOs ſi Platonici malunt deos, quàm dæmones dicere, eisq; annumerare, quos à ſummo deo conditos [a] deos ſcribit eorum author & magiſter Plato, dicant quod volunt: non enim cum eis de verborum controuerſia laborandum eſt. Si ergo eos ſic immortales aſſerũt, vt tamen à ſummo deo factos, etſi non per ſeipſos, ſed ei à quo facti ſunt adhærendo, beatos eſſe dicunt, hoc dicunt, quod dicimus, quolibet eos nomine appellent. Hanc autem Platonicorum eſſe ſententiam, ſiue omnium, ſiue meliorum, in eorum literis inueniri poteſt. Nam & de ipſo nomine, quo huiuſmodi immortalem beatãmque creaturam deos appellant: ideo inter nos & ipſos pẽnè nulla diſſenſio [b] eſt, quia & in noſtris ſacris literis legitur: Deus deorum dominus locutus eſt. Et alibi: Confitemini deo deorum. Et alibi: Rex magnus ſuper omnes deos. Illud autẽ vbi ſcriptũ eſt: Terribilis eſt ſuper omnes deos: cur dictum ſit deinceps oſtẽditur. Sequitur enim: Quoniam omnes dij gentium dæmonia: dominus autem cœlos fecit. Super omnes ergo deos dixit, ſed gentium, id eſt, quos gentes pro diis habent, quæ ſunt dæmonia, ideo terribilis, ſub quo terrore domino dicebant: Veniſti ante tempus perdere nos. Illud vero vbi dicitur, deus deorum, non poteſt intelligi deus dæmoniorum: & rex magnus ſuper omnes deos, abſit vt dicatur rex magnus ſuper omnia dæmonia. Sed homines quoque in populo dei, eadem ſcriptura deos appellat. Ego, inquit, dixi dij eſtis, & filij excelſi omnes. Poteſt itaq; intelligi horum deorum deus, qui dictus eſt deus deorum: & ſuper hos deos rex magnus, qui dictus eſt rex magnus ſuper omnes deos. Verũtamen cũ à nobis quæritur, ſi homines dicti ſunt dij, qnòd in populo dei ſũt quẽ per angelos vel per homines alloquitur deus: quãto magis immortales eo nomine digni ſunt, qui ea fruuntur beatitudine, ad quã deũ colendo cupiũt homines peruenire. Quid reſpõdebimus, niſi nõ fruſtra in ſcripturis ſanctis expreſſius homines nuncupatos deos, quàm illos immortales & beatos, quibus nos æquales futuros in reſurrectione promittitur, ne ſcilicet propter illorum excellentiam aliquem eorum nobis cõſtituere deum infidelis auderet infirmitas? Quod in homine facile eſt euitare. Et euidentius dici debuerunt homines dij in populo dei, vt certi ac fidentes fierent, eſſe eum deum ſuum, qui dictus eſt deus deorum, quia etſi appellentur dij immortales illi ac beati, qui in cœlis ſunt, non tam dicti ſunt dij deorum, id eſt, dij hominum in populo dei conſtitutorum quibus eſt dictum: Ego dixi dij eſtis, & filij excelſi omnes. Hinc eſt quod ait Apoſtolus: Et ſi ſunt qui dicantur dii ſiue in cœlo, ſiue in terra: ſicuti ſunt dii multi & domini multi, nobis tamen vnus deus pater, ex quo omnia, & nos in ipſo, & vnus dominus Ieſus Chriſtus per quem omnia, & nos per ipſum. Non multum ergo de nomine diſceptandum eſt, cum res ipſa ita clareat, vt à ſcrupulo dubitationis aliena ſit. Illud vero quod nos ex eorum immortalium beatorum numero miſſos angelos eſſe dicimus, qui dei voluntatem hominibus annunciarẽt, illis non placet, quia hoc miniſterium non per illos quos deos appellant, id eſt, immortales & beatos, ſed per dæmones fieri credunt, quos immortales tantum non etiam beatos audent dicere, aut certe ita immortales ac beatos, vt tamen dæmones bonos non deos ſublimiter collocatos, & ab humana contrectatione ſemotos. Quanuis nominis controuerſia videatur, tamen ita deteſtabile eſt nomen dæmonum, vt hoc modis omnibus à ſanctis angelis nos remouere debeamus. Nunc ergo ita liber iſte claudatur, vt ſciamus immortales ac beatos, quomodolibet vocentur, qui tamen facti ac creati ſunt mediocres non eſſe ad immortalitatem beatitudinẽmque perducendis mortalibus miſeris, à quibus vtraque [c] differentia ſeparantur. Qui autem medij ſunt communem habendo immortalitatem cum ſuperioribus, miſeriam cum inferioribus: quoniam merito malitiæ ſunt miſeri, beatitudinem quam non habent inuidere nobis poſſint potius quàm præbere. Vnde nihil habent amici dæmonum, quod nobis dignum afferant, cur eos tanquam adiutores colere debeamus, quos potius vt deceptores euitare debemus. Quos autem bonos & ideo non ſolum immortales, verumetiam beatos deorum nomine ſacris & ſacrificiis propter vitam beatam poſt mortem adipiſcendam colendos putant, qualeſcunque illi ſint, & quolibet vocabulo digni ſint, non eos velle per tale religionis obſequium niſi vnum deum coli, à quo creati, & cuius participatione beati ſunt, adiuuante ipſo in ſequenti libro diligentius diſſeremus.

D

E

Pſal. 49. Pſal. 135. Pſal. 94. Pſal. 95.

Matth. 8.

C

Pſal. 81.

Pſal. 81. 1. Cor. 8.

F

EIsque annumerare, quos à ſummo deo conditos.) Plato in Timæo deum illum ſummum, & rerum omnium parentem creaſſe ait reliquos omnes deos. b Ideo inter nos & illos penè nulla diſſenſio.) Cyprianus inquit deos participatione plures eſſe neminem negare, & Bœotius omnem beatum ait deum eſſe, ſed natura vnicum eſſe deum, participatione nihil prohibere plures eſſe. Ac profectò dara eſt nobis per Chriſtum facultas vt filij dei ſimus. c A quibus vtraque.) Alibi à quibus vtraq; differentia miſeria & mortalitate ſep. qui. aut. m. ſ. c. habent.

a

FINIS.

Elenchus

ELENCHVS

CAPITVM D. AVRELII AVgustini de Ciuitate dei, in Librum decimum.

1 Veram beatitudinem ſiue angelis ſiue hominibus per vnum deum tribui etiam Platonicos definiſſe: ſed vtrum hi quos ob hoc ipſum colendos putant vni tantum deo, an etiam ſibi ſacrificari velint, eſſe quærendum.
2 De ſuperna illuminatione quid Plotinus Platonicus ſenſerit.
3 De vero dei cultu, à quo Platonici quanuis creatorem vniuerſitatis intellexerint, deuiarunt colendo angelos ſiue bonos ſiue malos honore diuino.
4 Quod vni vero deo ſacrificium debeatur.
5 De ſacrificiis, quæ deus non requirit, ſed ad ſignificationem eorum obſeruari voluit, quæ requirit.
6 De vero perfectoq; ſacrificio.
7 Quod ſanctorum angelorum ea ſit in nos dilectio, vt nos non ſuos, ſed vnius veri dei velint eſſe cultores.
8 De miraculis quæ deus ad corroborandam fidem piorum etiam per angelorum miniſterium promiſſis ſuis adhibere dignatus eſt.
9 De illicitis artibus erga dæmonũ cultum, in quibus Porphyrius Platonicus quædam probando, quædam quaſi improbando verſatur.
10 De theurgia, quæ falſam purgationem animis dæmonum inuocatione promittit.
11 De epiſtola Porphyrij ad Anebõtem Aegyptium, in qua petit de diuerſitate dæmonum ſe doceri.
12 De miraculis quæ per ſanctorum angelorum miniſterium deus verus operatur.
13 De inuiſibili deo, qui ſe viſibilem ſæpe præſtitit, nõ ſecundum quod eſt, ſed ſecundum quod poterant ferre cernentes.
14 De vno deo colendo, non ſolum propter æterna, ſed etiam propter temporalia beneficia, quæ vniuerſa in ipſius prouidentiæ poteſtate conſiſtunt.
15 De miniſterio ſanctorum angelorum, quo prouidentiæ dei ſeruiunt.
16 An de promerenda beata vita his angelis ſit credendum, qui ſe coli exigunt honore diuino: an vero illis qui non ſibi, ſed vni deo ſancta præcipiunt religione ſeruiri.
17 De arca teſtamenti miraculisq; ſignorum, quæ ad commendandam legis ac promiſſionis authoritatem diuinitus facta ſunt.
18 Contra eos, qui de miraculis, quibus dei populus eruditus eſt, negant eccleſiaſticis libris eſſe credendum.
19 Quæ ratio ſit viſibilis ſacrificij, quod vni vero, & inuiſibili deo offerri doceat vera religio.
20 De ſummo veróque ſacrificio, quod ipſe dei & hominum mediator effectus eſt.
21 De modo poteſtatis dæmonibus datæ ad glorificandos ſanctos, qui pertulerunt iam paſſionem, qui aëreos ſpiritus non placãdo ipſos, ſed in deo permanendo vicerunt.
22 Vnde ſit ſanctis aduerſum dæmones poteſtas, & vnde cordis vera purgatio.
23 De principiis in quibus Platonici purgationẽ animæ eſſe profitentur.
24 De vno veroq; principio, quod ſolam naturam humanam purgat atque renouat.
25 Omnes ſanctos & ſub legis tempore, & ſub prioribus ſeculis in ſacramento & fide Chriſti iuſtificatos fuiſſe.
26 De inconſtantia Porphyrij inter confeſſionem veri dei & cultum dæmonum fluctuantis.
27 De impietate Porphyrij, qua etiam Apulei tranſcendit errorem.
28 Quibus perſuaſionibus Porphyrius obcæcatus, non potuerit veram ſapientiam, quæ eſt Chriſtus, agnoſcere.
29 De incarnatione domini noſtri Ieſu Chriſti, quam confiteri Platonicorum erubeſcit impietas.
30 Quanta Platonici dogmatis Porphyrius refutauerit, & diſſentiendo correxerit.
31 Contra argumentum Platonicorum, quo animam humanam aſſerunt deo eſſe coæternam.
32 De vniuerſali via animæ liberandæ, quam Porphyrius male quærendo nõ reperit, & quam ſola gratia Chriſtiana reſerauit.

D. AVRELII AVGVSTINI Episcopi de Ciuitate dei, ad Marcellinum Liber X.

Veram beatitudinem ſiue angelis, ſiue hominibus per unum deũ tribui etiam Platonicos definiſſe, ſed utrum hi, quos ob hoc ipſum colendos putant, uni tantum deo, an etiam ſibi ſacrificari uelint, eſſe quærendum.

Caput I.



Mnium certe ſententia eſt, qui ratione quoquo modo vti poſſunt, beatos eſſe omnes homines velle. Qui autem ſint, vel vnde fiant, dum mortaliũ quærit infirmitas, multæ magnæq; controuerſiæ concitatæ ſunt: in quibus philoſophi ſua ſtudia & ocia contriuerunt, quas in medium adducere, atq; diſcutere: & longum eſt, & non neceſſarium. Si enim recolit, qui hæc legit, quid in libro egerimus octauo in eligendis philoſophis, cum quibus hæc de beata vita, quę poſt mortem futura eſt, quæſtio tractaretur: vtrum ad eam vni deo vero, qui etiam eſt deorum effector, an plurimis diis religione ſacrisque ſeruiendo peruenire poſſimus: non etiam hic eadem repeti expectet, præſertim cum poſſit relegendo, ſi forte oblitus eſt adminiculari* memoriã. Elegimus enim Platonicos omnium philoſophorum merito nobiliſſimos: propterea, quia ſicut ſapere potuerũt, licet immortalem ac rationalem vel intellectualem hominis animam: niſi participato lumine illius dei, à quo & ipſa & mundus factus eſt, beatã eſſe non poſſe. Ita illud quod omnes homines appetunt, id eſt, vitam beatam, quenquam iſti aſſecuturum negant, qui nõ illi vni optimo, qui eſt incommutabilis deus, puritate caſti amoris adhæſerit. Sed quia ipſi quoq; ſiue cedentes vanitati erroriq; populorum, ſiue vt ait Apoſtolus, Euaneſcentes in cogitationibus ſuis multos deos colendos ita putauerunt, vel putari voluerunt, vt etiam quidam eorum dęmonibus diuinos honores ſacrorũ & ſacrificiorum deferendos eſſe cẽſerent: quibus iam nõ parua ex parte reſpõdimus.

*aliàs, ad iuuare.

Rom. 1.

Nunc

A Nunc videndũ ac diſſerendum eſt, quantũ deus donat immortales: ac beati in cœleſtibus ſedibus, dominationibus, principatibus [a], poteſtatibus conſtituti, quos iſti deos, & ex quibus quoſdã vel bonos dæmones, vel nobiſcũ angelos nominant, quomodo credendi ſint velle à nobis religionẽ pietatẽq; ſeruari: hoc eſt, vt apertius dicã, vtrũ etiã ſibi, an tãtum deo ſuo, qui etiã noſter eſt, placeat eis vt ſacra faciamus, & ſacrificemus: vel aliqua noſtra ſeu noſipſos religionis ritibus cõſecremus. Hic eſt enim diuinitati, vel, ſi expreſſius dicendũ eſt, deitati debitus cultus, propter quẽ vno verbo ſignificãdum: quoniã ſatis mihi idoneũ nõ occurrit Latinum, Græco vbi neceſſe eſt inſinuo, quid velim dicere. Latriã quippe noſtri [b] vbicunq; ſanctarum ſcripturarum poſitũ eſt, interpretati ſunt ſeruitutem. Sed ea ſeruitus, quæ debetur hominibus, ſecundũ quam præcipit Apoſtolus, ſeruos dominis ſuis ſubditos eſſe debere: alio nomine Græce nuncupari ſolet. Latria vero ſecundũ cõſuetudinẽ, qua locuti ſunt, qui nobis diuina eloquia cõdiderunt, aut ſemper, aut tã frequẽter, vt penè ſemper ea dicitur ſeruitus, quæ pertinet ad colendũ deũ. Proinde ſi tantũmodo cultus ipſe dicatur, non ſoli deo deberi videtur. Dicimur enĩ etiã colere homines [c], quos B honorifica [d] vel recordatione vel præſentia frequentamus. Nec ſolum ea, quibus nos religioſa humilitate ſubiicimus, ſed quædã etiã quæ ſubiecta ſunt nobis [e] colli perhibentur. Nã ex hoc verbo agricolæ & coloni & incolæ vocantur. Et ipſos deos non ob aliud appellant cœlicolas, niſi quod cœlũ colant: non vtiq; venerando, ſed inhabitando tanquàm cœli quoſdã colonos: nõ ſicut appellantur coloni [f], qui conditionẽ debẽt genitali ſolo propter agriculturã ſub dominio poſſeſſorũ, ſed, ſicut ait quidã Latini eloquij magnus author, Vrbs antiqua fuit, Tyrij tenuere coloni. [g] Ab incolendo enim colonos vocauit, nõ ab agricultura. Hinc & ciuitates à maioribus ciuitatibus velut populorũ examinibus cõditæ, coloniæ nuncupantur. Ac per hoc cultũ quidẽ nõ deberi niſi deo, propria quadã notione verbi huius veriſſimũ eſt. Sed quia & aliarũ rerũ dicitur cultus, ideo Latine vno verbo ſignificari cultus deo debitus nõ poteſt. Nã & ipſa religio quanuis diſtinctius nõ quẽlibet, ſed dei cultũ ſignificare videatur: vnde iſto nomine in- C terpretati ſunt noſtri eã, quæ Græce θρησκεία [h] dicitur: tamen quia Latina loquendi cõſuetudine [i], non ſolum imperitorũ, verumetiã doctiſſimorũ & cognationibus humanis atq; affinitatibus, & quibuſq; neceſſitudinibus dicitur exhibenda religio: nõ eo vocabulo vitatur ambiguũ, cum de cultu deitatis vertitur quæſtio: vt fidẽter dicere valeamus, religionẽ non eſſe niſi dei cultum: quoniã videtur hoc verbum à ſignificãdo obſeruantia propinquitatis humanę inſolenter auferri. Pietas quoq; proprie dei cultus intelligi ſolet, quam Græci εὐσεβείαν vocant. Hæc tamen & erga parentes officioſe haberi dicitur. More autẽ vulgi hoc nomen etiã [k] in operibus miſericordiæ frequentatur: quod ideo arbitror eueniſſe, quia hæc fieri præcipuè deus mandat, eaq; ſibi vel pro ſacrificiis [l], vel præ ſacrificiis [m] placere teſtatur. Ex qua loquẽdi cõſuetudine factũ eſt, vt & deus ipſe dicatur pius: quem ſanè Græci nullo ſuo ſermonis vſu εὐσεβῆ vocant [n]: quanuis εὐσεβείαν pro miſericordia illorũ etiã vulgus vſurpet. Vnde in quibuſdã ſcripturarũ locis, vt diſtinctio certior appareret, nõ εὐσεβείαν quod ex bono cultu, ſed θεοσεβείαν, quod ex dei cultu cõpoſitum reſonat, dicere maluerunt. Vtrũlibet autẽ horũ, nos vno verbo enunciare nõ poſſumus.

Ephe. 6.

Aenei. 1.

Quæ itaq; λατρεία Græce nuncupatur, & Latine interpretatur ſeruitus: ſed ea qua colimus deum. Vel quæ θρησκεία Græce, Latine autẽ religio dicitur: ſed ea quæ nobis eſt erga deũ, vel quã illi θεοσεβείαν, nos vero nõ vno verbo exprimere, ſed dei cultũ poſſumus appellare: hãc ei tantũ deo deberi dicimus, qui verus eſt deus, facitq; ſuos cultores deos. Quicunq; igitur ſunt in cœleſtibus habitationibus immortales & beati, ſi nos nõ amãt, nec beatos eſſe nos volunt, colendi vtiq; nõ ſunt. Si autẽ amant, & beatos volunt, profecto inde volunt, vnde & ipſi ſunt: an aliunde ipſi beati, aliunde nos?

IOANNIS LODOVICI VIVIS Valentini commentarij in decimum libru de Ciuit. dei Diui Auguſtini.

DOminationibus, principatibus.) Iamblichus in myſteriis, ex ſuperis alios angelos, alios archangelos, alios dæmones, alios heroës, alios poteſtates, alios principatus nominat, coſq; dicit variis formis rationibusq; apparere, quos omnes reliqui Platonici & deos & dæmones nũcuparunt. b Latriam quippe noſtri.) λατρεύω eſt δουλεύω, quaſi ſeruio: ſed poſtea factũ eſt, vt eſſet σέβομαι, teſte Suida. Auguſtinus ſeruitutẽ hominibus debitã non latriam appellari vult, ſed alio nomine, puta δουλείαν. Nã ad Epheſios ſexto, quẽ locũ citat ſic eſt Græce: Οἱ δοῦλοι ὑπακούετε τοῖς κυρίοις κατὰ σάρκα. Hic eſt illa diſtinctio facta de adoratiõe latria, dulia, & hyperdulia. Valla docet λατρείαν & δουλείαν idẽ eſſe, & vtrũq; ſignificare ſeruitutẽ. quod ex Suida oſtẽdi, q & ait: λατρεύειν δουλεύειν ἕνεκα τινὶ μισθῷ. Seruitutẽ eſſe mercenariã. Nã apud Xenophontẽ in tertio Cyri pædiæ loquitur martius: ἐγὼ μὲν δὴ κόρε κεῦν τῆς ψυχῆς τρεφόμενος, ἵν' τι μάλιστα λατρεύοιμι τούτῳ. Hoc eſt: Ego vero Cyre vel anima redemerim, ne vnquã hæc ſeruiret. Tum vxor ἐκυστοψυχῆς ἐν τρέφετο, ἵν' τι μὴ δουλεύοιν, ſua ipſius aſa emerit, ne ſeruiat. Quin & in ſacris literis λατρεύειν de ſeruitute dicitur, vt in Leuitico: Omne opus ſeruile nõ facietis. λάτρευτον. Et iterũ: De ſemine tuo non dabis ſeruire principi. λατρεύειν. Et in Iob, mendica λάτρις dicitur. Sed admonendi ſunt Latini, duliã & latriã penultimã habere longã, ne breuẽ faciant c Dicimur enim etiã colere homines.) Sic & adorare etiã in ſacris libris. d Quos honorificatione.) Legẽdũ, honorifica, vel recordatione, vel præſentia. e Sed quædã etiã quæ ſubiecta ſunt nobis.) Non mirum: nã colere eſt tractare, & exercere. Sic colimus omnia, quibus ſtudemus, vt literas, arma, ludos, terrã, & ſimilia, & habitare. f Non ſicut appellantur coloni.) Qui alienũ agrum colunt cõductitium, ſunt coloni. Quẽadmodũ in vrbe inquilini, qui in ædibus cõductis habitant: & coloni agricolæ, qui agrũ colũt etiã ſuũ, & qui aliò mittuntur inhabitatũ. Vnde ſunt colonię, quas tã multas Ro. miſere, vt de aliis taceã Græcis Aſianisq;. Ille vero quæ mittunt metropoles vocãtur ſuarũ coloniarum. g Tyrij tenuere coloni.) Nã à Tyriis Carthago cõdita eſt, qui eò venerunt tanquã Coloni cũ Didone Eliſſa fugiente fratrẽ poſt Sichæi mariti cædẽ. Huius hiſtoriæ plena ſunt oſa. h Quæ Græce θρησκεία.) Suidas: Θρησκεία λατρεία: θρησκεύῃ θεοσεβῆ. ὑπηρετῇ τοῖς θεοῖς, λέγεται γὰρ, ὡς ὀρφεὺς θρᾷξ πρῶτος ἐτελεχνολόγησε τὰ ἑλλήνων μυστήρια. καὶ τὸ τιμᾶν θεὸν θρησκεύειν ἐκάλεσεν, ὡς θράκων ὄυσης ἡ εὑρέσεως, ἢ ἀπὸ τοῦ θεοῦ θρησκεύειν, ὃ ἐστὶν θεᾶν. hoc eſt: Threſcia latria idẽ cultus: & threſceui venerãt deũ, ſeruit diis. Narrãt enĩ Orphea Thracẽ primũ arte myſteria Græcorũ tradidiſſe, & cultũ deorũ threſciã nominaſſe, q Thracũ eſſet id inuentũ, aut à threſcendo deũ, quod eſt videre. i Tamẽ quia Latina loquẽdi cõſuetudine.) Nã religio & pietas, p codẽ capiunt: at pietas patriæ, parẽtibus, ſanguineq; iũctis debetur. k More aũt vulgi hoc nomẽ etiã.) Pios enĩ idoctũ vulgus miſericordes vocat, & pietatẽ miſericordiã. Sic Hiſpani & Galli, q Latine loquũtur minus erudite. l Vel, p ſacrificiis.) Alibi hoc deeſt. m Vel præ ſacrificiis.) Vnde eſt illud: Miſericordiã volo, nõ ſacrificiũ. Quẽ ſanè Græci nullo ſuo ſermonis vſu εὐσεβῆ vocãt.) Nullo vſu eruditorũ.

Colonus

De ſuperna illuminatiõe quid Plotinus Platonicus ſenſerit. C. II.

SEd non eſt nobis vllus cum his excellentioribus philoſophis in hac quæſtione conflictus. Viderunt enim, ſuiſque literis multis modis copioſiſſime mandauerunt, hinc illos, vnde & nos fieri beatos, obiecto quodã lumine intelligibili, quod deus eſt illis: & aliud eſt q̃ illi, à quo illuſtrantur vt clareãt, atq; eius participatione perfecti beatiq; ſubſiſtũt. Sępe multũq; Plotinus [a] aſſerit ſenſum Platonis explanãs: ne illã quidẽ, quam credũt eſſe vniuerſitatis animã, aliunde beatã eſſe quàm noſtrã: idq; eſſe lumen quod ipſa nõ eſt, ſed à quo creata eſt: & quo intelligibiliter illuminante, intelligibiliter lucet. Dat etiam ſimilitudinem ad illa incorporea de his cœleſtibus conſpicuis ampliſq; corporibus, tanquam ille ſit ſol [b], & ipſa ſit luna. Lunam quippe ſolis obiectu illu-

minari

G minari putant. Dicit ergo ille magnus Platonicus, animam rationalem, siue potius intellectualis dicenda sit, ex quo genere etiam immortalium beatorumq; animas esse intelligit, quas in cœlestibus sedibus habitare non dubitat, nõ habere supra se naturam, nisi dei, qui fabricatus est mundum, à quo & ipsa facta est: nec aliunde illis supernis præberi vitam beatam, & lumen intelligentiæ veritatis, quàm vnde præbetur & nobis, consonans Euangelio, vbi legitur: Fuit homo missus [c] à deo, cui nomen erat Ioãnes: hic venit in testimoniũ, vt testimonium perhiberet de lumine, vt omnes crederẽt per eum [d]. Non erat ille lumen [e], sed vt testimonium perhiberet de lumine. Erat lumen verum, quod illuminat omnem hominem [f] venientẽ in hunc mũdum [g]. In qua differentia satis ostenditur animam rationalẽ, vel intellectualẽ, qualis erat in Ioãne, sibi lumẽ esse nõ posse, sed alterius veri luminis participatiõe lucere. Hoc & ipse Ioãnes fatetur, vbi ei perhibens testimoniũ dicit: Nos oẽs de plenitudine eius accepimus.

Ioan.I.

Ioan.I.

a Sæpe multumq; Plotinus.) Nam ex contemplatione patris illius optimi & pulcherrimi omnis beatitudo manat, vt ipse in opere de contemplatione docet: & alio in loco animas nostras laboribus corporis perfunctas, fruiturum ea beatitudine dicit, quam sine interpellationibus sempiternam possidet anima mundi. b Tanquã ille sit sol.) Princeps mundi, vnde beatitas manat, & ipsa anima mũdi sit luna. c Fuit homo missus.) Ne, quia angelus dicitur nuncius, qui mittitur: & Ioannes quum sit missus, angelus etiam nominatur, putaret aliquis ex cœlestibus illum spiritibus vnum esse, præfatus est Euãgelista hominem esse, nec à se vel à quoquam alio potuisse ad rem tantam nunciãdam mitti, quàm à deo. d Vt omnes crederent per eum.) Non in eũ, inquit Beda: nam execrandus homo, qui in homine confidit: sed per Ioãnis testimonium crederent luci. Tametsi ambiguũ potest esse apud Græcos an sit, omnes credant per Ioãnem, an per lucem: nã est οἷ δι' αὐτοῦ quod genere distingui non potest. e Non erat ille lumen.) Græce οὐκ ἦν ἐκεῖνος τὸ φῶς. In articulo τὸ latere mysterium putat Theophylactus. Sancti enim lumina sunt, etiam teste domino: Vos estis lux mundi. Et Ioannes lucerna dicitur: sed non sunt τὸ φῶς, id est, ipsum lumen: nam lumina sunt de lumine ipso deriuata. Hinc est id, quod sequitur: Erat lux vera. Quærit Augustinus, cur additum sit vera. Quoniam, inquit, illuminatus dicitur lux: sed vera lux illa est, quæ illuminat. Seu vt articulus τὸ lumen significet, de quo est modo locutus, quasi non erat Ioannes illud de quo dicebam, lumen. f Quod illuminat omnem hominem.) Nõ quia nullus est hominum, qui non illuminetur, sed quia nisi ab illo nullus illuminatur: vel, vt Chrysostomus dicit, illustrat vnũquemq; hominẽ quantum ad ipsum pertinet. Si vero aliqui mentis oculis clausis luminis huius radios nõ admiserunt, non à lucis natura tenebræ generatæ sunt, sed à nequitia illorum, qui vltro se tanto bono fraudant, alioqui in vsum vniuersorum per orbem sparso. g In hunc mundum.) Græce est: εἰς τὸν κόσμον, In mundum. Origenes ἀναγωγικῶς enarrat, eos illuminari à Christo, qui in mundum virtutum veniunt, non vitiorum.

I

De uero dei cultu, à quo Platonici quanuis creatorẽ uniuersitatis intellexerint, deuiarũt colẽdo angelos, siue bonos, siue malos, honore diuino. Cap. III.

Roma.1.

Quæ cum ita sint, si Platonici, vel quicunque alij ita senserunt, cognoscentes deum, sicut deũ glorificarent, & gratias agerent: nec euanescerent in cogitationibus suis, nec populorum erroribus partim authores fierent, partim resistere non auderẽt: profecto confiterentur, & illis immortalibus ac beatis, & nobis mortalibus ac miseris, vt immortales ac beati esse possimus, vnum deum deorum colendum, qui & noster est & illorum.

Quod uni uero deo sacrificiũ debeatur. Cap. IIII.

Vic nos seruitutẽ, quæ latria Græce dicitur, siue in quibusq; sacramẽtis, siue in nobisipsis debemus. Huius enim templũ simul omnes, & singuli templa sumus, quia & omnium concordiã [a], & singulos inhabitare dignatur: nõ in omnibus, quàm in singulis maior, quoniam nec mole distenditur, nec partione minuitur. Cum ad illum sursum [b] est, eius est altare cor nostrum. eius vnigenito cum sacerdote placamur [bb]: ei cruentas victimas cædimus, quando vsq; ad sanguinẽ pro eius veritate certamus: & suauissimũ adolemus incensum*†, cũ in eius cõspectu pio sanctoq; amore flagram [c]: ei dona eius in nobis [d], nosq; ipsos vouemus, & reddimus, ei beneficiorũ eius solennitatibus festis, et diebus statutis dicamus, sacramusq; memoriã, ne volumine temporũ ingrata subrepat obliuio, ei sacrificamus hostiam humilitatis & laudis in ara cordis igne feruidæ charitatis. Ad hunc videndum sicut videri poterit, eiq; cohærendum ab omni peccatorum & cupiditatũ malarũ labe mundamur, & eius nomine cõsecramur. Ipse enim fons nostræ beatitudinis, ipse omnis appetitionis est finis. Hunc eligentes vel potius religentes, amiseramus enim negligentes: hũc ergo religentes, vnde & religio [d] dicta perhibetur, ad eum dilectione rẽdimus, vt peruenieẽdo quiescamus: ideo beati, quia illo fine perfecti. Bonũ enim nostrũ de cuius fine inter philosophos magna contentio est, nullũ est aliud, quàm illi cohærere, cuius vnius anima itellectualis incorporeo, si dici potest, amplexu, veris impletur, fœcundaturq; [e] virtutibus. Hoc enim bonum diligere, in toto corde, in tota anima, & in tota virtute præcipimur. Ad hoc bonũ debemus, & à quibus diligimur duci, & quos diligimus, ducere. Sic cõplentur duo illa præcepta, in quibus tota lex pendet & prophetæ: Diliges [f] dominũ [g] deũ [h] tuũ [i] in totõ corde tuo [k], & in tota anima tua, & in tota mente tua: & diliges proximũ tuum [l] tanquam teipsum. Vt enim homo sese diligere nosset, cõstitutus est ei finis, quò referret omnia, quæ ageret, vt beatus esset. Non enim qui se diligit, aliud esse vult quàm beatus. Hic autẽ finis est, adhærere deo. Iam igitur scienti diligere seipsum, cum mãdatur de proximo diligendo, sicut seipsum. Quid aliud mãdatur [m], nisi vt ei quantũ potest, commendet diligendum deũ? Hic est dei cultus, hæc vera religio, hæc recta pietas, hæc tantũ deo debita seruitus. Quæcunq; igitur in mortalis potestas quantalibet virtute prędita, si nos diligit sicut seipsam, ei vult esse subditos, vt beati simus, cui & ipsa subdita beata est. Si ergo non colit deũ, misera est, quia deo priuatur: si autẽ colit deum, nõ vult se coli pro deo. Illi enim potius diuinæ sententiæ suffragatur, & dilectionis viribus fauet, qua scriptũ est: Sacrificans diis eradicabitur, nisi domino soli. Nã, vt alia nũc taceã, quæ pertinent ad religionis obsequium, quo colitur deus, sacrificiũ certe nullus hominũ est, qui audeat dicere deberi, nisi domino*†soli. Multa deniq; de cultu diuino vsurpata sunt, quæ honoribus deferuntur humanis: siue humilitate nimia, siue adulatione pestifera: ita tamẽ vt quibus ea deferuntur, homines haberentur, qui dicũtur colẽdi & venerãdi: si autẽ eis multũ additur, & adorandi [n]. Quis vero sacrificandũ censuit, nisi ei, quẽ deũ aut sciuit, aut putauit, aut finxit? Quàm porrò antiquus sit in sacrificando dei cultus, duo illi fratres Cain & Abel satis indicant, quorum maioris deus reprobauit sacrificium, minoris aspexit.

Iodn.22.

Psal.15.

Exo.22.

Gene.4.

*† aliãs eũ suauissimo adolemus incenso,

a

Victoriãnum legit, eius unigenito eũ sacerdote placamus.

Religio.

Quia & omnium concordiam.) Quæ est ecclesia. b Quum ad illum sursum.) Hoc est, quod in missa iubemur facere, quũ ad participationem sacrorum qui intersunt, præparantur. Admonemur, cura omni & cogitatione inferiorum rerum abiecta, nos totos ad cogitationem, ad amorem dei cõuertere, illicq; vti simus toti ceu alis quibusdam mentis elati. Ita enim purgatur animus, quũ se sordibus istis extricat, præparatq; semetipsum dignum deo tẽplum. bb Eius vnigenito cum sacerdote placamur.) Locus non caret mendo. nescio an sic legendum: Eius vnigenito sacerdote cum placamus: vt sit, placamus patrem sacerdote filio sacrificiũ offerente: an sic, eius vnigenito cum sacerdote placemus: vt sit, nos cum sacerdote agente sacra placemus eius vnigenito. c Ei dona eius in nobis.) Si quid damus deo, non nostrum, sed suum illi reddimus. Nec gratius quicquam possumus deo facere, quàm bona nostra in fontem illum vnde manarũt, referre. Hoc psalmista significat, dicẽs: Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicẽ salutaris accipiã, & nomen domini inuocabo. Vnica est hic relatio gratiæ, si gratiam habeas. d Hunc ergo religentes, vnde & religio.) Cicero. ij. de na. deo. religionem à relegendo dictam esse putat, quod ũt ceu cognitio dei, quod cum illo

A illo Mercurij dicto consentit: Εὐσεβεῖα, γνῶσις τοῦ θεοῦ, Religio notitia est dei. Lactantius lib. iiij. à religando religionem mauult esse nominatam, quasi deo obstricti & religati sint religiosi pietatis vinculo: Augustinus à religendo. Credo quod allusione nominis ad manum ex occasione capta e Veris impletur fœcundaturq;.) Plato in conuiuio, hominem beatum pulchritudinis diuinæ inspectione ait, non simulachra, sed veras & expressas virtutes pariturum, aliiturumq;. f Diliges dominum deũ tuum.) Matth. xxij. O quàm paucis indiget humana vita legibus? quam nihil opus est vero Christiano, imò vero homini: sed verus homo non est, nisi Christum agnoscat, & colat. Quàm igitur nihil opus est digestis, aut codicibus, nihil glossis, consiliis, cautelis? vt paucis verbis magnus ille magister quemadmodum vnicuique viuendum sit, docet? Ama quàm potes maxime, qui supra te est, & non aliter qui prope te quàm te. quod si feceris, tu solus leges omnes iuraq; scies, & seruabis, quæ alij magnis sudoribus vix discunt, multis incitamentis & terroribus vix seruant. eris maior philosophus Pythagora & Platone cum suis omnibus peregrinationibus & numeris: maior Aristotele cum suis disputationibus libris̃que conscriptis. Diliges, inquit, Quid potest esse dulcius dilectione? Non metuere, non fugere, non horrere præciperis. g Dominum.) Vt scias illum esse reuerendum, nam dominus est. h Deum.) Qui vnus est. i Tuum.) Et si multorum est, tamen vniuscuiusque sit per cultum proprius, nec desinit tamen communis esse. k In toto corde tuo.) Augustinus libro de doctrina Christia. Deũ ex toto corde diligere præciperis: vt omnes cogitationes tuas: ex tota anima tua, vt omnẽ vitã tuam: ex tota mente tua, vt omnem intellectum tuum in illum conferas, à quo habes ea quæ confers. Nullam igitur vitæ nostræ partem reliquit, quæ vacare debeat, & quasi locum dare, vt alia re velit frui. Origenes sic explicat, Ex toto corde, secundũ totam recordationem, & operationẽ, & cogitationẽ. Ex tota anima, vt parati sint eam ponere pro pietate dei.

B In tota mente, nihil aliud quàm quæ dei sunt proferentes. l Et proximũ tuũ.) Augustinus primo de do. Christiana, vnumquemque hominẽ proximum esse alteri dicit. Et Christus simile pronunciat hoc mãdatũ esse superiori. nam, vt Chrysostomus ait, imago dei est homo: quo fit, vt qui hominem diligit, deum videatur diligere. Hoc præceptum tam est naturæ aptum & congruens, vt gentiles philosophi sint ei suffragati. Nã vnumquemque hominem cuiuis alteri à natura cõciliatum esse dicunt, ita omnes inter se sunt naturã amici. Porrò inter leges amicitiæ illam ponunt de primis, vt amicus amicum non secus diligat quàm se, nã & alterum se esse putat. m Quid aliud mandatur.) Cum nihil sit quod magis optet homo, quàm beatitudinẽ, si tantum diligit fratrem, quãtum se, eam nihilominus & illi debet optare, curareq; vt quò ipse cõtendit ire, eò & ille intendat. n Et adorandi.) Nam homines etiam in sacris literis adorantur genere quodam reuerentiæ & cultus.

De sacrificiis, quæ deus non requirit, sed ad significationẽ eorum obseruari uoluit quæ requirit. Cap. V.

Psal.49.

Mich.6

Hebræ.13.

Osee.6.

Hebræ.13.

Matth.22.

Psal.50.

Vis autem ita desipiat, vt existimet aliquibus vsibus dei esse necessaria, quę in sacrificiis offerũtur? Quod cum multis locis diuina scriptura testetur, ne longũ faciamus, breue illud de Psalmo cõmemorare sufficerit: Dixi domino, deus meus es tu: quoniã bonorũ meorum non eges [a]. Non solum igitur pecore, vel qualibet alia re corruptibili atq; terrena, sed ne ipsa quidẽ iustitia hominis deũ egere credendũ est, totũq; quod recte colitur deus, homini prodesse, nõ deo. Neq; enĩ fonti se quisquam dixerit profuisse si biberit, aut luci si viderit. Nec quod ab antiquis patribus talia sacrificia facta sunt in victimis pecorũ, quæ nunc dei populus legitime non facit [b], aliud intelligẽdũ est, nisi rebus illis eas res fuisse significatas, quę aguntur in nobis, ad hoc vt inhæreamus deo, & ad eundẽ finem proximo consulamus. Sacrificiũ ergo visibile inuisibilis sacrificij sacramentũ, id est, sacrũ signũ est. Vnde ille pœnitẽs apud Prophetã, vel ipse Prophetã quærẽs deũ peccatis suis habere propitiũ: Si voluisses, inquit, sacrificiũ dedissem: vtiq; holocaustis nõ delectaberis. Sacrificiũ deo, spiritus cõtribulatus, cor contritum & humiliatũ deus nõ spernet [c]. Intueamur quẽ admodũ vbi deũ dixit nolle sacrificiũ, ibi deũ ostendit velle sacrificiũ. Nõ vult ergo sacrificium trucidati pecoris, sed vult sacrificiũ cõtriti cordis. Illo igitur quod eũ nolle dixit, hoc significatur, quod eũ velle subiecit. Sic itaq; illa deum nolle dixit, quomodo ab stultis ea velie creditur, velut suæ gratia voluptatis. Nã si ea sacrificia quæ vult, quorum hoc vnũ est, cor cõtritum & humiliatum dolore pœnitendi, nollet eis sacrificiis significari, quæ velut sibi delectabilia desiderare putatus est, non vtiq; de his offerendis in lege veteri præcepisset: & ideo mutanda erant opportuno certoq; iam tẽpore, ne ipsi deo desiderabilia, vel certe in nobis acceptabilia, ac non potius, quæ his significata sunt, crederentur. Hinc & alio loco Psalmi alterius: Si esuriero, inquit, non dicã tibi: meus est enim orbis terræ, & plenitudo eius. Nunquid manducabo carnes taurorũ, aut sanguinem hircorũ potabo? Tanquàm diceret: Vtiq; si mihi necessaria essent, non à te peterẽ, quæ habeo in potestate. Deinde subiungens, quid illa significent: Immola, inquit, deo sacrificiũ laudis, et redde altissimo vota tua. Et inuoca me in die tribulationis, & eripiã te, & magnificabis me [d]. Item apud aliũ Prophetã [e]: In quo, inquit, apprehendã dominũ, assumã deum meum excelsum? Si apprehendã illum in holocaustis, in vitulis anniculis? Si acceptauerit dominus in milibus arietũ, aut in denis milibus hircorũ pinguium? Si dedero primogenita mea pro impietate mea, fructũ ventris mei pro peccato animæ meæ? Si annunciatũ est tibi homo bonũ, aut quid dominus exquirat à te, nisi facere iudicium, & diligere misericordiã, & paratum esse ire cum domino deo tuo? Et in huius Prophetæ verbis vtrunq; distinctum est, satisq; declaratum, illa sacrificia nõ requirere deum: quibus significantur hæc sacrificia, quæ requirit deus: in epistola quæ inscribitur [f] ad Hebręos: Benefacere, inquit, & cõmunicatores esse nolite obliuisci. talibus enĩ sacrificiis placatur deus [g]. Ac per hoc, vbi scriptum est: Misericordiam magis volo quàm sacrificium: nihil aliud quàm sacrificio sacrificium prælatum oportet intelligi: quoniã illud quod ab hominibus appellatur sacrificium, signũ est veri sacrificij. Porrò autem misericordia verum sacrificium est: vnde dictum est, quod paulo ante cõmemoraui: Talibus enim sacrificiis placatur deus. Quæcũq; igitur in ministerio tabernaculi siue templi multis modis de sacrificiis leguntur diuinitus esse præcepta, ad dilectionem dei & proximi significandã referuntur. In his enim duobus præceptis, vt scriptũ est, tota lex pendet [h] & prophetæ.

D

E

F

Quoniam bonorum meorũ non eges.) Ille verè est dominus alterius, qui bonis eius nõ eget, quũ hic egeat illius. b Legitime non facit.) Melius in aliis libris habetur, legit, non facit. c Deus nõ spernet.) Iuxta LXX. ὁ θεὸς οὐκ ἐξουθενήσει. d Et magnificabis me.) In antiquis exemplaribus: Et glorificabis me. Vulgo: Et honorificabis me. Sed magis ad rationem verbi Augustinus. Nam Græce est, καὶ δοξάσεις με. & sic in Hebraica veritate Hieronymus interpretatur: tametsi inter hęc nihil intersit. e Itẽ apud alium prophetam.) Michæa. vj. ex interpretatione LXX. In Hebraico habetur, vt Hieronymus vertit: Et solicitum ambulare cum deo tuo. Theodotius significãtius expressit: καὶ ἀσφαλίσῃ τὸ πορεύεσθαι μετὰ τοῦ θεοῦ, id est, Caue diligẽter, vt ambules cum deo tuo, ita vt secta videatur, & æmulatio dei. f In epistola quæ scribitur.) Significat incertum esse authorẽ. g Talibus enim sacrificiis placatur deus.) In antiquis: placetur deo, vtrunque melius, quàm quo modo vulgo habemus, promeretur deus. Græce est: Τοιαύταις γὰρ θυσίαις εὐαρεστεῖται ὁ θεός. quod etiam posset verti, propitiatur deus, vel, litatur deo. h Tota lex pendet.) Ad hunc finem omnia referuntur. Hic est scopus, in quem dicta omnia coniiciuntur.

De uero perfectoq; sacrificio. Cap. VI.

Proinde verũ sacrificiũ est omne opus, quod agitur, vt sancta societate inhæreamus deo, relatum scilicet ad illum finem boni, quo veraciter beati esse possimus. Vnde & ipsa misericordia, qua homini subuenitur, si propter deum nõ fit, non est sacrificium. Etsi enim ab homine fit vel offertur, tamẽ sacrificium res diuina est: ita vt hoc quoque vocabulo id Latini veteres appellauerint. Vnde ipse homo dei nomini consecratus, & deo deuotus, inquantum mundo moritur vt deo viuat, sacrificium est. Nã & hoc ad misericordiam pertinet, quam quisque in seipsum facit. Propterea scriptum est: Miserere animæ tuæ placẽs

G deo. Corpus etiam nostrum, cum per temperãtiam castigamus, si hoc quemadmodum debemus propter deũ facimus, vt non exhibeamus mẽbra nostra arma iniquitatis peccato, sed arma iustitiæ deo, sacrificium est.
Roma.6.
Ad quod exhortans Apostolus ait: Obsecro itaque vos fratres per misericordiam dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuam, sanctam, deo placentem, rationabile obsequium vestrum. Si ergo corpus, quo inferiore tanquàm famulo, vel tanquàm instrumento vtitur anima, cum eius bonus & rectus vsus ad deum refertur, sacrificium est: quãto magis anima ipsa cum se refert ad deum, vt igne amoris eius accensa, formam concupiscentiæ secularis amittat, eiq; tanquam incõmutabili formæ subdita, reformetur: hinc ei placens, quod ex eius pulchritudine acceperit, fit sacrificium.
Roma.12.
Roma. 12. Quod idem Apostolus consequenter adiungens: Et nolite, inquit, cõformari huic seculo: sed reformamini in nouitate mentis vestræ, ad probandum quæ sit voluntas dei, quod bonum, & beneplacitum, & perfectum. Cum igitur vera sacrificia opera sint misericordiæ, siue in nosipsos, siue in proximos, quę referuntur ad deũ: opera vero misericordiæ non ob aliud fiant, nisi vt à
H miseria liberemur, ac per hoc, vt beati simus: quod nõ fit, nisi à bono illo, de quo dictum est, Mihi autem adhærere deo bonum est [a]: profecto efficitur, vt tota ipsa redempta ciuitas: hoc est, cõgregatio societasq; sanctorum, vniuersale sacrificium offeratur deo per sacerdotem magnum [b], qui etiam seipsum obtulit in passione pro nobis, vt tanti capitis corpus essemus secundũ formam serui [c]. Hãc enim obtulit, in hac oblatus est, quia secundum hanc mediator est: in hac sacerdos, in hac sacrificium est, Quum itaque nos hortatus esset Apostolus, vt exhibeamus corpora nostra hostiam viuam, sanctam, deo placentem, rationabile obsequium nostrum, & non conformemur huic seculo, sed reformemur in nouitate mentis nostræ*†: ad probandum quæ sit voluntas dei [d], quod bonũ & beneplacitum, & perfectum, quod totum sacrificium nobis ipsi sumus. Dico enim, inquit, per gratiam dei, quæ data est mihi, omnibus qui sunt in vobis, nõ plus sapere [e], quàm oportet sapere, sed sapere ad temperantiam [f]: sicut vnicuiq; deus partitus est fidei mensuram. Sicut enim in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eosdem actus habent: ita multi vnum corpus
I sumus in Christo: singuli autem, alter alterius mẽbra, habentes dona diuersa secundum gratiam, quæ data est nobis. Hoc est sacrificiũ Christianorũ, multi vnum corpus sumus in Christo: quod etiã sacramento altaris fidelibus noto frequentat ecclesia, vbi ei demõstratur, quod in ea oblatione quam offert, ipsa offeratur.

*†aliâs sensus nostri: & mox, nosipsi.

a Adhærere deo bonum est.) Sũmũ bonũ, & absolutũ. b Per sacerdotem magnũ.) Christum, non ex ordine Aaron, sed Melchisedech, qui semel tãtum ingressus in sancta, pacẽ dei vnica hostia corpore suo immolato inuenit. c Secundũ formã serui.) Humanitas Christi huius ecclesię caput est. Diuinitas vero anima & vita. d Ad probãdũ quę sit volũtas dei.) Sic etiã hũc locũ legit epistola octogesima sexta: quod Erasmus in annotationibus miratur: nã Græce est, καὶ ἀγαθὴν, καὶ εὐάρεστον, καὶ τέλειον, hoc est, sicut vulgò habemus, bona, & beneplacens, & perfecta, vt de volũtate intelligatur, τὸ θέλημα. Sed Augustinus, vel ad sacrificiũ refert, vel certe simpliciter: vt intelligatis, quæ sit voluntas dei, quid etiã bonũ ipsum, & beneplacens, & perfectũ, cũ quo Ambrosius cõsentit. e Sapere.) Cogitare, sentire, de se, aliisq;, & fratribus, & rebus. f Ad tẽperantiã.) εἰς τὸ σωφρονεῖν. in quo est mediocritas quædã totius vitę, sicut etiã in tẽperantia, quẽadmodũ Cic. docet primo officiorũ, ex Platone, lib. Tusculanarũ quæstionũ tertio, tẽperatũ à Græcis σώφρονα vocari scribit. & quã illi σωφροσύνην, tum tẽperantiã se dicit vertere, tum moderationem, non nunquam etiam modestiam. Et ambigit, an ea virtus frugalitas dicit posit.

Quod sanctorum angelorum ea sit in nos dilectio, ut nos non suos, sed unius ueri dei uelint esse cultores.

Caput VII.

K MErito illi in cœlestibus sedibus cõstituti, immortales & beati, qui creatoris sui participatione congaudent, cuius æternitate firmi, cuius veritate certi, cuius munere sancti sunt: quoniam nos mortales & miseros, vt immortales beatíque simus, misericorditer diligunt, nolunt nos sibi sacrificare, sed ei, cuius & ipsi nobiscum sacrificium se esse nouerunt. Cum ipsis enim sumus vna ciuitas dei, cui dicitur in Psalmo: Gloriosa dicta sunt de te, ciuitas deĩ: cuius pars in nobis peregrinatur, pars in illis opitulatur. De illa quippe superna ciuitate, vbi dei voluntas intelligibilis atque incommutabilis lex est, de illa super nos quodammodo [a] cura geritur. Nanque ibi cura de nobis habitaõ ad nos administrata per angelos sancta illa scriptura descendit, vbi legitur: Sacrificans diis eradicabitur, nisi domino soli. Huic scripturæ, huic legi, talibus præceptis tanta sunt attestata miracula, vt satis appareat, cui nos sacrificare velint immortales ac beati, qui hoc nobis volunt esse quod sibi.

Exo.22.

a De illa super nos quodammodo.) Alibi sic est: De illa superna quodammodo curia. Gerit nanque ibi curas de nobis ad nos ministrata per angelos.

L

De miraculis, quæ deus ad corroborãdam fidem piorum, etiam per angelorum ministerium promissis suis adhibere dignatus est. *Cap.* VIII.

NAm nimis vetera si commemorem, longius quàm sat est, reuoluere videbor: quę miracula facta sint attestantia promissis dei, quibus ante annorum milia prædixit Abrahæ, quod in semine eius omnes gentes benedictionem fuerant habituræ. Quis enim non miretur eidem Abrahæ filium peperisse coniugem sterilem, eo tempore senectutis, quo nec parere, nec esse fœcunda iam posset: atque in eiusdem Abrahæ sacrificio flammam cœlitus factam [a], inter diuisas victimas cucurrisse: eidemq; Abrahæ prædictum ab angelis cœleste incendium Sodomorum, quos angelos hominibus similes hospitio susceperat, & per eos de prole ventura, dei promissa tenuerat, ipsoq; imminente iam incendio, mirã de Sodomis per eosdẽ angelos liberationem Loth filij fratris eius: cuius vxor in via retro respiciens, atq; in salem repente conuersa, magno admonuit sacramento, neminem in via liberationis suæ præterita desiderare debere. Illa vero quæ & quanta sunt, quæ iam per Moysen populo dei de iugo seruitutis eruẽdo in Aegypto mirabiliter gesta sũt, vbi magi Pharaonis, hoc est, regis Aegypti, qui populũ illum dominatione deprimebat, ad hoc facere quædã mira permissi sunt, vt mirabilius vincerẽtur. Illi enim faciebant veneficiis & incantationibus magicis, quibus sunt mali angeli, hoc est, dæmones dediti: Moyses autem tanto potentius, quanto iustius in nomine dei, qui fecit cœlum & terram: facientibus*angelis, eos facile superauit. Deniq; in tertia plaga deficientibus magis, decẽ plagæ per Moysẽ magna mysteriorũ dispositione cõpletæ sunt, quibus ad dei populũ dimittendũ, Pharaonis et Aegyptiorũ dura corda cesserunt. Moxq; pœnituit: & cũ abscedẽtes Hebræos cõsequi conarẽtur, illis diuiso mari per siccũ trãseuntibus, vnda hinc atq; hinc in sese redeũte cooperti & oppressi sunt. Quid de illis miraculis dicã, quæ cũ in deserto idẽ populus duceretur stupenda diuinitate crebruerũt: aquas quæ bibi non poterant, misso in eas sicut deus præceperat ligno, amaritudine caruisse, sitientésque satiasse: manna esu-

Gene.22.
Gene.21.
Gene.15.
2. Retracta. ca. 43.
Gene.18.
M
*aliâs serauientibus
Exo.8.
Exo.14.
Exo.15.

rientibus

A rientibus venisse de cœlo: & cum esset colligẽtibus cõstituta mensura, quicquid amplius quisque collegerat, exortis vermibus putruisse: ante diem vero sabbati duplum collectum, quia sabbato colligere nõ licebat, nulla putredine violatum: desiderantibus carne vesci, quæ tanto populo nulla sufficere posse videbatur, volatilibus castra completa, & cupiditatis ardorem fastidio
Nume. 11. satietatis extinctum. Obuios hostes transitumq; prohibentes atque præliantes, orante Moyse, manibusq;
Exo.17. eius in figuram crucis extensis, nullo Hebræorum cadente prostratos: seditiosos in populo dei, ac sese ab ordinata diuinitus societate diuidẽtes, ad exemplum visibile inuisibilis pœnæ viuos terra dehiscente submersos: virga percussam petrã tantæ multitudini abundãtia fluenta fudisse: serpentum morsus mortiferos im-
Nume.20. missos, ad pœnam iustissimã peccatorum, in ligno exaltato atque prospecto æneo serpẽte sanatos, vt & populo subueniretur afflicto, & mors morte destructa, velut crucifixæ mortis similitudine signaretur? Quẽ sanè serpentem propter facti memoriam reseruatum, cũ
Nume.21. postea populus errans tanquam idolum colere cœpisset, Ezechias rex religiosa potestate deo seruiens, cum
4. Reg. 18. B magna pietatis laude contriuit.

a ATque in eiusdem Abrahæ sacrificio flammam cœlitus factã.) Augustinus hunc locum recantat libro Retracta. ij. Sic enim ait, de his loquens libris, in quorum decimo libro non debuit pro miraculo poni in Abrahæ sacrificio, flammam cœlitus factam inter diuisas victimas incurrisse: quoniam hoc illi in visione mõstratum est. Hæc ille. Idcirco enim miraculum non fuit, quod ipsi Abrahæ miranda res non erat, quippe non noua, vt quam sciebat futuram.

De illicitis artibus erga dæmonum cultum, in quibus Porphyrius Platonicus quædam probando, quædam quasi improbando uersatur. *Cap.* IX.

HAec & alia multa huiuscemodi, quæ omnia commemorare nimis longum est, fiebant ad commendandum vnius dei veri cultum: & multorum, falsorumq; prohibendum. Fiebant autem simplici fide atque fiducia pietatis, nõ incantationibus & carminibus nefariæ curiositatis arte compositis, quã vel magiam, vel detestabiliore nomine goëtiam [a], vel honorabiliore theurgiam [b] vocant: qui quasi conantur ista discernere, & illicitis artibus deditos alios dãnabiles, quos & maleficos vulgus appellat [c]: hos enim ad goëtiam pertinere dicũt: alios autem laudabiles videri volunt, quibus theurgiam deputant, cum sint vtri-
C que ritibus fallacibus dæmonum obstricti sub nominibus angelorum. Nam & Porphyrius quandam quasi purgationem animæ per theurgiam, cunctanter tamen & pudibunda [d] quodammodo disputatione promittit: reuersionem vero ad deum hanc artem præstare cuiquam negat, vt videas eum inter vitium sacrilegæ curiositatis, & philosophiæ professionem sentẽtiis alternantibus fluctuare. Nunc enim hanc artem tanquam fallacem, & in ipsa actione periculosam, & legibus prohibitam, cauendam monet: nunc autem velut eius laudatoribus cedens, vtilem dicit esse mundandæ parti animæ, non quidem intellectuali: qua rerum intelligibilium percipitur veritas, nullas habentium similitudines corporum: sed spiritali [e], qua corporaliũ rerum capiuntur imagines. Hãc enim dicit per quasdam consecrationes theurgicas, quas teletas vocant [f], idoneam fieri, atque aptam susceptioni spirituum, & angelorum, ad videndos deos. Ex quibus tamen theurgicis teletis fatetur, intellectuali animæ, nihil purgationis accedere, quod eam faciat idoneam ad vidẽdum deum suum, & perspicienda ea, quæ vera sunt. Ex quo intelligi potest, qualium deorum, vel qualem visionem fieri dicat theurgicis consecrationibus, in qua D non ea videntur, quæ vera sunt. Denique animam rationalem, siue, quod magis amat dicere, intellectualẽ, in superna dicit posse euadere: etiam si quod eius spiritale est, nulla theurgica fuerit arte purgatũ. Porrõ autem à theurgo spiritalem purgari haĉtenus, vt non ex hoc ad immortalitatẽ, æternitatemq; perueniat. Quãquã itaque discernat à dæmonibus angelos, aërea esse loca dæmonum, ætherea vel empyrea [g] differens angelorum, & admoneat vtendum alicuius dæmonis amicitia, quo subuectante, vel paululum possit eleuari à terra quisque post mortem: aliam vero viam esse perhibeat ad angelorum superna consortia: cauendam tamen dęmonum societatem, expressa quodãmodo cõfessione testatur: vbi dicit animam post mortẽ luendo pœnas, cultum dæmonum à quibus circumueniebatur horrescere. Ipsamq; theurgiam, quam velut conciliatricem angelorum deorumq; commendat, apud tales agere potestates negare non potuit: quæ vel ipsæ inuideant purgationi animæ, vel artibus seruiant inuidorum, querelam de hac re Chaldæi nescio cuius expromens: Conqueritur, inquit, vir in Chaldæa bonus, purgãdæ animæ magno molimine, frustratos sibi esse suc- E cessus, quum vir ad eadem potens tactus inuidia, adiuratas sacris precibus potentias alligasset, ne postulata concederent. Ergo & ligauit ille, inquit, & iste nõ soluit. Quo indicio dixit apparere theurgiam esse, tam boni conficiẽdi, quàm mali, & apud deos, & apud homines disciplinam: pati etiam deos & ad illas perturbationes, passionesq; deduci, quas communiter dæmonibus & hominibus Apuleius attribuit. Deos tamen ab eis ætherea sedis altitudine separans, & Platonis asserens in illa discretione sententiam.

Goëtia.

Goëtiam.) Est incantatio, & veneficij species. Suidas γοητεία, μαγεία, φαρμακεία διαφέρουσι ἄστερ ἐφεῦρον μῦθοι καὶ πέφυκα. μαγεία μὲν οὖν ἐστὶν ἐπίκλησις δαιμόνων ἀγαθοποιῶν δῆθεν πρὸς ἀγαθὸν ἀνὸς σύνοικα· ὧν τὰ τοῦ Απολλονίου τοῦ Τυανέως θεαύσματα. γοητεία δὲ ἐπὶ τὸ ἀνάγκαιν νεκρούς δι' ἐπικλήσεως, ὅθεν εἴρηται ἀπὸ τοῦ γόων καὶ τοῦ θρήνου τοῦ περὶ τοὺς τάφους γινομένων φαρμακεία δὲ ὅταν διὰ τινὸς σκευασίας θανατηφόρον πρὸς φίλτρον δοθῇ τινὶ διὰ σόματος. μαγεία δὲ καὶ ἀστρολογία ἀπὸ μαγουσέων ἤρξατο. οἱ γὰρ τοι πέφυκα μάγων ὑπὸ τοῦ ἐγχωρίων ὀνομάζονται, καὶ μαγουσαῖοι οἱ αὐτοί. F

Goëtia, Magia, Pharmacia differunt, quæ sunt Persarum inuenta. Magia quidem est inuocatio dæmonum, scilicet beneficorũ ad aliquid cõficiendum bonum, cuiusmodi erant Apollonij Tyanei prædictiones. Goëtia vero fit per coactionem mortuorum etiam inuocatione: hinc enim dicta est à planctu, qui fit circa sepulchrum. Pharmacia vero fit, cum aliquid alicui porrigitur sumẽdum ore, quod mortem sit allaturum certis incantamentis præparatum. Magia & Astrologia à Magusis originẽ duxerunt. Persæ vero Magi ab indigenis quibusdam nominãtur, iidem & Magusij. b Theurgiam.) Hæc est operatio diuina, quæ erat superiorum deorum, in qua cum erratur, vt inquit, Iamblichus, non tunc bona numina quæ optantur, occurrunt, sed deteriora, & plane mala prætextu bonorum. Idcirco oportet cum primis in ea, ne à ritu vetere sacerdotum latum vnguẽ discedatur. c Quos & maleficos vulgus appellat.) Plerique veterum existimarunt incantationes naturaliter nõ obesse, sed vnumquemque cogitatione & imaginatione sua semetipsum incantare. Plato lib. xj. de legibus, corporibus lædi corpora, hoc ex natura ipsa esse dicit. sed veneficiis quibusdã magicis, & incãtamẽtis, vinculis quoq;, vt vocãt, & his qui nocere tentãt persuasum est, id se posse, & aliis ledi se quoq; posse goëtia. Naturã vero quẽadmodũ ista se habeãt, nõ facile est cognoscere, nec persuaderi vulgo, etiã si quis norit animis hominũ opinione illa ãbutis inesse vim imaginibus occultã. Quo circa hãc legẽ fert: Οἱ ἂν φαρμακεύσῃ ἅνα ἐπιβάλῃ, μὴ θανασίμῳ, μήτε αὐτῷ, μήτε ἀνθρώπῳ τῷ ἐκείνου, βοσκημάτῳ ἢ ἢ σμικῷ, ἤ τε ἄλλῃ βλάβῃ, ἢ τε ὃν θανασίμῳ, ἐὰν μὲν ἰατρὸς ὦν τυγχάνῃ, καὶ ὄφλῃ δίκιν φαρμάκων, δοκάτω ἡμῖν δοθω. ἐὰν δὲ ἰδιώτης, ὁ, ἢ ἀξῇ παθεῖν, ἢ ἀποτίσαι τιμάτω πρὸς αὐτὸ τὸ δικαστήριον. ἐὰν δὲ καταδέσεσιν, ἢ ἐπαοιδαῖς, ἢ ἀστρ ἐπῳδαῖς, ἢ τοιούτων φαρμακεῶν ὧν ἄνων ὧν δόξῃ ὅμοιος εἶναι βλάβ=

Theurgia.

G πονῶ, ἐὰν ᾖ μάγος ὦν, ἢ τρατοσκόπος πεθνάτω. ἐὰν ᾖ ἄνευ μανικῆς ὢν τις φαρμακείας ὄφλῃ, ταυτὸν καὶ τοῦτο γιγνέσθω. πῇ γὰρ ἄν καὶ τότε τιμάτω τὸ δικασκῆριον, ὅ, τι ἂν αὐτοῖς δόξῃ αὐτὸν πάθοιμι, ἢ ἀποτίνειν, hoc est: Quisquis aliquē venenis læserit, si non letaliter, neque eum ipsum, nec quēquam de eius familia, sed vel pecus, vel aluearia, seu neci dederit, seu aliter affecerit quàm morte, si medicus sit, & veneficij fuerit conuictus, extremo supplicio pœnam luito: sin inscius sit, iudices quid ipsum aut pati ergo aut soluere par sit, æstimanto. Si quis vero vinculis, aut illectamentis, vel incãtationibus, aut eiusmodi quibuscunque veneficiis nocenti similis iudicatus fuerit: si vates sit, aut prodigiorum consultus, morte plectitor: sin earum artium expers, veneficium fecisse pronũciatũ sit, & de hoc quoq; consilium iudicum, qua pœna vel mulcta afficiendus sit censeto. Porphyrius libro de animalium abstinentia secundo, sic inquit: Per contrarios vero dæmones vniuersum efficitur veneficium. Hos nanque, maxime horumq; ducem, honorare solent, qui mala veneficiis inferunt. Hi sanè dęmones omniformibus figuris, imaginibusq; abundant, prodigiorumq; machina strenue fallũt. Horum opera infœlices φιλτρα amatoriaq; maleficia machinantur. Omnis enim intemperantia, spesq; diuitiarũ, atq; gloriæ per hos inualescit, præcipue vero deceptio. Mendaciũ enim propsium est eiusmodi dæmonũ. d Cunctanter tamen & pudibunde.) Nam vidit non deesse his sacris suas fallacias dæmonum, qui se nobis ostentãt, venditantq;, fraudãtq; votis, qui rite sunt eis operati. Sed Iamblichus homo initiatus, & vt ipse putat religiosior, non oportere artem totam damnari, inquit, tpt sœtulis vsu & magno labore comprobatam, quod interdũ imponat vtentibus. Quo circa sacerdotes distinguere spiritus decere regulis ordinis, & meminisse iactantiam in bonis spiritibus nullam esse. e Sed spirituali.) In qua sunt imagines ab externis sensibus ad interiores profectæ, in quibus est primus sensus communis, deinde phantasia, tum æstimatio, & memoria, quæ nobis cum brutis communia sunt: receptacula prima eorum, quæ per ianuas sensuum sunt admissa, quibus accedit mens, & exactum illud rationis iudicium, quæ sęcu tatur, perpenditq; singula: vbi sunt duo intellectus, recipiens, qui dicitur possibilis, & agens, volũtas deinceps sequitur. f Quas teletas vocãt.) Dixi alibi teletas esse perfecta sacrificia, & τέλεια quibus nihil deest.

H munia sunt: receptacula prima eorum, quæ per ianuas sensuum sunt admissa, quibus accedit mens, & exactum illud rationis iudicium, quæ sęcu tatur, perpenditq; singula: vbi sunt duo intellectus, recipiens, qui dicitur possibilis, & agens, volũtas deinceps sequitur. f Quas teletas vocãt.)

g Aetherea vel empyrea.) Plato in Epinomide, vt à principe gentis illius philosophorum exordiar, primum genus diuorum facit illud inuisibile: secundum, quod cœlo toto sparsum est, oculisq; vsurpatur. Tertiũ est dæmonum, neque id simplex: nam alios dæmonas æthereos, qui sunt ex puriore quadam substantia, ponit. Alios aëreos ex crassiore, nec illos nec hos esse in totũ aspectabiles. Esse quoque aqueos, quos semideos vocari placet: hi aliâs cernuntur, aliâs aciem nostri obtutus fraudant: nam & quum spectantur, exiliter cogniti admirationem pectoribus intuentium incutiunt. Psellus ex Marco homine in dæmonum cultu peritissimo scribit, sex esse dæmonũ genera. Primum lingua barbara nominari batheliureon, id est, igneum: quod circa sublimiorem aërem peruagari dicit. Omne nanque dæmonium ex lunaribus regionibus, velut ex tẽplo prophanum aliquid exterminari. Secundũ vero genus, quod in aëre propinquo nobis oberrat, quod & à multis proprie aëreum nominatur. Tertium terrenum, quod plurimum circa terrã versatur, terrenisq; aduersatur multis rationibus atque machinis. Quartum aquatile & marinum, quod humoribus se immergit, ac libenter circa lacus & fluuios habitat, multosq; perdit aquis, & in mari fluctus excitat, ac tempestates naligiaq; viris onusta funditus submergit, multosq; vndis obruit. Quintũ subterraneum, quod habitat sub terra, inuaditq; qui puteos effodiunt, & metalla efficit, hiatus terræ & fundamenta concutit, flammiuomos vẽtos suscitat. Sextum & vltimum est lucifugum, imperscrutabile, ac penitus tenebrosum, passionibũsque frigidis violenter res perdens. Esse vero dicebat hæc omnia dæmonum genera sic affecta, vt & deos oderint, & hominibus aduersentur, sed aliud alio peius. Hæc Psellus, qui quemadmodum dæmones hominum generi, & imponant, & nocent, pluribus explicat. Nobis destinatam egredi breuitatem, non est animus. Porphyrius in libris Respõsorum ex Apollinis oraculis, alios deos cœlestes ponit, alios æthereos, quosdam aëreos, nõnullos aqueos. Terrestres quoque & infiernos: docétque, quibus quisque sit hostiis placãdus. Terrestres furuis quadrupedibus super aras: inferni, furuis quoque, sed in cauernis terræ: marini, volatilibus furuis in mare proiectis: aërei, volatilibus itidem, sed cęsis & candidis. Cœlestes & ætherei, candidis victimis, quæ nõ sunt absumendæ, & alia insana cõdem spectantia. Neque hæc sunt recentiorum, sed iam inde ab Orpheo quoque, & etiam Mercurio deriuata. Iamblichus enim scribit Mercurium de empyreis diis libros centũ reliquisse, de ætherei totidem, de cœlestibus vero mille. Proclus dæmones diuidit in quinque non diuersas species, sed velut prefecturas: nam ex muneribus, quę gerunt distinguit: & de his quidem rebus satis, vt puto. Aug. itaq; ex Porphyrio diuos empyreos, igneos vocat, quos nec ipse Porphy. nec Plato à cœlestibus videtur separare, qui igneę sunt naturę.

De theurgia, quæ falsam purgationem animis dæmonum inuocatione promittit. Cap. X.

Ecce nunc alius Platonicus, quem doctiorem ferũt, Porphyrius, nescio per quam theurgicã disciplinam etiam ipsos deos obstrictos passionibus & perturbationibus dicit. Quoniã sacris precibus adiurari, terreriq; potuerũt, ne præstarent animæ purgationem: & ita terreri ab eo qui imperabat malũ, vt ab alio qui poscebat bonum, per eandem artẽ theurgicam solui illo timore non possent, et ad dandum beneficium liberari. Quis non videat hæc omnia fallacium dæmonum esse commenta, nisi eorum miserrimus seruus, & à gratia veri liberatoris alienus? Nam si hæc apud deos agerentur bonos, plus ibi vtique valeret beneficus purgator animæ, quàm maleuolus impeditor. Aut si diis iustis, homo pro quo agebatur, purgatione videbatur indignus, nõ vtique ab inuido territi, nec, sicut ipse dicit, per metum valẽtioris numinis impediti, sed iudicio libero id negare debuerunt. Mirũ est autem, quod benignus ille Chaldęus, qui theurgicis sacris animam purgare cupiebat, non inuenit aliquem superiorem deum, qui vel plus terreret, atque ad benefaciendum cogeret territos deos, vel ab eis terrentem compescceret, vt libere benefacerent: sic tamen theurgo bono sacra defuerũt, quibus ipsos deos quos inuocabat, animę purgatores prius ab illa timoris peste purgaret. Quid enim causę est, cur deus potentior adhiberi possit, à quo terreantur, nec possit à quo purgentur? An inuenitur deus, qui exaudiat inuidũ, & timorem diis incutiat, ne benefaciant: nec inuenitur deus, qui exaudiat beneuolum, & timorem diis auferat, vt benefaciant? O theurgia præclara, ô animæ prædicanda purgatio, vbi plus imperat immunda inuidẽtia, quàm impetrat pura beneficentia: immo vero malignorum spirituum cauenda & detestanda fallacia, & salutaris audienda doctrina. Quod enim, qui has sordidas purgationes sacrilegis ritibus operãtur, quasdã mirabiliter pulchras, sicut iste commemorat, vel angelorum imagines, vel deorum, tanquam purgato spiritu vident: si tamen vel tale aliquid vidẽt, illud est, quod Apostolus dicit: Quoniam Satanas [a] transfigurat se velut angelũ lucis. Eius enim sunt illa phantasmata, qui miseras animas multorum, falsorumq; deorum, fallacibus sacris cupiens irretire, & à vero veri dei cultu, quo solo mundantur & sanãtur auertere: sicut de Proteo dictum est [b]. Formas se vertit in omnes, hostiliter insequens, fallaciter subueniens, vtrobique nocens.

K

L

Vontam Satanas.) Hoc idẽ nec Porphyrius, nec Iamblichus potuerunt dissimulare. Porphyrius in secundo libro de sacrificiis: Mẽdacium enim proprium est eiusmodi dæmonũ: dij enim videri volũt, ac potestas ipsa eis prẽsidens deus maximus vult haberi. Et ante: Assumunt, inquit, sibi aliorum deorum facies. Et Iamblichus: Mali enim spiritus in similitudinem bonorũ se sępe trãsformãt, iactabundique veniunt, & supra quàm sunt, sibi arrogant. b Sicut de Proteo dictum est.) Quarto Georgicorum Verg. Proteum Hesiodus filium facit Oceani & Thetydis, maximũ vatem: &, sicut de illo Verg. inquit, nouit omnia quæ sunt, quæ fuerãt, quæ mox ventura trahantur. Ab Homero coactus fingitur, vt ventura Agamemnoni caneret, sicut à Vergilio Aristeo. Valeri[o] Probus Aegyptium fuisse scribit, & propter crudelitatem Busirim dictum, etsi Vergilius Pallenium facit, quæ est vrbs in Macedonia. Seruius hic natum esse, cæterũ in insula Carpatho regnasse, putat ex Verg. sententia. Herodotus in Euterpe Memphitem scribit, quo rege Alexander & Helena in Aegyptum venerũt, cósque ille quòd adulteri essent, supra tres dies in regno suo esse vetuit. Diodorus lib. ij. quem Græci Protea, Aegyptios Cætea dixisse tradit, regnasséque in Aegypto tempore belli Troiani, peritum syderum, & multarum artium. Fingitur solitus mutare se in omnes animantium, stirpiũmque formas, quod earũ naturas facile tum astrorum scientia, tum etiam vsũ & consuetudine sacerdotum didicerit. His etiam accedit, quod cum Aegyptij reges in capite pro insignibus priorẽ vel leonis, vel tauri, vel draconis partem gestarent, interdum arboré, aut ignẽ, locum dedit Græcis hominibus commento. Suspicor illum hæc subinde insignia mutasse.

a

M

De epistola Porphyrii ad Anebuntem Aegyptium, in qua petit de diuersitate dæmonum se doceri. Cap. XI.

Melius sapuit iste Porphyrius, cum ad Anebũtem [a] scripsit Aegyptium, vbi cõsulenti similis & quærenti, & prodit artes sacrilegas, & euertit. Et ibi quidem omnes dæmones reprobat, quos dicit ob imprudentiam trahere humidum vaporem [b] & ideo non in æthere, sed in aëre esse sub luna atq; in ipso lunæ globo. Verũtamẽ nõ audet omnes fallacias, & malitias, & ineptias*, quibus merito mouetur, oibus

*aliâs malitiosas ineptias.

A nibus dæmonibus dare. Quosdã nanque benignos dęmones more appellat aliorum, cum omnes generaliter imprudentes esse fateatur. Miratur autem quod nõ solum dij alliciantur victimis, sed etiam compellantur, atque cogantur facere quod homines volunt, etsi corpore & incorporalitate dij à dęmonibus distinguũtur, quomodo deos esse existimandum sit solem & lunam, & visibilia cætera in cœlo, quæ corpora esse non dubitat. Et si dij sunt, quomodo alij benefici, alij malefici esse dicantur, & quomodo incorporalibus cum sint corporei coniungantur. Quærit etiam veluti dubitãs, vtrum in diuinantibus, & quædam mira facientibus animæ sint potentiores: an aliqui spiritus extrinsecus veniant, per quos hæc valeant. Et potius venire extrinsecus coniicit, eo quod lapidib[o], & herbis [c] adhibitis, & alligẽt quosdam, & aperiant clausa hostia, vel aliquid eiusmodi mirabiliter operentur. Vnde dicit alios opinari [d] esse quoddam genus, cui exaudire sit proprium, natura fallax, omniforme, multimodũ, simulans deos & dæmones, & animas defunctorum, & hoc esse quod efficiat hæc omnia, quæ videntur bona esse vel praua: cæterum circa ea quæ vere bona sunt, nihil opitulari, immo vero ista nec nosse, sed & male †conciliare, & insimulare atque impedire nonnunquàm virtutis sedulos sectatores, & plenum esse temeritatis, & fastus, gaudere nidoribus, adulationibus capi, & cætera quæ de hoc genere fallacium malignorumq; spirituum, qui extrinsecus in animam veniunt, humanosq; sensus sopitos vigilantésve deludunt, non tanquam sibi persuasa confirmat, sed tam tenuiter suspicatur, aut dubitat, vt hæc alios asserat opinari. Difficile quippe fuit tanto philosopho cũctam diabolicam societatem vel nosse, vel fidenter arguere, quam quælibet anicula Christiana nec nosse cũctatur, & liberrime detestatur. Nisi forte iste, & ipsum ad quem scribit Anebuntem, tanquam talium sacrorum præclarissimum antistitem, & alios talium operum tanquam diuinorum, & ad deos colendos pertinentium admiratores verecundatur offendere [e]. Sequitur tamen & ea velut inquirendo commemorat, quæ sobrie considerata tribui non possunt, nisi malignis & fallacibus potestatibus. Quærit enim cur tanquam [f] melioribus inuocatis, quasi peioribus imperetur, vt iniusta hominis præcepta exequantur: cur attrectatum re venerea non exaudiant imprecantẽ, cum tamen ipsi ad incestos quosq; concubitus quoslibet ducere non morentur: cur ab animantibus suos antistites oportere abstinere denuncient, ne vaporibus profecto corporeis polluantur: ipsi vero, & aliis vaporibus illiciantur, & nidoribus hostiarum: cũq; à cadaueris contactu prohibeatur inspector [g], plerunque illa cadaueribus celebrentur: quid sit, quod non dæmoni vel alicui animæ defuncti, sed ipsi soli & lunæ [h] aut cuicunque cœlestium, homo cuilibet vitio obnoxius intendit minas, eosq; territat falso, vt eis extorqueat veritatẽ. Nã & cœlum se collidere cõminatur, & cætera similia homini impossibilia, vt illi dij tanquam insipientissimi pueri, falsis & ridiculis comminationibus territi, quod imperatur efficiant. Dicit etiam scripsisse Chæremonẽ quendam talium sacrorum, vel potius sacrilegiorum peritum, ea quæ apud Aegyptios sunt celebrata rumoribus, vel de Iside, vel de Osiride [i] marito eius, maximã vim habere cogendi deos, vt faciant imperata, quando ille qui carminib[o] cogit ea se prodere vel euertere cõminatur: vbi se etiam Osiridis membra dissipaturum terribiliter dicit, si facere iussa neglexerint. Hæc atque huiusmodi vana & insana diis hominem minari, nec quibuslibet, sed ipsis cœlestibus et syderea luce fulgẽtibus, nec sine effectu sed violenta potestate cogentem, atq; his terroribus ad facienda quæ voluerit perducẽtem, merito Porphyrius admiratur: imò vero sub specie admirantis & causas rerum talium requirentis, dat intelligi, illos hæc agere spiritus, quorũ genus superius sub aliorum opinatione descripsit, non vt ipse posuit natura, sed vitio fallaces, qui simulant deos & animas defunctorũ, dæmones autẽ non, vt ait ipse, se simulant, sed plane sunt. Et quod ei videtur herbis & lapidibus & animãtibus & sonis certis quibusdam, ac vocibus, ac figurationibus, atque figmentis, quibusdam etiam obseruatis in cœli cenuersione [k] motibus syderum, fabricari in terra ab hominibus potestates idoneas variis effectibus exequendis, totũ hoc ad eosdẽ ipsos dæmones pertinet ludificatores animarum sibimet subditarum, & voluptaria sibi ludibria de hominũ erroribus exhibentes. Aut ergo reuera dubitans et inquirens ista Porphyrius, ea tamen commemorat, quibus conuincantur & redarguantur: nec ad eas potestates, quæ nobis ad beatam vitam capessendam fauent, sed ad deceptores dæmones pertinere mõstrentur, aut vt meliora de philosopho suspicemur: eo modo voluit hominẽ Aegyptium talibus erroribus deditum, & aliqua magna se scire opinantem, non superba quasi authoritate doctoris offendere, nec aperte aduersantis altercatione turbare, sed quasi quærentis & discere cupientis humilitate ad ea cogitanda conuertere, & quàm sint cõtemnenda vel etiam diuitanda mõstrare. Deniq; propre ad epistolæ finẽ petit se ab eo doceri, quæ sit ad beatitudinem via ex Aegyptia sapientia. Cęterũ illos quibus conuersatio cum diis ad hoc esset, vt ob inueniendum fugitiuum, vel prædium comparandum, vel propter nuptias, vel mercaturã, vel quid huiusmodi, mentem diuinam inquietarent, frustra eos videri dicit coluisse sapientiam. Illa etiam ipsa numina, cum quibus cõuersarentur, & si de cæteris rebus vera prædicerent, tamen quoniam de beatitudine nihil cautum, nec satis idoneum monerent, nec deos illos esse, nec benignos dæmones, sed aut illum, qui dicitur fallax, aut humanum omne commentum. Verũ quia tanta & talia geruntur his artibus, vt vniuersum modum humanæ facultatis excedant, quid restat, nisi vt ea quæ mirifice tanquã diuinitus prædici vel fieri videntur, nec tamen ad vnius dei cultum referuntur, cui simpliciter inhærere fatentibus quoque Platonicis, & per multa testãtibus solum beatificum bonum est, malignorũ dæmonum ludibria, & seductoria impedimenta, quæ vera pietate cauenda sunt, prudenter intelligantur.

*aliâs mala

B

C

D

E

F

Cum ad Anebuntem.) Aliter, ad Anebonem. b Humidum vaporem.) Delectari quoque dicit libamine nidoreq; carniũ, quibus spiritale corpus solet pinguescere. viuit nanque vaporibus, & fumigationibus, varieq; admodum, vt par est, per varia nidoreq; sanguinis & carnium vires assumit. Iamblichus verior dæmonum cultor, cum hæc omnia videret ad declarandam dæmonum naturam tendere, omnia negauit. Nam Porphyrius aperte erat testatus, hos qui victimis cæsis delectantur, malos esse dæmones, & mẽdaces: quo circa & in libris Responsorum illos omnes diuos, tum cœlestes, tum æthereos, aëreos, marinos, terrestres, infernos, quibus sacra fieri Apollo ex animantibus iusserat, bonos esse deos negat, sed nepharios dæmones, qui sanguine & cadaueribus tenẽtur. Ita vt manifesto appareat, iactari eũ inter veritatẽ & receptã cõsensũ hæresis opinationẽ, vt nec bonos affirmare possit, nec malos omnes audeat, veritus cõdiscipulos, & authoritatẽ disciplinę, ipsumq; nigrũ Plutonẽ. c Eo quod lapidibus & herbis.) Miratur Porphyrius deos vsqueadeo inseruire hominibus, vt vates etiã per farinã vaticinentur. Cui admirationi, quæstioniq; respondet, vt cęteris facit, Iamblichus magnificorum verborum contextu: quæ facile est vniuiq; colligere, sed quid dicat intelligere, vel qua ratione dicat, probabiliter suadere, nõ facile, nec ipsi quidẽ Iãblicho, nec omnibus Aegyptiis im-

a

G ptiis impositoribus. Excessu, inquit, potestatis, & bonitatis, & causa continēte in se omnia. misera potestas deorum, si farina ducitur: inepta bonitas, si aliam rationem benignitatis non inuenit: abiecta & obnoxia natura, si ita rerum causis comparatum est, vt farinam nequeat contemnere: quod si possunt, cur non malunt bonam mentem, quàm bonam farinam? aut cur non potius indicant se farina nō moueri, & ea posita nō venire, remota venire. d Vnde dicit alios opinari.) Ipse idē Porphyrius lib. ii. de abstinen. animali. à prauis dæmonibus non modo vulgus esse deceptum scribit, sed philosophos quoque eruditos & disertos, qui eloquentia sua multos alios in similem errorem pertraxerunt. Violenti enim sunt dæmones, & fallaces, simulatores, dissimulatoresq;, cultumq; deorum ad seipsos transferre student. Nam nullum est malorum genus, quo non delectentur: & deorum induti personam in errorem ac stultitiam impulisse nos gaudent. Tales sunt & animæ mortuorum, quæ vitiis opplexæ, è corpore migrarunt. Afflictantur enim adhuc iræ & concupiscentiæ perturbationibus, & in naturam conuersę dæmonum similes illorum redduntur, noxiæ & turbulentæ. In varias quoque sese vertūt formas, ac modo conspicuas se oculis præbent, modo recondunt. Ita eludunt aciem, tum intuentium, tum etiam cogitantium. Vtrique dæmones plebem ducunt cupidine opum, potentiæ, voluptatum, & inanis gloriæ. Hinc seditiones nascuntur, hinc rixæ, hinc bella. Et quod omnium scelestissimum est, hisce rebus optimos quoque deos oblectari persuadere vulgo conniuentur. Quibus assensa poëtis dulcedine sermonis multos mortalis cepit. Hæc & alia ibidem complura, non quærens iam, & subdubitās, vt in epistola ad sacerdotem, sed tāquā in opere doctrinæ suæ, quid sentiat, aperiens. e Admiratores verecundatur offendere.) Philosophos in opinionibus de natura dæmonum falsos esse ait, alios aliorum gratia, nonnullos multitudinis opinione ductos. f Quærit enim cur tanquam.) Atqui de his locuturus disertis verbis præfatur deos vocari, malos autem esse dæmonas. Sic enim orditur: περὶ τῶν μὲν πολλοὶ λεγομένων, τῶν μὲν ὡς θεῶν ὀνομάζω. g Prohibeatur inspector.) Ἐπόπτης, Vocabu

H lū est ad initiatos rebus sacris pertinēs. h Sed ipsi soli & lunæ.) Sic illa maga Thessalis apud Lucanum in. vj. iactat se posse quoscunque velit in actus inuitos præbere deos. i Vel de Iside, vel de Osiride.) Et hi sol & luna sunt. Sacra illa recondita & arcana Veneranda cum sint turpissima flagitiorum ac scelerum plena, aut timent dæmones euulgari, qualia sunt Cereris: nam Isis est Ceres: aut certe ficto timore belle animis hominum imponunt, & miserandi erroris fructum capiunt. Atque hæc de Iside & Osiride ad inferna quoque sacra spectant. Nam Porphyrius ipse in libro respōsorum maximum dæmonum Serapim nominari dicit, qui est Osiris apud Aegyptios, & apud Græcos Pluto, cuius symbolum esse dicit tricipitem canem, hoc est, malum dæmonem, qui inuenitur in tribus elementis, aëre, aqua, & terra. Eius Isis est Proserpina, & Hecate: vnde manifestum est de arcanis Erebi hæc intelligi, quæ magnam vim in magicis & excātationibus habēt. Has minas & lunæ, & diis inferis, & sacris deæ Eleusinæ intentatas Luc. attingit lib. vj. verbis Erichthūs,

Miratur Erichthō
Has fatis licuisse moras, irataq; morti
Verberat immotum viuo serpente cadauer.
Peróq; cauas terræ, quas egit carmine rimas,
Manibus illarrat, regniq; silentia rumpit:
Tisiphone, vocisq; meæ secura Megæra,
Non agitis sæuis Erebi per inane flagellis
Infœlicem animam? iam vos ego nomine vero
Eliciam, Stygiasq; canes in luce superna
Destituam, per busta sequar: per funera custos
Expellam tumulis, abigam vos omnibus vrnis.
Teq; deis, ad quos alio procedere vultu
Ficta soles Hecate, pallenti tabida forma
Ostendam, faciemq; Erebi mutare vetabo,
I Eloquar immenso terræ sub pondere, quæ te
Contineant Ennæa dapes, quo fœdere mœstum
Regem noctis ames, quæ te contagia passam
Noluerit reuocare Ceres: tibi pessime mundi
Arbiter immittam ruptis Titana cauernis
Et subito feriere die.

Porphyrius idē in respōsis Hecaten inducit coactā respōdentē mago:

Τινὸς δὲ κατίσχω
Θεοδάμας ἐκάτλιν με δεῖν ἐπέδησας ἀνάγκαις,

Dic tibi quid nobis opus est, cur vincla necessi
Theodame iecisti. & Apollo in eandem sententiam vinctum se necessitate confitetur, & dicturum inuitum.

Κλῦθί μοι οὐκ ἐθέλοντι ἐπεί με ἐπέδησας ἀνάγκῃ.

Et post paulùm solui clamat,

Λύετε λοιπὸν ἄνακτα.

Iamblichus in mysteriis scribit narrare Porphyrium sacerdotes cōsuetuisse violentis quibusdam minis aduersum superos vti: veluti nisi vos ita feceritis, vel contrà, si feceritis aliquid, cœlos cōfringam, vel occulta Isidis patefaciam, vel arcanum in abysso reconditum diuulgabo: aut sistā barim, id est, nauem quādam apud Aegyptios sacram, aut membra Osiris Typhoni dispergā. Ipse verò Iamblichus negat in deos cœlestes eiusmodi minas dirigi, sed esse in mundo genus quoddam potestatum valde diuisum, & indiscretum, & incōsideratum, quod accipit quidem ab alio rationem siue sermonem, exauditq;, sed propria intelligētia nequaquā, neque verum à falso, neque possibile discernit ab impossibili. Hoc itaque genus minitationibus lacessitum protinus irritatur, & efficit, quod iubetur. Forsitan hoc istud est, quod per imprudentiam Porphyrius aliquid velle ait. Iamblichus persequitur, quid illæ minæ sibi velint, ex eo petat, qui desiderat. k Quibusdam etiam obseruatis in cœli cōuersione.) Nam ipse Porphyrius etiam ex Chæremone res astronomiæ incomprehensibiles esse dicit humanis mentibus. Traduntur ergo à malis dæmonibus, vt reliqua omnia vaticinia, sicut Porphyrius ait, in quo aduersus est ei Iamblichus, vt in hac ferè tota de ratione dæmonum disputatione. Conatur enim pro Anebone Porphyrio respōdere, homo prodigiosæ superstitionis, & disciplinæ. K

De miraculis, quæ per sanctorum angelorum ministerium deus uerus operatur. Cap. XII.

POrrò autem quæcunq; miracula, siue per angelos, siue quocunq; modo ita diuinitus fiunt, vt dei vnius, in quo solo beata vita est, cultū religionemq; commendent, ea vere ab eis, vel per eos, qui nos secundum veritatem pietatemq; diligunt, fieri ipso deo in illis operante credendum est. Neque enim audiendi sunt, qui deum inuisibilem visibilia miracula operari negant, cum ipse etiam secundum ipsos fecerit mundum, quem certe visibilem negare non possunt. Quicquid igitur mirabile fit in hoc mundo, profecto minus est, quàm totus hic mundus, id est, cœlum, & terra, & omnia quæ in eis sunt, quæ certe deus fecit. Sicut autē ipse qui fecit, ita modus, quo fecit occultus est, & incomprehensibilis homini. Quanuis itaq; miracula visibilium naturarum videndi assiduitate vilue L rint, tamen cum ea sapienter intuemur, inusitatissimis, rarissimisq; maiora sunt. Nā & omni miraculo, quod fit per hominem, maius miraculum est homo [a]. Quapropter deus qui fecit visibilia cœlum & terram, non dedignatur facere visibilia miracula in cœlo, vel ī terra, quibus ad se inuisibilem colendum excitet animā ad huc visibilibus deditam: vbi vero & quando faciat, incommutabile cōsilium penes ipsum est, in cuius dispositione [b] iam tempora facta sunt, quæcunque futura sunt. Nam temporalia mouens, tēporaliter non mouetur: nec aliter nouit facienda, quàm facta: nec aliter inuocantes exaudit, quàm inuocaturos videt. Nam & cum exaudiunt angeli eius, ipse in eis exaudit, tanquā in vero, non manufacto templo suo, sicut in omnibus sanctis suis eius, quæ tēporaliter fiunt iussa, æterna eius lege conspecta.

MAius miraculum est homo.) Apud Mercurium verbum est a frequenter repetitum, magnum miraculum hominem esse. b In cuius dispositione.) De scientia dei, inquit Paulus, omnia esse oculis eius aperta, & nuda. Tēpora enim omnia sint præsentia deo, nihil venturum, nihil transactum. De rebus ergo vniuersis ita statuit, ac de præsentibus, sic agit, sic cognoscit: neque ille vt nos ab hesterno die transit in hodiernum, ab isto in crastinum veniet. Non recipit has angustias vel illa potentia, vel illa essentia. Præsens illi est tota sua æternitas, quanto magis hæc nostra per exigua tempora: & tamen qui mentes creauit nostras, tempus etiam condidit nostris captibus aptum, & qui quemadmodum nos videmus videt, non tamen sicut nos videt, aut nouit. Præstabit hic in tanta materia philosophari non deficiēte argumento, an cum Paulo in admirationem exclamare: O altitudo diuitiarum sapientia & scientia? M

De inuisibili deo qui se uisibilem sæpe præstitit, non secundum quod est, sed secundum quod poterant ferre cernentes. Cap. XIII.

NEc mouere debet, quod cum sit inuisibilis, sæpe visibiliter patribus [a] apparuisse memoratur. Sicut enim sonus, quo auditur sententia in silentio intelligētiæ constituta, non est hoc quod ipsa, ita & species, qua visus est deus in natura inuisibili constitutus, non erat quod ipse. Veruntamen ipse in eadem specie corporali videbatur: sicut illa sentētia in ipso sono vocis auditur: nec illi ignorabant inuisibilē deū in specie corporali nequaquā se [b] posse videre. Nā & loquebatur cū loquēte Moyses, & ei tamen dicebat: *Si inueni gratiā ante te* [c], ostēde mihi temetipsum, sciēter [d] vt videā te. Cū igitur oporteret dei legē in edictis angelorū terribiliter dari, nō vni homini paucísve sapiētibus, sed vniuersæ genti & populo ingēti, corā eodē populo magna facta sunt in mōte, vbi lex per vnū dabatur, cōspiciente multitudine metuēda ac tremenda, quæ fie-

A quæ fiebāt. Nō enim populus Israël sic Moysi credidit, quēadmodū suo Lycurgo Lacedæmonij [e], quod à Ioue ceu Apolline leges quas cōdidit, accepisset. Cum enim lex dabatur populo, qua coli vnus iubebatur deus, in conspectu ipsius populi, quantum sufficere, diuina prouidentia iudicabat, mirabilibus rerum signis & motibus apparebat, ad eandem legem dandam creatori seruire creaturam.

Deus an uisus à patribus.

a SAepe visibiliter patribus.) Ioannes in Euangelio deum à nemine vnquam visum scribit. Idem Apostolus Paulus cōfirmat. sed Iacob se vidisse dominum facie ad faciem asseuerat. & de Mose scriptum est Exodi. xxxiij. quod loquebatur cum domino facie ad faciem, sicut amicus cum amico suo solet loqui: quod & multa alia sacrorum librorum loca videntur testari. Verum naturam dei esse homini viuēti inuisibilem ita constat, vt fuerint plerique, qui ne angelos quidem & archā gelos, ea cernere existimarint, & prodiderint, vt docent Chrysostomus, & Gregorius. Videntur igitur sancti patres angelos tanta maiestate formæ, vt facile diuinā esse intuentibus persuaderetur: nam angelos patribus locutos, & per illos datam esse legem, Paulus est author ad Hebræos, Si enim sermo qui per angelos dictus est, factus est firmus &c. Et Actuū septimo, ait Stephanus Iudæos legem accepisse per dispositionem angelorum. Et species illa dei non erat, qui speciem nullam habet, quod Chrysostomus intelligi vult, quum dominus Iudæis negat eos vel speciem dei vidisse, vel audiuisse vocem, qui speciem se putabant vidisse dei, vt Exod. xix. scribitur, sed visibilis illa erat, & sub sensus cadebat species iussu dei ab angelo concepta, tam superans solitas à nobis spectari, vt diuina crederetur, & erat ad diuinitatem cernendā gradus. b Nequaquam se.) alibi, in specie corporali quod ipse non erat se videre. c Si inueni gratiam ante te.) Grego. xvij. libro. moral. in Iob: Sed patēter, inquit, datur B intelligi, quod quam diu hic mortaliter viuitur, videri per quasdā imagines potest deus, sed per ipsam naturæ suæ speciem non potest: vt anima gratia spiritus afflata per figuras quasdam deū videat, sed ad ipsam vim eius essentiæ non pertingat. Hinc est enim quod Iacob, qui deum se vidisse testatur, non nisi angelum vidit. Hinc est quod Moses qui cum deo facie ad faciem loquitur, dicit: Ostēde mihi temetipsum manifeste, vt videam te. Ex qua eius petitione colligitur, quod cum sitiebat per incircūscriptæ naturæ suæ claritatem cernere, quem iam cœperat per quasdam imagines videre: tantum ille. Angelus vero domini legatus verbis eius à quo mittebatur, Mosi talia multum oranti respondet: Non poteris videre faciem meam: non videbit me homo & viuet. Ac paulùm post videbis posteriora mea, faciem autem meam videre non poteris. Itaque vestigia à deo relicta in creaturis licet videre, & ex eis inuisibilia dei cognoscere: vt ille sit eo amicitior deo, cui maiora & præstatiora intueri detur. Facies autem ipsa domini amplior, & celsior est, quàm vel in angustias nostras possit intrare, vel in tātā humilitatem se demittere. Multo est aliud de colloquio dei: nec puto esse impium, aut absurdum existimare & olim cum patribus, & post Christum natum cum multis sanctorum locutum esse deum ipsum dominum & authorem cœli & terræ: nihil enim in hoc affirmatur incongruum immensæ maiestati, & est congruum infinitæ bonitati. Facies vero ita potuit videre vt Augustinus exponit.

Lycurgus.

d Temetipsum scienter.) ex. Lxx. γνωσᾷ σε ὀφθῶ. e Suo Lycurgo Lacedęmonij.) Lycurgus Eunomi Spartiatarum regis & Dionasse filij, Polybitæ, seu vt est apud Plutarchū, Polydectæ regis frater fuit, quo mortuo regnauit, quo ad compertum est fratris coniugem vterū ferre. Tunc enim regno cessit infanti nondum nato, si mas foret, quo in lucem ædito prodicum eius, hoc est, tutorem egit. Legésque Lacedęmoniis tulit, sanè quàm ieueras, & duras: eámque ob causam Delphicum Apolliné authorem earum finxit. De Ioue sunt etiā qui putent: propterea quod Lycurgus suspitiones omnes & iurgia deuitans è patria discessisset in Cretam, vbi aliquandiu egit vitam, consuluisséque putatur de legibus Iouem, in ea natum insula, vbi & interiisse Lycurgum scribit Iustinus, tametsi nec de origine, nec de peregrinatione, nec de ratione legum ferendarū, nec de morte satis inter rerum scriptores conueniat, vt Plutarch' inquit, de tēpore quoq; ambigitur, & fuerítne vnicus Lycurgus. Timæus enim duos ponit, & quidem apud Lacedęmonios: nam de Thrace constat ac vetustíque res gestas in alterum congeri, antiquiorémque vel vixisse cum Homero, vel non longe fuisse post eius tempora. De legibus atque institutis Lycurgi nihil dicam, quoniam, & hoc loco videtur alienum, & apud Xenophontem & Plutarchum sunt quàm plurima, qui libri sunt ferè in manibus.

De uno deo colendo, non solum propter æterna, sed etiam propter temporalia beneficia, quæ uniuersa in ipsius prouidentiæ potestate consistunt. Caput XIIII.

SIcut autem vnius hominis, ita humani generis, quod ad dei populum pertinet, recta eruditio, per quosdam articulos temporum tanquam ætatum profecit accessibus, vt à tēporalibus ad æterna capienda, & à visibilibus ad inuisibilia surgeretur, ita sanè vt etiā illo tempore quo visibilia promittebantur diuinitus præmia, vnus tantum colendus cōmendaretur deus, ne mens humana vel pro ipsis terrenis vitæ trāsitoriæ beneficiis, cuiquam nisi vero animæ D creatori, ac domino subderetur. Omnia quippe quæ præstare hominibus, vel angeli, vel homines possunt, in vnius esse omnipotētis potestate, quisquis diffitetur, insanit. De prouidētia certe Plotinus [a] Platonicus disputat, eamq; à summo deo, cuius est intelligibilis atq; ineffabilis pulchritudo, vsque ad hæc terrena [b] & ima pertingere flosculorum atq; foliorum [c] pulchritudine cōprobat, quæ omnia quasi abiecta & velocissime pereuntia decentissimos formarum suarum numeros habere non posse confirmat, nisi inde formentur, vbi forma intelligibilis, & incommutabilis simul habens omnia perseuerat. Hoc dominus Iesus ibi ostendit, vbi *Mat. 6.* ait: Cōsiderate lilia agri, quomodo crescunt, non laborāt neque nent. Dico autem vobis, quia nec Solomon [d] in omni gloria sua sic amictus est, sicut vnum ex his. Quod si fœnum agri, quod hodie est, & cras in clibanum mittitur, sic deus vestit, quanto magis vos, modicæ fidei? Optime igitur anima humana adhuc terrenis desideriis infirma, ea ipsa quæ tēporaliter exoptat bona infima atque terrena vitæ huic transitoriæ necessaria, & præ illius vitæ sempiternis beneficiis cōtēnēda, non tamen nisi ab vno deo expectare consueuit, vt ab E illius cultu etiam in istorum desiderio non recedat, ad quem contemptu eorum, & ab eis auersione peruenīat.

a DE prouidentia certe Plotinus.) Libri sunt de prouidētia Plotini quatuor in quis ostendit maxima & minima à deo principe naturæ administrari, tum etiam ab illo mundo intelligibili, qui est apud deum: hunc sensibilem esse procreatum, sed ab origine sua degenerante magis, quo inferius descendit, essēq; ab vno generatum non vere vnum, à simplici multiplicem, & dispersum. *Prouidētia dei.*

b Vsque ad hæc terrena.) Nam non defuerunt, qui è cœlis nō descendere dei prouidentiam existimarent, quam opinionē video à quibusdā Aristoteli attribui: de qua re quid sentiam aliās aperiam. Alij si quid in terris curant dij, non nisi maxima putent. Quemadmodum maximi reges non ad quæuis se demittunt. Vnde sunt illi versus apud Lucanū Cæsaris ad milites tumultuantes:

Nunquam se cura deorum
Sic premit, vt vestræ vitæ vestręq; saluti
Fata vacent, procerum motus hæc cuncta sequuntur.
Humanum paucis viuit genus.

c Flosculorum atque foliorum.) Quorum vnum quodque tāta est forma, tam decenter aptum & coagmentatum, ita crūpit, ita adolescit, ita viuit, vt ab alio artifice fieri non posse, quàm à diuino res ipsa clamet, Proclus. Primum per omnia desuper prouidentiam ad vltimū vsq; procedere, ac ne minimū quidem sui expers alicubi prætermittere. Sed quū habeamus sententiam principis disciplinæ Platonis, indigere non videmur sectatorum dictis. Is ergo in Epinomide illud tenēdū esse ante alia dicit, prouidentiam diuinam, & maxima quæque & minima curare, quæ de re ipse disputauerat in lib. de legibus. x. copiosius. Eius disputationis F summa hæc est, Cū dij sint, nō cōuenit eos esse ociosos, curāt ergo res humanas: cúmque omnisciij sint, etiam minima vident, & norunt: procul autē ab eis abest, & desidia, & inertia, & ignauia, nec imbecilliores sunt in paruis, nec putant indignum sua maiestate illa curare: nam ea ceu gradus sunt ad maxima. Curant igitur vniuersa, & parua, & magna.

d Quia nec Solomon.) Hieronymus hoc loco, reuera, inquit, quod sericum, quæ regum purpura, quæ pictura textricum, potest floribus comparari? quid ita candet, vt lilium? Violæ vero purpurā nullo superari murice oculorum magis, quàm sermonis iudicium est. Sic Hieronymus. Et profecto imitatrix naturę ars nunquàm illius profectio nem consequitur, tametsi æstimationibus nostris precium vincat, quia alioquo vsque emulando progressa multum putatur effecisse.

De ministerio sanctorum angelorū, quo prouidentiæ dei seruiunt. Caput XV.

SIc itaque diuinæ prouidētiæ placuit ordinare temporum cursum, vt quemadmodū dixi, & in actibus Apostolorū legitur, lex in edi- *Act. 7.* ctis angelorum [a] daretur de vnius veri dei cultu: in quibus & persona ipsius dei, non quidem per suam substantiam, quæ semper corruptibilibus oculis inuisibilis permanet: sed certis indiciis per subiectam creatori creaturam, visibiliter appareret, & syllabatim per trāsitorias temporū morulas, humanæ linguæ vocibus loqueretur, qui in sua natura, nō corporaliter, sed spiritaliter: non sensibiliter, sed intelligibiliter: non tē-

poraliter

G poraliter,ſed,vt ita dicam, æternaliter: nec incipit loqui,nec deſinit:quod apud illum ſyncerius audiũt,non corporis aure, ſed mentis miniſtri eius, & nuncij, qui eius veritate incommutabili perfruuntur immortaliter beati: & quod faciendum modis ineffabilibus audiunt, & vſq; in iſta viſibilia atq; ſenſibilia perducendum incunctanter,atq; indifficulter efficiunt. Hæc autem lex cum diſtributione temporũ data eſt,quæ prius haberet,vt dictum eſt,promiſſa terrena, quibus tamen ſignificarentur æterna,quæ viſibilibus ſacramentis celebrarent multi,intelligerent pauci. Vnius tamen dei cultus apertiſſima illic & vocum & rerum omniũ cõteſtatione præcipitur,non vnius de turba, ſed eius, qui fecit cœlum,terram,& omnem animam, & omnẽ ſpiritum,qui non eſt,quod ipſa. Ille enim fecit, hæc facta ſunt,atq; vt ſint,& bene ſe habeãt,eius indigent, à quo facta ſunt.

a LEx in edictis angelorum.) Vulgo legimus: In diſpoſitionem: miniſtri enim fuerunt ſancti angeli illorum mirabilium. de hoc alibi.

An de promerenda beata uita, his angelis ſit credendum, qui ſe coli exigunt honore diuino, an uero illis, qui non ſibi, ſed uni deo ſancta præcipiunt religione ſeruiri. Caput XVI.

H Vibus igitur angelis de beata & ſempiterna vita credendum eſſe cenſemus? Vtrum eis, qui ſe religionis ritibus coli volunt, ſibi ſacra & ſacrificia flagitãtes à mortalibus exhiberi:an eis, qui hunc omnem cultum vni deo creatori omnium deberi dicunt,eiq; reddendum vera pietate præcipiunt, cuius & ipſi cõtemplatione beati ſunt,& nos futuros eſſe promittunt? Illa nanq; viſio dei, tantæ pulchritudinis viſio eſt,& tãto amore digniſſima,vt ſine hac, quibuſlibet aliis bonis [a] præditum,atque abundantem,nõ dubitet Plotinus infœliciſſimum dicere. Quum ergo ad hũc vnum quidam angeli,quidam vero ad ſeipſos latria colendos ſignis mirabilibus excitent: & hoc ita,vt illi iſtos coli prohibeant:iſti autem illũ prohibere non audeant,quibus potius ſit credẽdum,reſpondeant Platonici,reſpondeant quicunq; philoſophi, reſpondeant theurgi,vel potius periurgi [b].Hoc enim ſunt illæ omnes artes vocabulo dignæ. Poſtremo reſpondeant homines, ſi vllus naturæ ſuæ ſenſus, quoquo rationales
I creati ſunt,ex aliqua parte viuit in eis. Reſpondeant, inquam,eiſne ſacrificandum ſit diis,vel angelis,qui ſibi ſacrificari iubent, an illi vni,cui iubent hi,qui & ſibi & iſtis prohibent. Si nec iſti nec illi vlla miracula facerent,ſed tantum præciperent: alij quidem vt ſibi ſacrificaretur,alij vero id vetarent,ſed vni tantum iuberent deo,ſatis deberet pietas ipſa diſcernere quid horũ de faſtu ſuperbiæ,quid de vera religione deſcenderet. Plus etiam dicam,ſi tantum hi mirabilibus factis humanas animas permouerent, qui ſacrificia ſibi expetunt:illi autem, qui hoc prohibent, & vni tantum deo ſacrificari iubent, nequaquam iſta viſibilia miracula facere dignarentur, profecto non ſenſu corporis, ſed ratione mentis præponenda eorũ eſſet authoritas. Cũ vero deus id egerit ad commendanda eloquia veritatis ſuæ, vt per iſtos immortales nuncios,non ſui faſtũ, ſed maieſtatem illius prædicantes,faceret maiora,certiora, clariora miracula,ne infirmis piis illi qui ſacrificia ſibi expetunt,falſam religionem facilius perſuaderent,eò quòd ſenſibus eorum quædã ſtupenda monſtrarent,quem tandem ita deſipere libeat,vt non vera eligat,quæ ſectetur,vbi & ampliora inuenit,quę mirentur? Illa quippe miracula deorum gentilium,quæ commendat hiſtoria,non ea dico,quæ interuallis temporũ occultis ipſius cauſis mũdi,veruntamẽ ſub diuina prouidentia conſtitutis & ordinatis monſtruoſa contingunt:quales ſunt inuſitati partus animalium, & cœlo terraq; rerum inſolita facies: ſiue tantum terrens, ſiue etiam nocens quæ procurari [c], atque mitigari dæmoniacis ritibus fallaciſſima eorum aſtutia perhibentur. Sed ea dico,quæ vi ac poteſtate eorum fieri ſatis euidenter apparet,vt eſt quod effigies deorum Penatum [d] quos de Troia Aeneas fugiens aduexit, de loco in locũ migraſſe referuntur:quod cotem Tarquinius [e] nouacula ſecuit:quod Epidaurius ſerpẽs [f] Aeſculapio nauiganti Romã comes adheſit [g]:quod nauim qua ſimulachrum [h] matris Phrygiæ vehebatur, tantis hominũ boumq; conatibus immobilem redditam,vna muliercula zona alligatam,ad ſuæ pudicitiæ teſtimoniũ mouit & traxit:quod virgo Veſtalis [i], de cuius corruptione quæſtio vertebatur,aquam impleto cribro [k] de Tyberi neque profluente,abſtulit controuerſiam. Hæc ergo atque alia huiuſcemodi nequaquam illis quę in populo dei facta legimus,virtute ac magnitudine conferenda ſunt,quanto minus ea, quæ illorum quoque populorum,qui tales deos coluerũt,legibus iudicata ſunt
L prohibẽda atque plectenda magica ſcilicet, vel theurgica? Quorum pleraq; ſpecietenus [l] mortalium ſenſus imaginaria ludificatione decipiunt, quale eſt lunã deponere [m], Donec ſuppoſitas [n], vt ait Lucanus, propior deſpumet in herbas. Quædam vero etſi nonnullis piorum factis videantur opere coæquari, finis ipſe quo diſcernuntur, incõparabiliter hæc noſtra oſtendit excellere. Illis enim multi tãto minus ſacrificiis colẽdi ſunt, quanto magis hæc expetunt: his vero vnus commendatur deus, qui ſe nullis talibus indigere, & ſcripturarũ ſuarum teſtificatione, & eorundem poſtea ſacrificiorũ remotione demonſtrat. Si qui ergo angeli ſibi expetũt ſacrificiũ, præponẽdi eis ſunt qui non ſibi, ſed deo creatori omnium cui ſeruiunt. Hinc enim oſtẽdunt quàm ſyncero amore nos diligunt, quando per ſacrificiũ non ſibi, ſed ei nos ſubdere volunt, cuius & ipſi contemplatione beati ſunt, & ad eum nos peruenire quærũt, à quo ipſi non receſſerunt. Si autem angeli, qui non vni, ſed plurimis ſacrificia fieri volunt, non ſibi ſed eis diis volunt, quorum deorum angeli ſunt, etiam ſic eis præpo- M
nẽdi ſunt illi, qui vnius dei deorum angeli ſunt: cui ſacrificari ſic iubent, vt alicui alteri vetent, cum eorum nullus huic vetet, cui vni iſti ſacrificari iubent. Porrò ſi quod magis indicat eorum ſuperba fallacia, nec boni, nec bonorum deorum angeli ſunt, ſed dæmones mali, qui non vnum ſolum, ac ſummum deũ, ſed ſeipſos ſacrificiis coli volunt, quod maius quàm vnius dei contra eos eligendum eſt præſidium, cui ſeruiunt angeli boni, qui nõ ſibi, ſed illi iubent, vt ſacrificio ſeruiamus, cuius noſipſi ſacrificium eſſe debemus.

VT ſine hac cuuſlibet aliis bonis.) *Hoc non vno loco affirmat* Plato, ſine virtute, & illẽ quod vere eſt cognitione reliqua eſſe abiectiſſima, & miſeriam meram. b Periurgi.) à perurgẽdo, an perurgi à perurendo. c Quæ procurari.) Sacrificio, inquit Valerius, ſolenni, ritu oſtentorum, ac fulgurum, denunciationes procurantur. Hanc artẽ Ethruſci multũ exercuerũt, & Romanis Numa rex tradidit. De procuratione fulgurum & oſtẽtorũ crebra mentio apud *ſcriptores Latinos, vt apud Ciceronem*, Senecam, Liuium, & alios. Eſtq; procurare, ſacrũ facere ei deo, cui oportet in tali re fieri, vt omen ſecundet. d Quod effigies deorum penatum.) Valerius libro primo: Penates deos Aeneam Troia aducẽtos Lauinij collocaſſe, inde ab Aſcanio filio eius Albam, quam ipſe cõdiderat, tranſlatos priſtinum ſacrariũ repetiſſe. Et quia id humana manu factum exiſtimari poterat, relatos Albam voluntatem ſuam altero trãſitu ſignificaſſe. e Quod cotem Tarquinius.) Quum Centuriarũ equitũ numerũ vellet rex Tarquinius Priſcus ampliare

a

Procurare

A ampliare, Actius Nauĩ augur, negauit id fieri debere, niſi cõſultis auibus. Rex vt artẽ eluderet, diuina, inquit, ex arte, an fieri poſſit, quod cogito: cũ ille ex arte reſpondiſſet poſſe, ſeca, inquit, nouacula cotẽ, qua acuitur. Ille, præſente & inſpectãte populo, regẽq;, hoc fecit. Ita deinceps magno in honore fuit Actius quandiu vixit, & ſtatua ei eodem loco quo id contigerat, in comitio ſcilicet, poſita, & cos ibi, nouaculaq; locata, monumẽtum rei. Liuius libro primo, & Cicero primo de diuina. ſed cotem à Nauio diſciſſam ſcribũt, non à rege Tarquinio. f Quod Epidaurius ſerpens.) Hic eſt Aeſculapius, de quo alibi diximus, qui ſpecie ſerpentis Romam eſt à templo ſuo, quod erat quinq; millibus ab Epidauro paſſibus, tralatus. Demonarches, inquit Lactãtius, in figura ſua ſine diſſimulatione perductus eſt. nam diuinæ literæ, ſerpentem eſſe dæmonẽ perhibent, & Phærecides Scyrus ſerpentinis illos pedibus eſſe, ſcribit. g Comes adhæſit.) Imò ipſe draco erat Aeſculapius, niſi putent Aeſculapio inuiſibili comitem eius draconem conſpici. Nam & Aeſculapius cum baculo ſerpente inuoluto pingebatur, & in cœlo Ophiuchus creditur, id eſt, anguitenens, & ſtatutum vt medici angubus vterentur. Sic ſcribit Higinus in hiſtoria cœleſti. Plinius anguem putat dicatum Aeſculapio, quòd in eo inſint multa remedia: Macrobi quia acute cernit. vnde eſt illud apud Horatium, Cur in amicorum vicium tam cernis acutũ, Quàm aut aquila, aut ſerpens Epidaurius? h Quod nauim qua ſimulachrum.) Cum nauis, qua mater deũm ex Peſſimunte Phrygiæ Romam aduehebatur, hæſiſſet in Tyberi, nec vi virũm boũmq; moueri poſſet, Q. Claudia Veſtalis, quæ aduerſo pudicitiæ rumore laborabat, quòd cultus eſſet ſtudioſior, diſcincta zona & nauĩ alligata, precata deam, vt ſi caſtam ſe noſſet, volens ſequeretur, nauem duxit: cui poſtea ſtatua eſt erecta ante ædem magnæ matris, quæ in ſua baſi ſemper ſtetit, quum bis fanum illud conflagrarit. Liuius ſecũdo bello Punico, Ouidius in Faſtis, & Valerius Maximus. i Quod virgo Veſtalis.) Hæc erat Tucia, vt Valerius ſcribit libro octauo. k Aquam imp. cribro.) Alibi, aqua impletum cribrum neque perfluente. l Quorum pleraque ſpecietenus.) Multa ſibi homines cogitatione fingunt, quę ſibi viſi ſunt videre, quum nihil viderint,
B idq; phantaſmate aliquo oblato tam ſit facile, vt nihil crebrius cõtingat. Vnde maxima pars eorum, quæ de ſpectris & viſione dæmonum narrãtur, eſt orta: tum etiam dęmones oculis noſtris illudunt. Nec mirum eſt. hæc fieri poſſe dęmonibus, & falli ab eis obtutus noſtri aciem, cum à circulatoribus nobis ſic imponatur, oſtendaturq;, quæ niſi à tali hominum genere agerentur, pro miraculis qui caperent, non deeſſent: etiam ſic facta admirationi ſunt, & vix acumen ingenij rationem illorũ conſequitur. Sũtque, qui credãt ſine dæmonica vi non perfici, artis tamen ſunt exercitatiſſimæ. quæ celeri motu atque agitatione defixũ in res obtutũ præſtigiis fruſtratur. Ita qui edit panem, ſpuere cernitur farinam ſiccã: qui bibit vinum, per frontem id, aut etiam per iugulũ remittit. Magno ſpectatorum metu, ac horrore, gladij vorantur, & ingens vis euomitur acuum, zonularum, numorum. Tranſeo quæ ex magia naturali fiunt, ſubito apparere conuiuas omnes truncos, aut aſininis capitibus, extendi per triclinium vitem. Quorum rationẽ plurimi norunt: nam libri his de rebus ſunt conſcripti, & factu facilia ſunt: quanto magis dæmones, qui nobis, & agilitate præſtant, & peritia rerum naturæ. Gentilibus ſuorum deorum, quæ narrabãtur miracula, fuiſſe ſuſpecta, & imaginatione quorundam commenta, vulgatáque, ſatis Valerius indicat lib. j. Nec me præterit, inquit, de motu & voce deorum immortalium, humanis oculis, auribusq; percepto, quàm ancipiti opinionũ eſtimatione verſetur: ſed quia non noua dicuntur, ſed tradita reperiuntur, fidẽ authores vendicent, nec noſtrum ſit inclytis literarum monumentis conſecrata, perinde ac vana, refugiſſe. Hæc Valerius. Liuius quoque nõ vno loco, verſis in religionem periculoſis tẽporib animis, multa viſa, creditaq; prodigia, quæ nõ erãt. m Quale eſt Lunã deponere.) Lucan libro ſexto, de magorũ vi loquẽs:
Illis & ſydera primum
Præcipiti deducta polo, Phœbéque ſerena,
C Non aliter diris verborum obſeſſa venenis
Palluit, & nigris, terreniſque ignibus arſit,
Quàm ſi fraterna prohiberet imagine tellus,
Inſererérque ſuas flammis cœleſtibus vmbras.
Et patitur tantos cantu depreſſa labores,
Donec ſuppoſitas propior deſpumet in herbas.
Maga apud Vergilium profitetur ſe poſſe vertere ſydera retro, quarto Aeneidos: & illa Apuliana potens erat deos infirmare, & ſydera extinguere. Ouidius de Medea:
Illa reluctantem curſu deducere lunam
Nititur, & tenebras addere ſolis equis.
Hoc enim erat perſuaſum illis magicis incantamentis, detrahi cœlo lunam: Sicut ait Verg. in pharmaceutria,
Carmina vel cœlo poſſunt deducere lunam.
Idcirco nutrix illa apud Senecam in Hippolyto, cum lunam veneratur, ad hunc loquitur modum:
Sic te lucidi vultus ferant,
Et nube rupta cornibus puris eas.
Sic te regentem frena nocturni ętheris
Detrahere nunquam Theſſali cantus queant.
Adiuuari putabant lunam ſic laborãtem ſonitibus permagnis, ne voces incantantium eò poſſint peruenire, vt ab ea exaudirẽtur: idcirco pelues, & tympana, & cymbala pulſabantur. Hoc enim prodeſſe plurimum exiſtimabant. Propertius:
Cantus, & è curru lunam deducere tentant.
Et facerent, ſi non æra repulſa ſonent.
Iuuenalis de fœmina loquaciſſima Satyra. vj.
Vna laboranti poterit ſuccurrere lunæ.
Fiebat enim idem cum luna deficeret, amoto ſole interiectu terræ: nam rationem ignorabant. Plinius libro ſecundo de his qui cauſas defectuum ſolis lunæq; prodiderunt loquens: Viri, inquit, ingentes, ſupriique mortalium naturam tantorum numinum lege deprehenſa, & miſera hominum mente abſoluta in defectibus ſtellarum ſcelera, aut mortem aliquã D
ſyderum pauentes: quo in metu fuiſſe Teſtichori & Pindari vatum ſublimia ora palãm eſt, deliquio ſolis & in luna veneficia arguente mortalitate, & ob id creptui diſſono auxiliante. Nec mirum eſt crediũ olim rudi hominum generi lunam cœlo auferri, cum noſtra memoria ſit populus, qui lunam ab aſino epotam crediderit, cum is aſinus de fluuio biberet, qui lunæ ſpeciem, vt fit reddebat, illãque obrectu nubis ſubito ſe condidiſſet, aſinũſque in carcerem coniectus, & poſt legitimam quæſtionem ſectus eſt, vt lunam mundo redderet. n Donec ſuppoſitas.) Hæc ſpuma Cerberi exiſtimabatur, qui eſt Hecates ſeu Proſerpinæ, id eſt, lunæ, canis qua magæ in veneficiis ſuis vtebantur.

De arca teſtamenti miraculisque ſignorum, quæ ad commendandam legis ac promiſſionis authoritatẽ diuinitus facta ſunt. Caput XVII.

PRoinde lex dei, quæ in edictis data eſt angelorum, in qua vnus deus deorũ religione ſacrorum iuſſus eſt coli, alij vero quilibet prohibiti, in arca erat poſita, quæ arca teſtimonij nuncupata eſt. Quo nomine ſatis ſignificatur, non deum qui per illa omnia colebatur, circũcludi ſolere, vel cõtineri loco, cum reſponſa eius, & quædam humanis ſenſibus darentur ſigna ex illius arcæ loco: ſed voluntatis eius hinc teſtimonia perhiberi, quod etiam ipſa lex erat in tabulis cõſcripta lapideis, & in arca vt dixi poſita: quã *Deute.10*
tempore peregrinationis in eremo cum tabernaculo, E
quod ſimiliter appellatũ eſt tabernaculum teſtimonij, cũ debita ſacerdotes veneratione portabant. Signumq; *Nume.9.*
erat, quod per diẽ nubes apparebat, quæ ſicut ignis nocte fulgebat. Quæ nubes cum moueretur, caſtra mouebantur, & vbi ſtaret caſtra ponebantur. Reddita ſunt autem illi legi magni miraculi teſtimonia, præter iſta quæ dixi, & præter voces, quæ ex illius arcæ loco ædebantur. Nam cum terrã promiſſionis intrantibus ea- *Ioſue.3.*
dem arca tranſiret Iordanem, fluuius ex parte ſuperiore ſubſiſtens, & ex inferiore decurrens, & ipſi, & populo ſiccum præbuit tranſeundi locum. Deinde ciuitatis, *Ioſue.3.*
quæ prima hoſtilis occurrit, more gentium deos plurimos colens, ſepties eadem arca circumacta, muri repẽte ceciderunt, nulla manu oppugnati, nullo ariete percuſſi. Poſt hoc etiã cũ iam in terra promiſſionis eſſent, *1.Reg.4.*
& eadem arca propter eorum peccata fuiſſet ab hoſtibus capta, hi qui eam ceperant, in templo dei ſui, quem *1.Reg.5.*
præ cæteris colebãt, honorificè collocarunt, abeuntesq; clauſerunt, apertoq; poſtero die, ſimulachrum cui ſupplicabant, inuenerunt collapſum, deformiterq; confra- *1.Reg.6.*
ctũ. Deinde ipſi prodigiis acti, deformiusq; puniti, arcã F
diuini teſtimonij populo vnde ceperant reddiderunt. Ipſa autem redditio qualis fuit? Impoſuerũt eam plauſtro, eiq; iuuencas à quibus vitulos ſugentes abſtraxerant, ſubiunxerũt, & eas quò vellent ire ſiueruut, etiam hinc vim *diuinam* explorare cupiẽtes. At illæ ſine homine duce atque rectore, ad Hebręos viam pertinaciter gradientes, nec reuocatę mugitibus eſurientiũ filiorum, magnum ſacramentũ ſuis cultoribus reportarũt. Hæc atq; huiuſcemodi deo parua ſunt, ſed magna terrendis ſalubriter erudiẽdisq; mortalibus. Si enim philoſophi, præcipueq; Platonici, rectius cæteris ſapuiſſe laudãtur, ſicut paulo ante cõmemoraui, quòd diuinam prouidentiam hæc quoque rerum infima, atq; terrena adminiſtrare docuerint, numeroſarũ teſtimonio pulchritudinũm, quæ non ſolum in corporibus animaliũ, verumetiam in herbis, fœnoq; gignuntur, quanto euidentius hæc atteſtantur diuinitati, quæ ad horam prædicationis eius fiunt, vbi ea religio commendatur, quæ omnibus cœleſtibus, terreſtribus, infernisq; ſacrificari vetat, vni deo tantum iubens, qui ſolus diligens & dilectus, beatus facit, eorumq; ſacrificiorũ præfiniẽs tempora imperata, eaq; per meliorem ſacerdotẽ *in melius*

mutanda

G mutanda prædicens, non ista se appetere, sed per hæc alia potiora significare testatur, non vt ipse his honoribus sublimetur, sed vt nos ad eum colendum, eiq; cohærendum igne amoris eius accensi, quod nobis, non illi, bonum est, excitemur.

Contra eos qui, de miraculis, quibus dei populus eruditus est, negant ecclesiasticis libris esse credendum.

Caput XVIII.

AN dicet aliquis, ista falsa esse miracula, nec fuisse facta, sed mendaciter scripta? Quisquis hoc dicit, si de his rebus negat omnino vllis literis esse credendũ, potest etiam dicere, nec deos vllos curare mortalia. Non enim se aliter colendos esse persuaserunt, nisi mirabilibus operum effectibus, quorum & historia gentium testis est, quarum dij se ostentare mirabiles potius quàm vtiles ostendere potuere. Vnde hoc opere nostro, cuius hũc iam decimum librũ habemus in manibus, non eos suscepimus refellendos, qui vel vllam esse vim diuinã negant, vel humana nõ curare contendunt, sed eos qui nostro deo cõditori sanctæ & gloriosissimæ ciuitatis, deos suos præferunt, nescientes eum ipsum esse etiam mũdi huius visibilis, & mutabilis, inuisibilem & incõmutabilem conditorem,
H & vitæ beatę non de his, quæ cõdidit, sed de seipso, verissimum largitorẽ. Eius enim Propheta veracissimus
Psal. 72 ait: Mihi autem adhærere deo bonum est. De fine nãq; boni inter philosophos queritur, ad quod adipiscendũ, omnia officia referẽda sunt [a]. Nec dixit iste: Mihi autem nimis diuitiis abundare, bonum est: aut insigniri purpura & sceptro, vel diademate excellere: aut quod nonnulli etiam philosophorum dicere non erubuerũt, mihi voluptas corporis bonũ est: aut quod melius velut meliores dicere visi sunt, Mihi virtus animi mei bonum est: sed mihi, inquit, deo adhærere bonum est. Hoc eum docuerat, cui vni tantummodo sacrificandũ sancti quoque angeli legalium sacrificiorum [b] etiam cõtestatione monuerunt. Vnde etiam ipse sacrificium eius factus fuerat, cuius igne intelligibili correptus ardebat, & in eius ineffabilem incorporeumq; complexum sancto desiderio ferebatur. Porrò autem si multorum deorum cultores, qualescunq; deos suos esse arbitrentur, ab eis facta esse miracula, vel ciuilium rerũ
I historiæ, vel libris magicis, siue, quod honestius putãt, theurgicis credũt, quid causæ est, cur illis literis nolint credere, ista facta esse, quibus tãto maior debetur fides, quanto super omnes est magnus, cui vni soli sacrificãdum præcipiunt?

a AD quod adipiscendum, omnia officia referẽda sunt.) Officiorum Cicero, Stoicos sequutus, duo facit genera: alterum absolutum, quod pertinet ad virtutes illas absolutas, id est, ad sapiẽtiam, & proinde ad finem bonorũ, idq; Græci κατόρθωμα vocant: Latini rectum, aut recte factum, omnes numeros virtutis continens. Alterum officii genus positum est in præceptis vitæ cõmunis, cui probabilis ratio reddi potest, cur sic factũ sit potius, quàm aliter. Mediũ & cõmune hoc nominant, quod in vtranque partem, & sapiẽtiæ, & stultitiæ natura sua verti potest ab vtente: qualia sunt quæ in Repub. & vita priuata circa opes, honores, gloriam, & similia facimus. b Legalium sacrificiorum:) In antiquis exemplaribus legitur: Legalium miraculorũ. alibi, angeli eius miraculorum.

Officia.

Quæ ratio sit visibilis sacrificii quod uni uero & inuisibili deo offerri docet uera religio.

Caput XIX.

VI autem putant hæc visibilia sacrificia diis aliis congruere, illi vero tanquam inuisibili inuisibilia, & maiori maiora, melioriq; meliora, qualia sunt puræ mentis & bonæ voluntatis officia, profecto nesciunt hæc ita esse signa illorum, sicut verba sonantia signa sunt rerũ. Quo circa sicut orãtes atque laudantes ad eum dirigimus significantes voces, K cui res ipsas in corde quas significamus offerimus: ita sacrificantes non alteri visibile sacrificium offerẽdum esse nouerimus, quàm illi, cuius in cordibus nostris inuisibile sacrificium nosipsi esse debemus. Tunc nobis fauent, nobisq; congaudent [a] atque ad hoc ipsum nos pro suis viribus adiuuant angeli, quique virtutesq; superiores, & ipsa bonitate, ac pietate potentiores. Si autem illis hæc exhibere voluerimus, non libenter accipiunt, & cum ad homines ita mittũtur, vt eorum præsentia sentiatur, apertissime vetant. Sunt de his exempla in literis sanctis [b]. Putauerunt quidam deferendum Apoca. 19. & 22.
angelis honorẽ, vel adorando, vel sacrificando, qui debetur deo, & eorum sunt admonitione prohibiti, iussiq; sunt hęc ei deferre, cui vni fas esse nouerũt. Imitati sũt angelos sanctos, etiam sancti homines dei. Nam Paulus & Barnabas [c] in Lycaonia facto quodam miracu- Act. 14.
lo sanitatis, putati sunt dij, eisq; Lycaonij immolare victimas voluerunt, quod à se humili pietate remouẽtes, eisq; in quem crederent, annunciauerũt deum. Sed nec ob aliud fallaces illi superbe sibi hoc exigunt, nisi quia vero deo deberi sciunt. Non enim reuera, vt ait Porphyrius, & nõnulli putant, cadauerinis nidoribus, sed diuinis honoribus gaudẽt. Copiam vero nidorum magnam habent vndiq;, & si amplius vellent, ipsi sibi L
poterant exhibere. Qui ergo diuinitatem sibi arrogãt spiritus, non cuiuslibet corporis fumo, sed supplicantis animo delectantur, cui decepto subiectoq; dominẽtur, intercludentes iter ad deum verum, ne sit homo illius sacrificium, dum sacrificatur cuipiam præter illum.

a NObisq; congaudẽt.) Gaudere angelos dei, cum homines sancte viuunt etiam Christus testatur in Euangelio Luc. xv.
b Sunt de his exempla in literis sanctis.) Ioannes angelum ad se missum voluit adorare, & inhibitus est ab eo iubẽte deũ potius adorari, cuius ipse esset seruus conseruus Ioannis. Apocalyp. xix.
c Nam Paulus & Barnabas.) Hi cum in Lycaonia, quæ est Asiæ regio, legem domini populum docerẽt, claudo virtute dei erecto, pro diis sunt habiti. Barnabas pro Ioue, Paulus qui concionabatur pro Mercurio, qui sermoni præesse creditus est. Ita immolare eis parabant tanquam diis: quod Paulus & Barnabas magna indignatione prohibuerunt, veriti ne in se transferretur, quod vnius est dei. Actuum: xiiij.

De summo uerõque sacrificio, quod ipse dei & hominum mediator effectus est. Caput XX.

VNde verus ille mediator, inquãtum formam serui accipiens, mediator effectus est dei, & 1. Timot. 2 Philip. 2.
hominum homo Christus Iesus, cum in forma dei sacrificium cum patre sumat, cum quo & vnus M
deus est, tamen in forma serui sacrificium maluit esse, quàm sumere, ne vel hac occasione quisquã existimaret, cuilibet sacrificãdũ esse creaturæ. Per hoc & sacerdos est, ipse offerens, ipse & oblatio. Cuius rei sacramẽtum quotidianum esse voluit Ecclesiæ sacrificiũ, cum ipsius corporis ipse sit caput [a], & ipsius capitis ipsa sit corpus, tam ipsa per ipsum, quàm ipse per ipsam suetus offerri. Huius veri sacrificij multiplicia variaq; signa erant sacrificia prisca sanctorum, cum hoc vnum per multa figuraretur, tanquàm verbis multis res vna diceretur, vt sine fastidio [b] multum commendaretur. Huic summo veroq; sacrificio, cuncta sacrificia falsa cesserunt.

a CVm ipsius corporis ipse sit caput.) In lib. Colonien. & Brugensic legitur: Quæ cũ ipsius capitis corpus sit, seipsam per ipsum dicit offerre: tametsi non displicet, quod vulgo legitur.
b Vt sine fastidio.) Varietas enim adimit fastidium: quod etiã in loquentibus cõtingit, qui si idem bis codẽ repetãt modo, fastidio sunt, vt crãbe reperita, si centies, sed varie, gratiã no amittũt. De quo præcepta sunt in rhetoricis. Ac simile est, quod de cõuiuio sibi exhibito suillis carnibus varie conditis narrat Q. Flamminius apud Liuium. Itaque diuersa erant quæ rem eandẽ in lege vetere significarent, vt sine fastidio & intelligentes magis meliusq; venturæ salutis admonerentur, & rudes inter tot signa

a Sic & Victorianum nisi quòd pro dicit, legit discit.

A signa vnum saltem aliquod inuenirent, quo quid futurum promitteretur intelligerent.

De modo potestatis dæmonibus datæ ad glorificandos sanctos, qui pertulerunt iam passionẽ qui aëreos spiritus non placando ipsos, sed in deo permanendo uicerunt. Caput XXI.

NOderatis autem præfinitisq; temporibus, etiã potestas permissa dęmonibus, vt hominibus quos possident excitatis, inimicitias aduersus dei ciuitatem tyrannice exerceant, sibiq; sacrificia, non solum ab offerentibus sumant, & à volentibus expetãt, verumetiam ab inuitis persequendo violenter extorqueant, non solum perniciosa non est, sed etiam vtilis inuenitur Ecclesiæ, vt martyrum numerus impleatur, quos ciuitas dei, tanto clariores & honoratiores ciues
* †aliâs im pietatis peccatum. habet, quãto fortius aduersus impietatem potestatũ, *† etiam vsq; ad sanguinem certant. Hos multo elegantius si ecclesiastica loquendi consuetudo pateretur, nostros heroas vocaremus [a]. Hoc enim nomen à Iunone dicitur tractũ, quod Græce Iuno ἥρα appellatur: & ideo nescio quis filius eius [b] secundum Græcorum fabulas Heros fuerit nuncupatus, hoc videlicet veluti mysticũ
B significante fabula, quod aër Iunoni deputetur, vbi volũt cum dæmonibus heroas habitare, quo nomine appellant alicuius meriti animas defunctorũ. Sed à contrario martyres nostri heroës nuncuparẽtur, si, vt dixi, vsus ecclesiastici sermonis admitteret: non quod eis esset cum dęmonibus in aëre societas, sed quòd eosdem dæmones, id est, aëreas vincerent potestates: & in eis ipsam quicquid putatur significare Iunonem, quæ non vsquequaque incõuenienter à Poëtis inducitur inimica virtutibus, & cœlum petentibus viris fortibus [c] inuida. Sed rursus eis succumbit infœliciter, cedit q; Vergilius, vt cum apud eum illa dicat: Vincor ab Aenea, ip-
Aeneid. 7. sum Aeneam admoneat Helenus quasi cõsilio religioso, & dicat:
Aeneid. 3. Iunoni cane vota libens, dominamq; potentem [d]
Supplicibus supera donis [e]. Ex qua opinione Porphyrius, quanuis non ex sua sententia, sed ex aliorum, bonum dicit deum vel genium non venire in hominem, nisi malus fuerit ante placatus: tanquàm fortiora sint
C apud eos numina mala quàm bona: quandoquidẽ mala impediunt adiutoria bonorum, nisi eis placata dent locum, malisq; nolentibus bona prodesse non possunt: nocere autem mala possunt, non sibi valẽtibus resistere bonis. Non est ista vere veraciterq; sanctæ religionis via: nõ sic Iunonem, hoc est, aëreas potestates, piorum virtutibus inuidentes nostri martyres vincunt. Non omnino, si dici vsitate posset, heroës nostri supplicibus donis, sed virtutibus diuinis Heram superant. Commodius quippe Scipio [f] Aphricanus est cognominatus, quod virtute Aphricam vicerit, quàm si hostes donis placasset, vt parcerent.

a HEroas vocaremus,) Plato in Epinomide inter ordines deorũ, quosdam statuit dæmonibus aëreis minores, hominibus maiores: quos ἡμιθέους vocat, cosq; heroës esse non dubitãt: nam semideos illos nominant, generatõsque altero parẽte deo, altero mortali, vt ait idem Plato in Cratylo, quales sunt Hercules, Dionysius, Aeneas, Tyndaridæ, Aesculapius, Romulus: quo fit, vt quum altero parẽte sint deo, multi nolint eos homines dici, sed plus quàm homines, & minus quàm dæmones. cuius sententiæ est Iamblichus Pythagoricus. Hierocles Stoicus carmina, quæ Pythagoræ nomine circũferuntur, alij Philoai Pythagorici esse tradunt: illa igitur carmina enarrans ex Platonis, vt ait, sententia, genere dæmonum & angelos & heroës comprehendit: vt quantum ad cœlestes spectat, dicãtur angeli: quantũ ad terrestres, heroës: quantum ad medios, dæmones. Alios dicit indifferenter omnes illos angelos, dæmones & heroës nuncupare. Sed ex sententia Pythagoræ, inquit, heroës dæmones dici deorũ filios Et profecto ita sunt heroës dæmones, vt genus illud aureũ dæmones terrestres vocauit Hesiodus in Ἔργοις. Nam quartum genus hominum peius quidem illo aureo, sed tertio

Heroës & semidei.

tamen præstãtius heroës nominauit. homines autẽ tam hos quàm illos, D
& semideos nominat, dicens:
Ἀνδρῶν ἡρώων θῖον γένος, οἱ καλέονται
ἢ μιθεοι.
Diuinum genus heroum, cognomine dicti
Semidei. Heros.
Vt appareat eosdem esse, de quibus Plato loquitur. Hi enim sunt veteres illi venerabiliores & excellentiores hominibus, qui fatidica naue cũ Iasone nauigarunt, & qui militarũt ad Troiam. Nam Hesiodus ipse bella- Heroum.
ces fuisse dicit: idcirco iracundi & violenti sunt crediti, sicut Menander inquit, quod si quis transiret templum horum alicui sacrum, quod ἡρῶον dicebant, silentio, ac veneratione id fieri oportebat, ne in ira accenderetur heros, tumultúmque aliquem mouueret. Erant enim heroa per Græcia frequentia, id est, eximia virtute viris ædes erectæ. Cuiusmodi permultarũ Pausanias meminit, vt Vlyssi, & Tantalo, & Acrisio. Latini quoque, vt Plinius libro. xix. de heroo Sestico. Nomẽ herois Plato in Cratylo ab ἔρωτος deductum existimat, id est, ab amore: quod ex amore immortalis dei aduersus mortalem fœminã, aut immortalis fœminæ aduersus mortalem virum genitus videatur. Aut ab ἐρέω, quod est dicere, quòd oratores diserti fuerint, rexerintq; populos. Hierocles ab amõre quidem, cæterum nõ quòd amore sic geniti, sed quòd amore pleni sint, & electi amatores dei, nõsque ad similem amorem erigunt. Nam præfecti sunt hominibus, vt Iamblichus ait itidem Pythagoricus, eorũque munus est viuificare, ratiocinari, custodire animas, & eas è corporibus soluere. Sed has esse vires animi nostri, ideo illã esse sũã vnicuique dęmonẽ ostendimus. Alij ab ἤρας, quę est terra, heroas dictos existimãt, quasi terrestres dæmones. Sic enim animas optimorũ virorum corporibus functas nominauit
Hesiodus. Et Pythagoras, quum iubet τὰς τε κατακχθονίους σέβου δαίμονας, E
Terrenos venerare dęmonas. Interpres Homeri ab ἤρας mauult noũati ἢ ὅδε γῆ νῦν δὴ ἰάλεκτον. ἐκ δὲ φῶς γῆς ἐπλάσθη καὶ γένος ἐστὶ ἀνθρώπων. Est, inquit, Era terra secundum quandam linguã. Porrò è terra humanum genus est fictũ. Capella libro nuptiarum. ij. hoc totũ quicquid inter nos & lunam interpatet, locum esse ait deorum manũ, & regnum Ditis. Sed superiorem partem esse heroum, inferiorem manũ, heroẽsq; qui ἡμίθεοι dicuntur, animas cœlestes gerere, & sacras mentes, indutos humana forma, magnísque mundi cõmodis procreari, vt Herculẽ, Dionysium, Triptolemum. Hinc ab ἔρα id est, Iunone possunt videri nominati, quòd eius regnum est aër, quò animas fœlicium ire Pythagoricos credere Hierocles testatur, illis versiculis Pythagoræ siue Philolai:
Ἦμ δ' ἀπολείψας σῶμα ἐς αἰθέρ' ἐλεύθερον ἔλθῃς,
ἐσσεαι ἀθάνατος θεὸς ἄμβροτος, οὐκ ἔτι θνητός.
Hoc est:
Corpore deposito liberam si scandis in æthram,
Tunc deus æternus fies, mortalia linquens.
Verum à Platone marini diui nominantur, credo quòd cum crassiores illos putaret dæmonibus, hósque vere dixisset aëreos, par esse existimauit, eorum naturam rei crassiori, quàm sit aër attribuere, commodiorem aqua nullã inuenit. Est quoque ἥρα regina, & regnorum dea, dominámq; sępe Latini interpretantur, vt Vergilius in. iij. ita heroës, si ab hera sunt nuncupati, quasi principales & regij possunt intelligi. b Nescio quis filius eius.) Videor mihi de hoc in Græcorum commentariis legisse, nec satis tamen apud quẽ, memini. Fortunę plerunque hæc sunt, potius quàm vel eruditionis, vel diligẽtiæ, vt in præfatione dixi. c Et cœlum petentibus viris fortibus.) Vt Dionysio, Herculi, Aeneæ. d Dominamq; potentem.) Vertit id, quod modo dicebam de hera. Nam illa etiam inferna Proserpina, quæ à Charonte apud Vergilium lib. vj. domina nuncupatur, Iuno est inferna. Iuno enim superna est, quæ dicitur magna: & inferna, vt tradit Seruius. nam & ipse Dis pater Iuppiter infernus nominatur. Sic in nuptiis Orci & Proserpinæ turba illa vmbrarum silentum canit apud Claudianum libro secundo raptus Proserpinæ:
Nostra parens Iuno, túque ô germane tonantis
Et gener vnanimis consortia ducite somni,
Mutuáque alternis innectite colla lacertis.
Et apud Lucianum Protesilaus Diti ὦ δαίμων Ζεῦ, ὁ noster Iuppiter.
e Supplicibus supera donis.) Ostendit Poëta, inquit Donatus, maiores potentiæ inimicos obsequendo potius quàm resistendo posse superari. F
f Commodius quippe Scipio.) Primus imperator, qui ex prouincia à se deuicta cognomẽ reportauit, fuit P. Cornelius Scipio P. filius qui Hãnibale victo, & Aphrica subacta, Aphricanus est cognominat. Mox eius frater Lucius Antiocho superato, Asiaticus est dictus. Et loquor de imperatoribus: nã Gn. Martius à Coriolis expugnatis appellatus est Coriolanus: & de prouinciis, quoniam Sergius qui Fidenates vicit, dictus est Fidenas.

Scipio Aphricanus.

Vnde sit sanctis aduersum dæmones potestas, & unde cordis uera purgatio. Caput XXII.

VEra pietate homines dei aëream potestatem inimicam contrariamq; pietati exorcizando eiiciunt [a], non placando: omnes tentationes aduersitatesq; eius vincunt orando non ipsam, sed suũ deum aduersus ipsam. Non enim aliquem vincit, aut subiugat, nisi societate peccati. In eius ergo nomine vincitur, qui hominem assumpsit egitq; sine peccato: vt in ipso sacerdote ac sacrificio fieret remissio peccatorum: id est, per mediatorem dei & hominum hominem Christum Iesum: per quem facta peccatorũ purgatione

G gatione recóciliamur deo. Non enim nisi peccatis homines separantur à deo, quorũ in hac vita non fit nostra virtute, sed diuina miseratione purgatio: per indulgentiam illius, non per nostram potentiam: quia & ipsa quantulacunq; virtus, quæ dicitur nostra, illius est nobis bonitate concessa. Multum autem nobis in hac carne tribueremus, nisi vsque ad eius depositionem sub venia viueremus [b]. Propterea ergo nobis per mediatorem præstita est gratia: vt polluti carne peccati, carnis peccati similitudine mundaremur. Hac dei gratia, qua in nos ostendit magnam misericordiam suã, & in hac vita per fidem regimur, & post hanc vitam per ipsam speciem incommutabilis veritatis ad perfectionẽ plenissimam perducemur.

Exorcizare. a Exorcizãdo eiiciũt.) Ἐξορκίζω, adiuro. Sic Augustinus ἐξορκισμὸν, adiurationem vertit: & exorcistam, adiuratorem, qui immundũ spiritum adiurationibus pellit à catechumeno, antè quàm sacræ aquæ admoueatur: vt ipse docet in symbolo. Et est inter initiationes tertia, quę dicitur exorcistarum. Ordo est enim ex septem. De hoc & exorcismo ante baptismum tractat Petrus Lombardus lib. iiij. sententiarum Theologicarũ sectio. viij. &. xxiiij. b Sub venia viueremus.) Quia semper sub lege peccati, & obnoxij infirmitatibus, vitiisq;, ne quis se efferat. Nam quicquid bene agitur, aliũde est, nempe ex deo, cuius venia peccatum exuimus, & beneficio recte viuimus.

De principiis, in quibus Platonici purgationem animæ esse profitentur. Caput XXIIII.

H Dicit etiam Porphyrius diuinis oraculis fuisse responsum, non nos purgari lunæ teletis atq; solis: vt hinc ostẽderetur nullorum deorũ teletis hominẽ posse purgari. Cuius enim teletæ purgãt, si lunæ solisq; nõ purgãt, quos inter cœlestes deos prę cipuos habent? Deinde eodem dicit oraculo expressum principia posse purgare, ne forte cum dictum esset non purgare teletas solis, & lunæ, alicuius alterius dei de turba valere ad purgandum teletæ crederentur. Quæ autẽ dicat esse principia tãquam Platonicus, nouimus. Dicit enim deum patrem [a] & deum filium [b], quẽ Græce appellat paternum intellectum, vel paternam mentem: de spiritu autem sancto, aut nihil, aut non aperte aliquid dicit: quãuis quẽ aliũ dicat horũ mediũ, nõ intelligo. Si enim tertiam, sicut Plotinus [c] vbi de tribus principalibus substantiis disputat, animę naturam etiã istevellet intelligi, non vtique diceret horum medium:

I id est, patris, & filij medium. Postponit quippe Plotinus animæ naturam paterno intellectui: iste autẽ cum dicit medium, non postponit, sed interponit. Et nimirum hoc dixit vt potuit, siue vt voluit: quod nos spiritum sanctum, nec patris tantum, nec filij tantum, sed vtriusque spiritum dicimus. Liberis enim verbis loquuntur philosophi, nec in rebus ad intelligendũ difficillimis offensionem religiosarum auriũ pertimescũt. Nobis autem ad certam regulã loqui fas est [d], ne verborum licentia etiam de rebus, quæ his significantur, impiam gignat opinionem. Nos itaque ita non dicimus duo vel tria principia, cum de deo loquimur: sicut nec duos deos, vel tres nobis licitum est dicere: quãuis de vno quoque loquentes, vel de patre, vel de filio, vel de spiritu sancto, etiam singulum quenq; deum esse fateamur. Nec dicimus tamen quod hæretici Sabelliani [e] eundem esse patrem, qui est & filius: & eũdem esse spiritum sanctum, qui est & pater & filius: sed patrẽ esse filij patrem, & filium patris filium, & patris & filij spiritum sanctum, nec patrem esse, nec filium. Verũ itaq; dictum est non purgari hominẽ nisi principio, quãuis pluraliter apud eos sint dicta principia.

Trinitatẽ an norint philosophi a Dicit enim deum patrem.) Torquent se anxie permulti disputatione illa, nouerintne philosophi rationem aliquam diuinę trinitatis. Principio ne nobis quidem, quibus est mysterium regni apertũ, illuxit nisi radius quidam perexiguus illius immensæ lucis. Philosophi vero prisci si quid dixerunt quod ad hanc rem K faceret, tam obscurũ id fuit, vt locutos potius eos, quàm intellexisse existimare par sit. Arcana enim illa nihil eis retegi attinebat. Satis videtur fuisse ad vnitatem dei, & cunctipotentiam noscendam peruenisse: si quid de trinitate sunt locuti in testimonium venturę pietatis: dixisse ad sectatores suos magistrorũ sententia premẽdos. Aristoles scribit. j. lib. de cœlo & mundo, Pythagoricos in tribus posuisse perfectionem rerum, velut principio, medio, & fine: & in deorum sacris hunc numerum solitum vsurpari. vnde putantur esse illa verba magæ apud Theocritum Ἰυγ τρὶς ἐπὶ τοῖς πίνδω ὠ.κῶ τρὶς τάδε τοῖς τρίγυια φορῶ, sed Vergilius expressius:

Terna tibi hæc primum triplici diuersa colore.
Licia circundo, térque hæc altaria circum
Effigiem duco, numero deus impare gaudet.

Et princeps disciplinæ suæ Zẽno λόγον dicit fatum, & necessitatẽ, & deũ, & animum Iouis. Sed Plato apertius videtur locutus. Nam in sexto de Repu. Socrates quũ satis sibi de ipsius boni natura videretur disputasse, putarétque maiorem esse rem, quàm vt posset dicendo explicare, inquit, Ἀλλὰ ὦ μακάρ ἰοῦ ἄυτο μοὺ τί ποτ' ὄστ' τὸ ἀγαθὸμ, ἐάσωμ μὲν νῦν εἶναι. τὸ λέομ γάρ μοι φαίνεται ἢ ᾗ τὼν ᾗδὄσαμ ὀρθῶς μὲν ἐφικέᾶθ τοῦ γεὺ ὀκὄντος ἐμοὶ τὰ νῦν ὡς δὲ ἐκγονός τε τοῦ ἀγαθὄ φαίνεται, καὶ ὁμοιότατος ἐκείνῳ λέγεμ ἐθέλω. εἰ καὶ ἡμῖμ φίλομ, εἰ δὲ μή, ἐᾶμ. Verum quid ipsum bonum sit beati viri in aliud tẽpus differamus. Maius enim mihi videtur, quàm vt hac intentione animi cõsequi possimus. Quod vero hoc tempore malim explicare, illud est quid sit boni ipsius filius, simillimus illius. Si modo id quoque vobis libet. nam alioqui relinquamus. Hoc loco Glauco velle se declarat: nam dicendi de patre aliud futurum dicit commodius tempus. Tum Socrates de partu & filio boni disputaturum se præfatur, & post paucas interrogationes ait bonum esse solem quendam, filiũ eius L esse, velut vim videndi, quã à sole habemus, & in epistola ad Hermiam: Ἑπομνώτας σωσδήπε ἔμα μὴ ἀμόσῳ ᾧ τῇ φῇ σωσδήσ ἀδελφῇ παιδείᾳ καὶ τὸμ τῶ πάντωμ θεὸμ ἡγεμόνα τῶ τε ὄντωμ καὶ τῶ μελλόντωμ, τῶ τε ἡγεμόνος καὶ αἰτίου πατέρα κυρίομ ἐπομνύω. Iurãtes, inquit, studio musis apto & sorore studij eruditiõe, per deũ ducẽ omniũ, quæ sunt, queq; futurã sunt. Itidẽ per ducis & causæ omniũ patrem dominum. Et in Epinomide, λόγον τῶν πάντων θειότατον meminit, id est, sermonis omnium diuinissimi, à quo dicit mundum esse cõstitutum. De quo sunt ea, quæ sequuntur. Hunc sermonem vir sapiens, cum est admiratus accenditur amore, vt intelligat, quomodo futurus est beatus, & viuens, & post vitam. Nam illud λόγον non ad mundũ referunt multi, sed ad λόγον. Et sic nos vertimus lib. viij. de beatitudine secundum Platonem differentes. Plato igitur patrem apertis posuit verbis, filiũ quoque: at tertiũ illud nulla ratione vocis putauit posse enunciari. Et si in ordine gradibũsque diuinitatis mundi animã, quæ est tertia, & postrema à principio & filio principij mente profectam existimat. Animam vero mũdi si quis impensius Platoni faueret, posset facile defendere illum esse spiritum, qui ferebatur super aquas: quem videtur illi facere fusum per molem vniuersitatis omnibus vitam essentiãmque impartientẽ. Et hæc sunt in diuinitate terna, de quis ad Dionysium διυγματικῶς, vt præfatur, scribit. Circa omnium regem cuncta sunt & illius causa sunt omnia: eáque causa est bonorum omnium: secunda vero circa secunda, tertia circa tertia. Prætereo quæ sunt apud Mercurium, & ex hoc collecta apud Iamblichum: nam res nobis tota est cum Platonicis. Non possum tamen responsum Sarapidis præterire, qui consulenti Thuli, qui in Aegypto regnauit bello Troiano, quis nam esset se beatior, fertur dixisse:

Πρῶτα θεὸς, μετέπειτα λόγος, καὶ πνεῦμα σὺν αὐτοῖς. M
Σύμφυτα δὴ τρία, πάντα καὶ εἰς ἓμ ἴοντα.

Principio deus est, tum sermo, & spiritus istis
Additur, æquæua hæc sunt, & tendentia in vnum.

b Et deum filium.) Porphyrius sententiam Platonis explicans, vt Cyrillus contra Iulianum refert, tres substantias in essentia diuinitatis statuit, deum omnium maximũ atque optimum, deinde creatorem tertiũ animam mundi: nec vlterius deitatem progredi. creatorem Plato & Porphyrius πάτερ τῶν vocant: quod quãuis in tenebris, videntur tamẽ Poẽtę attigisse, cũ Mineruam suam ἀπὸ τοῦ νοῦ faciunt, sine matre, de illius vertice ac capite productam sapientiam ipsam. c Sicut Plotinus.) Hic scripsit librum de tribus personis siue substantiis, in quo primũ statuit æternum illud atque perfectum, quod secundum genuit & mentem æternam itidem & perfectam. Alio in loco patrem mentem nominat, vt interdum Plato fecit, sed ab eo manasse verbum: à quibus vniuersa sunt condita. Ita enim ait, in principio libri de prouidentia: οὕτω δὴ ἐκ τοῦ νοῦ καὶ ἀπὸ αὐτοῦ λόγου γενέσει τὸ ὃ τὸ πᾶμ, νῦ δ' ἔστι. Itaque à mẽte ipsa & ab eius sermone natũ hoc vniuersum & digestũ est. d Ad certam regulam loqui fas est.) Quasi ex religione, ex pietate est certo genere vti verborum, nec aliis. e Nec dicimus tamen quod hæretici Sabelliani.) Hi dicebant eandem esse patris & filij personam, fulti dicto illo Christi: Pater & ego vnum sumus.

De uno uerõque principio, quod solam naturam humanam purgat atque renouat. Cap. XXIIII.

Sed subditus Porphyrius inuidis potestatibus, de quibus & erubescebat, & eas libere redarguere formidabat, noluit intelligere dominum Iesum Christum esse principium, cuius incarnatione purgamur. Eum quippe in ipsa carne contempsit, quam

A psit, quam propter sacrificiũ nostrę purgationis assumpsit, magnum scilicet sacramentum ea superbia nõ intelligens, quam sua ille humilitate deiecit, verus benignusq; mediator: in ea se ostendẽs mortalitate mortalibus, quam maligni fallacesq; mediatores nõ habẽdo se superbius extulerunt, miserisq; hominibus adiutoriũ deceptoriũ velut immortales mortalibus promiserũt. Bonus itaque verusq; mediator ostendit peccatum esse malũ, nõ carnis substãtiã, vel naturã, quę cũ anima hominis & suscipi sine peccato potuit, & haberi, & morte deponi, & in meliõ resurrectiõe mutari: nec ipsã mortẽ, quãuis esset pœna peccati, quã tamen pro nobis sine peccato ipse persoluit, peccando esse vitandam, sed potius si facultas datur pro iustitia perferẽdã. Ideo enim soluere potuit moriendo peccata: quia & mortuus est, & non pro suo peccato. Hunc ille Platonicus non cognouit esse principium, nam agnosceret purgatorium. Neque enim caro principium est, aut anima humana, sed verbum per quod facta sunt omnia. Nõ ergo caro per seipsam mũdat, sed per verbum à quo suscepta est, Iohan. 1. cum verbũ caro factum est, & habitauit in nobis. Nã de carne sua manducanda mystice loquẽs, cum hi qui Iohan. 6. non intellexerunt offensi recederent, dicentes: Durus est hic sermo, quis eum potest audire? Respõdit manẽtibus cæteris: Spiritus est qui viuificat, caro nõ prodest B quicqaam. Principium ergo suscepta anima & carne, & animam credentium mundat & carnem. Ideo quærentibus Iudæis quis esset, respõdit se esse principium [a]. Iohan. 8. Quod vtiq; carnales infirmi peccatis obnoxij, & ignorantiæ tenebris obuoluti, nequaquam percipere possemus, nisi ab eo mundaremur atque sanaremur, per hoc quod eramus, & non eramus. Eramus enim homines, sed iusti non eramus. In illius autem incarnatione natura humana erat, sed iusta, non peccatrix erat. Hęc est mediatio, qua manus lapsis iacentibusq; porrecta est: hoc est semen dispositum per angelos, in quorum edictis & lex dabatur, qua & vnus deus coli iubebatur, & hic mediator venturus promittebatur.

Principiũ. a Respondit se esse principium.) Græce est: τὴν ἀρχήν. Augustinus principium vult esse filium, sed non aliud principium quàm patrem, vt nec alium deũ, idq; putat significari per τὴν ἀρχήν. De qua re Laurentius & Erasmus ex ratione vocis disputant, non posse τὴν ἀρχὴν esse nomen, sed aduerbium: vt sit primum, vel principio. Et profecto, vt quod ipse sentio, paucis dicam: tametsi obscura est hæc loquẽdi formula, ac nescio an ex Hebraïsmo petita, vt alia in nouo instrumento complura, tamen non videtur Christus significare se principium esse. Sed quum rogatus quis esset, nulla se nominis ratione posset ad captum duntaxat illorum explicare, considerãdũ vniuscuiusque animo reliquit, qualem existimaret esse, non quem videret, sed cuius verba audiret: qualem illum, qui corpore, quem cerneret, contectus, talia proferret. Erat enim deus humana facie latens, qui loquebatur, à quo magna illa proficiscebantur, & admirabilia. Itaque ait principio ego sum ille, C qui mortali corpore velut instrumento vtens loquor vobis: non iam per angelum iubens, sed per meipsum. Itaque hæc respõsio nõ est illius olim exhibitæ Mosi absimilis, ἐγώ εἰμί ὢν. Ego sum ens. nisi quòd illa erat maiestatis dei, & essentiæ eius simplicis: hæc recentior dei, qui humanã sibi formam adiunxerat.

Omnes sanctos & sub legis tempore, & sub prioribus seculis in sacramẽto & fide Christi iustificatos fuisse. Caput XXV.

Vius sacramẽti fide etiam iusti antiqui mũdari pie viuendo potuerunt: non solum ante quàm lex populo Hebræo daretur, neq; enim eis prędicator deus vel angeli defuerũt, sed ipsius quoque legis temporibus, quanuis in figuris rerum spiritalium habere viderentur promissa carnalia, ὅ propter ὅ quod vetus dicitur testamentũ. Nam & prophetæ tunc erãt, per quos sicut, & per angelos eadẽ promissio prædicata est, & ex illorum numero erat, cuius tam magnam diuinamq; sentẽtiã de boni humani fine paulo D antè cõmemoraui: Mihi autem adhærere deo bonum est. In quo plane Psalmo [a] duorum testamentorũ, quæ Psal. 72. dicuntur vetus & nouum, satis est declarata distinctio. Propter carnales enim terrenasq; promissiones, cũ eas impiis abundare cõspiceret, dicit pedes suos penè fuisse commotos [b], & effusos in lapsum propémodũ gressus suos, tanquam frustra deo ipse seruisset, cum ea fœlicitate, quam de illo expectabat, contemptores eius florere perspiceret, seq; in rei huius inquisitione laborasse, volentem cur ita esset apprehendere, donec intraret in sanctuarium dei, & intelligeret nouissima eorum, qui fœlices videbantur, errare. Tunc eos intellexit [c] in eo quod se extulerunt, sicut dicit fuisse deiectos & defecisse, ac perisse propter iniquitates suas, totumq; illud culmen temporalis fœlicitatis ita eis factũ, tãquam somnium euigilantis, qui se repente inuenit suis quæ somniabat fallacibus gaudiis destitutum. Et quoniã in hac terra vel ciuitate terrena, magni sibi videbantur: Domine, inquit, in ciuitate tua imaginẽ illorũ ad nihilũ Psal. 72. rediges. Quid huic tamẽ vtile fuerit, etiam ipsa terrena non nisi ab vno vero deo quærere, in cuius potestate sunt omnia, satis ostendit, vbi ait: Velut pecus fa- E ctus sum apud te, & ego semper tecum. Velut pecus dixit, vtiq; non intelligens. Ea quippe à te desiderare debui, quę mihi cum impiis non possunt esse communia: quibus eos cum abundare cernerẽ, putaui me incassum tibi seruisse, quando & illi hęc haberent, qui tibi seruire noluissent. Tamen ego semper tecum, qui etiã in taliũ rerũ desiderio deos alios nõ quæsiui. Ac per hoc sequitur: Tenuisti manum dexteræ meæ, & in voluntate tua deduxisti me, & cum gloria assumpsisti me: tanquã ad sinistram cuncta illa pertineãt, quæ abundare apud impios cũ vidisset, pene collapsus est. Quid enim mihi est, inquit, in cœlo, & à te quid volui super terram? Reprehẽdit seipsum, iusteq; sibi displicuit: quia cum tam magnum bonũ haberet in cœlo, quod post intellexit, rem transitoriam, fragilem, & quodãmodo luteam fœlicitatem à suo deo quęsiuit in terra. Defecit, inquit, cor F meum [d], & caro mea deus cordis mei: defectu vtiq; bono ab inferioribus ad superna. Vnde in alio Psalmo dicitur: Desiderat & deficit anima mea in atria do- Psal. 83. mini. Item in alio: Defecit in salutare tuũ anima mea. Psal. 118. Tamen cum de vtroq; dixisset, id est, de corde & carne deficiente, non subiecit: Deus cordis mei & carnis meæ, sed deus cordis mei. Per cor quippe caro mundatur. Vnde dicit dominus: Mundate quæ intus sunt, & Mat. 23. quæ foris sunt munda erunt. Partem deinde suam di- Psal. 72. cit ipsum deum non aliquid ab eo, sed ipsum. Deus, inquit, cordis mei, & pars mea deus in secula. Quod inter multa quæ ab hominibus eliguntur, ipse illi placuerit eligendus. Quia ecce, inquit, qui se longe faciunt [e], à te peribũt: perdidisti omnem qui fornicatur abs te [f]: hoc est, qui multorum deorum vult esse prostibulũ. Vnde sequitur illud propter quod & cætera de eodẽ Psalmo dicenda visa sunt: Mihi autem adhærere deo bonũ est: non longe ire, nõ per plurima fornicari. Adhærere autem deo tunc perfectum erit, cum totum quod liberãdum est, fuerit liberatum. Nunc vero fit illud, quod sequitur: Ponere in deo spem meã. Spes enim quæ videtur, non est spes. Quod enim videt quis, quid sperat? ait Roma. 8. Apostolus. Si autem quod non videmus, speramus, per patientiam expectamus. In hac autem spe nũc constituti agamus quod sequitur: & simus nos quoq; pro modulo nostro angeli dei, id est nuncij eius, annunciantes eius voluntatem, & gloriã gratiamq; laudantes. Vnde cum di-

G cum dixisset: Ponere in deo spem meã: addidit, vt annunciem omnes laudes tuas in portis filiæ Sion. Hæc est gloriosissima ciuitas dei, hæc vnum deum nouit & colit: hanc angeli sancti annunciauerunt, qui nos ad eius societatem inuitauerũt, ciuesq; suos in illa esse voluerunt: quibus nõ placet, vt eos colamus tanquam nostros electos deos, sed cũm eis & illorũ & nostrũ deũ: nec eis sacrificemus, sed cum ipsis sacrificiũ deo simus. Nullo itaque dubitante, qui hæc deposita maligna obstinatione cõsiderat, omnes immortales beati, qui nobis non inuident: neq; enim si inuiderent, essent beati, sed potius nos diligũt, vt & nos cum ipsis beati simus: plus nobis fauent, plus adiuuant, quando vnum deum cum illis colimus, patrem & filium, & spiritũ sanctũ, quàm si eosipsos per sacrificia coleremus.

a IN quo plane Psalmo.) Hic est Psalmus. lxxij. sublimis diuinusq; solutione veteris philosophorum quæsiti, cur præsidente vniuersitati mundi deo sapientissimo & optimo, malis bona, & cõtrà bonis mala cõtingũt? Vnde est illud dilemma Epicureorum: Si deus est, vnde mala? si nõ est, vnde bona? August. aliquot eius versus enarrat: nos seruata instituta breuitate nonnulla interdũ adiiciemus. b Pedes suos penè fuisse cõmotos.) Vel cõcussos indignitate rei, & cõmotione animi, vel ad transeũdũ in alteram viã, quũ suspicaretur parũ se hac profecisse. c Tũc eos intellexit.) Omnia in futurum seruãtur operta, inquit Sapiens. Tunc bonis proderit bene vixisse, malis oberit vixisse male: tunc bonis euenire bona, malis mala liquebit. nam ea demum vera sunt, & bona & mala.

H d Defecit, inquit, cor meum.) Hoc est optimi & sanctissimi viri, vt deficientibus in eo corpore, viribus, robore, cõsilio, supersit tamen semper religio, & sit pars eius deus in æternum: abeuntibũsque cæteris rebus, solus deus in eo remaneat. Hoc quantum nobis videtur Augu. loquitur de defectu animæ, & velut exanimatione, quæ ex desiderio rerum cœlestiũ nascitur. Languet enim animus amans, & subinde linquitur virtute sua: quum de re quam amat, impense cogitat, aliter quoque sic, vt vires & cõsilium circa res seculi destituant bonũ virum, hæreat tamen semper illius menti deus, & spretis contentisq; omnibus, tum corporis dotibus, tũ fortuitis, vnica hæreditas, & solæ illius opes sint deus. e Quia ecce, inquit, qui se longe faciunt. Bonum est ergo hærere illi, à quo si quis abscesserit, periit. f Perdidisti omnem qui fornicatur abs te.) Debet esse anima nostra vni deo dicata, & illius sponsa: quod si adulteretur, vt se ad curas cupiditatesq; rerum mundi abiecter, deo neglecto, tanquam in pudica mulier à viro reiicitur, & repudiatur. hic est interitus animæ, quum à vita sua discedit.

De inconstantia Porphyrii inter confessionem ueri dei & cultum dæmonum fluctuantis. Caput XXVI.

NEscio quomodo quantum mihi videtur, pro amicis suis theurgis erubescebat Porphyri[a] Nam ista vt cunque sapiebat, sed cõtra multorum deorum cultum deum verum nõ libere defendebat. Et angelos quippe alios esse dixit, qui deorsum descendentes, hominibus theurgicis diuina pronuncient: alios autem qui in terris ea quæ patris sunt, & altitudinem eius profunditatemq; declarent. Num igitur hos angelos, quorum ministerium est declarare volũtatem patris, credendum est velle nos subdi, nisi ei, cuius nobis annunciant voluntatem? Vnde optime admonet etiã ipse Platonicus imitãdos eos potius, quàm inuocãdos. Non itaque debemus metuere, ne immortales & beatos vni deo subditos, non eis sacrificãdo offendamus. Quod enim non nisi vni vero deo deberi sciũt, cui & ipsi adhærẽdo beati sunt: proculdubio neq; per vllam significantem figuram, neque per ipsam rẽ, quæ sacramentis significatur, sibi exhiberi volunt. Dæmonum est hæc arrogantia superborum atque miserorum, à quibus longe diuersa est pietas subditorum deo, nec aliunde quàm illi adhærendo beatorum. Ad quod bonum percipiendum, etiam nobis syncera benignitate oportet vt faueant: neque sibi arrogent, quo eis subiiciamur: sed eum annũcient, sub quo eis in pace sociemur. Quid adhuc trepidas ô philosophe aduersus potestates, & veris virtutibus, & veri dei muneribus inuides habere liberam vocem? Iam dixisti angelos[a], qui patris annunciant voluntatẽ, ab eis angelis esse diuersos, qui ad theurgicos homines, nescio qua deducti arte, descẽdũt. Quid adhuc eos honoras, vt dicas pronũciare * diuina? Quę tanden diuina pronunciant, qui nõ voluntatem patris nunciant? Nempe illi sunt, quos sacris precibus[b] inuidus alligauit, ne præstarent animæ purgationem: nec à bono, vt dicis, purgare cupientes ab illis vinculis solui, & suæ potestati reddi potuerũt. Adhuc dubitas hæc maligna esse dæmonia: vel te fingis fortasse nescire, dum nõ vis theurgos offendere, à quibus curiositate deceptus, ista perniciosa & insana pro magno beneficio didicisti. Audes istam inuidiam, non potentiam, sed pestilentiam, & non dicam dominam, sed quod tu fateris ancillam potius inuidorũ, isto aẽre transcenso leuare in cœlum, & inter deos vestros etiã sydereos collocare, vel ipsa quoque sydera his opprobriis infamare.

K

*aliàs, pronũciare, ut mox aliquoties.

a IAm dixisti angelos.) In antiquis codicibus sic habetur: Iam distinxisti angelos, qui patris annunciant voluntatem, ab eis angelis, qui ad theurgicos, & idem vtrobique significatur. b Nẽpe illi sunt, quos sacris precibus.) Nam antea dictum est impediri bonum dæmonem à malo: nec venturũ hunc, nisi prius ille propitiatus discedat. Et de Chaldæo narrauit, cuius purgationem inuidus quidam impediuit.

De impietate Porphyrii, qua etiam Apulei transcendit errorem. Caput XXVII.

L

QVanto humanius & tolerabilius cõsectaneus tuus Platonicus Apuleius errauit, qui tãtummodo dæmones à luna, & infra ordinatos agitari morbis passionum mentisq; turbelis, honorans quidem eos, sed volens nolensq; confessus est: deos tamen cœli superiores ad ætherea spatia pertinentes: siue visibiles, quos conspicuos lucere cernebat, solem, ac lunam, & cętera ibidem lumina: siue inuisibiles, quos putabat ab omni labe istarũ perturbationũ alienos, quãta potuit disputatione discreuit. Tu autẽ didicisti hoc nõ à Platone, sed à Chaldęis magistris tuis, vt in ęthereas vel empyreas mundi sublimitates, & firmamenta cœlestia extolleres vitia humana, vt possent dij vestri theurgis pronunciare diuina, quibus diuinis te tamen per intellectualem vitam facis altiorem, vt tibi videlicet tanquam philosopho theurgicæ artis purgationes nequaquam necessariæ videantur, sed aliis eas tamen importas: vt hanc veluti mercedem reddas magistris tuis, quod eos qui philosophari non possunt, ad ista seducis, quæ tibi tanquam superiorum capaci esse inutilia confiteris, vt videlicet quicunq; à philosophiæ virtute remoti sint, quę ardua nimis, atque paucorum est, te authore theurgicos homines, à quibus non quidẽ in anima intellectuali, verum saltem in anima spiritali purgentur, inquirant. Et quoniam istorum quos philosophari piget, incomparabiliter maior est multitudo, plures ad secretos & illicitos magistros tuos, quàm ad scholas Platonicas venire cogãtur. Hoc enim tibi immundissimi dæmones, deos æthereos se esse fingentes, quorum prædicator & angelus factus es, promiserunt: quod in anima spiritali theurgica arte purgati, ad patrem quidem non redeunt, sed super aëreas plagas inter deos æthereos habitabunt. Non audit ista hominũ multitudo, propter quos à dæmonum dominatu liberandos Christus aduenit. In illo enim habent misericordissimam purgationem, & mẽtis & spiritus, & corporis sui. Propterea quippe totum hominem sine peccato ille suscepit, vt totum, quo cõstat homo, à peccatorum peste sanaret. Quem tu quoq; vtinã cognouisses, eiq; te potius, quàm vel tuæ virtuti, quę humana fragilis & infirma est, vel perniciosissimæ curiositati sanã-

M

dum tu-

A dum tutius cõmisisses. Non enim te decepisset, quẽ vestra, vt tu ipse scribis, oracula[a] sanctũ immortalemq; confessa sunt. De quo etiam Poëta nobilissimus, poëtice quidem, quia in alterius adumbrata persona: veraciter tamen, si ad ipsum referas, dixit.

Vergil. in Buc. æglo. 4.

Te duce, si qua manent[b] sceleris vestigia nostri,
Irrita perpetua soluent formidine terras.

Ea quippe dixit, quæ etiam multum proficientium in virtute iustitiæ possunt, propter huius vitæ infirmitatẽ, & si non scelera, scelerum tamen manere vestigia, quæ non nisi ab illo saluatore sanantur; de quo iste versus expressus est. Nã hoc vtiq; [c] nõ à seipso dixisse Vergilius in æglogæ ipsius quarto fermè versu ĩdicat, vbi ait:

Vltima Cumæi venit iam carminis ætas.

Vnde hoc à Cumæa Sibylla dictum esse lincunctanter apparet. Theurgi vero illi, vel potius dæmones, deorũ species, figuraq; fingentes, inquinãt potius, quàm purgant humanum spiritum falsitate phantasmatũ, & deceptoria vanarum ludificatione formarũ. Quomodo enim purgent hominis spiritum, qui immundum habent proprium? Alioquin nullo modo carminibus inuidi hominis ligarentur: ipsumq; inane beneficiũ quod

B præstaturi videbantur, aut metu premerent, aut simili inuidẽtia denegarent. Sufficit, quod purgatione theurgica, neq; intellectualem animam, hoc est mẽtem nostram, dicis posse purgari, & ipsam spiritalẽ, id est, nostræ animæ partem, mente inferiorẽ, quã tali arte purgari posse asseris, immortalen tamẽ, æternãq; nõ posse hac arte fieri confiteris. Christus autem vitã promittit æternã: vnde ad eum mũdus, vobis quidem stomachãtibus, mirantibus tamen, l videntibus l stupentibusq;, cõcurrit. Quid enim prodest[d], quia negare non potuisti intantũ à te ipso dissentire videris, vt primum doceas errare † homines theurgica disciplina, & quãplurimos fallere per cæcam, insipientemq; sententiam, atque esse certissimum errorem, agendo, & supplicando ad principes, angelosq; decurrere. Et rursum quasi ne operam perdidisse videaris ista dicendo, mittis homines ad theurgos, vt per eos animæ spiritales purgentur illorũ qui non secundum intellectualẽ animam viuunt.

D

E

† aliàs, Quid prodest quod negare nõ potuisti errare &c.

a QVem vestra, vt tu ipse scribis, oracula.) De hoc libro vigesimo. b Te duce, si qua manent.) De Asinio Pollione cõsule ad bella ciuilia refert Seruius, vt futurus sit illo consule finis eorum, soluantúrque terræ perpetua eorum formidine, sed diuturna fuerunt post eum qui fuit consul cum Gn. Domitio Aenobar. num. IIII. anno triumuiratus. c Nam hoc vtique.) Tota illa ægloga sumpta est de carminibus Sibyllinis, quæ cum essent de Christo dicta, tempũsque esset ænigmatis quibusdam subsignificatum, eãque intelligeret Verg. & videret aduentare, de aliquo ex principibus Ro. existimabat esse dicta, & hui[a] Pollionis filio Solonino attribuit. d Quid enim prodest.) Alibi sic: quod quia negare non potuisti errare homines etiam, sed sic melius: Quod quia negare non potuisti intantum à teipso dissentis vt primum doceas.

C

Quibus persuasionibus Porphyrius obcæcatus non potuerit ueram sapiẽtiam, quæ est Christus, agnoscere. Caput XXVIII.

MIttis ergo homines in errorem certissimum. Neq; hoc tantum malũ te pudet[a], cum virtutis & sapientiæ te profitearis amatorẽ. Quã si vere ac fideliter amasses, Christum dei virtutem & dei sapiẽtiam cognouisses: nec ab eius saluberrima humilitate[b] tumore inflatus vanæ scientiæ resiluisses. Confiteris tamen etiam spiritalem animã sine theurgicis artibus & sine teletis, quibus frustra discendis elaborasti, posse continentiæ virtute purgari[c]. Aliquando etiã dicis, quod teletæ non post mortẽ eleuant animã vt iã: nec eidem ipsi quã spiritalem vocas aliquid post huius vitę finẽ prodesse videantur: & tamen versas hæc multis modis, & repetis[d], ad nihil aliud, quãtum existimo, nisi vt talium quoq; rerũ quasi peritus appareas, & placeas illicitarum artium curiosis, vel ad eas facias ipse curiosos. Sed bene est, quod metuendã dicis hanc artẽ vel legum periculis[e], vel ipsius actionis[f]. Atq; vtinam hoc saltem abs te miseri audiant, & inde ne illic absorbeantur abscedant, aut eò penitus non accedant. Ignorantiam certe & propter eã multa vitia per nullas teletas purgari dicis, sed per solum παραμόνον νοῦν, * id est, paternã mentem siue intellectũ, qui paternę est voluntatis conscius. Hunc autem Christũ esse non credis, cõtemnis enim eum propter corpus ex fœmina acceptũ, & propter crucis opprobriũ, excelsam videlicet sapientiam, spretis atq; abiectis infimis, idoneus de superioribus carpere. At ille implet, quod Prophetæ sancti de illo veraciter prædixerunt: Perdam sapientiam sapiẽtium, & prudentiã prudentiũ reprobabo. Nõ enim suã in eis perdit & reprobat, quam ipse donauit, sed quam sibi arrogant, qui non habent ipsius. Vnde commemorato isto prophetico testimonio, sequitur & dicit Apostolus: Vbi sapiens? vbi scriba? vbi conquisitor huius seculi? Nónne stultã fecit deus sapientiam huius mũdi? Nam quoniam in dei sapientia non cognouit mũdus per sapiẽtiam deum, placuit deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes. Quoniamquidem Iudæi signa petunt, & Græci sapientiã quærunt. Nos autẽ prædicamus, inquit, Christum crucifixum: Iudæis quidem scandalum gẽtibus autem stultitiã. Ipsis vero vocatis[h] Iudæis & Græcis, Christum dei virtutem & dei sapientiam: quoniam quod stultum est dei[i], sapientius est hominibus: & quod infirmũ est dei, fortius est hominibus. Hoc quasi stultum & infirmum tanquam sua virtute sapiẽtes fortesq; contẽnunt. Sed hæc est gratia, quę sanat infirmos, nõ superbe iactãtes falsam beatitudinẽ suam, sed humiliter potius verã miseriã cõfitẽtes.

1. Cor. 1.

*aliàs, πάνοπτον νοῦν

Abdiæ. 1.

1. Cor. 1.

a NEque hoc tantum malum te pudet.) Vetus loquendi mos, sed quem etiam recẽtiores vsurparunt. b Nec ab eius saluberrima humilitate.) Fuit enim prius imbutus pietate nostra, à qua postea defeciuit, magnáque rabie in eam inuectus est.

c Posse continentiæ virtute purgari.) In libris de abstinentia animalium scribit, continentia & frugalitate vitæ mentem humanã efferri, ac deo coniungi. Sed hęc elegantius Plato & doctius in Charmide: quo loco docet, curationem animæ temperãtia fieri, eamq; vnicam esse animi affecti medelam, nec aliis incantationibus sordes animi elui. d Et tamen versas hæc multis modis & repetis.) Ea est Porphyrij πανοπτία plenissima fastidij & nauseæ quam licet vel ex quinque eius vocibus intelligere quæ sunt in omniũ manibus. e Vel legum periculis.) Nam & Plato de ea cauit. Et leges ciuiles pœnas illi constituerunt. f Vel ipsius actionis.) Nã periculosa res est, nisi rite exerceatur. Irritãtur enim dæmones, & magna inferunt mala imperite excãtanti: quod multis horrendis exemplis ostenderunt, quippe amant perfectam impietatẽ, à qua difficilis sit in pietatẽ recursus, ideo terroribus ad eã homines impellũt. g Vbi conquisitor huius seculi.) De philosophis intellige, qui maximo studio res naturæ conquisierunt. Græce est, συζητητὴς, quod etiam disputatorem sonat, vt ad molestas illas & immodicas philosophorum disputationes referatur. h Ipsis vero vocatis.) Vocatis ad pietatem, & destinatis ciuibus regni. i Quoniam quod stultum est dei.) Vulgarius crucem appellat insipientẽ, vtpote quæ insipiens sit visa, hæc tamen est hominibus sapientior. Siquidem philosophos constat frigidis & inutilibus rebus vacasse, crucem vero mũdo peperisse salutem. Et quod dei est, eo videtur infirmius: quia ex impotentia quadam visus sit cruci affixus, sed id longe est hominibus fortius. Nec ob id solum, quia quo magis annitentibus multis huius nomẽ exinguere, eo plurimum pollet & floret, sed quia per hunc, qui sit visus infirmior, fortis dæmon ille vinctus est & coërcitus.

De incarnatione domini nostri Iesu Christi, quam confiteri Platonicorum erubescit impietas. Caput XXIX.

PRædicas patrẽ & eius filiũ, quẽ vocas paternũ intellectum, seu mentẽ: & horũ mediũ, quem putamus te dicere spiritum sanctum, & more vestro appellas tres deos. Vbi, etsi verbis ĩdisciplinatis vtimini, videtis tamẽ qualitercũq;, & quasi per quædã

m tenuis

G tenuis imaginationis vmbracula, quo nitdũ ſit: ſed incarnationẽ incõmutabilis filij dei, qua ſaluamur, vt ad illa quæ credim[9], vel ex quãtulacũq; parte intelligim[9], peruenire poſſimus, non vultis agnoſcere. Itaq; videtis vtcunq;, etſi de longinquo, etſi acie caligante, patriã, in qua manendum eſt, ſed viam qua eundum eſt, non tenetis. Confiteris tamen gratiam, quãdoquidem ad deũ per virtutem intelligentiæ peruenire, paucis dicis eſſe cõceſſum. Non enim dicis, paucis placuit, vel pauci voluerunt, ſed cum dicis eſſe conceſſum, proculdubio dei gratiam, non hominis ſufficientiã cõfiteris. Vteris etiã hoc verbo apertius, vbi Platonis ſententiam [a] ſequens, nec ipſe dubitas, in hac vita hominem nullo modo ad perfectionem ſapientiæ peruenire, ſecũdum intellectũ tamen viuentibus omne quod deeſt, prouidẽtia dei, & gratia poſt hanc vitam poſſe cõpleri. O ſi cognouiſſes dei gratiam per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum, ipſamq; eius incarnationem, qua hominis animã corpuſq; ſuſcepit, ſummum eſſe exemplũ gratię videre potuiſſes. Sed quid faciã? Scio me fruſtra loqui mortuo: ſed quantum ad te attinet. Quãtum autem ad eos, qui te magnipendunt, & te vel qualicunq; amore ſapiẽtiæ, vel curioſitate artium, quas non debuiſti diſcere, diligunt: quos potius in tua compellatione alloquor, fortaſſe non fruſtra. Gratia dei non potuit gratius cõmẽdari, quàm vt ipſe vnicus dei fili[9] in ſe incõmutabiliter manẽs, indueretur hominẽ, & ſpẽ dilectionis ſuę daret hominibus, homine medio: qua ad illũ ab hominibus veniretur, qui tã lõge erat immortalis à mortalib[9], incõmutabilis à cõmutabilibus, iuſtus ab impiis, beatus à miſeris. & quia naturaliter indidit nobis, vt beati immortalesq; eſſe cupiam[9], manẽs beat[9] ſuſcipiẽsq; mortalẽ, vt nobis tribueret quod amamus, perpetiẽdo docuit cõtẽnere quod timem[9]. Sed huic veritati, vt poſſetis acquieſcere, humilitate opus erat, quæ ceruici veſtrę difficillime perſuaderi poteſt. Quid enim incredibile dicitur, præſertim vobis qui talia ſapitis, quibus ad hoc credendum voſipſos admonere debebatis? quid inquã vobis incredibile dicitur, cum deus dicitur aſſumpſiſſe humanam animam, & corpus? Vos certe tantum tribuitis animæ intellectuali, quæ anima vtiq; humana eſt, vt eam conſubſtantialem paternæ illi menti, quem dei filium cõfitemini, fieri poſſe dicatis? Quid ergo incredibile eſt, ſi aliqua vna intellectualis anima modo quodam ineffabili & ſingulari, pro multorũ ſalute ſuſcepta eſt? Corpus vero animæ cohęrere, vt homo totus & plenus ſit, natura noſtra ipſa teſte cognoſcimus. Quod niſi vſitatiſſimũ eſſet, hoc profecto eſſet incredibilius. Facilius quippe in fidem recipiendum eſt: & ſi humanum diuino, & ſi mutabile incommutabili, tamen ſpiritũ ſpiritui, aut vt verbis vtar, quæ in vſu habetis, incorporeum incorporeo, quàm corpus incorporeo, cohęrere. An forte vos offendit inuſitatus corporis partus ex virgine? Neque hoc debet offendere, imò potius ad pietatem ſuſcipiendam debet adducere, quod mirabilis mirabiliter natus eſt. An vero, quod ipſum corpus morte depoſitũ, & in melius reſurrectione mutatũ, iã incorruptibile atq; immortale in ſuperna ſubuexit? Hoc fortaſſe credere recuſatis, intuẽtes Porphyrium in his ipſis libris, ex quibus multa poſui, quos de regreſſu animæ ſcripſit, tã crebro præcipere, omne corpus eſſe fugiendum, vt anima poſſit beata permanere cum deo. Sed ipſe potius iſta ſentiens corrigendus fuit, prę ſertim cum de anima mundi huius viſibilis, & tam ingẽtis corporeæ molis, cum * illo tam incredibilia ſapiatis. Platone quippe authore [b], animal eſſe dicitis mundum, & animal beatiſſimum, quod vultis eſſe etiã ſempiternum. Quomodo ergo nec vnquam ſoluetur à corpore, nec vnquam carebit beatitudine, ſi vt anima beata ſit, corpus eſt omne fugiendum? Solem quoq; iſtũ & cætera ſydera, non ſolũ in libris veſtris corpora eſſe fatemini, quod vobiſcũ omnes homines & conſpicere non cunctantur & dicere: verum etiã altiore, vt putatis peritia, hæc eſſe animalia beatiſſima perhibetis, & cum his corporibus ſempiterna. Quid ergo eſt quod cũ vobis fides Chriſtiana ſuadetur, tunc obliuiſcimini, aut ignorare vos fingitis, quid diſputare aut docere ſoleatis? Quiſt cauſæ eſt, cur propter opiniones veſtras, quas voſipſi oppugnatis, Chriſtiani eſſe nolitis, niſi quia Chriſtus humiliter venit, & vos ſuperbi eſtis? Qualia ſanctorum corpora in reſurrectione futura ſint, poteſt aliquãto ſcrupuloſius inter Chriſtianarum ſcripturarum doctiſſimos diſputari, futura tamen ſempiterna minime dubitamus: & talia futura, quale ſua reſurrectione Chriſtus [c] demonſtrauit exemplum. Sed qualiacunq; ſint, cum incorruptibilia prorſus & immortalia in nihiloq;* animæ cõtemplationem qua in deum figitur: impedientia prædicentur: voſq; etiã dicatis eſſe in cœleſtibus immortalia corpora immortaliter beatorũ: quid eſt quod vt beati ſimus omne corpus fugiendum eſſe opinamini, vt fidem Chriſtianã quaſi rationabiliter fugere videamini, niſi quia illud eſt, quod iterum dico, Chriſtus eſt humilis, vos ſuperbi? An forte corrigi pudet? Et hoc vitium non niſi ſuperborũ eſt. Pudet videlicet doctos homines ex diſcipulis Platonis fieri diſcipulos Chriſti [d], qui piſcatorem ſuo ſpiritu docuit ſapere ac dicere: In principio erat verbũ, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil [e]. Quod factũ eſt in ipſo, vita erat, & vita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderũt. Quod initium ſancti Euangelij [f], cui nomen eſt, ſecundum Ioannem, quidam Platonicus, ſicut à ſancto ſene Simpliciano [g], qui poſtea Mediolanenſi eccleſiæ præſedit Epiſcopus, ſolebamus audire, aureis literis conſcribendum, & per omnes eccleſias in locis eminentiſſimis proponendum eſſe dicebat. Sed ideo viluit ſuperbis deus ille magiſter: quia verbum caro factum eſt: & habitauit in nobis: vt parum ſit miſeris quod ægrotant, niſi ſe in ipſa ęgritudine etiam extollant: & de medicina, qua ſanari poterant, erubeſcant. Non enim hoc faciunt, vt erigantur, ſed vt cadendo grauius affligantur.

* aliás in

* aliás nulóque

Ioan. 1.

Ioan. 1.

VBi Platonis ſententiã.) In Phædone & Epinomide, quam nos lib. viij. expoſuimus. b Platone quippe authore.) In Timæo mundum animantẽ, ſydera quoque animãtia eſſe & beata ſcribit. c Et talia futura, quale ſua reſurrectione Chriſtus.) Nullis morbis, nullis vitiis, nulli morti obnoxium, agile particeps beatitudinis animæ. Sic Apoſtolus ad Philippenſes iij. Seruatorẽ expectamus dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum, qui reformabit corpus humilitatis noſtræ, vt configuretur corpori claritatis ſuæ. d Ex diſcipulis Platonis fieri diſcipulos Chriſti.) Quæ eſt iſta tam inſolens iactatio ſapientię? Ceu vero erubuerit Plato magiſtrum habere Socratem, qui nihil ſe ſcire profitebatur, & nõ per totam vitã gloriatus ſit diſcipulũ ſe fuiſſe Marmorarij, totamq; ſuam illã tam late patentem ſapiẽtiã præceptoris eſſe: & non ipſe Socrates apud Platonẽ & Xenophontẽ principes ſcholę illius multa referat in Aſpaſiã, & Diotimã magiſtras. e Et ſine ipſo factum eſt nihil.) Græci ſic diſtinguunt? Et ſine ipſo factũ eſt nihil, quod factum eſt. quaſi redit in nihilum, niſi conſeruetur cura regentis. Quod etiam philoſophi ſenſerunt, & ſic diſpunctum legi in exemplari Colonien. de qua re nihil nunc pronuncio. f Quod initium ſancti Euangelij.) Auguſtinus libro Confeſſionum octauo ait, ſe in libris Platonicorum legiſſe, & ſi non eiſdem verbis ſententiam Euangelij diui Ioannis: In principio erat verbum. Amelius autem Platonicus ſic inquit: Atque hoc erat illud verbum, per quod ea quæ facta ſunt fiebant. Quum tamen ſemper eſſent, quemadmodum & Heraclitus voluit, & per Ionem barbarus ille

A barus ille cenſet in ordine dignitatęque principij cõſtitutũ apud deum eſſe, & deum eſſe, & per ipſum omnia facta eſſe: & in ipſo quod factũ eſt, viuum & vitam & ens fuiſſe. Barbarum vero Ioannem dicit. Porrò nos ex Platone docuimus, verbo dei omnia eſſe facta, & ex Plotino filiũ dei eſſe creatorem. Numenius quoque non vult deum primum creatorẽ eſſe, ſed ſecundum. g Sicut à ſancto ſene Simpliciano.) Simpliciãus Mediolanenſis Epiſcopus, amicus fuit Auguſtini, multæq; inter eos miſſitatæ ſunt literæ: iiſq; presbyter adhuc nondum Epiſcopus hortatus eſt Auguſtinum, vt ingenium exerceret: & expoſitionibus ſacrarum literarum operam daret. Gennadius in catalogo illuſtrium virorum.

Simplicianus.

Quanta Platonis dogmata Porphyrius refutauerit, & diſſentiendo correxerit. Caput XXX.

SI poſt Platonem aliquid emẽdare exiſtimatur indignum, cur ipſe Porphyrius nõnulla & non parua emẽdauit? Nam Platonẽ animas hominum poſt mortem [a] reuolui vſque ad corpora beſtiarum ſcripſiſſe certiſſimum eſt. Hanc ſentẽtiam Plato doctor [b] tenuit, & Platonis diſcipulo Porphyrio tamẽ iure diſplicuit. In hominũ ſanè, non ſua quæ dimiſerãt, ſed in alia noua corpora redire humanas animas arbitratus eſt. Puduit ſcilicet, illud credere, ne mater fortaſſe filiũ in mulã reuoluta vectaret: & non puduit hoc credere, ne reuoluta mater in puellã filio forſitan nuberet. Quãto creditur honeſtius, quod ſancti, & veraces angeli docuerunt: quod Prophetæ dei ſpiritu acti locuti ſunt: quod ipſe, quem venturum ſaluatorem præmiſſi nuncij prædixerũt: quod miſſi Apoſtoli, qui orbem terrarũ Euangelio repleuerũt. Quãto, inquam, honeſtius creditur, reuerti ſemel animas ad corpora propria, quàm reuerti toties ad diuerſa. Verũtamen, vt dixi, ex magna parte, in hac opinione correctus eſt Porphyrius: vt ſaltẽ in ſolos homines humanas animas præcipitari poſſe ſentiret: beluinos autem carceres euertere, minime dubitaret. Dicit etiam deũ, ad hoc animam mundo dediſſe, vt materiæ corporalis cognoſcẽs mala ad patrẽ recurreret: nec aliquando iã talium polluta contagione teneretur. Vbi & ſi aliquid inconuenienter ſapit: magis enim data eſt corpori, vt bona faceret: non enim mala diſceret, ſi non faceret: in eo tamen aliorum Platonicorum opinionẽ, & nõ in re parua emendauit, quod mundatam ab omnibus malis animam, & cum patre conſtitutam, nunquam iã mala mundi huius paſſuram. eſſe confeſſus eſt. Qua ſententia profecto abſtulit, quod eſſe Platonicũ maxime perhibetur, vt mortuos ex viuis, ita viuos ex mortuis ſemper fieri: falſumq; eſſe oſtendit, quod Platonicè videtur dixiſſe Vergilius, In campos Elyſios purgatas animas miſſas. Quo nomine, tanquam per fabulam videntur ſignificari gaudia beatorũm, ad fluuium Letheũ euocari, hoc eſt, ad obliuionem præteritorum:

Scilicet immemores ſupera vt conuexa reniſant:
Rurſus & incipiant in corpora velle reuerti.

Merito diſplicuit hoc Porphyrio: quoniam reuera credere ſtultum eſt, ex illa vita, quæ beatiſſima eſſe nõ poterit, niſi de ſua fuerit æternitate certiſſima, deſiderare animas corporum corruptibiliũ labem, & inde ad iſta remeare, tãquam hoc agat ſumma purgatio, vt inquinatio requiratur. Si enim quod perfecte mũdãtur, hoc efficit, vt omnium obliuiſcantur malorum: malorum autem obliuio facit corporum deſiderium, vbi rurſus implicentur malis: profecto erit infœlicitatis cauſa, ſumma fœlicitas & ſtultitiæ cauſa, perfectio ſapientiæ: & immunditiæ cauſa, ſumma munditia. Nec veritate ibi beata erit anima, quandiucũq; erit, vbi oportet fallatur, vt beata ſit. Nõ enim beata erit, niſi ſecura, Vt autẽ ſecura ſit, falſò putabit, ſemper ſe beatam fore: quoniam aliquando erit & miſera. Cui ergo gaudendi cauſa falſitas erit, quomodo de veritate gaudebit? Vidit hoc Porphyrius, purgatamq; animã, ob hoc reuerti dixit ad patrem, ne aliquando iam malorum polluta contagione teneatur.

Aeneid. 6.

NAm Platonem animas hominũ poſt mortem.) Plato Pythagoræ opinionem ſecutus, animas poſt mortẽ in corpora redire exiſtimauit, ſic in Timæo, ſic in extremo de Repu. ſic in Phędro ſcribit. In hoc enim libro, quem poſtremũ nominaui, legem Adraſtiæ illius neceſſariæ refert, qua iubetur, vt quæcũque anima deum ſecuta, aliquid veri inſpexerit, ea fine vlla pœna, ad circũ alterum peruadat. Quod ſi & in illo idẽ fecerit, vacet quoque pœna, ſemper beata, ſi ſemper ſic faciat: quod ſi verũ nõ fuerit cõſecuta, & caſu preſſa pœnas obtinuerit, in corpus abeat. His gradibus, vt quę plurima viderit, philoſophũ induat: hinc proxima legitimũ regẽ, aut imperatorẽ, ac ſtrenuũ virũ. ex tertio ordine fiant magiſtratus in Repub. & patreſfamiliãs: ex quarto aliptæ & medici: ex quinto vates & miſtæ: de ſexto Poëtæ: de ſeptimo opifices, & agricolæ: ex octauo ſophiſtæ, & aurarij: ex nono tyranni. Sic proficiſcuntur animæ in vitã: quam qui recte tranſegerit, is ad meliorẽ cõditionẽ remigrabit: qui inique, ad peiorem. In cum enim locum, vnde quæq; anima diſceſſerat annis. x. milibus non redit. nam alas confractus ante id tempus nõ recuperat, præter illius animam, qui ſimpliciter & ſine dolo philoſophatus eſt, nam huic ſi ter ad eũ vixerit modum, ter milleni ſufficiunt anni. Ex aliis animabus, vbi de eiſ pronũciatum eſt, hæ quidẽ ſub terrã ad ſupplicia coniiciuntur, illæ in cœlum ſublatæ vitã agunt beatam, pro ratione eius, quã in terris egerũt. Poſt mille autem annos, vtræque ad ſecundã redeunt vitã, optione vnicuique propoſita, vt quod velit, eligat. Itaque aliæ quæ prius fuerant hominum, in beſtias diſcedũt: aliæ quę prius beſtiarũ, in homines, ſi modo hominum quoque aliquando fuerãt. nã quæ veritatẽ nunquam eſt intuita, in humanam formã nõ tranſibit. Hæc eſt ſententia Platonis in Phædro. In vltimo vero de Rep. de huiuſmodi vitę optionibus loquens, ait, electionem magna ex pate iuxta vitæ prioris mores fieri. Sic Orphei animã cygni corpus elegiſſe, nec voluiſſe in fœminã tranſire odio illius ſexus: Animã Thamiris philomelæ, cygni quoq; animã in hominẽ demigraſſe Aiacis animã leonẽ optaſſe, Agamẽnonis aquilã, Therſitis ſimiam. b Hanc ſententiã Plato doctor.) Alibi legitur Plotinus doctor. Iſte Porphyrius ſcribit ſe decimo Galieni imperatoris anno Romã è Græcia veniſſe, cũ Plotinus ageret ferè quinquageſimũ nonũ annũ, audiſſęque illum quinq; annos. Plotinus vero Platonis opinionẽ de reditu animarum in quæuis corpora ſecutus eſt. itaque ſic videtur legẽdũ, Hanc ſentẽtiã Plato doctor tenuit, & Plotinus, diſcipulo tamen Porphyrio etiam. c Quod Platonicè videtur dixiſſe Vergilius.) Plato lib. de Rep. x. animas dicit ad Letheũ cãpũ proficiſci ſtirpibus omnino vacũ, & ex Amelita fluuio prouas bibere: quæ largius hauriũt, obliuiſci penitus omniũ. Hoc facto dormire omnes, & media nocte tonitrui ingenti excitari, veniręque ad vitã. Amelita autẽ eſt ceu rerũ omniũ obliuio. q. nullius rei cura & cogitatio: Apud Verg. autẽ ſic loquitur Anchiſes de animab[9] corporib[9] defunctis:

Has omnes, vbi mille rotam voluẽre per annos
Letheum ad fluuium, deus euocat, agmine magno.
Scilicet immemores &c. Obliuiſcuntur itaque præteritorum, & qualis futura ſit ſequens vita non recogitant: nec tamen voluntate huc inducuntur, ſed neceſſitate.

a Transmutatio.

Contra argumentum Platonicorum, quo animam humanam aſſerunt deo eſſe coæternã. Cap. XXXI.

ALſo igitur à quibuſdam Platonicis eſt creditus, quaſi neceſſarius orbis ille [a] ab eiſdem abeundi, & ad eadem reuertẽdi. Quod etiam ſi verũ eſſet quid hoc ſcire prodeſſet, niſi forte inde ſe nobis auderent præferre Platonici, quia id nos in hac vita iam neſciremus, quod ipſi in alia meliore vita purgatiſſimi, & ſapientiſſimi fuerant neſcituri, & falſum credendo beati futuri? Quod ſi abſurdiſſimum & ſtultiſſimũ eſt dicere, Porphyrii profecto eſt præferenda ſententia, his qui animarum circulos alternante ſemper beatitudine & miſeria ſuſpicati ſunt. Quod ſi ita eſt, ecce Platonicus in melius à Platone diſſentit: ecce vidit hic, quod ille non vidit, nec poſt talem, ac tantum magiſtrum refugit correctionem, ſed homini præpoſuit veritatem. Cur ergo non potius diuinitati credimus de his rebus quas humano ingenio perueſtigare non poſſumus, quæ animã quoq; ipſam nõ deo coæternam, ſed creatam dicit eſſe, quæ non erat? Vt enim hoc Platonici nollent credere, hãc vtiq; cauſam idoneam ſibi videbãtur afferre, quia niſi quod ſemper antea fuiſſet, ſempiternum deinceps eſſe nõ poſſet. Quãquam & de mũdo, & de his quos in mũdo deos à deo factos ſcribit Plato, apertiſſime dicat eos eſſe cœpiſſe, & habere initiũ, finem tamẽ nõ habituros, ſed per cõditoris potẽtiſſimã volũtatẽ in æternum

G per mãsuros esse perhibeat. Verum id quomodo intelligant [b], inuenerunt, nõ esse hoc videlicet temporis, sed substitutionis initium. Sicut enim, inquiunt, si pes [c] ex æternitate semper fuisset in puluere, semper ei subesset vestigium: quod tamen vestigium à calcante factũ nemo dubitaret, nec alterum altero prius esset, quãuis alterum ab altero factum esset. Sic, inquiunt, & mundus atque in illo dij creati, & semper fuerũt, semper existẽte qui fecit, & tamen facti sunt. Nũquid ergo si anima semper fuit, etiam miseria eius semper fuisse dicenda est? Porro si aliquid in illa, quod ex æterno nõ fuit, esse cœpit ex tempore, cur non fieri potuit, vt ipsa esset ex tẽpore, quæ antea non fuisset? Deinde beatitudo quoq; eius post experimentũ malorũ firmior, & sine fine mãsura, sicut iste confitetur, proculdubio cœpit ex tẽpore, & tamen semper erit, cum antea non fuerit. Illa igitur omnis argumentatio dissoluta est, qua putatur nihil esse posse sine fine temporis, nisi quod initium nõ habet tẽporis. Inuenta est enim animæ beatitudo, quæ cũ initium tẽporis habuerit, finem temporis non habebit. Quapropter diuinæ authoritati humana cedat infir-
H mitas, eisq; beatis & immortalibus de vera religione credamus, qui sibi honorem non expetũt, quẽ deo suo, qui etiam noster est, deberi sciunt: nec iubent, vt sacrificium faciamus, nisi ei tantũmodo, cuius & nos cum illis, vt sæpe dixi, & sæpe dicendum est, sacrificium esse debemus, per eum sacerdotem offerendi, qui in homine quem suscepit, secundum quem & sacerdos esse voluit, etiam vsq; ad mortem sacrificiũ pro nobis dignatus est fieri.

a QVasi necessarius orbis illẽ.) Plato volui à Parcis omnia scribit, & vitas nostras, & tempus quo anima corpore vacat: ita quum conuersio vitæ perfecta est, sequi mortem, cum purgationis animæ redire eam animã ad nouũ corpus, vitæ incertum esse nobis, animæ corpore liberæ mille esse annos. Hunc orbem necessariũ putabãt illi, ne cum certus esset animarũ numerus, à deo, cum mundum hunc architectaretur, creatus, deessent qui terrã incolerent homines, mundo æterno, & hominibus morti subditis. Hunc orbem, hãc vertiginẽ expressius Vergilius rotam nominauit, quæ vbi in se conuoluta, circulum suum confecit, vitam reddit, quã ademerat: vt illa altera vitæ finem facit, quam attulerat, vtraque cũ eodẽ vnde discesserat, redit. Hæc à morte in mortem, illa contra, à vita in vitam: sed hæc per mortem, illa per vitam. b Verum id quomodo intelligant.) Mundũ à deo creatum esse, id existimasse Platonem constat. Cæterũ in controuersia est, an in tempore aliquo inceperit esse aliquot annos ab hinc, an nullum habeat tempore principatum. Nam Plutarchus, Atticus, Seuerus, crediderunt Platoni, mundum aliquando esse cœpisse, nunquam tamen interituru m. Crantori vero, Plotino, Porphyrio. Iãblicho, Proculo, Macrobio, Platonicis, visum est, mundum Platonicum ęternũ fuisse, & fore. Istis Cẽsorinus adstipulatur, qui eam de mundo sententiã Pythagoræ, & Pythagoricorum esse tradit: quos Plato in ratione naturæ præ cæteris secutus est. Eiusdẽ rei authores sunt Cicero, Iustinus martyr, & Bœotius. Apuleius in deo Socratis sic inquit: Quos deos Plato existimat veros incorporales, animales, neque vllo fine, neq; exordio, sed prorsus retro quiternos. In dogmate tamen Platonis, Platonem indicat, de origine mũdi non satis sibi constitisse. Ait enim, & hunc quidem mundum, nunc sine initio esse dicit, aliãs originẽ habere, natumq; esse. c Sicut enim inquiunt, si pes.) Nostri quum de effectu causæ coæuo loquuntur, de sole, & eius splendore exemplum adferunt,

Mũdus an conditus.

De uniuersali uia animæ liberãdæ, quam Porphyrius male quærendo, non repperit, & quam sola gratia Christiana reserauit. Caput XXXII.

HAec est religio, quẽ vniuersalem continet viã animæ liberandæ, quoniam nulla nisi in hac liberari potest. Hæc est enim quodammodo regalis via, [a] quæ vna ducit ad regnum, non temporali vestigio † nutabũdũ, * sed æternitatis firmitate securũ. Cũ aũt dicit Porphyri [9] in primo iuxta finẽ de regressu animæ libro: nõdum receptam vnam quandã sectã, quæ vniuersalem viam animæ contineat liberãdæ: vel à philosophia verissima aliqua, vel ab Indorum moribus, ac disciplina [b], aut inductione Chaldæorũ, aut alia qualibet via, nondumq; in suam notitiam eandem viã

† *aliãs fastigio*
* *aliãs mutabundum.*

historiali cognitione perlatam, proculdubio cõfitetur K
esse aliquam, sed nõdum in suam venisse notitiam. Ita ei non sufficiebat quicquid de anima liberãda studiosissime didicerat, sibiq;, vel potius aliis nosse, ac tenere videbatur. Sentiebat enim adhuc sibi deesse aliquam præstantissimam authoritatem, quam de re tanta sequi oporteret. Cum autem dicit, vel à philosophia verissima, aliqua nõdum in suam notitiã peruenisse, sectam, quæ vniuersalem contineat viam animæ liberãdæ, satis, quantum arbitror, ostendit, vel eã philosophiam, in qua ipse philosophatus est, non esse verissimã, vel ea nõ cõtineri talẽ viã. Et quomodo iã potest esse verissima, qua nõ cõtinetur hæc via? Nã quæ alia via est vniuersalis animæ liberãdæ, nisi qua vniuersæ aĩæ liberanẽ, ac per hoc sine illa nulla anima liberatur? Cũ aũt addit & dicit, vel ab Indorũ moribus, & disciplina, vel ab inductione Chaldęorũ, vel alia qualibet via: manifestissima voce testatẽ, neq; illis quę ab Indis, neq; illis quę à Chaldæis didicerat, hanc vniuersalem viam animæ liberãdæ cõtineri, & vtiq; se à Chaldæis oracula diuina sumpsisse, quorum assiduam cõmemorationem facit, tacere non potuit. Quam vult ergo intelligi animæ liberãdæ L
vniuersalem viam nondum receptã, vel ex aliqua verissima philosophia, vel ex earum gentium doctrinis, quæ magnæ velut in diuinis rebus habebantur: quia plus apud eos curiositas valuit, quorumq; angelorũ cognoscendorũ & colendorũ, nondumq; in suam notitiã historiali cognitione perlatã? Quæ nã ista est vniuersalis via, nisi quæ non suæ cuiq; genti propria, sed vniuersis gentibus [c], quæ communis esset, diuinitus impertita est? Quam certe iste homo non mediocri ingenio præditus, esse non dubitat. Prouidẽtiã quippe diuinam sine ista vniuersali via liberandæ animæ genus humanum relinquere potuisse non credit. Neq; enim ait nõ esse, sed hoc tãtum bonum, tantumq; adiutoriũ nondũ receptum, nondũ in suam notitiam esse perlatum. Nec mirũ. Tunc enim Porphyrius erat in rebus humanis [d]: quando ista liberandæ animę vniuersalis via, quæ non est alia quàm religio Christiana, oppugnari permittebatur ab idolorũ dęmonumq; cultoribus regibusq; terrenis, propter asserendum & consecrãdũ martyrũ numerum, hoc est, testium veritatis [e], per quos ostenderetur omnia corporalia mala pro fide pietatis & cõmendatione veritatis esse tolerãda. Videbat ergo ista Por-
M phyrius, & per huiusmodi persecutiones cito istã viã perituram, & propterea non esse ipsam liberandæ animę vniuersalem putabat, non intelligens hoc, quod eũ mouebat, & quod in eius electione perpeti metuebat, ad eius cõfirmationem robustioremq; commẽdationẽ potius pertinere. Hæc est igitur animæ liberandę vniuersalis via, id est, vniuersis gentibus diuina miseratione concessa, cuius profecto notitia ad quoscũq; iam venit, & ad quoscunq; ventura est: nec debuit, nec debebit ei dici, quare modo, & quare sero [f], quoniam mittentis consilium non est humano ingenio penetrabile. Quod sensit etiam iste cũ dixit, nondum receptum hoc donũ dei, & nondum in suam notitiam fuisse perlatũ. Neque enim propterea verum non esse iudicauit, quia nondũ in suam fidem receptum fuerat, vel in notitiam nõdũ peruenerat. Hæc est, inquam, liberandorum credentiũ vniuersalis via, de qua fidelis Abraham diuinũ accepit oraculũ: In semine tuo benedicẽtur omnes gentes. *Gene.22.*
Qui fuit quidem gẽte Chaldęus, sed vt talia promissa *Gala.3.*
perciperet, quod ex illo propagaret semẽ dispositũ per angelos in manu mediatoris, in quo esset ista liberãdę

animæ

A animæ vniuersalis via, hoc est, omnibus gentibus data,
Gene.12. iussus est discedere de terra sua, & de cognatione sua, &
de domo patris sui. Tũc ipse primitus à Chaldæorum
Infra.16. superstitionibus liberatus, vnum verum deum sequen-
de Ciuita. do coluit, cui hoc etiam promittenti fideliter credidit.
dei.cap.15. Hæc est vniuersalis via, de qua in sancta prophetia dictum est: Deus misereatur nostri & benedicat nobis:
Psal.66. illuminet vultũ suum super nos, & misereatur nostri.
Vt cognoscamus in terra viam tuã: in omnibus gentibus salutare tuum. Vnde tanto pòst ex Abrahæ semine carne suscepta, de seipso ait ipse saluator: Ego
Ioan.14. sum via, & veritas, & vita. Hæc est vniuersalis via, de
qua tanto ante prophetatũ est: Erit in nouissimis die-
Esa.2. bus manifestus mõs domus domini [g] paratus in cacumine montiũ, & extolletur super colles, & venient ad eum vniuersæ gentes, & ingredientur nationes multæ, & dicent: Venite ascendamus in montẽ domini: & in domum dei Iacob, & annunciabit nobis viam suam, & ingrediemur in ea. Ex Sion enim prodiet lex, & verbũ domini ab Hierusalem. Via ergo ista nõ est vnius gẽtis, sed vniuersarũ gentiũ. Et lex verbumq; domini nõ
Lucæ.24. in Sion & Hierusalem remãsit, sed inde processit, vt se
per vniuersa diffunderet. Vnde ipse mediator post re-
B surrectionẽ suam discipulis trepidantibus ait: Oportebat impleri quæ scripta sunt in lege θ Moysi θ & Prophetis & Psalmis de me. Tunc aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas, & dixit eis: Quia oportebat Christũ pati, & resurgere à mortuis tertio die, & prædicari in nomine eius pœnitentiã & remissionem peccatorum per omnes gentes, incipiẽtibus ab Hierusalem. Hæc est igitur vniuersalis animæ liberandæ via, quam sancti angeli sanctiq; Prophetæ prius in paucis hominibus, vbi potuerũt dei gratiã reperiẽtibus & maxime in Hebræa gẽte, cuius erat ipsa, quodammodo [h] sacrata Respublica, in prophetationem & prænunciationem ciuitatis dei ex omnibus gentibus congregandæ, & tabernaculo, & tẽplo, & sacerdotio, & sacrificiis significauerũt, & eloquiis quibusdã manifestis plerisq; mysticis prædixerũt. Præsens aũt in carne ipse mediator, & beati eius Apostoli, iam testamenti noui gratiã reuelantes, apertius indicarũt, quæ aliquanto occultius superioribus sunt significata tẽporibus, pro ætatum generis humani distributione: sicut eam deo sapiẽti placuit ordinare, mirabilium operum diuinorũ, quorũ su-
C perius pauca iam posui cõtestantibus signis. Non enim tantũmodo apparuerunt visiones angelicæ, & cœlestiũ ministrorũ sola verba sonuerunt, verũetiã hominibus dei verbo simplicis pietatis agentibus, spiritus immũdi de hominũ corporibus, ac sensibus pulsi sunt: vitia corporis, lãguoresq; sanati: fera animalia terrarũ, & aquarum, volatilia cœli, ligna, elementa, sydera diuina iussa fecerunt [i], inferna cesserunt, mortui reuixerũt: exceptis ipsius saluatoris propriis singularibusq; miraculis, maxime natiuitatis & resurrectionis: in quorum vno ma ternæ virginitatis tantũmodo sacramentũ [k], in altero autem etiã eorum, qui in fine resurrecturi sunt, demõstrauit exemplum. Hæc via totũ hominem mũdat, & immortalitati mortalẽ ex omnibus quibus cõstat partibus, præparat. Vt enim nõ alia purgatio ei parti quæreretur, quam vocat intellectualem Porphyrius, alia ei, quam vocat spiritalem, alia quæ ipsi corpori, propterea totum suscepit veracissimus potentissimusq; mũdator, atq; saluator. Præter hanc viam quæ partim cum hæc futura prænunciantur [l], partim quum facta nunciantur [m] nunquam generi defuit humano, nemo liberatus

est, nemo liberatur, nemo liberabitur. Quod autẽ Por- D
phyrius vniuersalem viam animæ liberandæ nõdum in suam notitiam historiali cognitione dicit esse perlatam: quid hac historia, vel illustrius inueniri potest, quæ vniuersum orbẽ tanto apice authoritatis obtinuit: vel fidelius, in qua ita narrantur præterita, vt futura etiam prędicãtur, quorum multa videmus impleta: ex quibus ea quæ restãt sine dubio speremus implẽda. Nõ enim potest Porphyrius, vel quicunq; Platonici, etiam in hac via quasi terrenarũ rerum, & ad istã vitã mortalem pertinentiũ, diuinationem prędictionemq; contẽnere: quod merito in aliis vaticinationibus, & quorũlibet modorum vel artium diffinitionibus * faciunt. * *aliãs diuinationibus.*
Negant enim vel magnorum fuisse hominũ, vel magni esse pendenda. Et recte. Nam, vel inferiorum fiunt præsensione causarum, sicut arte medicinæ quibusdam antecedentibus signis plurima vẽturę valetudini præuidentur, vel immundi dæmones sua disposita facta prænunciant, & in quorũuis mentibus [o], atq; cupiditatibus iniquorum congrua factis dicta, vel dictis facta, compensant: vt sibi ius quodãmodo vendicent in materia infirma fragilitatis humanæ. Nõ talia sancti homines in ista vniuersali animarum liberandarum via gradientes, tanquam magna prophetare curarũt: quã- E
uis & ista eos non fugerint, & ab eis sępe prædicta sint, ad eorum fidem faciendã, quæ mortalium sensibus nõ poterant intimari: nec ad experimentũ fidei celeri facilitate perduci. Sed alia erãt vere magna atq; diuina, quæ quantũ dabatur, cognita dei voluntate, futura nũciabant. Christus quippe in carne venturus, & quæ in illo tã clara perfecta sunt, atq; in eius nomine impleta, pœnitentia hominum, & ad deum conuersio volũtatum, remissio peccatorũ, gratia iustitię, fides piorum, & per vniuersum orbem in veram diuinitatẽ multitudo credentium, culturæ simulachrorũ, dæmonumq; subuersio, & à tentationibus exercitatio, proficientium purgatio, & liberatio ab omni malo, iudicij dies, resurrectio mortuorum, societatis impiorum æterna dãnatio, regnumq; æternæ gloriosissimæ ciuitatis dei cõspectu eius immortaliter perfruẽtis: in huius viæ scripturis, prędicta, atq; promissa sunt: qua iã multa impleta cõspicimus, vt recta pietate futura esse cętera confidamus. Huius vię rectitudinẽ vsq; ad deũ videdũ, eiq; in ęternũ cohęrendũ, in sanctuario scripturarũ esse locatã, quę prædicatur atq; asseritur veritate, quicunq; non credũt, & ob hoc nec intelligunt, oppugnare possunt, F
sed expugnare nõ possunt. Quapropter, in decẽ libris istis, & si minus, quàm nõnullorũ de nobis expectabat intẽtio, tamẽ quorũdã studio, quãtũ verus deus & dominus adiuuare dignatus est, satisfecimus, refutando cõtradictiones impiorum, qui cõditori sanctę ciuitatis, de qua disputare instituimus, deos suos pręferũt. Quorum decem librorũ quinq; superiores aduersus eos cõscripti sunt, qui propter bona vitę huius deos colẽdos putãt: quinq; autẽ posteriores aduersus eos, qui cultum deorum propter vitam, quæ post mortẽ futura est, seruandam existimant. Deinceps itaque vt in primo libro polliciti sumus, de duarum ciuitatum, quas in hoc seculo perplexas diximus, inuicemq; permixtas, exortu & procursu & debitis finibus, quod dicendum arbitror, quantum diuinitus adiuuab or expediam.

a REgalis via.) Lata, publica: quæ regia, & consularis, & prætoria militaris dicitur legibus sacra. b Vel ab Indorũ moribus ac disciplina.) Gymnosophistarum & Brachmanarũ, qui multa admirabiliter & egisse, & docuisse memorantur. c Sed vniuersis gentibus.) Hæc est pietas nostra, quæ ideo catholica nominatur, quòd

G tur, quòd non certo alicui populo tradita est, vt Iudaïca, sed toti generi humano, nec vllum excludit, omnibus per hãc saluis esse licet, & sine hac nulli: nec religiones in hac sunt suę cuique genti, sicut apud gentiles. Alij enim dij & alio modo apud Romanos colebantur, quàm Græcos: alij apud hos, quàm apud Gallos, Hispanos, Scythas, Indos, Persas. Omnes gentes, quæ Christum professæ sunt, eundem colunt deum, & eodem sacrificij genere. d Tunc enim Porphyrius erat in rebus humanis.) Vixit enim Diocletiano principe, qui Christianos iniquissimo insectatus est odio. e Hoc est testium veritatis.) Μάρτυρ enim est testis.

Catholica fides.

f Quare modo, & quare sero.) Q̃ cur nunc mittitur, cur non ante?

g Mons domus domini.) Alibi non adscribitur, domus, lxx. sic τὸ ὄρος κυρίου, καὶ οἶκος τοῦ θεοῦ, mõs domini, & domus dei. h Cuius erat ipsa quodãmodo.) Hoc enim erat initium, & velut propago, & seminarium ecclesiæ dei. i Diuina iussa fecerunt, mortui reuixerunt.) Alibi sic, diui. iuss. fe. inferna cesserunt, mortui reuixerunt. k Maternæ virginitatis tantummodo sacramentum.) Hoc est, sacramentum nihil polluit, nihil frangi, aut corrumpi, quod ille instaurator omnium attigerit. l Partim cum hæc futura prænũciantur.) In lege Mosaïca per prophetas. m Partim cum facta nunciantur.) In nostra per Apostolos, & reliquos sacros concionatores. n Venturæ valetudini.) Alibi cuenturæ: melius cuentura valetudini. o Et in quorumuis mentibus.) Alibi, quorum ius & in mentibus atque cupiditatibus iniquorum ad congruẽtia facta ducendis quodammodo sibi vendicant. Possunt enim ad morbum, vel ad sanitatem corpora humana naturę viribus afficere, quas habent, quàm nos longe notiores.

FINIS.

H

ELENCHVS
CAPITVM IN LIB. XI. D. AVrelij Augustini de Ciuitate dei.

1 De ea parte operis qua duarum ciuitatum, id est, cœlestis ac terrenæ initia & fines incipiunt demonstrari.
2 De cognoscendo deo, ad cuius notitiam nemo hominum peruenit, nisi per mediatorẽ dei & hominum, hominem Iesum Christum.
3 De authoritate canonicæ scripturæ, diuino spiritu conditæ.
4 De conditione mundi, quod nec intemporalis sit, nec nouo dei ordinata consilio, quasi postea voluerit, quod antea noluerit.
5 Tam non esse cogitãdũ de infinitis temporũ spatiis ante mundum, quàm nec de infinitis locorũ.
6 Creationis mundi & temporum vnum esse principium, nec aliud alio præueniri.
7 De qualitate primorum dierũ, quia antequam sol fieret vesperam & mane tradunturhabuisse.
8 Quæ qualiue intelligenda sit dei requies, qua post opera sex dierum requieuit in septimo.
9 De angelorum conditione, quid secundum diuina testimonia sentiendum sit.
10 De simplici & incõmutabili trinitate patris & filij, & spiritussancti vnius dei, cui non est aliud qualitas aliud substantia.
11 An eius beatitudinis, quam sancti angeli ab initio sui semper habuerunt etiam illos spiritus qui in veritate nõ steterũt, participes fuisse credẽdũ sit.
12 De comparatione beatitudinis iustorum, nec dum tenẽtium promissionis diuinæ præmium, & primorum in paradiso hominum ante peccatum.
13 An ita vnius fœlicitatis omnes angeli sint creati, vt neque lapsuros se possent nosse qui elapsi sunt, & post ruinam labentiũ perseuerantiæ suæ præscientiam acceperint qui steterunt.
14 Quo genere locutionis dictũ sit de diabolo, quod in veritate nõ steterit, quia veritas nõ est in eo.
15 Quid sentiendum sit de eo quod scriptum est, Ab initio diabolus peccat.
16 De gradibus & differentiis creaturarum, quod aliter pendet vtilitatis vsus, aliter ordo rationis.
17 Vitium malitiæ non naturam esse, sed contra naturam, cui ad peccãdum non conditor causa est, sed voluntas. K
18 De pulchritudine vniuersitatis, quæ per ordinationem dei etiam ex cõtrariorum fit oppositione luculentior.
19 Quid sentiendum videatur de eo quod scriptũ est: Diuisit deus inter lucem, & tenebras.
20 De eo quod post discretionem lucis, atq; tenebrarũ dictum est: Et vidit deus lucem, quia bona est.
21 De æterna & incommutabili scientia dei, ac volũtate, qua semper illi vniuersa quæ fecit, sic placuerunt facienda, quemadmodum facta.
22 De his, quibus in vniuersitate rerum à bono creatore bene cõditarum, quædam displicent, & putant nonnullam esse naturam malam.
23 De errore, in quo Origenis doctrina inculpatur.
24 De trinitate diuina, quę per omnia opera sua, signi ficationis suæ sparsit initia.
25 De tripertita totius philosophiæ disciplina.
26 De imagine summæ trinitatis, quę secũdum quẽdã modũ in natura est nec dũ beatificati hominis.
27 De essentia, & scientia, & vtriusq; amore. L
28 An etiam ipsum amorem, quo & esse, & scire diligimus, diligere debeamus, quo magis diuinę trinitatis imagini propinquamus.
29 De sanctorum angelorum scientia, qua trinitatem in ipsa deitate nouerunt, qua operũ causas prius in operantis arte, quàm in ipsis operibus artificis intuentur.
30 De senarij numeri perfectione, qui prius partium suarum quantitate completur.
31 De die septimo, in quo plenitudo & requies commendatur.
32 De opinione eorum, qui angelorum creationem, anteriorem nolunt esse, quàm mundi.
33 De duabus angelorum societatibus diuersis, atque disparibus, quæ non incongrue intelliguntur lucis & tenebrarum nominibus nuncupatæ.
34 De eo, quod quidam putant in conditione firmamẽti aquarũ discretarũ nomine angelos signatos, & quod quidã aquas existimãt non creatas.

D. AVRELII AVGVSTINI Hipponensis Episcopi, de Ciuitate dei, ad Marcellinum Liber Vndecimus. M

De ea parte operis, qua duarum ciuitatum, id est cœlestis, ac terrenæ initia & fines incipiunt demõstrari. Caput I.

Ciuitatem dei dicimus, cuius ea scriptura testis est, quæ nõ fortuitis motibus animorum, sed planè summę dispositione prouidentię super omnes omnium gentiũ literas, omnia sibi genera ingeniorũ humanorũ diuina excellens authoritate subiecit. Ibi quippe scriptum est: Gloriosa dicta sunt de te, ciuitas dei. Et in alio psalmo legimus: Magnus dominus, & laudabilis nimis: in ciuitate dei nostri in monte sancto eius, dilatans exultationes vniuersæ terræ. Et paulo pòst in eodem Psalmo: *Sicut* audiuimus, ita & vidimus, in ciuitate domini virtutum, in ciuitate dei nostri, deus fundauit eam in æternum. Item in alio: Fluminis impetus lætificat ciuitatem dei, sanctificauit

Psal. 86. Psal. 47. Psal. 47. Psal. 45.

A ctificauit tabernaculũ suum altissimus, deus in medio eius non commouebitur. His atq; huiusmodi testimoniis, quæ omnia commemorare nimis longum est, didicimus esse quãdã ciuitatẽ dei, cuius ciues esse concupiscimus, illo amore, quem nobis illius conditor inspirauit. Huic conditori sanctæ ciuitatis, ciues terrenę ciuitatis deos suos præferunt, ignorantes eum esse deum deorum, non deorum falsorum, hoc est, impiorũ, & superborum, qui eius incommutabili, omnibusq; cõmuni luce priuati, & ob hoc ad quandã egenam potestatẽ redacti, suas quodãmodo priuatas potentias cõsectantur, honoresq; diuinos à deceptis subditis quærunt, sed deorum piorum, atq; sanctorum, qui potius seipsos vni subdere, quàm multos sibi, potiusq; deum colere, quàm pro deo coli delectãtur. Sed huius sanctæ ciuitatis inimicis, decem superioribus libris, quantũ potuimus domino & rege nostro adiuuãte respõdimus. Nunc vero quid à me iam expectetur agnoscens, meiq; nõ immemor debiti, de duarum ciuitatũ terrenæ scilicet & cœlestis, quas in hoc interim seculo perplexas quodãmodo diximus inuicemq; permixtas, exortu & excursu & debitis finibus quantum valuero disputare, eius ipsius domini & regis nostri vbiq; opitulatiõe fretus aggre-
B diar: primumq; dicam quemadmodum exordia duarũ istarum ciuitatũ in angelorũ diuersitate præcesserint.

De cognoscendo deo, ad cuius notitiam nemo hominum peruenit, nisi per mediatorem dei & hominum, hominem Iesum Christum. Caput II.

Magnum est & admodum rarum, vniuersam creaturam corpoream & incorpoream consideratam compertamq; mutabilem intẽtione mentis excedere atq; ad incommutabilem dei substãtiam peruenire, & illic discere ex ipso, quod cũctam naturam quæ non est, quod ipse: non fecit nisi ipse. Sic enim deus cum homine, non per aliquam creaturã loquitur corporalem, corporalibus instrepens auribus, vt inter sonantem & audientẽ aërea spatia verberentur: neq; per eiusmodi spiritalem quæ corporũ similitudinibus figuratur, sicut in somnis, vel quo alio tali modo. Nam & sic velut corporeis auribus loquitur, quia velut per corpus loquitur, & velut interposito corporaliũ locorum interuallo. Multũ enim similia sunt talia visa corporalibus. Sed loquitur ipsa veritate, si quis sit
C idoneus ad audiẽdũ mẽte non corpore. Ad illud enim hominis ita loquitur, quod in homine cæteris, quibus homo constat est melius, & quo ipse deus solus est melior. Cum enim homo rectissime intelligatur, vel si hoc non potest, saltem credatur factus ad imaginem dei: profecto ea sui parte est propiquior superiori deo: qua superat inferiores partes suas, quas etiam cum pecoribus cõmunes habet. Sed quia ipsa mens [a], cui ratio & intelligentia naturaliter inest, vitiis quibusdã tenebrosis & veteribus inualida est, non solũ ad inhærẽdũ fruendo, verũetiam ad perfruendum merendo [b] incõmutabile lumen, donec de die in diem renouata atque serenata * fiat tantæ fœlicitatis capax, fide primũ fuerat imbuenda atq; purgãda. In qua vt fidentius ambularet ad veritatem, ipsa veritas deus dei filius homine assumpto, non tamen deo consumpto, eandem constituit atq; fundauit fidem, vt ad deum [c] iter esse homini
1. Timot. 2. per hominem deũ. Hic est enim mediator dei & hominum homo Christus Iesus. [d] Christus per id quod est mediator, est homo, & *via perueniẽdi* ad deum [d] [e]. Per hoc enim mediator per quod & homo, per hoc & via. Quia si inter eũ qui tẽdit, & illud quò tẽdit, via media est, spes est perueniendi. *Si* autẽ desit aut ignoretur quà D eundum sit, quid prodest nosse quò eũdum sit? Sola est autem aduersus omnes errores via munitissima, vt idẽ ipse sit deus & homo, quò itur deus, quà itur homo.

**aliàs sanata.*

IOANNIS LODO. VIVIS Valentini in XI. Lib. de Ciuitate dei diui Augustini commentarij.

Sed quia ipsa mens.) Mentem hominis prestãtissimam & purissimam in animo partem vocamus, qua intelligimus, qua etiam arguimus, colligimus; ratiocinamur, ita vt per eã tum simplices solæq; res accipiantur, tum cõferantur, ac velut comparentur, vnde artes omnes disciplinæ, ac totus vitę vsus constat, inuentaquẽ sunt, quæcunque in vita sunt admirabilia. b Verũetiam ad perfruendum merendo.) Alibi, ad perferendũ incõmu. lumen. c Vt ad deum.) Alibi, vt ad hominis deum iter esset homini per hominem deum. hoc est figuratius & elegantius. d Christus per id quod est media. est ho. & via perue. ad deum.) Totum hoc est addititium. a

De authoritate canonicæ scripturæ, diuino spiritu conditæ. Caput III.

Hic prius per Prophetas, deinde per seipsum, postea per Apostolos quãtum satis esse iudicauit locutus, etiam scripturam condidit, quę canonica nominatur eminentissimæ authoritatis, cui fidem habemus de his rebus, quas ignorare non expedit, nec per nosipsos nosse idonei sumus. Nã si ipsa sciri possunt testibus nobis, quæ remota non sunt à sensibus E nostris, siue interioribus, siue etiam exterioribus [a]: vnde & præsentia nuncupatur, quod ita ea dicimus esse præsentibus [b], sicut præ oculis quæ præsto sunt oculis. Profecto ea quæ remota sunt à sensibus nostris, quoniam nostro testimonio scire nõ possumus, de his alios testes requirimus, eisq; credimus, à quorum sensibus remota esse vel fuisse non credimus. Sicut ergo de visibilibus, quæ non vidimus, eis credimus qui viderũt, atq; ita de cæteris, quæ ad suum quemque sensum corporis pertinent: ita de his quæ animo, ac mente sentiuntur, quia & ipse rectissime dicitur sensus: vnde & sententia vocabulum accepit, hoc est de inuisibilibus [c], quę à nostro sensu exteriore remoto sunt, iis nos oportet credere, qui hæc in illo incorporeo lumine disposita [d] didicerunt, vel manentia [e] contuentur.

Siue interioribus, siue etiam exterioribus.) Quicquid in homine, aut in animali alio est, quo aliquid percipitur sentitúrque, est sensus. Hinc sensus illi exteriores quinq;, & interiores mẽs animusq;, vnde est sensus doloris, sensus rei vitæ, vel audiræ, de exterioribus, tum lætitiæ, laudis, glorię, virtutis, vitij, spei, metę: sensus de interioribus, ecquid de hoc vino sentis? quid de cantu, quid de ornatu, splendoréq; cultus? adde etiam quid de prudentia, de iudicio illius, quid de philosophia, quid de theologia, quid de Reipub. administratione? Quæ paulo pluribus dixi verbis, quoniã philosophi nostrates mẽtem dici sensum non patiuntur, cum Augustũ disserte sensum esse dicat, tametsi quid philosopho nostri temporis cum notitia sermonis, hoc est, vt ipsi interpretãtur, cum Grammatica? b Quod ita ea dicimus esse præsentibus.) An potius legendũ est, præ sensibus. c Hoc est de inuisibilibus.) Videre ad omnes sensus pertinet, vt apud Græcos ἰδεῖν, vt vidisti quàm incondita est hæc oratio, quã insuaue hoc vinũ. Sic inuisibile hic Augustinus pro eo quod sub nullum exteriorem cadit sensum posuit. d Qui hæc in illo incor. lu. disp. Sancti viri præceptore vsi deo ipso. e Vel manentia.) Angeli dei. a *Sensus.* F *Videre.*

De conditione mundi, quod nec intemporalis sit, nec nouo dei ordinata cõsilio, quasi postea voluerit quod antea noluerit. Caput IIII.

Visibilium omnium maximus est mũdus, inuisibilium omniũ maximus est deus. Sed mundum esse conspicimus, deum esse credimus. Quod autem deus mundum fecerit, nulli tutius credimus quàm ipsi deo. Vbi eũ audiuimę? Nusquã interim nos melię quàm in scripturis sanctis, *vbi dixit* Propheta eius: In principio fecit deus cœlũ & terrã. Nunquid nã ibi fuit iste Propheta, quãdo fecit deus cœlũ & terram? Non. Sed ibi fuit sapientia dei per quã facta sunt Gene. 1. omnia, quæ in animas etiam sanctas sẽ transfert, ami-

G cos dei & prophetas cõstituit,eisq; opera sua sine stre-
Sapien. 7. pitu intus enarrat. Loquũtur eis quoque angeli sancti
Math.18. dei,qui semper vident faciem patris,volũtatemq; eius,
quibus oportet annunciant. Ex his vnus erat iste prophetaqui dixit & scripsit:In principio fecit deus cœlũ & terram. Qui tam idoneus testis est, per quẽ deo credẽdum sit, vt eodẽ spiritu dei quo hæc sibi reuelata cognouit,etiam ipsam fidem nostram futuram tãto ante prædixerit. Sed quid placuit deo [a] æterno tunc facere cœlum & terrã quę antea non fecisset. Qui hoc dicũt, si mũdum fuisse æternum [b] sine vllo initio, & ideo nec à deo factũ videri volũt,nimis auersi sunt à veritate,& letali morbo impietatis insaniũt. Exceptis enim propheticis vocibus,mũdus ipse ordinatissima[c] sua mutabilitate & mobilitate, & visibiliũ omniũ pulcherrima specie quodãmodo tacitus,& factum se esse,& non nisi à deo ineffabiliter atq; inuisibiliter magno,& ineffabiliter atque inuisibiliter pulchro fieri se potuisse proclamat. Qui autem à deo quidem factum fatentur,nõ tamen eum volunt temporis habere, sed suæ creationis initium,vt modo quodã vix intelligibili semper sit factus,dicunt quidẽ aliquid,vnde sibi deũ videntur velut
H à fortuita temeritate defendere, ne subito illi venisse
credatur in mentem,quod nunquam ante venisset facere mundũ,& accidisse illi volũtatem nouam,cum in nullo sit omnino mutabilis. Sed non video quomodo eis possit in cæteris reb[b] ratio ista subsistere, maximeq; in anima [d], quam si deo coæternam esse contenderint, vnde illi acciderit noua miseria, quæ nunquam antea [fuit] per æternum,nullo modo poterunt explicare. Si enim alternasse [e] semper eius miseriam & beatitudinẽ dixerint,necesse est dicant etiam semper alternaturã, vnde illa eos sequetur absurditas, vt etiam cum beata dicitur,in hoc vtiq; non sit beata, si futuram suam miseriam & turpitudinem præuidet. Si autem nõ præuidet,nec se turpem ac miseram fore,sed beatam semper existimat,falsa opinione sit beata:quo dici stultius nihil potest. Si autẽ semper quidem per secula retro infinita cum beatitudine alternasse animę miseriam putant:sed nũc iam de cætero cum fuerit liberata ad miseriam,non esse redituram,nihilominus conuincuntur nunquam eam fuisse vere beatam,sed deinceps incipere esse noua quadam,nec fallaci beatitudine,ac per hoc
I fatebuntur accidere illi aliquid noui, & hoc magnum
atque præclarum,quod nunquam retro per æternitatem accidisset. Cuius nouitatis causam si deũ negabunt in æterno habuisse consilio,simul eum negabunt etiam beatitudinis eius authorem, quod nefandæ impietatis est. Si autem dicent ipsum nouo consilio excogitasse,vt de cætero sit anima in æternum beata, quomodo eum alienum,ab ea,quæ illis quoque displicet mutabilitate, monstrabunt? Porrò si ex tempore creatam, sed nullo vlterius tempore perituram, tanquam verum habere initium [f],sed non habere finem fatentur,& ideo semel expertam miserias, si ab eis fuerit liberata, nunquam miseram postea futuram, non vtique dubitabunt hoc fieri,manente incommutabilitate consilij dei. Sic ergo credant & mundum ex tempore fieri potuisse, nec tamen ideo deum in eo faciendo æternum cõsilium voluntatemq; mutasse.

a Mũdus an genitus.

Sed quid placuit deo.) Quæstio Epicuri,quam Cicero Vellæi verbis primo de natu.deorum tractat. b Qui hoc dicunt,si mũdum fuisse æternum.) Dubitatio hæc est multorum disputationibus scriptisq; exagitata,variaque in partes magnis ingeniorum viribus conuersa atque iactata,quibusdã mũdum neque genitũ vnquam neque interiturum affirmantibus, vt Peripateticis, quibus Latini multi suffragãtur, vt Plinius & Manilius. Cato senior opinionem Aegyptiam esse hanc dicit,alijs genitũ quidẽ affirmantibus, sed negãtibus interiturũ vnquam:cuius sententiæ sunt qui volunt Platonem fuisse, vt superiore libro dixi. Sunt quibus nunquam inceperit mũdus,desinet tamen aliquãdo. Sunt qui genitum à deo corruptibilẽque asserant, sed nunquam tamen interiturum. Nam diuinæ naturæ vi continetur atque seruatur. Ex horum numero sunt Pythagorici. Alij & initiũ accepisse, & finem habituru autumant,vt Epicurei, Anaxagoras, Empedocles,& Stoici,de quis omnibus Plutarchus in placitis naturalibus. Galenus in historia philosophi,modo eius sit is liber, Censorinus in natali die, Macrobius, ac plerique alij. Alexander Aphrodisieus Aristoteli accedit,quod eius sententia minus disputãtium ictibus sit exposita. Galenus ex sensuum testimonio de tota lite pronũciari debere asseuerat, qui cũ eundem & eodem modo procedere semper mundum cernant, ingenitũ,& æternũ fateri par est,nã vt Manilius inquit:Nõ aliũ videre patres, aliũmve nepotes Aspicient. & inter eos qui æternum faciunt mundum,alij à deo genitũ volũt,alij nullam eius causam ponunt,sed ipsum potius sui & cæterorum causam esse, quod Aristoteli placuit libro primo de cœlo & mundo.

c Mundus ipse ordinatissima.) Casu aut fortuito credibile non est factam esse rem maximi ordinis,& rationis, nec alium quàm summũ potuisse summi operis,aut alium,quàm pulchrum pulcherrimi parẽtẽ esse. Omnes philosophorum scholæ,quæ diuinius aliquid sapuerũt, nihil esse quod tam arguat & factũ esse à deo mundũ,& eius cura administrari cõsensu vnico affirmant, quàm aspectũ ipsum mundi totius consideratione mq; decoris eius atq;ordinis Plato,Stoici,Cicero, Plutarch.& Aristotelis hac de re argumentum refertur à Cicerone.ij.de nat. deo. d Maximéque in anima.)Plato animas hominum æternas esse voluit detrusas in corpus humanũ,hoc est,in carceré propter scelera ab ipsis cõmissa,

e Si enim alternasse.)Neque enim aliter dici potest, quàm quod fuerit æternũ,aut beatæ,aut miseræ,vel certe alternis beatæ miseræq;. quod ita si fiat, ex varietate quadam & alternatione naturæ animæ proficisci necesse est. Quæ enim posset ista esse in tot animarum millibus infinita æternitate tam constans facinorum admissionis, expiationisque vicissitudo,vnde modo beatæ essent,modo miseræ. f Tanquam verũ habere initium.)In aliis exemplaribus legitur,tãquam numerũ habere initium.Numerus enim ab vnitate incipit,nec est vbi sistat: nã quantocũq; addito numero,maior adhuc adijci potest, nec finis erit, etiam vbi iam finis non poterit inueniri,quod infinitum dicitur.

Tam non esse cogitandum de infinitis temporum spatiis ante mundum,quàm nec de infinitis locorum.

Caput V.

Deinde videdum est,istis qui deum conditorẽ mundi esse consentiunt, & tamen quærũt de mundi tempore quid respõdeamus, quid ipsi respondeant de mundi loco.Ita enim quæritur cur potius tunc & non antea factus sit, quemadmodũ quæri potest,cur hic potius vbi est,& nõ alibi? Nam si infinita spatia temporis ante mundũ cogitant, in quibus eis non videtur deus ab opere cessare potuisse,similiter ergo cogitent extra mundum infinita spatia locorum:in quibus si quisquam dicat,nõ potuisse vacare omnipotentẽ,nónne consequens erit, vt innumerabiles mũdos cum Epicuro [a] somniare cogatur:ea tantum differẽtia, quod eos ille fortuitis motibus atomorũ [b] gigni asserit, & resolui,isti aũt opere dei factos dicturi sunt,si eũ per interminabilem immensitatẽ locorũ extra mundum circumquaq; patentiũ vacare noluerint,nec eosdẽ mũdos,quod etiã de isto sentiunt,vlla causa posse dissolui? Cũ his enim agimus [c],qui & deũ incorporeum, & omnium naturarum, quæ nõ sunt, quod ipse creatorẽ nobiscum sentiunt. Alios autẽ nimis indignũ est ad istã disputationẽ religionis admittere, maxime quod apud eos [d],qui multis diis sacrorũ obsequiũ deferendũ putãt. Isti philosophi * cæteros nobilitate atq; authoritate vicerunt,non ob aliud, nisi quia lõgo quidem interuallo: veruntamen reliquis propinquiores sunt veritati. An forte substantiam dei,quam nec includunt, nec determinant,nec distendũt loco,sed de ea sicut de deo sentire dignum est fatentur,incorporea præsentia vbique totam,à tantis locorum extra mundum spatiis absentẽ esse dicturi sunt,& vno tantũ,atq; in cõparatione illius infinitatis tam exiguo loco in quo mundus est occupatam? Nõ opinor eos in hęc vaniloquia progressuros. Cũ igitur vnũ mundũ ingenti quidẽ mole corporea,finitũ tamen & loco suo determinatũ, & operante deo factũ esse dicant, quod respondent de infinitis extra mundũ

locis

A locis:cur in eis ab opere deus cesset,hoc sibi respõdeãt, de infinitis ante mũdum tẽporibus, cur in eis ab opere deus cessauerit?Et sicut nõ est cõsequens,vt fortuitu potius,q̃ ratione diuina deus non alio, sed isto in quo est loco mundum constituerit, cum pariter infinitis vbiq; patentibus nullo excellentiore merito posset hic eligi, quãuis eandem diuinam rationem, qua id factum est, nulla possit humana comprehendere mens:ita non est consequens, vt deo aliquid existimemus accidisse fortuitum, quod illo potius quàm anteriore tempore cõdidit mundum, cum æqualiter anteriora tempora per infinitũ retro spatium præteriisse, nec fuisset aliqua differentia vnde tempus tempori eligendo præponeretur. Quod si dicunt,inanes esse hominum cogitationes,quibus infinita imaginantur loca, cum locus nullus sit præter mundũ, respondetur eis, isto modo inaniter homines cogitare præterita tempora vacationis dei,cum nullum tempus sit ante mundum.

a Cvm Epicuro.) Hic non multos modo mundos sed infinitos quoque esse voluit, vt alibi ostendi. Metrodorus sic absurdum esse ait, si vnicus in infinito mundus sit genitus, ac si vnica in latifundio spica nasceretur.Hũc errorem & Aristoteles & Stoici multis argumentis retuderunt,vnicumq; cum Platone cæterisq; sapiẽtibus posuere mundũ,quod τὸ πᾶν dixere,hoc est,vniuersum. b Fortuitis motibus atomorum.) De principiis rerum naturæ magna & permolesta est inter philosophos disceptatio. Democritus corpuscula dixit esse per inane infinitum temere volitantia, quibus inesset forma & magnitudo,essẽtque insecabilia, ideo ἄτομοι dicta. Epicurus hunc secutus pondus addidit.Ita indiuidua illa ramenta variis formis prædita,variis magnitudinibus tum etiam ponderibus multum diuersis,iactatione fortuita per vacuum immensum agitata, non simplici casu inter se cõmista & coagmẽtata,infinitos subinde mũdos progignere, infinitos interimere arbitratus est,sine certa causa, sine consilio vllo natos,auctos, extinctos:& cum de loco extra cœlum loquimur,non sic locus est intelligẽdus,vt hic noster,qui corpore definitur,& terminatur: sed quemadmodum durationem quãdam ante mundum genitum animo comprehendimus, in qua res multæ & creari,& viuere potuerunt:ita extra mũdum hunc & si nihil est,mẽs tamen spatium quoddam intelligit, in quo à deo nõ modo multi,sed infiniti quoque mundi locari possunt. c Cũ iis enim agi.)Cum Platonic. d Maxime quòd apud eos.) Maxima erat Platonic.& Stoic.authoritas apud veteres etiam vulgo. Cice.verbis Cato.& Lælij.

Creationis mundi & temporum unum esse principium, nec aliud alio præueniri. Cap. VI.

Si enim recte discernuntur æternitas & tempus,quod tẽpus sine aliqua mobili [a] mutabilitate nõ est,in æternitate autem nulla mutatio est [b], quis non videat quod tempora nõ fuissent, nisi creatura fieret,quæ aliquid aliqua motione mutaret,cuius motionis & mutationis, cũ aliud atque aliud quę simul esse non possunt,cedit atque succedit in breuioribus vel productioribus morarum interuallis tẽpus sequeretur? Cũ igitur deus,in cuius æternitate nulla omnino est mutatio, creator sit temporum & ordinator, quomodo dicatur post temporum spatia mundum creasse,non video: nisi dicatur ante mũdum iam aliquam fuisse creaturam, cuius motibus tẽpora currerent. Porrò si literæ sacræ, maximeq; veraces ita dicũt,in principio fecisse deum cœlum & terram, vt nihil antea fecisse intelligatur, quia hoc potius in principio fecisse diceretur, si quid fecisset ante cætera cuncta quæ fecit, proculdubio non est mundus factus in tempore,sed cum tempore. Quod enim fit in tempore, & post aliquod fit, & ante aliquod tempus, post id quod præteritum est,ante,id quod futurum est. Nullũ autem ante mundum posset esse præteritum,quia nulla erat creatura,cuius mutabilibus motibus ageretur. Cum tempore autem factus est mundus, si in eius cõditione factus est mutabilis motus, sicut videtur se habere etiã ordo ille primorum sex vel septem dierum, in quibus mane & vespera nominantur, donec omnia quæ his diebus deus fecit,sexto perficiantur die, septimoq; in magno mysterio dei vacatio commendetur. Qui dies cuiusmodi sint,aut perdifficile nobis, aut etiã impossibile est cogitare,quanto magis dicere.

Gene.1.

Gene.2.

a Tempus. Aeternitas

Quod tempus sine aliqua mobili.) Aristoteles mensuram motus dixit esse tempus: ita vt sine motu tempus non percipi vllum existimet. Sunt ex philosophis qui motum ipsum tẽpus esse diffiniant,sicut Stoici. b In æternitate autẽ nulla mutatio est.)Sic Augustin[o] multis locis, sic Bœoti[o], sic Gregorius Nazianzenus, sic alij permulti: & quoniam hi omnes ex Platone hoc sumpserunt, afferam Platonis verba ex Timæo: Vbi vero mobile viuensq; æternum hoc deorum simulachrum is parẽs qui fabricatus est,consideraui t, lætitia perfusus similius adhuc exemplari facere constituit.Ita quemadmodum hoc animal est sempiternum, sic & mũdum ille quantum eius natura capere ac sustinere posset, sempiternũ est aggressus efficere:at illius natura æterna est, idcirco facto id operi congruere non poterat. Imaginem vero commentus est mobilem æternitatis,& simul cœli structuram adornans,in vno eodemq; manentis æui progredientem suis numeris imaginem gignit,sed æternam.Hanc nominauit tempus,partesq; huius dies, noctes, menses & annos,cum ante cœlum nullæ fuissent, vnà cum cœlo prodire iubet. Sic Plato: nisi quis eandem sententiam mauult Apuleij verbis audire. Is enim sic inquit in dogmate Platonis: Tempus vero æui esse imaginem, siquidem tempus mouetur, & perennitas fixa & immota est natura. & ire in eam tempus & in eius magnitudinem finiri,ac dissolui posse,si quando hoc decreuit fabricator mundi deus.

De qualitate primorum dierum,quia antequam sol fieret, uesperam & mane traduntur habuisse.

Caput VII.

Nidemus quippe istos dies notos non habere vesperam [a],nisi de solis occasu:nec mane,nisi de solis exortu. Illorũ autem priores tres dies sine sole peracti sunt,qui quarto die factus refertur. Et primitus quidem lux verbo dei facta, atq; inter ipsam & tenebras deus separasse narratur, & eandem lucem vocasse diem,tenebras autem noctem. Sed qualis illa sit lux,& quo alternante motu, qualemq; vesperam & mane fecerit,remotum est à sensibus nostris:nec ita vt est,intelligi à nobis potest, quod tamen sine vlla hæsitatione credẽdum est. Aut enim aliqua lux corporea [b] est,siue in superioribus mundi partibus lõge à conspectibus nostris, siue vnde sol postmodum accensus est. Aut lucis nomine significata est sancta ciuitas [c], in sanctis angelis & spiritibus beatis,de qua dicit Apostolus: Quæ sursum est Hierusalem, mater nostra æterna in cœlis. Ait quippe & alio loco: Omnes enim vos filij lucis estis,& filij diei, nõ sumus noctis neque tenebrarũ. Fit tamẽ & vespera [d] diei huius & mane aliquatenus, quoniam scientia creaturæ [e] in comparatione scientiæ creatoris quodammodo vesperascit. Itemq; lucescit,& mane fit, cum & ipsa refertur ad laudem dilectionẽq; creatoris. Nec in noctẽ vergitur,vbi non creator creaturæ dilectione relinquitur. Denique scriptura cum illos dies dinumeraret ex ordine, nusquam interposuit vocabulum noctis. Nõ enim ait alicubi, facta est nox, sed facta est vespera,& factum est mane dies vnus.Ita dies secundus, & cæteri. Cognitio quippe creaturæ in seipsa decoloratior est, vt ita dicam, quàm cum in dei sapientia cognoscitur,velut in arte qua facta est. Ideo vespera congruentius quàm nox dici potest,quę tamẽ, vt dixi,cum ad laudandum & amãdum refertur creatorem, recurrit in mane. Et hoc cum fit in cognitionem*† suiipsius, dies vnus est. Cũ in cognitionem firmamenti,quod inter aquas inferiores & superiores cœlum appellatum est,fit dies secũdus. Cum in cognitionem terræ ac maris omniumq; gignentium quæ radicibus continuata sunt terrę,dies tertius. Cum in cognitionem luminarium maioris & minoris omniũmque syderum,dies quartus. Cum in cognitionem omnium ex aquis animalium natatilium atque volatilium,dies quintus. Cum in cognitionem omnium animaliũ terrenorum

D

E

Gene.1.

Gala.4.

*† facit in cognitione

G renorum,atque ipsius hominis,dies sextus.

a VIdemus quippe istos dies notos non habere vesperũ.) In Colonieñ.libro legitur : Noctis non habere vesperam. b Aut enim aliqua lux corporea.) Super hac quæstione disputantur à recentioribus theologis complura,libro sententiarum.ij.distinctione.xiiij. Et hîc non significat Augustinus lucem esse corpus: sed ait vel creatum à deo corpus aliquod illustre,qualis est sol, vel lucem aliquam sine corpore fuisse, quæ extensa diem faceret, contracta noctem, vt Basilius ait,viaq; solis progrederetur,& cum accederet matutinum esset tempus, decedens vesperum relinqueret ,vt imaginatur Hugo sancti Victoris,libro de sacramentis primo. c Aut lucis nomine significata est sancta ciuitas.)Sic primo super Geñ.ad literam idem Augustinus. d Fit tamen & vespera .) Alibi sic:si tamen & vesperam dici huius & mane aliquatenus congruenter intelligere valeamus,quoniam &c. e Quoniam scientia creaturæ.)De his ipse lib.iiij. de Geneſi ad literã, quo loco mane appellat, cum angeli ex creatarum rerum in eis ipsis cognitarum aspectu, vbi tenebræ sunt & nox altissima , ad charitatem dei se sustollũt : quod si deũ diligentes & spectantes omnia in ipso noscant, quæ est certior rerum omnium scientia, quàm si ipsæ penitus perspicerentur,tunc dies est. Vergit autem in serum, cum à deo se conuertit angelus ad res creatas,inueturũq; illas nõ in deo,sed in ipsis:nec tamen hic vesper in noctem abit, quoniam nunquam angeli artifici suo præponũt opus,ac potius habẽt,quæ esset obscurissima nox.tantum ex Augustino, qui primus scientias matutinas & vespertinas induxit.

Quæ qualisue intelligenda sit dei requies,quæ post opera sex dierum requiesit in septimo. Caput VIII.

Gene.2. H QVm vero in die septimo requieuit deus ab omnibus operibus suis , & sanctificauit eũ, nequaquam est accipiendum pueriliter , tanquã deus laborauerit operando,qui dixit,& facta sunt verbo intelligibili & sempiterno [a],non sonabili & temporali. Sed requies dei requiem significat eorum qui requiescunt in deo,sicut lætitia domus, lætitiam significat eorum qui lætantur in domo , etiamsi non eos domus ipsa, sed alia res aliqua lætos faciat. Quanto magis si eadem domus pulchritudine sua faciat lætos habitatores , vt non solum eo loquendi modo læta dicatur,quo significamus,per id quod continet id quod cõtinetur,sicut theatra plaudũt,prata mugiunt, cum in illis homines plaudant,in his boues mugiant: sed etiam illo quo significatur per efficientem id quod efficitur, sicut læta epistola dicitur significans eorum lætitiam,
Gene.2. quos legentes efficit lætos . Cõuenientissime itaque cũ deum requieuisse prophetica narrat authoritas, significatur requies eorum, qui in illo requiescunt , & quos facit ipse requiescere .Hoc etiam hominibus quibus loquitur,& propter quos vtique cõscripta est , promittẽte prophetia,quod etiã ipsi post bona opera,quæ in eis,
I & per eos operatur deus, si ad illũ prius in ista vita per fidem quodammodo accesserint , in illo habebunt requiem sempiternam . Hoc enim & sabbati vacatione ex præcepto legis in vetere dei populo figuratum est, vnde suo loco diligentius arbitror disserendum.

a VErbo intelligibili & sempiterno.) Vocem illam volũtatis momẽtum dicit esse Basilius,quo melius nos intelligamus.

De angelorum conditione,quid secundum diuina testimonia sentiendum sit. Cap. IX.

NVnc quoniam de sanctæ ciuitatis exortu dicere institui, & prius quod ad sanctos angelos attinet dicendum putaui, quæ huius ciuitatis & magna pars est & eo beatior , quod nunquam peregrinata [a] , quæ hinc diuina testimonia suppetant, quantum satis videbitur deo largiẽte explicare conabor.Vbi de mundi constitutione sacræ literæ loquuntur,non euidenter dicitur,vtrum vel quo ordine creati sint angeli: sed si prætermissi non sunt, vel cœli nomine,vbi dictum est:In principio fecit deus cœlum &
Gene.1. terram:vel potius lucis huius,de qua loquor,significati sunt. Nõ autem prætermissos esse hinc existimo,quod K scriptum est , requieuisse deum in septimo die ab omnibus operibus suis quæ fecit , cum liber ipse ita sit exorsus:In principio fecit deus cœlum & terram: vt ante Gene.1. cœlum & terram nihil aliud fecisse videatur.Cum ergo à cœlo & terra cœperit,atq; ipsa terra,quam primitus fecit,sicut scriptura consequenter eloquitur, inuisibilis & incomposita nondumq; luce facta , vtique tenebræ fuerint super abyssum, id est, super quandã terræ & aquæ indistinctam confusionem : vbi enim lux non est , tenebræ sint necesse est :deinde quum omnia creando disposita sint , quæ per sex dies consummata narrantur , quomodo angeli prætermitterentur, tanquam non essent in operibus dei, à quibus die septimo requieuit?Opus autem dei esse angelos:hic quidem,etsi non prętermissum,nõ tamen euidenter expressum est: sed alibi hoc sancta scriptura clarissima voce testatur. Nam & in hymno trium in camino virorum cũ prædictum esset : Benedicite omnia opera domini dominum:in executione eorũdem operum , etiã angeli no- Danie.3.
minati sunt.Et in Psalmo canitur,Laudate dominum Psal.148.
de cœlis,laudate eum in excelsis. Laudate eum omnes angeli eius,laudate eum omnes virtutes eius. Laudate eum sol & luna , laudate eum omnes stellæ & lumen. L Laudate eum cœli cœlorum , & aquæ quæ super cœlos sunt,laudent nomen domini . Quoniam ipse dixit, & facta sunt,ipse mandauit,& creata sunt . Etiam hic apertissime à deo factos esse angelos diuinitus dictum est,cum eis inter cætera cœlestia cõmemoratis , infertur ad omnia:Ipse dixit,& facta sunt . Quis porrò audebit opinari , post omnia ista quæ sex diebus enumerata sunt angelos factos?Sed & si quisquam ita desipit, redarguit istam vanitatem illa scriptura paris authoritatis,vbi deus dicit: Quando facta sunt sydera [b], lau- Iob.38.
dauerunt me voce magna omnes angeli mei . Iam ergo erant angeli quando facta sunt sydera . Facta sunt autem quarto die. Nũquid nam ergo die tertio factos esse dicemus? Absit.In promptu est enim , quid illo die factum sit. Ab aquis vtique terra discreta est,& distinctas sui generis species duo ista elementa sumpserunt: & produxit terra quicquid ei radicitus inhæret. Nunquid nam secundo? Nec hoc quidem. Tunc enim firmamentum factum est inter aquas superiores & inferiores,cœlumq; appellatum est:in quo firmamento fa- M
cta sunt sydera quarto die . Nimirũ ergo si ad istorũ [c] dierũ opera dei pertinent angeli , ipsi sunt lux illa,quæ diei nomen accepit , cuius vnitas vt commendaretur, nõ est dictum dies primus,sed dies vnus. Nec alius est dies secũdus,aut tertius,aut cæteri , sed idem ipse vnus ad implendum senarium vel septenarium nũmerum repetitus est , propter senarium vel septenariam cognitionem:senariam scilicet operum quæ fecit deus,& Gene.1.
septenariam quietis dei.Cum enim dixit deus:fiat lux, & facta est lux, si recte in hac luce creatio intelligitur angelorum,profecto facti sunt participes lucis ęternę, quæ est ipsa incommutabilis sapientia dei,per quã facta sunt omnia,quem dicimus vnigenitum dei filium, vt ea luce illuminati,qua creati fierent lux, & vocarẽtur dies participatiõe incõmutabilis lucis & diei,quod est verbum dei , per quod & ipsi , & omnia facta sunt. Lumen quippe verum quod illuminat omnem homi- Ioan.1.
nem in hunc mundum venientem , hoc illuminat & omnem angelum mundũ, vt sit lux non in seipso , sed in deo , à quo si auertitur angelus fit immundus , sicut sunt oẽs,qui vocantur immũdi spiritus,nec iam lux in domino,

A domino , sed in seipsis tenebræ priuati participatione lucis æternæ . Mali enim nulla natura est, sed amissio boni,mali nomen accepit.

a QVod nunquam peregrinata .) Semper enim in patriã fuit. Angeli enim semper vident faciem patris,qui in cœlis est. b Quando facta sunt sydera.) Iob. xxxviij. lxx. ἡνίκα ἄστρα, ἤνεσάν με φωνῇ μεγάλῃ πάντες ἄγγελοί μου c Nimirum ergo si ad istorum.) Theologi Græci res spiritales præcessisse corporeas volunt , eisq; veluti ministris vsum esse mũdi genitorem in reliquis proreandis : quam opinionem Plato in opificio mundi secutus est. Diuus Hieronymus, Gregoriũ magistrum, suosq; secutus Græcos,spiritalia corporalibus priora fuisse censuit. Basilius vero & Dionysius Græci,& Latini propè omnes, Ambrosius, Beda, Cassiodorus, & hic Augustinus , cuncta simul à deo progenita esse perhibent, quod cum illo congruere videtur Ecclesiastici decimo octauo: Qui viuit in æternum,creauit omnia simul.

De simplici & incommutabili trinitate patris, & filii,& spiritus sancti unius dei:cui non est aliud qualitas,aliud substantia. Cap. X.

St itaq; bonum solum simplex , & ob hoc solum incommutabile , quod est deus . Ab hoc bono creata sunt omnia bona,sed non simplicia,& ob hoc mutabilia.Creata sanè inquam, id est,facta , non genita . Quod enim de simplici bono genitũ est,pariter simplex est:& hoc est quod illud de quo genitum est,quæ duo patrem & filium dicimus,& vtrũq;
B hoc cum spiritu suo vnus est deus:qui spiritus patris & filij,spiritus sanctus propria quadam notione huius nominis in sacris literis nuncupatur.Alius est autẽ quàm pater & filius [a],quia nec pater est,nec filius:sed alius dixi,non aliud:quia & hoc pariter simplex pariterq; bonum est incommutabile & coæternum . Et hæc trinitas vnus est deus: nec ideo non simplex , quia trinitas. Neq; enim propter hoc naturam istam boni simplicẽ dicimus,quia pater in ea solus,aut solus filius,aut solus spiritussanctus. Non enim sola est ista nominis trini-
†aliàs substantia. tas sine substantia†personarum, sicut Sabelliani [b] hæretici putauerũt.θ Pater qui genuit simplex est,& filius qui genitus est pariter simplex est : & hoc est illud, de quo genitus est [c] θ. Sed ideo simplex dicitur, quoniam quod habet, hoc est : excepto quod relatiue quæq; persona ad alteram dicitur . Nam vtiq; pater habet filiũ, nec tamen ipse est filius.Et filius habet patrem,nec tamen ipse est pater.In quo ergo ad seipsum dicitur,non ad alterum, hoc est quod habet : sicut ad seipsum dicitur viuẽs,habendo vtiq; vitam , & eadem vita ipse est. Propter hoc itaq; natura dicitur simplex,cui non sit a-
C liquid habere,quod vel possit amittere:vel aliud sit habens,aliud quod habet:sicut vas aliquem liquorem,aut corpus colorem,aut aër lucem siue feruorem , aut anima sapientiam: nihil enim horum est id, quod habet. Nam neq; vas liquor est,nec corpus color, nec aër lux siue feruor,neq; anima sapientia est. Hinc est quod etiam priuari possunt rebus quas habent, & in alios habitus vel qualitates verti atq; mutari,vt & vas euacuetur humore, quo plenum est, & corpus decoloretur, & aër tenebrescat,siue frigescat,& anima desipiat.Sed & si θsitθcorpus [d] incorruptibile, quale sanctis in resurrectione promittitur , habet quidem ipsius incorruptionis inamissibilem qualitatem, sed manente substantia corporali,non hoc est,quod ipsa incorruptio. Nam illa etiam per singulas partes corporis tota est , nec alibi maior , alibi minor . Neq; enim vlla pars est incorruptior,quàm altera. Corpus vero ipsum maius est in toto quàm in parte : & cum alia pars est in eo amplior, alia minor, nõ ea quæ amplior est incorruptior, quàm ea quæ minor.Aliud est itaq; corpus [e] , quod non vbique sui totum est:alia incorruptio , quæ vbiq; eius tota est:quia omnis pars incorruptibilis corporis etiam cę- D
teris inæqualis æqualiter incorrupta est. Neque enim, verbi gratia,quia digitus minor est quàm tota manus: ideo incorruptibilior manus quàm digitus . Ita cũ sint inæquales manus & digitus , æqualis est tamen incorruptibilitas manus & digiti . Ac per hoc quãuis à corpore incorruptibili inseparabilis incorruptibilitas sit, aliud est tamen substantia , qua corpus dicitur , aliud qualitas eius , qua incorruptibile nuncupatur . Et ideo etiam sic hoc non est , quod habet anima quoq; ipsa, etiam si semper sit sapiens:sicut erit cum à præsenti miseria liberabitur in æternum:quia licet tunc sapiens sit in æternum, participatione tamen incommutabilis sapientiæ sapiens erit,quæ non est quod ipsa. Neq; enim si aër infusa luce nunquam deseratur , ideo non aliud est ipse, aliud lux qua illuminatur. Neq; hoc ita dixerim , quasi aër sit anima [f] : quod putauerunt quidam, qui non potuerunt incorpoream cogitare naturam [g]. Sed habent hæc ad illa etiam in magna disparilitate θ de spiritualitateθquandam similitudinem,vt non inconuenienter dicatur , sic illuminari animam incorpoream luce incorporea simplicis sapientiæ dei , sicut
E illuminatur aëris corpus luce corporea, & sicut aër tenebrescit ista luce desertus. Nam nihil sunt aliud quæ dicuntur locorum quorumcunq; corporaliũ tenebrę [h], quàm aër carens luce, ita tenebrescere animam sapiętię luce priuatam.Secundũ hoc ergo dicuntur illa simplicia,quæ principaliter vereq; diuina sunt , quod non aliud est in eis qualitas,aliud substantia [i]: nec aliorum participatione,vel diuina,vel sapientia,vel beata sunt, Cæterum dictus est in scripturis sanctis, spiritus θsan- Sapi.7.
ctus θ sapientia multiplex,eo quod multa in se habeat: sed quæ habet:hæc & est:& ea omnia vnus est.Neq; enim multæ,sed vna sapientia est, in qua sunt immensi quidam atq; infiniti thesauri [k] rerum intelligibilium: in quibus sunt omnes inuisibiles atq; incommutabiles rationes rerum, etiam visibilium & mutabilium , quæ per ipsam factæ sunt : quoniam deus non aliquid nesciens fecit,quod nec de quolibet [l] homine artifice recte dici potest.Porrò si sciens fecit omnia,ea vtique fecit quæ nouerat. Ex quo occurrit animo quiddam mirum,sed tamen verum,quod iste mundus nobis notus esse non posset , nisi esset : deo autem nisi notus esset [m], esse non posset.

F

a ALius est autem quàm pater & filius.) Haud equidẽ verba permultum ad rationis pietatem facere crediderim, sed illud tamen seruandum est in primis,ne à receptis vũ authorum cõsensuq; ecclesiæ, illius præsertim veteris, formulis recedatur. Nam quum diuinæ res supra humanũ omnem sint captum sitæ, ne verbis quidem propriis possunt à nobis enunciari. Sunt enim verba omnia & ab hominibus,& ad humana explicanda inuenta,quo minus confingere sibi quemque,aut noua inducere , aut abusũ trita atque approbata repudiare asciti s aliis decet . Nam quum propria nulla possint ingenij humani vi excogitari , illa erunt maxime ad rem eloquendam accommodata,quæ ab illis tradita fuerint, quorum scriptis magna pars pietatis nostræ constat : quæ dixi propter impiam quorundam argutulorum temeritatem,qui contemptis spretisq; veterum loquendi formulis,ostẽtandi sui causa periculoso exemplo , noui verborum magistri videri affectant,quum sint cum rerum aliarum omnium,tum vero verborum sermonisq; vniuersi imperitissimi: & volunt licere sibi arbitratu suo atque adeo libidine,veterum scriptorum de religione loquendi leges, ceu mollem quampiam & ductilem ceram,modo in arctum,modo in extensum fusumq; difformare. b Sicut Sabelliani.)Dixi de hæresi istorum,qui personas in trinitate nullas ponebant. c Pater qui genuit simp . est, & filius qui genitus est,pari.simp.est:& hoc est id.de quo genit* est.)Hoc totũ in codice Brugeñ.deest. d Sed & si sit corpus.) Nõ modo quod seiungi ab alio probat non illud esse, à quo separatur, sed quod affixum illi est hærensq; perpetuo. e Aliud est itaque corpus.) Fusa est corporis ratio per partes omnes:nec ipta constat,nisi partes tum adsint, tũ coniunctæ coagmentatæq; sint. Nec manus suum corpus est, vel ei magnitudine par:at incorruptio,quæ est in manu,nõ pars est incorruptionis corporis:neq; cui sparsa hæc est ita per corpus, vt modo corporis liceat eam metiri:sed sic intellectili consideratione attributa,vt quum in toto sit

Verba religiose seruanda.

G to sit corpore tota, in quauis etiam corporis parte non pars aliqua esse intelligatur, sed ipsa quoque tota, quæ natura est rerum spiritalium: velut animæ, angeli, dei, qui non sic locum tenent, vt aliquid prius, aliud posterius: dextrum hoc, illud sinistrum sit: aut inferius quicquã, cuius superius sit è regione situm: sed in singulis quanlibet minutis loci tenuibusq; particulis sint toti: nec tamen loco ipsi toti desint, quæ dictúne an intellectu faciliora sint, dubites. f Quasi aër sit anima.) Hoc dixit Anaximenes Milesius, & eiusdem philosophiæ Diogenes Apolloniates. Anaxagoras ceu aërem quendam esse vult animam. Heraclitus à respiratione animam viuentium progigni censebat. Vnde dicta sit ψυχή, vt inquit Plato in Cratylo, ἀπὸ τοῦ ψύχω, quod est refrigero. Veteres aërem illum, qui est in anhelitu, videtur animam putasse: vnde est apud Poëtã, fœtere vxoris animam. quin & aërem omnem animam dixerunt. Verg. Semina terrarum animæq; marisq; fuissent. g Qui non potuerunt incorpoream cogitare naturã.) Cicero primo Tusch. quæstio. Animos enim per seipsos viuentes non poterant mente complecti, formam aliquam figuramq; quærebant. h Quæ dicuntur &c. tenebræ.) Sic ab Aristotele tenebræ finiuntur secundo libro de anima, absentia lucis ex diaphano corpore, quod est luminis capax, & per quod cernim⁹. i Nõ aliud est in eis qualitas, aliud substantia.) Qualitates vocat, quas Græci ποιότητας. Tametsi hæ pro corporibus accipi à Cicerone videntur in Academicis. Hic videtur Augustinus qualitates dicere, quicquid substantiæ adhæret: quod philosophi recentiores accidens nominant, & qualitatis generale nomen, quum Quintilianus aliiq; permulti ostendunt, tum quale ipsum declarat, quod ad omne accidentis genus accommodatur. k Thesauri.) Recõditoria, aut ipsæ opes recõditæ. l Quod nec de quolibet.) Quanlibet inscio & abiecto, hoc enim est quodlibet, vt alibi dixi. m Deo autem nisi notus esset.) Cura dei stat mundus, alioqui statim ruiturus. Atqui quod neutiquàm deus nosset, curare non posset: neque enim artifex opus vel facit, vel sustinet, quod ignorat.

Tenebræ

H

An eius beatitudinis, quam sancti angeli ab initio sui semper habuerunt, etiam illos spiritus, qui in ueritate non steterunt, participes fuisse credendum sit. Cap. XI.

QVæ cum ita sint, nullo quidem modo secundum aliquod temporis spatium prius erant illi spiritus tenebræ, quos angelos dicimus. Sed simul vt facti [a] sunt, lux facti sunt, non tamen ita tantũ creati, vt quoquo modo essent, & quoquo modo viuerent, sed etiam illuminati vt sapienter beateq; viuerent. Ab hac illuminatione auersi quidam angeli, non solùm non obtinuerunt excellẽtiam sapientis beatæq; vitæ, quæ proculdubio non nisi æterna æternitatisq; suæ est certa atque secura: sed & rationalẽ vitam licet insipientem [b] sic habent, vt eam non possint amittere, nec si velint. Quatenus autem antequam peccassent, illius sapientiæ fuerint participes, definire quis potest? In eius tamen participatione æquales fuisse istos illis, qui propterea vere pleneq; beati sunt: quoniam nequaquã de suæ beatitudinis æternitate falluntur, quomodo dicturi sumus: quandoquidem si æquales in ea fuissent, etiam isti in eius æternitate mansissent pariter beati, quia pariter certi? Neq; enim sicut vita quandiucunq; fuerit, ita ęterna vita veraciter dici poterit, si finem habitura sit. Siquidem vita tantummodo viuendo, æterna vero finem non habendo nominata est. Quapropter quanuis nõ quicquid æternum continuo beatum sit, dicitur enim etiam pœnalis ignis æternus: tamen si vere perfecteq; beata vita non nisi æterna est, non erat talis istorum vita beata, quia quãdoq; desitura, & propterea non æterna, siue id scirent, siue nescientes aliud putarent: quia sciẽtes timor, nesciẽtes error beatos esse vtiq; non sinebat. Si autem hoc ita nesciebãt, vt falsis incertisve nõ fiderent, sed vtrum sempiternum, an quãdoq; finem habiturum esset bonum suum, in neutram partem firma assensione ferrentur, ipsa de tanta fœlicitate cũctatio eam beatæ vitæ plenitudinẽ, quam in sanctis angelis esse credimus, non habebat. Neque enim beatæ vitæ vocabulũ [c] ita contrahimus ad quasdam significationis angustias, vt solum deũ dicamus beatum: qui tamen ita vere beatus est, vt maior beatitudo esse non possit. In cuius comparatione quòd angeli beati sunt, sua quadam summa beatitudine, quanta esse in angelis potest, quid aut quantum est?

I

K

Sed simul vt facti.) Hic statim ne mutæ videantur scholæ instantibus & tricis horrẽtes adsunt, magnisq; clamoribus velut æs suũ efflagitant responderi sibi, potuerintne angeli bene de deo mereri in primo illo momento, quo sunt, ab opifice rerum omnium progeniti: an potuerunt vt ipsi dicũt, demereri. Nam nisi impropriè dicatur, non constabit theologica proprietas, quod instans fuerit creationis, quod in quo manserunt, quod in quo ceciderunt alij, alij steterunt. Et hic multa ceu in consilio fuerint naturæ principi, quum mundũ hũc conderet, magno supercilio definiunt, tanto, tam asseueranter, vt iures illos serio dicere, & aliquid omnino dicere, nec nugas esse meras. Vix humana ipsa plene vti cognosceremus ingratis mortalibus permisit deus. Nescimus quid illud erat, quod habebat ante principem noxam homo ille hominum parens: nescimus, quando peccarit, vbi, qua ratione totã illam humanæ gentis tragœdiam inuexerit: initium, & seminarium malorum omnium celatum est: quia scire nõ meremur: & iam isti quasi humanis omnibus exploratis, negociis sese angelorum ardeliones immiscent: non quibuslibet, nec quæ vulgari sapientiæ magister iussit, sed quę verisimile est, ne angelos quidem ipsos nosse. Nam [a] origines rerũ, & quid in illis sit factum, author nouit, non id quod gignitur. Accedit his, quod quum de instantibus magna sit inter homunculos controuersia, vtraque factione rem totã permultuose ad se suosq; vindicante: isti per hoc tanquam rem apertam iam & certam de incertissimis & altissima caligine mersis inquirunt. Quantum ergo & ex ipsius sapientiæ schola licet colligere, & ex discipulis eius sanctis illis authoribus, qui non contentiosa disputatiõe ex pertinacia humanisq; affectibus de sacrosanctis definiere rebus, sed modeste ac verecunde: quæ vel in libro vitæ legerunt, vel à patribus per manus tradita acceperunt, reliquere: vel ipsi certe codẽ spiritu aliqua sunt libris ausi mandare. quo innocenter ac pie viuebãt. Hoc enim modo tractari mysteria illa diuina debent, adorata potius silenter, quàm raptata & discerpta clamoribus ad rauim cõtentiosis: nec existimare nihil referre, siue de humana philosophia sit sermo, siue de reb⁹ non ad disquisitionem mortalium à deo sobrie reuelatis, sed ad admirationem venerationemq;. Ex his igitur sic opinor, angeli omnes, & hi qui perpetuo sunt boni beatiq;, & hi qui perpetuo mali, & miseri, simul sunt à deo generati, atque illustrati luce quadã, qua facile tum seipsi possent cognoscere: tum res alias, ipsum verum deum, quantum rei creatæ per deum liceret, gradatim tamen. Non enim omnes paribus sunt ingenij potentiæque viribus præditi. Tum illis proposita est optio, vtrũ mallent iussis parẽre architecti omnium & parentis, nec latum vnguem ab illis discedere, an potius facere ipsos sibi viam, qua insisterent Momẽta temporum qualia sint apud angelos, humana mẽs capere nequit, multo minus qualia apud deum: qualia tamen cumque sint, quod modeste pieq; semper dictum velim, prius seipsos suũmque inspexere patrẽ, prius suo ingenio arbitratúque relicti sunt, & velut emancipati, quã à partib⁹ dei vel defecerint, vel steterint. Fieri quid potuerit, in neutrã partem habeo quod credam, istud certe factum ita credo. Simul & illud credo vbi excellentissimam suæ naturæ partem omnes cognouerunt, quãtáque sibi ad inæstimabilem beatitudinem aperta esset ianua, spe ac fiducia tãtę beatitatis præcipientes iam tum gaudia lætos fuisse: & quanuis tenuiter, prægustasse tamen venturam fœlicitatem, & quadam tenus beatos fuisse. Cęterum, vt euentus docuit, scelestos nefariósque ductos falso gaudio: bonos autem piósque vero. Immodice enim ac insolenter suam mali tulere sortem: & quasi parum fuisset in partem possessionis admitti, ex æquo diuidi totam voluerunt. Quod fuit insipientiæ caput, neque se, neque patrem deum bene agnoscere, ac inter sese comparare. Orbati ergo sapientia, vana spe aliquandiu sunt acti, & stulta lætitia fatui insaníque perfusi, quod de regno cum deo cõtenderent: quo ad nulla iam amplius in eis melioris mentis spe residua de patria sua ingratissimi atque impientissimi deturbati sunt: quæ omnia non asseueranter velim à me putari dicta, transituro facile in sententiam verisimilius dicentis. b Sed & rationalem vitam licet insipientem.) Habent quidem dæmones acuta ingenia & vafra, sapientes tamen non sunt. Nam neque seipsos, nec parẽtem suum vt oportebat norunt, & mens eorum inuidia & superbia occæcata præceps in mille scelera insipientissime fertur. Denique si sapientes essent, essent & boni. Nec vllus est malus, in quo ignorantia non dominetur: sicut Plato, & cum secutus Aristoteles, docent. c Neque enim beatæ vitæ vocabulum.) Beatitudinem definiere veteres statũ perfectum, & numeris omnibus bonorum absolutum, qui in solum videtur deũ cadere, cuius participatione & angeli beati sunt, & homines sancti.

a

M

Angelorũ conditio.

De comparatione beatitudinis iustorum necdum tenentium promissionis diuinæ præmium, & primorum in paradiso hominum ante peccatum.
Caput XII.

NEc ipsos enim huic tantę beatitudini [a] comparatos, quod attinet ad rationalem vel intellectualem creaturam, beatos nuncupandos putamus. Quis enim primos illos homines in paradiso negare audeat beatos fuisse ante peccatũ: quanuis de sua beatitudine quàm diuturna, vel vtrum æterna esset incertos? Esset autem æterna nisi peccassent, cũ hodie non imprudenter beatos vocemus, quos videmus iuste ac pie [b] cum spe futuræ immortalitatis hãc vitam ducere sine crimine vastante [c] conscientiam, facile im-

A cile impetrantes peccatis huius infirmitatis diuinam misericordiam. Qui licet de suæ perseuerãtiæ præmio certi sint, de ipsa tamen perseuerantia sua reperiuntur incerti. Quis enim hominum se in actione profectuq; iustitiæ perseuerature vsq; in finem sciat, nisi aliqua reuelatione ab illo fiat certus, qui de hac re iusto latentiq; iudicio, non omnes instruit, sed neminem fallit. Quantum itaque pertinet ad delectationem præsentis boni, beatior erat primus homo in paradiso, quàm quilibet iustus in hac infirmitate mortali: quantum autẽ ad spem futuri boni, beatior quilibet in quibuslibet cruciatibus corporis, cui non opinione, sed certa veritate manifestum est, sine fine se habiturum omni molestia carentem societatem angelorũ in participatione summi dei, quàm erat ille homo sui casus incertus in magna illa fœlicitate paradisi.

D

a

NEc ipsos enim huic tantæ beatitudini.) In alio exemplari legitur: Nec ipsos tantum beatos, quod attinet ad rationalẽ vel intellectualem creaturam, nuncupãdos putamus. melius sic, aliter nullus constare potest sensus. significat Augustinus angelos omnes etiam quum nondum de ruina vel confirmatione sua certi essent, quodãmodo fuisse beatos, vel eo solo quòd tam præstanti essent sublimiq; natura conditi, quemadmodum & Adam ipse tot muneribus animi corporisq; ante crimen à deo cumulatus. b Quos videmus iuste ac pie.) Christus huiusmodi homines beatos appellat Matthæi viij. c Sine crimine vastante.) Nulla est hic maior beatitudo, quàm mens sibi cõscia recti. Et, vt Horatius, inquit: Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa. vt contrà nulla est maior crux, quàm conscientia scelerum. Has Cicero contra Pisonem & pro Roscio furias dicit à poëtis nominatas esse.

B

An ita unius fœlicitatis omnes angeli sint creati, ut neque lapsuros se possent nosse, qui lapsi sunt: & post ruinam labentiũ perseuerantiæ suæ præsciẽtiam acceperint qui steterunt. Cap. XIII.

QVocirca cuiuis iam nõ difficulter occurrit vtroque coniuncto effici beatitudinem, quam recto prõposito intellectualis natura desiderat: hoc est, vt & bono incommutabili, quod deus est, sine vlla molestia perfruatur, & in eo se in æternũ esse mansurum, nec vlla dubitatione cunctetur, nec vllo errore fallatur. Hanc habere angelos lucis, pia fide credimus: hanc nec ante quàm caderent habuisse angelos peccatores, qui sua prauitate illa luce priuati sunt consequenti ratione colligimus: habuisse tamen aliquam etsi non præsciam beatitudinem, si vitam egerunt ante peccatum [a], profecto creden di sunt. Aut si durum videtur, quãdo facti sunt angeli: alios credere ita factos, vt non acciperent præscientiam vel perseuerantiæ vel casus fui: alios autem ita θ factos θ, vt veritate certissima æternitatem suæ beatitudinis nossent: sed æqualis fœlicitatis omnes ab initio creati sunt: & ita fuerunt, donec isti qui nunc mali sunt ab illo bonitatis lumine sua voluntate cecidissent: profecto multo est durius nunc putare angelos sctõs æternæ suæ beatitudinis incertos, & ipsos de semetipsis ignorare, quod nos de illis per scripturas sanctas nosse potuimus. Quis enim catholicus Christianus ignorat nullum nouum diabolum ex bonis angelis vlterius futurum: sicut nec istum in societatem bonorum angelorum vlterius rediturũ? Veritas quippe in Euangelio sanctis fidelibus promittit, quod erunt æquales angelis dei: quibus etiam promittitur, quod ibunt in vitam æternam. Porrò autem si nos certi sumus, nunquam nos ex illa immortali fœlicitate casuros: illi vero certi non sunt, iam potiores, non æquales eis erimus: sed quia nequaquã veritas fallit, & æquales eis erimus, profecto etiam ipsi certi sunt suæ fœlicitatis æternæ. Cuius illi alij, quia certi nõ fuerunt: non enim erat eorum æterna fœlicitas, cuius certi essent, quę finem fuerat habitura: restat vt aut impares fuerint, aut si pares fuerunt, post istorum ruinam illis certa scientia suæ sempiternæ fœlicitatis accesserit. Nisi forte quis dicat id, quod dominus ait de diabolo in Euangelio, Ille homicida erat ab initio, & in veritate non stetit: sic esse capiendum, vt nõ solum homicida fuerit ab initio, id est, in initio humani generis: ex quo vtique homo factus est, quem decipiendo posset occidere: verum etiam ab initio suæ conditionis in veritate non steterit: & ideo nunquàm beatus cum sanctis angelis fuerit, suo recusans esse subditus creatori, & superbia sua [b] velut priuata potestate elatus, ac per hoc falsus & fallax: quia nec quisquam potestatem omnipotentis euadit. Et qui per piam subiectionem noluit tenere quod vere est, affectat per superbiæ elationem simulare quod non est: vt sic intelligatur etiam quod beatus Ioannes Apostolus ait: Ab initio diabolus peccat, hoc est, ex quo creatus est iustitiam recusauit, quam nisi pia deoq; subdita voluntas habere non possit. Huic sententiæ quisquis acquiescit, non cũ illis hæreticis sapit, id est, Manichæis [c]: & si quæ aliæ pestes ita sentiunt, quod suam quandam propriam tanquam ex aduerso quodam principio diabolus habeat naturam mali, qui tanta vanitate desipiunt, vt cum verba ista Euangelica in authoritate nobiscum habeant: non attendant non dixisse dominum, à veritate alienus fuit, sed, in veritate nõ stetit: vbi à veritate lapsum intelligi voluit, in qua vtiq; si stetisset, eius particeps factus, beatus cum sanctis angelis permaneret.

C

Matth.22.

Matth.25.

D

Ioan.8.

1.Ioan.3.

Ioan.8.

a

SI vitam egerũt ante peccatum.) Tam exiguum illud tẽporis fuit, quod prius quàm à deo deficerent, interfluxit, vt nihil esse videatur. b Et superbia sua.) In aliis codicibus, & sua per superbiã velut priuata potestate elatus, ac per hoc falsus & fallax. c Nõ cum illis hæreticis sapit, id est, Manichæis.) Quum audirent dæmonem ab initio peccasse, existimarunt malum esse dæmonem à deo progenitum, idcirco natura potius esse malum, quàm voluntate: nam id in vnoquoque naturale est, non voluntarium, quod in eo creauit rerum conditor, quum id in mundum proferret.

Quo genere locutionis dictum sit de diabolo, quod in ueritate non steterit: quia ueritas non est in eo.
Caput XIIII.

SVbiecit autem iudicium quasi quæsissemus, vnde ostendatur, quod in veritate non steterit, atq; ait: Quia non est veritas in eo. Esset autem in eo, si in illa stetisset. Locutione autem dictum est minus vsitata. Sic enim videtur sonare: In veritate non stetit, quia non est veritas in eo: tanquàm ea sit causa, vt in veritate non steterit, quod in eo veritas non sit: cum potius ea sit causa, vt in eo veritas non sit, quod in veritate non stetit. Sed ista locutio est & in Psalmo, vbi ait: Ego clamaui, quoniam exaudisti me deus: cum dicendũ fuisse videatur, Exaudisti me deus, quoniam clamaui. Sed cum dixisset, ego clamaui: tanquam ab eo quærerẽtur, vnde se clamasse monstraret, ab effectu exauditionis dei clamoris sui ostendit affectum, tanquam diceret: Hinc ostendo clamasse me, quoniam exaudisti me.

F

Psal.16.

Quid sentiendum sit de eo quod scriptum est, Ab initio diabolus peccat. Caput. XV.

ILlud etiam quod ait de diabolo Ioannes: Ab initio diabolus [a] peccat: non intelligunt qui inde volunt asserere peccati naturam [b], cum naturale nullum sit omnino peccatũ*†. Sed quid respõdetur propheticis testimoniis, siue quod Esaias ait sub figurata persona principis Babyloniæ, diabolũ notans: Quomodo cecidit Lucifer, qui mane oriebatur. Siue quod Ezechiel: In delitijs paradisi dei fuisti omni lapide precioso

1.Ioan.3.

† intelligunt si naturale est, nullo modo esse peccatum.

G de precioso ornatus? Vbi intelligitur fuisse aliquando sine peccato. Nam expressius ei paulò post dicitur: Ambulasti in diebus tuis sine vitio. Quæ si aliter conuenientius intelligi nequeunt, oportet etiam illud quod dictum est, In veritate non stetit, sic accipiamus quod in veritate fuerit, sed non permanserit. Et illud quod ab initio diabolus peccat, non ab initio ex quo creatus est, peccare putandus est, sed ab initio peccati, quod ab ipsius superbia cœperit esse peccatum. Nec illud quod scriptum est in libro Iob, cum de diabolo sermo esset:
Iob.40. Psal.103. Hoc est initium figmenti domini[c], quod fecit ad illudendum ab angelis suis. Cui consonare videtur etiã Psalmus, vbi legitur: Draco hic quem finxisti ad illudendum ei: sic intelligendum est, vt existimemus talẽ ab initio creatum, cui ab angelis illuderetur, sed in hac pœna post peccatum ordinatũ. Initium ergo eius figmentum est domini. Non enim est vlla natura etiam in extremis infimisq; bestiolis, quam nõ ille cõstituit: à quo est omnis modus, omnis species, omnis ordo: sine quibus nihil rerum inueniri vel cogitari potest:
H quãto magis angelica creatura, quæ omnia cætera, quæ deus condidit, naturæ dignitate præcedit.

a A Initio diabolus.) Non sunt ad anxias illas morularum inquisitiones sacra hæc Euangelij reuocanda verba, seu trahenda potius. Vnum aut alterum momentum non impedit, quo minus ab initio aliquem aliquid fecisse pronunciemus, vt si quis dicat ab initio mundi fuit fratrum inuidia, pauxillũ temporis impedimento non est, quo minus effatum hoc sit verum. b Qui inde volunt asserere peccati naturã.) Tales sunt Manichæi. D. Thomas, & qui cum eo negant in momento, quo angelus conditus est, potuisse peccare, hac ratione vtuntur, quod id crimen non tam operi imputandũ esset, quàm authori, qui tale opus produxit. Quod sentire videtur Origenes super Ezechielem, dicens: Serpens hostis contrarius veritati nõ à principio, nec statim supra pectus & ventrem suum ambulauit. Sicut Adam & Eua non statim peccauerunt, ita & serpens aliquãdo fuit non serpẽs, quum in paradiso delitiarum moraretur. Deus enim malitiam non fecit: nec Augustinus aliud sentit, qui docet, non simul ac primùm creati fuerunt peccasse. c Hoc est initium figmenti domini.) Iob.xl. vulgo habemus: Ipse est principium viarum domini. Nec legimus quod fecit ad illudendum angelis suis: sed hęc ex interpretatione Lxx.

De gradibus & differentiis creaturarum, quod aliter pendet utilitatis usus, aliter ordo rationis.

Caput. XVI.

IN his enim quæ quoquomodo sunt, & non sunt quod deus est, à quo facta sunt pręponũtur viuentia non viuentibus: sicut ea quæ habent vim gignendi vel etiam appetendi his, quæ isto motu carent. Et in his quæ viuũt, pręponũtur sentientia non sentientibus: sicut arboribus animalia. Et in his quæ sentiunt, præponuntur intelligentia non intelligẽtibus, sicut homines pecoribus. Et in his quæ intelligũt, præponũtur immortalia mortalibus: sicut angeli hominibus, sed ista præponuntur naturæ ordine. Est autẽ alius atq; alius pro suo cuiusq; vsu æstimationis modus: quo fit, vt quædam sensu carẽtia, quibusdã sentiẽtibus pręponamus, in tantum, vt si potestas esset, ea prorsus de natura rerum auferre vellemus: siue quẽ in ea locum habeant ignorantes, siue etiam si sciamus, nostris ea commodis postponentes. Quis enim non domi suæ panem habere, quàm mures, nummos quàm pulices malit? Sed quid mirum, cum in ipsorum etiam hominum æstimatione, quorum certe natura tantę est dignitatis, plerunque carius comparetur equus, quàm seruus: gemma, quàm famula. Ita in tali libertate iudicandi plurimum distat ratio considerãtis à necessitate indigentis, seu voluptate* cupientis, cum ista quid per seipsum in rerum gradibus pendat, necessitas autem quid propter quid expetat, cogitet: & ista quid verum luci mentis appareat, voluptas vero quid iucundũ corporis sensibus blandiatur, exquirat. Sed tantum valet in naturis rationalibus quoddam veluti pondus vo- K luptatis & amoris, vt cum ordine naturæ angeli homi nibus tamen lege iustitiæ boni homines malis angelis pręferantur.

** aliàs uoluntate. Et mox, quid expediat cog. &c.*

Vitium malitiæ non naturam esse, sed contra naturam, cui ad peccandum non conditor causa est, sed uoluntas. *Caput.* XVII.

PROpter naturam igitur, non propter malitiã diaboli, dictum recte intelligimus. Hoc est Iob.40. initiũ figmenti domini: quia sine dubio vbi esset vitium malitiæ, natura non vitiata præcessit. Vitium autem ita contra naturam[a] est, vt non possit nisi nocere naturæ. Non itaque esset vitium[b], recedere à deo, nisi naturæ cuius id vitium est, potius competeret esse cum deo. Quapropter, etiam volũtas mala[c], grande testimonium est naturæ bonæ. Sed deus sicut naturarum bonarum optimus creator est, ita malarum vo luntatum iustissimus ordinator, vt cum male illæ vtũtur naturis bonis, ipse bene vtatur etiam voluntatibus malis. Itaq; fecit, vt diabolus institutione illius bonus, voluntate sua malus, in inferioribus ordinatus illuderetur ab angelis eius, id est, vt prosint tentationes eius sanctis, quibus eas obesse desiderat. Et quoniam deus L cum eum conderet futuræ malignitatis eius non erat vtique ignarus, & præuidebat quæ bona de malo eius esset ipse facturus: propterea Psalmus ait, Draco hic, Psal.103. quem finxisti ad illudendum ei: vt in eo ipso, quod eũ finxit, licet per suam bonitatem bonum, iam per suam præscientiam præparasse intelligatur, quomodo ille vteretur in malo†.

a †aliàs quomodo illo uteretur & malo.

VItium autem ita contra naturam.) Virtutem Socrates & Stoici, ex natura dicebant esse, vitium vero contra naturam. Nũquam enim peccaremus, si naturam sequeremur ducem illam puram, rectamq;, nec prauis opinionibus corruptam, & detor tam. b Non itaque esset vitium.) Nam si vtilus id esset naturæ eius, qui vitium committit, non vitium esset, nec error, sed potius sapienter electum, & recte executum. c Quapropter etiam voluntas mala.) Ex voluntate mala vitia proficiscuntur: quæ quoniam naturæ obsunt, iis natura contrà nititur, qua fit, vt voluntatem iuuet male facere, naturam lędat, voluntas sua sponte sit mala, natura ad malum inuita trahatur, & reluctans, quę si suo relinqueretur arbitrami, optima quæque semper sequeretur. nam his demum delectatur, & ea ingrederetur via, qua ad authorem suum tenderet, & aliquando perueniret.

De pulchritudine uniuersitatis, quæ per ordinationem dei etiam ex contrariorum fit oppositione luculentior.

Caput XVIII.

NEque enim deus vllum, nõ dico angelorum, sed vel hominum crearet, quem malum futurum esse præscisset, nisi pariter* nosset, quibus eos bonorum vsibus commodaret, atque ita ordinem seculorum tanquam pulcherrimum carmen etiã ex quibusdam quasi antithetis honestaret. Antitheta M enim quæ appellãtur[a] in ornamentis elocutionis sunt decentissima, quę latine appellantur opposita: vel quod expressius dicitur, contra posita. Non est apud nos huius vocabuli consuetudo, cum tamen eisdem ornamẽtis locutionis etiam sermo Latinus vtatur, imò linguæ omnium gentium. His antithetis etiam Paulus[b] Apo stolus in secunda ad Corinthios epistola, illum locum 2.Cor.6. suauiter explicat, vbi dicit: Per arma iustitiæ à dextris & à sinistris, per gloriam & ignobilitatem, per infamiam & bonam famam, vt seductores & veraces: vt qui ignoramur & cognoscimur, quasi morientes & ecce viuimus: vt coërciti, & non mortificati: vt tristes, semper autem gaudentes: sicut egeni, multos autem di tantes: tanquam nihil habentes, & omnia possidentes. Sicut ergo ista contraria contrariis opposita sermonis pulchritudinem reddunt: ita quadam non verborum,

** prior.*

A rum, sed rerum eloquentia contrariorum oppositione seculi pulchritudo componitur. Apertissime hoc positum est in libro Ecclesiastico, hoc modo: Contra malũ
Ecclesiastici.33. bonum est, & contra mortem vita: sic contra pium pec cator. Et sic intuere in omnia opera altissimi, bina & bina, vnum contra vnum.

a Antitheta.

ANtitheta enim quæ appellantur.) Hæc ad verbum contraposita dicuntur, quæ & in verbis sunt, & in sententia: vt docet author Rhetoricorum ad Herẽnium lib.iiij.eamq; figuram cõtentionem nominat. Sed præstabit Quintiliani verba ex lib. ix. adscribere: Contrapositum autem, vel vt quidam vocant, contentio, ἀντίθετον dicitur, non vno fit modo. nam & fit, si singula singulis opponuntur, vt in eo quod modo dixi: Vicit pudorem libido, timorem audacia: & bina binis, non nostri ingenij, vestri auxilij est: & sententiæ sententiis, dominetur in concionibus, iaceat in iudiciis. Hæc ibi, & alia eadem de re. quare nescio cur Augustinus dicat non esse apud nos huius vocabuli consuetudinem. b His antithetis etiam Paulus.) Augustinus aliquid ex arte rhetorica esse in Paulo ait. [redacted]

Quid sentiendum uideatur de eo quod scriptũ est: Diuisit deus inter lucem & tenebras. *Caput* XIX.

QVanuis itaq; diuini sermonis obscuritas etiã ad hoc sit vtilis, quod plures sentẽtias veritatis parit, & in lucẽ notitiæ producit, dũ alius B eum sic, alius sic intelligit: ita tamen vt quod in obscuro loco intelligitur, vel attestatione rerum manifestarum, vel aliis locis minime dubiis asseratur: siue cum multa tractantur, ad id quoque perueniatur, quod sensit ille qui scripsit: siue id lateat, sed ex occasiõe tractãdæ profundæ obscuritatis, alia quædam vera dicantur, non mihi videtur ab operibus dei absurda sententia. Si cum lux illa prima facta est, angeli creati intelligũtur, L&] inter sanctos angelos & immũdos fuisse discre
Gene.1. tum, vbi dictum est: Et diuisit deus inter lucem & tenebras: & vocauit deus lucem diem, & tenebras vocauit noctem. Solus quippe ille ista discernere potuit, qui po tuit etiam priusquam caderent præscire casuros, & lumine priuatos veritatis in tenebrosa superbia remansuros. Nam inter istum nobis notissimum diem & no ctem, id est, inter hanc lucem, & has tenebras, vulgatissima sensibus nostris luminaria cœli, vt diuideret, im-
Ibidem. perauit. Fiant, inquit, luminaria in firmamẽto cœli, vt luceant super terram, & diuidant inter diem & noctẽ. Et paulo post: Et fecit, inquit, deus duo luminaria magna: luminare maius in principia diei[a], & luminare C minus in principia noctis, & stellas: & posuit illa deus in firmamento cœli, lucere super terrã[b], & præesse diei & nocti, & diuidere inter lucem & tenebras. Inter illã vero lucem, quæ sancta societas angelorũ est, illustratione veritatis intelligibiliter fulgens, & ei contrarias tenebras, id est, malorum angelorum auersorum à luce iustitiæ teterrimas mentes, ipse diuidere potuit: cui etiam futurum non naturæ, sed voluntatis malum occultum, aut incertum esse non potuit.

a LVminare maius in principia diei.) Lxxij. sic verterunt: Καὶ ἐποίησεν ὁ θεὸς τοὺς δύο φωστῆρας τοὺς μεγάλους. τὸν φωστῆρα τὸν μεγάλον εἰς ἀρχὰς τῆς ἡμέρας, καὶ τὸν φωστῆρα τὸν ἐλάσσω εἰς ἀρχὰς τῆς νυκτὸς, καὶ τοὺς ἀστέρας. Et fecit deus duo illa luminaria magna: luminare magnũ in principatum diei. nam ἀρχῇ & principium vertimus, & principatum: & principio pro initio: & interim vertunt pro principatu, vt in Psalmo centesimo nono: Tecum principiũ in die virtutis tuæ. μετὰ σοῦ ἡ ἀρχὴ ἐν ἡμέρᾳ τῆς δυνάμεώς σου. quasi, tuus erit principatus in die fortitudinis tuæ.
b Lucere super terram.) Græcè est infinitiuus Græcus: ὥστε φαίνειν ἐπὶ τῆς γῆς. sed per subiunctiuum venit ad Latinos, vt lucẽat. Ea enim est natura τοῦ ὡς. Latinorum quidã infinito sunt vsi absque vt, quemadmodum Verg. Pestis acerba boum pecoriq; aspergere virus.

De eo quod post discretionem lucis, atque tenebrarum dictum est: Et uidit deus lucem, quia bona est.

Caput XX.

DEnique, nec illud prætereundum est silentio, D quod vbi dixit deus: fiat lux, & facta est lux: continuo subiunctum est[a], Et vidit deus lu- Gene.1. cem, quia bona est: non postea quàm separauit inter lu cem, & tenebras, & vocauit lucem diem, & tenebras noctem, ne simul cum luce, etiam talibus tenebris testimonium placiti sui perhibuisse videretur. Nam vbi tenebræ inculpabiles sunt, inter quas & lucem istã his oculis conspicuam luminaria cœli diuidunt, non ante, sed post infertur: Et vidit deus, quia bonum est: & posuit, inquit, illa in firmamento cœli lucere super terrã, & præesse diei & nocti, & separare inter lucem & tenebras. Et vidit deus, quia bonum est. Vtrunq; placuit, quia vtrunque sine peccato est. Vbi autem dixit deus: Fiat lux, & facta est lux: statim sequitur, Et vidit deus lucem, quia bona est. Et postmodum infertur, Et separauit deus inter lucem & tenebras: vocauitq; deus lu cem diem, & tenebras noctem: non hoc loco additum est, Et vidit deus quia bonum est: ne vtrunque appellaretur bonũ, cum esset horum alterum malum, vitio proprio, non natura. Et ideo sola ibi lux placuit cõditori: tenebræ autem angelicæ, & si fuerant ordinandæ, non tamen fuerant approbandæ. E

CONtinuo subiũctum est.) Cum de luce illa spiritali, hoc est, angelis, scriptura loqueretur, antequàm pars lucis, hoc est, pars angelorum, in tenebras abiret, licẽ approbauit deus, angelos scilicet omnes, quos ipse bonos crearat, ac lucem. Cum vero de luce nostra corporibus subsistente. iiij. die loqueretur, & lucem probari à deo fecit, & tenebras. quippe cum tenebræ, quas deus tales fecit, non a læ sint, vt sint dęmones post: quàm in tenebras sunt versi, ideo illas tenebras primi diei non comprobauit, vt tenebras quarti.

De æterna & incommutabili scientia dei, ac uoluntate, qua semper illi uniuersa quæ fecit, sic placuerunt facienda, quemadmodum facta. *Cap.* XXI.

QVid est enim aliud intelligẽdum in eo quod per omnia dicitur, Vidit deus, quia bonũ est: nisi operis approbatio secũdum artem facti, quæ sapientia dei est? Deus autem vsqueadeo nõ cum factum est, tunc discit bonum, vt nihil eorum fieret, si ei fuisset incognitum. Dum ergo videt, quia bonũ est, quod nisi vidisset, antequam fieret, non vtiq; fieret: docet bonum esse, non discit. Et Plato quidem plus ausus Plato in Timæo. est dicere[a]: elatũ esse, scilicet, deũ gaudio, mundi vniuersitate perfecta. Vbi & ipse non vsqueadeo desipiebat, vt putaret deũ sui operis nouitate factum beatiorem: sed sic ostendere voluit artifici suo placuisse iam F factum, quod placuerat in arte faciendum: nõ quod vllo modo dei scientia varietur, vt aliud in eo fiant, quæ nondum sunt, aliud quæ iam sunt, aliud quæ fuerunt. Non enim more nostro ille, vel quod futurũ est, prospicit, vel quod præsens est, aspicit, vel quod præteritũ est, respicit: sed alio modo quodam à nostrarum cogitationum cõsuetudine longe lateq; diuerso. Ille quippe, non ex hoc in illud, cogitatione mutata, sed omnino incommutabiliter videt: ita, vt illa quidem quæ tẽporaliter fiunt, & futura nõdum sunt, & præsentia iam sint, & præterita iam non sint: ipse vero hæc omnia sta bili ac sempiterna præsentia comprehendat: nec aliter oculis, aliter mente: non enim ex animo constat & corpore. Nec aliter nũc, & aliter antea, & aliter postea: quoniam non sicut nostra, ita & eius quoque scientia trium temporum, præsentis videlicet & præteriti, vel Iacobi.1. futuri varietate mutatur: apud quem non est immutatio, nec momẽti obumbratio[b]. Neque enim eius intentio de cogitatione in cogitationem transit, in cuius incorporeo contuitu simul adsunt cuncta quæ nouit.

Quoniam

G Quoniam tempora ita nouit nullis ſuis temporalibus notionibus, quemadmodum temporalia mouet nullis ſuis temporalibus motibus. Ibi ergo vidit bonum eſſe, quod fecit, vbi bonũ eſſe vidit, vt faceret. Nec quia factum vidit, ſcientiã duplicauit, vel ex aliqua parte auxit, tanquam minoris ſcientiæ fuerit priuſquam faceret, quod videret: qui tam perfecte non operaretur, niſi tam perfecta ſcientia, cui nihil ex eius operibus adderetur. Quapropter, ſi tantummodo nobis inſinuandũ eſſet, quis fecerit lucem, ſufficeret dicere: Fecit deus lucem. Si autem nõ ſolum quis fecerit, verumetiam per quid fecerit, ſatis eſſet ita enunciari. Et dixit deus, Fiat lux, & facta eſt lux: vt nõ tantum deum, ſed etiam per verbum lucem feciſſe noſſemus. Quia vero tria quædã maxime ſcienda de creatura nobis oportuit intimari, quis eam fecerit, per quid fecerit, quare fecerit: deus dixit, inquit: Fiat lux, & facta eſt lux: & vidit deus lucem, quia bona eſt. Si ergo quærimus, quis fecerit, deus eſt. Si per quid fecerit, dixit fiat, & facta eſt. Si quare fecerit, quia bona eſt. Nec author eſt excellentior deo, nec ars efficatior dei verbo, nec cauſa melior quàm vt bonum crearetur à bono deo. Hãc etiam Plato cauſam [c] condendi mundum iuſtiſſimam dicit, vt à bono deo bona opera fierent: ſiue iſta legerit, ſiue ab his qui legerant forte cognouerit, ſiue acerrimo ingenio inuiſibilia dei per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpexerit, ſiue ab his qui iſta conſpexerant, & ipſe didicerit.

Gene. 1.

H

Plato in Timæo.

Roma. 1.

a ET Plato quidẽ auſus eſt dicere.) Plat. in Timæo hæc ſunt verba: Ὡς δ' κινηθέν τε ἀιδιὸν καὶ ζῶν ἐνενόησε τῶν ἀϊδίων θεῶν γεγενὸς ἄγαλμα ὁ γεννήσας πατὴρ, εὐφράνθη, καὶ εὐφρανθεὶς διενοήθη. Quum vero mobile viuens, & æternorum deorum ſimulachrum animadhibuerit, is pater qui fecerat approbauit, & lætatus eſt. b Apud quem non eſt mutatio, nec momẽti obumbratio.) Græce eſt Iacobi primo: Παρ᾽ ᾧ οὐκ ἔνι παραλλαγὴ ἢ τροπῆς ἀποσκίασμα, hoc eſt: Nihil ei conuerſione aliqua abſconditur, & tenebris operitur, atque ignoratione. παραλλαγὴν Hieronymus contra Iouinianum differentiã vertit: τροπὴν vero momentum Auguſtinus tranſfert, quod haud ſcio ad tempuſne referat, an ad rei exiguitatem. Nec enim vllo vel minimo tempore tranſit ad vmbram ex ſplendore deus, nec eius luci aliqua admiſcetur vmbella. Eſt etiam momentum conuerſio, mutatio, à mouendo: vnde & inclinatio, vt in ſtateris. Intelligi quoque poteſt, non eſſe obſcurationem quampiam viciſſitudinis, & conuerſionis à contrario in cõtrarium, qualis eſt in nobis. c Hanc etiam Plato cauſam.) Plato in Timæo, Cicerone interprete: Quæramus igitur cauſam, quæ eum impulerit, qui hæc machinatus ſit, vt originem rerum, & molitionem nouam quæreret: probitate videlicet præſtabat. probus autem inuidet nemini. Itaque omnia ſibi ſimilia generauit, hæc nimirum gignendi mundi cauſa iuſtiſſima.

I

De his, quibus in uniuerſitate rerum à bono creatore bene conditarum quædam diſplicent, & putant nonnullam eſſe naturam malam. Cap. XXII.

MAnc tamen cauſam, id eſt, ad bona creãda bonitatem dei. Hanc inquam cauſam tam iuſtã atque idoneam, quæ diligenter conſiderata & pie cogitata, omnes controuerſias quærentium mundi originem terminat, quidam hæretici non viderunt: quia egenam carnis huius fragilemq; mortalitatem, iam de iuſto ſupplicio venientem, dum ei non conueniunt plurima, offendunt: ſicut ignis, aut frigus, aut fera beſtia, aut quid huiuſmodi. Nec attẽdunt, quàm vel in ſuis locis naturiſq; vigeant, pulchroq; ordine diſponantur: quantumq; vniuerſitati rerum pro ſuis portionibus † decoris tanquam in communem Rempublicã conferant, vel nobiſipſis ſi eis congruenter atque ſcienter vtamur, commoditatis attribuant: ita vt venena ipſa quæ per inconuenientiam perniciosa ſunt, conuenienter adhibita in ſalubria medicamenta vertantur: quàmq; à contrario etiam hæc quibus delectantur, ſicut cibus & potus & iſta lux immoderato & importuno vſu noxia ſentiantur. Vnde nos admonet diuina prouidentia, non res inſipienter vituperare, ſed vtilitatem rerum diligenter inquirere: & vbi noſtrum ingenium vel infirmitas deficit, ita credere occulta, ſicut erant quædam quæ vix potuimus inuenire: quia & ipſa vtilitatis occultatio, aut humilitatis exercitatio eſt, aut elationis attritio, cum omnino natura nulla ſit malum [a], nomẽq; hoc non ſit niſi priuationis boni: ſed à terrenis vſque ad cœleſtia, & à viſibilibus vſque ad inuiſibilia ſunt aliis bonis alia bona meliora, ad hoc inæqualia vt eſſent omnia. Deus autem ita eſt artifex magnus in magnis, vt minor non ſit in paruis [b]: quæ parua non ſua granditate, nam penè nulla eſt, ſed artificis ſapientia metiẽda ſunt: ſicut in ſpecie viſibilis hominis, ſi vnum radatur ſupercilium, quàm propemodum nihil corpori, & quàm multum detrahitur pulchritudini: quoniam non mole conſtat, ſed parilitate ac dimenſione membrorum. Nec ſanè multum mirandum eſt, quod hi qui [c] nonnullam malam putant eſſe naturam ſuo quodam contrario exortam, propagatamq; principio: nolunt accipere iſtam cauſam creationis rerum, vt bonus deus conderet bona, credentes eum potius ad hæc mundana molimina rebellãtis aduerſum ſe mali extrema*† neceſſitate perductum, ſuamq; naturam bonam malo coërcendo, ſuperandoq; miſcuiſſe, quam turpiſſime pollutam & crudeliſſime captiuatã, & oppreſſam labore magno, vix mundet, ac liberet: nõ totam tamen, ſed quod eius non potuerit ab illa inquinatione purgari, tegmen, ac vinculum futurum hoſtis victi & incluſi. Sic autem Manichæi non deſiperent, vel potius inſanirent, ſi dei naturam, ſicuti eſt, incommutabilem, atque omnino incorruptibilem crederẽt, cui nocere nulla res poſſit: animam vero, quę voluntate mutari in deterius & peccato corrumpi potuit: atq; ita incommutabilis veritatis luce priuari, non dei partem, nec eius naturæ quæ dei eſt, ſed ab illo conditam longe imparẽ conditori, Chriſtiana ſanitate ſentirent.

K

L

*aliâs mali repellẽdi

†aliâs positionibus.

a CVm omnino natura nulla ſit malũ.) Sæpe hoc Auguſtinus repetit, nullam eſſe naturam malam, omnia eſſe bona. In quo & conſentiunt cum eo ſcriptores noſtræ religionis omnes, & ipſe Platoni, Ariſtoteli, Ciceroni, multiſque aliis philoſophis ſuffragatur. Plato in Timæo, cum omnia ſint ab optimo deo facta, nefas exiſtimars putat aliquid malum eſſe. Probus enim inuidet nemini, idcirco omnia ſui ſimilia generauit. Et in.ij.de Repub. deum bonum eſſe ait, nullius mali, nullius noxiæ rei cauſam, ſed tantum rerum bonarum: idcirco Heſiodum & Homerum vituperat, qui Iouem fecerint malorũ cauſam. Cumq; vniuerſitatis parẽtem, & cauſam deum eſſe fateatur, ſit, vt nihil in ea malum eſſe puter. Ego, vt paucis quid ſentio, aperiam, bonũ eſſe dico, vt Ariſtoteles in Rhetoricis, quod vel propter ſeipſum, vel in vſum alterius volumus, malum quod vel propter ipſum, vel propter aliud fugimus, & auerſamur. Itaque in mũdo iudiciis humanis alia bona ſunt, vt quæ nobis proſunt: alia mala, quæ obſunt: neutra, quæ nec proſunt, nec obſunt. & inter homines alia aliis mala, aliis bona ſunt: & eidẽ homini variis temporibus, locis, rationibus, idem & bonum eſt, & malum, & neutrum. Hæc omnia ex opinionibus noſtris, & imbecillitate iudiciorum, cũq; ad noſtra commoda cuncta referimus, fiunt. Eſt autem mens ac iudicium vnum diuinum illud, quod ſic res vniuerſas ſtatuit, vt omnes ſibi in adminiſtratione mundi ſint vſui. Ille ergo omniſcius, qui falli non poteſt, omnia videt eſſe bona, quod ſuis locis, opportunitatibusq; ſint: vtilia. Idq; ſapiens ſignificat, inquiens, omnia eſſe à deo, ſuo quoque tempore bona creata. Hæc eſt cauſa, cur omnia ſacrarit, cur creſcere, augeriq; iuſſerit. Nam ſi aliquid eſſet parum ſibi per occaſionem vtile, id ne punctum quidem temporis duraret, ſed nec eſſet progenitũ. b Vt minor non ſit in paruis.) Ariſt. ait, non minus eſſe naturam in minutiſſimis animalculis, velut formicis, culicibus, apibus, araneolis, quàm in maximis equis, bobus, cetis, elephantis admirabilem. Eſt & caput apud Pli. lib. xj. de ſubtilitate naturæ in exiguis beſtiolis. c Nec ſanè mulum mirandum eſt, quod ij qui.) Hunc Manichæorum errorem Auguſtinus explicat in hæreſibus, ad Quoduultdeum, & contra Fauſtum Manichæum, & de Geneſi aduerſus Manichæos.

a

Bona omnia.

M

De errore, in quo Origenis doctrina inculpatur. Caput XXIII.

SEd multo eſt mirandum amplius, quod etiã quidam, qui vnum nobiſcum credunt, omnium rerum eſſe principiũ, nullamq; naturã, quæ non

A quæ non eſt quod deus eſt, niſi ab illo conditore eſſe nõ poſſe: noluerunt tamen iſtam cauſam fabricandi mundi, tam bonam, ac ſimplicem bene ac ſimpliciter credere, vt deus bonus conderet bona, & eſſent poſt deũ, quæ non eſſent, quod eſt deus: bona tamen quæ nõ faceret, niſi bonus deus. Sed animas dicunt, nõ quidem partes dei [a], ſed factas à deo: peccaſſe à conditore recedendo, & diuerſis progreſſibus pro diuerſitate peccatorum, à cœlis vſq; ad terras, diuerſa corpora quaſi vincula meruiſſe. Et hũc eſſe mundum, eamq; cauſam mundi fuiſſe faciendi, non vt conderentur bona, ſed vt mala cohiberentur. Hinc Origenes iure culpatur. In libris enim quos appellat περὶ ἀρχῶν, id eſt, de principiis, hoc ſenſit, hoc ſcripſit. Vbi plus, quàm dici poteſt, miror hominem in eccleſiaſticis literis tam doctum & exercitatũ, non attendiſſe, primum quàm hoc eſſet contrariũ ſcripturæ huius tantę authoritatis intentioni, quę per omnia opera dei ſubiungens: Et vidit deus, quia bonũ eſt: cõpletisq; omnibus, inferens, Et vidit deus omnia quæ fecit, & ecce bona valde: nullam aliam cauſam faciendi mundi intelligi voluit, niſi vt bona fierent à bono deo. Vbi ſi nemo peccaſſet, tãtummodo naturis bonis [b] eſſet mundus ornatus, & plenus. Et quia peccatum eſt,

Origenis error in περὶ ἀρχῶν.

Gene. 1.

B non ideo cuncta ſunt impleta peccatis, cum bonorum longe maior numerus in cœleſtibus ſuæ naturæ ordinem ſeruet. Nec mala volũtas, quia naturę ordinẽ ſeruare noluit, ideo iuſti dei leges omnia bene ordinantis effugit. Quoniam ſicut pictura cum colore nigro, loco ſuo poſito, ita vniuerſitas rerum, ſi quis poſſit intueri, etiam cum peccatoribus pulchra eſt, quanuis per ſeipſos conſideratos ſua deformitas turpet. Deinde videre debuit Origenes, & quicunq; ita ſapiunt, ſi hæc opinio vera eſſet, mũdum ideo factum vt animæ pro meritis peccatorum ſuorum tãquam ergaſtula, quibus pœnaliter includerentur, corpora acciperent, ſuperiora & leuiora quæ minus, inferiora vero & grauiora quę amplius peccauerunt: dæmones, quibus deterius nihil eſt, terrena corpora, quibus inferius & grauius nihil eſt, potius quàm homines etiã malos habere debuiſſe. Nũc vero vt intelligeremus animarum merita nõ qualitatibus corporũ eſſe penſanda, aëreum poſſidet peſſimus dæmon [c]: homo autem & nunc licet malus longe minoris mitioriſq; malitiæ, & certe ante peccatum tamẽ luteum corpus accepit. Quid autem ſtultius dici poteſt

C quàm iſtum ſolẽ, vt in vno mundo vnus eſſet, non decori pulchritudinis, vel etiam ſaluti rerum corporaliũ cõſuluiſſe artificem deum, ſed hoc potius eueniſſe quia vna anima ſic peccauerat, vt tali corpore mereretur includi? Ac per hoc ſi contigiſſet, vt nõ vna ſed duæ, imò non duæ ſed decem, vel centum, ſimiliter æqualiterq; peccaſſent, centum ſoles haberet hic mundus. Quod vt non fieret, non opificis prouiſione mirabili ad rerum corporalium ſalutem decoremq; conſultũ eſt, ſed contigit potius tanta vnius animæ progreſſione peccantis, vt ſola corpus tale mereret. Nõ plane animarũ, de quibus neſciunt quid loquãtur, ſed eorum ipſorum qui talia ſapiũt, multũ longe à veritate & merito eſt coërcendo progreſſio. Hæc ergo tria, quæ ſuperius cõmendaui, cũ in vnaquaq; creatura requiruntur, quis eam fecerit, per quid fecerit, quare fecerit, vt reſpõdeatur deus, per verbũ, quia bonus eſt, vtrũ altitudine myſtica nobis ipſa trinitas intimetur, hoc eſt, pater & filius ſpirituſſanctus, an aliquid occurrat, quod hoc loco ſcripturarum id accipiendum eſſe prohibeat, multi ſermonis eſt quæſtio, nec omnia vno volumine vt explicemus vrgendum eſt.

D

a SEd animas dicunt non quidem partes dei.) Origenes Adamantius in primo libr. principiorum, quem περὶ ἀρχῶν inſcripſit, incorporalia primum à deo facta eſſe putat, quæ ſignificantur per ea nomina, quæ poſtea corporeis ſunt rebus attributa, cœlum videlicet, & terram: inter eas ſubſtantias ſpirituales, mentes quoque noſtras eſſe creatas, quæ de ſtatu & dignitate ſua declinantes, vtar enim Ruffini interpretatione, effectæ vel nuncupatæ ſunt animæ, quarum nomẽ ψυχὴ Græce ſonat à frigeſcẽdo de ſtatu diuiniore & meliore: dictum & translatum inde quod ex calore illo naturali & diuino refrixiſſe mens videatur, & ideo in hoc quoque nunc & ſtatu & vocabulo ſita eſt, quæ ſi reparata fuerit & correcta, redit in hoc vt ſit mens. Quod ſi ita eſt, deceſſus ipſe mentis ac deuolutio videtur mihi non æqualis omnium ſentiendus, ſed vel plus vel minus in animam verti, & aliquas quidem mẽtes ſeruare aliquid etiam prioris vigoris, aliquas vero aut nihil, aut exiguum aliquid. Hæ animæ propter nimios defectus mentis craſſioribus & ſolidioribus indiguere corporibus propter quas etiam mundus iſte viſibilis conſtitutus eſt, tantus vt omnes facile caperet, quas in eo exerceri ſtatutum erat, Cũque non omnes æque à bono receſſiſſent, ſemina quædam & cauſas varietatis & diuerſitatis ille omniũ conditor cepit, vt pro diuerſitate peccatorum varium ac diuerſum mundum efficeret. Hęc ſententia Origenis, quam eandem Hieronymus ad Auitum ponit. b Naturis bonis.) Nulli malo, nulli incommodo nobis futuris deo gratis. c Aëreum poſſidet peſſimus dæmon.) De hoc loquar poſt.

De trinitate diuina, quæ per omnia opera ſua ſignificationis ſuæ ſparſit indicia. Caput XXIIII.

E

MEdimus & tenemus, & fideliter prædicamus [a], quod pater genuerit [b] verbum, hoc eſt, ſapientiam, per quam facta ſunt omnia, vnigenitum filium, vnus vnum, æternus coæternum, ſummè bonus æqualiter bonum, & quod ſpiritus ſanctus ſimul & patris & filij ſit ſpiritus, & ipſe conſubſtantialis & coæternus ambobus. Atque hoc totum & trinitas ſit propter proprietatem perſonarũ, & vnus deus propter inſeparabilem diuinitatem, ſicut vnus omnipotens propter inſeparabilem omnipotentiam: ita tamẽ vt etiam cum de ſingulis quæritur, vnuſquiſq; eorum & deus & omnipotens eſſe reſpondeatur: cum vero de omnibus ſimul, non tres dij vel tres omnipotentes, ſed vnus deus omnipotens: tanta ibi eſt in tribus inſeparabilis vnitas, quæ ſic ſe voluit prædicari. Vtrum autẽ boni patris, & boni filij, ſpiritus ſanctus, quia communis ambobus eſt, recte bonitas dici poſſit amborum, nõ audeo temerariam præcipitare ſententiam [c]. Veruntamen amborum eum dicere ſanctitatem facilius auſus fuero, non amborum quaſi qualitatem, ſed ipſum quoque ſubſtantiam, & tertiam in trinitate perſonam. Ad hoc enim me probabilius ducit, quod cum ſit & pater ſpiritus, & filius ſpiritus, & pater ſanctus, & filius ſanctus, proprie tamen ipſe vocatur ſpiritus ſanctus tanquã ſanctitas ſubſtantialis & conſubſtantialis amborum. Sed ſi nihil aliud eſt bonitas diuina quàm ſanctitas, profecto & illa diligentia rationis eſt, non præſumptionis audacia, vt in operibus dei ſecreto quodã loquẽdi modo, quo noſtra exerceatur intentio, eadem nobis inſinuata intelligatur trinitas, vnamquãq; creaturam quis fecerit, per quid fecerit, propter quid fecerit. Pater quippe intelligitur verbi, qui dixit vt fiat. Quod autem illo dicente factum eſt, proculdubio per verbum factum eſt. In eo vero quod dicitur, vidit deus quia bonum eſt: ſatis ſignificatur deum nulla neceſſitate, nulla ſua cuiuſquam vtilitatis indigentia, ſed ſola bonitate feciſſe quod factum eſt, id eſt, quia θ æqualiter [d] bonum, & quod ſpiritus ſanctus ſimul & patris & filij θ bonum eſt. Quod ideo poſtea quàm factum eſt dicitur, vt res quæ facta eſt congruere bonitati, propter quam facta eſt, indicetur. Quæ bonitas ſi ſpiritus ſanctus recte intelligitur, vniuerſa nobis trinitas in ſuis operibus intimatur. Inde eſt ciuitatis ſanctæ, quæ

F

n in ſan-

G in ſanctis angelis ſurſum eſt, & origo,& informatio, & beatitudo. Nam ſi quæratur vnde ſit,deus eam condidit. Si vnde ſit ſapiens,à deo illuminatur. Si vnde ſit fœlix,à deo quo fruitur,ſubſiſtẽs modificatur,contemplans illuſtratur,inhærens iucundatur,eſt,videt,amat, in æternitate dei viget,in veritate dei lucet,in bonitate dei gaudet.

a CRedimus, & tenemus,& fideliter prædicamus.) Credamus ergo & taceamus,teneamus non inquiramus, fideliter prædicemus,non contentioſe diſputemus. b Quod pater genuerit.) Quid hic ego aliud poſſum facere,quàm adorare: quid dicere conuenientius,quàm per ſilentium admirabunde dictum illud Pauli recolere:O altitudo diuitiarum,ſapientia,& ſcientia dei? c Non audeo temerariam præcipitare ſententiam.) Neque nos audebimus, & ſi bona theologorum manus patris bonitatem eſſe contendat, vt filium patris ſapientiam. Sed quis auſit de tam arcanis rebus intrepidus aliquid pronunciare? d Id eſt,quia æqualiter.) Alibi,quia bonum eſt. Quod ideo & cætera.

De tripertita totius philoſophiæ diſciplina. Caput XXV.

QVantum intelligi datur hinc philoſophi ſapientiæ diſciplinam tripertitam eſſe voluerunt,imò vero tripertitam eſſe animaduerte-
H re potuerunt. Neq; enim ipſi inſtituerũt vt ita eſſet,ſed ita eſſe potius inuenerunt,cuius vna pars appellaretur phyſica,altera logica, tertia ethica. Quarum nomina Latina iam multorum literis frequentata ſunt,vt naturalis,rationalis,moraliſq; vocarentur, quas etiam in octauo libro breuiter perſtrinximus. Nõ quod ſit conſequens, vt iſti in his tribus aliquid ſecundum deum de trinitate cogitauerint. Quãuis Plato primus iſtam
*Talias cõmendaſſe. diſtributionem reperiſſe, & commentaſſe *† dicatur, cui neq; naturarum omnium author, niſi deus viſus eſt,neq; intelligentię dator,neq; amoris quo bene beateq; viuatur inſpirator. Sed certe cum de natura rerũ, & de ratione indagandæ veritatis, & de fine boni ad quem cuncta quæ agimus referre debemus, diuerſi diuerſa ſentiant, in his tamen tribus magnis & generalibus quæſtionibus,omnis eorum verſatur intentio. Ita vt cum in vnaquaq; earum quid quiſq; ſectetur,multiplex ſit diſcrepantia opinionum, eſſe tamen aliquam naturæ cauſam,ſcientiæ formam, vitæ ſummam,nemo cunctetur. Tria etiam ſunt quæ in vnoquoq; homine artifice ſpectantur,vt aliquid efficiat,natura,doctrina,vſus. Natura ingenio,doctrina ſcientia,vſus fructu
I diiudicandus eſt [a]. Nec ignoro quod proprie fructus fruentis [b],vſus vero vtẽtis ſit.atq; hoc intereſſe videatur,quod ea re frui dicimur, quæ nos non ad aliud refereda per ſeipſam delectat: vti vero ea re, quam propter aliud quærimus. vnde temporalibus magis vtendum eſt,quàm fruendum, vt frui mereamur æternis.
Lib.1.de doctrina Chriſtiana cap. 4. Non ſicut peruerſi qui frui volunt nummo, vti autem deo:quoniam non nummũ propter deum impendunt, ſed deum propter nummum colunt. Veruntamen eo loquendi modo,quẽ plus obtinuit cõſuetudo,& fructibus vtimur, & vſibus fruimur. Nã & fructus iam proprie dicuntur agrorum,quibus vtiq; omnes temporaliter vtimur. Hoc itaq; more vſum dixerim in his tribus quæ in homine ſpectanda cõmonui,quæ ſunt natura,doctrina,vſus. Ex his propter obtinendam beatã vitam,tripertita,vt dixi,à philoſophis inuẽta eſt diſciplina,naturalis propter naturã,rationalis propter doctrinam,moralis propter vſum. Si ergo natura noſtra eſſet à nobis,profecto & noſtrã nos genuiſſemus ſapientiam,nec eam doctrina,id eſt, aliunde diſcendo percipere curaremus,& noſter amor à nobis profectus,& ad nos relatus,ad beate viuẽdum ſufficeret,nec bono alio, quo frueretur vllo, indigeret. Nunc vero quia natura K
noſtra, vt eſſet, deum habet authorem, proculdubio vt vera ſapiamus ipſum debemus habere doctorem, ipſum etiam vt beati ſimus, ſuauitatis intimæ largitorem.

VSus fructu diiudicandus eſt.) Abuſus videtur vſus, vocabulo. a nam cum dicitur tribus rebus conſtare artificium, natura,doctrina,vſu, vſus conſuetudo eſt: detorſit ergo ad rem ſuam, vt ſit ſenſus, pretium & æſtimationem aſſuefactionis in quaque arte ex fructu atq; vtilitate illius attendi ac conſiderari. b Nec ignoro quod proprie fructus fruentis.) Quoniam frui dicimur re, qua propter ipſam delectamur, vti quam in aliud referimus: idcirco Auguſt. deo ſolo nos debere frui dicit,rebus aliis vti. De hac re multa Au. idem in lib.de doctri. Chriſt.&.lxxx.quæſt.& de tri.vbi frui ſempiternæ fœlicitati attribui vult,vti vero rebus huius vitæ. Ex Auguſt. Petius Lomb. in centonibus theologicis volu.primo ſat multa, & quæſtionarij ad ſatietatem,propemodum ad faſtidium dixeram.

De imagine ſummæ trinitatis, quæ ſecundum quendam modum in natura eſt,nec dum beatificati hominis. Caput XXVI.

ET nos quidẽ in nobis tametſi non æqualem, imò valde longeq; diſtantem,neq; coæternã, & quo breuius totum dicatur, non eiuſdem ſubſtantię cuius eſt deus,tamen qua deo nihil ſit in rebus ab eo factis natura propius,imaginem dei,hoc eſt, L
ſummæ illius trinitatis agnoſcimus, adhuc reformatione perficiendam,vt ſit etiam ſimilitudine proxima. Nam & ſumus,& nos eſſe nouimus & noſtrum eſſe ac noſſe diligimus. In his autẽ tribus quæ dixi, nulla nos falſitas veriſimilis turbat. Non enim ea ſicut illa, quæ foris ſunt, vllo ſenſu corporis tangimus, velut colores videndo,ſonos audiendo,odores olfaciẽdo, ſapores guſtando,dura & mollia contrectãdo ſentimus,quorum ſenſibilium etiã imagines [a] eis ſimillimas,nec iam corporeas cogitatiõe verſamus,memoria tenemus, & per ipſas in iſtorũ deſideria concitamur,ſed ſine vlla phãtaſiarum [b] vel phãtaſmatum imaginatione ludificatoria,mihi eſſe me, idq; noſſe & amare certiſſimum eſt. Nulla in his veris Academicorum argumẽta [c] formido,dicẽtium: Quid ſi falleris? Si enim fallor,ſum [d]. Nã qui non eſt,vtiq; nec falli poteſt,ac per hoc ſum,ſi fallor. Quia ergo ſum,qui fallor,quomodo eſſe me fallor, quando certum eſt me eſſe ſi fallor? Qui igitur eſſem qui fallerer,etiam ſi fallar proculdubio in eo quod me noui eſſe,non fallor. Conſequẽs eſt autem,vt etiam in eo quod me noui noſſe,nõ fallar. Sicut enim noui me eſſe,ita noui etiam hoc ipſum noſſe me. Eaq; duo cum amo,eundem quoq; amorem quiddam tertiũ nec im- M
paris æſtimationis eis, quas noui rebus adiungo. Neq; enim fallor amare me,cum in his quæ amo nõ fallar. quanquam etſi illa falſa eſſent,falſa me amare verum eſſet. Nã quo pacto rectè reprehenderer,& recte prohiberer ab amore falſorum,ſi me illa amare falſum eſſet? Cũ vero illa vera atq; certa ſint,quis dubitet quin eorũ quæ amãtur,& ipſe amor verus & certus eſt? Tam porrõ nemo eſt qui eſſe ſe nolit, quàm nemo eſt, qui non beatus eſſe velit. Quomodo enim poteſt beatus eſſe ſi nihil ſit?

QVorum ſenſibilium etiam imagines.) Nam cuiuſmodi vel a album ſit vel dulce,cogitatione comprehendimus etiã clauſis oculis,& nihil guſtantes. vnde & de illis multa per quietem occurrunt vitã & cum procul dulcia omnia candidaque abſint,de illis iudicamus.ſed hęc ſunt in iis partibus animæ quos noſtri ſenſus exteriores vocant, vt quem ſenſum communem dicunt,& quem imaginatiuam,tum etiam æſtimatiuam,& memoriam, quæ omnes nobis ſunt cum beluis communes, & in quibus multa temere obuerſantur,quibus ſi aſſentiamur,nos fallunt. Magiſtris enim ſenſibus non aliter omnia cognoſcunt:qui cum imbecilli ſint, & hebetes,facile eis imponitur. hi diſcipulos ſuos partes illas, quas modo perceuſui falſa,quæ pro veris acceperunt,docent. At in mente ratio eſt vnius hominis propria,quæ omnia expendit,& quantum cauere poteſt præſtat, ne adhi-

A nè adhibita in conſilium fucata,ſimulata, falſa pro veris,germanis, expreſſis ſinat obrepere,ſed admoneat nos omniũ,& quale quidq; ſit ſcrutetur,atque iudicet. b Sine vlla phantaſiarũ.) Dixi alibi quid ſit phantaſia. c Academicorum argu.) Hi fidem ſenſuum eleuabant, ſeu potius tollebant, nihilq; ſciri arbitrabantur.quod ſi te diceres ſcire hunc lapidem moueri,quòd id videas,vel tangas,ſcrupum iniiciebant,quid ſi falleris: an non vnquam viſus tibi es aliquid videre moueri,quod ſtarer, vt cum vehiculo aut naui vehcrere,& tactui aſſenſus putaſti aliquid concitari,quod quieſceret? vt ergo aliãs es falſus,ita & nunc falli potes. Cohibe aſſenſum, nam nihil eſt minus hominis ſapientis, quàm aſſentiri, vbi certum aliquid & perfecte exploratum non habes. d Si enim fallor ſum.) Idcirco certiſſimum eſſe hoc pronunciatum philoſophi noſtri aiunt in poſteriora Ariſtotelica, & cuidens euidentia,ſicuti vocant, ſumma.

De eſſentia & ſcientia,& utriuſque amore. Caput XXVII.

IT a vero vi quadam [a] naturali ipſum eſſe iucundum eſt, vt non ob aliud & hi qui miſeri ſunt nolint interire. Et cum ſe miſeros eſſe ſentiant,non ſeipſos de rebus ſed miſeriã ſuam potius auferri velint. Illis etiã qui & ſibi miſerrimi apparent, & planè ſunt,& non ſolum à ſapiẽtibus quoniam ſtulti [b],verumetiã ab his qui ſe beatos putant miſeri iudicantur,quia pauperes atq; mendici ſunt, ſi quis immor
B talitatem daret,qua nec ipſa miſeria moreretur,propoſito ſibi,quòd ſi in eadem miſeria ſemper eſſe nollent, nulli & nuſquam eſſent futuri,ſed omni modo perituri,profecto exultarent lætitia, & ſic ſemper eligerent eſſe quàm omnino non eſſe. Huius rei teſtis eſt notiſſimus ſenſus eorum. Vnde enim mori metuunt & malunt in illa ęrumna viuere,quàm eam morte finire,niſi quia ſatis apparet quàm refugiat natura non eſſe? Atq; ideo cum ſe nouerint eſſe morituros,pro magno beneficio ſibi hanc impendi miſericordiam deſiderant, vt aliquanto productius in eadem miſeria viuant, tardiuſq; moriantur. Proculdubio ergo indicant immorta-
Apoc.9. litatem, ſaltem talem quæ nõ habeat finem mẽdicitatis,quanta gratulatione ſuſciperent. Quid animalia etiam irrationalia quibus datum non eſt iſta cogitare, ab immenſis draconibus vſq; ad exiguos vermiculos? Nõnne ſe eſſe velle,atq; ob hoc interitum fugere omnibus quibus poſſunt motibus indicant? Quid arbuſta omneſq; frutices, quibus nullus eſt ſenſus ad vitãdam manifeſta motione perniciem, nõnne vt in auras tutũ culminis [c] germen emittant, aliud terræ radices affigunt,quo alimentum trahant,atq; ita ſuũ quodãmodo
C eſſe conſeruent? Ipſa poſtremo corpora, quibus nõ ſolum ſenſus,ſed nec vlla ſaltem ſeminalis eſt vita:ita tamen vel exiliunt in ſuperna,vel in ima deſcẽdunt,vel
Matth.26. librantur in mediis,vt eſſentiam ſuam vbi ſecundum naturam poſſunt eſſe,cuſtodiant. Iam vero noſſe quantũ ametur,quàmq; falli nolit humana natura,vel hinc intelligi poteſt, quod lamentari quiſque ſana mente [d] mauult,quàm lætari in amentia. Quæ vis magna atq; mirabilis mortalibus,præter homines animãtibus nulla eſt, licet eorũ quibuſdam ad iſtam lucem contuendã,multo quàm nobis ſit acrior ſenſus oculorũ:ſed lucem illam incorporeã contingere nequeunt qua mens noſtra quodammodo irradiatur,vt de his omnib [e] recte iudicare poſſimus. Nam inquãtum eam capimus [e], intantũ id poſſumus. Veruntamen ineſt ſenſibus irrationalium animantiũ,etſi ſcientia nullo modo,at certe quædam ſcientiæ ſimilitudo:cætera autem rerũ corporalium non quia ſentiunt,ſed quia ſentiuntur,ſenſibilia nuncupata ſunt. Quorum in arbuſtis hoc ſimile eſt ſenſibus,quòd aluntur & gignuntur. Veruntamen & hæc & omnia corporalia latentes in natura cauſas habent,ſed formas ſuas θ varias θ quibus mundi huius viſibilis ſtructura formoſa eſt, ſentiẽdas ſenſibus præ- D
bẽt,vt pro eo quod noſſe nõ poſſunt, quaſi innoteſcere velle videantur. Sed nos ea ſenſu corporis ita capimus, vt de his nõ ſenſu corporis iudicemus. Habemus enim aliũ interioris hominis ſenſum iſto longe præſtantiorem,quo iuſta & iniuſta ſentimus, iuſta per intelligibilem ſpeciem [f],iniuſta per eius priuationem. Ad huius ſenſus officium,nõ acies pupillæ,non foramen auriculæ,non ſpiramen narium,non guſtus faucium, nõ vllus corporeus tactus accedit. Ibi me & eſſe, & hoc noſſe certus ſum, & hoc amo,atque amare me ſimiliter certus ſum.

IT a vero vi quadã.) Diſputatio ex Academicis & Stoicis deſumpta, a quam Cicero in primo Offic.&.iij.de fini.Stoicè,&.v.de fini.Academicè peſequitur. b Quoniam ſtulti.) Hæc eſt ſumma miſeria, vt ſummum bonum ſapere,vt Stoici dicebãt. c Tutum culminis,) Alibi totum cacuminis germẽ emittatur altius terræ. d Quod lamentari quiſque ſana mente.) Sic Antiſthẽnes Cynicæ ſectæ author mœrere ſe malle dicebat,quàm voluptate affici. Propterea quod hoc turpe exiſtimabat,& quod mentem de ſtatu dimoueret ſuo. Alcibiadi Socrates apud Platonem manifeſtò declarat poſſeſſionem omnium rerũ ſine prudentia non modo nihil prodeſſe,ſed eſſe quoque noxiam. e Nam inquantum eam capimus.) Non ergo vel ſtudiis vel acumine naturę contingit nobis cognitio maximarum rerum & iudicium illud acre, atque exactum,ſed illuſtratione dei: quam cum boni viri maiorem habeant, E
quàm mali,profecto eos ſapientiores quoq; eſſe neceſſe eſt, quantumuis mali literati ſint,& ad popularẽ ſententiã acuti. Hoc eſt quod ſapiẽs dicit,in malam animam non intraturam ſapientiam. Hoc quod Socrates ſemper affirmauit,ſolos bonos viros eſſe ſapientes. f Iuſta per intelligibilem ſpeciem.) Per formam quandã & imaginem in mente mea,ex iuſtitia ipſa impreſſam,quod vidi æquitatẽ,& cõgruentiam rerum,qualis debet eſſe in virtute illa,quæ ſi abſit,quocunque modo id fiat iniuſtitiam intelligo, quoniam temperamentum illud magna pulchritudine concinnum abeſſe video: nec tam expulſatione hominis, aut ereptione pecuniæ,aut conuitiis,aut raptatione viq; alia ſimili & iniuria iniuſtitiam intelligo,quæ certæ priuationes non ſunt,ſed iuſte etiam fieri poſſunt,vt ſi magiſtratus iubeat,vel bona mẽte fiant, quàm quod cerno decentiam illam & concinnitatem abeſſe virtutis pulcherrimæ. Porrò ſpecies hic aliud eſſe exiſtimare,quàm formas,facies,imagines, ſimulachra rerum in anima,quas notitias vocant,videtur mihi hominum vel ingenio defectorum,vel ſcientia. & quoniam ex rebus, quæ ſunt admirationem ſibi parare nequeant,res quæ nuſquam ſunt,quærere, vt earum nouitate audientes in ſe conuertant: quod ſit paſſim in ſcolis hac tempeſtate.

An etiam ipſum amorem, quo & eſſe & ſcire diligimus, diligere debeamus, quo magis diuinæ trinitatis imagini propinquemus. Caput XXVIII.

SEd de duobus illis eſſentia ſcilicet & notitia quantum amentur in nobis,& quemadmodũ etiam in cæteris rebus quæ infra ſunt, eorum reperiatur etſi differens quædã tamen ſimilitudo,quantum ſuſcepti huius operis ratio viſa eſt poſtulare, ſatis F
diximus. De amore autem quo amantur,vtrum & ipſe amor ametur,non dictum eſt. Amatur autẽ. Et hinc probamus quod in omnibus quæ rectius amantur,ipſe magis ametur. Neque enim vir bonus merito dicitur qui ſcit quod bonum eſt,ſed qui diligit. Cur ergo & in nobiſipſis nõ & ipſum amorem nos amare ſentimus, quo amamus,quicquid boni amamus? Eſt enim & amor,quo amatur [a],quod amandũ non eſt,& iſtũ amorem odit in ſe,qui illum diligit, quo id amatur, quod amandum eſt. Poſſunt enim ambo eſſe in vno homine,& hoc bonum eſt homini,vt illo proficiẽte quo bene viuimus iſte deficiat, quo male viuimus, donec ad perfectum ſanetur, & in bonum commutetur omne quod viuimus. Si enim pecora eſſemus, carnalem vitã & quod ſecundum ſenſum eius eſt amaremus, idq; eſſet ſufficiens bonum noſtrum, & ſecundum hoc cum eſſet nobis bene [b],nihil aliud quæreremus. Item ſi arbores eſſemus,nihil quidem ſentiẽte motu amare poſſemus, veruntamen id quaſi appetere videremur, quo feracius eſſemus vberiusq; fructuoſæ. Si eſſemus lapides,aut fluctus,aut vẽtus,aut flãma,vel quid eiuſmodi,

 ſine

G sine vllo quidem sensu atq; vita, non tamen nobis deesset quasi quidam nostrorũ locorum atq; ordinis [c] appetitus. Nam velut amores corporum momenta sunt ponderum [d], siue deorsum grauitate, siue sursum leuitate nitantur. Ita enim corpus pondere, sicut animus amore fertur quocunq; fertur. Quoniam igitur homines, sumus, ad nostri creatoris imaginem creati, cuius est vera æternitas, æterna veritas, æterna & vera charitas, estq; ipse ęterna & vera & chara trinitas, neq; cõfusa, neq; separata, in iis quidem rebus quæ infra nos sunt, quoniam & ipsa nec aliquo modo essent, nec aliqua specie continerẽtur, nec aliquem ordinem vel appeterent, vel tenerent, nisi ab illo facta essent qui summe est, qui summe sapiens est [e], qui summe bonus est: tanquam per omnia quę fecit mirabili stabilitate currentes, quasi quędam eius alibi magis, alibi minus impressa vestigia [e] colligamus: in nobis autem ipsis eius imaginem contuentes, tanquam minor ille Euangelicus filius [f], ad nosmetipsos reuersi surgamus, & ad illũ redeamus, à quo peccando recesseramus. Ibi esse nostrũ non habebit mortem, ibi nosse nostrum non habebit
H errorem, ibi amare nostrum nõ habebit offensionem. Nunc autem ista tria nostra quanuis certa teneamus, nec aliis ea credamus testib', sed nosipsi præsentia sentiamus, atq; interiore veracissimo cernamus aspectu, tamen quandiu futura, vel vtrum nunquam defutura: & quò si bene, quò autem si male agãtur peruentura sint, quoniam per nosipsos nosse non possumus, alios hinc testes vel quęrimus, vel habemus, de quorũ fide cur nulla debeat esse dubitatio, nõ est iste, sed posterior erit diligentius disserendi locus. In hoc autem lib. de Ciuit. dei, quæ non peregrinatur in huius vitæ mortalitate, sed immortalis semper in cœlis est, id est, de angelis sanctis deo cohęrentibus, qui nec fuerunt vnquam, nec futuri sunt desertores, inter quos & illos qui æternam lucem deserẽtes, tenebræ facti sunt, deum primitus diuisisse iã diximus, illo adiuuante quod cœpimus, vt possumus explicemus.

a Est enim & amor quo amatur.) Est in nobis ex sarcina & fece corporis voluntas quædam, quam ratio non tam ducit, vt illam meliorem, quàm trahit & raptat: hęc bona semper auersatur, mala expetit, vt delitias corporis, & voluptates, quas duas Paul' vocat legem carnis, & legem mẽtis, interim carnem, & spiritum: illam fœ-
I dam, tetram, brutalem boni homines oderũt: & cum expellere nequeãt, coãrcẽt quantum possunt: atque illi superiori sanctioriq; dicto audientem esse, licet reluctantem & reclamantem, cogunt: nam ex ea oritur amor, quo amamus quod minime oportet. b Cum esset nobis bene.) Aut esset in hac vita, aut nobis, hoc est, corpori. c Nostrorũ locorum atque ordi.) Imitatio Terentiana, in Eunucho, mei loci atque ordinis, per ordinem intelliget res eiusdem generis, & naturę, quarum conseruationẽ omnia expetunt, ita vt cum vis fit subueniant, si nõ impediantur. d Momenta sunt pond.) Dicebam paulo ante de momentis librarum, quæ vocantur ῥοπαί, quibus in alterutram partem propendit libra. e Quasi quædam eius alibi magis, alibi minus imp.ve.) Mens & ratio in nobis præstat, vt imago sit potius in nobis dei quàm vestigium. Homini enim recto cœlum inueri est datum, & deum nosse, cætera in terram abiecta iacent. Quo circa percurrens diuinis spiritus cuncta, quæ creauit, in nobis erectis sublimioribusq; imaginem sui reliquit: in cæteris rebus quas velut pedibus contigit, nempe prostratas vestigia tantum impressit: sit hoc velut figura quadam dictum. f Tanquam minor ille Euangelicus filius.) Nota est historia ex Euang. Lu. xv.

De sanctorum angelorum scientia, qua trinitatem in ipsa eius deitate nouerunt, qua operum causas prius in operantis arte quàm in ipsis operibus artificis intuentur. Caput XXIX.

Alli quippe angeli sancti non per verba sonãtia deum discunt, sed per ipsam præsentiam immutabilis veritatis, hoc est, verbum eius vnigenitum. Et ipsum verbum & patrem & eorũ spiritum sanctum, eamq; esse inseparabilem trinitatem, singulasq; in ea personas esse substantiã: & tamen omnes non tres deos esse, sed vnũ deũ ita nouerunt, vt eis K
magis ista sit nota [a], quàm nosipsi nobis cogniti sum'. Ipsam quoq; creaturam melius ibi [b], hoc est, in sapientia dei tanquam in arte qua facta est, quàm in ea ipsa sciunt, ac per hoc & seipsos ibi melius, quàm in seipsis. Veruntamẽ & in sepsis sciũt. Facti sunt enim, & aliud sunt quàm ille qui fecit. Ibi ergo tãquam in cognitione diurna, in seipsis autem tãquam in vespertina, sicut supra iam diximus. Multum autem differt vtrum in ea ratione cognoscatur aliquid secũdum quam factum est, an in seipso. Sicut aliter scitur rectitudo [c] linearum seu veritas figurarum cũ intellecta cõspicitur, aliter cũ in puluere scribitur [d]. Et aliter iustitia θ describitur θ in
veritate incõmutabili, aliter in anima iusti. Sic dein- Gene.1.
de cętera, sicut firmamentum inter aquas superiores & inferiores, quod cœlum vocatũ est: sicut deorsum aquarum cõgeries terræq; nudatio, & herbarum institutio atq; lignorum: sicut solis & lunæ stellarumq; conditio: sicut ex aquis animaliũ, volucrum scilicet atq; piscium beluarumq; natantiũ: sicut quorumcunq; in terra gradientium atq; repẽtium, & ipsius hominis, qui cũctis in terra rebus excelleret. Omnia hæc aliter in verbo dei L
cognoscuntur ab angelis, vbi habent causas rationesq; suas, id est, secũdum quas facta sunt incommutabiliter permanentes, aliter in seipsis, illic clariore, hic obscuriore cognitione, velut artis atq; operum: quæ tamen opera cum ad ipsius creatoris laudem venerationemq; referuntur, tanquam mane lucescit in mentibus contemplantium.

a Vt eis magis ista sit nota.) Et sunt illi acutioribus, quàm nos ingeniis: & lux, qua ad cognoscendam sacrosanctam trinitatem illuminantur, maior multo est, quàm qua nos, vt, nos norimus. b Ipsam quoq; creaturã melius ibi.) Nempe effectũ in causa expressum, melius, q̃ in seipso. c Sicut aliter scitur rectitudo.) Certi', meliusq; scitur tota ratio linearũ, superficierũq; ex dogmatis mathematicis, q̃ ex pictura, quę nunq̃ tã exacta est, vt ante oculos rẽ ipsam, vt se habet, exponat: meliusq; intelligitur rectã esse lineã, quæ à nota in notam est breuissima, vt inquit Euclides. Aut lineas omnes à cẽtro ad circumferẽtiam esse pares. Ex præceptis geometriæ, quàm ex descriptione non modo puluerис, sed ne Parrhasij quidẽ aut Apellis. Nulla enim perfecte recta linea pingi potest, nullus circulus exacte rotundus, qui nihil habeat recti. d Cum in puluere scribitur.) Olim Mathematici figuras in puluere radio deliniabant, vt facile quæ vellẽt, describere, & delere possent. Sic Archimedes, cum Syracusæ caperentur, in puluere descriptas considerabat formas. Apud Liuium in secundo bello Punico. Et Cicero puluerem illum eruditum vocat. ij. de na. de. Et Persius prima satyra: Et secto in puluere metas.

De senarii numeri perfectione, qui prius partiũ suarum quantitate completur. Cap. XXX. M



Haec autẽ propter senarij numeri perfectionem [a], eodem die sexies repetito, sex diebus perfecta narrantur: non quia deo necessaria fuerit mora temporum, quasi qui non potuerit creare omnia simul, quæ deinceps cõgruis motibus peragerẽt tempora: sed quia per senarium numerum est operum significata perfectio. Numerus quippe senarius primus completur suis partibus [b], id est, sexta sui parte, & tertia, & dimidia: quæ sunt vnum, & duo, & tria: quę in summam ducta, sex fiunt. Partes autem in hac cõsideratione numerorum illæ intelligendæ sunt, quæ quotæ sint, dici potest [c]: sicut dimidia, tertia, quarta: & deinceps ab aliquo numero denominatæ. Neq; enim exempli gratia, quia in nouenario numero quatuor pars aliqua eius est, ideo dici potest, quota eius sit: vnũ autem potest, nã nona eius est: & tria potest, nã tertia eius est. Cõiunctæ vero istæ duæ partes eius, nona scilicet, atq; tertia, id est, vnum & tria, lõge sunt à tota summa eius, quod est nouẽ. Itémq; in denario quaternarius est aliqua pars eius: sed quota sit, dici non potest. vnum autẽ potest: nã decima pars eius est. habet & quintam, quæ

A sunt duo: habet & dimidiam, quæ sunt quinq;. Sed hæ tres partes eius: decima & quinta, & dimidia, id est, vnũ, & duo, & quinq; simul ductę nõ complent decem: sunt enim octo. Duodenarij vero partes nũeri in summã ductæ, trãseunt eũ: habet enim duodecimam, quod est vnum: habet sextã, quæ sunt duo: habet & quartam, quæ sunt tria: habet tertiam, quę sunt quatuor: habet & dimidiã, quæ sunt sex: vnum aũt, & duo, & tria, & quatuor, & sex: nõ duodecim, sed amplius, id est, sedecim fiunt. Hoc breuiter cõmemorandũ putaui, ad commendandam senarij numeri perfectionem: qui primus, vt dixi, partibus suis in summã redactis ipse perficitur: in quo perfecit deus opera sua. Vnde ratio numeri contemnẽda non est, quæ in multis sanctarũ scripturarum locis, quàm magni æstimanda sit, elucet diligenter in-
Sapien.11. tuentibus. Nec frustra in laudibus dei dictũ est: Omnia in mensura, & numero, & pondere disposuisti.

Numeri. a Haec autem propter senarij numeri perfectionem.) Omnia numeris constare existimauit Pythagoras Samius, quẽ Plato secut' est. Numerorũq; mysteria tã mysteriose tradiderũt, vt etiã initiatos ipsos videãtur voluisse celare, nedũ profanũ vulgus. Scriptores nostræ pietatis, Græci, Latiniq; sacramenta in numeris esse permulta, existimarũt. Hieronymus inter omnes plurimum tribuit religioni numerorum, qui etiam nonnullos progenitores esse in stemmate Christi ab Euangelista prætermissos ait, vt ad numerũ omnia congruerent. b Numerus quippe senarius p.c.f.p.) Hæc est perfectio numeri, vt suis omnibus partibus compleatur. Quales arithmetici paucissimos inuenerunt, talis est senarius intra. x. &. xxviij. intra centum. Hic enim constat. xiiij. &. vij. &. iiij. &. ij. & vnitate. Hierony. in Ezechielem
Senarius senarium numerum sacramentum creaturarum continere scribit.
B c Quæ quotæ f.d.p.) Medietas, an quarta, an tertia, an quinta, sexta, septima &c. Quatuor enim ex nouem, neq; medietas est, neq; tertia, neq; quarta, & sic vsque ad nonam, quò vlterius nonarius numerus non progreditur. Minima enim pars, quę quota sit, dici potest, est de nomine ipsius numeri dicta, vt duodecima in. xij. vicesima in. xx. & ea semper est vnitas. Hoc genus partis, ali quotam nostri vocant. Euclides lib. vij. sic distinguit, vt partem aliquotam partem tantum nominet, non aliquotã vero partes. Duæ enim eius diffinitiones hæ sunt, tertia, & quarta. Pars est numerus numeri minor maioris, quãdo dimetitur maiorem. Partes autem, quando non metitur. Sic sunt vsi veteres his nominibus.

De die septimo, in quo plenitudo & requies cõmendatur. Caput XXXI.

Gene.2.

IN septimo autẽ die, id est, eodem die septies repetito [a], qui numerus etiam ipse alia ratione perfectus est, dei requies commẽdatur, in qua primum sanctificatio sonat. Ita deus noluit istum diẽ in vllis suis operibus sanctificare, sed in requie sua, quæ non habet vesperam. Neq; enim vlla creatura est, vt etiam ipsa aliter in dei verbo, aliter in se cognita, faciat aliam velut diurnam, aliam velut vespertinã no-
C titiam. De septenarij porrò numeri perfectione dici quidẽ plura possunt, sed & liber iste iam prolixus est, & vereor ne occasione cõperta, scientiolam nostrã leuiter magis quàm vtiliter iactare velle videamur. Habẽda est itaq; ratio moderationis atq; grauitatis, ne forte cum de numero multũ loquimur, mensuram & pondus negligere iudicemur [b]. Hoc itaq; satis sit admonere [c], quod totus impar primus numerus [d] ternarius est, totus par quaternarius, ex quibus duobus septenarius
Prou.24. constat. Ideo pro vniuerso sæpe ponitur [e] sicuti est: Septies cadet iustus, & resurget: id est, quotiescũq; ceciderit, non peribit. Quod non de iniquitatibus, sed de tri-
Psal.118. bulationibus ad humilitatem perducentibus intelligi
Psal.33. voluit. Et septies in die laudabo te: quod alibi alio modo dictum est, Semper laus eius in ore meo. Et multa huiusmodi in diuinis authoritatibus reperiuntur, in quibus septenari' numerus, vt dixi pro cuiusq; rei vniuersitate poni solet. Propter hoc eodem septenario nu-
† sæpe numero. mero † significatur spiritus sanctus [f], de quo dominus
Ioan.16. ait: Docebit vos omnẽ veritatẽ. Ibi requies dei, qua requiescitur in deo. In toto quippe, id est, in plena perfectione requies, in parte autem labor. Ideo laboramus, D
quãdiu ex parte scimus: sed cum peruenerit quod per- 1.Cor.13.
fectũ est, quod ex parte est euacuabitur. Hinc est quòd etiam scripturas istas cũ labore rimamur. Sancti vero angeli, ad quorum societatẽ & cõgregationem in hac peregrinatione laboriosissima suspiramus, sicut habent permanẽdi æternitatem, ita cognoscendi facilitatem, & requiescendi fœlicitatẽ. Sine difficultate quippe nos adiuuant, quoniam spiritalibus motibus puris & liberis non laborant.

a Id est, eodẽ die septies repetito.) Significat omnia simul fuisse creata. b Mensurã & pondus negligere iudicemur.) Luit in eo quod prius dictum est, deum omnia fecisse numero, pondere & mensura: quod si nimis multa dicat de numero neglexisse videbitur & põdus ac mensuram suam, & pondus ac mensuram de quis sapiens loquitur. c Hoc itaque satis sit admo.) Numerum septenarium magnæ religionis mysteriiq; fuisse ostendunt Iudæi, qui propter diem sabbati multum eum venerabantur: vt Hierony. scribit in Esaiam. & Gẽtiles cuius potẽtiam A. Gellius lib. iij. & æmulus eius Macrob. lib. j. in Somniũ Scipionis persecuti sunt, quantum in cœlo, quantum in mari, quantum in hominibus valeat. Pythagorici hunc numerum, vt Chalcidius, inquit, laudabant tãquam optimum & naturalissimum, & sufficientissimum: & in Christiana religione magna sunt mysteria septenario numero cõclusa. d Quod totus impar primus nume.) Par numerus, inquit Euclides, est qui bifariam diuiditur, impar qui bifariã non diuiditur. Ternarius non modo nõ bifariam, sed nec in vllos potest numeros diuidi. Vnitas enim numerus nõ est, quaternarius in geminos distinguitur, qui etiã per vnitates sectionẽ recipiunt: & primus quaternarius duas medietates nactus est, vt ait Macrob. qui eadem ratione septenarium commendat, qua Augusti. ex duabus partibus. e Ideo pro vniuerso (æ.po.) Idem in epist. ad Gala. f Eodem septenario nu. signi. (pi. f.) Idem dicit in sermone de verbis domini in monte. Hoc ex donis ostenditur, quorum Esaias meminit. iiij. cap.

De opinione eorum qui angelorum creationem anteriorem uolunt esse quàm mundi. Cap. XXXII.

NE quis autem contendat, & dicat non sanctos angelos esse significatos, in eo quod scriptum Gene.1.
est: fiat lux, & facta est lux, sed quamlibet lucem tũc primum factã esse corpoream [a], aut opinetur, aut doceat: angelos autem prius esse factos, non tantũ ante firmamentum, quod inter aquas & aquas factum, appellatum est cœlum, sed ante illud quod dictum est: In principio fecit deus cœlum & terrã, atq; illud quod
dictũ est in principio, non ita dictum tanquã primum Ibidem.
hoc factum sit, cũ ante fecerit angelos, sed quia omnia in sapientia fecit, quod est verbum eius, & ipsum scri- Psal.103.
ptura principium nominauit [b], sicut ipse in Euangelio Iudæis quærentibus quis esset, respondit se esse princi- Ioan.8.
pium, non econtrario referam contentionẽ, maxime quia hoc me delectat plurimũ, quod etiam in summo F
exordio sancti libri Geñ. trinitas commendatur. Cum enim ita dicitur: In principio fecit deus cœlũ & terrã: Gene.1.
vt pater fecisse intelligatur in filio, sicut attestatur Psal. Psal.103.
vbi legitur: Quàm magnificata sunt opera tua domine omnia in sapientia fecisti: conuenientissime paulopost cõmemoratur etiam spiritus sanctus. Cũ enim dictum esset, qualem terram deus primitus fecerit, vel quã molem materiãmve futuræ constructionis mũdi cœli & terræ nomine nuncupauerit subiiciendo & addendo: Terra autẽ erat inuisibilis & incomposita, & tenebræ erãt super abyssum: mox vt trinitatis commemoratio Gene.1.
cõpleretur, & spirit', inquit, dei ferebatur super aquas [c]. Proinde vt volet vnusquisque accipiat, quod ita profundum est, vt ad excitationẽ legentium à fidei regula non aberrantes* plures possit generare sentẽtias: dum *aliâs, abhorrentes
tamen angelos sanctos in sublimibus cœli sedibus, nõ quidem deo coæternos, sed tamẽ de sua sempiterna & vera fœlicitate securos & certos esse, nemo ambigat. Ad quorum societatem pertinere paruulos suos domi
nus docens, non solum illud ait: Erunt æquales angelis Matth.22.
dei: verum ipsi quoq; angeli qua cõtemplatione fruantur, ostendit, vbi ait: Videte, ne contemnatis vnum ex

G pusillis istis. Dico enim vobis, quia angeli eorum in
Matth.18. cœlis semper videt faciem patris mei, qui in cœlis est.

a Principium

LVcem &c. corporeã.) Quæ corpori adhæreat. b Et ipsum scriptura principium nominauit.) Non reprobo sententiam theologorum dicentium Christum esse principium. Nam is est, per quem facta sunt sæcula, & caput omnium, quæ pater progenuit. Sed id ex respõsione Christi ad Iudæos, parum mihi videtur apte colligi. Satius est dicere, sic est, quia verum est, quàm quia Ioannes scripsit, cum hoc non senserit. Nam hæc genera argumẽtorum exposita sunt doctis hæreticis ad subsannationem, quibus ansam, vel calumniãdi nostri, vel deridendi non præberi oportet. Quid vero de loco illo, In principio creauit deus cœlum & terrã, Hieronymus sentiat, homo circunspecta & libera pietate, adscribam. Plerique existimãt, sicut in altercatione quoq; Iasonis, & Papisci scriptũ est, & Tertul. in lib. contra Praxean disputat, necnõ Hilarius in expositione eiusdã Psalmi affirmat, in Hebræo haberi: In filio fecit deus cœlum & terram, quod falsum esse, ipsius rei veritas cõprobat. Nam & septuaginta interpretes, & Symmachus, & Theodorion in principio transtulerunt, & in Hebræo scriptũ est bresith, quod Aquila interpretatur, in capitulo. Et non habem, quod interpretatur, in filio. Magis itaq; secundum sensum, quàm secundũ verbi trãslationem, de Christo accipi potest, qui tam in ipsa fronte Geneseos, quæ caput librorũ omnium est, quàm etiam in principio Ioannis Euangelistæ, cœli & terræ conditor approbatur. Vnde & in Psalterio de seipso ait: In capite libri scriptum est de me: id est, in principio Geneseos. & in Euangelio: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factũ est nihil. Sed & hoc sciendum, quod apud Hebræos liber hic Bresith vocatur, hãc habentes consuetudinẽ, vt voluminibus ex principiis eorũ, nomina imponantur. Tantum Hieronymus, ad verbum transscriptum. c Et spi-
H ritus, inquit, dei ferebatur super aquas.) Huic loco multũ congruẽt Hieronymi verba, pro eo quod in nostris, inquit, codicibus scriptum est, ferebatur, in Hebræo habebat merahefer, quod nos appellare possumus incubabat, siue confouebat, in similitudinẽ volucris oua calore animantis. Ex quo intelligitur nõ de spiritu mundi dici, vt nonnulli arbitrãtur, sed de spiritusancto, qui & ipse viuificator omnium à principio dicitur. Si autẽ viuificator, consequenter & conditor: quod si conditor, & deus: Emitte enim, ait, spiritum tuum & creabuntur.

De duabus angelorum societatibus, diuersis, atq; disparibus, quæ non incongrue intelliguntur lucis & tenebrarũ nominibus nuncupatæ. Cap. XXXIII.

PEccasse autem quosdam angelos, & in huius mundi ima detrusos, qui eis velut carcer est, vsq; ad futurã in die iudicij vltimã damnationem, Apostolus Petrus apertissime ostendit, dicens,
2.Petri.2. quod deus angelis peccantibus non pepercerit, sed carceribus caliginis inferni [a] detrudẽs tradidit in iudicio puniendos reseruari. Inter hos ergo & illos, deum, vel præscientia, vel opere diuisisse quis dubitet, illosq; lucẽ merito appellari, quis contradicat? Quandoquidẽ nos adhuc in fide viuentes, & eorũ æqualitatem adhuc speEphes.5. rantes, vtiq; nondũ tenẽtes, iam lux dicti ab Apostolo sumus: Fuistis enim, inquit, aliquando tenebræ, nũc au
I tẽ lux in domino. Istos vero desertores, tenebras apertissime nuncupari, profecto aduertunt, qui peiores esse eos hominibus infidelibus, siue intelligũt, siue credunt.
Gene.1. Quapropter & si alia lux in isto huius libri loco intelligẽda est, vbi legimus: Dixit deus, fiat lux, & facta est lux, & aliæ tenebræ significatæ sunt in eo quod scriptũ
Ibidem. est: Diuisit deus inter lucẽ & tenebras: nos tamen has
Psal.96. duas angelicas societates, vnã fruentem deo, alterã tu-
aliâs, superbiæ typo. mentem typho: [b] vnã cui dicitur: Adorate eũ omnes
Matth.4. angeli eius: aliam cuius princeps dicit, Hæc omnia tibi
Iacobi.4. dabo, si prostratus adoraueris me: vnã dei sancto amo-
1.Petri.5. re flagrantem, alteram propriæ celsitudinis immundo amore fumantem: & quoniã, sicut scriptũ est, Deus superbis resistit, humilibus autẽ dat gratiã: Illam in cœlis cœlorũ habitãtẽ, istã inde deiectã in hoc infimo aëreo cœlo tumultuantem. Illã luminosa pietate tranquillã: istã tenebrosis cupiditatibus turbulentã. Illã dei nutu clementer subuenientem, iuste vlciscentem [c]: istam suo
*aliâs, subdendi fastu dominandi * & nocendi libidine exæstuantem. Illam, vt quantũ vult consulat dei bonitatis ministrã: istam, ne quantũ vult, noceat [d] dei potestate frenatã. Illam huic illudentem, vt nolens prosit persecutionibus suis hanc illi inuidẽtem cum peregrinos colligit suos. Nos ergo has duas societates angelicas inter se dispares atq; contrarias: vnam & natura bonam & volun- K
tate rectam: aliam vero natura bonam, sed voluntate peruersam, aliis manifestioribus diuinarũ scripturarum testimoniis declaratas, quod in hoc libro, cui nomen est Genesis lucis tenebrarumq; vocabulis significatas existimauimus, etiã si aliud sensit hoc loco forte Gene.1.
qui scripsit, non est inutiliter obscuritas huius pertractata sententiæ, quia etsi voluntatẽ authoris libri huius indagare nequiuimus, à regula tamen fidei quæ per alias eiusdẽ authoritatis sacras literas satis fidelib[9]nota est, nõ aberrauimus. Etsi enim corporalia hic cõmemorata sunt opera dei, habent proculdubio nonnullam similitudinem spiritalium, secundum quam dicit Apostolus: Omnes enim vos filij lucis estis & filij diei, non 1.Thessa.5.
sumus noctis neq; tenebrarũ. Si autem hoc sensit etiã ille qui scripsit, ad perfectiorẽ disputationis finem nostra peruenit intentio, vt homo dei tam eximiæ diuinæq; sapientiæ: imò per eum spiritus dei in commemorandis operibus dei, quę omnia sexto die dicit esse perfecta, nullo modo angelos prætermisisse credatur, siue in principio, quia primo fecit: siue quod conuenientius L
intelligitur in principio, quia in verbo vnigenito fecit scriptum sit, In principio fecit deus cœlum & terram: Gene.1.
quibus nominibus vniuersalis est significata creatura vel spiritalis & corporalis, quod est credibilius vel magnæ duæ mundi partes, quibus omnia quæ creata sunt continentur, vt primitus eam totam proponeret ac deinde partes eius, secundum mysticum dierum numerum exequeretur.

SEd carceribus caliginis inf.) Græce sic est epistola Petri secũdo, εἰ γὰρ ὁ θεὸς ἀγγέλων ἁμαρτησάντων οὐκ ἐφείσατο, ἀλλὰ σειραῖς ζόφου ταρταρώσας παρέδωκεν εἰς κρίσιν τηρουμένους. Si enim deus angelis, qui peccarunt, culpam nõ remisit, sed vinculis caliginis in tartaro coërcitos dedit in iudicium asseruatos: vel vt alij legũt asseruãdos τηρουμένους. Simile est, quod Iudas ait in epistola sua, angelos vero qui nõ seruauerunt primigenia suam naturã, sed dereliquerunt suum domiciliũ, in iudicium magni diei vinculis æternis sub caligine reseruauit. Aug. hic carceres pro claustris posuit, quib[9] exire prohibentur, quales erãt illi in circo, quibus equi antequam currerent, coërcebantur. b Alteram tumentem typho.) τῦφος superbia est. & Typhonem pro dæmone ignito vsurpant Græci à τυφόομαι superbio, & τύφομαι comburo, fumo. qualem fuisse Typhonem illum Osiridis fratrẽ scribit Plutarchus, dæmonem, qui actus inuidẽtia terras ac maria turbarit, graués que luerit pœnas, maluit Græco verbo Augustinus vti, quàm Latino superbiæ & arrogantiæ & iactantiæ. sed generalius est Græcum illud & multum habet virium. erat etiam vocabulum illius seculi, quo vtitur Philippus presbyter in commentariis lib. Iob. c Iuste vlciscentem.) Per M
angelos enim bonos velut ministros exequitur deus iustas vindictas, cui in Psalmo. ciij. dicitur: qui facis angelos tuos spiritus & ministros tuos ignem vrentem. d Istam ne quantum vult, nocet.) Non est potestas quæ compareatur diabolicæ super terram, testatur Iob. quod si quantum oderunt, quantumq; possunt nocere, sinerentur, incenderent vrbes vastarent agros, flumina & maria in regiones immitterent, venena cibis poculisq; diffunderent, homines & bestias torquerent, ac interimerent, & tametsi homini cognitu difficile est, quantum possint natura sua dæmones liberi ac soluti, quantum non possint: magnas tamen inferre humano generi clades posse irreparabilia nostris viribus damna certũ est. De potentia angelorum disputat August. lib. de Tri. iij.

De eo quod quidam putant in conditione firmamenti aquarum discretarum nomine angelos significatos, & quod quidam aquas existimant non creatas. Cap. XXXIIII.

QVanquàm nonnulli putauerint aquarum nomine [a] significatos quodãmodo populos angelorũ [b], & hoc esse quod dictum est: Fiat firmamẽtum inter aquam & aquam, vt supra firmamen- Gene.1.
tum angeli intelligantur, infra vero vel aquę istæ visibiles, vel malorum angelorum multitudo, vel omniũ hominum gentes. Quod si ita est, nõ illic apparet vbi facti sũt angeli, sed vbi discreti. Quãuis & aquas, quod peruersissimæ atq; impiæ vanitatis est, negent quidam factas à deo [c], quoniam nusquam scriptũ est, dixit deus fiant aquę. Quod possunt simili vanitate etiam de terra dicere.

A ra dicere. nusquam enim legitur: Dixit deus fiat terra.
Gene.1. Sed inquiunt scriptum est: In principio fecit deus cœlũ
& terram. Illic ergo & aqua intelligenda est, vno enim
Psal.94. nomine vtrunq; cõprehensum est. Nam ipsius est mare, sicut in Psalmo legitur, & ipse fecit illud, & aridam, id est, terrã manus eius finxerunt. Sed hi qui in nomine aquarũ quę sup cœlos sunt angelos intelligi volunt, ponderibus elementorũ mouentur [d], & ideo nõ putant aquarum fluidam grauemq; naturam in superioribus mundi locis potuisse constitui, qui secundum rationes suas si ipsi hominẽ facere possent, non ei pituitã quod Græce φλέγμα dicitur & tanquam in elementis corporis [e] nostri aquarũ vicem obtinet, in capite ponerent. Ibi enim sedes est phlegmatis [f] secundũ dei opus vtiq; aptissime secundum istorum autem coniecturam tam absurde, vt si hoc nesciremus, & in hoc libro similiter scriptum esset, quod deus humorem fluidum & frigidum, ac per hoc grauem in superiore omnibus cæteris humani corporis parte posuerit, isti trutinatores elemẽtorũ nequaquã crederent. Et si authoritati eiusdem scripturæ subditi essent, aliquid aliud ex hoc intelligendum esse censerent. Sed, quoniam si diligenter singula
B scrutemur, atq; tractemus, quæ in illo diuino libro de constitutione mundi scripta sunt, & multa dicẽda, & à proposito instituti operis, lõge digrediendũ esset. Iamq; de duabus istis diuersis inter se atq; cõtrariis societatibus angelorum, in quibus sunt quædam exordia duarũ etiam in rebus humanis ciuitatum, de quibus deinceps dicere institui, quantum satis esse visum est, disputauimus, hunc quoq; librum aliquando claudamus.

a QVanquam nonnulli putauerint aquarũ nomine.) hoc putauit Origenes. Epiphanius ad Io. Hierosolymitanum Episcopum, dicente Origene, de aquis, quæ super firmamentum sunt, non esse aquas, sed fortitudines quasdam angelicæ potestatis: & rursum aquas quæ super terram sunt, hoc est, firmamento esse virtutes contrarias, id est, dæmones. b Significatos quodammodo populos angelorũ.) Iuxta illud Apoca. Populi sicut aquæ multæ. Et de his aquis existimabant illud esse dictum: Et aquæ quæ super cœlos sunt laudent nomen domini. nam hoc ad creaturas rationales pertinet. c Quanuis & aquas q. per. a. im. v. c. negent quidã factas à deo.) Inter hæreses numerat August. & hanc dicentium, aquas esse deo coæternas, sed authores nõ nominat. Credo ex illo chao Hesiodico, & ex Homeri de aquis omniũ rerũ parẽtibus natã. d Ponderibus elementorum mouẽtur.) Omnia hæc video in controuersiam trahi, sintne aquę super cœlos, sintne elemẽtares, sint eadẽ, qua inter nos ratione. De primo minus dubitatur. nã & si per firmamentũ aërem posse intelligi credant nonnulli, ita vt cũ dicitur: separauit aquas, quæ sunt sub firmamento, ab iis quæ super firmamentum sunt: separatũ putent, à nubibus mare. Sanctorum tamen hominũ opinio obtinuit, cõformior
Aquæ super cœlos. dictis sacrarum literarũ, super firmamentum, in quo sunt sydera, aquas
C esse sublatas. Equidem coniectura in re tãta ducor, crassiorem nebulam inter cœlũ & terram circũfusam fuisse, aeri commistam, atq; complexã, quæ obscurius redderet medium istud spatiũ inter superos & nos, partẽq; eius quandam densatam ad id marinæ molis, quod nũc cernimus, seiunctam ab ea parte terrę, quàm terrestribus animãtibus parẽs vniuersitatis relinquebat, cæteram partẽ sublatam, incognita nobis mẽte ad extima mundi. Hinc factum, vt cũ superius elemẽtum vndiq; inferius ambiat, & complectatur, cœlũ ignem, ignis aërem, hic aquam, hæc nõ totã capiat terram, & obruat, quoniã non tota est in sublunari mundo aqua, vt totus aër, totus ignis. Iam cuius sint naturæ Origenes, vt ab antiquissimis incipiam, resolutas censet in tenuissimas auras: quod D. Thomæ parum probatur: nã corpora tam tenuia, nec ignis sphęram, nec cœlestẽ potuissent penetrare. Nimis est Aristotelicus, & res omnem naturæ vim captumq; excedẽtes cogit naturalibus parẽre legibus. Ceu vero opus id fuerit huius naturæ certis limitibus arctę & constituræ, & non potius illius omnipotẽtiæ dei, nullis terminis, finibusq; cõclusæ: ceu vero quamlibet densæ sua vi & natura, ignẽ cuasissent, cœlos perrupissent. Aliis elementum esse supra cœlos, absurdum videtur, ideo crystallinum cœlũ ponunt, quod sit aquarũ, sed diuersæ q̃ elementum naturæ alterius ingenij, & si nonnulla similitudine teneantur. perspicuæ sunt aquæ istæ nostræ, & illæ cœlestes: frigidæ vtræq;: at graues hæ, non illæ. Basilius seruorẽ cœli frigiditate harũ aquarũ tẽperari putat. Ex nostris, qui deditiores sunt notẽdis astris, Saturni sydus frigefieri arbitrantur aquis superioribus. ridiculum, tanquã non magis astra omnia quæ sunt in octaua sphęra frigefierent, & gelidioris essent, quàm Saturnus naturę. Beda in libro de natura rerũ. Aquas super firmamentũ positas cœlis quidem spiritalibus humiliores, sed tamen omni creatura corporali superiores quidã ad imitationẽ diluuij seruantes: alij vero rectius ad ignẽ syderum temperandũ suppensas affirmant. sic ille. Sed nec est admodũ firma cõiectura hæc. Verum sententia Augusti, super Gen. pro clausula addatur, quomodo & quales ibi aquæ sint, incertum, esse tamen nõ dubitamus, quia maior est huius scripturæ authoritas, quàm omnis ingenij humani capacitas. e Et tanquã in elementis cor.) Altera quæstio, nõ minus priore ambigua, & varie tractata, quemadmodũ corpora nostra elementis con Elementa quo cõpo nunt mistũ.
flentur, & cõponantur. Nã alij tenuissimas vniuscuiusq; elementi particulas. & velut ramenta cõpingunt, dum corpus constituunt. Quam opinionem secuti sunt veteres, Anaxagoras, Democritus, Empedocles, Plato, Cicero: & ex recentioribus Peripatetici complures, Arabibus, Auerroi, & Auicennæ assensi: alij nõ venire particulas censent in corpus, sed naturas tantum, quod nunc vulgo schola cũ principibus suis Ioãne Scoto, & Guillelmo Occamo sentit. Nam Aristotelis opinio incerta, vt ferè est, quanuis esse in mistis elemẽta dicat. & ex iis, qui crebros illos velut cuneolos infarciunt, sunt qui cõfundi omnia, & vnũ ex illis corpus consurgere dicant, solis residuis inherentibus. alij manere substantias vniuscuiusq; voluntate tantum; sit, in corpore humano vires elemẽtorum sentimus, calorẽ sicco mistum in flaua bili, quod est ex igne: humido in sanguine, quod est ex aere: frigus humido adiunctum, aqueæ vis in pituita: sicco terrenæ in atra bili, & partes ipsæ in corpore ossium, & neruorum soliditas terrea est: cerebrum & medullæ aqueæ: sanguis aereus: tenuissimi spiritus, præcipue illi circa cor ignei: tametsi hæc quoq;, licet ex vno aliquo plus quàm ex aliis, ex omnibus tamen elemẽtis aliquid habent.
f Ibi enim sedes est phlegmatis.) Atq; hinc omnis per reliqui corpus defluit pituita, qua vexamur, artificiose, vt reliqua, situm est ibi cerebrũ, quo calor semper aspirat. Nã si in imis esset locatum partibus, quò non peruadit tantus calor, torperet brevi, atq; concresceret: nunc vero agitatur semper vi teporis, vegetaturq;, & sic viuit.

FINIS.

ELENCHVS

CAPITVM IN LIB. XII. DIVI Aurelij Augustini de Ciuitate dei.

1 De vna bonorum malorumq; angelorum natura.
2 Nullam essentiam deo esse cõtrariã, quia ab eo qui summe est, & semper est, hoc totum videtur diuersum esse quod non est.
3 De inimicis dei, non per naturam sed per contrariam voluntatem, quæ cũ ipsis nocet, bonæ vtiq; naturæ nocet, quia vitium si non nocet non est.
4 De natura irrationalium aut vita carentium quæ in suo genere atq; ordine ab vniuersitatis decore non discrepat.
5 Quod in omni natura, specie ac modo laudabilis sit creator.
6 Quæ causa sit beatitudinis angelorum bonorũ, & quæ causa sit miseriæ angelorum malorum.
7 Causam efficientem malæ voluntatis nõ esse quærendam.
8 De amore peruerso quo voluntas ab incommutabili bono ad bonum mutabile deficit.
9 An sancti angeli quem habent creatorem naturæ, eundem habeant bonæ voluntatis authorẽ per spiritum sanctum in eis charitate diffusa semper fuisse existimant.
10 De falsitate eius historiæ quæ multa milia annorũ præteritis temporibus adscribit.
11 De his qui hunc quidem mundum non sempiternum putant, sed aut innumerabiles aut eundem vnum certa cõclusione seculorum semper nasci & resolui opinantur.
12 Quid respondendum sit his qui primã conditionem hominis tardam esse causantur.
13 De reuolutione seculorum, quibus certo fine conclusis, vniuersa semper in eundem ordinem eandẽque speciem reditura quidam philosophi crediderunt.
14 De temporali conditione generis humani, quam deus nec nouo consilio constituerit, nec mutabili voluntate.
15 An vt deus semper etiam dominus fuisse semper

G intelligatur credendum ſit creaturã quoq; nunquã defuiſſe cui dominaretur: & quomodo dicatur ſemper creatũ quod dici nõ poteſt coæternũ.
16 Quomodo intelligendum ſit, promiſſa homini à deo vita æterna ante tempora æterna.
17 Quid de incommutabili conſilio aut volũtate dei fides ſana defendat cõtra ratiocinationes eorũ, qui opera dei ex æternitate repetita per eoſdem ſemper volunt ſeculorum redire circumitus.
18 Contra eos qui dicunt ea quæ infinita ſunt nec dei poſſe ſcientia comprehendi.
19 De ſeculis ſeculorum.
20 De impietate eorum qui aſſerunt animas ſummæ veræq; beatitudinis participes, iterum atq; iterũ per circumitus temporum ad eaſdem miſerias laboresq; redituras.
21 De conditione vnius primi hominis atq; in eo generis humani.
22 Quod præſcierit deus hominem quẽ primum condidit peccaturum, ſimulq; præuiderit quantum piorum populum ex eius genere in angelicum conſortium ſua eſſet gratia tranſlaturus.
H 23 De natura humanæ animę creatæ ad imaginẽ dei.
24 An vllius vel minimæ creaturæ poſſint dici angeli creatores.
25 Omniũ naturam & omnium ſpeciẽ vniuerſę creaturæ non niſi opere dei formari.
26 De Platonicorũ opinione, qua putauerunt angelos quidem à deo conditos, ſed ipſos eſſe humanorũ corporum conditores.
27 In primo homine exortam fuiſſe omnem plenitudinẽ generis humani, in qua præuidit deus quæ pars honoranda eſſet præmio, quæ damnanda ſupplicio.

D. AVRELII AVGVSTINI Epiſcopi, de Ciuitate dei ad Marcellinum Liber duodecimus.

De una bonorum malorumq; angelorum natura. Caput I.

I ANte quàm de inſtitutione hominis dicam, vbi duarum ciuitatum, quãtum ad rationalium mortaliumq; genus attinet, apparebit exortus: ſicut ſuperiore libro apperuiſſe in angelis iam videtur, prius mihi quædam de ipſis angelis video eſſe dicenda: quibus demonſtretur quantum à nobis poteſt, quàm non inconueniens neq; incongrua dicatur eſſe hominibus angeliſq; ſocietas: vt nõ quatuor, duę ſcilicet angelorum totidemq; hominũ, ſed duæ potius ciuitates, hoc eſt, ſocietates merito eſſe dicantur, vna in bonis, altera in malis, non ſolum angelis, verum etiam hominibus conſtitutæ. Angelorum bonorum & malorum inter ſe contrarios appetitus non naturis principiisq; diuerſis, cum deus omnium ſubſtantiarũ bonus author & conditor vtroſq; creauerit: ſed voluntatibus & cupiditatibus extitiſſe, dubitare phas non eſt: dũ alij conſtantes in communi omnibus bono, quod ipſe illis deus eſt, atq; in eius æternitate, veritate, charitate perſiſtunt. Alij ſua poteſtate potius delectati, velut bonum ſuum ſibiipſi eſſent, à ſuperiore cõmuni omnium beatifico bono ad propria defluxerũt: & habẽtes elationis K faſtum, pro excellẽtiſſima æternitate vanitatis aſtum, pro certiſſima veritate ſtudia partiũ, pro indiuidua charitate ſuperbi, fallaces, inuidi effecti ſunt. Beatitudinis igitur illorum cauſa eſt, adhærere deo. Quocirca iſtorũ miſeriæ cauſa ex contrario eſt intelligenda, quod eſt non adhærere deo. Quamobrem ſi cum quæritur, quare illi beati ſint: recte reſpondetur, quia adhærent deo. Et cum quęritur, cur iſti ſint miſeri: recte reſpondetur, quia non adhærẽt deo. Non eſt creaturæ rationalis vel intellectualis bonum, quo beata ſit, niſi deus. Itaq; quãuis nõ omnis beata poſſit eſſe creatura, neq; enim hoc munus adipiſcuntur, aut cupiunt* † feræ, ligna, ſaxa, & ſi quid eiuſmodi eſt: ea tamen quæ poteſt, non ex ſeipſa poteſt, quia ex nihilo creata eſt, ſed ex illo, à quo creata eſt. Hoc enim adepto beata eſt, quo amiſſo miſera eſt. Ille vero qui non alio, ſed ſeipſo bono beatus eſt, ideo miſer non poteſt eſſe, quia non ſe poteſt amittere. Dicimus itaq; immutabile bonum nõ eſſe, niſi vnum verum deum beatum: ea vero quæ fecit bona quidem eſſe quòd ab illo: veruntamen mutabilia, quòd non de illo, ſed de nihilo facta ſunt. Quanquam ergo ſumma L non ſint, quibus eſt deus maius bonum: magna ſunt tamen ea mutabilia bona, quæ adhærere poſſunt, vt beata ſint, immutabili bono: quod vſqueadeo bonum eſt eorum, vt ſine illo miſera eſſe neceſſe ſit. Nec ideo cætera in hac creaturæ vniuerſitate meliora ſunt: quia miſera eſſe nõ poſſunt: neq; enim cætera membra corporis noſtri, ideo dicẽdum eſt oculis eſſe meliora, quia cæca eſſe non poſſunt. Sicut autem melior eſt natura ſentiens, & cum dolet, quàm lapis, qui dolere nullo modo poteſt: ita rationalis natura præſtantior eſt etiam miſera, quàm illa quæ rationis vel ſenſus eſt expers: & ideo in eam non cadit miſeria. Quod cum ita ſit, huic naturæ quæ in tanta excellentia creata eſt, vt licet ipſa ſit mutabilis, inhærendo tamen incommutabili bono, id eſt, ſummo deo, beatitudinem cõſequatur: nec expleat indigentiam ſuam, niſi vtiq; beata ſit: eiq; explendæ non ſufficiat, niſi deus: profecto non illi adhęrere, vitium eſt. Omne autem vitium naturæ nocet, ac per hoc contra naturam eſt. Ab illa igitur quæ adhæret deo, non natura differt iſta, ſed vitio, quo tamen M vitio etiam valde magna multumq; laudabilis oſtenditur ipſa natura. Cuius enim recte vituperatur vitiũ, proculdubio natura laudatur. Nam recta vitij vituperatio eſt, q̃ illo dehoneſtatur natura laudabilis. Sicut ergo cum vitium oculorum dicitur cæcitas, id oſtenditur quod ad naturam oculorũ petinet viſus: & cum vitium aurium dicitur ſurditas, ad earum naturam pertinere demonſtratur auditus. Ita cum vitium creaturæ angelicæ dicitur, quod nõ adhęret deo: hinc apertiſſime declaratur, eius naturę vt deo adhęreat, cõuenire. Quàm porrò magna ſit laus adhærere deo, vt ei viuat, inde ſapiat, illo gaudeat, tantoq; bono ſine morte, ſine errore, ſine moleſtia perfruatur, quis cogitare digne poſſit aut eloqui? Quapropter etiam vitio malorum angelorum, quo non adhærent deo: quoniam omne vitium naturæ nocet: ſatis manifeſtatur deum tam bonam eorum creaſſe naturam, cui noxium ſit, non eſſe cum deo.

** Aliũs capiunt.*

Nullã eſſentiam deo eſſe contrariam, quia ab eo qui ſumme eſt, & ſemper eſt, hoc totum uidetur diuerſum eſſe, quod non eſt. Caput II.

Hæc di-

A MAec dicta ſint, ne quiſquam quum de angelis apoſtatis [a] loquimur, exiſtimet eos aliam velut ex alio principio habere potuiſſe naturã, nec eorum naturæ [b] authorem deũ. Cuius erroris impietate tãto quiſque carebit expeditius & facilius, quãto perſpicacius intelligere potuerit, quod per angelum dixit deus, quãdo Moyſen mittebat ad filios Iſraël: Ego ſum qui ſum [c]. Cùm enim deus ſumma eſſentia ſit, hoc eſt, ſumme ſit, & ideo immutabilis ſit, rebus quas ex nihilo creauit, eſſe dedit, ſed nõ ſumme eſſe ſicut ipſe eſt: & aliis dedit eſſe amplius, aliis minus [d]: atque ita naturas eſſentiarum gradibus ordinauit. Sicut enim ab eo quod eſt ſapere, vocatur ſapientia, ſic ab eo quod eſt eſſe vocatur eſſentia: nouo quidem nomine [e], quo vſi veteres non ſunt Latini ſermonis authores: ſed iam noſtris temporibus vſitato, ne deeſſet etiam linguæ noſtræ, quod Græci appellant οὐσίαν. hoc enim verbum è verbo expreſſum eſt, vt diceretur eſſentia. Ac per hoc ei naturæ, quæ ſumme eſt, qua faciente ſunt quæcunq; ſunt, contraria natura non eſt, niſi quę non eſt. Ei quippe quod eſt, non eſſe [f] cõtrarium eſt. Et propterea deo, B id eſt, ſummæ eſſentiæ, & authori omnium qualiumcunque eſſentiarum eſſentia nulla contraria eſt.

Exo. 3.

IOANNIS LODOVICI VIVIS Valentini commentarij in. xij. librum de Ciuitate dei D. Auguſtini.

a QVum de angelis apoſtatis.) Ἀποστάτης, defector, ab ἀφίστημι. Dæmones tales ſunt, qui à deo defecerunt. Theodoritus de diis & angelis, Satan Hebraicè, ἀποστάτης Græcè dici tradit. Hieronymus aduerſariũ ſiue trãſgreſſorẽ vertit. b Nec eorũ naturæ.) Nec exiſtimet quis eorũ naturæ non eſſe authorẽ deũ. c Ego ſum qui ſum.) De hoc libro. viij. d Et aliis dedit eſſe ampliꝰ, aliis minus.) Sic veteres. Ariſto. lib. de mũdo, dicã verbis Apuleij. Denique propiores quoſque de poteſtate eius amplius trahere corpora cœleſtia, illa quanto finitima ſunt ei, tanto amplius de deo capere, multóque minus, quæ ab illis ſunt ſecunda. Et ad hæc vſque terrena pro interuallorum modo indulgentiam dei ad nos vſq; beneficiaq; peruenire. Sed cum credamus deum per omnia permeare, & ad nos & vltra poteſtatem ſui nominis tendere, quantum abeſt, vel imminet, tantum exiſtimandum eſt eum amplius minúſve rebus vtilitatis dare, quibus verbis oſtendit philoſophus, quid intelligatur, quum dicimus, varie rebus gradatimq; communicatam eſſentiam dei. Nam in libris Cathegoriarum docet, in eſſentiis nõ eſſe magis aut minus. Nec minꝰ dicitur eſſe lapis, q̃ angelus. Itaq; hoc ad præſtãtiam eſſentiæ muneráque illi addita referendum eſt, ſecundũ quæ aliud alio magis eſſe videatur, aut minus. e Nouo quidẽ nomine.) Non ita nouo, quin ante Quintilianum Flauius Sergius dixerit: ſed receptũ nõ eſt vſq; ad poſteros, quũ Latinis literis plura ſint de philoſophia ſcribi cœpta. f Ei quippe qd̃ nõ eſt eſſe.) Subſtantiæ, inquit Ariſtoteles, nihil eſt contrariũ: ſed cõtraria putat, quæ ſub eodem genere maxime diſtant, velut album & nigrum ſub colore. nã priuantia vel contradicentia inter contraria non numerat, vt liquet ex diuiſione oppoſitorum in quatuor formas.

C

De inimicis dei, non per naturam, ſed per contrariam uoluntatem: quæ cum ipſis nocet bonæ utique naturæ nocet: quia uitium ſi nõ nocet, non eſt. Caput III.

DIcuntur autẽ in ſcripturis inimici dei, qui nõ natura, ſed vitiis aduerſantur eius imperio nihil ei valentes nocere, ſed ſibi. Inimici enim ſunt reſiſtendi voluntate, non poteſtate lædendi. Deus nanq; immutabilis eſt, & omni modo incorruptibilis. Idcirco vitium quo reſiſtunt deo, qui eius appellantur inimici, nõ eſt deo, ſed ipſis malum. neq; hoc ob aliud niſi quia corrumpit in eis naturæ bonum. Natura igitur non eſt contraria deo, ſed vitium: quia quod malũ eſt, cõtrarium eſt bono. Quis autem neget deum ſumme bonum? Vitium ergo contrarium eſt deo, tanquam malum bono. Porrò autem bonum eſt, & natura quã vitiat: vnde & huic bono vtiq; contrarium eſt: ſed deo tantummodo tanquam bono malum, naturæ vero D quam vitiat, non tantum malum, ſed etiam noxium. Nulla quippe mala deo noxia, ſed mutabilibus corruptibilibusq; naturis, bonis tamen ipſorum quoq; teſtimonio vitiorum. Si enim bonæ nõ eſſent, eis vitia nocere non poſſent. Nam quid eis nocendo faciunt, niſi adimunt integritatem, pulchritudinem, ſalutem, virtutem, & quicquid boni naturæ per vitium detrahi ſiue minui conſueuit? Quod ſi omnino deſit nihil boni adimendo non nocet, ac per hoc nec vitium eſt. Nam eſſe vitiũ, & nõ nocere nõ poteſt. vnde colligitur quãuis nõ poſſit vitium nocere incõmutabili bono, nõ tamen poſſe nocere niſi bono: quia nõ ineſt, niſi vbi nocet. Hoc etiam iſto modo dici poteſt, vitium eſſe, nec in ſummo poſſe bono, nec niſi in aliquo bono. Sola ergo bona alicubi eſſe poſſunt, ſola mala nuſquam: quoniam naturæ etiam illę quæ ex malæ voluntatis vitio vitiatę ſunt, inquantũ vitiatæ ſunt, malæ ſunt: inquantum autem naturæ ſunt, bonæ ſunt. Et cum in pœnis eſt natura vitioſa, excepto eo quod natura eſt, etiã hoc ibi bonum eſt, quod impunita non eſt. Hoc enim eſt iuſtum, & omne iuſtum proculdubio bonum. Non E enim quiſquã de vitiis naturalibus [a], ſed de voluntariis pœnas luit. Nam etiam quod vitium conſuetudine nimióve progreſſu roboratũ, velut naturaliter inoleuit [b]: à voluntate ſumpſit exordium. De vitiis quippe nunc loquimur eius naturæ, cui mens ineſt capax intelligibilis lucis, qua diſcernitur iuſtum ab iniuſto.

a NOn enim quiſquam de vitiis naturalibus.) Vitium eſt in vniuerſum omnis abertratio à rectitudine. Vnde ſunt vitia naturæ, quum ab illa recta ſui generis ſpeciciq; ratione & natura aliquid diuerſum naſcentes traximus, vt plura vel pauciora habere membra, quàm eſt opus. Tarditatẽ linguæ, cæcitatem, ſurditatẽ, aliquid abſonũ & à perfectis diſcrepans: quod non modo in hominibus contingit, ſed in cęteris quoq; animantibus, ſtirpibus, lapidibus, & quicquid in mundum natura producit. Eſt vitium morum, eſt & vitium artis, quum ab artis præceptis regulisq; deflectimus. b Velut naturaliter inoleuit.) Adoleuit & confirmatum eſt: vnde iam propemodum in naturã verſum violentam poſſidet in homine tyrannidẽ, ac cogere quadamtenus videtur. Vnde multi nõ poſſe ſe illi obniti queruntur, ceu excuſationem vitio prætendentes, quùm tamen & arbitrio ſumptum & fotum ibi ſit: & poni poſſit, ſi annitaris. Et quanquam non adeo facile, vt quum admittebas, ita eiicias: pelli tamen impoſſibile nõ eſt, ac niſi pellas quoniam potes, culpa non vacabis. a Vitium.

De natura irrationalium, aut uita carentiũ, quæ in ſuo genere atq; ordine ab uniuerſitatis decore non diſcrepat. Caput IIII. F

CAeterum vitia pecorum & arborum, aliarumq; rerum mutabilium atq; mortaliũ, vel intellectu, vel ſenſu, vel vita omnino carentium, quibus eorũ diſſolubilis natura corrũpitur, damnabilia putare ridiculũ eſt, cum iſtę creaturę eum modum nutu creatoris acceperint: vt cedendo [a] ac ſuccedendo peragant infimam pulchritudinem temporum in genere ſuo iſtius mundi partibus congruentẽ. Neq; enim cœleſtibus fuerant terrena coæquanda: aut ideo vniuerſitati deeſſe iſta debuerunt, quoniam ſunt illa meliora. Cum ergo in his locis vbi talia eſſe competebat, aliis alia deficientibus oriuntur, & ſuccumbunt minora maioribus: atq; in qualitates ſuperantiũ [b] ſuperata vertuntur, rerum eſt ordo tranſeuntium. Cuius ordinis decus propterea nos non delectat: quoniam parti eius pro conditione noſtræ mortalitatis intexti: vniuerſum, cui particulæ quę nos offendunt, ſatis apte decenterq; conueniunt, ſentire non poſſumus. Vnde nobis in quibus eam cõtemplari minus idonei ſumus, rectiſſime credenda pręcipitur prouidẽtia conditoris,

ne tanti

G ne tanti artificis opus in aliquo reprehendere vanitate humanæ temeritatis audeamus. Quanquam & vitia rerum terrenarum non voluntaria, neque pœnalia: naturas ipsas, quarum nulla omnino est, cuius non sit author & conditor deus, si prudenter attẽdamus, eadẽ ratione commendant: quia & in eis hoc nobis per vitiũ tolli displicet, quod in natura placet: nisi quia hominibus etiam ipsæ naturæ plerunque displicent, cùm eis fiunt noxiæ: non eas consyderantibus, sed vtilitatem suam: sicut illa animalia [c], quorũ abundantia Aegyptiorum superbia vapulauit. Sed isto modo possunt ipsi & solem vituperare: quoniam quidem peccantes, vel debita non reddentes, poni *à iudicibus iubentur ad solem [d]. Non itaque ex commodo vel incommodo nostro, sed per seipsam cõsyderata natura dat artifici suo gloriam. Sic est & natura ignis æterni sine vlla dubitatione laudabilis, quanuis damnatis impiis futura, pœnalis. Quid enim est igne flammante, vigente atq; lucente pulchrius? Quid calefaciente, curante, coquente vtilius: quanuis eo nihil sit vrente molestius? Idem igitur ipse pœnaliter appositus est [e], qui conuenienter adhibitus commodissimus inuenitur. Nam
H eius in vniuerso mundo commoda [f] verbis explicare quis sufficit? Nec audiendi sunt, qui laudant in igne lucem, ardorem autem vituperant [g]: videlicet non ex sui natura, sed ex suo commodo vel incommodo. Videre enim volunt, ardere nolunt. Sed parum attendunt eam ipsam lucẽ, quæ certè & illis placet: oculis infirmis per incõuenientiã nocere: & in illo ardore, qui eis displicet, nõnulla animalia per conuenientiã salubriter viuere [h].

*aliàs, puniri.

a Edondo.) Alia aliis, vt hæ abeant, illæ succedant. b Atque in qualitates superantium.) Tangit perpetuas elementorum, & eorum quæ ex his fiunt pugnas: vbi in eodem genere, & sunt quæ ad contraria transeant ipsa victa, & quæ ad se de contrariis trahant vinctria. Aliquid semper aqua demit aẽri, hic vicissim aquæ, & aẽr igni, & hic aẽri, sed aliis atque aliis locis. c Sicut illa animalia.) Ranæ & cyniphes. d Quoniam quidam peccantes, vel debita non reddẽtes poni à iudicibus iubentur ad solẽ.) Genus hoc est pœnæ, quod ad infamiam spectat potius quàm ad cruciatum supplicij, etsi nec deest suus cruciatus. Eo afficiuntur in Hispania lenæ numellis affixæ, & perunctæ melle, quò muscæ, & apes, & vespæ aduolant. e Pœnaliter appositus pernicioſus est.) In vetustis libris legitur: Aliter appositus.
f Nam eius in vniuerso mundo commoda.) Vnde prouerbium de re, quæ in vsus venit frequentissimos: non aqua & igne pluribus locis vtimur: quod Cicero ad amicitiam accommodat in Lælio. Vnde est etiam interdicere aqua & igne, duabus rebus in primis necessariis vitæ, quasi ex consortio generis humani eiicere. Vitruuius libro secũdo, ex accessit
I ad ignem cœpisse homines inter se collo qui, & communicare scribit, natasque esse commercia, cõuictus, & ciuitates. Lactantius diuinum animal probat esse hominẽ, quòd solus inter omnia animalia igne vtatur.
g Nec audiendi sunt, qui laudant in igne lucem, ardorem autem vituperant.) Edocti videlicet à Satyro illo, quem Plutarchus scribit tantopere delectatum recens à Prometheo inuento igne, vt complexus sit, & osculatus: quúmque comburereturr, abiecisse illum protinus & fugisse. Simile quiddam Mela tradit de gentibus in ima Aphricæ ora ad Oceanum, quibus ignem Eudoxus inuexit. h Nõnulla animalia per conuenientiam salubriter viuere.) Aristoteles libro de historia animalium quinto scribit in Cypro insula in ærariis fornacibus, vbi calcites lapis ingestus compluribus diebus crematur, bestiolas nasci pennatas, magnis muscis paulo grandiores, quæ in igne vigitant. Salamandram ferunt in igne viuere, & non modo non absumi ab eo, sed ignem potius ab illa extũgui contactum.

Quod in omni natura modo ac specie laudabilis sit creator. Caput V.

NAturæ igitur omnes quoniã sunt, & ideo habent modum suum, speciem suam, & quandã secum pacem suam [a], profecto bonæ sunt. Et cum ibi sunt, vbi esse per naturæ ordinẽ debent, quantum acceperunt suum esse custodiunt. Et quæ semper
*aliàs, casu esse non acceperunt, pro vsu * motúque rerum quibus creatoris legi subduntur, in melius deteriúsve mutantur, in eum diuina prouidentia tendentes exitum, quẽ ratio gubernandę vniuersitatis includit: ita vt nec tãta corruptio, quanta vsq; ad interitum naturas mutabiles mortalesq; perducit: sic faciat non esse quod erat, vt nõ K inde fiat consequẽter, quod esse debebat. Quæ cum ita sint, deus qui summe est, atque ob hoc ab illo facta est omnis essentia, quæ nõ summe est: quia neq; illi æqualis esse deberet, quæ de nihilo facta esset: neq; vllo modo esse posset, si ab illo facta non esset: nec vllorum vitiorum offensione vituperandus, & omnium naturarũ consideratione laudandus est.

ET quandam secum pacem suam.) Vt secum vnaquæque & inter se omnes non dissideant, & pugnent, interiumq; sibi afferant: ideo veteres multi amore constare mundum dixerunt. a

Quæ causa sit beatitudinis angelorum bonorum, & quæ causa sit miseriæ angelorum malorum. Caput VI.

PRoinde causa beatitudinis angelorũ bonorum ea verissima reperitur, quod ei adhærẽt, qui summe est. Cum vero causa miseriæ malorum angelorum quæritur, ea merito occurrit, quod ab illo qui summe est auersi, ad seipsos cõuersi sunt, qui non summe sunt: & hoc vitiũ quid aliud, quàm superbia [a] nuncupatur? Initium quippe omnis peccati superbia. Noluerunt ergo ad illum custodire fortitudinem Eccles.10.
suam: & qui magis essent [b], si ei qui summe est, adhærerent: se illi præferendo, id quod minus est, prætulerũt. L
Hic primus, defectus, & prima inopia, primumq; vitiũ eius naturæ, quæ ita creata est, vt nec summe esset: & tamen ad beatitudinem habendam eo qui summe est, frui posset: à quo auersa non quidem nulla, sed tamen minus esset, atq; ob hoc misera fieret. Huius porrò malæ voluntatis causa efficiens si quæratur, nihil inuenitur. Quid est enim quod facit voluntatem malam, cũ ipsa faciat opus malum? Ac per hoc mala voluntas efficiens est operis mali: malæ autem voluntatis efficiens est nihil. Quoniam si res aliqua est, aut habet, aut non habet aliquam voluntatem. Si habet, aut bonam profecto habet, aut malam. Si bonam, quis ita desipiat vt dicat, quod bona voluntas faciat voluntatem malam? Erit enim, si ita est, bona voluntas causa peccati, quo absurdius putari nihil potest θ & dici θ. Si autem res ista quæ putatur facere voluntatem malam, ipsa quoq; habet voluntatem malam: etiam eam, quæ fecerit res, consequenter interrogo: atque vt sit aliquis inquirendi modus, causam primæ voluntatis malæ inquiro. Non est enim prima voluntas mala, quam nulla fecit voluntas etiam mala: sed illa prima est, quam M
nulla fecit. nam si præcessit, à qua fieret, illa prior est, quæ alteram fecit. Si respõdeatur, quod eam nulla res fecerit, & ideo semper fuerit, quæro vtrum in aliqua natura fuerit. Si enim in nulla fuit, omnino non fuit. Si autem in aliqua, vitiabat eam & corrũpebat, eratq; illi noxia, ac per hoc bono priuabat. Et ideo in mala natura voluntas mala esse non poterat, sed in bona mutabili tamen, cui vitium hoc posset nocere. Si enim non nocuit, non vtiq; vitium fuit: ac per hoc nec mala voluntas fuisse dicenda est. Porrò si nocuit, bonum auferendo vel minuendo vtiq; nocuit. Non igitur esse potuit sempiterna voluntas mala in ea re, in qua bonũ naturale præcesserat, quod mala voluntas nocendo posset adimere. Si ergo non erat sempiterna, quis eam fecerit quæro? Restat, vt dicatur, quod ea res fecerit malã voluntatem, in qua nulla voluntas fuit. Hæc vtrum superior sit, requiro: an inferior, an æqualis. Sed si superior, vtique melior. Quomodo ergo nullius ac non potius bonæ voluntatis? Hoc idem profe-

cto, &

A cto, & æqualis si fuerit, dici potest. Duo quippe quandiu sunt pariter voluntatis bonæ, non facit alter in altero voluntatẽ malam. Relinquitur vt inferior res, cui nulla voluntas est, fecerit angelicæ naturę, quæ prima peccauit, voluntatem malam. Sed etiam res ipsa quæcunque est inferior vsque ad infimam terram: quoniam natura & essentia est: proculdubio bona est, habens modum & speciẽ suam in genere atque ordine suo. Quomodo ergo res bona efficiẽs est volũtatis malæ? Quomodo inquam bonum est causa mali? Cùm enim se voluntas relicto superiore ad inferiora conuertit, efficitur mala: non quia malũ est, quò se conuertit, sed quia peruersa est ipsa conuersio. Idcirco non res inferior volũtatem malam fecit, sed rem inferiorem prauę, atque inordinatè ipsa quæ facta est appetiuit. Si enim aliqui duo æqualiter affecti animo & corpore, videant vnius corporis pulchritudinem, qua visa vnus eorum ad illicite fruendum moueatur, alter in voluntate pudica stabilis perseueret, quid putamus esse causæ, vt in illo fiat, in illo non fiat voluntas mala, quam illa res fecit, in qua † facta est? Neque enim pulchritudo illa corporis, nam eam non fecit in ambobus: quandoquidẽ amborum non dispariliter occurrit aspectibus. An caro
†aliàs, in quo
B intuentis in causa est? Cur non & illius? An verò animus? Cur non vtriusq;? Ambos enim & animo & corpore æqualiter affectos fuisse prædiximus. An dicendũ est, alterum eorum occulta maligni spiritus suggestione tentatum, quasi non eidem suggestioni, & qualicũque suasioni propria voluntate consenserit? Hanc igitur consensionem, hanc malam quam male suadenti adhibuit voluntatem, quæ in eo res fecerit, quærimus. Nam vt hoc quoque impedimentum ab ista quæstione tollatur, si eadem tentatione ambo tentẽtur, & vnus ei cedat, atq; consentiat: alter idem qui fuerat, perseueret: quid aliud apparet, nisi vnum voluisse, alterũ noluisse à castitate deficere? Vnde nisi propria voluntate, vbi eadem fuerat in vtroq; corporis & animæ affectio, amborum oculis pariter visa est eadem pulchritudo: ambobus pariter institit occulta tentatio? Propriã igitur in vno eorum voluntatem malam, quæ res fecerit scire volentibus, si bene intueantur, nihil occurrit. Si enim dixerimus quod ipse eam fecerit, quid erat ipse ante volũtatem malam nisi natura bona: cuius author
C deus, qui est incommutabile bonum? Qui ergo dicit eũ qui consensit tentanti atq; suadenti: cui non consensit alius, ad illicite vtendũ pulchro corpore, quod videndum ambobus pariter affuit, cum ante illam visionem ac tentationẽ similes ambo animo & corpore fuerint: ipsum sibi fecisse voluntatem malam, qui vtiq; bonus ante volũtatem malam fuerit: quærat cur eam fecerit, vtrũ quia natura est, an quia ex nihilo facta est: & inueniet voluntatem malam nõ ex eo esse incipere, quia natura est, sed ex eo, quod de nihilo natura facta est. Nam si natura causa est voluntatis malæ, quid aliud cogũtur dicere, nisi à bono fieri malum, & bonum esse causam mali: si quidem à natura bona fit voluntas mala? Quod vnde fieri potest, vt natura bona, quãuis mutabilis, ante quàm habeat voluntatẽ malam faciat aliquid mali, hoc est, ipsam voluntatem malam?

a QVid aliud quàm superbia.) Scoto nõ placet peccatum angelorum fuisse superbiam: credo ob id solum quod D. Thomę placuerat, sequenti veterum scriptorum sententiam. b Et qui magis essent.) Præstantiores & perfectiores essent.

Causam efficientem malæ uoluntatis non esse quærendam. Caput VII.

NEmo ergo quærat efficientem causam malæ D
volũtatis. Non enim est efficiens, sed deficiẽs, quia nec illa effectio est, sed defectio, deficere nanq; ab eo quod summe est, ad id quod minus est, hoc est, incipere habere voluntatem malam. Causas porrò defectionum istarum cum efficientes nõ sint, vt dixi, sed deficientes velle inuenire, tale est, ac si quisquam velit videre tenebras, vel audire silentiũ, quod tamen vtrunq; nobis notum est, neq; illud nisi per oculos [a], neque hoc nisi per aures, non sanè in specie, sed in speciei priuatione. Nemo ergo ex me scire quærat, quod me nescire scio, nisi forte vt ne scire dicat, quod scire non posse sciendum est. Ea quippe quæ non in specie, sed in eius priuatione sciũtur, si dici aut intelligi potest, quo-
nã modo nesciendo sciuntur, aut sciendo nesciuntur. † *†aliàs quomodo nesciendo sciuntur, ut sciendo nesciantur.*
Cum enim acies etiam oculi corporalis currit per species corporales, nusquam tenebras videt, nisi vbi cœperit non videre. Ita etiam non ad aliquam alium sensum, sed ad solas aures pertinet sentire silentium, quod tamẽ nullo mõ nisi nõ audiẽdo sentitur. Sic species intelligibiles mens quidem nostra intelligendo cõspicit, sed vbi deficiunt, nesciendo condiscit. Delicta enim Psal.18.
quis intelligit? Hoc scio, naturam dei nunquam, nusquam nulla ex parte posse deficere, & ea posse deficere, quę ex nihilo facta sunt. Quæ tamen quanto magis E
sunt, & bona faciunt, tunc enim aliquid faciunt, cum causas habent efficientes, inquantum autem deficiunt, & ex hoc mala faciũt, quid enim tunc faciunt nisi vana causas habent deficientes.

NEque illud nisi per oculos.) Contrariorum idem est sensus & eadẽ disciplina, vt est in philosophorum schola: neq; alter priuans cognoscitur quàm semota ponentis cognitione. a

De amore peruerso, quo uoluntas ab incommutabili bono ad bonum commutabile deficit. Caput VIII.

ITemq; scio in quo fit mala voluntas, id in eo fieri: quod si nollet, non fieret: & ideo non necessarios, sed voluntarios defectus iusta pœna consequitur. Deficitur enim non ad mala, sed male [a]: id est, nõ ad malas naturas, sed ideo male, quia contra ordinem naturarum ab eo quod summe est, ad id quod minus est. Neq; enĩ auri vitiũ est auaritia θ vel cupiditas θ, sed hominis peruerse amantis aurum, iustitia de-
relicta, quæ incõparabiliter auro debuit anteponi. Nec F
luxuria est vitium pulchrorum suauiumq; corporum, sed animæ peruerse amantis corporeas voluptates: neglecta temperãtia, qua rebus spiritaliter pulchrioribus & incorruptibiliter suauioribus coaptamur. Nec iactantia vitium est laudis humanæ, sed animæ peruerse amãtis laudari ab hominibus, spreto testimonio cõscięntiæ. Nec superbia vitiũ est dantis potestatem, vel ipsius etiam potestatis, sed ænimę peruerse amantis potestatẽ suam, potẽtioris iustitia cõtempta. Ac per hoc qui peruerse amat cuiuslibet naturæ bonum, etiam si adipiscatur, ipse fit in bono malus, & miser meliore priuatus.

DEficitur enim nõ ad mala, sed male.) Hoc est, quod Plato dicebat, in actionibus non esse vitium, sed in earum ratione ac qualitate. a

An sancti angeli quem habent creatorem, naturæ eundem habeant bonæ uoluntatis authorem per spiritum sanctum in eis charitate diffusa semper fuisse existiment. Caput IX.

QVm ergo malæ volũtatis efficiens naturalis, vel, si dici potest, essentialis [a] nulla sit causa: ab ipsa quippe incipit spirituũ mutabilium malum, quo minuitur atq; deprauatur naturæ bonum: nec talem voluntatem facit nisi defectio, qua deseritur

deum

G deus:cuius defectionis etiam causa vtique deficit,si dixerimus nullam esse efficientem causam etiam voluntatis bonæ,cauendum est ne voluntas bona bonorum angelorum non facta,sed deo coæterna esse credatur. Cùm enim ipsi facti sint,quomodo illa non esse facta dicetur? Porrò quia facta est,vtrum cum ipsis facta est, an sine illa fuerunt prius? Sed si cum ipsis,non dubium quod ab illo facta sit,à quo & ipsi:simulq; vt facti sunt, ei à quo facti sunt,amore cum quo facti sunt, adhæserunt [b]. Eoq; sunt isti ab illorum societate discreti,quod hi in eadem voluntate bona manserunt,illi ab ea deficiendo mutati sunt, mala scilicet voluntate: hoc ipso quod à bono defecerunt,à quo non defecissent, si vtiq; voluissent. *Si* autem boni angeli fuerunt prius sine bona voluntate ,eamq; in seipsis deo non operante fecerunt : ergo meliores à seipsis quàm ab illo facti sunt? Absit. Quid enim erant sine bona voluntate, nisi mali? Aut si propterea non mali,quia nec mala voluntas eis inerat:neq; enim ab ea , quam nondum ceperãt habere,defecerant,certe nondum tales , nondum tam boni,quàm esse cum volũtate bona cœperunt. At si nõ
H potuerũt seipsos facere meliores,quàm eos ille fecerat, quo nemo melius quicquam facit: profecto & bonam voluntatem,qua meliores essent,nisi operante adiutorio creatoris,habere nõ possent. Et cum id egit eorum voluntas bona,vt nõ ad seipsos,qui minus erant,sed ad illum qui summe est,conuerterentur , eiq; adhærentes magis essent,eiusq; participatione sapienter, beateq; viuerent:quid aliud ostenditur,nisi voluntatem quamlibet bonã inopem fuisse in solo desyderio remansurã: nisi ille,qui bonam naturam ex nihilo sui capacem fecerat,ex seipso faceret implendo meliorem [c], prius faciens excitando auidiorem? Nam & hoc discutiẽdum est,si boni angeli ipsi in se fecerunt voluntatem bonã, vtrum aliqua eam,an nulla voluntate fecerunt. *Si* nulla,vtiq; nec fecerunt. *Si* aliqua,vtrum mala,an bona. *Si* mala, quomodo esse potuit mala voluntas bonæ voluntatis effectrix? *Si* bona,iam ergo habebãt. Et istam quis fecerat,nisi ille,qui eos cum bona volũtate, id est, cum amore casto, quo illi adhærẽt,creauit,simul in eis & condens naturam,& largiẽs gratiam? Vnde sine bo
I na voluntate,hoc est,dei amore,nunquam sanctos angelos fuisse credẽdum est. Isti autẽ qui cum boni creati essent,tamen mali sunt:mala propria voluntate,quam bona natura non fecit, nisi cum à bono sponte defecit, vt mali causa non sit bonum , sed defectus à bono:aut minorẽ acceperũt amoris diuini gratiam [b],quàm illi, qui in eadem perstiterunt : aut si vtriq; boni æqualiter creati sunt,istis mala voluntate cadẽtibus,illi amplius adiuti,ad eam beatitudinis plenitudinem,vnde se nũquam casuros certissimi fierent,peruenerunt: sicut iam etiam in libro,quem sequitur iste,tractauimus. Confitendum est igitur cum debita laude creatoris,non ad solos sanctos homines pertinere,verumetiam de sanctis angelis posse dici: quod charitas dei diffusa sit in
Roma.5. eis per spiritum sanctum,qui datus est eis: nec tantum hominum,sed primitus, præcipueq; angelorum bonũ
Psal.72. esse,quod scriptum est: Mihi autem adhærere deo,bonum est. Hoc bonum,quibus commune est , habent & cum illo cui adhærent,& inter se societatem sanctam, & sunt vna ciuitas dei,eademq; viuum sacrificiũ eius, viuũq; templum eius. Cuius pars quæ cõiungenda immortalibus angelis ex mortalibus hominibus congregatur,& nunc mortaliter peregrinatur in terris,vel in eis,qui morte obierunt,secretis animarũ receptaculis [e], sedibusq; requiescit,eodem deo creante,quemadmodũ K exorta sit,sicut de angelis dictũ est,iã video esse dicendum. Ex vno quippe homine,quem primum deus condidit,genus humanum sumpsit exordium , secundum sanctæ scripturæ fidem , quæ mirabilem authoritatem non immerito habet in orbe terrarũ : atq; in omnibus gẽtibus,quas sibi esse crediturus inter cætera quę dixit,vera diuinitate prædixit.

a Vel si dici potest essentialis.) Quasi ens & essentiam habens.
b Simulq; vt facti sunt , ei à quo facti sunt,amore cum quo facti sunt,adhæserũt.) Aperte fatetur angelos omnes creatos esse in gratia gratum faciente . quod idem ait libro de correptione & gratia. Antequam caderent,inquit,gratiam habuerunt . Consentit & Hieronymus super Osee, qui dæmonas scribit in magna pinguedine spiritus sancti creatos esse. Aliter sentire idem Augustinus videtur de Genesi ad literam,quũ angelicam naturam primo informẽ creatam dicit. Secuit se familia theologorũ in duas,ceu factiones , & alij assensũ Petro Lombardo distin.v.libri secũdi,& Alexandro Halen.& Bonauenturæ,in gratia creatos angelos negant. D. Thomas cõtrarias partes ducit. Ego nec inter tantos,nec de tanta re,quid pronunciem,habeo. Augustinus certe pluribus in locis,verbisq; disertioribus, in gratia conditos videtur affirmare,cui dictum illud Ezechielis crediur suffragari: Plenus sapientia,ad dæmonem loquitur , & perfectus decore in deliciis paradisi dei fuisti. c Ex seipso faceret implendo meliorem.) Ostẽdit copiosius illis refusam gratiã,quum se deo parituros professi sunt, quod non video dubitari. Et fuit tanta illa gratia,vt firmos, certósque de tãta fœlicitate redderet. d Aut minorem acceperunt amoris diuini gratiam.) [redacted]

De falsitate eius historiæ,quæ multa milia annorum præteritis temporibus adscribit. Caput X.

Mittamus igitur coniecturas hominum nescientium quid loquãtur de natura vel institutione generis humani. Alij nanque sicut de ipso mundo crediderũt,semper fuisse homines opinãtur. Vnde & Apuleius,cum hoc animãtium genus describeret: *Sigillatim*,inquit.mortales , cũcti tamẽ vniuerso genere [a] perpetui. Et cum illis dictũ fuerit,si semper humanum genus fuit [b]:quónam modo verum eorum loquatur historia,narrans qui fuerint, quarumq; rerum inuẽtores,qui primi liberalium disciplinarum aliarũq; artiũ institutores , vel à quibus primũ illa vel illa regio parsq; terrarũ illa atq; illa insula incoli cœperit . Respondent diluuiis & conflagrationibus per
M certa interualla temporum, non quidem omnia , sed plurima terrarum ita vastari , vt redigantur homines ad exiguam paucitatem : ex quorum progenie rursus multitudo pristina reparetur: ac sic idẽtidem reparari & institui,quasi prima quum restituantur potius quæ fuerant illis nimiis vastationibus interrupta & extincta,cæterum hominem nisi ex homine existere omnino non posse . Dicunt autem quod putant , non quod sciunt. Fallunt etiam eos quædam mendacissimæ literę,quas perhibent in historia temporum multa annorum milia continere. Cum ex literis sacris ab institutione hominis nõdum completa annorum sex milia [c] cõputemus. Vnde ne multa disputem , quẽadmodum illarum literarum,in quibus longe plura annorum milia referuntur,vanitas refellatur:& nulla in illis rei huius idonea reperiatur authoritas,illa epistola Alexandri [d] Magni ad Olympiadem matrem suam,quã scripsit , narrationem cuiusdam Aegyptij sacerdotis insinuans,quã protulit ex literis quæ sacræ apud illos haberentur:continet etiam regna, quæ Græca quoq; nouit historia. In quibus regnum Assyriorum [e] in eadem epistola Alexandri quinque milia excedit annorum.

In Græca verò historia, mille fermè & trecentos habet ab ipsius Beli principatu: quem regem & ille Aegyptius in eiusdem regni ponit exordio. Persarum autem & Macedonum imperium , vsque ad ipsum Alexandrum cui loquebatur,plus quàm octo milium annorum ille constituit,cùm apud Græcos Macedonum vsque ad mortem Alexandri quadringenti octoginta quinque reperiantur anni. Persarum verò donec ipsius Alexandri victoria finiretur,ducenti & triginta tres cõputentur. Lõgè itaque hi numeri annorum illis Aegyptiis sunt minores:nec eis etiam si ter tantum computarentur,equarentur. Perhibentur enim Aegyptij quõdam [f] tam breues annos habuisse,vt quaternis mensibus finirẽtur. Vnde annus plenior & verior,qualis nũc & nobis & illis est,tres eorum annos complectebatur antiquos. Sed ne sic quidem, vt dixi, Græca Aegyptiæ numero temporum † concordat historia. Et ideo Græce potius fides habẽda est:quia veritatem non excedit annorum,qui literis nostris,quæ verè sacræ sunt,continentur. Porrò si hæc epistola Alexandri,quæ maxime innotuit,multum abhorret in spatiis temporũ à probabili fide rerum:quanto minus credendum est illis li
B teris,quas plenas fabulosis velut antiquitatibus proferre voluerunt cõtra authoritatem notissimorum diuinorumq; librorum,quæ totum orbem sibi crediturum esse prædixit,& cui totus orbis,sicut ab ea prædictũ est, credidit:quæ vera se narrasse præterita,ex his quæ futura prænunciauit,cũ tanta veritate implentur,ostendit.

† *aliâs, annorum.*

a Sigillatim,inquit,mortales,cũcti tamen vniuerso genere.) Legendum,cũctim. Et sic apud eum libello de Socratis deo : aduerbium est à cũct [a],sicut à singuli sigillatim: multitudinẽ totã simul capit: vt in.ij.florid.non singulatim , ac discretim, sed cunctim & concertatim. b Et quum illis dictum fuerit , si semper humanum genus fuit.) Argumentum hoc multis verbis persequitur Macrobius in somnium Scipionis:quod eo modo,quo August.recẽsset,depellere se putat:atq; huic responsioni originem dedisse videtur Plato , qui in Timæi initio collocutionem Solonis & Aegyptij sacerdotis referre faciens Critiam, ait,ea quæ multis annis antea fuerunt,ignorari ab hominibus,quòd in nouas regiones transeant,prioribus qui illas incolebant, incendiis , aut illuuionibus partim pulsis,partim absumptis:quas humani generis pernicies certis euenire temporibus necesse est. Quam responsionem confutare,non est difficile . Nam cum vniuersalis terrarum , vel conflagratio,vel aquarum demersio contingere non queat,vt Aristoteles in libris Meteororum docet,profecto reliquiæ nominis vetustissimorum hominum vnius gentis saltem apud aliam seruatæ essent incolumes: atque in hunc modum ad nos perductæ,quod Aristoteles , vt est in præcipiendo vafer,semper sui memor,sibi que cõstans,libro primæ philosophię duodecimo,reliquias antiquissimæ illius philosophiæ manere adhuc dicit. Cur igitur nulla est memoria rerum,tribus ante memoriã tuam annorũ
C millibus? c Nondum completa annorum sex milia.) Eusebius,quem in digestione temporum Augustinus sequitur,à condito mundo,ad Romam à Gothis captam,quinquies mille sexcentos vndecim annos computat,idq; ex supputatione Septuaginta interpretum. Nam ex Hebræa Beda vsque ad principatum Honorij & Theodosij iunioris,quo tempore vrbem ceperunt Gothi, quatẽr mille trecẽtos septuaginta septem annos ponit. De hac annorum discrepantia loquar in sequentibus libris.
d Illa epistola Alexandri magni.) Libro octauo meminimus. e In quibus regnum Assyriorum.) De his regnis libro decimo octauo cõmodius.in numerãdis tamẽ annis mira apud veteres libertas,& liberalitas. Plin.l.vj.ex Eudoxo, Zoroastrẽ tradit sex milib [a] annorũ ante Platonis mortẽ fuisse: cui Aristoteles est assensus. Hermippus quinq; milib [a] annorũ ante bellũ Troianũ tradit Zoroastrẽ fuisse. Chaldęos scribit Cicer.j. de diuinatione.ccccl.xx. M.ann.vt ipsi dicũt, monumentis comprehẽsa continere. Idẽ ferè Diodorus lib.iij.refert, Chaldæos , ex quo astra obseruant,vsq; ad Alexandrum quadringenta tria annorũ milia chronicis numerare. f Perhibentur enim Aegyptij quondam.) Et hi non pauca de annis suis sunt mentiti. Plato ex narratione Aegyptij sacerdotis res gestas Sais Aegyptiis octo milia annorum literis esse mandatas inquit: Atticas vero Athenas mille annis ante Aegyptias illas Saias esse cõditas. Diogenes Laërtius Nili Aegyptij filium Vulcanum fuisse scribit , ab eo ad Alexandrum Macedonem intercessisse annorum quadraginta octo milia octingentos sexaginta tres. Quo toto tempore solis defectus contigerunt trecenti & septuaginta tres: Lunæ vero, octingẽti triginta duo. Mela modestius est mentitus. Sic enim ait de Aegyptiis: Ipsi vetustissimi vt prædicant,hominum,trecentos triginta reges ante Amasim,& supra tredecim milium annorũ ętates,certis annalibus referunt. Sed hoc quod sequitur deerat mendacio: mandatúmque literis seruant,dum Aegyptij sunt,quater cursus suos vertisse sydera,ac solẽ bis iam occidisse,vnde nũc oritur. Diodorus quoq; lib.j. inter Osirim & Isim Alexandrũq; Macedonem,qui ibi Alexandriam condidit,ab aliis annorum decem milia , ab aliis tria & viginti milia numerari scribit , nonnullósque fabulari deos, D primum & heroas,in Aegypto paulo minus decẽ & octo milia regnasse annos,deorumq; postremũ Orum Isidis regno potitum : homines vero paulo minus annorum quindena milia,vsq; ad cẽtesimam octuagesimã Olympiadem,quo tẽpore in Aegypto regnauit primus Ptolemæus.Sed vanitas & iactantia Aegypti fuit incredibilis. Cumq; student se primos mortaliũ omnium videri,annos innumeros comminiscuntur. Quæ causa fuit multis,in originibus mũdi,& falli,& fallere scriptis suis alios. Nã Cicero innumerabilia sęcula tribuit Aegypto,sequutus Platonẽ. Eandẽ famam sequutus est Aristoteles septimo de rep. f Perhibentur enim Aegyptij quondã.) Plin.lib.vij.annũ menstruũ , Aegyptiis fuisse ait,sic scribens: Annum alij vnũ æstate determinabant,& alterum hyeme:alij quadripertitis temporibus,sicut Arcades,quorum anni trimestres fuere: quidã lunæ senio,vt Aegyptij.Itaq; apud eos aliqui & singula milia annorum vixisse produntur. Hęc ille. Censorinus in die natali,in Aegypto quidem,antiquissimum,inquit,ferunt annum bimestrem fuisse. Post deinde à Pisone rege quadrimestrem factum,nouissimò ad tredecim menses,& dies quinq; produxisse. Diodorus narrat,quũ traditum à veteribus esset,regnasse priscos illos reges,deosq;,mille & ducẽtis annis singulos, fidémque summa non admitteret,pro certo habitum esse à plerisq; cursus lunares solaribus nondum plene inuẽtis, annos confecisse. Ita mirabiles non erant veteres fabulæ,alios quatuor anni temporibus, quatuor annos definisse,sicut à nõnullis est Græcis factitatũ. Idem author, Chaldæos annos menstruos olim fuisse perhiber. Sed vt ego coniecturã quoque meam de tanto annorum apud gentes illas numero non celem,existimo homines motibus cœlorum,syderámque deditissimos vniuscuiusque erroris astri conuersionem pro anno computasse,ita, vt in triginta annis solaribus sit vnus Saturni, quinque Iouis,sex Martis,plures triginta Mercurij & Veneris, Lunares ferè quadringenti. Ita sunt plus minus quingentis.

De his,qui hunc quidem mundum non sempiternum putant,sed aut innumerabiles,aut eũdem unũ certa conclusione seculorum semper nasci,& resolui,opinantur. Caput XI. E

Alij vero,qui mundum istum non existimant sempiternum: siue non eum solum [a],sed innumerabiles opinantur: siue solum quidem [b] esse , sed certis seculorum interuallis innumerabiliter oriri & occidere , necesse est fateantur hominũ genus prius sine hominibus gignentibus extitisse. Neq; enim vt alluuionibus [c] incendiisq; terrarum,quas illi nõ putant toto prorsus orbe contingere : & ideo paucos homines ex quibus reparetur multitudo pristina,semper remanere contendunt : ita & hi possunt putare , quod aliqui hominũ pereunte mundo relinquantur in mundo , sed sicut ipsum mundum ex materia sua renasci existimant,ita in illo ex elementis eius genus humanum,ac deinde à parẽtibus progeniem pullulare mortalium sicut aliorum animalium.

a Siue non eum solum.) Dixi hoc esse opinionis Democriti & Epicuri. b Siue solum quidem.) Vt Heraclitus, Hippasus, & Stoici, qui conflagratione periturum arbitrantur mundum: qui quum deflagrarit,denuo condetur. c Neque enim vt alluuionibus.) F Plato & Aristoteles negant vniuersale,siue incendium,siue diluuiũ contingere vnquam posse. Stoici vero euenturum putabant,sicut inquit Cicero,vt ad extremum omnis mundus ignescẽret,quum humore cõsumpto,neque terra ali posset , neque remeare aẽr : cuius ortus, aqua omnis exhausta esse non posset. Itaque Plato & Aristoteles aliquos semper homines in perpetuitatem mundi relinquebant ad semẽ: alij cuncta absumebant,vt noua procrearentur.

Quid respondendum sit his, qui primam cõditionem hominis tardam esse causantur. Caput XII.

Quod autem respõdimus , cũ de mundi origine quæstio verteretur, eis qui volunt credere non eum semper fuisse, sed esse cœpisse : sicut etiam Plato apertissime confitetur:quanuis à nõnullis contrà quàm loquitur,sensisse credatur: hoc etiã de prima hominis conditione responderim, propter eos qui similiter mouentur, cur homo per innumerabilia atq; infinita retro tempora creatus nõ sit,tamẽ; sero sit conditus,vt minus quàm sex milia sint annorum , ex quo esse cœpisse in sacris literis inuenitur? *Si* enim breuitas eos offendit tẽporis,quod tam pauci eis videntur anni ex quo institutus homo in nostris authoritatibus legitur:considerent nihil esse diuturnũ [a],in quo est aliquid extremum,& omnia seculorum spatia definita,si ęternitati interminæ comparentur,non exigua existimã- *Plato in Timæo.*

da esse,

G da esse, sed nulla. Ac per hoc, si non quinque vel sex, verum etiam sexaginta milia, vel sexcenta, aut sexagesies
*aliàs milia aut sexcenties milies * dicerentur annorum: aut itidẽ per totidem totiens multiplicaretur hæc summa, vbi iam nullum numeri nomen haberemus, ex quo deus hominem fecit: similiter quæri posset, cur ante non fecerit. Dei quippe ab hominis creatione cessatio retrorsus æterna, sine initio tanta est, vt si ei conferatur quãlibet magna & ineffabilis numerositas temporum, quę tamen fine conclusa certis spatiis terminetur: nec saltem tanta videri debeat, quanta si humoris breuissimam guttam vniuerso mari, etiam quantum Oceanus circumfluit, comparemus: quoniam istorum duorum vnum quidem perexiguum est: alterum incomparabiliter magnum, sed vtrunque finitum [b]. Illud verò temporis spatium, quod ab initio aliquo progreditur, & aliquo termino coërcetur, magnitudine quantacunque tendatur comparatum illi quod initium non habet, ne scio vtrum pro minimo, an potius pro nullo deputandum est. Huic enim si à fine vel breuissima sigillatim momenta detrahantur, decrescente numero, licet tam
H ingenti, vt vocabulum non inueniat retrorsum redeundo: tanquam si hominis dies ab illo, in quo nunc viuit vsque ad illum, in quo natus est detrahas: quandoque ad initium illa detractio perducetur. Si autem detrahantur retrorsus in spatio, quod à nullo cœpit exordio: non dico sigillatim minuta momenta vel horarum, aut dierum, aut mensium, aut annorum etiã quãtitates: sed tam magna spatia, quanta illa summa comprehendit annorum, quæ iam dici à quibuslibet computatoribus non potest: quæ tamen momentorum minutatim detractione consumitur: & detrahantur hæc tanta spatia, non semel atque iterum sæpiusq;, sed semper, quid fit, quid agitur, quando nunquam ad initium, quod omnino nullũ est, peruenitur? Quapropter quod nos modo quærimus post quinque milia, & quod amplius excurrit annorum, possent & posteri etiam post annorum, sexcẽties milies eadem curiositate requirere, si in tantum hæc mortalitas hominum exoriendo, & occumbendo, & imperita perseueraret infirmitas. Potuerunt & qui fuerunt ante nos, ipsis recentibus hominis creati temporibus, istam mouere quæstionem.
I Ipse deniq; primus homo, vel postridie, vel eodem die postea quàm factus est, potuit inquirere, cur non ante sit factus. Et quandocunq; antea factus esset, nõ vires tunc alias, & alias nunc vel etiam postea ista de initio rerum temporalium controuersia reperiret.

a Considerent nihil esse diuturnum.) Dictum Ciceronis in Catone Maiore. Quando enim extremum aduenit, inquit, tum illud quod præteriit, effluxit. b Sed vtrunq; finitum.) Ideo inter ea est aliqua proportio, cum inter finitum, & infinitum, nulla sit.

De reuolutione seculorum, quibus certo fine conclusis uniuersa semper in eundem ordinem, eandemq; speciem reditura, quidam philosophi crediderunt. Caput XIII.

Hanc autem se philosophi mundi huius non aliter putauerunt posse vel debere dissoluere, nisi vt circumitus temporũ inducerent [a], quibus eadem semper fuisse renouata, atq; repetita in rerũ natura: atq; ita deinceps fore sine cessatione asseuerarent volumina venientium [b], prętereuntiumq; seculorum: siue in mundo permanente isti circumitus fierẽt: siue certis interuallis oriens & occidens mundus eadẽ semper quasi noua, ea quæ trãsacta & quæ vẽtura sunt exhiberet. A quo ludibrio prorsus immortalẽ animã, K
etiam cum sapientiam perceperit liberare nõ possunt, euntem sine cessatione ad falsam beatitudinem, & ad veram miseriam sine cessatione redeũtem. Quomodo enim vera beatitudo est, de cuius nunquam æternitate confiditur, dum anima venturam miseriam, aut imperitissime in veritate nescit, aut infœlicissime in beatitudine pertimescit? At si ad miserias nunquam vlterius reditura ex his ad beatitudinem pergit: fit ergo aliquid noui in tempore, quod finem non habet temporis. Cur nõn ergo & mundus? Cur nõ & homo factus in mundo? Vt illi, nescio qui, falsi circumitus à falsis sapientibus fallacibusq; comperti, in doctrina sana tramite recti itineris euitentur. Nam quidam & illud quod legitur [c] in libro Salomonis, qui vocatur Ecclesiastes: Quid *Eccles. 1.*
est, quod fuit? Ipsum quod erit. Et quid est, quod factũ est? Ipsum quod fiet, & non est omne recens sub sole [d], nec quisquam loquitur, & dicit: ecce hoc nouũ est: iam fuit in sæculis quæ fuerunt ante nos. Propter hos circumitus in eadem redeuntes, & in eadem cuncta reuocantes, dictum intelligi volunt, quod ille, aut de his rebus dixit, de quibus superius loquebatur: hoc est, de generationibus aliis euntibus *, aliis venientibus: de solis *aliàs, decedentibus.*
anfractibus, de torrentium lapsibus: aut certe de omniũ
rerum generibus, quæ oriuntur, atq; occidunt. Fuerunt L
enim homines ante nos, sunt & nobiscum, & erũt post nos: ita quoq; animantia, vel arbusta. Monstra quoq; ipsa, quæ inusitata nascuntur, quanuis inter se diuersa sint, & quædam eorum semel facta narrentur, tamen secundum id quod generaliter miracula & monstra sunt, & vtiq; fuerunt, & erunt: nec recens & nouum est, vt monstrũ sub sole nascatur. Quanuis hæc verba quidam sic intellexerint, tanquam in prædestinatione dei iam facta fuisse omnia, sapiens ille voluisset intelligi, & ideo nihil recẽs esse sub sole. Absit autem à recta fide, vt his Salomonis verbis illos circumitus significatos esse credamus, quibus illi putant, sic eadem temporum, tẽporaliumq; rerũ volumina repeti: vt, verbi gratia, sicut in isto seculo Plato philosophus in vrbe Athenienſi, in ea schola quæ Academia dicta est, discipulos docuit, ita per innumerabilia retro secula, multũ prolixis quidem interuallis, sed tamen certis, & idem Plato, & eadem ciuitas, eademq; schola, iidemq; discipuli repetiti, & per innumerabilia deinde secula repetendi M
sint. Absit, inquam, vt nos ista credamus. Semel enim *Roma. 6.*
Christus mortuus est pro peccatis nostris: resurgens autẽ à mortuis iam non moritur, & mors ei vltra non *1. Thess. 4.*
dominabitur, & nos post resurrectionem semper cum domino erimus, cui modo dicimus, quod sacer admonet Psalmus: Tu domine seruabis nos, & custodies nos *Psal. 11.*
à generatione hac in ęternum. Satis autem istis existimo conuenire quod sequitur: In circumitu impij ambulant, non quia per circulos quos opinãtur eorum vita est recursura, sed quia modo talis est erroris eorum via, id est, falsa doctrina. *Ibidem.*

a Circumitus temporum inducerent.) Platonici hæc, qui redeuntibus eisdem causis, eosdem quoque redituros effectus arbitrantur: confectisque cursibus omnibus syderum cœlorúmque, quum ad idem ex quo discesserant punctum, fuerint reuersi, annus ille vertens expletus erit, rursusq; eadem producentur. *a Circumitus rerum.*
b Volumina venientium.) Aptissime volumina dixit, ceu inuoluerent modo sese, modo euoluerent secula. c Nam quidã & illud, quod legitur.) Origenes li. secundo περὶ ἀρχῶν, vtar interpretatione Hieronymi, quem in citandis opinionibus ex eisdẽ libris περὶ ἀρχῶν sequar potius, in epistola ad Autum, quã Ruffinum interpretem, nec sine magna causa. Nobis autem, inquit, placet & ante hunc aliũ fuisse mundum, & post istum alium futurum. Vis discere quod post corruptionem huius mundi, alius sit futurus? Audi Esaiam loquentem: Erit cœlũ nouum, & terra noua, quæ ego facio permanere in conspectu meo. Vis nosse quod ante fabricam

A fabricam huius mundi, alij mundi in præterito fuerint? ausculta Ecclesiasten: quid est, quod fuit? ipsum quod erit, & quid est, quod factum est? ipsum quod futurum est: & non est omne nouum sub sole, quod loquatur, & dicat, ecce hoc nouum est. Iam enim fuit in seculis pristinis, quæ fuerunt ante nos. Hæc ille. Dubitat tamen an isti mundi futuri sint inter se per omnia similes, an aliqua erit inter eos differentia. d Et non est omne recens sub sole.) Hieronymus super eo loco: Et non est omne recens sub sole. Est ne verbum de quo dicatur, vide hoc nouum est? iam fuit in seculis, quæ fuerunt ante nos. Aptius hoc Symmachus transtulit, putásne quis possit dicere, vide hoc nouum est? at iam factum est in seculo, quod fuit ante nos. qui rem ad præscientiam dei refert, vt omnia iam antea fuerint in mente & notitia rectoris mundi, tametsi paulo antea, vt hic Augustinus, de generalitate rerum censet intelligi, & tangit hãc quoque Hieronymi expositionem.

De temporali conditione generis humani, quam deus nec nouo consilio constituerit, nec mutabili uoluntate. Caput XIIII.

Qvid autem mirum est, si in his circumitibus errantes, nec aditum, nec exitum inueniunt, quia genus humanum atque ista nostra mortalitas, nec quo initio cœpta sit sciũt, nec quo fine claudatur: quandoquidem altitudinem dei penetrare non possunt, quia cum ipse sit æternus & sine initio, ab aliquo tamen initio exorsus est tempora, & hominẽ quẽ nunquam ante fecerat, fecit in tempore, non tamen nouo & repẽtino, sed immutabili æternoq; consilio. Quis
B hanc valeat altitudinem inuestigabilem inuestigare [a], & inscrutabilem perscrutari, secundum quam deus hominem temporalem, ante, quam nemo vnquam hominum fuit, non mutabili voluntate in tempore condidit, & genus humanum ex vno multiplicauit? Quãdo-
Psal. 11. quidem Psalmus ipse cum præmisisset, atq; dixisset: Tu domĩe seruabis nos, & custodies nos à generatione hac in æternum: ac deinde repercussisset eos, in quorũ stulta impiaq; doctrina nulla liberationis & beatitudinis animæ seruatur æternitas, continuo subiiciens: In circumitu, inquit, impij ambulant. Tanquam ei diceret: † *†diceretur.*
Quid ergo tu credis, sentis, intelligis? Nunquid nã existimandum est subito deo placuisse hominem facere, quem nũquam antea infinita retro æternitate fecisset, cui nihil noui accidere potest, in quo mutabile aliquid non est? Et ne nos hæc audientes aliqua forte turbaret ambiguitas, continuo respondit ad ipsum deũ loquens: Secundum altitudinem tuã multiplicasti filios hominum. Sentiãt, inquit, homines quod putant, & quod eis *Ibidem.*
placet opinentur, & disputent secundum altitudinem tuam quam nullus potest nosse hominum, multiplicasti filios hominum. Valde quippe altum est, & semper
C deum fuisse, & hominem, quem nũquam ante fecerat, ex aliquo tempore primum facere voluisse, nec consilium voluntatemq; mutasse.

a Altitudinem inuestigabilem inuestigare.) Inuestigabilem pro contrario posuit, hoc est, minime vestigabilem, siue inuestigabilem, id est, non vestigabilem dixit. Sicut indolere & inuocare, verumq; est siue dolere & non dolere, vocare & nõ vocare.

An ut deus semper, etiam dominus fuisse semper intelligatur, credendum sit creaturam quoque nunquã defuisse, cui dominaretur; & quomodo dicatur semper creatum, quod dici non potest coæternum. Caput XV.

Ego quidem sicut dominum deum, aliquando dominum non fuisse dicere non audeo, [a] ita hominem nunquam antea fuisse, & ex quodã tempore primum hominẽ creatum esse, dubitare non debeo. Sed cũ cogito, cuius rei dominus semper fuerit, si semper creatura non fuit, affirmare aliquid pertimesco: quia & meipsum intueor, & scriptum esse recolo: Quis hominũ potest scire consiliũ dei? aut quis poterit *Sapien. 9.*
cogitare, quid velit dominus? Cogitationes enim mortaliũ timidæ, & incertæ adinuentiones nostræ. Corruptibile enim corpus aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Ex his igitur, quæ in hac terrena inhabitatione multa cogito, θ deprimũt me θ: ideo vtiq; multa, quia vnum quod ex illis vel præter illa, quod forte non cogito, verum est inuenire nõ possum. Si dixero, semper fuisse creaturã, cuius dominus esset, qui dominus semper est, nec dominus vnquam non fuit, sed nunc illam, nunc aliam per alia atq; alia temporũ spatia, ne aliquam creatori coæternam esse dicamus, quod fides, ratioq; sana condemnat: cauẽdum est, ne sit absurdũ, & à luce veritatis alienum, mortalem quidem per vices temporum semper fuisse creaturam decedentem aliam, aliam succedentem: immortalem vero non esse cœpisse, nisi cũ ad nostrum seculum ventũ est, quando & angeli creati sunt, si eos recte lux illa primum facta significat, aut Illud potius cœlum, de quo dictũ est: In principio fecit deus *Gene. 1.*
cœlum & terram: cum tamen non fuerint, antequam fierent: ne immortales si semper fuisse dicũtur, deo coæterni esse credantur. Si autem dixero, non in tempore creatos esse angelos, sed ante omnia tẽpora & ipsos E
fuisse, quorum deus dominus esset, qui nunquã, nisi dominus fuit: quęritur à me etiam, si ante omnia tempora facti sunt: vtrũ semper potuerint esse, qui facti sunt? His respondendum forte videatur, quomodo non semper, cum illud quod est omni tẽpore non inconuenienter semper esse dicatur. Vsqueadeo autẽ isti omni tempore fuerunt, vt etiam ante omnia tempora facti sint, si tamen à cœlo cœpta sunt tempora, & illi iam erant ante cœlum. At si tempus, non à cœlo, verum ante cœlum fuit, non quidem in horis, & diebus, & mensibus, & annis: nam istæ dimensiones temporalium spatiorum quæ vsitate ac proprie dicuntur tempora, manifestum est, quod à motu syderum cœperint: vnde & deus *Gene. 1.*
cũ hæc institueret, dixit: Et sint in signa & in tempora, & in dies, & in annos: sed in aliquo mutabili motu, cuius aliud anterius præterierit, aliud posterius successerit, eo quod simul esse non possunt. Si ergo ante cœlum in angelicis motibus tale aliquid fuit, & ideo tempus iam fuit, atq; angeli, ex quo facti sunt temporaliter mouebantur, etiam sic omni tẽpore fuerunt, quandoquidem cum illis facta sunt tempora. Quis autem dicat, non semper fuit, quod omni tempore fuit? Sed si F
hoc respondero, dicetur mihi: Quomodo ergo non sunt coæterni creatori, si semper ille, semper illi fuerũt? Quomodo etiam creati dicendi sunt, si semper fuisse intelliguntur? Ad hoc quid respondebitur? An dicendum est, & semper illos fuisse, quoniam omni tempore fuerunt, qui cum tempore facti sunt: aut cum quibus facta sunt tempora, & tamen creatos? Neq; enim & ipsa tempora creata esse negamus, quanuis omni tempore tempus fuisse nemo ambigat. Nam si non omni tempore fuit tempus, erat ergo tempus, quando nullum erat tempus. Quis hoc stultissimus dixerit? Possumus enim recte dicere: erat tempus, quando non erat Roma: erat tempus, quando non erat Hierusalem: erat tẽpus, quãdo non erat Abraham: erat tẽpus, quando nõ erat homo: & si quid huiusmodi. Postremo si nõ cum initio temporis, sed post aliquod tempus factus est mundus, possumus dicere: erat tempus, quando non erat mundus. At vero erat tempus, quando nullum erat tempus: tam inconuenienter dicimus, ac si quisquam dicat: erat homo quando nullus erat homo: aut, erat iste mũdus, quando nõ erat iste mundus. Si enim de alio atque alio intelligatur [b], potest dici aliquo modo: hoc

G do:hoc est,erat alius homo quando nó erat iste homo. Sic ergo erat aliud tempus quando non erat hoc tempus,rectè possumus dicere. At verò erat tempus quando nullum erat tempus,quis vel insipientissimus dixerit? Sicut ergo dicimus creatum tempus,cùm ideo semper fuisse dicatur,quia omni tempore tempus fuit: ita non est consequens,vt si semper fuerunt angeli, ideo non sint creati,vt propterea semper fuisse dicãtur,quia omni tempore fuerũt:& propterea omni tempore fuerunt,quia nullo modo sine his ipsa tempora esse potuerunt. Vbi enim nulla creatura est,cuius mutabilibus motibus [c] tempora peragantur, tempora omnino esse non possunt. Ac per hoc & si semper fuerũt,creati sunt nec si semper fuerunt,ideo creatori coæterni sunt. Ille enim semper fuit æternitate [d] immutabili, isti autem facti sunt. Sed ideo semper fuisse dicuntur, quia omni tempore fuerunt,sine quibus tempora nullo modo esse potuerunt. Tempus autẽ quoniam mutabilitate transcurrit,æternitati immutabili non potest esse coæternum. Ac per hoc etiam si immortalitas angelorum non transit in tempore,nec præterita est quasi iam nõ sit,nec futura quasi nondum sit, tamen eorum motus quibus tempora peraguntur ex futuro in præteritum
H transeunt, & ideo creatori, in cuius motu dicendum non est vel fuisse quod iam non sit,vel futurum esse, quod nondum sit,coæterni esse non possunt. Quapropter si deus semper dominus fuit,semper habuit creaturam [e] suo dominatui seruientem, veruntamen non de ipso genitam, sed ab ipso de nihilo factam, nec ei coæternam. Erat quippe ante illam,quanuis nullo tempore sine illa,non eam spatio transcurrente,sed manẽte perpetuitate præcedens. Sed hoc si respondero eis, qui requirunt quomodo creator semper fuit dominus, si creatura seruiens nõ semper fuit,aut quomodo creatura creata est, & non potius creatori coæterna est si semper fuit,vereor ne facilius iudicer affirmare quod nescio, q̃ docere quod scio. Redeo igitur ad id, quod creator noster scire nos voluit:illa vero quæ vel sapiẽtioribus in hac vita scire permisit, vel omnino perfectis in alia vita scienda seruauit, vltra vires meas esse profiteor. Sed ideo putaui sine affirmatione tractanda, vt qui hæc legunt videant à quibus quæstionum periculis debeãt temperare, nec ad omnia se idoneos arbi-
I trentur,potiusq; intelligant,quàm sit Apostolo obtem-
Rom.12. perandum præcipienti salubriter,vbi ait: Dico autem per gratiã quæ data est mihi omnibus qui sunt in vobis,non plus sapere quàm oportet sapere,sed sapere ad temperantiam,sicut vnicuiq; deus partitus est mensura fidei [f]. Si enim pro viribus suis alatur infans [g], fiet vt crescendo plus capiat,si autem vires suæ capacitatis excedat,deficiet ante quàm crescat.

a Aliquando dominum non fuisse dicere non audeo.) Nam seruos nõ habuit, quorum relatione dominus dicitur. Est enim ex numero eorum,quæ sunt πρός τι,vt Aristoteles,inquit, nam filij & spiritus sancti dominum vocare non conuenit.

b Si enim de alio atque alio intelligatur.) Si Augustinus legisset parua logicalia,no id diceret.certæ enim sunt suppositiones & distributiones, quas illi doctissimi magistri in ea lingua fin xerunt,cuius erant ignarissimi. Satis ostendit hic Augustinus sermonem ad captum esse populi attemperandum.quid ni? quum dominus sit populus sermonis. c Cuius mutabilibus motibus.) Quod aliquid præteriit, aliud sequitur vel in actionib', vel in essentia. d Ille enim semper fuit æternitate.) Eius duratio,in qua semper proprie esse dicitur: sed nos abutentes nominibus, & fuisse & fore dicimus æternitas illa est, quæ vt infinita capi à finitis nostris cogitationibus nequit. e Semper habuit creaturam.) Cauillatur hic Augustinus,mea sententia.nam cum semper sic explicetur omni tempore,ipse omni tempore fuisse creaturam ait,quia cum tempore & illa sit facta. Porrò quæstio est,an etiam ante conditum mundum fuerit dominus. At paulo post quãto verius theologatur,cum mauult verecunde dicere,quàm imprudenter de tantis rebus affirmare,quæ nec capit,&

dubitat: satiúsque censet esse de illis loqui quæ nos scire rerum parens K
voluit. Atque vtinam quæ nos ille docuit,boni consuleremus,ac eis contenti non curaremus scrutari maiestatem,ne opprimeremur à gloria: ea recoleremus subinde,in eis nos endis nos exerceremus,adorantes quæ accepimus,non ingerentes nos arcanis temere ac odiose. f Mensura fidei.) Alibi,mensuram fidei: & sic vulgo legimus ad Ro.xij. Græce est ὃ θεὸς ἐμέρισε μέτρον πίστεως.vt deus distribuit mensuram fidei.sed accusatiui græci sæpe pro nostris ablatiuis seu potius pro septimo casu ponuntur: vt fortasse Paulus velit intelligi distributionem illam sapientiæ vniuscuiusque factam à deo ex fidei cuiusque mensura. g Si enim pro viribus suis alatur infans.) Similitudo apud Quintilianũ aptissima lib. primo instit.quæ aptari huic quoque rei potest. Vascula, inquit, oris angusti superfusam humoris copiam respuunt,sensim autem influentibus vel etiam instillantibus complentur.

Quomodo intelligendum sit, promissa homini à deo uita æterna ante tempora æterna. Caput XVI.

QVæ secula præterierint ante quàm genus institueretur humanũ,me fateor ignorare, non tamen dubito nihil omnino creaturę creatori esse coæternum. Dicit etiã Apostolus tempora æterna,nec ea futura,sed quod magis est mirãdũ præterita. *Ad titũ.1.* Sic enim ait: In spem vitæ æternæ, quã promisit non mendax deus ante tempora æterna [a]:manifestauit aũt temporibus suis verbum,suum. Ecce dicit retro quod fuerint tempora æterna, quæ tamen non fuerunt deo coęterna. Si quidem ille ante tempora ęterna non solũ erat, verumetiã promisit vitam æternam, quam manifestauit tẽporibus suis,id est,congruis,quid aliud quàm verbũ suum? Hoc est enim vita æterna. Quomodo autem promisit,cũ hominibus vtiq; promiserit,qui nondum erãt ante tempora æterna:nisi quia in ipsius æternitate,atq; in ipso eius verbo eidem coæterno,iam prę L
destinatione fixũ erat, quod suo tempore futurũ erat.

a Ante tempora æterna.) Primo cap. epistolæ ad Titum. quem locum sic Hieronymus enarrat: Sed ne hoc silẽtio prætereundum puto,quomodo nõ mendax deus ante æterna secula sponderit vitam. Ex quo,iuxta historiam Geneseos, factus est mundus,& per vices noctium ac dierum,mensum pariter & annorum, tempora constituta sunt. In hoc curriculo & rota, mundi tempora labuntur,& veniunt,& aut futura sunt,aut fuerunt. Vnde quidam philosophorum non putant esse tempus præsens:sed,aut preteritum,aut futurũ: quia omne quod loquimur,agimus,cogitamus,aut dum fit,præterit: aut si nondum factum est,expectamus. Ante hæc igitur mundi tẽpora,æternitatem quandam seculorum fuisse credendum est, quibus semper cum filio & spiritusancto fuerit pater: &,vt ita dicã,vnum tẽpus dei, est omnis æternitas: imò innumerabilia tempora sunt,quum infinitus sit ipse, qui ante tempora, omne tempus excedit. Sex milia nec dum nostri orbis implentur anni,quantas prius æternitates? quanta tempora, quantas seculorum origines fuisse arbitrandum est? in quibus angeli,throni,dominationes,cæteræq; virtutes seruierint deo & absque temporum vicibus,atque mensuris, deo iubente, substiterint. Ante hæc itaque omnia tempora,quę nec sermo eloqui,nec mens comprehendere,nec cogitatio tacita audet attingere,promisit deus pater sapientiæ suæ verbum suum, & ipsam sapientiam suam, & vitam eorum qui credituri erant mundo esse venturam. Ita Hieronymus. Huius sententiæ partem contra se adducens Petrus Lombardus lib.secundo, sic reppellit, vt dicat, Hieronymum id scripsisse,non quod sic sentiat,sed aliorum opinionem recẽsentem. Idem in multis quoq; Augustini dictis respondet:quod facile dictu est,quoties aliquid ex magnis authoribus cõtra nostra placita adfertur. Augustinus contra Priscillianistas hunc locum citans dicit,tẽpora æterna illa vocari,ante quæ nullum fuerit tempus,quasi à cõstitutione mundi. Vulgo legimus,ante tempora secularia. Græce est πρὸ χρόνων αἰωνίων,ante tempora æterna.tametsi διὰ interim æuum, sæpe æternitas, & aliâs seculum,vertatur.

Quid de immutabili consilio, aut uoluntate, fides sana defendat contra ratiocinationes eorum, qui opera dei ex æternitate repetita per eosdem,semper uolũt seculorũ redire circumitus. Ca. XVII.

ILlud quoq; non dubito,antequam primus homo creatus esset,nunquam quenquam hominem fuisse:nec eundem ipsum, nescio quibus circumitibus,nescio quoties reuolutum:nec alium aliquem natura similem. Neque ab hac fide me philosophorum argumenta deterrent, quorum acutissimum illud putatur,quod dicunt, nulla infinita vlla scientia posse cõprehendi [a]. Ac per hoc deus, inquiunt, rerum, quas fecit, omnium finitarum, omnes finitas apud se rationes habet.bonitas aũt eius nunquam vacua fuisse

credenda

A credenda est, ne sit temporalis eius operatio, cuius retro fuerit æterna cessatio,quasi pœnituerit eum prioris sine initio vacationis:ac propterea sit operis aggressus initium. Et ideo necesse est,inquiunt, eadem semper repeti,eademq; semper repetenda transcurrere:vel manente mundo mutabiliter, qui licet nunquàm nõ fuerit,& sine initio tẽporis tamen factus est:vel eius quoque ortu & occasu, semper illis circumitibus repetito, semperq; repetendo,ne videlicet,si aliquando primum dei opera cœpta dicuntur, priorem suam sine initio vacationem tanquam inertem,ac desidiosam,& ideo sibi displicentem damnasse quodãmodo, atque ob hoc mutasse credatur. Si autem semper quidem temporalia, sed alia atque alia perhibetur operatus: ac sic aliquando etiam ad hominem faciendum, quem nunquã antea fecerat,peruenisse,non scientia,qua putant nõ posse quæcunque infinita comprehendi, sed quasi ad horam, sicut veniebat in mentem, fortuita quadam inconstantia videatur fecisse, quæ fecit. Porrò si illi circumitus admittantur, inquiunt, quibus vel manente mundo, vel ipso quoque reuolubiles ortus suos & occasus eisdem circumitibus inserente, eadem tempora-
B lia repetuntur,nec ignauum ocium præsertim tam lõge sine initio diuturnitatis deo tribuitur,nec improuida temeritas operum suorum. Quoniam si nõ eadem repetantur,non possunt infinita diuersitate variata vlla eius scientia vel præscientia comprehendi. Has argumentationes quibus impij nostram simplicem pietatem,vt cum illis in circumitu ambulemus,de via recta conantur auertere,si ratio refutare non posset,fides irridere deberet. Huc accedit quod in adiutorio domi-
Psal.11. ni dei nostri hos volubiles circulos, quos opinio confingit,ratio manifesta confringit. Hinc enim maxime isti errant vt in circumitu falso ambulare, quàm vero & recto itinere malint,quod mentem diuinam omnino immutabilem cuiuslibet infinitatis capacem,& innumera omnia sine cogitationis alternatione numerantem, de sua humana mutabili angustaq; metiũtur. Et fit illis quod ait Apostolus: Comparantes enim se-
1.Cor.10. metipsos sibimetipsis [b], semetipsos nõ intelligunt. Nã quia illis quicquid noui faciendum venit in mentem, nouo consilio faciunt,mutabiles quippe mentes gerũt, profecto non deum, quem cogitare non possunt, sed semetipsos pro illo cogitãtes, nõ illum sed seipsos, nec illi, sed sibi comparant. Nobis autem fas non est cre-
C dere aliter deum affici,cum vacat,aliter cum operatur, quia nec affici dicendus est, tãquam in eius natura fiat aliquid quod non ante fuerit. Patitur quippe qui afficitur,& mutabile est omne,quod aliquid patitur. Non itaque in eius vacatione cogitetur ignauia,desidia,inertia, sicut nec in eius opere labor, conatus, industria. Nouit quiescens agere,& agens quiescere. Potest ad opus nouum, non nouum, sed sempiternum adhibere consilium, nec pœnitendo, quia prius cessauerat, cœpit facere,quod non fecerat. Sed & si prius cessauit, & posterius operatus est, quod nescio quemadmodum ab homine possit intelligi, hoc proculdubio quod dicitur prius & posterius, in rebus prius non existentibus, & posterius existentibus fuit. In illo autem non alteram præcedentẽ altera subsequens mutauit aut abstulit voluntatem, sed vna eademq; sempiterna & immutabili voluntate res, quas condidit, & vt prius non essent,egit,quandiu non fuerunt & vt posterius essent,quando esse cœperunt: hinc eis, qui talia videre possunt mirabiliter fortassis ostendens, quàm non eis indiguerit,

sed eas gratuita bonitate condiderit, cum sine illis ex D
æternitate initio carente in non minore beatitudine permansit.

a QVod dicunt nulla infinita vlla scientia posse comprehendi.) Aristoteles libro primæ philosophiæ secundo, negat mente ac cogitatione capi infinitum posse. & primo posteriorum resolutiuorum cum dixisset, tum demum nos exacte scire cũ ad vltimum rei peruenimus: singularia accedere ad infinitatem, vniuersalia ad simplicitatem docet. inde ait quatenus sint aliqua infinita sciri non posse,sed qua sunt finita posse. Plato quoque cũ in diuidẽdo ad singularia deuentũ esset, progredi vetabat vlterius,quòd hæc forent infinita, & teneri animo ac scientia nequirent. b Comparantes enim semetipsos sibimetipsis.) Secundæ ad Corinthios. In hũc sensum hic locus plerunque Augustino citatur, vt Erasmus annotauit.

Contra eos qui dicunt ea, quæ infinita sunt nec dei posse scientia comprehendi. Cap. XVIII.

ILlud autem aliud quod dicunt,nec dei scientia quæ infinita sunt posse comprehendi, restat eis vt dicere audeant, atque huic se voragini profundæ impietatis immergant, quod non omnes numeros deus nouerit. Eos quippe infinitos esse certissimum est, quoniam in quocunque numero finẽ faciendum putaueris, idem ipse non dico vno addito augeri, sed quàmlibet sit magnus & quàmlibet ingentem multitudinẽ continens, in ipsa ratione atq; scientia numerorum,non solum duplicari,verumetiã multiplicari potest. Ita vero suis quisque numerus proprietatibus terminatur, vt nullus eorum par esse cuiquam E
alteri possit [a]. Ergo & dispares inter se, atque diuersi sunt,& singuli quiq; finiti sunt,& omnes infiniti sunt. Ita nec numeros propter infinitatem [b] nescit omnipotens deus, & vsque ad quandam summam numerorũ scientia dei peruenit,cæteros ignorat? Quis hoc etiam vel dementissimus dixerit? Nec audebunt isti contendere,& numeros eos dicere ad dei scientiam non per- *†aliâs,isti contẽnere numeros & eos dicere &c.*
tinere: apud quos Plato deum magna authoritate cõmendat, mundum numeris fabricantem: & apud nos deo dictum legitur, Omnia in mensura, & numero,& pondere disposuisti. De quo dicit Propheta: Qui pro- *Lucæ.12.*
fert numero seculum. Et saluator in Euangelio: Capilli, inquit, vestri omnes numerati sunt. Absit itaque, vt dubitemus, quod ei notus non sit omnis numerus, cuius intelligentiæ, sicut in Psalmo canitur, non est nu- *Psal. 146.*
merus. Infinitas itaq; numeri, quanuis infinitorum numerorum nullus, sit numerus: non est tamen incomprehensibilis ei, cuius intelligentiæ non est numerus. Quapropter,si quicquid scientia cõprehenditur,scientis comprehẽsione finitur: profecto & omnis infinitas quodam ineffabili modo deo finita est,quia scientię ipsius incomprehensibilis non est. Quare si infinitas numerorum scientiæ dei, qua comprehenditur, esse non F
potest infinita,qui tandem nos sumus homunculi, qui eius scientiæ limitem figere præsumamus: dicentes, quod nisi eisdem circumitibus temporum,eadem tẽporalia repetantur, non potest deus cuncta quæ fecit,vel præscire vt faciat,vel scire cum fecerit: cuius sapientia simpliciter multiplex, & vniformiter multiformis,tã incomprehensibili comprehẽsione omnia incomprehensibilia comprehendit,vt quæcunque noua & dissimilia consequantur præcedentibus, si semper facere vellet,inordinata & improuisa habere non posset: nec ea præuideret ex proximo tempore, sed æterna præscientia contineret.

a VT nullus eorum par esse cuiquam alteri possit.) Nam duo homines,& duo equi,& si diuersi, idem tamen numerus dicuntur. Nec illud quæro,differãtne numerus ab iis rebus, quas numeramus: an idem sit cum illis,quod in scholis magnis verinque animis,& clamoribus depugnatur. b Ita nec numeros propter infinitatem.) Legendum sic: Itane numeros propter infinitatem nescit omnipotens deus,& vsque ad quandam &c.

o De seculis

G

De *seculis seculorum.* Cap. XIX.

QVod vtrum ita faciat, & continuata sibi connexione copulētur, quæ appellātur secula seculorum [a]: alia tamē, atque alia, ordinata dissimilitudine procurrentia, eis duntaxat, qui ex miseria liberantur, in sua beata immortalitate sine fine manētibus, an ita dicantur secula seculorum, vt intelligātur secula in sapientia dei incōcussa stabilitate manentia, istorum quæ cum tempore trāseunt tanquam efficiētia seculorum, definire non audeo. Fortassis enim possit dici seculū, quæ sunt secula: vt nihil aliud perhibeatur seculum seculi, quàm secula seculorum: sicut nihil
Gene.1. aliud dicitur, cœlum cœli, quàm cœli cœlorum. Nam cœlum deus vocauit firmamentum super quod sunt a-
Psal.148. quæ: & tamen in Psalmo: Et aquæ, inquit, quæ super cœlos sunt, laudent nomen domini. Quid ergo istorum dubium sit, an præter hęc duo aliquid aliud de seculis seculorū possit intelligi, profundissima quæstio est. Neq; hoc quod nunc agimus impedit, si indiscussa interim differatur: siue aliquid in ea diffinire valeamus, siue nos faciat cautiores diligentior ipsa tractatio, ne in tanta
H obscuritate rerū, affirmare aliquid temere audeamus. Nunc enim contra opinionem disputamus, qua illi circumitus asseruntur, quibus semper eadem per interualla temporum necesse esse repeti existimantur. Quælibet autem illarum sententiarū de seculis seculorū vera sit, ad hos circumitus nihil pertinet: quoniam siue secula seculorum sint, nō eadem repetita, sed alterum ex altero connexione ordinatissima procurrentia, liberatorum beatitudine sine vllo recursu miseriarum certissima permanente: siue secula seculorum æterna sint temporalium, tanquam dominantia subditorum circumitus illi eadē reuoluentes locum non habent, quos maxime refellit æterna vita sanctorum [b].

a *Secula seculorum.*

QVæ appellantur secula seculorum.) Sæpe in sacris literis hæc duo nomina leguntur coniuncta secula seculorum. Quid ea significent Hieronymus in epistolam ad Galatas sic diffinit: Quærēdum, inquit, quoque quid sit inter seculum, & seculum seculi, siue secula seculorum. Et vbi pro breui tēporis spatio, vbi pro æternitate ponatur: quia in Hebræo seculum, id est עולם vbi ʾ literā posita habuerit: æternitatē significat: vbi vero sine ʾ scribitur, annum quinquagesimum, quem illi Iobileum vocant. Ob hāc causam & ille Hebræus, qui propter vxorem & liberos amans dominū suum aure pertusa seruitio subiugatur, seruire iubetur in seculū, hoc est,
I vsque ad annum quinquagesimum. Et Moabitæ & Amonitę non ingrediuntur ecclesiam domini, vsque ad quintam & decimam generationem & vsque in seculum: quia omnis dura conditio Iobilei soluebatur adueētu. Quidam dicunt eundem esse sensum in seculis seculorum, quē in sanctis sanctorum, in cœlis cœlorum, in operibus operum, in canticis canticorum: & quam habent differentiam cœli ad eos quorum cœli sunt, & sancta quæ sanctorum comparatione sunt sanctiora, & opera quæ operum prælatione meliora sunt, & cantica quæ inter cantica vniuersa præcellunt, eandem habere & seculum, quę seculorum collatione sunt secula. Præsens itaque seculum ita edisserunt, vt dicant ex eo tempore illud esse numerandum, ex quo cœlum & terra sunt condita, & currere vsque ad consummationem mundi, quo Christus iudicaturus est omnia. Reuocāt quoque vltra, & in priora promouent gradū de præteritis & futuris seculis disputantes, bona an mala fuerint seu futura sint, & in tam profundas incidūt quæstiones, vt libros quoque & infinita volumina super hac dissertione condiderint. Hæc ille. b Quos maxime refellit æterna vita sanctorum.) Qui ad miseriam non relabuntur: neque beatitudo esset, si certum non haberent se ibi semper futuros, nec æterna vita si morte finiretur.

De impietate eorum qui asserunt animas summæ uerēq; beatitudinis participes, iterum atque iterū per circumitus temporum ad easdem miserias laboresq; redituras. Caput XX.

QVorum enim aures piorum ferant: post [a] emensam tot tantisque calamitatibus vitam, si tamen vita ista dicēda est, quæ potius mors est [d], ita grauis vt mors quæ ab hac liberat [c] mortis huius amore timeatur, post tam magna mala, tamq; multa & horrenda, tandem aliquando per veram religionem atque sapientiam expiata atque finita ita peruenire ad conspectum dei, atque ita fieri beatum cōtemplatione incorporeæ lucis per participationem incōmutabilis immortalitatis eius, cuius adipiscēdæ amore flagramus, vt eam quandoque necesse sit deseri, & eos qui deserunt ab illa æternitate, veritate, fœlicitate deiectos, tartareæ mortalitati, turpi stultitiæ, miseriis execrabilibus implicari: vbi deus amittatur: vbi odio veritas habeatur: vbi per immundas nequitias beatitudo quæratur: & hoc idem atque idem * sine vllo fine priorum & posteriorum certis interuallis & dimensionibus seculorū factum esse & futurum: & hoc propterea, vt possint deo circumitibus definitis, euntibus semper atque redeuntibus per nostras falsas beatitudines & veras miserias alternatim quidem, sed reuolutione incessabili sempiternos nota esse opera sua, quoniam neque à faciendo quiescere: neque sciendo possit ea quæ infinita sunt indagare. Quis hæc audiat? Quis credat? Quis ferat? Quæ si vera essent, non solum tacerentur prudentius, verumetiam vt quomodo valeo dicam quod volo, doctius nescirentur. Nam si hæc illic in memoria non habebimus [d], & ideo beati erimus, cur hic per eorum sciētiam [e] grauatur amplius nostra miseria? Si autem ibi ea necessario sciturī sumus, hic saltem nesciamus, vt hic fœlicior sit expectatio, quàm illic adeptio summi boni, quando hic æterna vita cōsequenda expectatur, ibi autem beata, sed non æterna, quandoque amittenda cognoscitur. Si autem dicunt neminem posse ad illam beatitudinem peruenire, nisi hos circumitus, vbi beatitudo & miseria vicissim alternant, in huius vitæ eruditione cognouerit, quomodo ergo fatentur, quanto plus quisque amauerit deum, tanto eum facilius ad beatitudinem peruenturum, qui ea docent, quibus amor ipse torpescat? Nam quis non remissius & tepidius amet eum, quē se cogitat necessario desertūrum, & contra eius veritatem sapientiamq; sensurum, & hoc cum ad eius plenam pro sua capacitate notitiā, beatitudinis perfectione peruenerit, quādo nec hominem amicum possit quisq; amare fideliter [f], cui se futurū nouerit inimicum? Sed absit vt vera sint, quæ nobis minantur, veram miseriam nunquā finiendā, sed interpositionibus falsę beatitudinis sæpe ac sine fine rumpēdā. Quid enim illa beatitudine falsius atq; fallacius, vbi nos futuros miseros, aut in tanta veritatis luce nesciamus, aut in sūma fœlicitatis arce timeamus? Si enim futuram ibi calamitatem ignoraturi sumus, peritior est hic nostra miseria, vbi futuram beatitudinem nouimus. Si autem nos illic clades imminens non latebit, beatius tēpora transigit [g] anima misera, quibus transactis ad beatitudinē subleuetur, quàm beata quibus transactis in miseriam reuoluatur. Atq; ita spes nostræ infœlicitatis est fœlix [h] & fœlicitatis infœlix. Vnde fit, vt quia hic mala præsentia patimur, ibi metuimus imminētia, verius semper miseri, quàm beati aliquando esse possimus. Sed quoniam hæc falsa sunt clamante pietate, conuincente veritate. Illa enim nobis veraciter promittitur vera fœlicitas, cuius erit semper retinenda, & nulla infœlicitate rumpenda certa securitas, viam rectā sequentes, quæ nobis est Christus, eo duce ac saluatore à vano & inepto impiorum circumitu iter fidei mentemq; auertamus. Si enim de istis circumitibus, & sine cessatione alternantibus itionibus et reditionibus animarum, Porphyrius Platonicus suorum opinionem sequi noluit, siue ipsius rei vanitate permotus, siue iam tempora Christiana reue-

*itidē atq; itidem

ritus. Et quod in libro decimo commemoraui, dicere maluit, animam propter cognoscenda mala traditam mundo, vt ab eis liberata atq; purgata, cum ad patrem redierit, nihil vlterius tale patiatur, quanto magis nos istam inimicam Christianæ fidei falsitatem detestari ac deuitare debemus? His autem circumitibus euacuatis atq; frustratis, nulla necessitas nos compellet, ideo putare nō habere initium temporis, ex quo esse cœperit genus humanum, quia nescio per quos circumitus nihil sit in rebus noui, quod non & antea certis interuallis temporum fuerit, & postea sit futurum. Si enim liberatur anima nō reditura ad miserias, sicut nunquā antea liberata est, fit in illa aliquid, quod antea nūquā factum est, & hoc quidem valde magnum, id est, quæ nunquam desinat æterna fœlicitas. Si autem in natura immortali fit tanta nouitas futura, nullo repetita, nullo repetenda circumitu, cur in rebus mortalibus fieri non posse cōtenditur? Si dicunt nō fieri in anima beatitudinis nouitatem, quoniam ad eā reuertitur, in qua semper fuit, ipsa certe liberatio noua fit, cum de miseria liberatur, in qua nunquam fuit, & ipsa miseriæ nouitas in ea facta est, quæ nunquàm fuit. Hæc autem nouitas si non in rerum, quæ diuina prouidentia gubernantur ordine venit, sed casu potius euenit, vbi sunt illi determinati, dimensiq; circumitus, in quibus nulla noua fiunt, sed repetuntur eadem quæ fuerunt? Si autē & hæc nouitas ab ordinatione diuinæ prouidentiæ nō excluditur, siue elata sit anima [i], siue lapsa sit, possunt fieri noua, quæ neq; antea facta sint, nec tamen à rerū ordine aliena sint. Et si potuit anima facere per imprudentiam sibi nouā miseriam, quæ non esset improuisa diuinæ prouidentiæ, vt hanc quoq; in rerum ordinem includeret, & ab hac eam nō improuide liberaret, qua tandem temeritate humanæ vanitatis audemus negare diuinitatem facere posse res non sibi sed mundo nouas, quas neq; antea fecerit, nec vnquam habuerit improuisas? Si autem dicunt liberatas quidem animas ad miseriam non reuersuras, sed cum hoc fit in rebus nihil noui fieri, quoniam semper aliæ atque aliæ liberatæ sunt, & liberantur, & liberabuntur. Hoc certe cōcedūt, si ita est nouas animas fieri, quibus fit & noua miseria, & noua liberatio. Nā si antiquas eas dicunt esse, & retrorsum sempiternas, ex quibus quotidie noui fiant homines, de quorum corporibus si sapienter vixerint, ita
C liberentur, vt nunquàm ad miserias reuoluantur, consequenter dicturi sunt infinitas. Quantuslibet nanque finitus numerus fuisset animarum, infinitis retro seculis sufficere non valeret, vt ex illo semper fierēt homines, quorum essent animæ ab ista semper mortalitate liberandæ, nunquam ad eam deinceps redituræ. Nec vllo modo explicabūt quomodo in rebus quas deo notas esse, eo quod sint infinitæ [k], non volunt, infinitus sit numerus animarum. Quapropter quoniam circumitus illi iam explosi sūt, quibus ad easdem miserias necessario putabatur anima reditura, quid restat conueniētius pietati, quàm credere non esse impossibile deo, & ea quæ nunquàm fecerit, noua facere, & ineffabili præscientia voluntatem mutabilem non habere? Porro autem vtrum animarum liberatarum, nec vlterius ad miserias rediturarū numerus possit semper augeri, ipsi viderint, qui de rerum infinitate cohibēda, tam subtiliter disputant: nos vero ratiocinationem nostrā ex vtroq; latere terminamus. Si enim potest, quid causæ est, vt negetur creari potuisse, quod nunquam antea creatū esset? Si liberatarum animarū numerus, qui nūquam antea fuit, non solum factus est semel, sed nunquam fieri desinet? Si autem oportet vt certus sit liberatarum aliquis numerus animarum, quæ ad miseriā nunquàm redeant, neq; iste numerus vlterius augeatur, etiam ipse sine dubio quicunq; erit, ante vtiq; nunquam fuit. Qui profecto crescere, & ad suæ quantitatis terminū peruenire, sine aliquo non posset initio. Quod initium quoniam antea nunquam fuit, hoc ergo vt esset, creatus est homo, ante quem nullus fuit.

QVorum autem aures piorum ferant post.) Non parua est inter Platonicos dissensio, an anima ita aliquando ad suum astrum, vnde sumpta est redeat, vt ibi æternū sit beata, an infinitis reuolutionibus, & ad corpus descendat, & è corpore aliò migret. Plato enim in Phædro & Rep. sempiternam fœlicitatem animis tribuit. Idcirco Porphyrius & Iamblichus expurgatum omnino animum nolunt corpori reddi. Plotinus & Proclus quàm liber defecatum & purum finita periodo huc reducunt: cūq; Plato sempiternum nominat, intelligunt non æternitatem temporum, sed magni anni spatium. b Quæ potius mors est.) Cicero in sexto de Rep. ex sententia Platonis vitam nostram potius mortem esse appellandam dicit, in qua iugi malorum fonte circumsepti, singulis prope momentis necamur. c Ita grauis vt mors, quæ ab hac liberat.) Inter omnia mala, quæ vita hæc corporalis secum adfert, illud est de primis, quod absumpto ferè rationis omnis & cōsilij vigore, sui dulcedinem charitatemq; immodicam ingerit affectibus. Contrarij vero horrorem ac odium, cum è diuerso si mente & iudicio valeremus, neque hæc duo obruta essent corporis mole, liberari à morte hac, quam nos vitam vocamus, deberemus velle & cum illo apud Apostolum ingemiscere: me miserum, quis me liberabit de corpore mortis huius? d Nam si hæc illic in memoria non habebit.) Bibemus enim de fluuio Lethæo, vt dicunt. e Cur hic per eorū scientiam.) Timor enim malorū permagna est miseria, satiusq; est multo mori securum, quàm viuere metuentem. f Quando nec hominem amicum possit quisquam amare fideliter.) Cicero in Lælio negabat Scipio vllam vocem inimiciorem amicitiæ potuisse reperiri, quàm eius, qui dixisset ita amare oportere, vt aliquando esset osurus: nec vero se adduci posse, vt hoc, quemadmodum putaretur, à Biante esse dictum crederet, qui habitus esset sapiēs, & vnus ex septem, sed impuri potius cuiusquam & ambitiosi, aut omnia ad suam potentiam reuocantis esse sententiam. Quonam enim modo quisquam amicus esse poterit eius, cui se putabit inimicum esse posse? Quare hoc quidem præceptum cuiuscunque est, ad tollendam amicitiam valet. illud potius præcipiendum fuit, vt eam diligentiam adhiberemus in amicitiis comparandis, vt ne cum amare inciperemus, quem aliquando odisse possemus. g Beatius tempora transigit.) Quanto melior est fœlicitas post miseriam, quàm miseria post fœlicitatem. Sensus enim miseriæ, quam fœlicitas manet, spe fit minor, vt magna pars fœlicitati adimitur miseriæ securitate metu. Puerulo mihi Blancha mater matronarum omnium, nisi me pietas fallit, pudicissima, narrare solebat, Sirenes per tempestatem cantare suauiter cōsuesse, contrà lamentari sereno cœlo, quieto mari: quòd nunc immutationem in peius metuerent, tunc vero tranquillitatem sperarent. h Spes nostræ fœlicitatis est fœlix.) Non spes de infœlicitate, sed quæ est in infœlicitate præsenti de fœlicitate ventura. i Siue elata sit ani.) Legendum: Siue data sit anima, siue lapsa sit, & sic est ī veterib* libris. Attingit duas opiniones Platonicorum, quorum alij animas corporibus à deo datas volunt, & missas, alij suapte culpa & inde pondere per culpam cōtracto delapsas esse de cœlis in corpora, ad luendas pœnas. k Quomodo in rebus quas deo notas esse eo quod sint infi.) In aliis libris aliis verbis sed idem valente sententia: quomodo in rebus, quas vt deo notæ esse possint, finitas volunt, infinitus sit numerus animarum.

Blancha mater.

De cōditione unius primi hominis atque in eo generis humani. Cap. XXI.

MAc igitur quæstiōe difficillima, propter æternitatem dei noua creantis sine nouitate aliqua voluntatis, quantum potuimus explicata nō est arduum videre multo fuisse melius quod factū est, vt ex vno homine, quem primum condidit, multiplicaret genus humanum, quàm si id inchoasset à pluribus. Nam cum animantes alias solitarias, & quodāmodo soliuagas, id est, quæ solitudinē magis appetant, sicuti sunt aquilæ, milui, leones, lupi, & quæcunque alia ita sunt: alias vero gregales* † instituerit, quæ cōgregatæ atq; in gregibus malint viuere, vt sunt colūbi, sturni, cerui, damulæ [a], & cætera huiusmodi: vtrunq; tamē genus non ex singulis propagauit, sed plura simul iussit existere. Hominem vero cuius naturam quodammodo mediam inter angelos bestiásque condebat, vt si creatori suo tanquam vero domino subditus præceptum eius pia obediētia custodiret, in consortiū transiret angelicum sine morte media, beatam immorta-

Gene.1.

†* aliàs cōgreges

G litatem sine vllo termino cõsecuturus: si autem dominum deum suum libera voluntate superbe atq; inobedienter vsus offenderet, morti addictus bestialiter viueret, libidinis seruus, æternoq; post mortem supplicio destinatus. Vnum ac singulum creauit, non vtiq; solũ sine humana societate deserẽdum, sed vt eo modo vehementius ei commendaretur ipsius societatis vnitas vinculumq; concordiæ, si non tantum inter se naturæ similitudine, verumetiã cognationis affectu homines necteretur, quando nec ipsam quidem fœminam copulandam viro sicut ipsum creare illi placuit, sed ex ipso, vt omne ex homine vno diffunderetur genus humanum.

DAmulæ.) Sic diminutiue dixit, quia meticulosum est animal, cum nec ferum sit, nec mansuetum.

Quod præscierit deus hominem quem primũ cõdidit peccaturum, simulq; præuiderit quantum piorum populũ ex eius genere in angelicũ consortium sua esset gratia trãslaturus. Cap. XXII.

NEc ignorabat deus hominem peccaturum, & morti iam obnoxium morituros propagaturum, eoq; progressuros peccandi immanitate mortales, vt tutius atq; capacius inter se [a] rationalis voluntatis expertes bestiæ sui generis viuerent, quarũ ex aquis & terris plurimum pullulauit exordium quàm homines, quorum genius ex vno est ad commendandã concordiam propagatum. Neque enim vnquam inter
H se leones, aut inter se dracones, qualia homines bella inter se gesserunt. Sed prænidebat etiam deus gratia sua populum piorum in adoptionẽ vocandũ, remissisq; peccatis iustificatum spiritu sancto sanctis angelis in æterna pace sociandum, nouissima inimica morte de-
1.Cor.15. structa cui populo esset huius rei cõsideratio profutura, quod ex vno homine deus ad commendandum hominibus quàm ei grata sit etiam in pluribus vnitas, genus instituisset humanum.

a VT tutius atque capacius inter se.) Alibi, pacatius. Hoc facilius bestias eiusdem generis capiat aliquis locus sine diffidio & pugna, quàm homines. Lupus enim est homini homo sicut Græco prouerbio dicunt. Plinius lib. vij. denique cætera animantia in suo genere probe degunt. Congregari videmus, & stare cõtra dissimilia. Leonum feritas inter se non dimicat. serpentum morsus non petit serpentes, nec maris quidem beluæ ac pisces nisi in diuersa genera sæuiunt. At hercle homini plurima ex homine sunt mala. Est Dicæarchi liber, inquit Cicero, de interitu hominum, Peripatetici magni & copiosi, qui collectis exteris causis eluuionis, pestilentiæ, vastitatis, belluarũ etiã repentinæ multitudinis, quarum impetu docet quædam hominum genera esse consumpta. Deinde comparat quanto plures deleti sunt homines hominum impetu, id est bellis, seditionibus, quàm omni reliqua calamitate. Hoc bellum inter homines volebat auferre Christus, & ardorem alium serere non discordiæ sed cõcordiæ & mutuæ charitatis. Hoc prædicandum, hoc consulendum esset, homines Christo initiatos pu-
I gnare inter se nõ debere, sed amare inuicem, ferre inuicem, nec irritandi & accendendi sunt humani animi satis ex se procliues in cædes & facinora.

De natura humanæ animæ creatæ ad imaginem dei. Caput XXIII.

Gene.1. FEcit ergo deus hominem ad imaginem & similitudinem suam [a]. Talem quippe illi animam creauit qua per rationem atque intelligentiam omnibus esset præstantior animalibus terrestribus, & natatilibus, & volatilibus, quæ mentem hu-
Gene.2. iusmodi nõ haberent. Et cum virum terreno formasset ex puluere, eiq; animã qualem dixi, siue quam iam fecerat [b] sufflando indidisset: siue potius sufflando fecisset, eumq; flatum quem sufflando fecit: nam quid est aliud sufflare quàm flatum, facere, animã hominis esse voluisset, etiam coniugem illi in adiutorium [c] generandi ex eius latere osse detracto fecit, vt deus. Neq; enim hæc carnali consuetudine cogitanda sunt, vt videre solemus opifices ex materia quacunque terrena corporalibus mẽbris, quod artis industria potuerunt fa K
bricantes: manus dei potentia dei est, qui etiam visibilia inuisibiliter operatur. Sed hæc fabulosa potius q̃ vera esse arbitrãtur, qui virtutem ac sapientiã dei, quæ nouit & potest etiã sine seminibus ipsa certe facere semina, ex his vsitatis & quotidianis metiũtur operibus: ea vero quæ primitus instituta sunt, quoniam non nouerunt, infideliter cogitant: quasi non hæc ipsa quæ nouerunt de humanis conceptibus atq; partubus, si etiam inexpertis narrarẽtur, incredibiliora viderentur: quãuis & eaipsa plerq; magis naturæ corporalibus causis, quàm operibus diuinæ mentis assignent.

FEcit ergo deus hominem ad imaginem & similitudinem suam.) a
Imaginem Christi putat Origenes esse hominem: ideo dictũ est ad imaginem dei. nam imago dei filius est. Alij per similitudinẽ spiritum sanctum putant intelligi: sed profecto ad imaginem & similitudinẽ nihil aliud sunt, quàm vt sit homo imago & similitudo dei. Vir, inquit Paulus ad Corinthios, imago est dei: idq; ad naturam potest referri: similitudo vero, ad ea, quibus est dotata natura: immortalitatem, virtutes, sapientiam, quibus homo similis est dei. b Siue quam iam fecerat.) Dubium est, feceritne antea, & indiderit postea, an crearit cum corpore: nam August. in Genesi ad literam lib. septimo progenitam hominis animam cum cæteris spiritalibus rebus ait, deinde corpori infusam. Atque hoc esse quod scribitur insufflauit in faciem eius spiraculum vitę. Quod alij ad diuersum trahunt sensum, nempe tum ibi esse factam, vt hic quoque Augustinus docet. c Etiam coniugem illi in adiutorium.) De creatione fœminæ cur post virum, cur de costa dormientis, quomodo de costa, disputat Magister lib. ij. dist. xviij.

An ullius uel minimæ creaturæ possint dici angeli creatores. Cap. XXIIII. M

SEd cum his nullũ nobis est [a] in his libris negocium, qui diuinam mentem facere vel curare ista non credunt. Illi autem qui Platoni suo credunt [b], non ab illo summo deo qui fabricatus est mundum, sed ab aliis minoribus quos quidem ipse creauerit, permissu siue iussu eius animantia facta esse cuncta mortalia, in quibus homo præcipuũ diisq; ipsis cognatũ teneret locũ, si superstitione careant, qua quærũt, vnde iuste videãtur sacra & sacrificia facere, quasi conditoribus suis, facile carebunt etiã huius opinationis errore. Neq; enim fas est vllius naturæ quàm libet minimæ mortalisq;, creatorẽ nisi deum credere, ac dicere, etiã antequã possit intelligi. Angeli autẽ quos illi deos libentius appellãt, etiamsi adhibent vel iussi vel permissi [c] operationem suam rebus quæ gignuntur in mundo, tam non eos dicimus creatores animalium, quàm nec agricolas frugum atque arborum.

SEd cum his nullum nobis est.) Vt cum Epicureis, qui omnia fortuito & temerario fieri casu putant, aut qui naturam solam sine a
deo præficiunt huic inferiori mundo & sublunari, quam opinionem Aristotelis fuisse multi prodiderunt: vel qui res corporales à dæmonibus factas esse putant, vt quidam hæretici. b Illi autẽ qui Platoni suo credunt.) Plato in Timæo inducit deum maximum minorum deorum patrem iis vt animalia minora facerent, nam & ipsi quoq; sunt animalia, præcipientẽ: ita ipsos accepisse ex astris immortale principiũ, mortalis animãtis videlicet animã, imitatos genitorẽ & effectorẽ sui, particulas & terræ & aquæ & aẽris à mundo quas rursum redderẽt, mutuatos, eas inter se copulasse. Haud nisi dem vinculis, quibus ipsi erant colligati, sed talibus, quæ cerni non possent propter tenuitatem hærentibus crebris quasi cuneolis iniectis, inde vnum corpus effecisse. Menander quidã Simonis Magi discipulus mũdũ ab angelis factũ asseuerabat: Saturnius vero ab angelis septẽ præter conscientiã patris. c Etiamsi adhibent vel iussi vel permissi.) Præfecti sunt angeli ipsius dei & administri, sicut inquit Paulus. Itaq; iussu illius multas res in hoc mundo gerunt. nã vt Augustinus, inquit, vna quæq; res huius mundi visibilis habet angelicã potestatẽ sibi præpositã. & Gregorius in hoc mũdo visibili nihil nisi per creaturã visibilẽ disponi potest. Excipiã miracula, si quis pergat contentiose molestus esse. Verũ Plato vt in Genesi mundi Genesim Mosis est secutus, sic hunc locũ de animaliũ creatione ex loco sacrarum literarum traxit. nã cum legisset dixisse architectum illum nouæ molitionis deum, faciamus hominem ad imaginẽ & ad similitudinem nostram: ad angelos putauit cũ loqui, quibus administris creatũ censuit hominem. at indignũ videbatur ministerio angelorũ vsum illũ in nobilissimo animãte gignendo, & alios per se velut suis manibus fabricatũ: ideo de reliquis etiã idem quod de hominibus censuit. Cuius verba si quis vt citaui expendat: vsus enim sum Ciceronis interpretatione, inueniet nec animã conditã nisi à deo, nẽpe ex astris desumptã. Quod & Cic. ex Platonicis cõfirmat in primo de legibus, inquiens animũ ingeneratũ esse à deo, nec corpus quod ex elementis captũ, quæ deus fecit, minoresq; deos

aliud

A aliud nihil egisse, quàm subseruire creatori in copulandis coagmentandisque iam creatis in formam & rationem animalis. Seneca paulo apertius Platonis sententiam posuit. Hic cum prima fundamenta molis pulcherrimæ iaceret, & hoc ordiretur, quo neque maius nouit natura, nec melius, vt omnia sub ducibus suis irent, statuit, & quanuis ipse per totum se corpus intenderat, tamen ministros regni sui deos genuit.

Omnium naturam & omnium speciem uniuersæ creaturæ non nisi opere dei formari. Cap. XXV.

CVm enim alia sit species, quæ adhibetur extrinsecus cuicunque materiæ corporali, sicut operantur homines figuli & fabri, atq; id genus opifices, qui etiam pingunt & effingunt formas similes corporibus animaliũ: alia vero quæ intrinsecus efficientes causas habent de secreto & occulto naturæ viuentis atque intelligentis arbitrio, quæ nõ solum naturales corporum species, verumetiam ipsas animantium animas dum nõ sint, facit, supradicta illa species artificibus quibusq; tribuatur. Hæc autem altera non nisi vni artifici creatori & conditori deo, qui mũdum ipsum & angelos sine vllo mundo, & sine vllis angelis fecit. Ab illa enim vi [a] diuina, quæ omnium rerum diuisiua, & vt ita dicam effectiua est, quæ fieri nescit, sed facere: à qua accepit speciem cum mũdus fieret &
B rotunditas cœli, & rotunditas solis, eadem vi diuina & effectiua quæ fieri nescit sed facere, accepit speciem rotunditas oculi, & rotunditas pomi, & cæteræ figuræ naturales, quas videmus in rebus quibusq; nascẽtibus, nõ extrinsecus adhiberi, sed intima creatoris potentia, qui dixit: Cœlum & terram ego impleo: & cuius sapientia est quæ attingit à fine vsq; ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. Proinde facti primitus angeli cuiusmodi ministerium præbuerint creatori cætera facienti, nescio, nec tribuere illis audeo, quod forte non possunt, nec debeo derogare, quod possunt. Creationẽ tamen conditionemq; omnium naturarum, qua fit, vt omnino naturæ sint, eis quoque fauentibus illi deo tribuo, cui se etiam ipsi debere, quod sunt, cum gratiarum actione nouerunt. Nõ solum igitur agricolas non di-
1.Cor.3. cimus fructuũ quorumq; creatores, cum legamus: Neq; qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat deus: sed ne ipsam quidem terram quanuis mater omnium fœcunda videatur, quę germinibus erumpentia promouet, & fixa radicibus continet, cum
1.Cor.15. itidem legamus: Deus illi dat corpus, quomodo voluerit, & vnicuiq; seminum proprium corpus. Ita nec fœminam sui puerperij creatricẽ appellare debemus, sed
C potius illum, qui cuidã suo famulo dixit: Prius quàm
Hiere.1. te formarem in vtero, noui te. Et quanuis anima sic vel affecta prẽgnantis valeat aliquibus velut induere qua-
Gene.30. litatibus fœtum, sicut de virgis variatis fecit Iacob [b], vt pecora colore varia gignerentur: naturam tamen illã, quæ gignitur, tam ipsa non fecit, quàm nec ipsa se fecit. Quælibet igitur corporales vel seminales causę gignendis rebus adhibeantur, siue operationibus angelorum aut hominum, aut quorumcunq; animalium, siue marium fœminarumq; mistionibus [c]: quælibet etiam desideria [d] motúsve animæ matris valeant aliquid lineamentorum aut colorum aspergere, teneris mollibusq; conceptibus, ipsas omnino naturas, quę sic vel sic in suo genere efficiantur, non facit nisi summus deus. Cuius occulta potentia cuncta penetrans incommu-
al's.incõtaminabili tabili *presentia facit esse quicquid aliquo modo est, in quantumcunq; est: quia nisi faciente illo, vt tale vel tale esset [e], prorsus esse non posset. Quapropter si in illa specie, quã forinsecus corporalibus opifices rebus imponunt, vrbem Romam, & vrbem Alexandriam [f] nõ fabros & architectos, sed reges quorum voluntate, cõ- D
silio & imperio fabricatæ sunt: illam Romulum, illam Alexandrum habuisse dicimus conditores: quanto potius non nisi deum debemus conditorem dicere naturarum: qui neque ex ea materia facit aliquid, quam ipse non fecerit: nec operarios habet, nisi quos ipse creauerit: & si potẽtiam suam, vt ita dicam, fabricatoriam [g] rebus subtrahat: ita non erunt, sicut antequam fierent, non fuerunt. Sed ante dico, æternitate, non tempore. Quis enim alius creator est temporũ, nisi qui fecit ea, quorum motibus currerent tempora?

AB illa enim vi.) Alibi, Qua enim vi diuina, & vt ita dicam, ef- a
fectiua, quæ fieri nescit, sed facere, accepit speciem etiam. nã illa, quę omnium rerum diuisiua, suppositiuum videri possit. b Sic vt de virgis variatis fecit Iacob.) Plinius libro octauo scribit in arietibus spectari ora maxime: quia cui [a] coloris sub lingua habuere venas, eius & lanitium est in fœtu, variumq; si plures fuere. & mutatio aquarum potusq; variat. Possunt igitur arte lanitia qualia velimus in pecore efficiri: quod Iacob non ignarus est expertus. Nam quum versicolor pecus elegisset, coitusq; tempore candidas viridesq; virgas illis in flumine quo potabantur, obiecit, vt cum eo visu concipientes similiũ colorũ æderent fœtus: quod ita secutum est. Genesi. xxx. c Siue marium fœminarumq; mistionibus.) Plinius idem libro septimo similitudinum quidem in mente reputatio est: & in qua credãtur multa fortuita pollere, visus, auditus, memoriaq;. Haustæ imagines sub ipso cõceptu, cogitatio etiam vtriuslibet animo subito transuolans effingere similitudinem aut miscere existimatur. Ideoq; plures in homine, quàm in cæte- E
ris animantibus differentiæ: quoniam velocitas cogitationum, animiq; celeritas, & ingenij varietas multiformes notas imprimit. Quum cæteris animantibus immobiles sint animi, & similes omnibus singulitiq; in suo cuiusq; genere. Hæc ille. Pleni sunt philosophorum libri vsq; per cõceptum magnam in parte vim habere. Vade coniugibus præcipitur, vt elegantes habeant circa lectum genialem imagines. Vrbs est in Brabantia Buscunducis; in qua vt in aliis eiusdem terræ stato anni die, quo ferunt maximũ vrbis templum dedicatum, publice supplicatur, ludiq; variis diuis exhibentur. Sunt qui tunc personas diuorum induant: sunt qui dęmonum. Ex his vnum quum visa puella exarsisset, domum saltando se recepisse, & correptam vt erat personatus vxorem suam in lectum cõiecit, se ex ea dæmonium velle gignere dicens, concubuit, concepit mulier: & infans quem peperit, simul primum æditus est, saltare cœpit, forma quali dæmones pinguntur. Hæc Margarita Augusta, Maximiliani filia, huius Caroli amita narrauit Ioanni Lanuzę, homini prudentia incredibili, qui tum erat hic legatus à Ferdinando rege: nunc est huius Ioannes Lanuza
Cæsaris præfectus in Aragonia, vir, qui non modo præfecti nomen & personam, sed regis quoque posset sustinere. d Quælibet etiam desideria.) Mulieres prægnantes multarum rerum desideriis tenentur: sępe carbones appetunt, & cineres. Vidi, quæ morsum ceruicis iuuenis cuiusdam: & correpta magnis doloribus abortũ fecisset, ni momordisset exanimato pene iuuene, tam auide infixis dentibus. De his tam absurdis appetentiis ciborum medici quidem plurima, sed & apud philosophos nonnulla: velut Aristoteles in lib. de animalibus, idq; fieri dicunt ex humore in stomacho vitioso: qui si viris quoque contingat, non dissimilia expetent. e Quia nisi faciente illo, vt tale vel tale esset.) In antiquis libris sic legitur: Quia nisi faciente illo non tale vel tale esset, sed prorsus esse non posset. f Vrbem Alexandriam.) Alexandriæ multæ sunt: & Alexan-
in Aria, & ad Sogdianos, & in Troade, & in Cilicia, & in India, & in driæ
Aegypto, omnes à Macedone Alexãdro nominatæ. Hic de Alexandria F
Aegyptia loquitur, quæ est omnium celeberrima ad littus nostri maris, iuxta Canopicum Nili ostium sita, in Aphricam vergens. g Vt ita dicam fabricatoriam.) Quæ ad iungendas materias, ad secandum addẽdumq; ali quid pertinet, quæ ex rebus ab ipso creatis fiunt. Neque hæc sunt creationis opera, quæ & ab angelis & hominibus cæterisq; tum animatis fiunt, tum etiam animæ expertibus.

De Platonicorũ opinione, qua putauerunt angelos quidẽ à deo conditos, sed ipsos esse humanorum corporum conditores. Caput XXVI.

ITa sanẽ Plato minores & à summo deo factos deos effectores esse voluit animaliũ cæterorum, vt immortalem partem ab ipso sumerent, ipsi vero mortalem attexerent. Proinde animarum nostrarum eos creatores esse noluit, sed corporũ. Vnde quoniã Porphyrius propter animę purgationẽ dicit omne corpus fugiendũ, simulq; cũ suo Platone aliisq; Platonicis sentit eos, qui ímoderate ac inhoneste vixerint, propter luendas pœnas ad corpora redire mortalia. Plato quidẽ etiã bestiarũ, Porphyrius tantũmodo ad hominũ: sequitur eos vt dicãt deos istos quos à nobis volunt quasi parentes & conditores nostros

o iij coli,

G coli, nihil esse aliud, quàm fabros cõpedũ carcerũ ve nostrorũ: nec institutores, sed inclusores alligatoresq; nostros ergastulis erumnosis, & grauissimis vinculis. Aut ergo desinãt Platonici pœnas animarum ex istis corporibus cõminari: aut eos nobis deos colendos non prædicent, quorum in nobis operationem, vt quantum possumus, fugiamus, & euadamus, hortantur: cũ tamen sit vtrunque falsissimum. Nam neque ita luunt pœnas animæ, cum ad istam vitam pœnalẽ denuo reuoluuntur, & omnium viuentiũ siue in cœlo siue in terra, nullus est conditor nisi à quo facta sunt cœlum & terra. Nam si vlla causa est viuendi in hoc corpore, nisi propter pendenda supplicia: quomodo dicit idem Plato [a] aliter mundum fieri non potuisse pulcherrimum atq; optimum, nisi omnium animalium, id est, immortaliũ & mortaliũ generibus impleretur? Si autẽ nostra institutio qua vel mortales conditi sumus, diuinum munus est: quomodo pœna est ad ista corpora, id est, ad diuina beneficia remeare? Et si deus, quod assidue Plato cõmemorat [b], sicut vniuersi mundi, ita cunctorũ animalium species æterna intelligentia continebat, quo-
H modo non ipse cuncta condebat? An aliquorũ esse artifex nollet, quorum efficiendorum artem ineffabilis eius, & ineffabiliter laudabilis mens haberet? Merito igitur vera est religio, quæ mundi vniuersi eũ animalium quoq; vniuersorum, hoc est, & animarũ & corporum conditorem agnoscit & prædicat. In quibus terrenis præcipuus ab illo ad eius imaginem homo propter eam causam, quam dixi, & si qua forte alia maior latet, factus est vnus, sed non relictus est solus. Nihil enim est quàm hoc genus tam discordiosum vitio, tã sociale natura. Neque cõmodius cõtra vitium discordiæ vel cauendum cum nõdum existeret, vel sanandũ cum extitisset natura loqueretur humana, quàm recordationem illius parentis, quem propterea deus creare voluit vnum, de quo multitudo propagaretur: vt hac admonitione etiam in multis concors vnitas seruaretur. Quod vero fœmina illi ex eius latere facta est, etiam hinc satis significatum est, quàm chara mariti & vxoris [c] debeat esse coniunctio. Hæc opera dei propterea sunt vtiq; inusitata, quia prima. Qui autem ista nõ credũt, nulla facta prodigia debent credere. Neq; enim
I & ipsa si vsitato naturæ curriculo gignerentur, prodigia dicerentur. Quid autem sub tãta gubernatione diuinæ prouidentiæ, quanuis eius causa lateat, frustra gignitur? Ait quidam Psalmus sacer: Venite & videte opera domini, quæ posuit prodigia super terram. Cur ergo ex latere viri fœmina facta sit, & hoc primum quodammodo prodigium: quid præfigurauerit, alio loco quantum me deus adiuuerit, dicam.

Gene.2.

Psal.45.

a Quomodo dicit idẽ Pla.) Verba Pla. hęc sũt, si qs fortè requirit: Νῦν οὖν ὃ λέγω πρὸς ἡμᾶς ἐκδιηνύμενος μάθετε. θνητὰ ἔτι φύσει λοιπὰ τρία γενητά. τὸ τῶν ὅλων μὴ γενομένων, οὐρανὸς ἀτελὴς ἔσται. τὰ γὰρ ἅπαντα ἐν αὐτῷ γένη ζῴων οὐχ ἕξει. δι᾽ ἃ δὲ, εἰ μέλλει τέλεος ἱκανῶς εἶναι. Loquitur maximus deus minoribus dijs: Quid sentiam igitur cognoscite, tria nobis genera reliqua sunt, eáque mortalia: quibus prætermissis cœli absolutio perfecta nõ erit. Omnia enim genera animalium complexus non tenebit: teneat autem oportet, si quantum sat est, perfectus est futurus. b Et si deus, quod assidue Plato commemorat.) In eodem Timæo ait, penes deum esse æternarum & mortalium omnium rerum exemplaria, quæ inspexit artifex mundi. æterna, quum res nunquam interituras: temporalia, quum res sine casuras esset æditurus. Non disputo, sitne deus ipse suæ ideæ, an aliquid sint aliud hæ, quàm deus: quod inter Platonicos non satis constat. c Quàm chara mariti & vxoris.) Quoniam fœmina non de aliena parte sumpta est, sed de ipso viro ceu filia, vt vir in vxorem affectu sit paterno. Hæc in illũ filiæ pietate, & de latere sumpta ceu socia: non de capite vt domina, nec de pedibus vt ancilla.

In primo homine exortam fuisse omnem plenitudinẽ generis humani, in qua præuidit deus, quæ pars honoranda esset præmio, quæ dãnanda supplicio. Cap. XXVII. K

NVnc quoniam liber iste claudẽdus est, in hoc primo homine, qui primitus factus est: nondum quidem secundum euidentiam, iam tamen secundum dei præscientiam exortas fuisse existimemus in genere humano societates, tãquàm ciuitates duas. Ex illo enim futuri erant homines: alij malis angelis in supplicio, alij bonis in præmio sociandi: quanuis occulto dei iudicio, sed tamen iusto. Cũ enim scriptũ sit: Vniuersæ viæ domini, misericordia & veritas: nec iniusta eius gratia, nec crudelis potest esse iustitia. Psal.24.

FINIS.

ELENCHVS

CAPITVM IN AVGVSTINI de Ciuitate dei. Lib. XIII. L

1 De lapsu primi hominis, per quem est contracta mortalitas.
2 De ea morte, quæ animæ semper vtcunque victuræ accidere potest, & ea cui corpus obnoxium est.
3 Vtrum mors, quę per peccatum primorum hominum in omnes homines pertransijt, etiam sanctis pœna peccati sit.
4 Cur ab his, q per gratiã regenerationis sunt absoluti à peccato, nõ auferatur mors, id est, pœna peccati.
5 Quod sicut iniqui male vtũtur lege quæ bona est, ita & iusti bene vtuntur morte quæ mala est.
6 De generalis mortis malo, quo animæ & corporis societas separatur.
7 De morte, quam non regenerati pro Christi confessione suscipiunt.
8 Quod in sanctis primæ mortis pro veritate susceptio, secundæ sit mortis absolutio.
9 Vtrum tempus mortis, quo vitæ sensus aufertur, in morientibus, an in mortuis esse dicendum sit.
10 An vita mortaliũ, mors potiꝰ quàm vita dicẽda sit.
11 An quisquã simul & viuens possit esse & mortuus. M
12 Quam mortem primis hominibus deus, si mandatum eius transgrederentur, fuerit comminatus.
13 Præuaricatio primorum hominum, quam primã senserit pœnam.
14 Qualis homo sit factus à deo, & in quam sortem deciderit suæ voluntatis arbitrio.
15 Quod Adam peccãs prius reliquerit deum, quàm relinqueretur à deo: & primam fuisse animæ mortem, à deo recessisse.
16 De philosophis qui animæ separationem à corpore non putãt esse pœnalẽ, cum Plato inducat summum deum minoribus diis promittentem, quod nunquam sint corporibus exuendi.
17 Contra eos qui asserunt terrena corpora incorruptibilia fieri, æterna non posse.
18 De terrenis corporibus, quæ philosophi affirmant in cœlestibus esse nõ posse: quia quod terrenum est, naturali pondere voceturꝰad terram.
19 Contra eorum dogmata, qui primos homines, si nõ peccassent, immortales futuros fuisse non credunt.
20 Quod caro sanctorum, quæ nunc requescit in spe, in meliorem reparanda sit qualitatem, quàm fuit primorum hominum ante peccatum.

†aliâs, mouetur

De paradiso

A 21 De paradiso in quo primi homines fuerant, quod recte possit significatione eius spiritale aliquid intelligi, salua veritate narrationis historicæ de corporali loco.
22 De corporibus sanctorum post resurrectionem, quæ sic spiritalia erunt, vt nõ in spiritum caro vertatur.
23 Quid intelligendum sit de corpore animali, & de corpore spiritali: vt qui moriuntur, in Adam: qui vero viuificantur, in Christo.
24 Qualiter accipienda sit vel illa insufflatio, in qua primus homo factus est in animam viuentem: vel illa, quam dominus fecit, dicens: Accipite spiritum sanctum.

D. AVRELII AVGVSTINI Episcopi, de Ciuitate dei, ad Marcellinum Liber decimus tertius.

De lapsu primi hominis, per quem est contracta mortalitas. Caput I.

B EXpeditis de nostri seculi exortu, & de initio generis humani difficillimis quæstionibus: nũc iam de lapsu primi hominis, imò primorum hominum: & de origine ac propagine mortis humanæ disputationem à nobis institutam*rerum ordo deposcit. Non enim eo modo quo angelos condiderat deus, ita condidit & homines: vt etiam si peccassent, mori omnino non possent: sed ita, vt perfunctos obedientiæ munere [a], sine interuentu mortis angelica immortalitas & beata æternitas sequeretur: inobedientes autem mors plecteret damnatione iustissima: quod etiam in libro superiore iam diximus.

*aliâs institutus

IOANNIS LODOVICI VIVIS Valentini commentarij in. xiij. librum de Ciuitate dei D. Augustini.

a PErfunctos obedientiæ munere.) Statutum vnicuique viuendi super terram fuisset tempus, quo absoluto gustatoq; ligno vitæ cõfirmata fuisset natura, translatosq; in cœlum immortalitas consecuta. Hic multa quæruntur, & ab Augustino primum, & authore sententiarum lib. ij. de his, quæ homini si non deliquisset, euenissent: sed modeste ab istis, & vt pudorem intelligas, quo inquirũt magis, quàm vt comperisse se profiteantur. Recentiores qui commentarios in sentẽtias scripserunt, modo arbitrariis coniecturis, modo rationibus ex hac natura rerum petitis, quicquid eis in mentem venit confidentissime diffiniunt. Audio illorum rationes, sed plane video in tenebris eos ingredi: nec pedetentim aut palpantes velle procedere, sed cursu se quo intẽdunt proripere, nulla veritos præcipitia. Equidem quid factum sit, maguo nostro malo nemo ignorat: quid fuisset, nescio an vel ipsi Adam ostensum fuit, quanto minus nobis miseris. Nam quid prodest vti coniecturis, in re quæ coniecturas omnes superat humanas, & miraculum est audientibus. ccu vero necesse sit eius rei progressus leges huius creatæ naturę sequi, cuius initia hanc ipsam si tunc fuisset naturam stupefecissent. Ego igitur quantum hic Augustinus det, accipiam: & si possum, enarrabo, quod est officij mei: cætera non inquiram.

C

De ea morte, quæ animæ semper utcunque uicturæ accidere potest, & ea cui corpus obnoxium est. Cap. II.

SEd de ipso genere mortis video mihi paulo diligentius disserendum. Quanuis enim humana anima veraciter immortalis perhibeatur, habet tamen quandam etiam ipsa mortem suam. Nam ideo dicitur immortalis [a], quia modo quodam quantulocunque nõ desinit viuere, atque sentire. Corpus autem ideo est mortale, quoniam à vita quam habet, deseri potest, nec per seipsum aliquatenus viuit. Mors igitur animæ fit, cum eam deserit deus: sicut corporis, cum id deserit anima. Ergo vtriusque rei, id est, totius hominis mors est, cùm anima à deo deserta deserit corpus. Ita enim nec ex deo viuit ipsa, nec corpus ex ipsa. Huiusmodi autem totius hominis mortem illa sequitur, quam secundam mortem [b] diuinorum eloquiorum appellat authoritas. Hanc saluator significauit, vbi ait: Eum timete, qui habet potestatem & corpus & animam perdere in gehennam. Quod cum nõ antea fiat, quàm cùm anima corpori sic fuerit copulata, vt nulla direptione separentur: mirum videri potest quomodo corpus ea morte dicatur occidi, qua non ab anima deseritur, sed animatum sentiẽnsque cruciatur. Nam illa pœna vltima ac sempiterna, de qua suo loco diligentius disserendum est, recte mors animæ dicitur: quia non viuit ex deo: mors autem corporis, quónam modo, cum viuat ex anima? Non enim aliter possunt ipsa corporalia, quæ post resurrectionem futura sunt, sentire tormenta. An quia vita qualiscunque aliquod bonum est, dolor autem malum: ideo nec viuere corpus dicendum est, in quo anima non viuendi causa est, sed dolendi? Viuit itaque anima ex deo, cum viuit bene: non enim potest bene viuere, nisi deo operãte in se, quod bonum est. Viuit autem corpus ex anima, cum anima viuit in corpore: seu viuat ipsa, seu nõ viuat ex deo. Impiorum nanque in corporibus vita, nõ animarum, sed corporum vita est: quam possunt eis animæ etiam mortuæ, hoc est â deo desertæ: quantulacunque propria vita, ex qua etiam immortales sunt, nõ desistente conferre. Verum in damnatione nouissima quanuis homo sentire non desinat, tamen quia sensus ipse nec voluptate suauis, nec quiete salubris, sed dolore pœnalis est: non immerito mors est potius appellata quàm vita. Ideo autem secunda, quia post illam primam est, qua fit cohærentium diremptio naturarum, siue dei & animæ, siue animę & corporis. De prima igitur corporis morte dici potest, quod bonis bona sit, malis mala. Secunda vero sine dubio sicut nullorum bonorum est, ita nulli bona.

A 21 22 23 24 B D E

Matth.10. Lucæ.12.

NAm ideo dicitur immortalis.) In codice Brugensi ad hunc legitur modũ: Nam ideo dicitur immortalis, quia modo quodam quantulumcunque non desinet viuere. Corpus autem ideo mortale, quoniam deseri omni vita potest. b Quam secundam mortem.) In Apoc. Ioan. ij. cap. &. xxj. a

Vtrum mors quæ per peccatum primorum hominum in omnes homines pertrãsiit, etiam sanctis pœna peccati sit. Caput III. F

NOn autem dissimulanda nascitur quæstio, vtrum reuera mors, qua separantur anima & corpus, bonis sit bona. Quia si ita, quomodo poterit obtineri quod etiam ipsa sit pœna peccati? Hãc enim primi homines nisi peccauissent, perpessi vtique non fuissent. Quo igitur pacto bona esse posset bonis, quæ accidere nõ posset nisi malis? Sed rursus si nõ nisi malis posset accidere, non deberet bonis bona esse, sed nulla, Cur enim esset vlla pœna, in quibus non essent vlla punienda? Quapropter fatendum est, primos quidem homines ita fuisse institutos: vt si nõ peccauissent, nullum mortis experirẽtur genus: sed eosdem primos peccatores ita fuisse morte mulctatos, vt etiã quicquid eorũ stirpe esset exortũ, eadẽ pœna teneretur obnoxiũ. Nõ enim aliud ex eis, q̃ quod ipsi fuerant, nasceretur: pro magnitudine quippe culpæ illiꝰ naturã dãnatio mutauit in peius: vt quod pœnaliter præcessit in peccãtibus hoibus primis, etiã naturaliter sequeretur in nascentibus cæteris. Neq; enim homo ita ex homine, sicut homo

G ex puluere. Puluis nanque homini faciendo materies fuit, homo autem homini gignendo parens. Proinde quod est terra, non hoc est caro: quanuis ex terra facta
Gene.2. sit caro. Quod est autem parens homo, hoc est & proles homo. In primo igitur homine per fœminã in progeniem trãsiturum viuersum genus humanum fuit, quando illa coniugum copula diuinam sentẽtiam suæ damnationis excepit. Et quod homo factus est: non cũ crearetur, sed cum peccaret & puniretur, hoc genuit, quãtum quidem attinet ad peccati & mortis originẽ. Nõ enim ad infantilem hebetudinem [a], & infirmitatem ãnimi & corporis, quam videmus in paruulis peccato vel pœna ille redactus est, quæ deus voluit esse tãquàm primordia catulorum, quorum parentes in bestialem vitam mortalemq; deiecerat: sicut scriptũ est,
Psal.48. Homo cum in honore esset, nõ intellexit: comparatus est pecoribus non intelligentibus, & similis factus est illis. Nisi quod infantes infirmiores etiam cernimus in vsu motuq; membrorum & sensu appetendi atque vitãdi, quàm sunt aliorum tenerrimi fœtus animaliũ: tanquam se tanto attollat excellentius supra cætera a-
H nimantia vis humana, quanto magis impetum suum velut sagitta cum arcus extenditur retrorsum reducta distulerit. Non ergo adista infantilia rudimenta præsumptione illicita, & damnatione iusta prolapsus vel impulsus est primus homo, sed hactenus in eo natura humana vitiata atque mutata est, vt repugnantem pa teretur in membris inobedientiam concupiscendi: & ob id obstringeretur necessitate moriendi, atque ita id quod vitio pœnaq; factus est, id est, obnoxius peccato mortiq; generaret. A quo peccati viculo, si per mediatoris Christi gratiam soluuntur infantes, hanc solam mortem perpeti possunt, quæ animam seiungit à corpore: in secundam vero illam sine fine pœnalem liberati à peccati obligatione non transeunt.

a NOn enim ad infantilem hebetudinem.) Et hic querunt, quales hominibus si nihil commisissent nati fuissent liberi. Augustinus hoc dubium iniecit de baptismo paruulorum. Alij putant nascituros fuisse paruos, sed statim ad perfectam staturam peruenturos. Alij paruulos editum iri in lucem, verum non hac totius corporis imbecillitate, sed robustos statim futuros. Et sicut agnos & pullos gallinaceos videmus, confestim ingressuros secuturosq; matrẽ. Priores illi sensu & mente præditos infantes gignunt. Hi accessura hæc dicunt cum corpore, vt nunc videmus. Augustinus dubium, vt inuenit, illic reliquit. Hic primordia nascentium non alia videtur ponere, quàm quæ habemus.

Cur ab his, qui per gratiam regenerationis sunt absolu-
I *ti à peccato, non auferatur mors, id est, pœna peccati.*
Caput IIII.

SI quem vero mouet, cur vel ipsam patiantur, si & ipsa pœna peccati est, quorum per gratiam reatus aboletur: iam ista quæstio in alio nostro opere, quod inscripsim[a] de baptismo paruulorum, tractata ac soluta est, vbi dictum est: Ad hoc relinqui animę experimentum separationis à corpore, quanuis ablato iam criminis nexu. Quoniam si regenerationis sacramẽtum continuo sequeretur immortalitas corporis, ipsa fides eneruaretur, quæ tũc est fides, quando expectatur in spe, quod in re nõdum vi-
†tenetur detur. †Fidei autem robore atq; certamine in maioribus duntaxat ætatibus etiam mortis fuerat superandus timor, quod in sanctis martyribus maxime eminuit: cuius profecto certaminis esset nulla victoria, nulla gloria: quia nec ipsum omnino posset esse certamen, si post lauacrum regenerationis iam sancti non possent mortem perpeti corporalem. Cum paruulis autem baptizandis quis non ad Christi gratiam propterea potius curreret, ne à corpore solueretur? Atque ita nõ in-

K uisibili præmio probaretur fides: sed iam nec fides esset, confestim sui operis quærendo & sumendo mercedem. Nunc vero maiore & mirabiliore gratia saluatoris in vsus iustitiæ, peccati pœna conuersa est. Tunc
Gene.2. enim dictum est homini: Morieris, si peccaueris. Nunc dicitur martyri: Morere, ne pecces. Tunc dictum est: Si mandatum transgressi fueritis, morte moriemini. Nunc dicitur: Si mortem recusaueritis, mandatum transgrediemini. Quod tunc timendum fuerat, vt nõ peccaretur: nunc suscipiendum est, ne peccetur. Si per ineffabilem dei misericordiam, & ipsa pœna vitiorum trãsit in arma virtutis, & fit iusti meritum etiam supplicium peccatoris. Tunc enim mors est acquisita peccando, nunc impletur iustitia moriendo. Verum hoc in sanctis martyribus, quibus alterutrum à persecutore proponitur, vt aut deserãt fidem, aut sufferant mortem. Iusti autem malunt credendo perpeti, quod sunt primi iniqui non credendo perpessi. Nisi enim peccassent illi, non morerentur: peccabunt autem iusti, nisi moriantur. Mortui sunt ergo illi, quia peccauerunt: nõ peccant isti, quia moriuntur. Factum est per illorũ cul
pam, vt veniretur in pœnam: fit per istorum pœnam, L
ne veniatur in culpam: non quia mors bonum aliquod facta est, quæ antea malum fuit, sed tantam deus fidei præstitit gratiam: vt mors, quam vitæ constat esse cõtrariã, instrumentũ fieret, per quod transiretur in vitã.

Quod sicut iniqui male utuntur lege, quæ bona est,
ita & iusti bene utuntur morte, quæ mala est.
Caput V.

APostolus enim cum vellet ostẽdere, quantum peccatum, gratia non subueniente, ad nocendum valeret, etiam ipsam legem qua prohibetur peccatum non dubitauit dicere virtutem esse pec
cati. Aculeus, inquit, mortis est peccatum, virtus autem 1.Cor.15.
peccati lex. Verissime omnino. Auget enim prohibitio desiderium operis illiciti [a] quando iustitia non sic diligitur, vt peccandi cupiditas eius dilectione vincatur. Vt autem diligatur & delectet vera iustitia, non nisi diuina subuenit gratia. Sed ne propterea lex putaretur malum, quoniam virtus est dicta peccati: ideo ipse alio loco versans huiusmodi quæstionem, ita inquit: Lex
quidem sancta, & mãdatum sanctum & iustum & bo- Roma.7.
num. Quod ergo bonum est, inquit, mihi factum est M
mors? Absit. Sed peccatum: vt appareat peccatum per bonum mihi operatum est mortem, vt fiat supra modum peccans peccatum per mandatum [b]. Supra modum dixit: quia etiam præuaricatio additur, cum peccandi aucta libidine [c] etiam lex ipsa contemnitur. Cur hoc commemorandum putauerimus? Quia scilicet sicut lex non est malum, quando auget peccantium cõcupiscentiam: ita nec mors bonum est, quando auget patientium gloriam: cum vel pro illa iniquitate deseritur, & efficit præuaricatores: vel ista pro veritate susci-
pitur, & efficit martyres. Ac per hoc lex quidem bo Roma.6.
na est, quia prohibitio est peccati: mors autem mala, quia stipendium est peccati. Sed quemadmodum iniusti male vtuntur, non tantum malis, verumetiam bonis: ita iusti bene non tantum bonis, sed etiam malis. Hinc fit, vt & mali male lege vtantur, quãuis sit lex bonum: & boni bene moriantur, quãuis sit mors malum.

a AVget enim prohibitio desiderium operis illiciti.) Natura cõparatum est in animis, qui affectibus huc atque illuc impellũtur, vt cũ demũ aliquid ardẽtissime cupiãt, quũ cupere vetanẽ. Argumẽto sunt fœminæ, quæ turbationibus plus q̃ viri agitãtur, quæ id solã vnice optant, quod prohibenẽ. Itaq; cũ antea nesciissent homines,

A homines, quid esset ad fornicem ire, nec curabant ire: accessit lex, quę ne iretur, vetuit. ea omnes docuit, quid illud esset: & praua ingenia impulit ad id experiendum, quod vetaretur. Nesciebam, inquit Paulus, concupiscentiam, nisi quia lex dixit: Ne concupiscito. Solonẽ refert Cicero, Roscium Amerinum defendens, nihil suis legibus de his qui parentes occidissent, statuisse. nam quum antea non esset factum, verebatur ne nõ tam id pœna prohiberet, quàm admoneret lege. b Vt fiat supra modum peccans peccatum per mandatum.) In veteribus libris sic legitur: vt fiat supra modum peccator, at peccatum per mandatum. Eundem locũ citãs ad Simplicianũ lib. j. eodem modo dicit: Super modum peccator at peccatum, haud dubio vtrobique mendo. Dicẽdũ enim: Vt fiat supra modũ peccator peccatũ per mandatũ. Maluit peccator dicere, quod nomen est, quàm peccans participium, ἁμαρτωλὸς ἢ ἁμαρτάνα, sic est Græce: itaque peccator ad peccatum refertur, tametsi masculini sexus. sed nihil prohibet duo substantiua sic coniungi. Nisi quis etiam malit peccans nõ participiũ, sed verbale nomen, quod solet genitiuis addi: vt alieni appetens, apud Salustium, & litium fugitans apud Terentium. c Quum peccandi aucta libidine.) Qui sibi vsum scelere fecere in naturam scelere conuerso, minas omnes & terrores legis contemnunt.

De generalis mortis malo, quo animæ & corporis
societas separatur. *Caput* VI.

QVapropter quod attinet ad corporis mortẽ, id est, separationem animæ à corpore, cũ eam patiuntur, qui moriẽtes appellantur, nulli bona est. Habet enim asperum sensum [a] & contra natura-
B m vis ipsa, qua vtrunq; diuellitur, quod fuerat in viuẽte coniunctũ atque consertum, quãdiu moratur: donec omnis adimatur sensus, qui ex ipso inerat animæ carnisq; cõplexu. Quam totam molestiam nõnũquam vnus ictus corporis vel animæ raptus intercipit: nec eã sentiri præueniente celeritate permittit. Quicquid tamen illud est in morientibus, quod, cum graui sensu adimit sensum [b], pie fideliterq; tolerando auget meritum patientiæ, non aufert vocabulum pœnę: ita cum ex hominis primi perpetuata propagine proculdubio sit mors pœna nascẽtis: tamen si pro pietate iustitiaq; pẽdatur, fit gloria renascentis: & cũ sit mors peccati retributio, aliquãdo impetrat, vt nihil retribuat peccato.

a SPerũ sensum.) De sensione dicitur passiue. b Cũ graui sensu adimit sensum.) Prius passiue, posteriùs actiuè: cùm graui sensione adimit vim sentiendi.

De morte, quam non regenerati pro Christi confes-
sione suscipiunt. *Caput* VII.

NAm quicunq; etiam non percepto regenerationis lauacro pro Christi confessione moriuntur: tantum eis valet ad dimittẽda pec-
cata, quantum si abluerentur sacro fonte baptismatis. Ioan.3.
Qui enim dixit: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spi
ritu sancto, non intrabit in regnũ cœlorum: alia senten C
tia istos fecit exceptos, vbi non minus generaliter di- Matth.10.
xit. Qui me confessus fuerit coram hominibus, confi-
tebor & ego eum coram patre meo, qui in cœlis est. Et Matth.16.
alio loco: Qui perdiderit animam suã propter me, in- Psal.115.
ueniet eam. Hinc est quod scriptũ est, Preciosa in conspectu domini mors sanctorum eius. Quid enim preciosius quàm mors, per quam fit vt etiã delicta omnia dimittantur, & merita cumulatius augeantur? Neque enim tanti sunt meriti, qui cum mortem differre non possent, baptizati sunt, deletisq; omnibus peccatis ex hac vita emigrarunt: quanti sunt hi, qui mortẽ differre cum possent, ideo non distulerũt: quia maluerũt Christum confitendo finire hanc vitam quàm eum negando ad eius baptismũ peruenire. Quod vtiq; si fecissent, etiã hoc eis in illo lauacro dimitteretur [a], quod timore mortis negauerant Christum: in quo lauacro etiã illis facinus tã immane dimissum est, qui occiderãt Christum [b]. Sed quando sine abundantia gratiæ spiritus il-
lius, qui vbi vult spirat, tantum Christum [c] amare pos- Ioan.3.
sent, vt eum in tanto vitæ discrimine sub tanta spe ve- Psal.115.
niæ negare non possent? Mors igitur preciosa sancto-

D rum, quibus cum tanta gratia est premissa & prærogata mors Christi, vt ad eum acquirẽdum, suam nõ cunctarentur impendere animã, in eos vsus redactum esse monstrauit: quod ad pœnã peccantis antea fuerat constitutum: vt inde iustitiæ fructus vberior nasceretur. Mors ergo non ideo bonum videri debet, quia in tantã vtilitatem, non vi sua, sed diuina opitulatione cõuersa est: vt quæ tunc metuenda proposita est, ne peccatum committeretur, nũc suscipienda proponatur, vt peccatum non committatur, cõmissumq; deleatur, magnæq; victoriæ debita iustitiæ palma reddatur.

QVod vtique si recissent etiam hoc eis in illo. l.d.) Significat a nullum esse tantum & tam capitale scelus, quod non mystica illa abluatur aqua. b Illis facinus t. im. di. est, qui occiderant Christum.) Videtur de illis ipsis intelligẽdum, qui Hierosolymis Christum occiderunt, quorum forte aliqui ad meliorem pietatem sunt conuersi. c Sed quãdo in abundantia gratiæ.) Legendum: Sed quando sine abundantia gratiæ, per interrogationem, qua quid sentiat Augustinus, declarat, fieri scilicet non posse, vt sine magna gratiæ abundantia Christum tam constãter amarent, quàm qui habent in ea baptizati sunt, nec aquis indigent.

Quod in sanctis primæ mortis pro ueritate susce-
ptio, secundæ sit mortis absolutio. *Cap.* VIII.

SI enim diligentius consideremus, etiam cum E
quisq; pro veritate fideliter & laudabiliter moritur, mors cauetur. Ideo quippe aliquid eius suscipitur, ne tota contingat, & secunda insuper, quæ nunquã finiatur, accedat. Suscipitur enim animæ à corpore separatio: ne deo ab anima separato, etiã ipsa separetur à corpore, ac sic totius hominis prima morte cõpleta, secunda excipiat sempiterna. Quocirca mors quidem, vt dixi, cum eam morientes patiũtur [a], cumq; in eis, vt moriãtur, facit, nemini bona est, sed laudabiliter toleratur pro tenendo, vel adipiscẽdo bono. Cum vero in ea sunt, qui iam mortui nuncupãtur, non absurde dicitur: & malis mala, & bonis bona. In requie enim sunt animæ piorum à corpore separatę: impiorum autem pœnas luunt, donec istarum ad æternam vitam: illarum vero, ad æternam mortem, quę secunda dicitur, corpora reuiuiscant.

CVm eam morientes patiuntur.) Nam & quorum animus è a corpore migrat, & quorum iam migrauit, in morte esse dicuntur: vt mors sit, & cum discedit illa, & cum discessit, ita vt in morientibus sit passio, in morte priuatio. Vtraque est in vsu authorum, de priore Verg. Priamus quanquam media iam morte tenetur: de posteriore idem, Morte Neoptolemi regnorum reddita cessit, Pars Heleno.

Tempus mortis, quo uitæ sensus aufertur in morien-
tibus, an in mortuis esse dicendum sit. *Cap.* IX. F

SEd id tempus, quo animę à corpore separatæ, aut in bonis sunt, aut in malis: vtrũ post mortem potius, an in morte dicẽdum est? Si enim post mortem est, iam nõ ipsa mors, quæ transacta atq; præterita est, sed postea vita præsens animę, siue bona, seu mala est. Mors autem tunc eis mala erat, quando erat, hoc est, quando eam patiebantur, cum morerẽtur: quoniam grauis & molestus eis inerat sensus: quo malo bene vtuntur boni. Peracta autem mors, quónam modo, vel bona, vel mala est, quę iam non est? Porrò si adhuc diligentius attẽdamus, nec illa mors esse apparebit, cuius grauem ac molestum in morientibus diximus sensum. Quandiu enim sentiunt, adhuc vtiq; viuunt [a]: & si adhuc viuunt ante mortem, quàm in morte potius esse dicendi sunt: quia illa cum venerit, aufert omnem corporis sensum, qui ea propinquante molestus est. Ac per hoc quomodo morientes dicamus eos qui nondum mortui sunt, sed imminente morte iam extrema & mortifera afflictione iactantur, explicare difficile est, etiam si recte isti appellantur morientes:

quia cum

G quia cum mors quæ iam imminet, aduenerit, nõ mo-
rientes; sed mortui nuncupantur. Nullus est ergo
moriens, nisi viuens, quoniam cum in tanta est extremi-
tate vitæ, in quãta sunt, quos agere animam dicimus [b],
profecto qui nondum anima caruit, adhuc viuit. Idem
ipse igitur simul & moriens est & viuẽs: sed morti ac-
cedens, vita decedens, adhuc tamen in vita: quia inest
anima corpori: nondũ autem in morte, quia nondum
abscessit à corpore. Sed si cum abscesserit, nec tunc in
morte, sed post mortem potius erit, quãdo sit in mor-
te quis dixerit? Nam neque vllus moriens erit, si mo-
riens & viuẽs simul esse nullus potest. Quandiu quippe
anima in corpore est, non possumus negare viuentem.
Aut si moriẽs potius dicendus est [c], in cuius iam corpo-
re agitur, vt moriatur: nec simul quisquam potest esse
viuens & moriens: quando sit viuens, nescio.

a Quandiu enim sentiunt, adhuc vtique viuunt.) Sed mors diffi-
nitur separatio animę à corpore, quę in tempore fit: & quum
deserere incipit frigida membra, iam incipit mori homo, &
abscessus animę est accessus mortis, quum illa penitus reliquit
corpus, hæc penitus inuasit. b Quos agere animã di-
cimus.) Sic Martialis: Si desit quod agas, Artale agas animã. quod ex an-
tiqua persuasione ortum habet, animam spiritum esse & auram tenuissi-
mam. Hinc agere animam, quasi eam exufflare & expellere. Vnde sequi-
tur mors. c Aut si moriens potius dicendus est.) Si is dicitur mori, in
cuius corpore agitur, vnde incipiat anima abire, profecto vita nostra to
H ta dicenda est mors. Ex quo enim nati sumus, qualitates corporis pugna
sua vitam expellere conantur, & certe sensum detrudunt. Quæ causa ve-
teribus plerisque philosophis fuit dicendi, incipere nos in ortu mori, fi-
nemq; mortis esse, quem *nos dicimus vitę*: siue quia tunc vere incipimus
viuere, siue vt alij dicebant, quia tunc perfecta est mors, & abiit.

An uita mortalium mors potius quàm uita dicenda sit. Caput X

IN quo enim quisq; in isto corpore morituro
esse cœperit, nunquam in eo non agitur, vt
mors veniat [a]. Hoc enim agit eius mutabili-
tas toto tempore vitæ huius, si tamen vita dicenda est,
vt veniatur in mortem. Nemo quippe est qui non ei
post annum sit, quàm ante annũ fuit, & cras quàm ho-
die, & hodie quàm heri, & paulo post quàm nũc, & nũc
quàm paulo ante propinquior: quoniã quicquid tem-
poris viuitur [b], de spatio viuendi demitur: & quotidie
fit minus minusq; quod restat: vt omnino nihil sit a-
liud tempus vitæ huius, quàm cursus ad mortẽ. In quo
nemo vel paululũ stare, vel aliquando tardius ire per-
mittitur: sed omnes vrgentur pari motu: nec diuerso
impelluntur accessu. Neq; enim cui vita breuior fuit,
celerius diem duxit, quàm ille cui longior: sed cũ æqua-
I liter æqualia momenta raperentur ambobus, alter ha-
buit propius, alter remotius, quò non impari velocitate
ambo currebant. Aliud est autẽ amplius viæ peregisse,
aliud tardius ambulasse. Qui ergo vsq; ad mortẽ pro-
ductiora spatia tẽporis agit, non lentius pergit, sed plus
itineris cõficit. Porrò si ex illo quisq; incipit mori, hoc
est, esse in morte, ex quo in illo agi cœperit, ipsa mors,
id est, vitæ detractio: quia cum detrahẽdo finita fuerit,
post mortem iam erit, non in morte: profecto ex quo
esse incipit in hoc corpore, in morte est. Quid enim a-
liud diebus, horis, momentisq; singulis agitur, donec ea
cõsummata mors quæ agebatur, impleatur: & incipiat
iam tempus esse post mortem: quod cũ vita detraheretur,
erat in morte. Nunquam igitur in vita homo est,
ex quo est in corpore isto moriente potius quàm vi-
uente: si & in vita & in morte simul nõ potest esse. An
potius & in vita & in morte simul est: in vita scilicet
in qua viuit, donec tota detrahatur: in morte autẽ, quia
iã moritur, cui vita detrahitur? Si enim non est in vita,
quid est quod detrahitur, donec eius fiat perfecta con-
sumptio? Si autem non est in morte, quid est vitæ ipsa
detractio? Non enim frustra cùm vita fuerit corpori K
tota detracta post mortem iam dicitur, nisi quia mors
erat cum detraheretur. Nam si ea detracta non est ho-
mo in morte, sed post mortem, quando nisi cum de-
trahitur, erit in morte?

a NVnquam in eo non agitur, vt mors non veniat.) Deleda hæc
postrema negatio, dicendum sic: Nunquam in eo nõ agitur,
vt mors veniat. quasi, semper id agitur. b Quoniã quic-
quid tẽporis viuitur.) Quintilianus in Mathematico: Omnis
nos hora per tacitos fallentẽque cursus applicat fato, & in hac misera
perpetuitatis cogitatione districti per exigua festinantis æui momenta
præmorimur. Tempus assidue aliquid nobis deterere vulgatissimũ est:
plenique sunt non philosophorum modo, sed poẽtarum quoque libri: &
magna pars eorũ quæ hic August. dicit, sumpta est ex Seneca variis locis.

An quisquam simul, & uiuens possit esse, & mortuus. Caput XI.

SI autem absurdum est, vt hominẽ antequam
ad mortẽ perueniat, iã esse dicamus in mor-
te: cui enim propinquat peragendo vitæ suæ
tempora, si iam in illa est, maxime quia nimis est inso-
lens [a], vt simul & viuens esse dicatur, & moriens, cum
vigilans & dormiens simul esse non possit: quærendum
est quando erit moriens. Etenim antequam mors ve-
niat, non est moriens, sed viuens: cum vero mors ve-
nerit, mortuus erit, non moriens. Illud ergo est adhuc
ante mortem, hoc iam post mortem. /~~Quando ergo in~~ L
~~morte [b]? Tunc enim est moriens, vt quemadmodũ tria~~
~~fuerunt cum dicimus, ante mortem, in morte, post mortẽ,~~
~~ita tria singulis singulis viuens, moriẽs, mortuus; sed~~
~~dorm[illegible] Quando ergo [illegible] id est, in morte, vbi~~
~~neq; sit viuens, quod est ante mortem, neq; [illegible]~~
~~quod est post mortẽ, sed moriens, id est, in morte, dici~~
~~[illegible] Quando igitur [illegible] anima in cor-~~
~~pore, moriens [illegible], procul dubio quisq;~~
~~homo [illegible] & corporis [illegible] ad-~~
~~huc ante mortem, non in morte esse dicẽdus est. Cum~~
~~vero anima abscesserit, omnemq; absoluerit corporis~~
~~sensum, iam post mortem, [illegible] Perit~~
~~igitur [illegible] quia [illegible] quo-~~
~~niam [illegible] ante mortem abscessit, desit ie,~~
~~iam post mortẽ [illegible] Nunquam igitur [illegible] in~~
~~morte esse, [illegible] quando quidem si tã-~~
~~porale [illegible] Nõ enim est, quando, quia in M~~
~~nulla, si in qua illa esse non potest: quando quidem si~~
~~viuens, illa [illegible] est, quia hoc ante mortem non in~~
~~morte [illegible] iam cessatum est, iam non est.~~
~~Quid? [illegible] si viuens~~
~~nulla mors est ante vel post, quid est, quod dicit ante~~
~~mortẽ, vel post mortẽ? Non [illegible] dicitur, si~~
~~mors nulla est. Atq; [illegible] in [illegible] hanc viuẽdo~~
~~agimus, vt [illegible] nulla esset mors. Nunc autem non~~
~~solum [illegible] sed [illegible] nulla ex~~
~~plicari locutione possit, nec vlla ratione [illegible]~~ Loquamur ergo secundum consuetudinem [c]: non enim aliter debemus: & dicamus ante mortẽ, priusquam mors accedat *, sicut scriptum est, Ante mortem ne laudes hominẽ [b] quẽquam. Dicamus etiam cum acciderit: post mortem illius, vel illius factum est illud, vel illud. Dicamus & de præsenti tempore vt possumus, velut cum ita loquimur: moriens ille testatus est, & illis, atq; illis, illud atq; illud moriens dereliquit, quãuis hoc quisquã nisi viuẽs, omnino facere non posset: & potius hoc ante mortem fecerit, non in morte. Loquamur etiã sicut loquitur scriptura diuina: quæ mortuos quoq; non post

*accidat.

Ecclesia. 11

mortem

A mortẽ, sed in morte esse nõ dubitat dicere. Hinc enim
Psal.6. est illud: Quoniam nõ est in morte, qui memor sit tui.
Donec enim reuiuiscant, recte dicuntur esse iu morte:
sicut in somno esse quisq; donec euigilet, dicitur: Quã-
uis in somno positos dicamus dormientes, non tamen
eo modo possumus dicere eos qui iã sunt mortui, mo-
rientes, Non enim adhuc moriuntur, qui quantũ attri-
net ad corporis mortẽ, de qua nunc differimus, iã sunt
à corporibus separati. Sed hoc est, quod dixi, explicari
aliqua locutione non posse, quo nam modo vel moriẽ-
tes dicantur viuere, vel iam mortui etiam post mortẽ,
adhuc esse dicantur in morte. Quomodo enim post
mortẽ si adhuc in morte, præsertim cũ eos nec moriẽ-
tes dicamus, sicuti eos qui in somno sunt, dicimus dor-
mientes: & qui in languore, languentes: & qui in dolo-
re, vtiq; dolẽtes: & qui in vita, viuentes? At vero mor-
tui priusquam resurgant, esse dicũtur in morte: nec ta-
men possunt appellari morientes. Vnde non importu-
ne, neq; incongrue arbitror accidisse, etsi non humana
industria, iudicio fortasse diuino, vt hoc verbum quod
est, moritur, in Latina lingua nec grãmatici declinare
potuerint [f], ea regula qua cætera talia declinãtur. Nãq;
ab eo quod est oritur [g], fit verbũ præteriti temporis, or-
tus est: & si qua similia sunt, quæ per temporis præteri-
B ti participia declinãtur. Ab eo vero quod est moritur, si
quæramus præteriti temporis verbũ, responderi solet,
mortuus est, v, litera geminata. Sic enim dicitur mor-
tuus, quomodo fatuus, arduus, carduus, conspicuus, &
siqua similia, quæ non sunt præteriti temporis: sed quo-
niã nomina sunt, sine tempore declinantur. Illud autẽ
quasi vt declinaretur, quod declinari non potest, pro
participio præteriti temporis ponitur nomen. Conue-
nienter itaq; factum est, vt quemadmodum id quod si-
gnificat non potest agẽdo, ita ipsum verbum declinari
loquendo [h] non possit. Agi tamen potest in adiutorio
gratiæ redemptoris nostri, vt saltem secũdam mortem
declinare possimus. Illa enim est grauior & omnium
malorum pessima, quæ non fit separatione animæ &
corporis, sed in æternã pœnã potius vtriusq; cõplexu.
Ibi econtrario non erunt homines ante mortem atq;
post mortẽ, sed semper in morte: ac per hoc nunquam
viuentes, nunquã mortui, sed sine fine morientes. Nũ-
quam enim erit homini peius in morte, quàm vbi erit
mors ipsa sine morte.

a C Via nimis est insolens.) Nimis insolitum, vocabulum est an-
tiquum, quo vtitur Salustius, vsurpator veterum vocabulorũ,
& Gellius eius æmulus. b Quando ergo in morte.) Ni-
mis es Augustine, quod sit dictum cũ bona venia & ingenij
& sanctitatis tuę, nimis rudis es, & visu hebeti. Nulla hic
tu vides instantia, quæ boni dialectici & Theologi tradunt, primum
esse, primum non esse: vltimũ esse, vltimum non esse. In, morte est in pri-
mo instanti non esse: quia tunc desiit esse. Nondũ intelligis? Expone sic:
Nunc non est, & immediate ante hoc fuit. Non intelligis, quid sit immé-
diate? Nimirum non est vocabulum tui temporis: nostrũ est: vt scias non
solis Romanis licuisse in linguam Latinã. Rursus sic expone, Nullũ est
dabile instans ante hoc, inter quod & hoc non fuit. Nec dum capis? redi
ergo ad scholam, & doceant te ista pueri: nam melius hæc pueri tenent,
quippe puerilia, quàm senes. Sed aliàs de his rebus suauius ego & tu con-
fabulabimur. c Loquamur ergo secundum cõsuetudinem.) Optimã
loquendi magistram, & à qua in loquendo artes discedere non debent.
d Ante mortem ne laudes hominem.) Simile hoc sententiæ Solonis:
Neminem ante mortem posse beatum dici: quoniam incertum est, quid
ei adhuc continget. f Nec grammatici declinare potuerint.) Nimis
es hoc capite ineptus Augustine: nam altera ineptia fuit iubere, vt quæ
loquimur ad vulgarem cõsuetudinem accommodemus: hæc tertia, quod
grammaticos omnino in opere theologico nominasti: quanto magis,
quod ex eorum præceptis aliquod adduxisti, ad id quod agis, argumẽtũ:
quod si Theologulus aliquis fecisset nostri seculi, exibilandũ se & eiicié-
dum in schola omnes censuissent. tu vero artes omnes ac disciplinas cõ-
nexas inter se maxima coniunctione arbitraris, cõsensum veteris sapiẽ-
tiæ secutus: ita vt nulla sit alteri dedecori, contra potius vna quæque alte-
ri adiumento. g Nanque ab eo quod est oritur.) Analogia valere
an debeat in arte grãmatica, magna quæstio est, & à clarissimis in vtrãq;
versata partem. Aristarchus analogiam tutatus est nobilis grammaticus
Crates vero oppugnauit fretus libro, quẽ Chrysippus reliquit περὶ ἀνω-
μαλίας, Rationes vtrinq; à M. Varrone explicãtur in libris, qui supersunt
ipsius de analogia. Disputat & de analogia Quintilian[a]. Scripsit & Cai[a]
Cæsar de analogia ad Ciceronem, haud dubie valere in omnibus analo-
giam non oportet: valere in multis necesse est. Aliter neque ars cõstabit,
& vix sermo ipse. h Declinari loquendo.) Lusit ambiguitate verbi
illius declinari: agẽdo, inquit, non potest declinari, hoc est, vitari: nec lo-
quendo per casus inflecti.

Analogia.

D

Quam mortem primis hominibus deus, si mandatum eius transgrederentur, fuerit comminatus. Caput XII.

SVm ergo requiritur, quam mortem deus pri-
mis hominibus fuerit comminatus, si ab eo
mandatũ transgrederentur acceptũ, nec obe-
dientiam custodirẽt: vtrum animæ, an corporis, an to-
tius hominis, an illam quæ secunda dicitur: respondẽ-
dum est, omnes. Prima enim constat ex duabus: secun-
da ex omnib[9] tota. Sicut enim vniuersa terra ex mul-
tis terris, & vniuersa ecclesia ex multis cõstat ecclesiis,
sic vniuersa mors ex omnibus: quoniam prima cõstat
ex duabus: vna animæ, altera corporis, vt sit prima to-
tius hominis mors, cum anima sine deo, & sine corpo-
re ad tempus pœnas luit: secunda vero, vbi anima sine
deo cum corpore pœnas æternas luit. Quãdo ergo di-
xit deus primo illi homini, quem in paradiso cõstitue-
rat, de cibo vetito: Quacunque die ederitis ex eo, mor- Gene.2.
te moriemini: non tantũ primæ mortis partem priorẽ, E
vbi anima priuatur deo: nec tantum posteriorẽm, vbi
corpus priuatur anima: nec solum ipsam totam primã,
vbi anima & à deo & à corpore separata punitur, sed
quicquid mortis est, vsq; ad nouissimam, quæ secunda
dicitur: & qua est nulla posterior, comminatio illa cõ-
plexa est.

Præuaricatio primorum hominum, quam primum senserit pœnam. Caput XIII.

NAm postea quàm præcepti facta transgressio
est, confestim gratia deserẽte diuina, de cor-
porũ suorum nuditate cõfusi sunt: vnde etiã
foliis ficulneis, quæ forte à perturbatis prima compe- Gene.3.
rta sunt, pudenda texerunt, quæ prius eadem membra
erant, sed pudenda non erant [a]. Senserunt enim nouũ
motum inobedientis carnis suæ, tanquam reciprocam
pœnam inobedientiæ suæ [b]. Iam quippe anima liber-
tate in peruersum propria delectata, & deo dedignata
seruire, pristino corporis seruitio destituebatur. Et quia
superiorem dominũ suo arbitrio deseruerat, inferiorẽ
famulum ad suum arbitriũ non tenebat: nec omnino F
habebat subditam carnem, sicut semper habere potuis-
set, si deo subdita ipsa mansisset. Tunc ergo caro cœpit
concupiscere aduersus spiritũ, & spiritus aduersus car- Gal.5.
nem [c]: cum qua controuersia nati sumus, trahentes ori-
ginem mortis [d] in membris nostris: vitiataq; natura,
contentionem eius sine victoria de prima præuarica-
tione gestantes.

a Sed pudenda non erant.) Turpia non erant, idcirco nec pudorem
afferebant, Nullus eis fuisset offensus, si non peccassent, & vsus eo-
rum fuisset, qualis manuum & pedum. Sed vbi culpam admiserũt,
illis partibus obscœna voluptas addita, pudendas, & è conspectu
remouendas fecit. b Tanquam reciprocam pœnam inobedientiæ
suæ.) Quod inobedientia in eos reflectebatur, vt quemadmodũ deo ipsi
non parueranr, cui naturæ iure subditi erant, sic subditum *sentirent* sibi
rebellantem, membra scilicet dominæ rationi. c Et spiritus aduer-
sus carnem.) Hoc nihil facit ad sensum: nec in aliis libris adscribitur.
d Trahentes originem mortis.) In codice Brugensi sic habetur: Tra-
hentes originem mortis, & in membris nostris vitiatam naturam, cõtẽ-
tionem eius, siue victoriam, de prima præuaricatione gestantes. Vtro-
cunque legatur modo, sensus est: Ex illa *primigenia* noxa: hanc pugnam
inter affectus & mẽtem ortam esse, quæ nos perpetuo comitatur, in qua
interim mẽs est victrix, interim victa. Quod si legatur sine victoria, sen-
sus erit, non ita subigi & domari posse corporis affectus, vt amplius bel-
lum rationi non faciant, & negocium exhibeant permolestum: ita ea lec-
tio non displicet, & videtur subtilior.

a

Qualis

G *Qualis homo sit factus à deo, & in quam sortem deciderit suæ uoluntatis arbitrio.* Cap. XIIII.

Ecclesiastes. 7. DEus enim creauit hominem rectũ, naturarũ author, non vtiq; vitiorum, sed sponte deprauatus, iusteq; damnatus, deprauatos damnatosq; generauit. Omnes enim fuimus in illo vno, quãdo omnes ille vnus corrupit [a], qui per fœminam lapsus est in peccatum, quæ de illo facta est ante peccatũ. Nõdum erat nobis sigillatim creata & distributa forma, in qua singuli viueremus, sed iam natura erat seminalis, ex qua propageremur *: qua scilicet propter peccatũ viciata, & vinculo mortis obstricta, iusteq; damnata, non alterius cõditionis homo ex homine nasceretur: ac per hoc à liberi arbitrij malo vsu [b] series huius calamitatis exorta est, quæ humanũ genus origine deprauata, velut radice corrupta, vsq; ad secũdæ mortis exitium, quæ non habet finẽ: solis eis exceptis, qui per gratiam dei liberantur, miseriarum connexione perducit.

*aliâs, pur garemur.

a Quando omnes ille vnus corrupit.) In antiquis exemplaribus sic habetur: Quando omnes fuimus ille vnus. nec est, omnes ille vnus corrupit. Intelligi vult Augustinus, quando omnes in eo eramus seminali virtute, ipseque totus est deprauatus & corruptus, idcirco nos omnes ex fonte infecto manantes, venenum traximus nobiscum. b A liberi arbitrij malo vsu.)

H Male enim vsi sunt parentes illi prima libertate voluntatis, qua & facere semper imperata dei, & recusare poterant.

Quod Adam peccans prius reliquerit deum, quàm relinqueretur à deo, & primam fuisse animæ mortem, à deo recessisse. Caput XV.

Gene. 2. VAmobrem etiam si in eo quod dictum est: Morte moriemini: quoniam non est dictũ, mortibus, si eam solam intelligamus, quæ fit cũ anima deseritur sua vita, quod illi deus est: nõ enim deserta est, vt desereret, sed vt desereretur, deseruit. Ad malum quippe eius prior est voluntas eius: ad bonum vero eius prior est voluntas creatoris eius: siue vt eam faceret, quæ nulla erat: siue vt reficiat, quæ lapsa perierat: etiam si ergo hanc intelligamus, deum denunciasse mortem, in eo quod ait: Qua die ederitis ex illo, morte moriemini: tanquam diceret, qua die me deserueritis per inobediẽtiam, deseram vos per iustitiam: profecto in ea morte etiam cæteræ [duæ] denunciatæ sunt, quæ proculdubio fuerant secuturæ. Nam in eo quod inobediens motus in carne ex motu animę inobedientis exortus est, propter quem pudenda texerunt, sensa est mors vna in qua deseruit animam deus. Ea significata est verbis eius, quando timore deambulãtis *† sese abscondenti homini dixit, Adam vbi es? non vtiq; ignorando quærens, sed increpando admonens, vt attenderet, vbi esset, in quo non esset deus. Cum vero iam corpus anima ipsa deseruit ætate corruptum & senectute confectum, venit in experimẽtum mors altera, de qua deus peccatum adhuc puniens homini dixerat, Terra es, & in terram ibis: vt ex his duabus mors illa primo, quæ totius hominis est compleretur, quam secunda in vltimo sequitur, nisi homo per gratiam dei liberetur. Neq; enim corpus, quod de terra est, rediret in terram, nisi sua morte, quæ illi accidit cum deseritur sua vita, id est, anima. Vnde constat inter Christianos [b] veraciter catholicam tenẽtes fidem, etiam ipsam nobis corporis mortem, non lege naturæ, qua nullam mortem homini deus fecit, sed merito inflictam esse peccati [c], quoniam peccatum vindicans deus, dixit homini, in quo tunc omnes eramus: Terra es, & in terram ibis.

Ibidem.

*†aliâs, dementi.

Gene. 3.

I

Ibidem.

Gene. 3.

a TErra es, & in terram ibis.) Sic. LXX. γῆ εἶ καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ. Vbi secundo loco dicit cum articulo τὴν γῆν per quod ipsum elementum terrę significatur, in quod cadunt omnia viuentia cum moriuntur. b Vnde constat inter Christianos.) Sæpe Augustinus disertis verbis ostendit sentẽtiam suam hanc esse, hominem si non peccasset, nõ fuisse moriturum: nec morti, nec morbis corpus habiturum obnoxium, lignúmque illud vitæ immortalitatem collaturum. Optimus scholasticorum theologus B. Thomas Aquinas in eãdem sententiam iuit. Scotus tamen siue studio partium, seu quia sic est ipsi visum, hæc omnia negat. Vult enim corpus hominis fuisse etiã in illo statu rerum subditum morbis, & perpessurum eos, nec moriturum tamen, quia prius ad cœlos eucheretur, quàm caderet, sed si relinqueretur diutius in terra, haud dubie tabe cõfectum iri, nec lignum vitę virtutẽ habere perpetuandi vitam, tantũ proferendi. c Sed merito inflictam esse peccati.) Merito nomen est: q. eo quod peccatum est, meritum est.

K *Homo si nõ peccasset, an esset mortuus.*

mentit. nec vidit Scotum

De philosophis, qui animæ separationem à corpore non putant esse pœnalem, cum Plato inducat summum deum diis minoribus promittentẽ, quod nunquàm sint corporibus exuendi. Caput XVI.

SEd philosophi, contra quorum calũnias defendimus ciuitatem dei, hoc est, eius ecclesiã, sapienter sibi videtur irridere, quod dicimus animæ à corpore separationẽ inter pœnas eius esse deputãdam: quia videlicet eius perfectam beatitudinem * tũc illi fieri existimant, cũ omni prorsus corpore exuta ad deum simplex, & sola & quodammodo nuda redierit. Vbi si nihil quo ista refelleretur opinio, in eorum literis inuenirem, operosius mihi disputandum esset, quo demonstrarem non corpus esse animæ, sed corruptibile corpus, onerosum. Vnde illud est quod de scripturis nostris in superiori libro commemorauimus. Corpus enim corruptibile aggrauat animam. Addendo vtiq; corruptibile, non qualicunq; corpore, sed quale factum est ex peccato consequente vindicta, animam perhibuit aggrauari. Quod etiam si non addidisset, nihil aliud intelligere deberemus. Sed cum apertissime Plato deos à summo deo factos, habere immortalia corpora prædicet, eisq; ipsum deũ à quo facti sunt, inducat pro magno beneficio pollicentem, quod in ęternum cum suis corporibus permanebũt, nec ab eis vlla morte soluentur, quid est quod isti ad exagitandam Christianam fidem fingũt se nescire, quod sciunt [b]: aut etiam sibi repugnantes aduersum seipsos dicere malũt, dum nobis non desinant contradicere? Nempe Platonis hæc verba sunt, sicut ea Cicero in Latinum vertit [c], quibus inducit summũ deum, deos quos fecit alloquentem & dicentem: Vos qui sub mortalitatis fato [d] orti estis, attendite, quorum operum ego parens effectorq; sum. Hæc sunt indissolubilia nutu meo [e], quanquam omne colligatum solui potest. Sed haud quaquam bonum est [f], ratione iunctum dissoluere velle [g]. Sed quoniam estis orti immortales, vos quidem esse, & indissolubiles nõ potestis. Nec vnquam tamen dissoluemini: neq; vos vlla mortis fata perimẽt, nec erunt valentiora quàm consilium meum, quod maius est vinculũ ad perpetuitatem vestram quàm illa quibus estis, tũc cum gignebamini, colligati. Ecce deos Plato dicit & corporis animęq; colligatione mortales, & tamen immortales dei à quo facti sunt, voluntate atq; consilio. Si ergo animæ pœna est, in qualicunq; corpore colligari, quid est quod eos alloquens deus tanquam solicitos, ne forte moriantur, id est, dissoluantur à corpore de sua facit immortalitate securos: non propter eorum naturam, quæ sit compacta, non simplex, sed propter suam inuictissimam volũtatem, qua potens est facere, vt nec orta occidant, nec connexa soluantur, sed incorruptibiliter perseuerẽt: Et hoc quidem vtrũ Plato verum de syderibus dicat, alia quæstio est. Neq; enim ei continuo cõcedẽdum est, globos istos [h] luminum siue orbiculos luce corporea super terras, seu die, seu nocte fulgẽtes, suis quibusdam propriis animis viuere, eisq; intellectualibus & beatis, quod etiã de ipso vniuerso mũdo tanquã

L *Sapien. 9.*

Plato in Timæo.

M

vno animali

A vno animali maximo quo cuncta cætera continerentur animalia, constanter affirmat. Sed hæc, vt dixi, alia quæstio est, quam nunc discutiẽdam non suscepimus. Hoc tantum contra istos commemorandũ putaui, qui se Platonicos vocari vel esse gloriantur, cuius superbia nominis erubescunt esse Christiani, ne commune illis cum vulgo vocabulum vilem faciat palliatorum [i], tanto magis inflatam, quanto magis exiguam paucitatẽ: & quærentes quid in doctrina Christiana reprehendant, exagitãt æternitatem corporum, tanquam hæc sint inter se contraria, vt & beatitudinem quæramus animæ, & eam semper esse velimus in corpore velut erumnoso vinculo colligatam, cum eorum author & magister Plato donum à deo summo diis factis ab illo dicat esse concessum, ne aliquando moriãtur, id est, à corporibus, quibus eos connexuit, dissoluantur *†.

*† separẽtur.

a QVia videlicet eius perfectam beatitudinẽ.) Philolaus Pythagoricus deposito corpore hominem deum immortalem fieri ait. Et Plato trahi nos à corpore, inquit, ad ima, & à cogitatione superarum rerum subinde reuocari: ideo relinquendum corpus, & hic quantum possumus, & in altera vita prorsum, vt liberi & expediti verum ipsi videamus, & optimũ amemus. Hinc Porphyrius negat aliter fieri beatum quenquã posse, nisi relinquat corpus, & affigatur deo. b Fingunt se nescire quod sciunt.) Terẽciana imitatio, tu si sapis, quod scis nescias. c Sicut ea Cicero in Latinum vertit.) Libellus Ciceronis, qui de vniuersitate inscribitur, pars est Timæi Platonis. Græca Platonis verba subiiciam, vt ex eis emendemus Ciceronis locum, qui passim, vt ipse totus libellus, mendose legitur: Θεοὶ θεῶν ὧν ἐγὼ δημιουργὸς πατήρ τε ἔργων, οὓς διεμὸν γενόμενα ἄλυτα ἐμοῦγε θέλοντος. τὸ μὴ οὖν δὴ δεθὲν πᾶν λυτόν. Ὅ γε μὴν καλῶς ἁρμοσθὲν, εἰ ἔχοιν ἔυ, λύειν ἐθέλειν, κακὸν. δι' ἃ καὶ ἐπείπερ γεγένησθε, ἀθάνατοι μὲν οὐκ ἐστὲ, οὐδὲ ἄλυτοι τοι τοπάμπαν, οὐδὲ μὴν λυθήσεσθέτε, οὐδὲ τεύξεσθε θανάτου μοίρας, φόι ἐμῆς βουλήσεως μείζονος ἔτι δεσμοῦ, καὶ κυριωτέρου λαχόντες ἐκείνων, οἷς ὅτ' ἐγίγνεσθε συνεδεῖσθε. Hæc ad verbum interpretabor. Dij deorum, quorum operũ ego effector & pater sum, quæ per me facta sunt me volente insolubilia, solubile tamen est colligatum omne, verum pulchre coaptatum, & bene se habens, mali est velle dissoluere. Quo circa cum geniti sitis, immortales quidẽ nõ estis, nec omnino indissolubiles, nec dissoluemini tamẽ, nec mortis fato cõficiemini, sortiti volũtatẽ meã, quæ maius est, & verius vinculũ, quàm illa, quibus estis cum gigneremini colligati. Mutuatus est ferè Plato sententiam hanc ex Pythagoricis, & in primis ex libello Timæi Locri propter quem suum Timæum nominauit: apud Timæum hæc sunt verba: Διαλυόμενος ὦν ἄριστον γίγνοιμ, τοῦτον ἐποίει θεὸν γενατὸν, ὀυπτοκα φθαρτὸν ὄμμιον ὑπὸ ἄλλω αἰτίω ἔξω ὢν αὐτὸν συμπεταγμένῳ θεῷ, εἴποκα, δέοιτο αὐτὸν διαλύειν, ἀλλ' ὀυ γὰρ ἀταθῶ ἔτιν ὁρμᾷν ἐπιφθορᾷν γεννάματος καλλίσω. Verba sunt Doricæ dialecti, loquens de deo & mundo. Cũ vellet, inquit, opus optimum facere, hunc deum edidit, genitum quidem, sed nunquam interituram aliena causa, præter quam ipso deo, à quo compositus est, si quando ei venerit in mentem ipsum dissoluere. Sed non est bonum impetum capere perdendi pulcherrimum opus. d Vos qui sub mortalitatis fato.) Legendum: vos qui deorum fatu orti estis, & sic est apud Ciceronẽ. e Hęc sunt indissolubilia nutu meo.) Melius sic, quàm quomodo vulgo apud Ciceronem, quæ per me facta non sunt dissoluta me inuito. Vbi nullus est sensus, nisi legatur, me non inuito, ἐμοῦ οὐκοντος. f Sed haud quanquam bonum est.) Apud Ciceronẽ melius, haud quaquam boni est κακόν. g Ratione iunctum velle dissoluere.) Hæc quæ sequuntur, sic sunt scribenda, ratione vinctum velle dissoluere. Sed quoniam orti estis, immortales vos quidem esse & indissolubiles non potestis, nec vnquã tamẽ dissoluemini, neq; vos vlla mortis fata perimẽt &c. h Neque enim continuo cõcedendum est globos istos.) Hãc quæstionem soluere nunquam est Augustinus ausus: nam videbat Origenẽ cum Platone suo sensisse traxisseque in sententiam ingeniosos plerósque.

B

C

D

E

i Vocabulum vilem faciat palliatorum.) Toga Romanorum erat, pallium Græcorum: qui Græcanici volebant eruditione videri, palliati incedebãt, iiq; & cultu, & moribus, & eruditione Græca insignes, ac suspiciendi erant. Nam vt nunc artes omnes Latine traduntur, discuntúrque, ita tunc Græce. Raritas ipsa horum admirabiliores eos reddebat.

Contra eos, qui asserunt terrena corpora incorruptibilia fieri æterna non posse. Cap. XVII.

NOntendũt etiam isti terrestria corpora sempiterna esse non posse, cum ipsam vniuersam terram dei sui, non quidem summi, sed tamẽ magni, id est totius huius mundi membrum in medio positum, & sempiternum esse non dubitent. Cum ergo deus ille summus fecerit eis alterum, quem putãt deũ, id est, istum mundum, cæteris diis qui infra † eum sunt præferendum, eundemq; existimant esse animantem, anima scilicet sicut asserunt rationali vel intellectuali, in tam magna mole corporis eius inclusa, ipsiusq; corporis tanquam membra locis suis posita atq; digesta, quatuor constituerit elementa, quorum iuncturam, ne vnquam deus eorum tam magnus moriatur, indissolubilem, ac sempiternam velint, quid causæ est, vt in corpore maioris animantis tanquam medium membrum æterna sit terra, & aliorum animantium terrestrium corpora si deus sicut illud velit, æterna esse non possint? Sed terræ inquiunt, terra reddenda est [a], vnde animalium terrestrium sumpta sunt corpora, ex quo fit, inquiũt, vt ea sit necesse dissolui & emori: & eo modo terræ stabili, ac sempiternæ, vnde fuerant sumpta, restitui. Si quis hoc etiam de igne similiter affirmet, & dicat reddenda esse vniuerso igni corpora, quæ inde sumpta sunt, vt cœlestia fierent animalia, nonne immortalitas, quam talibus diis velut deo summo loquẽte promisit Plato, tanquam violentia disputationis huius intercidet? An ibi propterea non fit quia deus nõ vult, cuius voluntatem, vt ait Plato, nulla vis vincit? Quid ergo prohibet, vt hoc etiam de terrestribus corporibus deus possit efficere, quandoquidem, vt nec ea quæ tota sunt, occidant: nec ea quæ sunt iuncta, soluantur: nec ea quæ sunt ex elementis sumpta, reddantur, atq; vt animæ in corporibus constitutæ, nec vnquam ea deserant, & cum eis immortalitate, ac sempiterna beatitudine perfruantur, posse deum facere confitetur Plato? Cur ergo non possit, vt nec terrestria moriantur? An deus non est potens quousq; Christiani credunt, sed quousq; Platonici volunt? Nimirum quippe consiliũ dei & potestatẽ potuerunt philosophi; non potuerunt nosse prophetæ, cum potius econtrario dei prophetas ad enunciandam eius, quantum dignatus est voluntatem, spiritus eius docuerit, philosophos autem in ea cognoscẽda, cõiectura humana deceperit? Verum non vsq; adeo decipi debuerunt, non solum ignorantia, verum etiam peruicacia, vt & sibi apertissime refragẽtur magnis disputationum viribus, asserentes, animæ, vt beata esse possit, non terrenum tantum, sed omne corpus esse fugiendum: & terrestres deos rursus dicentes [b] habere beatissimas animas & tamen terrenis corporibus alligatas, cœlestes vero deos ignea compage ligatos. Iouis autem ipsius animam, quem mundum istum volunt, omnibus omnino corporeis elemẽtis, quibus hæc tãta moles à terra in cœlũ surgit, inclusam. Hãc enim animam Plato ab intimo terrę medio, quod geometrę cẽtrum vocãt [c], per omnes partes eius vsq; ad cœli summa & extrema diffundi, & extendi per numeros musicos [d] opinatur, vt sit iste mũdus animal maximũ, beatissimum, sempiternum, cuius anima & perfectam sapientiæ fœlicitatem teneret: & corpus proprium non relinqueret, cuiusq; corpus & in æternum ex illa viueret, & eam quanuis non simplex, sed tot corporibus tãtisq; compactum, hebetare atq; tardare non posset. Cũ igitur suspitionibus suis ista permittãt, cur nolunt, credere diuina voluntate atque potentia immortalia corpora fieri posse terrena, in quibus animæ nulla ab eis morte separatę, nullis eorum oneribus aggrauatę, sempiternæ ac fœliciter viuant, quod deos suos posse asserunt in corporibus igneis, Iouemq; ipsum eorum regẽ in omnibus corporeis elemẽtis? Nam si animæ, vt beata sit, corpus est omne fugiendum, fugiãt dij eorum de

† *aliâs, intra.*

Victoridanum hic legit ut Brugense.

F

globis

G globis ſyderum,fugiat Iuppiter de cœlo & terra, aut ſi non poſſunt,miſeri iudicentur.Sed neutrũ iſti volunt, qui neque à corporibus ſeparationem audent dare diis ſuis,ne illos mortales colere videantur, nec beatitudinis priuationem, ne infœlices eos eſſe fateantur. Non ergo ad beatitudinem conſequendam omnia fugienda ſunt corpora,ſed corruptibilia, moleſta, grauia, moribunda,non qualia fecit primis hominibus bonitas dei: ſed qualia eſſe compulit peccati pœna.

a Sed terræ inquiunt terra reddenda eſt.) Terram eſſe corpus & in terram abire ex ſacris literis eſt,& inde ad Græcos ſcriptores per Homerum manauit.Hic enim Hectoris cadauer terrã nominat. Et Phocylides antiquiſſimus ſcriptor:

Σῶμα γὰρ ἐκ γαίης ἔχομεν, καὶ πάντες ἐς αὖτις
Λυόμενοι κόνις ἐσμέν.

Ex terra corpus nobis eſt,rurſus in illam
Soluimur & puluis ſumus.

Et Euripides, quos verſus in primo Tuſculanarum quæſtionum vertit Cicero,in quibus ſunt eadem verba,quæ huc Auguſtinus inducit.

Mors eſt finitas omnibus,quæ generi humano angorem.
Neo quicquam afferunt,reddenda eſt terræ terra.

b Et terreſtres deos rurſus dicentes.)In exemplari Brugen. ſic eſt: Sed omne corpus eſſe fugiendum,& deos rurſus dicentes habere beatiſſimas animas,& tamẽ æternis corporibus illigatas cæleſtibus quidẽ & igneis. quæ lectio verior videtur. nã Auguſt. nihil hic locut⁹ eſt de diis terrenis.

Centrum. c Quod Geometræ centrũ vocãt.) Cẽtrũ eſt punctũ in medio ſiue orbe ſiue globo,à quo ad extimã parte omnes rectæ lineę ductæ ſunt æquę.ac ideo punctũ imaginantur eſſe centrũ,& inſectile: nam ſi ſecari poſſet,ac

H partes haberet,nec totum eſſet in medio,nec omnes ab eo radij ad circunflexum æquales eſſent, nempe qui non ab eadem parte traherentur. Plato in Timæo mundi animam in medinillio locatam à ſummo deo dicit,inde ſe in circuitum per vniuerſum porrexiſſe, & inducta cõuerſione animam vitamq; per mũdi corpus ſuſam eſſe diuinam, ſempiternam, & ſapientem. d Extendi per numeros muſicos.)De his Macrobius,Chalcidius & Marſilius Ficinus in compendio,quod præpoſuit Timæo Platonis,quem vel ipſe vertit, vel ab alio verſum incude ſua recuſum ædidit.Hi numeri obſcuritate ſua in prouerbium venerunt.

De terrenis corporibus, quæ philoſophi affirmant in cœleſtibus eſſe non poſſe,quia quod terrenum eſt naturali pondere uocetur ad terram.

Caput XVIII.

Sed neceſſe eſt,inquiunt, vt terrena corpora naturale pondus vel in terra teneat, vel cogat ad terram, & ideo in cœlo eſſe non poſſunt. Primi quidẽ illi homines in terra erãt nemoroſa atque fructuoſa,quæ paradiſi nomen obtinuit. Sed quia & ad hoc reſpondendũ eſt, vel propter Chriſti corpus,cum quo aſcẽdit in cœlum, vel propter ſanctorũ, qualia in reſurrectione futura ſunt,intueantur paulo attentius pondera ipſa terrena. Si enim ars

I humana efficit,vt ex metallis,quæ in aquis poſita,continuo ſubmerguntur,quibuſdam modis vaſa fabricata etiam natare poſſint,quãto credibilius & efficatius occultus aliquis modus operationis dei, cuius omnipotẽtiſſima volũtate Plato dicit,nec orta interire, nec colligata poſſe diſſolui,cum multo mirabilius incorporea corporeis,quàm quæcunq; corpora quibuſcunq; corporibus copulentur, poteſt molibus præſtare terrenis [a], vt nullo in ima pondere deprimantur, ipſiſq; animis perfectiſſime beatis: vt quanuis terrena tamen incorruptibilia iam corpora vbi volunt ponant, & quo volunt, agãt,ſitu motuq; facillimo?An vero ſi hoc angeli faciãt [b], vt quælibet animalia terreſtria rapiãt,vnde libet,conſtituantq; vbi libet,aut eos ſine labore nõ poſſe,aut onera ſentire credendum eſt?Cur ergo ſanctorũ perfectos atq; beatos diuino munere ſpiritus ſine vlla difficultate poſſe ferre,quò voluerint,& ſiſtere vbi voluerint ſua corpora nõ credamus, Nam cum terrenorum corporum ſicut onera in geſtando ſentire cõſueuimus,quanto maior eſt quantitas [c], tanto maior fit & grauitas,ita vt plura pondo quàm pauciora plus pre-

mant, membra tamen ſuæ carnis leuius portat anima K cum in ſanitate robuſta ſunt,quàm in languore cũ macra ſunt.Et cum aliis geſtantibus oneroſior ſit ſanus & validus,quàm exilis & morbidus,ipſe tamen ad ſuum corpus mouendum atque portandum agilior eſt, cũ in bona valetudine plus habet molis, quàm cum in peſte vel in fame minimum roboris. Tãtum valet in habẽdis etiam terrenis corporibus,quanuis adhuc corruptibilibus atque mortalibus non quantitatis pondus, ſed temperationis modus.Et quis verbis explicet quãtum diſtat inter præſentem,quam dicimus ſanitatẽ, & immortalitatem futuram? Non itaq; noſtram fidem redarguant philoſophi de ponderibus corporum. Nolo enim quęrere cur non credãt terrenum poſſe eſſe corpus in cœlo,cũ terra vniuerſa libretur in nihilo [d]. Fortaſſis enim de ipſo medio mundi loco eo,quod in eum coëant quæque grauiora, etiam argumentatio veriſimilior habeatur.Illud dico,ſi dij minores quibus inter animalia terreſtria cætera etiam hominem faciẽdum commiſit Plato,potuerunt ſicut dicit ab igne remouere vrendi [e] qualitatẽ, lucendi relinquere quæ per oculos emicaret, ita ne deo ſummo concedere dubitabimus,cuius ille voluntati poteſtatiq; ne moriantur cõceſſit,quæ orta ſint, & tam diuerſa tã diſſimilia, id eſt, L corporea & incorporea ſibimet connexa, nulla poſſint diſſolutione ſeiũgi,vt de carne hominis cui donat immortalitatem,corruptionem auferat, naturam relinquat,congruentiã figuræ membrorumq; detineat, detrahat ponderis tarditatem? Sed de fide reſurrectionis mortuorũ,& de corporibus eorum immortalibus diligenti⁹,ſi deus voluerit,in fine hui⁹ operis diſſerẽdũ eſt.

a Poteſt molibus præſtare terrenis.) Hæc à deo fiunt omnipotentia ſua & hominibus admiranda,in eiſque credẽdis eſt meritum fidei,quam deo habemus.Miror in ſcholis de his & ſimilibus inquiri diffiniriq; ex rationibus huius naturæ. b An vero ſi hoc angeli faciant.) Quanta ſit vniuſcuiuſque angeli vis, vt naturæ rationes, ac ſcholas preteream,ex illo vno dicto faciamus coniectura,quòd angelus dñi percuſſit vna nocte.180000.virorũ de exercitu Aſſyriorũ.4.Reg. 19.cat nunc humanum genus & iactet ſuperbam ſuam infirmitatem.

c Quanto maior eſt quantitas.)Non eſt hic de quantitate ſecũdi prædicamenti argutandum,nec an res ſit alia,quam ipſum quod facit quantum,an eadem. Quantitatem hic pro mole capit, vt capi ſolet.

d Cum terra vniuerſa libretur in nihilo.)Non in nihilo, ſed in aëre, cæterum qui terræ ponderi cederet, ni illa medium mundi nacta vi ſua ibi ſe ſiſteret immobilem ita vt mirati ſint plerique philoſophorum, eam non cadere, cum in aëre pendeat. Ideo fulciri columnis ſunt arbitrati:verum caſus, quem putant deſcenſus non eſſet,ſed aſcenſus: quoquo verſus enim à medio ad cœlum moueatur,aſcendet. Et quemadmodum mirandum nõ eſt,eam ex noſtra parte non ſe in cœlum extollere, ita nec ex alia quauis non ſe ad ambitum cœleſtem agere: nam idẽ eſſet vbique motus,qui hinc in cœlum,quippe in globo medium eſt vndique infimum,extimum,ſupremum.Sed haud dubie ſuſpendiſſe in leui & cedenti aëre molem tam immanem immotam admirandũ,& adorãdũ eſt. Terra pilæ ſimilis nullo fulcimine nixa

Aëre ſuſpenſo tam graue pendet onus,inquit Ouid. e Potuerunt ſicut dicit ab igne remouere vrendi.)Plato in Timæo de fabrica humani corporis loquens,oculos,inquit participes factos illius ignis, qui non vrit,ſed gratam lucem diémque mũdo afferr:ſolarem denotat. Nam intimum corporis noſtri ignem huius cœleſtis germanum per hanc partẽ, ſed præcipue per pupillam emanare dij iuſſerunt,non tamen craſſiorem illum,& turbulentũ, ſed defecatiorem & puriorẽ,idcirco cum diei lumẽ ſe huic noſtro cõiungit in cõplexu & cohęrentia duarum rerum tam cognatarum eiuſdemq; naturæ,fit viſio. Colores quoque eodem opere ne per aliud fiat viſus,quàm per ignem,fulgores eſſe diffiniuit è corporious manantes.Illa quæſtio non eſt hoc loco tractanda,ſiãtne viſio emiſſo in res ab oculo radio,an à rebus ad oculum recepto. Plato exire vult radiũ ab oculo, cuius ſententiam Ariſtoteles in libello de ſenſoriis refellit, in problematis videtur probare. Stoici ad res ire radios dicunt, quos Auguſtinus in opere de trinitate ſecutus eſt,& multi Peripateticorũ. Alexãder Aphrodiſieus prodire ab oculis ſpiritus cenſet, alij ad oculos potius tẽdere vt Plinius.Hali Arabs egredi & regredi ab oculo ad oculum ſpecies incredibili celeritate arbitratur.Recẽtiores Peripatetici ſecuti Guillelmum Ochamum,& Durandum Portianum,nullas ſpecies hinc vel inde relinqui,ſed hæc aliãs.Plato vero & emittere aliquid oculum, & recipere vult. *Viſio quomodo fiat.*

Contra eorum dogmata,qui primos homines ſi non peccaſſent immortales futuros fuiſſe non credunt.

Caput XIX.

Nunc de

A Nunc de corporibus primorũ hominum quod inſtituimus explicemus: quoniam nec mors iſta,quæ bona perhibetur bonis, nec tantum paucis intelligentibus ſiue credentibus, ſed omnibus nota eſt, qua fit animæ à corpore ſeparatio, qua certe corpus animantis, quod euidenter viuebat, euidenter emoritur, eis potuiſſet accidere, niſi peccati meritum ſequeretur. Licet enim iuſtorum, ac piorum animæ defunctorum,quod in requie viuant, dubitare fas non ſit,vſqueadeo tamen eis melius eſſet cum ſuis corporibus bene valentibus [a] viuere, vt etiam illi qui omnimodo eſſe ſine corpore beatiſſimum exiſtimant, hanc opinionem ſua ſententia repugnante conuincãt. Neque enim quiſquam audebit illorum ſapientes homines,ſiue morituros,ſiue iam mortuos,id eſt, aut carentes corporibus,aut corpora relicturos, diis immortalibus anteponere,quibus deus ſummus apud Platonẽ munus ingens indiſſolubilem ſcilicet vitã,id eſt,æternum cum ſuis corporibus conſortium pollicetur.Optime autem cum hominibus agi arbitratur idem Plato, ſi tamen hanc vitã pie iuſteq; peregerint,vt à ſuis corporibus ſeparati, in ipſorum deorum qui ſua corpora B nunquam deſerunt,recipiantur ſinum. Scilicet immemores ſupera,vt contexa reuiſant: Rurſus & incipiant in corpora velle reuerti. Quod Vergilius ex Platonico dogmate dixiſſe laudatur. Ita quippe animas mortaliũ,nec in ſuis corporibus ſemper eſſe poſſe exiſtimat, ſed mortis neceſſitate diſſolui,nec ſine corporibus durare perpetuo, ſed alternantibus vicibus indeſinenter viuos ex mortuis, & ex viuis mortuos fieri putat, vt à cæteris hominibus hoc videantur differre ſapientes [b], quod poſt mortẽ feruntur ad ſydera,vt aliquanto diutius in aſtro ſibi congruo quiſque requieſcat, atq; inde rurſus miſeriæ priſtinæ oblitus, & cupiditate habendi corporis victus, redeat ad labores erumnaſq; mortalium.Illi vero qui ſtultam duxerunt vitam,ad corpora ſuis meritis debita, ſiue hominũ, ſiue beſtiarũ de proximo reuoluantur. In hac itaq; duriſſima conditione conſtituit etiam bonas atque ſapientes animas, quibus non talia corpora diſtributa ſunt, cum quibus ſemper atq; immortaliter viuerent,vt neq; in corporibus permanere,neq; ſine his poſſint in æterna puritate durare. De quo Platonico dogmate iam in libris ſuperioribus diximus, Chriſtiano tempore erubuiſſe Porphyrium, & nõ ſolum ab humanis animis remouiſſe corpora beſtiarum,verumetiam ſapientiũ animas ita voluiſſe de corporeis nexibus liberari,vt corpus omne fugientes beatæ apud patrem ſine fine teneantur. Itaq; nẽ à Chriſto vinci videretur,vitam ſanctis pollicẽte perpetuam,etiam ipſe purgatas animas ſine vllo ad miſerias priſtinas reditu,in æterna,fœlicitate conſtituit. Et vt Chriſto aduerſaretur,reſurrectionẽ incorruptibiliũ corporum negans,nõ ſolum ſine terrenis,ſed ſine vllis omnino corporibus eas aſſeruit in ſempiternũ eſſe vecturas. Nec tamen iſta qualicunque opinione præcepit, ſaltem ne diis corporatis religionis obſequio ſubderẽtur. Quid ita,niſi quia eas quanuis nulli corpori ſociatas,non credidit illis eſſe meliores?Quapropter,ſi non audebunt iſti,ſicut eos auſuros eſſe non arbitror, diis beatiſſimis,& tamen in æternis corporibus cõſtitutis, humanas animas anteponere,cur eis videtur abſurdũ, quod fides Chriſtiana prædicat,& primos homines ita fuiſſe conditos,vt ſi non peccaſſent,nulla morte à ſuis corporibus ſoluerentur,ſed pro meritis obedientię cuſtoditæ immortalitate donati,cũ eis viuerent in æternũ:& talia ſanctos in reſurrectione habituros ea ipſa, D in quibus hic laborauerunt corpora,vt nec eorum carni aliquid corruptionis,vel difficultatis, nec eorũ beatitudini aliquid doloris & infœlicitatis poſſit accidere?

a Cum ſuis corporibus bene valentibus.)Si eis illa neceſſe eſſet accidere,quę Platoni eſt viſum,quod ſtatim explicat. b Vtà cæteris hominibus hoc videantur differre ſapientes.) Platonis in Phædro ex animabus alias dicit optime deum ſecutas, & ſimiles illius redditas,cáſque cum cõuexo cœli verti,quouſque in inferiorem partẽ vergat,tum eas decidere. Alias modo ſe erigere,ãlias ſubmerſas prorſum ferri:illas eſſe ſapiẽtiſſimas,has ſtultiſſimas: medias eſſe etiã in vita mediæ eiuſdem ſortis,inter ſtultitiam & ſapientiam.Itaq; anima ſapiens elato in ſupercœleſtem plagam capite fertur,quouſque neceſſitate vertiginis in deuexum it præceps,& definit verum videre: aliæ ſuapte ſponte fractis alis ruunt,nec dum voluatur orbis expectãt,ſed prius fiũt miſeræ. Deinde ait philoſophorum animas,poſt tria annorum milia,ad aſtrum vnde diſceſſerant,remigrare: aliorum vero animas non ante decem annorum milia.

Quod caro ſanctorum,quæ nunc requieſcit in ſpe, in meliorem reparanda ſit qualitatem, quàm fuit primorum hominum ante peccatũ. Caput.XX.

Proinde nunc ſanctorum animę defunctorũ, ideo non habẽt grauem mortem,qua ſeparatæ ſunt à corporibus ſuis,quia caro eorum requieſcit in ſpe,quãlibet ſine vllo iam ſenſu contumelias accepiſſe videatur. Non enim ſicut Platoni viſum E eſt,corpora obliuionem deſiderãt:ſed potius, quia meminerunt,quid ſibi ab eo ſit promiſſum, qui neminem fallit:qui eis etiam de capillorum ſuorum integritate [a] ſecuritatem dedit,reſurrectionem corporum, in quibus multa dura perpeſſi ſunt, nihil in eis vlterius tale ſenſuri deſiderabiliter & patienter expectant. Si enim carnem ſuam non oderant [b], quando eam ſuæ menti infirmitate reſiſtentem,ſpiritali iure coërcebant, quãto magis eam diligunt etiam ipſam ſpiritalem futurã? Sicut enim ſpiritus carni ſeruiens non incongrue carnalis,ita caro ſpiritui ſeruiens recte appellatur ſpiritalis,non quia in ſpiritum cõuertetur, ſicut nonnulli putant [c], ex eo quod ſcriptum eſt: Seminatur corpus animale,reſurgit corpus ſpiritale: ſed quia ſpiritui ſumma & mirabili obtemperandi facilitate ſubdetur, vſq; ad implendã immortalitatis iudiſſolubilis ſecuriſſimã voluntatem,omni moleſtiæ ſenſu, omni corruptibilitate & tarditate detracta. Non ſolũ enim non erit tale quale nũc eſt in quauis optima valetudine,ſed nec tale, quidem,quale fuit in primis hominibus ante peccatũ. F Qui licet morituri non eſſent niſi peccaſſent, alimentis tamen vt homines vtebantur, nondum ſpiritalia, ſed adhuc corporalia geſtantes *†. Quæ licet ſenio non veteraſcerent,vt neceſſitate perducerentur ad mortẽ. Qui ſtatus eis de ligno vitæ, quod in medio paradiſi, cum arbore vetita ſimul erat, mirabili dei gratia præſtabatur:tamen & alios ſumebant cibos, præter vnam arborem,quæ fuerat interdicta, nõ quia ipſa erat malum,ſed propter commẽdandũ puræ & ſimplicis obedientiæ bonum,quæ magna virtus eſt rationalis creaturæ ſub creatore domino cõſtitutæ. Nam vbi nullum malum tangebatur,profecto ſi prohibitum tãgeretur, ſola inobedientia peccabatur. Alebantur ergo aliis quæ ſumebant,ne animalia corpora moleſtię aliquid eſuriendo,ac ſitiendo ſentirent. De ligno autẽ vitæ propterea guſtabatur,ne mors eis vndecunq; ſubreperet, vel ſenectute confecti decurſis temporum ſpatiis interirent,tanquam cætera eſſent alimento, illud ſacramento:vt ſic fuiſſe accipiatur lignum vitæ in paradiſo corporali,ſicut in ſpiritali, hoc eſt intelligibili paradiſo ſapientia deinde qua ſcriptum eſt, Lignum vitæ eſt omnibus amplectentibus eam.

a Vt à cæteris hominibus hoc videantur differre ſapientes.)

†aliãs, animalia corpora terrena geſtãtes.

Prouer. 3.

Qui eis

a QVi eis etiam de capillorũ ſuorum integritate.)Capillus è capite veſtro non peribit:Lucæ.xxj. b Si enim carnẽ ſuam non oderant.)Carnem ſuam nemo odio habuit: ad Ephe.v. c Non quia in ſpiritum conuertetur,ſicut nonnulli putãt.) Origenes in libris περὶ ἀρχῶν, ait fore, vt omnis corporea creatura in ſpiritalia corpora mutetur,& cuncta ſubſtãtia in vnũ corpus mundiſſimũ & omni ſplendore purius conuertatur, ac tale quale nunc humana mens cogitare non poteſt:& poſt,inquit,erit deus omnia in omnibus,vt vniuerſa natura corporea redigatur in eam ſubſtantiam, quæ omnibus melior eſt in diuinam ſcilicet,qua nulla eſt melior.

De paradiſo in quo primi homines fuerant,quod recte poſſit ſignificatione eius ſpiritale aliquid intelligi ſalua ueritate narrationis hiſtoricæ de corporali loco. Caput XXI.

VNde nõnulli totũ illũ paradiſum [a] vbi primi homines parentes generis humani ſanctæ ſcripturæ veritate fuiſſe narrãtur, ad intelligibilia referunt, arboresq; illas, & ligna fructifera in virtutes vitę moresq; conuertunt,tanquam viſibilia & corporalia illa nõ fuerint [b],ſed intelligibiliũ ſignificãdorũ cauſa eo modo dicta,vel ſcripta ſint. Quaſi propterea non potuerit eſſe paradiſus corporalis, quia poteſt etiam ſpiritalis intelligi: tanquam ideo nõ fuerint duæ mulieres Agar & Sara,& ex illis duo filij Abrahę, vnus de ancilla,alius de libera, quia duo teſtamenta in eis figurata dicit Apoſtolus: aut ideo de nulla petra Moyſe percutiente aqua defluxerit,quia poteſt illic figurata ſignificatione etiam Chriſtus intelligi, eodem Apoſtolo dicente, petra autem erat Chriſtus. Nemo itaq; prohibet intelligi paradiſum, vitam bonorum *†: quatuor eius flumina [c], quatuor virtutes, prudentiam, fortitudinem,temperantiam, atque iuſtitiam: & ligna eius,omnes vtiles diſciplinas: & lignorũ fructus, mores piorum:& lignum vitæ, ipſam bonorum omnium matrem ſapientiam:& lignum ſcientiæ boni & mali, tranſgreſſi mandati experimentum. Pœnã enim peccatoribus bene vtiq;,quoniam iuſte,conſtituit deus,ſed non bono ſuo experitur homo. Poſſunt hæc etiam in eccleſia intelligi,vt ea melius accipiamus tanquã prophetica indicia præcedẽtia futurorum. Paradiſum ſcilicet ipſam eccleſiam, ſicut de illa legitur in cantico [d] canticorum:quatuor autem paradiſi flumina, quatuor Euãgelia:ligna fructifera,ſanctos: fructus autem eorũ, opera eorum:lignum vitæ ſanctum ſanctorum vtique Chriſtum:lignum ſcientię boni & mali,proprium voluntatis arbitrium. Nec ſeipſo quippe homo diuina voluntate cõtempta,niſi pernicioſe vti poteſt, atq; ita diſcit,quid interſit,vtrum inhæreat communi omnibus bono,an proprio delectetur. Se quippe amans donatur ſibi:vt inde timoribus, mœroribusq; completus cantet in Pſalmo,ſi tamen mala ſua ſentit, Ad meipſum anima mea turbata eſt:correctuſq; iam dicat, Fortitudinẽ meam ad te cuſtodiam. Hæc & ſi qua alia commodius dici poſſunt de intelligendo ſpiritaliter paradiſo, nemine prohibente dicantur,dum tamen & illius hiſtoriæ veritas fideliſſima rerum geſtarum narratione cõmendata credatur.

Gal.4. 1.Cor.10. *† aliàs beatorum. Cantico.4 Pſal.41. Pſal.58.

a Paradiſus. VNde nõnulli totum illum paradiſum.)De paradiſo tres fuiſſe opiniones refert idem Auguſtinus lib.de Gene.viij. Alij paradiſum ſpiritalem tantum:alij corporalẽ tantum, alii vtrumque ſimul ponebant,quod ſibi potiſſimũ probari Auguſt. fatetur, Verum vbi fuerit paradiſus.non parum inter noſtros ſcriptores ambigitur.Ioſephus ad Orientem plagam ſtatuit. Idem Beda confirmat, additque circunfuſam oceano regionem à reliquo mundo ſeparatam, nec adiri poſſe,tãtaq; eſſe altitudine,vt lunam ipſam pertingat. Plato amœniſſimum illum in Phædone locũ ſupra imbres omnes,flatus, fulminaq; conſtituit,quod aliis veriſimile non eſt viſum. Albertus Grotus Auicennam,ſed & vetuſtiores Polybiũ,& Eratoſtenem ſecutus ſub æquinoctiali temperatiſſimam omnium ſtatuit regionẽ,contra veterum ferè placita,qui nihil habitari ſub via ſolis voluerunt:æquinoctialis vero medium interſecat cingulum torridum,duobus punctis in ariete & libra ſignifi-

rum attingens.Ibi ergo maximã temperiẽ cenſent duodecim horis toto anno lucis,totidem tenebrarum,hoc loco paradiſum ſtatuit.Scotus cum eo ſenſit,nec contraria eſt opinio ponentiũ paradiſum in Oriente.Nam & ſuus eſt Oriens ſuiũque Occidens ipſi æquinoctiali circo, ſuntq; qui per gladium igneum aduſtum cæli terrarũque cingulum intelligãt, in quo ſunt fulminum iactus & fulgetrarum accẽſiones,ſicut Arrianus ſcribit.Ex ſacris literis vbi ſit paradiſus non liquere Hieronymus putat, & ſi vulgo in Edẽ ab Oriente verterunt.LXX. κὰτ ἀνατολὰς. Sed Oriẽs late patet.Hieronym° ſic inquit,pro paradiſo ortum habet,id eſt, Gan. Porrò Edem delitiæ interpretatur. pro quo Symmachus trãſtulit paradiſum florentem.Necnon quod ſequitur contra Orientem, in Hebræo mikkedem ſcribitur, quod Aquila poſuit ἀπὸ ἀρχῆς, & nos ab exordio poſſumus dicere. Symmachus vero ἐκ πρώτης, & Theodotio ἐν πρώτοις. quod & ipſum non Orientem,ſed principium ſignificat. Ex quo manifeſtiſſime comprobatur,quod priuſquam cœlum & terram deus faceret, paradiſum ante condiderat,ſicut & legitur in Hebræo:Plantauerat antẽ deus paradiſum Edẽ à principio.Hæc apud Hieronymũ. b Tanquã viſibilia & corporalia nõ fuerint.)Nemo negat paradiſum ἀκωματικῶς, poſſe ad res ſpiritales trãſferri,vt Ambroſius fecit libro de paradiſo. Sed reuera paradiſum locum non fuiſſe arboribus conſitum,& amœniſſimũ, ſicut Damaſcenus ſcribit,& ſimilem illis Elyſiis poëtarum campis, ſacri ſcriptores magno conſenſu reclamant.Hieronymus in Danielem:Vnde eorũ deliramenta conticeſcant,qui vmbras & imagines in veritate quærentes,ipſam conantur euertere veritatem,vt flumina,& arbores, & paradiſum putẽt allegoriæ legibus ſe debere ſubruere.Huius opinionis fuit Origenes,qui totam illam de paradiſo narrationem,ſic ad ſpiritalẽ ſenſum vertit,vt Auguſtinus docet,paradiſũque in tertio ſtatuit cœlo: ſic dici Apoſtolum Paulum vſq; in tertiũ cœlum, & paradiſum eſſe ſublatũ. c Quatuor eius flumina.)Nilus Aegypti, Euphrates & Tygris Syrię, Ganges Indiæ, quorum idcirco veri fontes ignorantur, & ſubter Oceanum aluco in noſtrum mare penetrant,qua de cauſa Aegyptij ſacerdotes,Nilum Oceanum nuncupabant,vt Herodotus ſcribit. d Sicut de illa legitur in cantico.)Canticorum.iiij. Hortus concluſus, ſoror mea, ſponſa,hortus concluſus,fons ſignatus, emiſſiones tuæ paradiſus malorum Punicorum.

De corporibus ſanctorum poſt reſurrectionem, quæ ſic ſpiritalia erunt,ut non in ſpiritum caro uertatur. Caput XXII.

CORpora ergo iuſtorum quæ in reſurrectione futura ſunt,neque vllo ligno indigebunt, quo fiat, vt nullo morbo, vel ſenectute inueterata moriantur: neque vllis aliis corporalibus alimentis,quibus eſuriendi, aut ſitiendi qualiſcunq; moleſtia deuitetur:quoniã certo & omnimodo inuiolabili munere immortalitatis induentur,vt non niſi velint,poſſibilitate,nõ neceſſitate veſcantur. Quod angeli quoq; viſibiliter & tractabiliter apparẽtes, non quia indigebant, ſed quia volebant & poterant, vt hominibus cõgruerent ſui miniſterij quadam humanitate fecerunt. Neq; enim in phantaſmate angelosediſſe credendum eſt [a],quando eos homines hoſpitio ſuſceperunt [b]: quãuis vtrum angeli eſſent,ignorantibus, conſimili nobis indigentia veſci viderentur. Vnde eſt quod ait angelus in libro Thobiæ:Videbatis me manducare, ſed viſu veſtro videbatis:id eſt, neceſſitate reficiendi corporis,ſicut vos facitis,me cibum ſumere putabatis. Sed ſi forte de angelis aliud credibilius diſputari poteſt:certe fides Chriſtiana de ipſo ſaluatore [c] nõ dubitat:quod etiam poſt reſurrectionẽ iam quidem in ſpiritali carne,ſed tamen vera,cibum,ac potũ cum diſcipulis ſumpſit. Non enim poteſtas,ſed egeſtas edendi,ac bibendi, talibus corporibus auferetur. Vnde & ſpiritalia erunt: non quia corpora eſſe deſiſtent,ſed quia ſpiritu viuificante ſubſiſtent.

Thobiæ.12

a NEque enim phantaſmate angelos ediſſe credẽdum eſt.) Non ita edebant angeli,vt nos,quorum cibus per guttur in ventriculum demiſſus conficitur, & ſuccus per venas in ſingula diſtribuitur membra,alitúrque corpus: ſed nec ſic tamen edebant,vt oculis humanis illuderent velut præſtigiis, quod mouere viderentur,quod pro maxillis haberent,non mouerent tamen, comminuere ſuis illis dentibus panem, aut carnes, quæ remanerent integræ. Vere enim mandebant,ſed non alebantur. b Quando eos homines hoſpitio ſuſceperunt.)Abraham & Loth in Geneſi,Thobias in libro Thobiæ. c Certe fides Chriſtiana de ipſo ſaluatore.)Luc. vigeſimo tertio.quo loco Beda ſic dicit:Aliter aquam abſorbet terra ſitiens, aliter ſolis radius calens.Illa indigentia,iſte potẽtia. Ita,que cibus ille à domino non eſt,vt à noſtris corporibus ſolet,ſumptus: ſed gloria illa cõſumptus, non verſus in corporis ſubſtantiam.

Quid in-

A *Quid intelligendum ſit de corpore animali, & de corpore ſpiritali: ut qui moriuntur,in Adam: qui uero uiuificantur,in Chriſto.* Caput XXIII.

NAm ſicut iſta quæ habent animam viuentẽ, nondum ſpiritũ viuificãtem,animalia dicũtur corpora:nec tamen animæ ſunt, ſed corpora,ita illa ſpiritalia vocantur corpora. Abſit tamen vt ſpiritus ea credamus futura, ſed corpora carnis habitura ſubſiſtentiam, ſed nullam tarditatem, corruptionemq; carnalem ſpiritu viuificante paſſura. Tunc iam nõ terrenus,ſed cœleſtis homo erit, nõ quia corpus quod de terra factũ eſt,non ipſum erit, ſed quia dono cœleſti iam tale erit,vt etiam cœlo incolendo,nõ amiſſa natura,ſed mutata qualitate conueniat. Primus autem homo de terra terrenus, in animam viuentem factus [a] eſt,non in ſpiritum viuificantem [b],quod ei per obedientiæ meritum ſeruabatur. Ideo corpus eius quod cibo,ac potu egebat,ne fame afficeretur ac ſiti, & non immortalitate illa abſoluta atq; indiſſolubili,ſed ligno vitæ à mortis neceſſitate prohibebatur, atque in iuuẽtutis flore retinebatur,non ſpiritale,ſed animale fuiſſe non dubium eſt:nequaquam tamẽ moriturum, niſi in dei prædicentis minantiſq; ſententiã delinquẽdo corruiſſet.Et alimentis quidem etiam extra paradiſum nõ negatis,à ligno tamen vitæ prohibitus tardius eſſet tẽpore [c] vetuſtateq; finiendus in ea duntaxat vita, quam in corpore licet animali donec ſpiritale obedientiæ merito fieret,poſſet in paradiſo niſi peccaſſet habere perpetuam. Quapropter etiamſi mortem iſtã manifeſtã, qua fit animæ à corpore ſeparatio, intelligamus ſimul ſignificatam,in eo quod deus dixerat: Qua die ederitis ex illo,morte moriemini [d],non ideo debet abſurdũ videri,quia non eo prorſus die à corpore ſunt ſoluti, quo cibum interdictũ mortiferumq; ſumpſerunt.Eo quippe die mutata in deterius vitiataq; natura, atq; à ligno vitæ ſeparatione iuſtiſſima mortis in eis etiam corporalis neceſſitas facta eſt, cum qua nos neceſſitate nati ſumus. Propter quod Apoſtolus nõ ait, corpus quidem moriturum eſt propter peccatum:ſed ait, corpus quidẽ mortuum eſt propter peccatum,ſpiritus autem vita eſt propter iuſtitiam. Deinde ſubiungit: Si autem ſpiritus eius qui ſuſcitauit Chriſtum à mortuis habitat in vobis, qui ſuſcitauit Chriſtum à mortuis viuificabit & mortalia corpora veſtra,per inhabitantem ſpiritũ eius in vobis. Tunc ergo erit corpus in ſpiritum viuificantem,quod nunc eſt in animam viuẽtem:& tamẽ mortuum dicit Apoſtolus, quia iam moriendi neceſſitate conſtrictũ eſt. Tunc autem ita erat in animam viuentem,quamuis non in ſpiritum viuificantem, vt tamen mortuum dici recte non poſſet,quia niſi perpetratione peccati neceſſitatem moriẽdi habere non poſſet. Cum vero deus & dicendo:Adam vbi es? mortem ſignificauerit animæ, quæ facta eſt illo deſerente, & dicendo, Terra es,& in terram ibis: mortem ſignificauerit corporis,quæ illi fit anima decedente,propterea de morte ſecunda nihil dixiſſe credendum eſt, quia occultã eſſe volnit, propter diſpenſationem teſtamenti noui, vbi ſecũda mors apertiſſime declaratur, vt prius iſta mors prima,quæ communis eſt omnibus, proderetur ex illo veniſſe peccato,quod in vno cõmune factũ eſt omnibus:mors vero ſecunda nõ vtiq; communis eſt omnibus propter eos,qui ſecundum propoſitum vocati ſunt ſanẽti, quos ante præſciuit, & prædeſtinauit, ſicut ait Apoſtolus,conformes fieri imaginis filij ſui, vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus,quos à ſecunda morte per mediatorem dei gratia liberauit. In corpore ergo animali primum hominem factũ, ſicut Apoſtolus loquitur. Voles enim ab ſpiritali quod in reſurrectione futurum eſt,hoc quod nũc eſt,animale diſcernere: Seminatur, inquit, in corruptione, ſurget * in incorruptione:ſeminatur in cõtumelia,ſurget in gloria: ſeminatur in infirmitate, ſurget in virtute: ſeminatur corpus animale,ſurget corp° ſpiritale. Deinde vt hoc probaret,ſi eſt,inquit,corpus animale,eſt & ſpiritale. Et vt quid eſſet corpus animale,oſtenderet,ſic inquit, ſcriptũ eſt:Factus eſt primus homo in animã viuentem. Iſto igitur modo voluit oſtendere,quid ſit corpus animale, quãuis ſcriptura non dixerit de primo homine,qui eſt appellatus Adam, quando illa anima flatu dei creata eſt,& factus eſt homo in corpore animali, ſed factus eſt homo in animam viuentem. In eo ergo quod ſcriptum eſt:Factus eſt primus homo in animã viuentem, voluit Apoſtolus intelligi corpus hominis animale. Spiritale autẽ,quemadmodum intelligendũ eſſet,oſtẽdit,addendo,Nouiſſimus autem Adam in ſpiritum viuificantem:proculdubio Chriſtum ſignificans,qui iam ex mortuis ita reſurrexit, vt mori omnino deinceps non poſſit. Deinde ſequitur,& dicit: Sed non primum quod ſpiritale eſt, ſed quod animale,poſtea ſpiritale. vbi multo apertius declarauit, ſe animale corpus inſinuaſſe in eo quod ſcriptum eſt:Factũ eſſe primum hominem in animã viuentem: ſpiritale autẽ in eo quod ait, Nouiſſimus Adam in ſpiritum viuificantem. Prius eſt enim animale corpus: quale habuit primus Adam, quanuis non moriturũ,niſi peccaſſet:quale nunc habemus & nos, hactenus eius mutata, vitiataq; natura, quatenus in illo,poſtea quàm peccauit,effectũ eſt,vnde haberet iam moriendi neceſſitatẽ:quale pro nobis etiã Chriſtus primitus habere dignatus eſt: non quidẽ neceſſitate,ſed poteſtate: poſtea vero ſpiritale, quale iam præceſſit in Chriſto,tãquam in capite noſtro,ſequuturum eſt autem in membris eius vltima reſurrectione mortuorum. Adiungit deinde Apoſtolus, duorũ iſtorũ hominum euidentiſſimã differentiam,dicens: Primus homo de terra terrenus:ſecundus homo de cœlo,cœleſtis. Qualis terrenus,tales & terreni:qualis cœleſtis,tales & cœleſtes. Et quomodo induimus imaginem terreni,induamus & imaginem eius,qui de cœlo eſt. Hoc Apoſtolus ita poſuit,vt nunc quidem in nobis ſecundũ ſacramentũ regenerationis fiat,ſicut alibi dicit, Quotquot in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis: re autem ipſa tunc perficietur,quum & in nobis quod eſt animale naſcendo,ſpiritale factum fuerit reſurgendo. Vt enim eiuſdẽ verbis vtar: Spe ſalui facti ſumus. Induimus autẽ imaginem terreni hominis propagatione præuaricationis & mortis,quam nobis intulit generatio:ſed induimus imaginẽ cœleſtis hominis gratia indulgentiæ,vitæq; perpetuę:quod nobis præſtat regeneratio:nõ niſi per mediatorem dei & hominum,hominem Ieſum Chriſtum:quem cœleſtem hominem vult intelligi, quia de cœlo venit, vt terrenæ mortalitatis corpore veſtiretur, quod cœleſti immortalitate veſtiret. Cœleſtes vero ideo appellat,& alios: quia fiunt per gratiã mẽbra eius:vt cũ illis ſit vnus Chriſtus, velut caput & corpus. Hoc in eadẽ epiſtola euidẽtius ita ponit: Per hominẽ mors, & per hominẽ reſurrectio mortuorũ. Sicut enim in Adã omnes moriũtur: ita & in Chriſto omnes viuificabũtur. Iam vtiq; in corpore ſpiritali quod erit in ſpiritũ viuificantẽ: non quia omnes qui in

Gene.2. Roma.8. Gene.3. Ibidem. Roma.8. 1.Corin.15 *ſurgit. & ſic deinceps. Gene.2. Gene.2. 1.Corin.15 1.Corin.15 1.Corin.15 Gala.3. Roma.8. 1.Timo.2. 1.Corin.15

p Adam

G Adam moriũtur,membra erunt Christi.Ex illis enim multo plures secunda in æternũ morte plectentur.Sed ideo dictum est,omnes atque omnes: quia sicut nemo corpore animali nisi in Adam moritur, ita nemo corpore spiritali nisi in Christo viuificatur. Proinde nequaquam putandũ est,nos in resurrectione tale corpus habituros,quale habuit homo primus ante peccatum: neq; illud quod dictũ est: Qualis terrenus, tales & terreni:secundum illud intelligendum est, quod factũ est admissione peccati. Non enim existimandum est,eum prius quàm peccasset,spiritale corpus habuisse, & peccati merito in animale mutatũ. Vt enim hoc putetur, parum attenduntur tanti verba doctoris,qui ait,Si est corpus animale,est & spiritale: sicut scriptum est, Primus homo Adam factus est in animam viuẽtẽ. Nunquid hoc post peccatum factum est, quum sit ista hominis prima conditio: de qua beatissimus Apostolus ad corpus animale monstrandum, hoc testimonium legis assumpserat?

a IN animam viuentem factus.) Vel anima viuens, vel cum anima viuente. Sed prius illud crebrius in sacris literis. b Spiritum viuificãtem.) Is est beatus,est iunctus iam deo:vt ea cõmunione quæ illi est cum deo,possit & ipse quoque integritatem atque immortalitatẽ corpori præbere. c Tardius esset tempore.) Ex variis lectionibus sic colligo legẽdũ,à ligno tamen vitæ prohibitus,traditus esset tempori vetustatiq; finiendus.Itaque anima viuens est,quæ ipsa viuit.spiritus viuificans est,qui ipse dat vitam. d Qua die ederitis ex illo, morte moriemini.) Hieronymus in Genesim:Melius,inquit,interpretat* est Symmachus,mortalis eris.sed nos ex quo nascimur mori incipimus, vt Manilius ait:Nascentes morimur,finisque ab origine pendet.

Qualiter accipiẽda sit uel illa insufflatio,in qua primus homo factus est in animam uiuentem,uel illa quã dominus fecit,dicens,accipite spiritum sanctum.

Caput XXIIII.

Gene.2. VNde & illud parum considerate quibusdã visum est,in eo quod legitur, Insplrauit deus in faciem eius spiritum vitæ,& factus est homo in animã viuentem:non tunc animam primo homini datam a,sed eam quæ iam inerat spiritu sancto viuificatã.Mouet enim eos,quod domin9 Iesus posteaquàm resurrexit à mortuis,insufflauit, dicens discipulis suis: Ioan.20. Accipite spiritum sanctũ. Vndẽ tale aliquid existimãt factum,quale tunc factũ est,quasi & hic secutus Euangelista dixerit:Et facti sunt in animam viuentẽ. Quod I quidem si dictum esset,hoc intelligeremus, quod animarum quædã vita sit spiritus dei,sine quo animæ rationales mortuæ deputandæ sunt,quãuis earũ præsentia viuere corpora videantur.Sed non ita factũ, quãdo est conditus homo,satis ipsa libri verba testantur, quæ ita se habẽt:Et formauit deus hominem puluerem de Gene.2. terra b.Quod quidam planius interpretandum putantes dixerunt, Et finxit deus hominem de limo terræ c: quoniam superius dictũ fuerat, Fons autem ascẽdebat de terra,& irrigabat omnem faciẽ terræ: vt ex hoc limus intelligẽdus videretur humore scilicet terraq; cõcretus.Vbi enim hoc dictũ est,cõtinuo sequitur,Et formauit deus hominem puluerẽ de terra:sicut Græci codices habent,vnde in Latinam linguã scriptura d ipsa cõuersa est.Siue autem formauit, siue finxit quis dicere voluerit,quod Græce dicitur ἔπλασεν, ad rem nihil interest:magis tamen proprie dicitur,finxit e.Sed ambiguitas visa est deuitãda eis,qui formauit dicere maluerũt, eo quod in Latina lingua illud magis obtinuit consuetudo,vt hi dicantur fingere f,qui aliquid mendacio simulante componunt. Hunc igitur formatum hominem de terræ puluere siue limo, erat enim puluis humectus,hunc inquam vt expressius dicam sicut scriptura locuta est,puluerem de terra,animale corpus fa- K ctum esse docet Apostolus,cum animam accepit.Et factus est iste homo in animam viuẽtem, id est, formatus iste puluis factus est in animam viuentem.Iam,inquiunt,habebat animã,alioquin non appellaretur homo,quoniam homo non est corpus solum, vel anima sola,sed qui ex anima constat & corpore.Hoc quidem verum est,quod non totus homo,sed pars melior hominis anima est, nec totus homo corpus, sed inferior hominis pars est.Sed cum est vtrunq; coniunctum simul,habet hominis nomen, quod tamen singula non amittunt,etiam cum de singulis loquimur. Quis enim dicere prohibetur quotidiani quadam lege sermonis, homo ille defunctus est, & nunc in requie est, vel in pœnis,cũ de anima sola possit hoc dici, & illo, aut illo loco homo ille sepultus est, cum hoc nisi de solo corpore non possit intelligi?An dicturi sunt sic loqui scripturam non solere diuinam?Imò vero illa ita nobis in hoc attestatur, vt etiam cum duo ista coniuncta sunt, & viuit homo,tamen etiam singula hominis vocabulo appellet, animam scilicet interiorem hominẽ, corpus vero exteriorem hominem vocans, tanquam duo sint homines,cum simul vtrũq; sit homo vnus. Sed intelligendum est,secũdum quid dicatur homo ad ima- L ginem dei,& homo de terra atq; iturus in terrã. Illud enim secundum animam rationalem dicitur, qualem deus insufflando,vel si commodius dicitur,inspirando indidit homini,id est,hominis corpori,hoc autem secundũ corpus,qualem hominem deus finxit ex puluere,cui data est anima, vt fieret corpus animale, id est, homo in animã viuẽtem. Quapropter in eo quod dominus fecit,quando insufflauit dicens, Accipite spiritũ Ioan.20. sanctum:nimirum hoc intelligi voluit, quod spiritus sanctus non tantũ sit patris,verũetiam vnigeniti ipsius spiritus.Idem ipse quippe spiritus est patris & filij,cum quo est trinitas pater & filius, & spiritus sanctus, non creatura,sed creator. Neq; enim flatus ille corporeus de carnis ore procedens substãtia erat spiritus sancti atq; natura, sed potius significatio, qua intelligeremus, vt dixi,spiritum sanctum patri esse filioq; cõmunem:quia non sunt eis singulis singuli, sed vnus amborum est. Semper autem iste spiritus in scripturis sanctis Græco vocabulo πνεῦμα dicitur, sicut eum & hoc loco domi- M nus appellauit,quando eum corporalis sui oris flatu significãs,discipulis suis dedit:& locis omnibus diuinorum eloquiorum non mihi aliter vnquam nuncupatus occurrit.Hic vero,vbi legitur:Et finxit deus hominem puluerem de terra,& insufflauit siue inspirauit in faciẽ eius spiritum vitæ:nõ ait Græcus πνεῦμα, quo solet dici spiritus sanctus,sed πνοὴν g:quod nomen in creatura quàm in creatore frequentius legitur: vnde nonnulli etiam Latini propter differentiam,hoc vocabulum nõ spiritum,sed flatum appellare maluerũt. Hoc enim est in Græco,etiam illo loco apud Esaïam, vbi deus dicit, Esa. 57. Omnem flatum ego feci h: omnem animam sine dubitatione significãs.Quod itaque Græce πνοὴ dicitur, nostri aliquando flatum, aliquando spiritum,aliquãdo inspirationem,vel aspirationem, aliquando etiã animam i interpretati sunt,πνεῦμα vero nunquã nisi spiritũ:siue hominis,de quo ait Apostolus: Quis enim scit 1.Corin.2. hominum quæ sunt hominis,nisi spiritus hominis qui in ipso est? Siue pecoris, sicut in Salomonis libro scriptum est: Quis scit si spiritus hominis ascendat sur- Ecclesiastes.2. sum in cœlum, & spiritus pecoris descendat deorsum in terram?Siue istum corporeũ, qui etiam ventus dicitur,

A citur:nam eius hoc nomen est, vbi in Psalmo canitur: Psal.148. Ignis,grãdo,nix,glacies,spiritus tempestatis. Siue iam non creatum,sed creatorẽ: sicut est de quo dicit dominus in Euãgelio,Accipite spiritum sanctum: eum corporeo sui oris significans flatu: & vbi ait, Ite baptizate Matth.28. omnes gentes,in nomine patris, & filij & spiritus sancti:vbi ipsa trinitas excellentissime & euidẽtissime cõmendata est.Et vbi legitur: Deus spiritus est. Et aliis Ioan.4. plurimis sacrarum literarũ locis. In his quippe omnibus testimoniis scripturarum,quantum ad Græcos attinet,non πνοὴν videmus scriptũ esse,sed πνεῦμα:quantum autem ad Latinos non flatum,sed spiritum. Quapropter in eo quod scriptum est:Insplrauit,vel si magis Gene.2. proprie dicendum est,Insufflauit in faciem eius spiritũ vitæ: si Græcus non πνοὴν, sicut ibi legitur, sed πνεῦμα posuisset, nec sic esset cõsequens, vt creatorem spiritũ, qui proprie dicitur in trinitate spiritussanctus, intelligere cogeremur: quãdoquidem πνεῦμα, vt dictum est, non solum de creatore,sed etiam de creatura dici solere manifestum est.Sed cũ dixisset, inquiunt,spiritũ, nõ adderet vitæ,nisi illũ spiritumsanctum vellet intelligi. Ibidem. Et cum dixisset,Factus est homo in animam: non adderet,viuentem,nisi anima vitam significaret, quæ illi B diuinitus impertitur dono spiritus dei. Cum enim viuat anima,inquiunt,proprio suæ vitę modo, quid opus erat addere,viuentem,nisi vt ea vita intelligeretur,quę illi per spiritumsanctum datur?Hoc quid est aliud, nisi diligenter pro humana suspitione contendere, & scri- *†aliâs negligenter. pturas sanctas non intelligenter *† attendere? Quid enim magnum erat non ire lõgius, sed in eodem libro ipso paulo superius legere. Producat terra animam viuentẽ:quando animantia terrestria cuncta creata sunt? Gene.1. Deinde aliquãtis interpositis,in eodem tamen ipso libro,quid magnum erat aduertere quod scriptum est,Et Gene.7. omnia quæ habent spiritum vitę,& omnis qui erat super aridam mortuus est:cũ insinuaret omnia quę viuebant in terra perisse diluuio?Si ergo & animã viuentẽ, & spiritum vitæ etiã in pecoribus inuenimus: sicut loqui diuina scriptura consueuit: & cum hoc quoq; loco,vbi legitur, Omnia quæ habent spiritum vitę:non Græcus πνεῦμα,sed πνοὴν dixerit:cur nõ dicimus, quid opus erat vt adderet, viuentem, cum anima nisi viuat esse non possit?Aut quid opus erat vt adderet, vitæ, cũ dixisset,spiritum? Sed intelligimus spiritum vitæ, & C animã viuentem scripturã suo more dixisse, cum animalia, id est, corpora animata vellet intelligi, quibus inesset per animam perspicuus iste etiam corporis sensus.In hominis autẽ conditione obliuiscimur, quẽadmodum loqui scriptura consueuerit, cum suo prorsus more locuta sit:quo insinuaret hominem etiam rationali anima accepta,quam non sicut aliarum carnium aquis & terra producentibus k, sed deo flante creatam voluit intelligi:sic tamẽ factum,vt in corpore animali, quod fit anima in eo viuente sicut illa animalia viueret,de quibus dixit:Producat terra animã viuẽtem: & quæ itidẽ dixisset habuisse in se spiritũ vitæ: vbi etiã in Græco non dixit πνεῦμα, sed πνοὴν:non vtiq; spiritũ sanctum,sed eorum animã tali exprimens nomine. Si enim dei flatus,inquiũt, dei ore exisse intelligitur, quẽ si animam crediderimus,cõsequens erit,vt eiusdem fateamur esse substantiæ l, pareq; illius sapientiæ, quæ Eccle. 24. dicit:Ego ex ore altissimi prodiui. Non quidem dixit sapientia ore dei effłatam se fuisse,sed ex eius ore prodisse. Sicut autem nos possumus, non de nostra natura,qua homines sumus, sed de isto aëre circumfuso, quem spirando,ac respirando ducimus & reducimus* D flatum facere cum sufflamus:ita omnipotens deus non *aliâs ae reddimus. de sua natura,neq; de subiacenti creatura,sed etiam de nihilo potuit facere flatum,quem corpori hominis inserendo inspirasse,vel insufflasse conuenientissime dictus est,incorporeus incorporeũ,sed immutabilis mutabilem:quia non creatus creatũ. Verũtamen vt sciant isti,qui de scripturis loqui volunt, & scripturarum locutiones non aduertunt:non hoc solũ dici exire ex ore dei,quod est æqualis eiusdemq; naturæ,audiant,vel legant,quod deo dicente scriptum est: Quoniam tepidus Apoca.3. es,& neq; calidus,neq; frigidus, incipiã te euomere ex ore meo. Nulla itaq; causa est, cur apertissime loquẽti resistamus Apostolo,vbi ab spiritali corpore corpus animale discernens, id est,ab illo, in quo futuri sumus, 1.Corin.15 hoc in quo nunc sumus,ait,Seminatur corpus animale, surget corpus spiritale: si est corpus animale, est & spiritale:sicut scriptũ est,Factus est primus homo Adã in animam viuentem,nouissimus Adam in spiritũ viuificãtem:sed non primùm quod spiratale est,sed quod animale,postea quod spiritile. Primus homo de terra terrenus,secundus homo de cœlo cœlestis. Qualis terrenus,tales & terreni:qualis cœlestis, tales & cœlestes. Et quomodo induimus imaginem terreni, induamus E & imaginem eius qui de cœlo est. De quibus omnibus apostolicis verbis superius locuti sumus. Corpus igitur animale in quo primum hominem Adam factum esse dicit Apostolus,sic erat factum, non vt mori omnino non posset,sed vt non moreretur, nisi homo peccasset. Nam illud quod spiritu viuificãte spiritale erit & immortale,mori omnino non poterit: sicut anima creata est immortalis,quæ licet peccato mortua perhibeatur, carens quadam vita sua,hoc est,dei spiritu, quo etiam sapienter & beate viuere poterat: tamen propria quadã,licet misera vita sua nõ desinit viuere:quia immortalis est creata.Sicut etiam desertores angeli, licet secundum modum quendam mortui sint peccando:quia fontem vitę deseruerunt,qui deus est,qui non peccando *†, sapienter beateq; poterant viuere, tamen non sic *†aliâs quem potando. mori potuerunt,vt omnino desisterẽt viuere atq; sentire:quoniam immortales creati sunt,atq; ita in secundam mortem post vltimũm præcipitabuntur iudiciũ, vt nec illic vita careant:quandoquidem etiam sensu cũ in doloribus futuri sunt,non carebũt. Sed homines ad dei gratiam pertinẽtes ciues sanctorum angelorum in F beata vita manentium,ita spiritalibus corporibus induentur,vt neq; peccent amplius,neq; moriãtur: ea tamen immortalitate vestiti, quæ sicut angelorum nec peccato possit auferri,natura quidem manente carnis, sed nulla omnino carnali corruptibilitate,vel tarditate remanente.Sequitur autem quæstio necessario pertractanda,& domino deo veritatis adiuuante soluẽda. Si libido membrorũ inobedientium ex peccato inobedientiæ in illis primis hominibus cũ illos diuina gratia deseruisset,exorta est: vnde in suam nuditatem oculos aperuerunt,id est,eam curiosius aduerterũt:& quia *aliâs uoluptatis. impudens motus volũtatis * arbitrio resistebat,pudenda texerunt: quomodo essent filios propagaturi, si vt creati fuerant,sine prẽuaricatione mansissent.Sed quia & liber iste claudẽdus est,nec tanta quæstio in sermonis angustias coartanda,in eum qui sequitur commodiore disputatione * differatur. *aliâs dispositione

a NOn tunc animam primo homini datam.) Hæc fuit Manichæorum opinio,vt ipse Augustinus disputat, libro secundo de Genesi cõtra Manichæos,capite octauo. b Et formauit deus hominẽ puluerẽ de terra.) Septuaginta sic verterunt: rai

G Καὶ ἔπλασεν ὁ θεὸς τὸν ἄνθρωπον χοῦν λαβὼν ἀπὸ τῆς γῆς. Et finxit deus hominem puluere de terra sumpto. Suspicor hoc Augustini loco deesse vnum verbum, vt sit: Finxit deus hominem, puluerē capiēs de terra. Aut in ablatiuo, puluere capto de terra. Nā Laurini codex puluere habet. Tametsi in Targo Chaldæo legitur: Creauit deus hominem puluerem de terra, vt est in Bibliis, quæ linguis quatuor edi curauit Cardinalis Ximenus, qui Croium meum præcessit, adiutus cum ab aliis doctis nonnullis, tum præcipue quantum ad Græcitatem attinet, ab Ioāne Vergara viro eruditione tam rara, quàm vulgo incognita: & quod eam ad rem permagni referebat, iudicio sanissimo, ac supra quàm dici possit exacto. Horum Pēta teuchum accommodauit mihi eximius sui ordinis vir Lodouicus Coronellus Theologus, passūsque est se libro in primis sibi necessario tamdiu carere, dum publicæ vtilitati, cui hoc quicquid est operis, à nobis elaboratur, seruiret. c Et finxit deus hominē de limo terræ.) Sic Hieronymus. d Vnde in Latinam linguā scriptura.) Oftēdit olim vsas ecclesias Latinas interpretatiōe Latina ex septuaginta versa, non hac Hieronymi, vt mirer esse qui tantum nefas existimēt trāslationes attingi, modo sobrie, ac prudenter fiat. e Magis tamen proprie dicitur, finxit.) Sic enim dicitur, πλάττειν apud Græcos, vt nos de his loquimur, qui luto aliquid efficiunt, quod fingi vocatur. Eóque vocabulo etiam in condēdis hominibus magni authores vtuntur vt Salustius: Pecora natura prona, atque ventri obedientia finxit. Et apud Ciceronē pro Murena, de Catone Minore: Finxit enim te ipsa natura ad honestatem, grauitatem, temperantiam, magnitudinē animi, iustitiā, ad omnes denique virtutes magnū hominem & excelsum. & formare certe nescio an in alia inueniatur mente, quàm formā dare. f Vt hi dicantur fingere.) Si quis hoc tempore de verbis in opere theologico sic dissereret, pro grammatico reiiceretur. Augustinum vetustas sua tuetur, qui si nunc reuiuisceret, cum Paulo certe ille contemptui esset rhetorculus aut grammaticulus. Paulus vero vel insaniret, vel hæreticus videretur. g Nō ait Græcus πνεῦμα, &c. πνοήν.) Chaldæum habet, Et inspirauit in facie eius animā vitæ, & factus est homo in spiritū loquētē. August. satis ex hoc loco declarat, quāti sit momēti ad omnes artes disciplināsq; intelligendas vera & germana vocabulorū cognitio. h Omnē flatū ego feci.) Vulgo legim[a], Spirit[b] à facie mea egrediet: & flat[c] ego faciā. Esaiæ. 57. Lxx. vero πνεῦμα γὰρ ἐμὸν ἐξελεύσεται, ἐγὼ πνοὴν πᾶσαν ἔτι ἐποίησα.

Ioannes Vergara.

Lodouicus Coronellus.

Fingere.

Anima.

Animam & animum pro aëre & flatu multi Latinorum posuerunt. Pro aëre Vergilius:

Semina terrarūmque animæq; marisque fuissent.

Pro flatu & anhelitu Cicero in Acade. Si vnus & simplex, vtrū sit ignis, an anima, an sanguis? Et Terentius: Compressi animam. Et Plautus: Fœtet anima vxoris tuæ. Et Plinius: Anima leonis virus graue, vrsi pestilens. i Aliquando etiam animam.) Hic locus longe aliter scribitur in codice Brugen. nēpe sic, Quādo vero dei dicitur, interpretati sunt πνεῦμα. πνοὴ vero nunquam nisi spiritum etiam: sed mihi magis placet vulgatior lectio, nec potest aliter cōgruere, nā in ecclesiastē, & locis, quæ ex sacris literis adducit, πνεῦμα est Græce nō, πνοή. k Non sicut aliarū carnium aquis & terra producētibus.) Si dicamus sensisse Augustinū hominis animam non in corpore generari, sed foris à deo immitti. Quod videtur Aristotelex in libris de generatione animaliū voluisse, quum eā ait foris venire, & foras abire. ea sententia multi recētiores damnantur, & in primis S. Thomas. Sin intelligamus non eodē modo generari hāc, qua mortales, quod illæ vi materiæ ita habitæ trahatur, rationalis diuinius ibi creetur, nulla materia potente illam in se virtute sua ingignere, tunc commune hoc erit cū omnibus, atq; in hunc modum dictum illud Aristotelis acciperent: quod profectò conuenire, nec dicto eius videtur, quum foris dicit venire: nec dogmatis, qui immortale esse ingenitū cōtendit: si modo explorata est Aristotelis de anima nostra sententia, de quo video inter veteres interpretes magnopere dubitari. l Vt eiusdem fateamur esse substātiæ.) Humanā animā de substantia esse dei non solū gentilium pleriq; philosophorū existimarūt, sicut aliās est per nos ostensum, sed ex Christianis nōnulli, nec solum hæretici, vt Priscillianistæ, & alij nonnulli: sed homo Christiano pectore Lactātius, non quod in hoc vel à me vel à quoquam rectius sapiente comprobetur, sed quod magno in Christum ardore videbatur flagrare. Neque enim ob vnum aut alterū erratum auersatur tendentē ad se Christus: præsertim vbi mens intenta semper est in scopum illum veræ pietatis. Verba Lactātij hæc sunt libro secūdo institutionum diuinarum: Ficto enim corpore spirauit ei animā de vitali fonte spiritus sui, qui est perennis. Quibus velle videtur animā de spiritu dei in hominem demanasse.

I

FINIS.

ELENCHVS

CAPITVM IN AVGVSTINI de Ciuitate dei. Lib. XIIII.

1 Per inobedientiā primi hominis in secundę mortis perpetuitatem ruituros fuisse omnes, nisi dei gratia liberaret.

2 De vita carnali, quæ non ex corporis tantum, sed etiam ex animi sit intelligenda vitiis.

3 Peccati causam ex anima, non ex carne prodisse, & corruptionem ex peccato cōtractam, nō peccatum esse, sed pœnam. K

4 Quid sit secundum hominem, quídve secundum deum viuere.

5 Quod de corporis animæq; natura tolerabilior quidem Platonicorum quàm Manichęorum sit opinio: sed & ipsi reprobantur: quoniam vitiorū causas naturæ carnis adscribunt.

6 De qualitate voluntatis humanæ, sub cuius iudicio affectiones animi, aut prauæ habentur, aut rectæ.

7 Amorem & delectationem indifferēter, & in bono, & in malo apud sacras literas inueniri.

8 De tribus perturbationibus, quas in animo sapiētis Stoici esse voluerunt, exclusis dolore siue tristitia, quam virtus animi sentire non debeat.

9 De perturbationibus animi, quarū affectus rectos habet vita iustorum.

10 An primos homines in paradiso constitutos nullis perturbationibus priusquam deliquerint affectos fuisse credendum sit.

11 De lapsu primi hominis, in quo bene condita natura est, nec potest nisi à suo authore reparari.

12 De qualitate primi peccati per hominem admissi. L

13 Quod in prēuaricatione Adæ ad opus malum mala præcessit voluntas.

14 De superbia transgressionis, quæ ipsa fuit trāsgressione deterior.

15 De iustitia retributionis, quam primi homines pro sua inobedientia receperunt.

16 De libidinis malo, cuius nomen cum multis vitiis congruat, proprie tamen motibus obscœnis corporis adscribitur.

17 De nuditate primorum hominū, quam post peccatum turpem pudendamq; viderunt.

18 De pudore concubitus, non solum vulgari, sed etiā coniugali.

19 Quod partes iræ atque libidinis tam vitiose mouentur, vt eas necesse sit frenis sapientiæ cohiberi, quæ in illa ante peccatum naturæ sanitate nō fuerunt.

20 De vanissima turpitudine Cynicorum.

21 De benedictione multiplicandæ fœcunditatis humanæ ante peccatum, quam præuaricatio non adimeret, & cui libidinis morbus accesserit. M

22 De copula coniugali à deo primitus instituta atq; benedicta.

23 An etiam in paradiso generandum fuisset, si nemo peccasset: vel vtrum contra actum † libidinis pugnatura illic fuisset traditio castitatis. †aliās, æstiū

24 Quod insontes homines & merito obedientiæ in paradiso permanentes ita genitalibus membris fuissent vsuri ad generationem prolis, sicut cæteris ad arbitrium voluntatis.

25 De vera beatitudine, quam temporalis vita non obtinet.

26 Quod fœlicitas in paradiso viuentium, sine erubescendo appetitu generandi officium credēda sit implere potuisse.

27 De peccatoribus, & angelis, & hominibus, quorum peruersitas non perturbat prouidentiam dei.

28 De qualitate duarum ciuitatum terrenæ atq; cœlestis.

A

D. AVRELII AVGVSTINI Episcopi, de Ciuitate dei, ad Marcellinum Liber decimusquartus.

Per inobedientiam primi hominis in secundæ mortis perpetuitatem ituros omnes fuisse, nisi dei gratia liberaret. Caput I.

IXimus iam in superioribus libris ad humanū genus non solū naturæ similitudine sociandum, verūetiam quadā cognationis necessitudine in vnitatē concordem pacis vinculo colligandum, ex homine vno deū voluisse homines īstituere: neq; hoc genus fuisse in singulis quibusq; moriturum, nisi duo primi, quorum creatus est vnus ex nullo, alter ex illo, id inobedientia meruissent: à quibus admissum est tam grande peccatum, vt in deterius eo natura mutaretur humana, etiam in posteros obligatione peccati & mortis necessitate transmissa. Mortis autem regnū in homines vsq; adeo dominatum est, vt omnes in secundam quoq; mortem, cuius nullus est finis, pœna debita præcipites ageret, nisi inde quosdam indebita dei gratia [a] liberaret: ac per hoc factum est, vt cum tot tātæq; gentes per terrarū orbē diuersis ritibus moribusq; viuentes, multiplici linguarū, armorum, vestium sint varietate distinctæ: nō tamen amplius quàm duo quædam genera humanæ societatis existerent, quas ciuitates duas secundum scripturas nostras merito appellare possumus. Vna quippe est hominum secundū carnē, altera secundum spiritum viuere in sui cuiusq; generis pace volētium: & cum id quod expetunt, assequuntur, in sui cuiusq; generis pace viuentium.

B

IOANNIS LODOVICI VIVIS Valentini commentarij in. xiiij. librum de Ciuitate dei D. Augustini.

Gratia.

a INdebita dei gratia.) Nemini enim debet deus, ideóq; gratia in vno sensu dicitur, quòd gratis detur: in altero quod gratum faciat eū, cui adhæsērit. Paulus ad Romanos vndecimo: Quis dedit illi prior, & retribuetur ei? Nam si deberet, non faceret, sed referret gratiam. Et ad Titum idem Apostolus: Non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum misericordiam suam saluos nos fecit.

C

De uita carnali, quæ non ex corporis tantum, sed etiam ex animi sit intelligenda uitiis. Cap. II.

PRius ergo videndū est, quid sit secūdum carnem, quid secundum spiritū viuere. Quisquis enim hoc quod diximus prima fronte inspicit, vel non recolens, vel minus aduertens quemadmodum scripturæ sanctæ loquantur, potest putare philosophos quidem Epicureos secundū carnem viuere: quia summum bonū hominis in corporis voluptate posuerunt: & si qui alij sunt, qui quoquo modo corporis bonum summum bonum esse hominis opinati sunt: & omne eorū vulgus qui non aliquo dogmate, vel eo modo philosophantur, sed procliues ad libidinem, nisi ex voluptatibus, quas corporeis sensibus capiunt, gaudere nesciunt. Stoicos autem, qui summum bonū hominis in animo ponunt secundum spiritū viuere: quia & hominis animus quid est nisi spiritus? Sed sicut loquitur scriptura diuina, secundū carnem viuere vtrique monstrantur. Carnem quippe appellat, non solum corpus terreni atq; mortalis animantis: veluti cum dicit, Non omnis caro eadem caro, sed alia quidem hominis, alia autem caro pecoris, alia volucrū, alia piscium: sed aliis multis modis significatione huius nominis vtitur, inter quos varios locutionis modos, sæpe etiā ipsum hominē, id est, naturā hominis carnem nuncupat, modo locutionis à parte totū significans, quale est: Ex operibus legis nō iustificabitur omnis caro. Quid enim hic voluit intelligi, nisi omnis homo? Quod apertius paulo post ait: In lege nemo iustificabitur. Et ad Galatas: Scientes quia nō iustificabitur omnis homo ex operibus legis. Secundū hoc intelligitur, Et verbum caro factum est, id est, homo. Quod nō recte accipientes quidam, putauerunt Christo humanā animam defuisse [a]. Sicut enim à toto pars accipitur, vbi Mariæ Magdalenæ verba in Euāgelio leguntur dicentis, Tulerunt dominū meū, & nescio vbi posuerūt eū: cū de sola Christi carne loqueretur, quā sepultā de monumento putabat ablatā: ita & à parte totū carne nominata intelligitur homo: sicut ea sunt, quæ supra commemorauimus. Cū igitur multis modis, quos perscrutari & colligere longum est, diuina scriptura nuncupet carnem, quid sit secundū carnem viuere: quod profecto malum est, cum ipsa carnis natura non sit malū, vt indagare possumus: inspiciamus diligēter illum locū epistolæ Pauli Apostoli, quam scripsit ad Galatas, vbi ait: Manifesta autē sunt opera carnis, quæ sunt adulteria, fornicationes, immunditiæ, luxurię, idolorum seruitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, emulationes, animositates [b], dissensiones, hæreses, inuidiæ, ebrietates, comesationes, & his similia, quæ prædico vobis sicut & prædixi: quoniam qui talia agunt, regnum dei non possidebunt. Iste totus epistolæ Apostolicæ locus, quantum ad rem præsentē satis esse videbitur, consideratus poterit hāc dissoluere quæstionem, quid sit secundum carnem viuere. In operibus nanq; carnis, quæ manifesta esse dixit, eaq; commemorata dānauit, non illa tantū inuenimus, quæ ad voluptatem pertinent carnis: sicuti sunt fornicationes, immūditiæ, luxuriæ, ebrietates, comesationes: verūetiā illa, quibus animi vitia demōstrantur à voluptate carnis aliena. Quis enim seruitutē, quæ idolis exhibetur, veneficia, inimicitias, cōtētiones, æmulationes, animositates, dissensiones, hæreses, inuidias, non potius intelligat animi vitia esse quàm carnis? Quandoquidem fieri potest, vt propter idololatriā, vel hęresis alicui[a] errorē à voluptatibus carnis tēperetur: & tamē etiā tunc homo quantuis carnis libidines continere atq; cohibere videatur, secundū carnē viuere hac Apostolica authoritate cōuincitur: & in eo quod abstinet à voluptatibus carnis, damnabilia opera carnis agere demonstratur. Quis inimicitias non in animo habeat: aut quis ita loquitur, vt inimico suo, vel quē putat inimicū dicat malam carnem, ac non potius, malum animū habes aduersum me? Postremo sicut carnalitates, vt ita dicam, si quis audisset, non dubitaret carni tribuere: ita nemo dubitat animositates ad animum pertinere. Cur ergo hæc omnia, & his similia, doctor gentiū in fide & veritate opera carnis appellat, nisi quia eo locutionis modo quo totum significatur à parte, ipsum hominē vult nomine carnis intelligi?

D

Roma. 3.

Gala. 3.

Ioannis. 1.

Ioannis. 20

E

Gala. 5.

1. Timo. 2.

a PVtauerunt Christo humanā animā defuisse.) Hic fuit error Apollinistarum, vt ipse docet in Euangeliū Ioannis, & sermone contra Arriū, & libro octoginta trium quæstionū. Idem putarūt Cerdoniani, & Apellitæ de erroribus ad Quodvultdeum. b Animositates.) θυμοὶ animi, iræ, sic Hieronymus legit: sed Latine quoq; animi pro ira ponuntur: vt apud Sallustiū: Lucullus superiore anno quātis animis ierit in L. Quintiū vidistis. Hinc animosus & animositas. Animosos Euros dixit Vergilius, quasi iracūdos. Animositate pro ira vtitur Macrob. ij. de somnio Scipio. Porro hæc ira quæ est θυμὸς, est ἰσχὺς, καὶ μεγάλη ὀργὴ τοῦ, quod Cicero sic finit: Excandescentia est ira nascens, & modo desistens, quæ θύμωσις Græce dicitur. Postea in dicto Pauli sequitur, rixę, quod Augustinus non addidit ἐριθεῖαι.

Peccati causam ex anima, non ex carne prodisse: & corruptionem ex peccato contractam, nō peccatū esse, sed pœnā. Ca. III.

G QVod si quisquam dicit, carnẽ causam esse in malis moribus quorũcunq; vitiorum, eo quod anima carne affecta sic viuit: profecto non vniuersam hominis naturam diligenter aduertit. Nã
Sapien.9. corpus quidem corruptibile aggrauat animam. Vnde etiam idem Apostolus agens de hoc corruptibili cor-
2.Corin.4 pore, de quo paulo ante dixerat. Et si exterior homo
2.Corin.5. noster corrumpitur: Scimus, inquit, quia si terrena nostra domus habitationis dissoluatur, ædificationẽ habemus ex deo domum non manufactam æternam in cœlis. Etenim in hoc ingemiscimus habitaculum nostrum, quod de cœlo est superindui cupientes: si tamen induti, nõ nudi inueniamur. Etenim qui sumus in hac habitatione, ingemiscimus grauati: eo quod nolumus spoliari, sed superuestiri, vt absorbeatur mortale à vita. Et aggrauamur igitur corruptibili corpore, & ipsius aggrauationis causam, non naturã, substantiamq; corporis, sed eius corruptionem scientes, nolumus corpore expoliari, sed eius immortalitate superuestiri. Et tunc ergo erit corpus: sed quia corruptibile non erit, nõ ag-
Sapien.9. grauabit. Aggrauat ergo nunc animam corpus corruptibile, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Veruntamen qui omnia animæ mala ex corpore putant accidisse, in errore sunt. Quãuis enim Vergilius Platonicam [a] videatur luculentis versibus explicare sententiam, dicens:

Aeneid.6. Igneus est ollis vigor & cœlestis origo
Seminibus, quantum non noxia corpora tardant,
H Terreniq; hebetant artus, moribundaq; membra.

Omnesq; illas notissimas quatuor animi perturbationes, cupiditatem, timorem [b], lætitiam, tristitiam, quasi origines omnium peccatorum atq; vitiorum volẽs intelligi ex corpore accidere, subiungat & dicat:

Hinc metuunt, cupiuntq;, dolent, gaudentq;: nec auras
Suspiciunt, clausę tenebris, & carcere cæco.

Tamen aliter se habet fides nostra. Nã corruptio corporis, quæ aggrauat animã, non peccati primi est causa, sed pœna: nec caro corruptibilis animam peccatricem, sed anima peccatrix fecit esse corruptibilem carnem. Ex qua corruptione carnis licet existant quędam incitamenta vitiorum, & ipsa desideria vitiosa: nõ tamen omnia vitæ iniquæ vitia tribuenda sunt carni, ne ab his omnibus purgemus diabolũ, qui non habet carnẽ. Et si enim diabolus fornicator [c] vel ebriosus, vel si quid aliud huiusmodi mali est, quod ad carnis ptinet
I voluptates, non potest dici, cum sit etiã taliũ peccatorũ suasor & instigator occultus: est tamen maxime superbus atq; inuidus. Quæ illum vitiositas sic obtinuit, vt
2.Petri.2. propter hanc esset in carceribus caliginosi huius aëris æterno supplicio destinatus. Hæc autem vitia, quæ tenent in diabolo principatum, carni tribuit Apostolus, quam certum est diabolũ non habere. Dicit enim ini-
Gala.5. micitias, contentiones, æmulationes, animositates, inuidias, opera esse carnis: quorum omnium malorũ caput atq; origo superbia est, quæ sine carne regnat ĩ diabolo. Quis autẽ illo est inimicior sanctis? Quis aduersus eos contentiosior, animosior, & magis æmulus atq; inuidus inuenitur? Et hæc omnia cum habeat sine carne, quomodo sunt ista opera carnis: nisi quia opera sũt hominis: quem sicut dixi, nomine carnis appellat? Nõ enim habendo carnem, quam non habet diabolus, sed viuendo secundum seipsum, hoc est, secundum hominem, factus est homo similis diabolo: quia & ille secũdum seipsum viuere voluit, quando in veritate nõ ste-
Ioan.8. tit, vt non de dei, sed de suo mendaciũ loqueretur, qui non solum mendax, verum etiam mendacij pater est. K Primus est quippe mentitus, & à quo peccatum, ab illo cœpit esse mendacium.

Q Vamuis enim Vergilius Platonicam.) Nõ magis Platonicã, quàm Pythagoricam: & si in multis eidẽ omnino sint. Ratio huius totius rei lib. viij. est mihi sat multis verbis exposita. b Cupiditatem, timorem.) Quatuor ponuntur principes animi affectus: vt Cicero in Tusc. quæst. docet, duo iucundi, totidem tristes: ex iucundis vnus ad præsentes res spectat: Lętitia, quæ est opinio boni præsentis: alter ad futuras, Libido opinio boni futuri, quã per cupiditatẽ hic intelligi vult. Ex tristibus, tristitia opinio mali præsentis: Timor opinio venturi mali. Ex his quẽadmodum affectus cæteri proficiscantur, nempe inuidentia, æmulatio, obtrectatio, misericordia, ardor, luctus, mœror, erũna, dolor, lamẽtatio, solicitudo, molestia, afflictatio, desperatio ex tristitia. Tũ pigritia, pudor, error, pauor, exanimatio, conturbatio, formido ex timore. Iam maleuolentia lætans malo alieno, delectatio: iactatio ex lætitia. Hinc ira, excãdescẽtia, odiũ, inimicitia, discordia, indigentia, desideriũ ex cupiditate. Idem Cice. iiij. Tusc. declarat. c Et si enim diabolus fornicator.) De hoc postea.

Affectus.

Quid sit secundum hominem, quidue secundum deum uiuere. Caput IIII.

Vm ergo viuit homo secundum hominem, non secundũ deũ, similis est diabolo: quia nec angelo secundum angelum, sed secũdũ deum viuendum fuit, vt staret in veritate, & veritatem de illius, non de suo mẽdacium loqueretur. Nam & de homine alio loco idem Apostolus ait: Si autẽ veritas dei in meo mendacio abundauit. Meum dixit mendaciũ, veritatem dei. Cum itaq; viuit homo secundũ veritatem, non viuit secundum seipsum, sed secũdum deum. Roma.3. M Deus est enim qui dixit: Ego sum veritas. Quum vero viuit secundũ seipsum, hoc est, secundũ hominem, non Ioan.14. secundum deum, profecto secundũ mendaciũ viuit: nõ quia homo ipse mendaciũ est, quum sit eius author & creator deus, qui non est vtiq; author creatorq; mendacij, sed quia homo ita factus est rectus, vt non secũdum seipsum, sed secũdum eum, à quo factus est, viueret: id est, illius potius quàm suã faceret voluntatẽ: non autẽ ita viuere, quemadmodũ est factus vt viueret, hoc est mendacium. Beatus quippe vult esse etiam non sic viuendo [a], vt possit esse. Quid est hac voluntate mendacius [b]? Vnde non frustra dici potest, omne peccatum esse mendacium. Non enim fit peccatum, nisi ea volũtate, qua volumus, vt bene sit nobis: vel nolumus, vt male sit nobis. Ergo mendacium est quod quum fiat, vt bene sit nobis, hinc potius male est nobis: vel cum fiat vt melius sit nobis, hinc potius peius est nobis. Vnde hoc, nisi quia de deo potest bene esse homini, quem delinquendo deserit, non de seipso, secundum quem viuendo delinquit? Quod itaq; diximus, hinc extitisse ciuitates duas diuersas inter se, atq; contrarias: quod alij L secundum carnẽ, alij secundum spiritum viuerent: potest etiam isto modo dici, quod alij secundum hominem, alij secũdũ deũ viuant. Apertissime quippe Paulus ad Corinthios dicit: Cum enim inter vos sint æmulatio & cõtentio, nõnne carnales estis, & secũdũ hominẽ 1.Corin.3. ambulatis? Quod ergo est ambulare secũdũ hominem, hoc est secũdũ hominẽ viuere: quod † à carne, id est, à parte hoĩs minore intelligiẽ homo. Eosdẽ ipsos quippe dixit superius animales, quos postea carnales: ita loquẽs: Quis enim scit, ĩquit, hominũ quę sunt hominis [c], nisi spirit[9] hominis qui in ipso est? Sic & quæ dei sunt, 1.Corin.2. nemo scit, nisi spiritus dei. Nos autẽ, inquit, non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritũ qui ex deo est, vt sciamus quæ à deo donata sunt nobis, quæ & loquimur: nõ in sapiẽtiæ humanę doctis verbis, sed docti spiritu [d], spiritalib[9] spiritalia cõparãtes. Aĩalis aũt homo nõ percipit, quę sunt spiritus dei: stultitia est enim illi [e]. Talib[9] igiẽ: id est, aĩalib[9] paulo pòst dicit: Et ego fratres nõ potui loqui vobis quasi spiritalibus, sed quasi carna- 1.Corin.3.

†aliâs, hoc esse carnalem quod &c.

libus,

A libus. Et illud ex hoc eodem loquendi modo intelligitur, id est, à parte totum. Et ab anima nanq;, & à carne, quę sunt partes hominis, potest totum significari, quod est homo: atq; ita non est aliud animalis homo, aliud carnalis: sed idem est vtrumq;, id est, secundum hominem viuens homo. Sicut & non aliud, quàm homines significantur, siue vbi legitur, Ex operibus legis non iustificabitur [f] omnis caro: siue quod scriptũ est: Septuagintaquinq; animæ [g] descenderunt cũ Iacob in Aegyptum. Et ibi enim per omnem carnem, omnis homo, & ibi per septuagĩtaquinq; animas, septuagintaquinq; homines intelliguntur. Et quod dictum est, Non in sapientiæ humanæ doctis verbis: potuit dici, Non in sapientiæ carnalis: sicut quod dictum est, Secundum hominem ambulatis: potuit dici, Secũdum carnem. Magis autem hoc apparuit, in his quæ subiunxit. Cũ enim quis dicat, ego sum Pauli: alius autẽ, ego Apollo: nõnne homines estis? Quod dicebat: Animales estis: &, Carnales estis: expressius dixit, Homines estis: quod est, secundum hominem viuitis, non secundum deum: secũdum quem si viueretis, dij essetis.

a B Eatus quippe vult esse, etiã non sic viuendo.) Nemo est, qui quãtumvis male & scelerate viuat, nolit tamen ad beatitudinẽ peruenire: licet agat ea, quæ quàm longissime inde ad certissimãm miseriam abducant. b Quid est hac voluntate mendacius?) Fallacius hac voluntate nihil est. Mire enim decipit, in quo est. c Quis enim, inquit, scit hominum quæ sunt hominis?) Libro primo locum hũc citans sic dixit: Quis enim, inquit, scit hominum, quæ agantur in homine: expressius. d Sed docti spiritu.) Græce est: Sed doctis spiritus, ἀλλ' διδακτοῖς πνεύματος ἁγίου. Augustinus commodius vertit. Alibi habetur, in doctrina spiritus. e Stultitia est enim illi.) Spiritalia dei, stultitia sunt hominibus ex affectu viuentibus: vt etiam inter gentiles sapientia & virtutes stultitia crassis erant diuitibus, qui vmbras putabant esse vera corpora, hęc aũt insanias meras. Vnde est specus ille apud Platonẽ in libro de Republica septimo, in quo homines vmbris affiti nulla credebant esse alia corpora. Obiter annotabo dicendum fuisse, stultitia illi sunt. Græce est quidẽ singulariter, μωρία γὰρ αὐτοῖς ἐστι. Sed figura est Attica, cum nomen neutrius generis verbo singulari additur: quod est apud illos frequentissimum. f Non iustificatur.) Græce est, iustificabitur, δικαιωθήσεται. g Septuagintaquinque animæ.) Animam pro homine dici Hebraĩsmus est, vt puto, pro vita vero Græcorum est, & Latinorum quoq;, vt vita pro anima. Nonius Marcellus pro corporibus ait animas poni, quum Vergilius dicit libro vndecimo:

Interea socios inhumatáque corpora terrę
Mandemus, qui solus honos Acheronte sub imo est.
Ite ait egregias animas, quæ sanguine nobis
Hanc patriam peperere suo. Quod an ita sit, ipse viderit. est tamen apud Græcos interdum inuenire, quũ ψυχὴ ponitur pro rebus animatis.

Quod de corporis animæq; naturæ tolerabilior quidem Platonicorum quàm Manichæorum sit opinio, sed & ipsi reprobantur, quoniam uitiorum causas naturæ carnis ascribunt. Caput V.

C N On igitur opus est in peccatis vitiisq; nostris ad creatoris iniuriam carnis accusare naturam, quæ in genere atq; ordine suo bona est, sed deserto creatore bono, viuere secũdũ creatũ bonũ, nõ est bonũ: siue quisq; secundũ carnẽ, siue secũdũ animam, siue secũdũ totũ hominẽ, qui cõstat ex anima & carne: vnde & nomine solius animæ, & nomine solius carnis significari potest, eligat viuere. Nam qui velut summum bonum laudat animæ naturam, & tanquam malum naturam carnis accusat: profecto & animam carnaliter appetit, & carnem carnaliter fugit: quoniam id vanitate sentit humana, non veritate diuina. Non quidem Platonici sicut Manichæi [a] desipiunt, vt tanquam mali naturam terrena corpora detestentur, cum omnia elementa, quibus iste mundus visibilis contrectabilisq; compactus est, qualitatesq; eorum deo artifici tribuant. Veruntamen ex terrenis artubus moribũdisq; membris sic affici animas opinantur: vt hinc eis sint morbi cupiditatum, & timorum, & lętitiæ siue tristitiæ, quibus quatuor vel perturbationibus, vt Cicero appellat, vel passionibus, vt pleriq;, verbũ è verbo Græco exprimunt, omnis humanorum morum vitiositas continetur. Quod si ita est, quid est quod Aeneas apud Vergilium, cum audisset à patre apud inferos animas rursus ad corpora redituras, hanc opinionem miratur, exclamans: O pater, ân ne aliquas ad cœlum hinc ire putandum est

D *Cicero de finibus bonorum & malorum.*

Sublimes animas, iterumq; ad tarda reuerti
Corpora? quæ lucis miseris tam dira cupido?

Aeneid.6.

Nunquid nã hæc tam dira cupido ex terrenis artubus moribũdisq; mẽbris adhuc inest animarũ illi prędicatissimæ puritati? Nõnne ab huiusmodi corporeis, vt dicit, pestibus omnibus eas asserit esse purgatas, cũ rursus incipiunt in corpora velle reuerti? Vnde colligitur etiã si ita se haberet, quod est omnino vanissimũ, vicissim alternans incessabiliter euntium atq; redeuntium animarum mundatio & inquinatio, non potuisse veraciter dici omnes culpabiles atq; vitiosos motus animarum eis ex terrenis corporibus inolescere. Siquidẽ secundum ipsos illa, vt locutor nobilis [b] ait, dira cupido, vsq; adeo nõ est ex corpore, vt ab omni corporea peste purgatam [c], & extra omne corpus animam constitutã, ipsam compellat esse in corpore. Vnde etiam illis fatentibus, non ex carne tãtum afficitur anima, vt cupiat, metuat, lætetur, & tristetur [d]: verum etiã ex seipsa his potest motibus agitari. E

a N On quidem Platonici sicut Manichæi.) Hi omnem carnem, non dei, sed malæ mentis perhibent esse opificium: ideo suos auditores monent, ne animantes occidãt, ne offendant principes tenebrarum in cœlestibus colligatos, à quibus dicunt, omnem carnem originem ducere. Et si vrantur coniugibus, conceptum tamen generationemq; deuitent, ne diuina substantia, quæ in eos per alimenta ingreditur, vinculis carneis ligetur in prole. Augustinus ad Quoduultdeum. His assensũ sunt Priscillianistæ. b Vt loquitur nobilis.) Sic alibi Ciceronem nominauit, hic Vergilium: quanquam alibi sic legitur, vt poëta præfatus eloquitur lucis tam dira cupidinem. c Vt ab omni corporea peste purgatam.) In aliis libris scribitur: Vt ab omni corporea parte purgatam. d Lætetur & tristetur.) Alibi est: Lætetur & ægrescat, quod non secus significat. nam tristitiam, ægritudinem vocat Cicero, tertio Tusculanarum.

De qualitate uoluntatis humanæ, sub cuius iudicio affectiones animi, aut prauæ habentur, aut rectæ. Caput VI.



N Terest autem, qualis sit voluntas hominis, quia si peruersa est, peruersos habebit hos motus: si autem recta est, nõ solum inculpabiles, F verumetiam laudabiles erunt. Voluntas est quippe in omnibus [a]: immo omnes, nihil aliud quàm voluntates sunt. Nam quid est cupiditas, & lætitia, nisi volũtas in dissensionem ab his, quæ nolumus? Sed cum consentimus appetẽdo ea quæ volumus, cupiditas: cum autẽ consentimus fruendo his quæ volumus, lætitia vocatur. Itemq; cum dissentimus ab eo, quod accidere nolumus, talis voluntas metus est: cum autem dissentimus ab eo, quod nolẽtibus accidit, talis volũtas tristitia est. Et omnino pro varietate rerum quæ appetuntur, atq; fugiuntur, sicut allicitur, vel offenditur voluntas hominis, ita in hos, vel illos affectus mutatur & vertitur. Quapropter homo, qui secũdum deum, non secundum hominem viuit, oportet vt sit amator boni: vnde fit consequens, vt malum oderit. Et quoniam nemo natura, sed quisquis malus est, vitio malus est: perfectum odium [c] debet malis, qui secundũ deum viuit: vt nec propter vitium oderit hominẽ, nec amet vitium propter hominem, sed oderit vitiũ, amet hominem. Sanato enim vitio, totum quod amare, nihil autem quod debeat odisse, remanebit.

a VOluntas est quippe in omnibus.) Stoici βουλήσεις, quod Cicero voluntates vertit, nolunt esse, nisi cum quid prudenter, cõstantérque appetitur: idcirco voluntas finitur, quæ quid eũ ratione desiderat, quæ est in solo sapiente. Quæ autem aduersus rationem incitata est vehementius, ea libido dicitur, vel cupiditas effrenata, quæ in omnibus stultis reperitur. Peripatetici vtrasque voluntates dicunt, has malas, illas bonas. De nominibus est controuersia, vt aliàs dixi. Nam & cupiditates Stoici voluntates quoque nominant: nec refert, vtrum sit cum consilio volũtas, an natura ipsa impulsa: nam voluntas est semper, nisi quod illa proprie, veréque dicitur voluntas, in qua est libertas, & in hac demum vitium est, aut virtus. b In eorum consensionem quæ volumus.) Non est hæc vel cõsensio, vel dissensio, qua credimus aliquid esse, aut non esse, in qua est scientia, fides, opinio, de quibus multus in Analyticis posterioribus sermo, sed velle, aut nolle, quæ ad voluntatẽ spectant, quum illa ad mentem pertineant, & tanquam approbare & decernere, vt vel fiat quid, vel ne fiat. c Perfectum odiũ.) Declarat quod est in Psalmo cxxxviij. Perfecto odio oderam illos.

G Voluntas.

Amorem, & dilectionem indifferenter, & in bono, & in malo apud sacras literas inueniri. Cap. VII.

NAm cuius propositum est amare deum, & nõ secundum hominem, sed secũdum deũ amare proximum, sicut etiam seipsum: proculdubio propter hunc amorẽ dicitur voluntatis bonæ, quæ vsitatius in scripturis sacris charitas appellatur: sed amor quoq; secundum easdem sacras literas dicitur. Nã & amatorem boni dicit Apostolus esse debere, quẽ regendo populo præcipit eligẽdum. Et ipse dominus Petrum Apostolum interrogans, cum dixisset: Diligis me plus his [a]. Ille respondit: Domine, tu scis quia amo te [b]. Et iterum dominus quæsiuit, non vtrum amaret, sed vtrum diligeret eum Petrus. At ille respondit ei iterũ: Domine, tu scis quia amo te. Tertia vero interrogatione & ipse Iesus nõ ait, diligis me, sed amas me. vbi secutus ait Euãgelista: Contristatus est Petrus, quia dixit ei tertio, amas me: cum dominus non tertio, sed semel dixerit, amas me: bis autẽ dixerit, diligis me. Vnde intelligimus, q̃ etiam cum dicebat dominus, diligis me: nihil aliud dicebat, quàm amas me. Petrus autem non mutauit huius vnius rei verbum, sed etiam tertio: Domine, inquit, tu omnia scis, tu scis quia amo te. Hoc propterea commemorãdum putaui, quia nonnulli arbitrantur aliud esse dilectionem [c] siue charitatem, aliud amorem. Dicunt enim dilectionem accipiendam esse in bono [d], amorem in malo. Sic autem nec ipsos authores secularium literarum locutos esse, certissimum est. Sed viderint philosophi, vtrũ, vel qua ratione ista discernant. Amorẽ tamẽ eos in bonis rebus, & erga ipsum deũ magnipendere libri eorũ satis loquuntur. Sed scripturas religionis nostræ [e], quarum authoritatẽ cæteris quibusq; literis anteponimus: non aliud dicere amorem, aliud dilectionem vel charitatem insinuandũ fuit. nam & amorem in bono dici iam ostendimus. Sed ne quis existimet amorem quidem, & in bono, & in malo, dilectionem autem non nisi in bono esse dicendam, illud attendat, quod in Psalmo scriptum est: Qui autem diligit iniquitatem, odit animam suam. Et illud Apostoli Ioannis: Si quis dilexerit mundum, non est dilectio patris in eo. Ecce vno loco dilectio, & in bono & in malo. Amorem autem in malo: quia in bono iam ostendimus, ne quisquam flagitet, legat quod scriptũ est: Erunt enim homines seipsos amãtes, amatores pecuniæ. Recta itaq; voluntas est bonus amor, & voluntas peruersa malus amor. Amor ergo inhians habere quod amatur, cupiditas est: id autẽ habens eoq; fruens, lætitia. Fugiẽs quod ei aduersatur, timor est: idq; si acciderit sentiẽs, tristitia est. Proinde mala sunt ista, si malus est amor: bona si bonus, quod dicimus, de scripturis probemus. Concupiscit Apostolus dissolui, & esse cum Christo. Et, Concupiuit anima mea desiderare iudicia tua in omni tempore. Vel si accommodatius dicitur: Desiderauit anima mea [f] concupiscere iudicia tua. Et, Concupiscentia sapientiæ perducit ad regnum. Hoc tamen loquendi obtinuit cõsuetudo, vt si cupiditas vel cõcupiscentia dicatur, nec addatur cuius rei sit, non nisi in malo possit intelligi. Lætitia apud Psalmistam in bono est: Lætamini in domino & exultate iusti. Et, Dedisti lætitiam in cor meum. Et, Adimplebis me lætitia cũ vultu tuo. Timor in bono est apud Apostolum, vbi ait: Cum timore & tremore vestram ipsorum salutem operamini. Et, Noli altum sapere, sed time. Et, Timeo autem ne sicut serpens Euam seduxit astutia sua, sic & vestræ mentes corrumpantur à castitate, quæ est in Christo. De tristitia vero, quam Cicero magis ægritudinem [g] appellat: dolorem autem Vergilius, vbi ait: Dolent gaudentq;. Sed ideo malui tristitiã dicere [h], quia ægritudo vel dolor vsitatius in corporibus dicitur, scrupulosior quæstio est, vtrũ inueniri possit in bono.

Ad Timo. 1

Ioan. 21.

H

I

K

Sapien. 6.

Psal. 31.

Psal. 4.

Psal. 15.

Philip. 2.

Roma. 11.

1. Cor. 11.

a DIligis me plus his.) An plus quàm hos, an plus quàm hi? Certe plus quàm hi. & ad tollendam amphibologiam sic fuit vertendum. b Domine tu scis quia amo te.) Græce sic est: Λέγει αὐτῷ Σίμωνι Πέτρῳ ὁ Ἰησοῦς: Σίμων Ἰωάννου ἀγαπᾷς με πλεῖον τούτων; Λέγει αὐτῷ· Ναὶ κύριε, σὺ οἶδας ὅτι φιλῶ σε. Λέγει αὐτῷ· Βόσκε τὰ ἀρνία μου. Λέγει αὐτῷ πάλιν δεύτερον· Σίμων Ἰωάννου ἀγαπᾷς με; Λέγει αὐτῷ· Ναὶ κύριε, σὺ οἶδας ὅτι φιλῶ σε. Λέγει αὐτῷ· Ποίμαινε τὰ πρόβατά μου. Λέγει αὐτῷ τὸ τρίτον· Σίμων Ἰωάννου φιλεῖς με; Ἐλυπήθη ὁ Πέτρος ὅτι εἶπεν αὐτῷ τὸ τρίτον φιλεῖς με. Itaque ἀγαπάω vertunt, diligo, φιλέω, amo. c Quia nonnulli arbitrãtur aliud esse dilectionem.) Origenes homilia prima in Cantica: Videtur mihi quod diuina scriptura volens cauere, ne lapsus aliquis legentibus sub amoris nomine nasceretur, pro infirmioribus quibusque eũ qui apud sapientes seculi cupido seu amor dicitur, honestiore vocabulo charitatem vel dilectionem nominasse. d Dicunt enim dilectionem accipiendã esse in bono.) Aliam Latini scriptores longe diuersam faciunt in istis vocabulis differentiam, vt diligere sit remissius, amare ardentius, vt apud Ciceronem: Dolabellam antea diligebã, nunc amo. Et ad Brutũ apertius: Clodius Tri. pl. desiderabat, valde me diligit, seu vt μεγαπιθανέστερον dicã, valde me amat. Et si nõ negarim amorem ambiguum quidem, & mediũ nomen, in obscœnum tamen & flagitiosum plerunq; vsurpari, dilectionem raro. & quam differentiam Latini ponunt inter diligere & amare, eandem Græcorum quidam inter ἀγαπᾶν καὶ φιλεῖν. e Sed scripturas religionis nostræ. Hi loci, quos ex sacris literis affert ad probãdũ quod conatur, nihil efficiunt, nisi dicat φιλεῖν, & ἀγαπᾶν ad vtrunque, bonum, & malum valere. quod ex dictis illis, in quibus Apostoli his vocabulis vsi sunt, declaratur. Latina enim interpretatio linguam & significata vocum interpretis arguit, non eius qui scripsit. Sed forte illud ostendere volebat, quod cum homine Græco disputaret, nempe Origene. f Vel si accommodatius dicitur, Desiderauit anima mea.) Sic enim vertẽt Septuaginta: ἐπεπόθησεν ἡ ψυχή μου τοῦ ἐπιθυμῆσαι τὰ κρίματά σου. Et incipit ostendere, nullum ex quatuor illis affectibus, malum natura sua esse. g Quam Cicero magis ægritudinem.) Dixi hoc esse apud Ciceronem tertio & quarto Tuscu. quæstio. h Sed ideo malui tristitiam dicere.) Cicero. ij. Tusc. quæst. cum de dolore loquitur, cruciatum in corpore significat, & ægritudinem cruciantem finit libro quarto. ægritudinem in animo esse dicit, sicut ægrotationẽ in corpore: ægritudinem quoq; non seiunctum à dolore habere nomen, libro tertio.

a

M

Psal. 10.

1. Ioan. 2.

2. Timo. 3.

Philip. 1.

Psal. 118.

De tribus perturbationibus, quas in animo sapientis Stoici esse uoluerunt, exclusis dolore siue tristitia, quam uirtus animi sentire non debeat.

Caput VIII.

QVas enim Græci appellant εὐπαθείας, [a] Latine autem Cicero constantias nominauit. Stoici tres esse voluerunt, pro tribus perturbationibus in animo sapientis: pro cupiditate, volũtatem: pro lætitia, gaudium [b]: pro metu, cautionem: pro ægritudine vero, vel dolore, quem nos vitandæ ambiguitatis gratia, tristitiam maluimus dicere, negauerunt esse posse aliquid in animo sapientis. Voluntas quippe, inquiunt, appetit bonum, quod facit sapiens. Gaudium de bono adepto est, quod vbique adipiscitur sapiens. Cautio deuitat malum, quod debet sapiens deuitare. Tristitia porrò, quia de malo est, quod iam accidit. Nullum autem malum existimant posse accidere

A cidere sapienti: nihil in eius animo pro illa esse posse, dixerunt. Sic ergo illi loquuntur: vt velle, gaudere, cauere, negent nisi sapientem: stultum autem non nisi cupere, lætari, metuere, contristari. Et illas tres esse cõstantias: has autem quatuor, perturbationes secundum Ciceronem: secũdum plurimos autem, passiones. Græce autem illæ tres, sicut dixi, appellantur εὐπαθείαι: istæ autem quatuor πάθη. Hæc locutio vtrum scripturis sanctis [c] congruat, quum quærerem, quantum potui diligenter, illud inueni, quod ait Propheta: Nõ est gaudere impiis, dicit dominus [d], tanquam impij lætari possint potius, quàm gaudere de malis, quia gaudiũ proprie bonorum & piorum est. Item illud in Euangelio: Quæcunque vultis vt faciant vobis homines, hæc & vos facite illis: ita dictũ videtur, tanquàm nemo possit aliquid male vel turpiter velle, sed cupere. Denique propter cõsuetudinem locutionis, nonnulli interpretes addiderunt, bona: & ita interpretati sunt: Quæcunque vultis vt faciant vobis homines bona. Cauendum enim putauerunt, ne quisquam inhonesta velit sibi fieri ab hominibus, vt de turpioribus taceam, certe luxuriosa conuiuia, in quibus se, si & ipse illis faciat similia, hoc præceptum existimet impleturum. Sed in Græco

B Euangelio [e], vnde in Latinum translatum est, non legitur, bona: sed, Quæcunque vultis vt faciant vobis homines, hæc & vos facite illis: credo propterea, quia in eo quod dixit, vultis, iam voluit intelligi bona. non enim ait, cupitis. Non tamen semper his proprietatibus locutio nostra frenanda est: sed interdum his vtẽdum est. Et cum legimus eos, quorum authoritati resultare fas non est, ibi sunt intelligendæ, vbi rectus sensus aliũ exitum non potest inuenire: sicut ista sunt, quæ exempli gratia partim ex Propheta, partim ex Euãgelio cõmemorauimus. Quis enim nescit impios exultare lætitia? Et tamen non est gaudere impiis, dicit dominus. Vnde, nisi quia gaudere aliud est, quando proprie signatéque hoc verbum ponitur? Item quis negauerit nõ recte præcipi hominibus, vt quæcunq; sibi ab aliis fieri cupiunt, hæc eis & ipsi faciant: ne seinuicẽ turpitudine illicitæ voluptatis oblectent? & tamen saluberrimum, verissimumq; præceptum est: Quæcunque vultis vt faciant vobis homines, eadem & vos facite illis. Et hoc vnde, nisi quia hoc loco modo quodam proprio voluntas posita est, quę in malo accipi non potest? Locutione

C vero vsitatiore, quam frequentat maxime consuetudo sermonis, non vtiq; diceretur: Noli velle mentiri omne mendacium: nisi esset & voluntas mala, à cuius prauitate illa distinguitur, quam prædicauerunt angeli dicentes: Pax in terra hominibus bonæ voluntatis [f]. Nã ex abundanti additum est, bonæ, si esse non potest nisi bona. Quid autem magnum in charitatis laudibus dixisset Apostolus, quod nõ gaudeat super iniquitate, nisi quia ita malignitas gaudet? Nam & apud authores secularium literarum, talis istorum verborũ indifferentia reperitur. Ait enim Cicero orator amplissimus: Cupio patres conscripti me esse clementẽ [g]. Quia hoc verbum in bono posuit, quis tam peruerse doctus existat, qui non eum cupio, sed volo potius dicere debuisse cõtendat? Porrò apud Terentium flagitiosus adolescens insana flagrans cupidine: Nihil volo aliud, inquit, nisi Philomenam [h]. Quam voluntatem fuisse libidinem, respõsio quæ ibi serui eius senioris [i] inducitur, satis indicat. Ait namque domino suo: Quanto satius est, te id dare operam, quo istum amorem ex animo amoueas tuo, quàm id loqui, quo magis libido frustra accendatur tua. Gaudium vero eos & in malo posuisse ille ipse Virgilianus testis est versus, vbi has quatuor perturbationes summa breuitate cõplexus est: Hinc metuunt, cupiuntq;, dolent, gaudẽtq;. Dixit etiam idem author: Mala mentis gaudia. Proinde volunt, cauent, gaudent & boni & mali. Atque vt eadem aliis verbis enunciemus, cupiunt, timent, lætantur & boni & mali. Sed illi bene, isti male, sicut hominibus seu recta seu peruersa voluntas est. Ipsa quoque tristitia, pro qua Stoici nihil in animo sapientis inueniri posse putauerunt, reperitur in bono, & maxime apud nostros. Nam laudat Apostolus Corinthios, quod contristati fuerint secundũ deum. Sed fortasse quis dixerit, illis Apostolum fuisse congratulatum, quod contristati fuerint pœnitendo: qualis tristitia, nisi eorum qui peccauerunt, esse non potest. Ita enim dicit: Video quod epistola illa etsi ad horam contristauit vos, nunc vero gaudeo, nõ quia contristati estis, sed quia contristati estis ad pœnitentiam. Contristati enim estis secũdum deum, vt in nullo detrimentum patiamini ex nobis. Quæ enim secundum deum est tristitia, pœnitẽtiam in salutem stabilem operatur [k], mundi autem tristitia mortem operatur. Ecce enim idipsum secundum deum contristari, quãtam perfecit in nobis industriam. Ac per hoc possunt Stoici pro suis partibus respondere, ad hoc videri vtile esse tristitiam, vt peccasse pœniteat, in animo autem sapiẽtis ideo esse non posse, quia nec peccatum in eum cadit cuius pœnitentia contristetur, nec vllum aliud malũ, quod perpetiendo & sentiendo sit tristis. Nam & Alcibiadem ferunt [l], si me de nomine hominis memoria non fallit, cum sibi beatus videretur Socrate disputãte [m], & ei quàm miser esset, quoniam stultus esset, demonstrante, fleuisse. Huic ergo stultitia fuit causa etiã huius vtilis optandæq; tristitiæ, qua homo esse se dolet, quod esse non debet. Stoici autem non stultum, sed sapientem aiunt tristem esse non posse.

Lucæ. 2.

1. Cor. 13.

D

Aenei. 6.

2. Cor. 7.

E

F

a QVas enim Græci appellant εὐπαθείας, Cicero constantias.) Hæc omnia apud Ciceronem lib. iiij. Tuscu. quæst. Porrò εὐπάθεια. q. bonus affectus dicitur: quod bifariam potest intelligi: & περὶ τῆς τρυφῆς, hoc est de voluptate, cuius contrarius est mœror & dolor: & περὶ τῆς βουλήσεως, hoc est, de illa honesta & sancta voluntate, quam Stoici ponebant. Nam dixi antea voluntates ab Stoicis tantum dici bonas, quod planius Cicero. b Pro lætitia gaudium.) Gaudere enim decet, lætari non decet. Porrò declinatio à malo cum ratione est cautio, sine ratiõe vero & cum exanimatione humili atque fracta metus. c Locutio vtrum scripturis sanctis.) Equidem non video, quo spectet tam longa disputatio de ratione nominum ex interprete dũtaxat perita: nam si in eadem lingua dicta adduceret, qua sunt à sanctis scripta, esset aliqua ratio cur fieret. d Nõ est gaudere impiis dicit dominus.) Esa. lviij. Vulgo legimus, Nõ est pax impiis dicit dominus. Lxx. verterunt non est gaudium impiis. e Sed in Græco Euãgelio.) Πάντα οὖν ὅσα ἂν θέλητε ἵνα ποιῶσιν ὑμῖν οἱ ἄνθρωποι, καὶ ὑμεῖς ποιεῖτε αὐτοῖς οὕτως. Ociosum nimis esset, vt puto, multis verbis persuadere velle, cùm de sensu aut integritate verborũ Euangelij Latini dubitatur, ad fontem ipsum recurrendum, ad Græca exemplaria, qua lingua Apostoli scripsere. Hoc Hieronymus clamat, hoc Augustinus hic admonet, & præcipit exemplo suo. Isti reclamant, & certius esse contẽdunt, transfusum in Latinum sermonem Euangelium, quàm in ipsa origine sua. Sed istos non magnopere referre putem confutari: nam pauci sunt, & indocti, qui vel suapte sponte tacebunt, quum se intelligent nil proficere, vel eruditorum omnium consensu cum absonis suis clamoribus reiicientur. f Pax in terra hominibus bonæ voluntatis.) Græce est καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἀνθρώποις εὐδοκία. In terra pax, hominibus bona voluntas. Sed ad id quod agit, nihil interest, siue bona voluntas dicatur, siue bonæ voluntatis. g Cupio patres conscripti me esse clementem.) Prima in Catilinam inuectiua. Sed sic legitur: Cupio patres C. me esse clementem, cupio in tantis Reip. periculis, me nõ dissolutum videri. Et in hoc sensu, cupio, est sexcenties apud Ciceronem: atque hoc argumentum Augustini ex scriptoribꝰ linguæ Latinę in ea re, de qua tractat, paulo est aptius, quàm alia omnia sacrorum librorum: idq; non tam contra Græcos Stoicos, quàm contra Latinum Ciceronem. h Nihil volo aliud, inquit, nisi Philomenam.) Verba sunt Carini in Andria Terẽtij. Puto dici Philumenã. q. charã, & amatam. φιλουμένη filia fingitur Chremetis. Interpres noster multis antea libris tacitus, hoc demũ capite soluit silentium, & Philumenam, nomen esse cuiusdam meretricis ait. Hoc non est boni viri, ex pudica virgine, impudicum scortum facere: sed nimirum putat, quod & aliis plerisque nostro tẽpore persuasum est, apud poẽtas

G poëtas nullos viros loqui, nisi lenones, aut latrones: nec vllas fœminas, nisi meretrices, aut lenas. Ideo lupanarium Latinum vocant, quod quũ Philumena in lupanari inueniatur, quid aliud simplici illi & columbino prædicatoris oculo videri debuit, quàm meretrix? i Serui eius senioris.) An sanioris? Ideo melius poterat iudicare: nam Carinus in amore non sat erat sanus, seruus hic erat Birrhia. k Pœnitentiam in salutem stabilem operatur.) Sic vulgo etiam legimus in epistola Pauli ad Corinthios secũdo. In antiquis Augustini exemplaribus, In Brugensi habetur, pœnitentiam in salutem impœnitentibus: mendose quidem, sed aliquo tameq; vestigio veræ lectionis, quæ est in Coloniensi, vbi legitur: In salutem impœnitendam: sic enim Græce μετάνοιαν εἰς σωτηρίαν ἀμετα-
Alcibiades μέλητον pœnitentiam in salutem, cuius nunquam pœniteat. l Nam & Alcibiadẽ ferunt.) Hic propinquus erat Periclis principis Athenieñ. cui & pupillus est relictus, omnium mortalium formosissimus, idem ingeniosissimus, & maximæ in re militari industriæ. Imperator fuit Athenieñ. bellumq; gessit cum Siculis & Lacedæmoniis. Nullius vnquã vnius hominis ad res diuersissimas maxima vitia, & maximas virtutes flexibilius ingenium fuit. Eius vitam & gesta, scribũt Plutarchus, & Aemilius Probus, & Iustinus, vulgares satis authores. m Socrate disputante.) Socrates hunc edocuit, quem & se amare simulauit, vt ab amoribus aliorum, qui impudici erant, auerteret. Frequens eius mentio in dialogis Platonis. Socrates hunc interim blandis & suauibus, cum haberet obsequẽtem, ducebat verbis, sæpe asperis & acribus, cum ferocientem videret, sibiq; placentẽ impẽdio coërcebat: vt apud Platonem in Alcibiade de hominis natura. Cicero quarto Tuscul. Cum Socrates Alcibiadi persuasisset, vt accepimus, eum nihil hominis esse, ne quicquam inter Alcibiadẽ summo loco natum, & quemuis baiulum interesse, quum se Alcibiades afflictaret, lachrymansq; Socrati supplex esset, vt sibi virtutem traderet, turpitudinemq; depelleret.

H

De perturbationibus animi, quarum affectus rectos habet uita iustorum. Cap. IX.

VErum his philosophis, quod ad istã quæstionem, de animi perturbationibus attinet, iam respõdimus in nono huius operis libro: ostẽdentes, eos non tam de rebus, quàm de verbis cupidiores esse contentionis, quàm veritatis. Apud nos autem iuxta scripturas sacras, sanamq; doctrinam, ciues sanctæ ciuitatis dei in huius vitæ peregrinatione secundũ deum viuentes, metuunt, cupiuntq;, dolent, gaudentq;. Et quia rectus est amor eorum, istas omnes affectiones rectas habent. Metuunt pœnam æternam, cupiunt vi-
†aliâs spe tam æternam. Dolent in se †, quia ipsi in semetipsis ad-
†aliâs re. huc ingemiscunt adoptionem, expectãtes redemptionem corporis sui. Gaudent in spe †, quia fiet sermo, qui scriptus est: Absorpta est mors in victoria. Item metuunt peccare, cupiunt perseuerare: dolent in peccatis, gaudent in operibus bonis. Vt enim metuant peccare, audiunt: Quoniã abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Vt cupiant perseuerare, audiunt quod
I scriptum est: Qui perseuerauerít vsq; in finem, hic sal-
Matth.10. uus erit. Vt doleant in peccatis, audiunt: Si dixerimus,
1.Ioan.1. quia peccatũ non habemus, nosipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Vt gaudeant in operibus bonis,
2.Cor.9. audiunt: Hilarem datorem diligit deus. Item sicuti se infirmitas eorum firmitasq; habuerit, metuunt tẽtari, cupiũt tentari: dolent in tentationibus, gaudent in tẽtationibus. Vt enim metuant tentari audiunt: Si quis præoccupatus fuerit in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, instruite huiusmodi in spiritu mansuetudinis, intendens teipsum ne & tu tenteris. Vt autem cupiant
Psal.25. tentari, audiunt quendam virum fortem ciuitatis dei dicentẽ: Proba me domine, & tenta me, vre renes meos & cor meum. Vt doleant in tentationibus, vident Petrum flentem. Vt gaudeant in tentationibus, audiũt Iacobum dicẽtem: Omne gaudium existimate fratres mei, cum in tentationes varias incideritis. Non solum autem propter semetipsos his mouentur affectibus, verumetiam propter eos quos liberari cupiunt: & ne pereant, metuunt, & dolent, si pereunt, & gaudent, si libe-
2. Cor.12. rantur. Illum quippe optimum & fortissimum virum qui in suis infirmitatibus gloriatur, vt eum potissimũ commemoremus, quem in ecclesia Christi ex gẽtibus
1. Timo.2. inuenimus [a], doctorem gentium in fide & veritate, qui & plus omnibus suis coapostolis laborauit, & pluribus K
epistolis populos dei, non eos tantum, qui præsentes ab illo videbantur, verumetiam illos, qui futuri præuidebantur, instruxit: illum inquam verum athletam Christi, doctum ab illo [b], vnctum de illo [c], crucifixum cum illo [d], gloriosum in illo [e], in theatro [f] huius mundi, cui spectaculum factus est, & angelis & hominibus, legitime [g] magno agone [h] certantem, & palmam [i] supernæ vocationis in anteriora sectantem [k], oculis fidei liben-
†spectamus. tissime spectantem †, gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus, foris habentem pugnas [l], intus timores,
2.Cor.7. cupientem dissolui & esse cum Christo: desiderantem videre Romanos, vt aliquem fructum habeat in illis,
Roma.1. sicut & in cæteris gentibus: æmulantem Corinthios, &
2.Cor.11. ipsa æmulatione metuentem, ne seducantur eorũ mẽtes à castitate, quæ in Christo est: magnam tristitiã &
Roma.9. continuũ dolorem cordis de Israëlitis habentem, quod ignorantes dei iustitiam, & suam volentes cõstituere, iustitię dei non essent subiecti, nec solum dolorem, verumetiam luctum suum denunciantem de quibusdam
1.Cor.12. qui ante peccauerunt, & non egerunt pœnitentiam su
L per immunditia & fornicationibus suis. Hi motus, hi affectus de amore boni & de sancta charitate venientes, si vitia vocanda sunt, sinamus, vt ea quæ vera vitia sunt, virtutes vocentur. Sed cum rectam rationem sequantur istæ affectiones, quando vbi oportet adhibentur, quis eas tunc morbidas seu vitiosas passiones audeat dicere? Quamobrem etiam ipse dominus in forma serui agere vitam dignatus humanam, sed nullum habens omnino peccatum, adhibuit eas, vbi adhibendas esse iudicauit. Neque enim in quo verum erat hominis corpus, & verus hominis animus, falsus erat humanus affectus. Cum ergo eius in Euangelio ista referuntur, quod super duritia cordis Iudęorum cũ ira cõtristatus sit, quod dixerit, gaudeo propter vos, vt creda
Ioãnis.11. tis: quod Lazarum suscitaturus etiam lachrymas fude-
Lucæ.22. rit: quod concupiuerit cum discipulis suis manducare pascha: quod propinquante passione tristis fuerit anima eius vsq; ad mortẽ, non falsò vtiq; referuntur. Ve-
Mat.26. rum ille hos motus certæ dispensationis gratia, ita cũ voluit, suscepit animo humano, vt cum voluit factus
M est homo. Proinde quod fatendum est, etiam cum rectas & secundum deum habemus has affectiones, huius vitæ sunt, non illius, quã futuram speramus, & sæpe illis etiam inuiti cedimus. Itaque aliquãdo quanuis nõ culpabili cupiditate, sed laudabili charitate moueamur, etiam dum nolumus [m], flemus. Habemus ergo eas ex humanæ conditionis infirmitate, non autem ita dominus Iesus, cuius & infirmitas fuit ex potestate [n]. Sed dum vitæ huius infirmitatem gerimus, si eas omnino nullas habeamus, tunc potius non recte viuimus. Vituperabat enim [o] & detestabatur Apostolus quosdam, quos etiam esse dixit sine affectione [o]. Illos etiam culpauit sacer Psalmus, de quibus ait, Sustinui qui simul
Psal.68. contristaretur & non fuit. Nam omnino non dolere, dum sumus in hoc loco miseriæ, profecto sicut quidã etiam apud seculi huius [p] literatos sensit, & dixit, non sine magna mercede cõtingit immanitatis in animo, stuporis in corpore. Quocirca illa quæ ἀπάθεια [q] Græce dicitur, quæ si Latine posset, impassibilitas diceretur: si ita intelligenda est (in animo quippe, nõ in corpore accipitur) vt sine his affectionibus viuatur, quæ contra rationem accidunt mentemq; perturbant, bona plane & maxime optanda est: sed nec ipsa huius est vitæ. Nõ enim qualiumcunque hominum vox est,

sed ma-

A sed maxime piorum, multumq; iustorum, atq; sanctorum: Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, nosipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Tunc itaque ἀπάθεια ista erit, quando peccatum in homine nullum erit. Nunc vero satis bene viuitur sine crimine [r]: sine peccato autem qui se viuere existimat, non id agit, vt peccatum non habeat, sed vt veniam non accipiat. Porrò si ἀπάθειά illa dicenda est, cum animum contingere omnino non potest vllus affectus, quis hũc stuporem non omnibus vitiis iudicet esse peiorem? Potest ergo non absurde dici perfectam beatitudinem sine stimulo timoris, & sine vlla tristitia futuram. Non ibi autem futurum amorem, gaudiumq; quis dixerit, nisi omnino à veritate seclusus? Si autem ἀπάθεια illa est, vbi nec metus vllus exteriret, nec angit dolor, auersanda est in hac vita, si recte, hoc est, secundum deum, viuere volumus. In illa vero beata, quæ sẽpiterna promittitur, timor planè separandus est [s]. Timor nanque
1. Ioan. 4. ille de quo dicit Apostolus Ioannes, Timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem: quia timor pœnam habet: qui autem timet, nõ est perfectus in charitate: non est eius generis timor, cuius il-
2.Cor.11. le, quo timebat Apostolus Paulus, ne Corinthij serpẽ-
B tina seducerentur astutia: hunc enim timorem habet charitas, imò non habet nisi charitas: sed illius est generis timor, qui non est in charitate: de quo & ipse Apostolus Paulus ait: Nõ enim accepistis spiritum ser-
Roma.8. uitutis iterum in timorẽ. Timor vero ille castus per-
Psal.18. manens in seculũ seculi, si erit & in futuro seculo: nam quo alio modo potest intelligi permanere in seculum seculi? non est timor exterrens à malo, quod accidere potest, sed tenens in bono, quod amitti non potest. Vbi enim boni adepti amor immutabilis est, profecto si dici potest, mali cauẽdi timor securus est. Timoris quippe casti nomine ea voluntas significata est, qua nos necesse erit nolle peccare: & non solicitudine infirmitatis, ne forte peccemus, sed trãquillitate charitatis cauere peccatum. Aut si nullius omnino generis timor esse poterit in illa certissima securitate perpetuorum, fœliciumq; gaudiorum: sic dictum est, Timor domini castus permanens in seculum seculi: quemadmodum
Psal.9. dictum est: Patientia pauperum non peribit in æternum. Neque enim æterna erit ipsa patientia, quæ necessaria non est, nisi vbi toleranda sunt mala: sed æternum erit, quò per patiẽtiam peruenitur. Ita fortasse
C timor castus in seculum seculi dictus est permanere, quia id permanebit, quò timor ipse perducit. Quæ quũ ita sint, quoniam recta vita dicenda est, qua peruenie-dum sit ad beatam, omnes affectus istos vita recta rectos habet, peruersa peruersos. Beata vero, eademq; æterna amorem habebit, & gaudium, nõ solum rectum, verumetiam iam certum: timorem autem & dolorem nullum. Vnde iam apparet vtcũque, quales esse debeãt in hac peregrinatione ciues ciuitatis dei, viuentes secundum spiritum, non secundum carnem, hoc est, secundum deum, non secundum hominem, & quales in illa quò tendunt immortalitate futuri sint. Ciuitas porrò, hoc est, societas impiorum, nõ secundum deum, sed secundum hominem viuentium, & in ipso cultu falsę, cõtemptuq; veræ diuinitatis, doctrinas hominum, dæmonúmve sectantium [t], his affectibus prauis tãquam morbis & perturbationibus quatitur. Et si quos ciues habet, qui moderari talibus motibus, & eos quasi temperare videantur: sic impietate superbi & elati sunt, vt
†aliâs, tumores. hoc ipso in eis sint maiores timores †, quo minores do-

D lores. Et si nonnulli tanto immaniore, quanto rariore vãnitate hoc in seipsis adamauerint, vt nullo prorsus erigantur, & excitentur: nullo flectantur, atque inclinentur affectu: humanitatem totam potius amittunt, quàm veram assequantur tranquillitatem. Non enim quia durum aliquid, ideo rectum, aut quia stupidum est, ideo sanum [x].

Q

Vem in Ecclesia Christi ex gentibus inuenimus.) Paulus nõ a venit ex gentibus ad Ecclesiam, sed ex Iudaico populo tribu Beniamin: ideo melius in veteribus libris, qui in Ecclesiam Christi ex gentibus venimus. vt loquatur Augustinus de se & aliis, qui ad Christum ex gẽtilisũ genere conuersi sunt. b Doctum ab illo.) Nam erant magistri palæstræ, à quo docebantur athletæ. c Vnctum de illo.) In aliis exemplaribus legitur: vinctum de illo, quod ipse interdũ dicit, Ego vinctus Christi Iesu. quod puto esse congruentius, quanuis athletæ vngebantur ab alipta, & persequitur ferè illam athletarum rationem, exercitationem, & mores. d Crucifixũ cum illo.) Nam certi fines erant, quos non licebat egredi siue saltando, siue currendo, siue luctando. e Gloriosum in illo.) Ad victoriam hoc spectat. f In theatro.) Ad spectatores nõ coram paucis, aut ignobilibus. g Legitime.) Nam certis legibus rogabantur, neque enim cuilibet licebat certare. h Magno agone.) Nam erant minora certamina, & maiora, vt eorum qui dolichum currebant, & qui pancratiastæ dicebãtur. i Palmam.) Hoc brabium. k In anteriora sectantẽ.) In dies maioribus victoriis meritisq; instructum, & ornatum, vt tandẽ sit, quinquertio & in omni certaminum genere periodum vincat. Fratres ego nondum arbitror me comprehendisse: vnũ vero, quæ retro sunt oblitus, tendens vero in anteriora destinatum persequor, ad præmium scilicet supernæ vocationis dei: per Christum Iesum. ad Philip. iij. l Foris habentem pugnas.) Percenset omnes ferè in Paulo affectus, & eos bo E
nos. m Etiam dum nolumus.) Elabuntur vel imprudentibus, vel inuitis lachrymæ affectu intrinsecus moto, vt tristitia, aut lætitia. n Cuius & infirmitas fuit ex potestate.) Nam in manu eius fui erãt affectus, nempe & dei & hominis beatiss. laxabatq;, aut contrahebat, tum illos, tũ omnia corporis atque animi sui pro arbitrio: nostri vero affectus indomiti sunt, à quibus etiam nos rapimur, ita ex infirmitate sunt & impotentia, idcirco impotentiam animi in affectibus immodicis nominamus. o Quos etiam esse dixit sine affectione.) ἀοργησίας, qui nullo sunt affectu in suos, qui nec fortunis, nec infortuniis eorum vel gaudio, vel tristitia tanguntur, similes ferè sunt, quos Græce ἀκαθῆς dicũt, de quibus Plinius lib. vij. Ferunt Socratem clarum sapientia eodem semper visum vultu, nec aut hilari magis, aut turbato. Exit hic animi tenor aliquã do in rigorem quendam toruitatemq; naturæ duram & inflexibilem, affectusq; humanos adimit, quales ἀκαθῆς Græci vocant. p Sicut quidam etiam apud seculi huius.) Crantoris Academici est hæc sententia apud Cice. iij. Tuscu. quæst. de indolentia. q Quocirca illa quæ ἀκαθεσία.) Seneca primo libro Epistolarum, In ambiguitatem incidendũ est, si, exprimere ἀκαταθεσίας vno verbo cito voluerimus, & impatientiam dicere: poterit enim cõtrarium ei, quod significãre volumus, intelligi. Nos enim cum volumus dicere, qui respuat omnis mali sensum, accipietur is, qui nullum possit ferre malum. Vide ergo num satius sit aut inuulnerabilem animum dicere, aut animum extra omnem patientiam positum. Hoc inter nos & Epicuræos interest, Noster sapiens vincit quidem incommodum omne, sed sentit: illorum nec sentit quidẽ. Sic ille. r Nũc vero satis bene viuitur sine crimine.) Quid peccatum & crimen differãt docet tractatu. xlj. super Ioannem. Nam crimen est, inquit, peccatũ gra- Crimen.
ue accusatione & dãnatione dignissimum: ideo Apostolus Paulus, quã- Peccatum.
do elegit ordinandos, vel presbyteros, vel diaconos, & quicunque ordinandus est ad præposituram ecclesię, non ait si quis sine peccato est, hoc enim si diceret, omnis homo reprobaretur, nullus ordinaretur: sed ait, si quis sine crimine est. Sicut homicidium, adulterium, aliqua inuidentia, fornicationes, furtum, fraudes, sacrilegium, & huiusmodi. ad explicandũ Augustini dictum satis. s Timor planè separandus est.) Alibi legitur in illa vero beatitudine, quæ sempiterna promittitur planè sperãda est, F
apathia scilicet. t Doctrinas hominum dæmonumq; sectantium.) Sunt disciplinæ, quas dæmones hominibus tradiderunt vt magia, astronomia, & omne diuinationis genus præter propheticum. Plato in Phædro dæmonem cui erat nomen Theuth, inuenisse scribit literas, Arithmeticam, Geometriam, Astronomiam, aleam, & ad Thamum Aegypti regem detulisse dialecticam quoque hãc cõtentiosam & pertinacẽ: non dubium ab ingenio diabolico esse profecta, quod in verum contra niti semper, & melius dicenti nunquam cedere, & falso verum gaudet vincere. u Sic impietate superbi ac elati.) Superbia fuit commune ferè philosophorum omnium vitium. x Aut quia stupidum ideo sanum.) Medici quibusdam membris affectis, cum sanitatem afferre nequeunt, stuporem inducunt, vt omni doloris sensu vacue faciant, non quo sana sint, sed ne nihil sentiant.

An primos homines in paradiso cõstitutos nullis perturbationibus prius quàm deliquerint affectos fuisse credendum sit. Caput X.

SEd vtrũ primus homo vel primi homines, (duorum erat quippe cõiugium) habebant istos affectus in corpore animali ante peccatum, quales in corpore spiritali non habebimus omni purgato finitoq; peccato, non immerito quæritur. Si

enim

G enim habebant,quomodo erant beati in illo memorabili beatitudinis loco,id est, in paradiso? Quis tandem absolute dici beatus potest,qui timore afficitur, vel dolore? Quid autē timere vel dolere poterant illi homines in tantorum tanta affluentia bonorum, vbi nec mors metuebatur,nec vlla corporis mala valetudo,nec aberat quicquam, quod bona voluntas adipisceretur, nec inerat quod carnem, animúmve hominis fœliciter viuentis offenderet? Amor erat imperturbatus in deum, atque inter se coniugum fida & syncera societate viuentium,& ex hoc amore grande gaudium,non desistente,quod amabatur ad fruendum. Erat deuitatio tranquilla peccati, qua manente, nullum omnino aliunde malum,quod contristaret, irruebat. An forte cupiebant prohibitum lignum ad vescendum contingere, sed mori metuebant: ac per hoc, & cupiditas, & metus iam tunc illos homines etiam in illo perturbabat loco? Absit,vt hoc existimemus fuisse, vbi nullum erat omnino peccatum. Neque enim nullum peccatū est [a],ea quæ lex dei prohibet concupiscere,atque ab his abstinere timore pœnæ,non amore iustitiæ. Absit,inquam,vt ante omne peccatum, iam ibi fuerit tale pec-
H catum, vt hoc de ligno admitterent, quod de muliere
Mat.5. dominus ait: *Si quis viderit mulierem ad cōcupiscendum eam,iam mœchatus est eam in corde suo.* Quàm igitur fœlices erant primi homines, & nullis agitabātur perturbationibus animorum: nullis corporum læ-debātur incommodis: tam fœlix vniuersa societas esset humana, si nec illi malum, quod etiam in posteros traiicerent: nec quisquam ex eorum stirpe iniquitatem committeret,quæ damnationem reciperet. Atque ista permanente fœlicitate, donec per illam benedictionē,
Gene.1. qua dictum est, Crescite & multiplicamini: prædestinatorum sanctorum numerus compleretur,alia maior daretur,quæ beatissimis angelis data est: vbi iam esset certa securitas peccaturum neminē, moriturumq; neminem: & talis esset vita sanctorum, post nullum laboris, doloris, mortis experimentum, qualis erit post hæc omnia incorruptione corporum reddita resurrectione mortuorum.

[a] NEque enim nullum peccatum est.) Non modo actus ipse, sed cupiditas actus mali peccatum est. Nec solum in lege diuina, verum etiam in humanis illis exactioribus, vt Cicero Philippica secunda disputat: sed in libris philosophicis accuratius & copiosius. Et si huiusmodi legibus pœna non est huic peccati ge-
I neri constituta: neque enim sic vnquam leges cauent, si quis tātum agri, aut pecoris habere voluerit, ea mulcta esto: quemadmodum Cato senior inquit pro Rhodiensibus.

De *lapsu primi hominis, in quo bene condita natura est, nec potest nisi à suo authore reparari.* Caput XI.

SEd quia deus cuncta præsciuit,& ideo hominem quoq; peccaturū ignorare nō potuit: secundum id quod præsciuit,atque disposuit,ciuitatem sanctam debemus asserere, non secundum illud quod in nostram cognitionem peruenire non potuit,quia in dei dispositione non fuit. Nec enim homo peccato suo diuinum potuit perturbare consilium,quasi deum quod statuerat, mutare compulerit: cum deus præsciendo vtrunque prēuenerit,id est,& homo,quem bonum ipse creauit, quàm malus esset futurus: & quid boni, etiā sic de illo esset ipse facturus. Deus enim etsi dicitur statuta mutare: vnde tropica loquutione [a] in scripturis sanctis etiam pœnituisse legitur deum: iuxta id dicitur,quod homo sperauerat,vel naturalium causarum ordo gestabat: non iuxta id, quod se omnipotens facturum esse præsciuerat. Fecit itaque deus, sicut scriptum est, hominem rectum: ac per hoc voluntatis K
bonæ. Non enim rectus esset,bonam non habens voluntatem. Bona igitur voluntas opus est dei: quum ea quippe ab illo factus est homo. Mala vero volūtas prima,quoniam omnia mala opera præcessit in homine, defectus potius fuit quidam ab opere dei,ad sua opera, quàm opus vllum. Et ideo mala opera, quia secundum se, non secundum deum, vt eorum operum tanquam fructuum malorū voluntas ipsa esset velut arbor mala: aut ipse homo inquantum malæ voluntatis. Porrò mala voluntas,quanuis nō sit secundum naturam, sed contra naturam,quia vitium est: tamē eius naturæ est, cuius est vitium,quod nisi in natura nō potest esse,sed in ea quam creauit ex nihilo, nō quam genuit creator de semetipso,sicut genuit verbum,per quod facta sunt omnia. Quia etsi de terræ puluere deus finxit hominē, eadem terra omnisq; terrena materies omnino de nihilo est, animamq; de nihilo factam dedit corpori,cū factus est homo. Vsqueadeo autem mala vincuntur à bonis,vt quanuis sinantur esse,ad demōstrandū, quàm possit & ipsis bene vti iustitia prouidentissima creatoris,bona tamen sine malis esse possunt, sicut deus ipse verus & summus, sicut omnis super istū caliginosum L
aërem cœlestis inuisibilis visibilisq; creatura: mala vero sine bonis *†esse non possunt, quia naturæ, in quibus *† als nisi
sunt, inquantum naturæ sunt, vtique bonæ sunt. Detrahitur porrò malum, non aliqua natura, quę accesserat, vel vlla eius parte sublata, sed ea quæ vitiata ac deprauata fuerat, sanata atque correcta. Arbitrium igitur voluntatis tunc est vere liberum [b], cum vitiis peccatisq; non seruit. Tale datum est à deo, quod amissum proprio vitio, nisi à quo dari potuit reddi non potest. Vnde veritas dicit: *Si vos filius liberauerit, tunc vere* Ioan.8.
liberi eritis. Idipsum est autē, ac si diceret: Si vos filius saluos fecerit, tunc vere salui eritis. Inde quippe liberator, vnde Saluator [c]. Viuebat itaque homo secundum deum in paradiso, & corporali & spiritali [d]. Neque enim erat paradisus corporalis propter corporis bona, & propter mentis nō erat spiritalis. Aut vero erat spiritalis, quo per interiores, & non erat corporalis, quo per exteriores sēsus homo frueretur? Erat planè vtrūque propter vtrunque. Postea vero quàm superbus ille angelus, ac per hoc inuidus [e], per eandem superbiam à deo ad semetipsum conuersus, & quodam quasi tyrannico fastu gaudere subditis, quàm esse subditus eligēs, M
de spiritali paradiso cecidit, de cuius lapsu sociorumq; eius, qui ex angelis dei angeli eius effecti sunt, in libris vndecimo & duodecimo huius operis satis quantum potui disputaui, male suasa versutia [f] in hominis sensum serpere affectans. Cui vtique stanti, quoniam ipse ceciderat, inuidebat, colubrum in paradiso corporali, vbi cum duobus illis hominibus masculo & fœmina, animalia etiam terrestria cætera subdita & innoxia versabantur, animal scilicet lubricū & tortuosis anfractibus mobile, operi suo congruum per quem loqueretur [g] elegit, eoq; per angelicam præsentiam [h] præstantioremq; naturā, spiritali nequitia sibi subiecto, & tanquam instrumēto abutens fallaciam sermocinatus est fœminæ, à parte scilicet inferiore illius humanæ copulæ incipiens, vt gradatim peruenirет ad totum, nō existimans virum facile credulum, nec errando posse decipi, sed dum alieno cedit errori. *Sicut enim Aarō er-* Exo.32.
ranti populo ad idolum fabricandum non consensit 3. Reg.11.
inductus, sed cessit obstrictus: nec Salomonem credibile est errore putasse idōlis esse seruiendum, sed blan-

ditiis

A ditiis fœmineis ad illa sacrilegia fuisse cōpulsū: ita credendum est illum virum suæ fœminæ vni vnum, hominem homini, coniugi coniugi, ad dei legem trāsgrediendam, non tanquam verum loquenti credidisse seductum, sed sociali necessitudine [i] paruisse. Nō enim
1. Timo.2. frustra dixit Apostolus: Adam non est seductus, mulier autem seducta est: nisi quia illa quod ei serpens locutus est, tanquam verum esset accepit, ille autem ab vnico noluit consortio dirimi, nec in communione peccati, nec ideo minus reus, si sciens prudensq; peccauit. Vnde & Apostolus non ait, non peccauit: sed nō est seductus. Nam vtique ipsum peccasse ostendit, vbi di-
Roma.5. cit: Per vnum hominem intrauit peccatum in mūdū: & paulopost apertius, In similitudinem, inquit, præuaricationis Adæ, Hos autem seductos intelligi voluit, qui id quod faciunt, non putant esse peccatum, ille autem sciuit. Alioquin quomodo verum erit: Adam nōn
1. Timo.2. est seductus? Sed inexpertō diuinæ seueritatis in eo falli potuit, vt veniale crederet esse commissum. Ac per hoc in eo quidem, quo mulier seducta est, non est ille seductus, sed eum fefellit, quomodo fuerat iudicandū [k]
Gene.3. quod erat dicturus: Mulier quam dedisti mihi sociam,
B ipsa mihi dedit, & manducaui. Quid ergo opus est pluribus? Et si credendo non sunt ambo decepti, peccando tamen ambo capti sunt, & diaboli laqueis implicati.

Tropus. [a] VNde tropica locutione.) Figurata. Tropus est, inquit Quintilianus, verbi vel sermonis à propria significatione in aliā cū virtute mutatio. deum pœnituisse, metaphora, quā cum aliis tropis, si quis ignorat, scire tamen auet ad sacras literas intelligendas, nō ex Cicerone petat vel Quintiliano, sed ab istis magnis declamatoribus, qui quid Grammaticen Rhetoricenq; interest adhuc nesciunt, vno verbulo grammaticen omnia nominant. b Arbitriū igitur voluntatis tunc est vere liberum.) Non quod aliās liberum nō sit, nā neque peccaret, sed quod tunc nullo criminum onere pressum, nulli subditum prauæ consuetudini aut prauitati, tyrannis violentis vere solutū agit & expeditum, non subinde à vitio tractum, atquē vexatum. c Inde quippe liberator vnde Saluator.) Ex deo liberare nos, ex deo saluos facere potuit, nec aliunde. d In paradiso & corporali & spiritali.)
Paradisus. Paradisus voluptas est & oblectatio. In paradiso in quo locatus erat homo nō tantum corporis erat ingens, sed animi multo maxima voluptas, sine qua corporalis illa non modo nulla, sed contra potius amarissima fuisset. Ex animo enim fons est omnis oblectationis, qui si mœret, quid in homine lætum erit? e Superbus ille angelus ac per hoc inuidus.) In superbo natura vitij ipsius succrescit statim inuidentia. Sic enim se superbus diligit, vt neminem non priorem modo, sed ne parem quidē patiatur: quod cum difficile factu sit, ibi continuo inuidia nascitur: ita fit vt etiam in maximis fastigiis, & supra quæ nihil sit, inuidentia reperiatur, cum fauor populi aliqua de causa in alium inclinat, & non totus omni tempore, & per omnia in principem fertur. Declarat Suetonius quem-
C admodum Caligula Cæsar omni generi hominum etiam infimo inuiderit, aliis propter acclamationes populi, aliis propter admirationē generis vel formæ. Inuidit ergo dæmon homini sibi in dignitate illa suffecto, & per hanc inuidiam mors introiuit in orbem terrarum. f Male suasa versutia.) Legēdum: malesuada versutia, vt apud Vergilium male suada fames. q. mala suadens. g Operi suo congruum per quem loqueretur.) Idem de Geñ. ad literam, inquit, per hoc solū animal permissum esse tentare, vt satis declararetur fœminæ venenosum animal non nisi venenum efflaturum. Pherecides Scyrus scribit dæmonas è cœlo esse à Ioue deturbatos: quorum princeps Ophioneus sit dictus, hoc est serpentinus. h Eoq; per angelicam præsentiam.) Nam dæmon serpentem induit, ideo callidissimum omnium animalium videbatur, vt ipse dicit super Geñ. i Sociali necessitate, sed beneuolentia & coniunctione. Hæc enim omnia est necessitudo & crebrius posteriora hæc. k Sed eum fefellit quomodo fuerat iudicandum.) Hoc Adam decepit, quōd existimauit instam se excusationem, & quam deus facile acciperet, increpanti & castiganti deo allaturum, si se id fecisse diceret, vt gratificaretur sociæ, atque ei sociæ, non quam sumpsisset ipse, sed quam dedisset dominus.

De *qualitate primi peccati per hominem admissi.* Cap. XII.

SI quem vero mouet, cur aliis peccatis sic natura nō mutetur humana, quemadmodum illa duorum primorum hominum præuaricatione mutata est, vt tantæ corruptioni quantam videmus, atque sentimus, & per hanc subiaceret & morti, ac tot & tantis tamq; inter se contrariis perturbare-
tur, & fluctuaret affectibus, qualis in paradiso ante pec D
catum licet in corpore esset animali vtique nō fuit. Si quis hoc mouetur, vt dixi, non ideo debet existimare leue ac paruum fuisse illud commissum. Quia in esca factum est. Non quidē mala nec noxia [a], nisi quia prohibita. Neque enim quicquam mali deus in illo tantæ fœlicitatis paradiso crearet atque plantaret. Sed obedientia cōmendata est in præcepto, quę virtus in creatura rationali [b] mater quodammodo est omnium custosq; virtutum: quandoquidem sic facta est, vt ei subditam esse sit vtile, perniciosum autem suam, non eius à quo creata est, facere volūtatem. Hoc itaque de vno cibi genere non edendo, vbi aliorum tanta copia subiacebat, tam leue præceptum ad obseruandum, tam breue ad memoriam retinendum, vbi præsertim nondum voluntati cupiditas resistebat, quod de pœna trāsgressionis postea subsecutum est, tanto maiore iniustitia violatum est, quanto faciliore posset obseruantia custodiri.

[a] NEc noxia.) Ex seipsa, b Quæ virtus in creatura rationali.) Neque enim aliquid præcipit deus vel homini vel angelo, quod eius opere quopiam beatissimus ille & nullius rei indigus egeat, sed obsequentem sibi & audientem dicto vult eum esse. vnde est illud præstare sacrificio obedictiam. Hieronymus in Hieremiam cap. xj. super illo dicto: Maledictus vir, qui non audierit verba pacti huius. non propter generis, inquit, priuilegia, non propter circuncisionis iniuriam, & ocium sabbati, sed propter obedientiam & deus efficitur populi Israël, & Israël populus eius. Similia in Esaiam cap. xliij. inter Augustini opera liber est de obedientia, & humilitate. Hanc de obedientia sententiam, quod omnium sit virtutum mater atque origo, repetit multis in locis libro primo contra aduersarios legum & prophetarum, & in De bono coniugali.

Quod in præuaricatione Adæ ad opus malum mala præcessit uoluntas. Cap. XIII.

IN occulto autem mali esse cœperūt, vt in apertam inobedientiam laberentur. Nō enim ad malum opus peruenireтur, nisi præcessisset mala voluntas. Porrò malæ voluntatis initium quid potuit esse, nisi superbia? Initium enim omnis peccati superbia est. Quid est autem superbia, nisi peruersæ celsitudinis appetitus? Peruersa enim celsitudo est, deserto eo cui debet animus inhærere principio, sibi quodammodo fieri atque esse principium. Hoc fit, cum sibi nimis placet. Sibi vero ita placet, cum ab illo bono immutabili deficit, quod ei magis placere debuit quàm ipse sibi. Spontaneus est autem iste defectus, quoniam si
voluntas in amore superioris immutabilis boni, à quo F
illustrabatur, vt videret, & accēdebatur, vt amaret, stabilis permaneret, non inde ad sibi placendum auerteretur, & ex hoc tenebresceret [a], & frigesceret [b], vt vel illa verum crederet [c] dixisse serpentem, vel ille dei mādato [d] vxoris præponeret voluntatem, putaretq; se venialiter transgressorem esse [e] præcepti, si vitæ suæ sociam non desereret, etiam in societate peccati. Nō ergo malum opus factum est, id est, illa trāsgressio, vt cibo prohibito vescerentur, nisi ab eis qui mali iā erant. Neq; enim fieret ille fructus malus, nisi ab arbore mala. Vt autem esset arbor mala contra naturam factum est, quia nisi vitio voluntatis quod cōtra naturam est, non vtique fieret, sed vitio deprauari nisi ex nihilo facta natura nō posset. Ac per hoc vt natura sit, ex eo habet, quod à deo facta est, vt autem ab eo, à quo facta est deficiat, ex hoc quod de nihilo facta est. Nec sic deficit homo, vt omnino nihil esset, sed vt inclinatus ad seipsum minus esset, quàm erat, cum ei qui summe est inhærebat. Relicto itaque deo, esse in semetipso, hoc est sibi placere, non iam nihil esse est, sed nihilo propinquare. Vnde superbi secundum scripturas sanctas alio

nomine

G nomine appellantur, sibi placentes [f]. Bonum est enim
sursum habere cor, non tamen ad seipsum, quod est su
perbiæ, sed ad dominum, quod est obedientiæ, quæ nisi
humilium nõ potest esse. Est igitur aliquid humilita
tis miro modo quod sursum faciat cor, & est aliquid
elationis quod deorsum faciat cor. Hoc quidem quasi
cõtrarium videtur, vt elatio sit deorsum, & humilitas
sursum. Sed pia humilitas facit subditũ superiori, ni
hil est autẽ superius deo, & ideo exaltat humilitas, quæ
facit subditum deo. Elatio autem quæ in vitio est, eo ip
so quo respuit subiectionem, cadit ab illo, quo non est
quicquam superius, & ex hoc erit inferius, & fit quod
Psal. 72. scriptum est: Deiecisti eos, dum extollerentur. Non e
nim ait, cum elati fuissent: vt prius extollerentur, & po
stea deiicerentur, sed cum extollerentur, tunc deiecti
sunt. Ipsum quippe extolli, iam deiici est. Quapropter
quod nunc in ciuitate dei, & ciuitati dei in hoc seculo
peregrinanti maxime commendatur humilitas, & in
eius rege, qui est Christus [g] maxime prædicatur, con
trariumq; huic virtuti elationis vitium, in eius aduer
sario, qui est diabolus, maxime dominari sacris literis
edocetur, profecto ista est magna differentia, qua ciui-
H tas, vnde loquimur vtraque discernitur, vna scilicet so
cietas piorum hominum, altera impiorũ, singula quæ
que cum angelis ad se pertinentibus, in quibus præces
sit hac amor dei, hac amor sui. Manifesto ergo apertõ
que peccato, vbi factũ est, quod deus fieri prohibuerat,
diabolus hominem nõ cepisset, nisi iam ille sibiipsi pla
cere cœpisset. Hic enim & delectauit, quod dictum est,
Gene. 3. Eritis sicut dij [h]: quod melius esse possent summo ve
roq; principio cohærendo per obedientiam, non suum
sibi existendo principiũ per superbiam. Dij enim crea
ti non sua virtute, sed dei veri participatione sunt dij:
plus autem homo appetendo, minus est, qui dum sibi
sufficere delegit, ab illo qui ei vere sufficit, defecit. Illud
itaque malum, quo cum sibi homo placet, tanquam &
ipse sit lumen, auertitur ab eo lumine, quod ei si placet,
& ipse fit lumen. Illud inquam malum præcesserat in
abdito, vt sequeretur hoc malum, quod perpetratũ est
Prouer. 16 in aperto. Verum est enim quod scriptum est: Ante rui
nam exaltatur cor, & ante gloriam humiliatur. Illa
prorsus ruina, quæ fit in occulto, præcedit ruinam, quæ
fit in manifesto, dum illa ruina esse non putatur. Quis
enim exaltationem ruinam putat, cum iam sit ibi de-
I fectus, quo est relictus excelsus? Quis autem ruinã esse
non videat, quando fit mandati euidens atque indu
bitata transgressio? Propter hoc deus illud prohibuit,
quod cum esset admissum nulla defendi posset imagi
natione iustitiæ [i]. Et ideo audeo dicere, superbis esse vtile, cadere in aliquod apertum manifestumq; pecca
tum, vnde sibi displiceant, qui iam sibi placendo ceci-
Matt. 26. derant. Salubrius enim Petrus sibi displicuit, quando
fleuit, quàm sibi placuit, quando præsumpsit. Hoc dicit
Psal. 82. & sacer Psalmus: Imple facies eorum ignominia, &
quærent nomen tuum domine: id est, vt tu eis placeas
quærentibus nomen tuum, qui sibi placuerant, quærẽ
do suum.

a EX hoc tenebrescerent.) Amisso lumine. b Et frigescerent.) Amisso calore. c Vt vel illa verum crederet.) Huic deest lux, nam cæca est, non vider. d Vel ille dei mandato.) Huic ignis, nam friget, nam dei parentis voluntatem & iussum coniugis societati posthabet. Vtrunque vero & lux & ignis vtrinque abest, amor non est in mulicre, quæ prætulit deo pomum. Lux deest viro, qui non vidit, quò se nosq; omnes præcipitaret. e Putaret se veniaiter transgressorem esse.) Non disputo potuerítne Adam veniaiter peccare, quod in cõtrouersia est Bonauenturæ, & homini eiusdem ordinis Scoto: grauiter & capitaliter egisse video, & me miserum sentio. f Alio nomine appellantur sibi placentes.) Vt in epistola Petri secunda cap. secundo. Audaces sibi placentes Græce φίλαυτοι dicuntur, & si apud Petrum sic nõ est, sed vtor Latina interpretatione. Etiam est Sapientiæ. vj. Præbete aures vos, qui continetis multitudines, & placetis vobis in turbis nationum. φιλαυτία igitur id ritium dicitur. q. amor sui, quem esse maximorum erorum malorumq; fontem Socrates existimabat. Hoc est caput omnis superbiæ, hæc ignorationis omnis causa. g Et in eius rege, qui est Christus.) Qui factus est obediens patri vsque ad mortem, in qua tanquam ouis ad aram est ductus, & tanquam agnus, cum tonderetur, obmutuit, nec cædentibus est comminatus, nec maledicentibus remaledixit. O salue exemplum obedientiæ, mansuetudinis, mitis animi, ac modesti, quod feroci, indomito, ingrato, impio generi humano pater omnipotens ad imitandum proposuit. h Eritis sicut dij.) Exple fœmina superbum istum animum, satia cupidinem tui efferendi, quid dari maximum, quid contingere ambitiosissimo & superbissimo vltimum potest? Fieri deum. ede hoc, & eris. O stultissima fœminarum, quæ te futuram deam per pomulum sperasti. i Nulla defendi posset imaginatione iustitiæ.) Nulla specie, nulla facie, nulla ratione quàmlibet ficta, excogitata, imaginata iustitiæ. Neque enim peccato apud deum prætendi potest color aut velum iustitiæ aliquod, quo excusetur, quo non esse malefactum defendatur, accusatur potius & maius scelus esse conuincitur.

K φιλαυτία

De superbia transgressionis, quæ ipsa fuit transgressione deterior. Caput XIIII.

SEd est peior dãnabiliorq; superbia, qua etiã in peccatis manifestis suffugium excusationis inquiritur, sicut illi primi homines, quorum & illa dixit, Serpẽs seduxit me, & manducaui: & Gene. 3.
ille dixit: Mulier quã dedisti mihi, hæc mihi dedit de M
ligno, & edi. Nusquam hic sonat petitio veniæ, nusquã
imploratio medicinæ. Nam licet isti non sicut Caïn, Gene. 4.
quod commiserunt, negent, adhuc tamẽ superbia quẽrit in alium referre, quod perperam fecit: superbia mulieris in serpentem, superbia viri in mulierem. Sed accusatio potius quàm excusatio vera est, vbi mandati diuini est aperta transgressio. Neque enim hoc propterea non fecerunt, quia id mulier serpente suadente, vir muliere impertiente commisit, quasi quicquã deo cui vel crederetur [a], vel cederetur, anteponendum fuerit.

a QVasi quicquam deo cui vel crederetur.) Nihil tale esse debet, cui magis credatur, quàm deo, vel cui postponatur deus: at mulier serpenti magis credidit, quàm deo, & vir vxorẽ præposuit deo.

De iustitia retributionis, quam primi homines pro sua inobedientia receperunt. Caput XV.

QVia ergo contemptus est deus iubens, qui ho
minem creauerat, qui ad suam imaginem eũ
fecerat, qui cæteris animalibus præposuerat,
qui in paradiso constituerat, qui rerum omnium co
piam salutisq; præstiterat, qui præceptis nec pluribus,
nec grandibus, nec difficillibus onerauerat, sed vno bre
uissimo atque leuissimo ad obedientiæ salubritatẽ ad- L
miniculatus fuerat, quo super eam creaturam, cui libe
ra seruitus expediret [a], se esse dominum commonebat,
iusta damnatio subsecuta est, talis quidem damnatio
vt homo qui custodiendo mandatum futurus fuerat
etiam carne spiritalis, fieret etiam mente carnalis: &
quia sua superbia sibi placuerat, dei iustitia sibi dona
retur, nec sicut affectabat [b], in sua esset omnimodo po
testate, sed à seipso quoque dissentiens, sub illo cui pec
cando consensit, pro libertate, quam concupiuerat du
ram miseramq; ageret seruitutem, mortuus spiritu vo
lens, & corpore moriturus inuitus: desertor æternæ vi
tæ, etiam ęterna nisi gratia liberaret, morte damnatus.
Quisquis huiusmodi damnationem vel nimiam, vel
iniustã putat, metiri profecto nescit, quanta fuerit ini
quitas in peccando, vbi tanta erat nõ peccandi facili
tas [c]. Sicut enim Abrahæ non immerito magna obe-
dientia prædicatur, quia vt occideret filium, res diffi- Gene. 22.
cillima est imperata: ita & in paradiso tãto maior in
obedientia fuit, quanto id quod præceptum est, nullius
difficultatis fuit. Et sicut obedientia secundi hominis [d]
eo præ-

A eo prædicabilior, qua factus est obediens vsque ad mor
Philip. 2. tem: ita inobedientia primi hominis eo detestabilior,
qua factus est inobediens vsque ad mortem. Vbi enim
magna est inobedientiæ pœna proposita, & res à crea
tore facilis imperata, quis nam satis explicet, quantum
malum sit non obedire in re facili, & tantæ potestatis
imperio, & tanto terrenti supplicio? Denique vt breui
ter dicatur in illius peccati pœna: quid inobedientiæ,
nisi inobedientiæ retributa est? Nam quæ hominis est
alia miseria, nisi aduersus eum ipsum inobedientia eius
ipsius, vt quoniam noluit, quod potuit [e], quod non po
test, velit? In paradiso enim etiam si non omnia pote
rat ante peccatum, quicquid tamen non poterat, non
volebat, & ideo poterat omnia quæ volebat. Nunc ve
ro sicut in eius stirpe cognoscimus, & diuina scriptura
Psal. 143. testatur, homo vanitati similis factus est. Quis enim
enumeret, quàm multa quę non potest velit, dum sibi
ipsi, id est, volũtati eius, ipse animus eius [f] eoq; inferior
caro eius non obtemperat? Ipso nanque inuito, & ani
mus plerunque turbatur, & caro dolet, & veterascit &
moritur, & quicquid aliud patimur, quod non pateremur inuiti, si voluntati nostræ nostra natura omni-
B modo atq; ex omnibus partibus obediret. At enim a
liquid caro patitur [g], quo seruire non sinitur. Quid in
terest vnde, dum tamen per iustitiam dominantis dei,
cui subditi seruire noluimus, caro nostra, quæ nobis
subdita fuerat, non seruiendo molesta sit, quanuis nos
deo non seruiendo molesti nobis potuerimus esse non
illi? Neque enim sic ille nostro, vt nos seruitio corpo-
aliâs recipimus, ris indigemus, & ideo nostra est, quod percipimus, nõ
illius pœna, quod fecimus. Dolores porrò, qui dicuntur
carnis, animæ sunt in carne, & ex carne. Quid enim
caro per seipsam sine anima, vel dolet, vel concupiscit?
Sed cum concupiscere caro dicitur vel dolere, aut ipse
homo est, sicut disseruimus, aut aliquid animæ quod
carnis afficit passio, vel aspera, vt faciat dolorem: vel le
nis, vt voluptatem. Sed dolor carnis tantummodo of-
fensio est animæ ex carne, & quædã ab eius passione [h]
dissensio, sicuti animæ dolor, quæ tristitia nuncupatur,
dissensio est ab his rebus, quæ nobis nolentibus accide-
runt. Sed tristitiam plerũque prę̃cedit metus qui & ip-
se in anima est non in carne. Dolorem autem carnis
C non præcedit vllus quasi metus carnis, qui ante dolo-
rem in carne sentiatur. Voluptatem vero præcedit [i] ap
petitus quidam, qui sentitur in carne quasi cupiditas
eius, sicut fames & sitis, & ea quæ in genitalibus vsita-
tius libido nominatur, cum hoc sit generale vocabulũ [k]
omnis cupiditatis. Nam & ipsam iram nihil aliud esse
quàm vlciscendi libidinem [l] veteres diffinierunt, quã-
uis nõnunquam homo vbi vindictæ nullus est sensus,
etiam rebus inanimis irascatur, vt male scribentẽ sty-
lum collidat, vel calamum frangat iratus. Verum &
ista licet irrationabilior, tamen quædam vlciscendi li-
bido est, & nescio quæ, vt ita dixerim, quasi vmbra re-
tributionis, vt qui mala faciunt, mala patiantur. Est igi
tur libido vlciscendi, quæ ira dicitur: est libido haben-
di pecuniam, quæ auaritia: est libido quomodocunque
vincendi, quæ peruicacia: est libido gloriandi, quæ ia-
ctantia nuncupatur. Sũt multæ variæq; libidines, qua-
rum nonnullæ habent etiam vocabula propria, quæ-
dam vero non habent. Quis enim facile dixerit, quid
vocetur libido dominandi, quam tamen plurimum
valere in tyrannorũ animis, etiã ciuilia bella testãtur?

a CVi libera seruit? expediret.) Deo enim seruire hoc demum est liberum esse, immo vero regnare. b Nec sicut affectabat.) Alibi, nec sic, vt in sua esset potestate. c Vbi tãta erat nõ peccandi facilitas.) Admonuit me Nicolaus Valdaura meus, legisse se apud scriptorem, nescio quem, fructum illum, quo Adam interdicebatur, noxium ex se fuisse corpori, quod dicit magis ad augendum crimen Adæ, quàm quod aliquid ea de re com pertum habeat. d Et sicut obedientia secundi hominis.) Christi, qui à Paulo vocatur secundus homo de cœlo cœlestis, vt Adam primus de terra terrenus. e Vt quoniã noluit quod potuit.) Inuertit Terentij dictum ex Andria: quoniam non potest fieri quod vis, id velis quod possis. f Ipse animus eius.) In anima mens est, quæ ad rationalem partem spectat, & animus qui ad inferiorem animalem seu brutalem, vbi est mare illud fœuis affectuum tempestatibus assiduo agitatum. g At enim aliquid caro patitur.) Nempe defatigationẽ, & põdus graue, & molestiã in opere, quibus ex rebus nec attollere se potest, nec durare in labore seruitutis. h Et quædam ab eius pas.) Alibi, & quædam mali eius per passionem dissensio. i Voluptatem vero præcedit.) Hinc illud Epicureorum, voluptas desiderio censetur, & apud Iuuenalem: Voluptates commendat rarior vsus. k Cum hoc sit generale vocabulum.) Docuimus hoc ex Cicerone: nam à libendo dicitur, quod per omnia se fundit, quæ contra rationem expetuntur. l Iram &c. vlciscendi libidinẽ.) Cicero. iiij. Tuscu. quæst. Ira est libido puniendi eius, qui videatur læsisse iniuria. Aristoteles, ij. Rhetoricorum iram finit, apparentis vindictæ appetitum cum dolore.

De libidinis, malo cuius nomen cum multis uitiis congruat, proprie tamẽ motibus obscœnis corporis adscribitur. Cap. XVI.

QVm igitur sint multarum libidines rerum, ta
men cum libido dicitur, nec cuius rei libido
sit additur, non ferè assolet animo occurrere
nisi illa, qua obscœnæ partes corporis excitantur. Hæc
autem sibi non solum totum corpus, nec solum extrin E
secus, verumetiam intrinsecus vẽdicat, totumq; com-
mouet hominem, animi simul affectu cum carnis ap-
petitu coniuncto atque permixto. Vt ea voluptas se-
quatur, qua maior in corporis voluptatibus nulla est,
ita vt momento ipso temporis [a], quo ad eius peruenit-
ur extremum, penè omnis acies & quasi vigilia cogi-
tationis obruatur. Quis autem amicus sapientiæ san-
ctorumq; gaudiorum, coniugalem agẽs vitam, & sicut
Apostolus monuit, sciens vas suum possidere in san-
ctificatione & honore, non in morbo desiderij sicut &
gentes quę ignorant deum, nõ mallet, si posset, sine hac
libidine filios procreare, vt etiam in hoc serendæ pro-
lis officio, sic eius mẽti, ea quæ ad hoc opus creata sunt,
quemadmodum cętera, suis quæque operibus distribu-
ta membra seruirent, nutu voluntatis acta, non æstu li
bidinis incitata? Sed neque ipsi amatores huius volu-
ptatis, siue ad concubitus coniugales, siue ad immũdi-
tias flagitiorum cum voluerint commouentur: sed ali-
quando motus ille importunus est nullo poscente, ali-
quando autem destituit inhiantem, & cum in animo F
concupiscentia feruea t, friget in corpore: atque ita mi-
rum in modum non solum generandi voluntati, ve-
rumetiam lasciuiendi libidini libido non seruit: & cũ
tota plerunque menti cohibenti aduersetur, nonnun-
quam & aduersus seipsam diuiditur, commotoq; ani-
mo in commouendo corpore seipsa non sequitur.

a VT momento ipso temporis.) Idcirco Hippocrates coitum finiuit μικρὰν ἐπιλεψίαν, id est, parum morbum comitialẽ. Architas Tarẽtinus, vt est apud Ciceronem in Catone Maiore, quo magis intelligeretur, quanta pestis esset voluptas, fingi animo aliquem iubebat tanta incitatum voluptate corporis, quanta percipi posset maxima, nemini censebat fore dubium, quin tam diu dã ita læteretur, nihil agitare mente, nihil cogitatione consequi posset. a Coitus.

De nuditate primorum hominũ, quam post peccatũ turpem pudendamq; uiderunt. Cap. XVII.

MErito huius libidinis maxime pudet, merito
& ipsa membra quæ suo quodam, vt ita di-
xerim, iure: non omnimodo ad arbitrium no
strum mouent, aut non mouentur, pudenda dicuntur,
quod ante peccatum hominis non fuerunt. Nam sicut Gene. 3.
scriptum est, Nudi erant, & non confundebantur: non
quod eis sua nuditas esset incognita, sed turpis nuditas
nondum erat: quia nondum libido mẽbra illa præter
arbitrium

G arbitrium commouebat: nondum ad hominis inobedientiam redarguendam sua inobediẽtia caro quodãmodo testimonium perhibebat. Neq; enim cæci creati erant, vt imperitum vulgus opinatur [a]: quandoquidẽ & ille vidit animalia, quibus nomina imposuit, & de
Ibidem. illa legitur: Vidit mulier quia bonum est lignũ in escã, & quia placet oculis ad videndum. Patebant ergo oculi eorum, sed adhuc non erant aperti, hoc est, non attẽti vt cognoscerent quid eis indumento gratiæ præstaretur, quando membra eorum volũtati repugnare nesciebant. Qua gratia remota, vt pœna reciproca inobedientia plecteretur, extitit in motu corporis quædam impudens nouitas, vnde esset indecens nuditas: & fecit attentos reddiditq; confusos. Hinc est quod posteaquàm mandatum dei aperta transgressione violarũt,
Gene.3. scriptum est de illis: Et aperti sunt oculi amborum, & cognouerunt quia nudi erant, & consuerunt folia fici, & fecerunt sibi campestria [b]. Aperti sunt, inquit, oculi amborum, non ad videndum: nam & antea videbant, sed ad discernendum inter bonum quod amiserant, & malum in quod ceciderant. Vnde & ipsum lignũ eo quod istam faceret dignoscentiam, si ad vescendũ cõtra vetitum tangeretur, ex ea re nomen accepit, vt ap-
H pellaretur lignum scientiæ boni & mali. Experta enim morbi molestia, euidentior fit etiam iucunditas sanitatis. Cognouerunt ergo quia nudi erant: nudati scilicet ea gratia qua fiebat, vt nuditas corporis nulla eos lege peccati menti eorum repugnante confunderet. Hoc itaque cognouerunt, quod fœlicius ignorarent, si deo credentes & obedientes non committerent, quod eos cogeret experiri, infidelitas & inobedientia quid nocerent. Proinde confusi inobedientia carnis suæ tanquã teste pœna inobedientiæ suæ, consuerunt folia fici, &
Cãpestria. fecerunt sibi campestria, id est, succinctoria genitaliũ. Nam quidam interpretes succinctoria posuerunt. Porrò autem cãpestria Latinum quidem verbum est, sed ex eo dictum, quod iuuenes qui nudi exercebantur in cãpo, pudenda operiebant: vnde qui ita succincti sunt, campestratos vulgus appellat. Quod itaque aduersus damnatam culpam inobedientiæ voluntatem libido inobedienter mouebat, verecundia pudenter tegebat. Ex hoc omnes gentes, quoniam ab illa stirpe procreatæ sunt, vsqueadeo tenent insitum pudenda velare, vt
I quidam Barbari illas corporis partes [c] nec in balneis nudas habeant, sed cum earum tegumentis lauant. Per opacas quoque Indiæ solitudines [d], cum quidam nudi philosophẽtur, vnde gymnosophistæ nominantur: adhibent tamen genitalibus tegumenta, quibus per cætera membrorum carent.

a VT imperitum vulgus opinatur.) Ex eo quod scriptum est Genesis.iij. Comedit, & aperti sunt oculi amborum. b Fecerũt sibi campestria.) Sic vocãtur femoralia à doctis scriptoribus. Horatius in epistolis:
Penula solstitio campestre niualibus auris.
Vbi Acron, inquit, nihil totius corporis prẽter inguina tegere, Asconius in orationem pro M. Scauro: Cato prætor iudicium quia æstate agebatur, sine tunica exercuit, campestri sub toga cinctus: in forum quoque sic
Cãpestre. descenderat, iusq; dicebat. Nec ignoro pro campestri capistro à nonnullis legi parũ apto sensu. Scriptor historiæ scholasticæ nescio qua ratione neget temporibus Noë femoralia esse adhuc inuenta. c Vt quidã Barbari illas corporis partes.) Herodot° Clio, magno esse probro apud Lydos cæterosq; Barbaros hominem conspici nudum scribit. Romani, vt Cicero. j. offi. scribit, vetere more nec filij puberes cum parẽtibus, nec generi cum soceris lauantur. d Per opacas quoque Indiæ solitudines.) Dio dicit, solitudines & opacas, ad maiorem pudoris commendationẽ. Solis enim pudore nihil opus esset affici: multo minus in solitudine sylu-
Gymnosophistæ. estri & vmbrosa, nam hoc est opacum. Sed quã conuenit gymnosophistas in India poni, quum Philostratus in peregrinationibus Apollonij in Aethiopia statuat ad Nilum amnem. ex cuius sententia Hieronymus Paulino scribens, inquit, reuersus Alexandriam perrexit Aethiopiam, vt gymnosophistas & famosissimam solis mensam videret in fabulo. Sed Plinius, Solinus, Strabo, Apuleius, Porphyrius & alij gymnosophistas in K India locant ad ripas Indi fluminis regione Indoscythica. nec male tamen Philostratus. Nam origo illorum philosophorum Indica est, vbi duo genera sapientũ fuisse tradit li. xvj. Strabo, alios qui in vrbibus versabantur, dictiq; sunt ciuiles, Brachmanas vocant. Hi sindonibus & pellibus corpus velabant: sicut idem testatur Strabo. Philostratus illos narrat denudasse se, vt cum Apollonio lauarẽt, & ex eis vnum epistolam sinu prolatam matri dedisse adolescentis, cuius filius dæmonicis intemperiis exagitabatur. Erant alij in eadem terra philosophi in syluis degẽtes, nudi foliis interdum & arborum corticibus intecti, quos Hermanos & gymnosophistas nominãt, è quibus illi gymnosophistæ Aethiopici manarunt. Nam accolæ Indi fluuij maxima & validissima manu in Aethiopiam narrantur migrasse, ibiq; iuxta Nilum sedes habuisse, cãq; regionem etiam Indiam vocatam, & sapientes philosophatos nudos, vtrobique dictos Hermanos, & à Græcis γυμνοσοφισὰς. illudq; de subligaculis promiscuum esse in India Aethiopiaq; sapientum, & ferè vulgi. Diodorus lib. iiij. de moribus Aethiopum loquens, alios perhibet nudos prorsum incedere, alios vulpinis caudis pudenda tegere, alios subligaculis ex capillis contextis. Et Strabo ex Nicolao Damasceno octo seruos Indos à legatis illius gẽtis dono datos Cæsari Augusto scribit, nudos toto corpore præter virilia, quæ subligaculis velabant.

De pudore concubitus, non solum uulgari, sed etiam coniugali. Cap. XVII.



QPus vero ipsum quod libidine tali peragitur, non solum in quibusque stupris, vbi latebræ ad subterfugienda humana iudicia requirun
L tur: verumetiam in vsu scortorum, quam terrena ciuitas licitam turpitudinẽ fecit: [a] quanuis id agatur, quod eius ciuitatis nulla lex vindicat, deuitat tamen publicum etiam permissa atq; impunita libido cõspectum: & verecundia naturali habent prouisum lupanaria ipsa secretum, faciliusq; potuit impudicitia non habere vincula prohibitionis, quàm impudentia remouere latibula illius fœditatis. Sed hãc etiam ipsi turpes turpitudinem vocant: cuius licet sint amatores, ostentatores esse non audent. [b] Quid concubitus coniugalis, qui secundum matrimonialium præscripta tabularum procreandorum fit causa liberorũ? Nõnne & ipse tanquàm sit licitus & honestus, remotum ab arbitris cubile conquirit? Nõnne omnes famulos atq; ipsos etiam paranymphos & quoscunq; ingredi quelibet necessitudo permiserat, ante mittit foras, q̃ vel blandiri coniunx cõiugi incipiat? Et quoniam sicut ait quidam Romani maximus author eloquij [c], omnia recte facta in luce se collocari volunt, id est, appetunt sciri: hoc recte factum sic appetit sciri, vt tamẽ erubescat videri. Quis enim nescit, vt filij procreentur, quid inter se coniuges agant? quandoquidem vt id agatur, tãta celebritate du
M cuntur vxores: & tamen cũ agitur vnde filij nascantur, nec ipsi filij, si qui inde iã nati sunt, testes fieri permittuntur. Sic enim hoc recte factum ad sui notitiam lucem appetit animorum [d], vt tamẽ refugiat oculorum. Vnde hoc, nisi quia sic geritur, quod deceat ex natura, vt etiam quod pudeat, comitetur ex pœna?

a QVam terrena ciuitas licitam turpitudinem fecit.) Nam cõcubinæ & pellices non sunt prohibitæ: quemadmodum ex legibus de concubinariis ostenditur libro Digestorum. xxv. Satis aperte Augustinus testatur esse iure ciuili vetere Romano multa permissa, quæ sunt contraria legibus diuinis. Hoc isti nolunt, qui dum gentilitatem coniungere & coaptare Christianismo laborant, corrupto vtroque & alterius impatiente nec gentilitatem, nec Christianismum retinent. b Ostentatores esse nõ audent.) Hoc argumento probat Cicero voluptates nõ esse bona, quod bonum omne prædicandum est, & gloriari de illo potest, qui habet: at nemo gloriari audeat, se corporis voluptatibus perfrui. c Et quoniam sicut ait quidam Romani maximus author eloquij.) Multis libris nihil locutus Passauant, nunc tandem, inquit, quis fuerit iste quidam, expositor non dicit, nec ego scio. Iura, alioqui nõ credam. Sed quis possit non fidem habere vel iniurato, præsertim vbi se nescire confitetur, quod crediturí fuerimus, etiam si idem ipse homo tam apertus & simplex in contrarium deieraret? Quanto satius fuisset Passauant admonitum te à nomine tuo vlterius esse progressum, neque hic sistere. Verum hoc titulo Lucanus Ciceronem ornat lib. vij. & Ciceronis illa sunt verba in. iij. Tuscu. quæst. d Lucem appetit animorum.) Vt ipsi animi quid factum sit, videant, & iudicent: non intueantur oculi.

Quod

A *Quod partes iræ atque libidinis tam uitiose mouentur, ut eas necesse sit frenis sapientiæ cohibeari, quæ in illa ante peccatum naturæ sanitate non fuerunt.* Caput XIX.

HInc est quod & illi philosophi, qui veritati propius accesserunt, iram atq; libidinem vitiosas animi partes esse confessi sunt, eo quod turbide atq; inordinate mouerentur, ad ea etiam quæ sapientia perpetrari non vetat: ac per hoc opus habere moderatrice mente atq; ratione. Quam partem animi tertiam [a] velut in arce quadam ad istas regendas perhibent collocatam: vt illa imperante istis seruientibus possit in hoïe iustitia ex omni animi parte conseruari. Hę igitur partes, quas & in homine sapiente ac temperante fatentur esse vitiosas, vt eas ab his rebus ad quas iniuste mouentur, mens compescendo & cohibendo refrenet & reuocet: atq; ad ea permittat, quæ sapientiæ lege concessa sunt: sicut iram ad exercendam iustam coërtionem [b]: sicut libidinem ad propagandæ prolis officium: hæ, inquam, partes in paradiso ante peccatũ vitiosæ non erãt. Non enim contra rectam voluntatem ad aliquid mouebantur, vnde necesse esset eas ra-
B tione tãquam frenis regentibus abstinere. Nam quod nunc ita mouentur, & ab eis qui temperanter & iuste & pie viuunt, aliàs facilius, aliàs difficilius, tamen cohibendo & refrenando modificantur: non est vtiq; sanitas ex natura, sed languor ex culpa. Quod autem iræ opera aliarumq; affectionum in quibusq; dictis atq; factis non sic abscondit verecundia, vt opera libidinis quę fiunt genitalibus membris: quid causæ est, nisi quia in cæteris membra corporis non ipsæ affectiones, sed cum eis consenserit, voluntas mouet, quę in vsu eorum omnino dominatur? Nam quisquis verbũ emittit iratus, vel etiam quenquam percutit, non posset hoc facere nisi & lingua manus iubente quodammodo voluntate mouerentur, quæ membra etiam cum ira nulla est, mouentur eadem voluntate. At vero genitales corporis partes ita libido suo iuri quodammodo mancipauit, vt moueri non valeant, si ipsa defuerit, & nisi ipsa vel vltro vel excitata surrexerit. Hoc est quod pudet, hoc est quod intuẽtium oculos erubescendo deuitat magisq; fert homo spectãtium multitudinẽ, quando iniuste irascitur homini, quàm vel vnius aspectũ,
C quando iuste miscetur vxori.

a QVam partem animi tertiam.) Plato in Timæo suo, ex Timæo Locrensi & cęteris Pythagoricis tres animæ partes facit. Idem in libro de repub. irascentiam, quam statuit in corde, concupiscentiam sub medio septo in iecore & splene, rationem in cerebro tãquam in arce mandatricem operum, vt inquit Claudianus, prospecturámque labori. b Iram ad exercendam iustam coërtionem.) Nam cotem fortitudinis appellabant, & aduersus hostem & improbũ ciuem motus vehemẽtes concientem, sicut refert Cicero, & Seneca libro de ira.

Animæ partes.

De uanissima turpitudine Cynicorum. Caput XX.

H Oc illic anini philosophi, hoc est, Cynici [a] nõ viderunt proferentes contra humanam verecũdiam, quid aliud quàm caninam, hoc est, immundam impudentemq; sententiam: vt scilicet quoniam iustum est, quod fit in vxore, palam non pudeat id agere: nec in vico, nec in platea qualibet coniugalem concubitum deuitare. Vicit tamen pudor naturalis opinionem huius erroris. Nam etsi perhibẽt hoc aliquando gloriabũdum fecisse Diogenem, ita putantem sectam suam nobiliorem futuram, si in hominũ memoriam insignior eius impudẽtia figeretur: postea tamen à Cynicis fieri cessatum est: plusq; valuit pudor, vt erubescerent homines hominibus, quàm error vt homines canibus esse similes affectarent. Vnde & illum vel illos qui hoc fecisse referuntur, potius arbitror concumbentium motus dedisse oculis hominum nescientium quid sub pallio gereretur, quàm humano premente cõspectu potuisse illam peragi voluptatem. Ibi enim Philosophi non erubescebant videri se velle concumbere, vbi libido ipsa erubesceret surgere. Et nũc videmus adhuc esse philosophos Cynicos: hi enim° sunt qui non solum amiciuntur pallio, verumetiã clauam ferunt [b]: nemo tamen eorum audet hoc facere, quod si aliqui ausi essent, vt nõ dicam ictibus lapidantium, certe conspuentium saliuis obruerentur. Pudet igitur huius libidinis humanam sine vlla dubitatione naturam, & meritò pudet. In eius quippe inobedientia quę genitalia corporis membra solis suis motibus subdidit, & potestati voluntatis eripuit: satis ostenditur, quid sit hominis illi primæ inobedientiæ retributum, quod in ea parte maxime oportuit apparere qua generatur ipsa natura, quę illo primo & magno in deterius
E est mutata peccato, à cuius nexu nullus eruitur, nisi id, quod cum omnes in vno essent, in communem perniciem perpetratum est, & dei iustitia vindicatum, dei gratia in singulis expietur.

a Cynici.

HOc illi canini philosophi, hoc est, Cynici.) Κυνικοὶ quasi canini, à κὺν τὸν κυνὸς. Antisthenes Socratis discipulus fuit author huius disciplinę. Horum erant mores, omnibus conuitiari, & allatrare, reddere publico obscœna sine pudore, operam liberis dare: deniq; propalam facere, quæ quiuis nostrum solus vel cogitare erubesceret, voluptatum alioqui insectatores, & insignes contemptu rerum omnium etiam vitæ. Principes huius instituti fuerũt is, quẽ modo nominaui, Antisthenes & Diogenes Synopæus, Crates Thebanus, & Menippus Phœnix. Cicero officiis eorũ impudẽtes mores ciuili vitæ cõtrarios esse & fugiendos docet. b Hi enim sunt qui non solum amiciuntur pallio verũetiam clauam ferunt.) Pallium supremum erat indumẽtum Græcorum, vt Latinorum toga. Cynici pallio vtebantur vetere detrito, & pannoso, quod τριβώνιον Græci nominant, & baculo, clauam August. vocat. hoc cultu similes se Herculi esse iactabant, quibus pro leonis exuuio esset centũculus ille, & pro claua baculus, bellũq; gererent cõtra voluptates vt ille. Sic Lucianus ἐν βίῳ πράσει. & epistolæ circũferuntur Græcæ Diogenis nomine, in quis Diogenes hęc ornamenta nõ sibi alio esse loco ait, quàm magno regi sua. nã pallium est pro abolla, & baculus pro sceptro. Tempore vero Augustini Donatiani & qui ad eandem pertinebant hęresim, circumcelliones in Aphrica palliati incedebant, clauisque vtebantur in perniciem vere Christianorum.

De benedictione multiplicandæ fœcunditatis humanæ ante peccatum, quam præuaricatio non adimeret, & cui libidinis morbus accesserit. Caput XXI.

ABsit itaq; vt credamus illos coniuges in paradiso constitutos per hanc libidinem, de qua erubescendo eadem membra texerunt, impleturos fuisse, quod in sua benedictione deus dixit: Crescite, & multiplicamini, & implete terrã. Post pec Gene.1.
catum quippe orta est hæc libido, post peccatum eam natura non impudens amissa potestate cui corpus ex omni parte seruiebat, sensit, attendit, erubuit, operuit. Illa vero benedictio nuptiarum, vt coniugati crescerent, & multiplicarentur, & implerent terram, quãuis & in delinquẽtibus manserit: tamen antequam delinquerent, data est, vt cognosceretur procreationem filio rum ad gloriam connubij, non ad pœnam pertinere peccati. Sed nunc homines profecto illius, quæ fuit in paradiso fœlicitatis ignari, nisi per hoc, quod experti sunt, id est, per libidinem, de qua videmus ipsam etiam honestatem erubescere nuptiarum, non potuisse gigni filios opinantur: alij scripturas diuinas [a], vbi legitur post peccatum puduisse nuditatis, & pudenda esse contecta prorsus non accipientes, sed infideliter irridentes: alij vero quanuis eas accipiant [b] & honorent:

q illud

G illud tamen quod dictũ est: Crescite & multiplicamini, non secundum carnalem fœcunditatem volunt intelligi: quia & secundum animam legitur tale aliquid
Gene.1. Psal.137. dictum. Multiplicabis in anima mea virtutem [c]: vt id quod in Genesi sequitur, Et implete terram & dominamini eius: terram intelligant carnem, quam præsentia sua implet anima eius, quæ maximè dominatur, cũ
Aliàs, anima eiusque maxime. in virtute multiplicatur. Carnales autem fœtus sine libidine, quæ post peccatum exorta, inspecta cõfusa, velata est: nec tunc nasci potuisse, sicut neq; nunc possunt, nec in paradiso futuros fuisse, sed foris, sicut & factum est. Nam postea quàm inde dimissi sunt ad gignendos filios coierunt, eosq; genuerunt.

a Alij scripturas diuinas.) Hi sunt Manichæi, qui totum vetus instrumentum reiiciebant, vt quodam alio exposui loco.
b Alij vero quanuis eas accipiant.) Isti sunt Adamiani, qui nuptias futuras fuisse non putant, si Adam non peccasset.
c Multiplicabis in anima mea virtutẽ) In veteribus libris legitur: Multiplicabis me in anima mea virtute tua. Credo sic esse ab Augustino scriptũ, qui interpretationem Lxx. sequebatur, illi enim hoc verterunt modo: πολυωρήσεις με ἐν ψυχῇ μοῦ σθένει σου. Multiplicabis me in anima mea virtute tua.

H *De copula coniugali à deo primitus instituta atque benedicta.* Caput XXII.

NOs autem nullo modo dubitamus secũdum benedictionem dei crescere & multiplicari, & implere terram, donum esse nuptiarum, quas deus ante peccatum hominis, ab initio constituit, creando masculum & fœminam: qui sexus euidens vtiq; in carne est. Huic quippe operi dei etiam benedictio subiuncta est. nam cum scriptura dixisset,
Gene.1. Masculum & fœminam fecit eos: continuo subdidit, Et benedixit eis deus, dicens: Crescite & multiplicamini, & implete terram, & dominamini eius [a]: & cætera. Quæ omnia quanquã non inconuenienter [b] possint etiam ad intellectũm spiritalem referri: masculum tamen & fœminam non sicut simile aliquid etiã in homine vno intelligi potest: quia videlicet in eo aliud est quod regit, aliud quod regitur: sed sicut euidentissime apparet in diuersi sexus corporibus, masculum & fœminam ita creatos, vt prolem generando crescerent, & multiplicarẽtur, & implerent terram. Cui sententiæ tam euidenti, magnæ absurditatis est reluctari.
I Neque enim de spiritu qui imperat, & carne quæ obtemperat: aut de animo rationali qui regit, & irrationali cupiditate quæ regitur: aut de virtute cõtẽplatiua quæ excellit, & de actiua quæ subditur: aut de intellectu mẽtis, & sensu corporis, sed aperte de vinculo coniugali, quo inuicem sibi vterq; sexus obstringitur, dominus interrogatus, vtrum liceret quacunque ex causa
Matth. 19. dimittere vxorem: quoniam propter duritiam cordis Israẽlitarum Moyses dari libellum repudij permisit, respondit atq; ait: Non legistis, quia qui fecit hominem ab initio, masculum & fœminã fecit eos, & dixit: Propter hoc dimittet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna: Itaq; iam nõ sunt duo, sed vna caro. Quod ergo deus coniunxit, homo nõ separet. Certum est igitur masculum & fœminam ita primitus institutos, vt nunc homines duos diuersi sexus videmus, & nouimus. Vnum autem dici, vel propter coniunctionem, vel propter originem fœminæ, quæ de masculi latere creata est. Nam & Apo-
Ephes.5. stolus per hoc primum quod deo instituente præcessit exemplum; singulos quosque admonet, vt viri vxores suas diligant.

a DOminamini eius.) Græca phrasis quam Horatius æmulatus est, Agrestium regnauit populorum. b Quę omnia quanquam non inconuenienter.) Nihil est in sacris literis scriptũ, quod morali & spirituali sensu aptari nequeat: illi tamẽ primi & genuini semper sunt seruandi, alioqui magna sequeretur rerum omnium in pietate confusio. Nam hæretici omnia pro libito suo, quò vellent detorquerẽt. Si deus cũm dixit: Crescite, & multiplicamini, & replete terram: non corporale aliquid quale cernimus, sed spiritale tantum spectauit: quid superest, nisi & idem de bestiis intelligamus, quibus est idem præceptum.

An etiam in paradiso generandum fuisset, si nemo peccasset, uel utrum contra actum libidinis pugnatura illic fuisset traditio castitatis. Caput XXIII.

QVisquis autem dicit non fuisse coituros, nec generaturos nisi peccassent, quid dicit nisi propter numerositatem sanctorum necessarium hominis fuisse peccatum? Si enim non peccando soli remanerent: quia, sicut putant, nisi peccassent, generare non possent: profecto vt non soli duo iusti homines possent esse, sed multi, necessarium peccatum fuit. Quod si credere absurdum est, illud potius est credendum, quod sanctorum numerus quantus com-
L plendæ illi sufficit beatissimæ ciuitati, tantus existeret, & si nemo peccasset, quantus nunc per dei gratiam de multitudine colligitur peccatorũ, quousque filij huius seculi generant & generantur [a]. Et ideo illæ nuptiæ dignæ fœlicitate paradisi: si peccatum non fuisset: & diligendam prolem gignerent, & pudendam libidinem non haberent. Sed quomodo id fieri posset, nunc non est, quo demonstretur exemplo. Nec ideo tamen incredibile debet videri etiam illud vnum sine ista libidine voluntati potuisse seruire, cui tot membra nunc seruiunt. An vero manus & pedes mouemus [b] cum volumus, ad ea quę his membris agenda sunt sine vllo renisu tanta facilitate, quanta & in nobis, & in aliis videmus, maxime in artificibus quorũcunq; operum corporalium: vbi ad exercendã infirmiorem tardioremq; naturam, agilior accessit industria: & nõ credimus ad opus generationis filiorum si libido non fuisset, quæ peccato inobedientiæ retributa est, obedienter hominibus ad voluntatis nutũ similiter vt cætera potuisse illa mẽbra seruire? Nónne Cicero libris de Rep. M
cum de imperiorum differẽtia disputaret, & huius rei similitudinem ex natura hominis assumeret, vt filiis dixit imperari [c] corporis membris propter obediendi facilitatem: vitiosas vero animi partes vt seruos à superiore imperio coërceri? Et vtiq; ordine naturali animus anteponitur corpori, & tamen ipse animus imperat corpori facilius quàm sibi. Veruntamen hæc libido, de qua nunc disserimus, eo magis erubescenda existit, quod animus in ea, nec sibi efficaciter imperat, vt omnino non libeat: nec omnimodo corpori vt pudenda membra voluntas potius quàm libido commoueat. Quod si ita esset pudenda omnino non essent. Nunc vero pudet animum resisti sibi à corpore, quod ei natura inferiore subiectum est. In aliis quippe affectionibus cum sibi resistit, ideo minus pudet: quia cum à seipso vincitur, ipse se vincit: & si inordinate atq; vitiose: quia ex his partibus quæ rationi subiici debent, tamen à partibus suis ac per hoc, vt dictum est, à seipso vincitur. Nam cum ordinate se animus vincit, vt irrationales motus eius menti rationiq; subdantur, si tamen & illa deo subdita est, laudis atq; virtutis est. Minus tamen pudet cum sibi animus ex vitiosis suis partibus non obtẽperat, quàm cũ ei corpus, quod alterum ab illo, atq; infra illum est: & cuius sine illo vlla natu-

A ra non viuit, volenti iubentiq; non cedit. Sed cùm alia membra retinẽtur voluntatis imperio, sine quibus illa quæ contra voluntatem libidine concitantur, id quod appetunt, implere non possunt: pudicitia custoditur, non amissa, sed non permissa delectatione peccati. Hunc renisum, hanc repugnantiam [d], hanc voluntatis & libidinis rixam, vel certe ad voluntatis sufficientiã, libidinis indigentiam, proculdubio nisi culpabilis inobedientia pœnali inobedientia plecteretur, in paradiso nuptiæ non haberent, sed voluntati membra illa vt cætera cuncta seruirent. Ita genitale aruum [e] vas in hoc opus creatum seminaret, vt nunc terram manus: & quod modo de hac re nobis volentibus diligentius disputare, verecundia resistit, & compellit veniam honore præfato [f] à pudicis auribus poscere, cur id fieret nulla causa esset: sed in omnia quæ de huiusmodi mẽbris sensum cogitantis attingerẽt, sine vllo timore obscœnitatis liber sermo ferretur: nec ipsa verba essent, quæ vocarentur obscœna, sed quicquid inde diceretur, tã honestũ esset, quàm de aliis cũ loquimur corporis partibus. Quisquis ergo ad has literas impudicus accedit, culpam refugiat, non naturã: facta denotet suę tur-
B pitudinis, nõ verba nostræ necessitatis, in quibus mihi facillimè pudicus & religiosus lector vel auditor ignoscet, donec infidelitatem refellam: non de fide rerum inexpertarum, sed de sensu expertarum argumentantem. Leget enim hoc sine offensione, qui non exhorret
Roma.2. Apostolum horrenda fœminarum flagitia reprehendentem, quæ immutauerunt naturalem vsum, in eum vsum qui est contra naturam: præcipue quia nos non damnabilem obscœnitatem nunc sicut ille commemoramus atq; reprehendimus, sed in explicandis quãtum possumus humanæ generationis effectibus, verba tamen sicut ille obscœna deuitamus.

a QVousq; filij huius seculi generant, & generantur.) Filij sunt huius seculi, qui generant, & filios huius seculi generant, sed beneficio Christi fiunt filij regni. Per peccatum enim generantur, per gratiam dei regenerantur. b An vero manus & pedes mouemus.) Hæc est vulgaris scholarum opinio, quam petrus Lombardus ponit libro secundo sententiarum theologicarum, sectione vicesima. Tametsi Græcorum nonnulli diuinitus putant filios sine peccato fuisse procreandos sine coitu aliquo viri ac fœminæ: quod non fit verisimile. Nam quid attinebat sexus distinguere, & genitalia corporibus addere? c Vt filiis dixit imperari.) Facilius enim quo volumus, corporis mẽbra ducimus, quàm animi affectus refractarios & obluctatores, qui perpetuum cum ratione bellum gerunt, ita animus facilius regit corpus, quàm partem inferiorem sui. d Hunc renisum, hanc repugnantiã.) Thomas Aquinas nõ omnẽ nuptiis illis innoxiis aufert voluptatem, sed puram relinquit, & castam, dissimilem longe huic nostræ effreni, obscœnæ, fœdæ.
C e Ita genitale aruum.) Pro vulua posuit, seu muliebribus locis, tectis & vrbanis verbis: Vergilium imitatus tertio Georgicorum: Hoc faciunt, nimio ne luxu obtusior vsus Sit genitali aruo. f Veniã honore præfato.) Præfamur veniam turpia & obscœna dicturi, sicut apud Quintilianum in milite Mariano, vt in medio belli Cymbrici strepitu ante signa, tuis honos sit habitus sanctissimis auribus, iuberet prostare gladio cinctum. Sic Plinius præfatione, vt plurimarum rerum aut rusticis vocabulis & externis, imò barbaris, & cum honoris præfatione ponendis.

Quod insontes homines & merito obedientiæ in paradiso permanentes, ita genitalibus membris fuissent usuri ad generationẽ prolis, sicut cæteris ad arbitrium uoluntatis. Cap. XXIIII.

REminaret igitur prolem vir, susciperet fœmina genitalibus membris, quando id opus esset, & quantum opus esset, voluntate motis, non libidine concitatis. Neque enim ea sola membra mouemus ad nutum, quæ compactis articulata sunt ossibus: sicut pedes & manus & digitos: verum etiam illa, quæ mollibus remissa sunt neruis, cum volumus, mouemus agitando, & porrigẽdo producimus, & torquendo flectimus & constringendo duramus: sicut ea sunt, quæ in ore ac facie quantum potest voluntas mo- D
uet. Pulmones deniq; ipsi [a] omnium nisi medullarum mollissimi viscerum, & ob hoc antro pectoris communiti, ad spiritum ducendum, [b] ac remittẽdum vocemq; emittendam seu modificandam: sicut folles fabrorum vel organorum, flantis, respirantis, loquentis, clamantis, cantãtis seruiunt voluntati. Omitto quod animalibus quibusdam naturaliter insitum * est: vt tegmen, *aliàs indi-
quo corpus omne vestitur, si quid in quocunque loco tum.
eius senserint abigẽdum, ibi tantum moueant, vbi sentiunt: nec solum insidentes muscas, verumetiã hærentes aristas cutis tremore discutiant [c] Nunquid quia id non potest homo: ideo creator, quibus voluit animantibus, donare non potuit? Sic ergo & ipse homo potuit obedientiam etiam inferiorum habere membrorum, quam sua inobedientia perdidit. Neq; enim deo difficile fuit sic illum condere, vt in eius carne etiam illud non nisi eius voluntatẽ moueretur, quod nunc nisi libidine nõ mouetur. Nam & hominũ quorundam naturas nouimus multum cęteris dispares, & ipsa raritate mirabiles, nonnulla vt volunt de corpore suo facien
tium, quæ alij nullo modo possunt, & audita vix credunt. Sunt enim qui & aures moueãt [c] vel singulas, vel E
ambas simul. Sunt qui totam cæsariem capite immoto quantum capilli occupant, deponũt ad frontem, reuocantq; cum volunt. Sũt qui eorum quæ vorauerunt incredibiliter plurima & varia, paululum præcordiis contrectatis, tãquam de sacculło quod placuerit, integerrimũ proferunt. Quidam voces auium [d], pecorumq;, & aliorum quorumlibet hominũ sic imitantur atq; exprimunt, vt nisi videantur, discerni omnino non possint. Nõnulli ab imo sine pudore [e] vllo ita numerosos pro arbitrio sonitus ædunt, vt ex illa etiã parte cantare videãtur. Ipse sum expert [e], sudare hominẽ [f] solere cum vellet. Notum est quosdam flere cum volũt [g], atq; vbertim lachrymas fundere. Iã illud multo est incredi
bilius, quod plerq; fratres memoria recentissima experti sunt. Presbyter fuit quidam [h] nomine Restitutus in parœcia [i] Calamensis ecclesiæ [k], qui quando ei placebat, rogabatur autem vt hoc faceret ab eis qui rem mirabilem coràm scire cupiebãt, adimitatus quasi lamentantis [l] cuiuslibet hominis voces, ita se auferebat à sensibus, & iacebat simillimus mortuo: vt non solum vellicantes atq; pungẽtes minime sentiret, sed aliquan
do etiam igne vreretur admoto, sine vllo doloris sen- F
su: nisi postmodum ex vulnere: non autẽ obnitendo [m], sed non sentiendo non mouere corpus, eo probabatur, quod tanquam in defuncto nullus inueniebatur anhelitus: hominũ tamen voces, si clarius loquerentur, tanquam de longinquo se audisse postea referebat. Cum itaq; corpus etiam nunc quibusdam licet in carne corruptibili, hanc ęrumnosam ducentibus vitã, ita in plerisq; motionibus & affectionibus extra vsitatum naturæ modũ mirabiliter seruiat, quid causæ est, vt non credamus ante inobedientiæ peccatũ, corruptionisq; supplicium, ad propagandã prolem sine vlla libidine seruire voluntati humanæ, humana mẽbra potuisse? Donatus est itaq; homo sibi, quia deseruit deum, placendo sibi: & non obediens deo, non potuit obedire, nec sibi. Hinc euidentior miseria est, qua homo non viuit, vt vult. Nam si vt vellet viueret, beatũ se putaret: sed nec sic tamen esset, si turpiter viueret [n].

PVlmones denique ipsi.) *Sic legẽdum*: pulmones deniq; ipsi omnium, nisi medullarum, mollissimi viscerũ, & si medullæ non soleant dici viscera. obseruatum est Ciceronem, & alios pleroſque doctos, semper multitudinis numero pulmones dixisse, puto a *Pulmones.*

G quoniam in geminas fibras est fissus,nõ quod pulmo etiam nõ dicatur, vt apud Celsum, & Persium, & Lactantium. b Ad spiritum ducendum.) Nam à pulmone ad os fistula protenditur, quam Celsus asperam nominat, gurgulionem Lactãtius in opificio dei, per quẽ spiritus vltro & citro commeat.Idcirco Arist.primo de animalium historia,officium eius nihil aliud esse dicit,quàm accipere spiritum,& reddere. c Sunt enim qui & aures moueant.) Arist.vm homini aures esse immobiles dicit,quod intelligendum suapte sponte non agitari,vt in canibus, equis, & asinis,videmus. d Quidam voces auium.) Plutarchus in conuiuiis meminit cuiusdam Parmenonis maximi vocum animãtium imitatoris, vnde manauit prouerbium, ἐνὸς ἀνδρὸς πάρ, παρμένοντος ὅρ, nihil ad suem Parmenonis, quod Erasmus narrat. e Nonnulli ab imo sine pudore.)In aliis libris legitur,sine pędore,q.sine sordibus & fœtore id fiat. Talis fuit memoria nostra in hac terra Germanus quidam in comitatu Maximiliani Cęsaris,& Philippi eius filij,nec vllum erat carmen,quod nõ ille crepitibus podicis redderet. f Ipse sum expert° sudare hominẽ.) Et ipse Brugis cum proxime tertianis tenerer febrib°,quoties salutiferũ dicebat medic° futurũ sudorẽ,cõpresso paulisper spiritu,stragulis opert° sudabam. Mirabantur qui circũstabant lectum tam raram corporis mei texturam:sed Augustinianum sudatorem magis multo fuissent admirati,cui tam facile erat sudare quàm mihi spuere. g Notum est quosdam flere cùm volũt.) Præficæ in Italia,& ferè totũ genus mulierũ. h Presbyter,f.quidã.)Simile Plin.lib.vij.deHermotinioClazomenio,cui°anima relicto corpore vagari erat solita, & q̃ in lõgissimis videret regionib° narrare. i In parochia.)Meli° parœ[illegible]ia,παροικία,quasi vicinia,circũhabitatio,à παροικῶ. Sic qui diuersis hemispheriis,sed eodem parallelo habitant,parœci à cosmographis nominantur. parochus vero longe alius est significationis q̃ qua nunc vsurpatur pro curione. k Calamensis ecclesiæ.) Calamisus oppidum est in Italia.Calamo in Phœnicia,de quo credo Augustinum loqui,nisi oppidulum sit aliquod in Aphrica de nomine illius Phœnicis à colonis dictũ.Ferè enim illa Aphrica à Phœnicibus olim est possessa. l Ad imitãdos quasi lamentantis.) In quodam exemplari Brugensi,bibliothecæ Carmelitanæ habetur: Adimitatus,in aliis,ad imitatas.Hoc significat imitatum aliquem voces lamentãtis, & sic cũ qui audierat phãtasia illa concepta,se à corpore separasse. Illud alterum significat ipsum imitari solitũ,& sic exire corporeos sensus. m Non autem obnitendo.) Id est,nitẽdo in se,vt quietus iaceret, & immotus ad stimulos & ignem. n Sed nec sic tamen esset,si turpiter viueret.)Nõ opinionibus cõsistit beata vita,sed re ipsa vera,& solida non adumbrata fœlicitate, & quam sibi quilibet fingit. Nec beatus ille existimandus est haud ignobilis Argis,qui, vt Hora. inquit, se credebat miros audire tragœdos,In vacuo solus sessor,plausorq; theatro.

Paræci.

H

De uera beatitudine, quam temporalis uita non obtinet. Caput XXV.

QVanquam,si diligentius attẽdamus, nisi beatus,non viuit vt vult:& nullus beatus,nisi iustus. Sed etiã ipse iustus non viuit vt vult,nisi eò peruenerit,vbi mori,falli, offẽdi omnino nõ possit: eiq; is sit certũ,ita semper futurũ.Hoc enim natura expetit:nec plene atq; pfecte beata erit, nisi adepta quod expetit. Nunc vero quis hominum potest, vt vult, viuere,quando ipsum viuere non est in potestate? Viuere
I enim vult,mori cogitur. Quomodo ergo viuit,vt vult, qui nõ viuit,quãdiu vult? Quod si mori voluerit,quomodo potest, vt vult viuere, qui non vult viuere: & si ideo mori velit,non quo nolit viuere, sed vt post mortem melius possit viuere. Nondum ergo, vt vult viuit, sed quum ad id quod vult,moriendo peruenerit. Verũ ecce viuat vt vult,quoniã extorsit sibiq; imperauit,[a] nõ velle,quod non potest: atq; hoc velle,quod potest:sicut ait Terentius: Quoniã non potest id fieri quod vis,id velis quod possis [b]:non tamen ideo beatus est,quia patienter miser est.Beata quippe vita si non amatur,non habetur. Porrò si amatur,& habetur: cæteris omnibus rebus excellentius necesse est ametur: quoniam propter hanc amandum est, quicquid aliud amatur. Porrò si tantum amatur, quantum amari digna est: non enim beatus est, à quo ipsa beata vita non amatur, vt digna est,fieri non potest, vt eam qui sic amat, non æternam velit. Tunc igitur beata erit, quando erit æterna.

a QVoniam se extorsit,qui sibi imperauit.)Legẽdum sic: Quoniam sibi extorsit, sibiq; imperauit:Non velle quod nõ potest. b Quoniã non potest id fieri quod vis,id velis quod possis.) Vetus hoc fuisse verbum Plato scribit in libro de Republica.

Quod fœlicitas in paradiso uiuentium, sine erubescendo appetitu generãdi officium credenda sit implere potuisse. Caput XXVI.

K

VIuebat itaq; homo in paradiso sicut volebat, quandiu volebat,quod deus iusserat: viuebat fruens deo, ex quo bono erat bonus: viuebat sine vlla egestate,ita semper viuere habens in potestate.Cibus aderat,ne esuriret:potus, ne sitiret:lignũ vitę, ne illum senecta dissolueret: nihil corruptionis in corpore,vel ex corpore illas molestias vllis eius sensib° ingerebat.Nullus intrinsecus morbus,null° ictus metuebatur extrinsecus. Summa in carne sanitas, in anima tota tranquillitas. Sicut in paradiso nullus æstus, aut frigus,sic in eius habitatore nulla ex cupiditate, vel timore accedebat bonæ volũtatis offensio. Nihil omnino triste,nihil erat inaniter lætum:gaudium verũ perpetuabatur ex deo,in quem flagrabat charitas ex cor- 1.Timot.1.
de puro & conscientia bona,& fide non ficta:atque inter se coniugum fida ex honesto amore societas, concors mentis corporisq; vigilia, & mandati sine labore custodia. Non lassitudo fatigabat ociosum, non somnus premebat inuitum. In tãta facilitate rerum & fœ- L
licitate hominum,absit vt suspicemur nõ potuisse prolem seri sine libidinis morbo: sed eo voluntatis nutu moueretur illa membra,quo cætera, & sine ardoris illecebroso stimulo cum tranquillitate animi & corporis nulla corruptione integritatis [a] infunderetur gremio maritus vxoris [b]. Neq; enim quia experiẽtia probari non potest,ideo credendum non est: quando illas corporis partes non ageret turbidus calor, sed spontanea potestas sicut opus esset,adhiberet.Ita tunc potuisse vtero coniugis salua integritate fœminei genitalis virile semen immitti: sicut nunc potest eadem integritate salua ex vtero virginis fluxus menstrui [c] cruoris emitti.Eadẽ quippe via posset illud iniici, qua hoc potest eiici.Vt enim ad pariendum non doloris gemitus, sed maturitatis impulsus [d] fœminea viscera relaxaret: sic ad fœtandum & cõcipiendum non libidinis appetitus, sed voluntarius vsus naturam vtramq; coniungeret.De rebus loquimur nunc pudendis, & ideo quãuis ante quàm earũ puderet,quales esse potuissent,conficiamus,vt possumus:tamen necesse est, vt nostra di- M
sputatio magis frenetur ea,quæ nos reuocat verecundia:quàm eloquentia,quæ nobis parum suppetit,adiuuetur. Nam cum id quod dico, nec ipsi experti fuerint, qui experiri potuerunt:quoniam præoccupante peccato exilium de paradiso ante meruerunt,quàm in opere serendæ propaginis tranquillo arbitrio conuenirent: quomodo nunc cum ista comemorantur sensibus occurrit humanis,nisi experientia libidinis turbidæ, non coniectura placidæ voluntatis?† Hinc est quod impedit loquentem pudor,& si non deficiat ratio cogitantem. Veruntamen omnipotẽti deo summo, ac summe bono creatori omnium naturarum, volũtatum autem bonarum adiutori ac remuneratori, malarum autẽ relictori & damnatori, vtrarumq; ordinatori: non defuit vtiq; consilium,quo certum numerum ciuium sua sapientia prædestinatum,etiam ex dãnato genere humano suæ ciuitatis impleret:non eos iam meritis,quãdoquidem vniuersa massa tanquam inuitiata radice damnata est,sed gratia discernens,& liberatis non solũ de seipsis,verumetiam de nõ liberatis, quid eis largiatur ostendens. Non enim debita, sed gratuita bonitate tunc se quisq; agnoscit erutum à malis, cum ab eorum hominũ consortio fit immunis,cũ quibus illi iusta esset pœna communis. Cur ergo non crearet deus,quos peccaturos esse præsciuit: quandoquidem in eis, & ex eis, & quid

†aliâs, uoluptatis.

A & quid eorum culpa mereretur,& quid sua gratia donaretur, posset ostendere: nec sub illo creatore ac dispositore peruersa inordinatio delinquentium, rectum peruerteret ordinem rerum?

a NVlla corruptione integritatis.) Quid ergo non aperta fuisset bulga,dicunt Thomas,& Bonauentura? quam solui quoque in puerperio necesse erat, nam non se corpora penetrassent. Neque hæc est corruptio integritatis,non secus, quàm aperiri os. Ex animo enim omnis pendet integritas: alij in partu bulgam patere sinunt,in concubitu clausam retinent: non secus,quàm cum defluit menstruus cruor, qui haud dubiẽ cum Augustino videtur sentire. b Infunderetur gremio maritus vxoris.) Vergiliana imitatio lib. octauo Aeneidos,de Vulcano & Venere:

Optatos dedit amplexus,placidumq; petiuit
Coniugis infusus gremio per membra soporem.

c Ex vtero virginis fluxus menstrui.) Id contingit cum pubescere incipiunt,& vbera exurgere. Similisque est is cruor mẽstruus animalis recens occisi,cõtingitque mensibus singulis lunaribus plus minus:aliis enim tardius aliis celerius,ideo menstruus dicitur.De hoc Aristoteles lib. septimo historiæ animalium. d Sed,maturitatis impulsus.)Nam nũc etiam maturitas illa pariendi extendit atq; aperit ossa pectinis quę alio tempore vix disiungeret securis valide impacta: sed nunc cum ingenti cruciatu, tunc sine dolore.

De peccatoribus,& angelis,& hominibus,quorum peruersitas non perturbat prouidentiam dei. Caput. XXVII.

B PRoinde peccatores,& angeli,& homines nihil agunt,quo impediantur magna opera domini exquisita in omnes voluntates eius. Quoniam qui prouidenter, atque omnipotenter sua cuique distribuit,non solum bonis,verumetiam malis bene vti nouit. Ac per hoc propter meritum primæ malæ voluntatis ita damnato atq; obdurato angelo malo,vt iam bonam voluntatem vlterius nõ haberet, bene vtens deus, cur non permitteret, vt ab illo primus homo,qui rectus,hoc est,bonæ voluntatis creatus fuerat,tentaretur:quandoquidẽ sic erat institutus, vt si de adiutorio dei fideret,bonus homo malum angelum vinceret:si autem creatorem atque adiutorem deum superbe sibi placendo desereret, vinceretur: meritum bonum habens in adiuta diuinitus volũtate recta:malum vero in deserente deum voluntate peruersa: quia & ipsum fidere de adiutorio dei, non quidem posset sine adiutorio dei: nec tamen ideo ab his diuinæ gratię beneficijs sibi placendo, recedere nõ habebat in potestate? Nam sicut in hac carne viuere sine adiumentis alimẽtorum, in potestate non est:non autem in ea viuere in potestate est:quod faciunt, qui seipsos necant: ita bene viuere sine adiutorio dei, etiam in paradiso,
C non erat in potestate:erat autem in potestate male viuere:sed beatitudine non permãsura, & pœna iustissima secutura. Cum igitur huius futuri casus humani, deus non esset ignarus,cur eum non sineret,inuidi angeli malignitate tentari?nullo modo quidẽ,quod vinceretur,incertus: sed nihilominus præscius, quod ab eius semine adiuto, sua gratia idem ipse diabolus fuerat sanctorum gloria maiore vincẽdus.Ita factum est, vt nec deum aliquid futurorum lateret: nec præsciẽdo quenquam peccare compelleret: & quid interresset inter propriam cuiusq; præsumptionem & suam tuitionem,angelicę & humanę rationali creaturę consequenti experientia demonstraret. Quis enim audeat credere,aut dicere,vt neq; angelus,neque homo caderet,in dei potestate non fuisse? Sed hoc eorum potestati maluit non auferre: atque ita quantum mali eorum superbia,& quantum boni sua gratia valeret,ostendere.

De qualitate duarum ciuitatum, terrenæ atque cœlestis. Caput XXVIII.

D

IEcerunt itaque ciuitates duas amores duo, terrenam scilicet amor sui vsque ad contemptum dei: cœlestem verò amor dei, vsque ad contemptum sui. Denique illa in seipsa, hæc in domino gloriatur.Illa enim quærit ab hominibus gloriam,huic autem deus conscientiæ testis maxima est gloria. Illa in gloria sua exaltat caput suum, hæc dicit deo suo: Gloria mea, & exaltans caput meum. Psal.3.
Illi in principibus eius,vel in eis, quas subiugat nationibus dominandi libido, dominatur: in hac seruiunt inuicem in charitate,& præpositi consulendo, & subditi obtemperando[a].Illa in suis potentibus diligit virtutem suam,hæc dicit deo suo:Diligam te domine vir Psal.17.
tus mea.Ideoq; in illa sapientes eius secundum hominem viuẽtes,aut corporis aut animi sui bona aut vtriusque sectati sunt:aut qui potuerũt cognoscere deum, non vt deum honorauerunt, vel gratias egerunt, sed Rom.1.
euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum. Dicentes enim se esse sapientes, id est,dominante sibi superbia in sua sapientia sese extollentes,stulti facti sunt: & immutauerunt gloriam incorruptibilis dei in similitudinem imaginis corru- E
ptibilis hominis,& volucrum,& quadrupedum & serpentium.Ad huiuscemodi enim simulachra adoranda vel duces populorum,vel sectatores[b] fuerunt, & coluerunt atq; seruierunt creaturæ potius quàm creatori, qui est benedictus in secula.In hac autem nulla est hominis sapiẽtia,nisi pietas[c] qua recte colitur verus deo, id est,expectans præmium in societate sanctorũ: non solum hominum,verum etiam angelorum,vt sit deus 1.Cor.15.
omnia in omnibus.Amen.

a ET præpositi consulendo,& subditi obtemperando.) Quàm scite duobus verbis optimam Reipub. formam multis verbis ab aliis descriptam expressit,vbi magistratus non regunt, non imperat, sed velut in excelsiore positi specula inferioribus consulunt.Vnde dicti sunt veteres illi consules,& subditi non obluctantur, nec detrectant consilia sed modestè & sedulo exequuntur. b Vel duces populorum vel sectatores.) Alij ex Poetis & philosophis magnorum in populo errorum fuerunt magistri:alij populo authore & magistro inueteratos errores sunt secuti. c Nulla est hominis sapientia nisi pietas.) Non philosophia,non eloquentia,non reliquę artes & disciplinæ mundo præclaræ atque admirabiles, vnica hic est ars, nosse & colere deum.

FINIS.

ELENCHVS CAPITVM IN AVGVSTINI de Ciuitate dei Lib.XV.

1 De duobus ordinibus generationis humanę in diuersos fines ab initio procurrentis.
2 De filiis carnis & filiis promissionis.
3 De sterilitate Saræ, quam dei gratia fœcundauit.
4 De terrenæ ciuitatis vel concertatione vel pace.
5 De primo terrenæ ciuitatis authore fratricida,cuius impietati Romanæ vrbis conditor germani cæde responderit.
6 De languoribus quos ex pœna peccati etiam ciues ciuitatis dei in huius vitę peregrinatione patiũtur,& à quibus deo medente sanantur.
7 De causa & pertinacia sceleris Caïn, quem à facinore concepto nec dei sermo reuocauit.
8 Quæ ratio fuerit vt Caïn inter principia generis humani conderet ciuitatem.

G 9 De longa vita hominum, quæ fuit ante diluuium, & de ampliore humanorum corporum forma.
10 De differentia qua inter Hebræos & nostros codices videntur annorum numeri dissonare.
11 De annis Mathusalem, cuius ætas quatuordecim annis videtur diluuium excedere.
12 De opinione eorum qui primorum temporum homines tam longæuos quàm scribitur fuisse non credunt.
13 An in dinumeratione annorum Hebræorum magis quàm septuaginta interpretum sit sequenda authoritas.
14 De parilitate annorum, qui eisdem quibus nunc spatiis & in prioribus seculis cucurrerunt.
15 An credibile sit, primi seculi viros vsque ad eam ætatem qua filios generasse referuntur, à concubitu continuisse.
16 De iure coniugiorum, quod dissimiliter à subsequentibus matronis habuerint prima connubia.
H
17 De duobus ex vno genitore procreatis, patribus, atq; principibus.
18 Quid significatum sit in Abel, & Seth, & Enos, quod appareat ad Christũ, & corpus eius, id est, Ecclesiam pertinere.
19 De significatione quæ in Enoch translatione monstratur.
20 De eo, quod Caïn successio in octo ab Adam generationes clauditur: & in posteris ab eodem patre Adam Noë decimus inuenitur.
21 Qua ratione commemorato Enoch, qui fuit filius Caïn, totius generationis eius, vsq; ad diluuium sit continuata narratio: commemorato autem Enos, qui fuit filius Seth, ad conditionis humanæ principium sit reditum.
22 De lapsu filiorum dei alienigenarum mulierum amore captorum: vnde & omnes exceptis octo hominibus, diluuio perire meruerunt.
23 An credendum sit, angelos substantiæ spiritalis, amore speciosarum mulierum captos, earundem iniisse coniugia, ex quibus gigantes sint
I creati.
24 Quomodo intelligendum sit, quod eis qui diluuio perdendi erant, dominus dixerit: Erunt dies eorum centum viginti anni.
25 De ira dei, quæ incommutabilem tranquillitatem nulla inflammatione perturbat.
26 Quòd arca quã Noë iussus est facere, in omnibus Christum Ecclesiamq; significet.
27 De arca, atq; diluuio, nec illis esse consentiendum, qui solam historiam recipiunt sine allegorica significatione, nec illis qui solas figuras defendũt, repudiata historica veritate.

D. AVRELII AVGVSTINI Hipponensis Episcopi, de Ciuitate dei ad Marcellinum Liber decimusquintus.

De duobus ordinibus generationis humanæ in diuersos fines ab initio procurrentis. Caput I.

DE fœlicitate paradisi, vel de ipso paradiso, & de vita ibi primorum hominum, eorũmque peccato, atq; supplicio, multi multa senserunt: multa dixerunt, multa literis mandauerunt. Nos quoq; secũdum scripturas sanctas, vel quod in eis K legimus, vel quod ex eis intelligere potuimus, earum congruentes authoritati, de his rebus in superioribus libris diximus. Enucleatius autem si ista quærantur, multiplices, atque multimodas pariunt disputationes, quę pluribus intexendę sunt voluminibus, q̃ hoc opus, tempusq; deposcit. Quod non ita largum habemus, vt in omnibus quæ possunt requirere ociosi & scrupulosi, paratiores ad interrogandum, quàm capaciores ad intelligendum, nos oporteat immorari. Arbitror tamen, satis nos iam fecisse magnis, & difficillimis quæstionibus de initio, vel mundi, vel animæ, vel ipsius generis humani, quod in duo genera distribuimus: vnum L eorum qui secundum hominem, alterum eorum qui secundum deum viuunt. Quas etiam mystice appellamus ciuitates duas: hoc est, duas societates hominũ: quarum est vna, quæ prædestinata est in æternũ regnare cum deo: altera æternum supplicium subire cum diabolo. Sed iste finis est earum, de quo post loquendum est. Nunc autem, quoniam de exortu earum, siue in angelis, quorum numerus ignoratur à nobis, siue in duobus primis hominibus satis dictum est, iam mihi videtur earum aggrediendus excursus: ex quo illi duo generare cœperunt, donec homines generare cessabunt. Hoc enim vniuersum tẽpus, siue seculum in quo cedunt morientes, succeduntq; nascẽtes: istarum duarum ciuitatum de quibus disputamus, excursus est. Natus est igitur prior Caïn ex illis duobus generis humani parentibus, pertinens ad hominũ ciuitatem. Poste- Gene.4.
rior Abel ad ciuitatem dei. Sicut enim in vno homine quod dixit Apostolus experimur, quia non primum 1.Cor.15.
quod spiritale est, sed quod animale, postea spiritale, vnde vnusquisque quoniam ex damnata propagine exoritur, primo sit necesse, est ex Adam malus atq; carnalis, quod si in Christo renascendo profecerit, postea erit bonus & spiritalis. Sic in vniuerso genere humano M cum primum duę istę cœperunt nascendo atq; moriendo procurrere ciuitates, prior est natus ciuis huius seculi, posterior autem isto peregrinus in seculo & pertinens ad ciuitatem dei, gratia prædestinatus, gratia electus, gratia peregrinus deorsum, gratia ciuis sursum. Nam quantum ad ipsum attinet, ex eadem massa oritur, quæ originaliter est tota damnata, sed tanquam figulus deus. Hanc enim similitudinem prudẽter introducit Apostolus: Ex eadem massa fecit aliud Roma.9.
vas in honorem, aliud in contumeliam. Prius autem factum est vas in contumeliam, pòst vero alterum in honorem, quia & in ipso vno sicut iam dixi homine prius est reprobum. vnde necesse est incipiamus, & vbi non est necesse vt remaneamus: posterius vero probũ, quò proficientes veniamus, & quò peruenientes maneamus. Proinde non quidem omnis homo malus erit bonus, nemo tamen erit bonus qui non erat malus, sed quanto quisq; citius mutatur in melius, hoc in se facit nominari quod apprehendit celerius, & posteriore cooperit vocabulum prius. Scriptum est itaq; de Gene.4.
Caïn quod condidit ciuitatem. Abel autem tanquam peregrinus non cõdidit. Superna est enim sanctorum

A ciuitas, quãuis hic pariat ciues, in quibus peregrinatur, donec regni eius tempus adueniat, cum congregatura est omnes in suis corporibus resurgentes, quando eis promissum dabitur regnum, vbi cum suo principe rege seculorum sine vllo temporis fine regnabunt.

De filiis carnis & filiis promissionis. Caput II.

MBra sanè quædam ciuitatis huius, & imago prophetica ei significandæ potius quàm præsentandæ seruiuit in terris, quo eam tempore demonstrari oportebat, & dicta est etiam ipsa ciuitas sancta merito significantis imaginis, non expressæ sicut futura est, veritatis. De hac imagine seruiente, & de illa quam significat libera ciuitate, sic Apostolus ad
Gene.4. Galatas loquitur: Dicite mihi, inquit, sub lege volentes esse legem non audistis [a]? Scriptum est enim quod Abraham duos filios habuit, vnum de ancilla, & vnũ de libera. Sed ille quidem qui de ancilla, secundum carnem natus est, qui autem de libera, per repromissionem: quæ sunt in allegoria [b]. Hæc enim sunt duo te-
B stamenta, vnum quidem à monte Sina [c] in seruitutem generans quæ est Agar. Sina enim est mons in Arabia [d], qui coniunctus est huic, quæ nũc est Hierusalem, seruit enim cũ filiis suis. Quę autem sursum est Hierusalem libera est, quæ est mater nostra. Scriptum est
Esa.54. enim, Lætare sterilis, quæ non paris erumpe, & clama quæ non parturis, quoniam multi filij desertæ magis quàm eius quæ habet virum. Nos autem fratres secundum Isaac promissionis filij sumus. Sed sicut tunc, qui secundum carnem natus fuerat, persequebatur eum
Gene.21. qui secundum spiritum [e], ita & nunc. Sed quid dicit scriptura? Eiice ancillam & filium eius. Non enim hæres erit filius ancillæ, cum filio liberæ [f]. Nos autem fratres non sumus ancillæ filij, sed liberæ: qua libertate Christus nos liberauit. Hæc forma intelligendi de apostolica authoritate descendens locum nobis aperit, quemadmodum scripturas duorum testamento-
rũ veteris & noui accipere debeamus. Pars enim quædam terrenæ ciuitatis imago cœlestis ciuitatis effecta est, non se significando, sed alteram, & ideo seruiens.
C Neque enim propter seipsam, sed propter aliam significandam est instituta, & præcedente alia significatione, & ipsa præfigurans præfigurata est. Nanque Agar ancilla Saræ, eiusque filius imago quædam huius imaginis fuit. Et quoniam transiturę erant vmbræ luce veniente, ideo dixit libera Sara, quæ significabat liberam ciuitatem: cui rursus alio modo significandæ etiam illa vmbra seruiebat. Eiice ancillam & filium eius, non enim hæres erit filius ancillæ, cum filio meo Isaac, quod ait apostolus cum filio liberæ. Inuenimus ergo in terrena ciuitate duas formas, vnam suam præsentiam demonstrantem, alteram cœlesti ciuitati significandæ sua præsentia seruientem. Parit autem ciues terrenæ ciuitatis peccato vitiata natura, cœlestis vero ciuitatis ciues parit à peccato naturam liberans gratia, vnde illa vocantur vasa iræ, ista vasa misericordiæ. Significatum est hoc etiam in duobus filiis Abrahæ, quod vnus de ancilla, quæ dicebatur Agar, secundum carnem natus est Ismaël: alter autem de Sara libera secundum promissionem natus Isaac. Vterque quidem de semine Abrahæ, sed illum genuit demonstrans cõsuetudo naturam, istum vero dedit promissio significans gratiam. Ibi humanus vsus ostenditur, hic diuinum beneficium commendatur.

D IOANNIS LODOVICI VIVIS in. xv. lib. D. Aurelij Augustini. de Ciuitate dei commentarij.

LEgem non audistis.) Ex Græco melius, quàm vt vulgo habemus, a legistis. & sic Hierony. ad Galatas quarto. ἀκούσατε, alij ἀνέγνητε, auditis. b Quæ sunt in allegoria.) Ἀλληγορούμενα, allegorica. Allegoria inquit Quintilianus lib. ix. quam inuersionem interpretantur, aliud verbis, aliud sensu ostendit, aut etiam interim contrarium. Hieronymus ait, quam hoc loco allegoricam alio loco Paulum Allegoria.
eundem spiritalem intelligentiã nominasse. c Vnum quidem à monte Sina.) Ἀπὸ μὲν ὄρους Σινᾶ. Sic Hieronymus, & Ambrosius. d Sina enim mons est in Arabia.) Hunc puto quem Mela Cassium Arabiæ nominat. Nam est & Cassius Syrius Plinio. Arabicus ille insignis est templo Iouis Cassij, sed magis Pompeij Magni tumulo. Sunt qui putent Arabice Sina dici Agar. e Persequebatur eum, qui secundum spiritum.) Gen. Sina.
xxj. Lusus solum puerorum ponitur, nec persecutionem inuenirì posse scribit Hieronymus. Nam cum in ædibus Abrahæ conuiuium ablactationis Isaac celebraretur, colluderéntque fratres Ismaël, & Isaac, nõ tulit ludũ illum Sara, Sed indignata precibus contendit à viro, vt nothus domo pelleretur. Sed hoc non putatur factura, nisi Ismaël nam maior iniuria minorem affecisset. Hieronymus Hebræos dicit ludere interpretari idola facere, alios per lusum & iocum primogenituram sibi vsurpare. quanq̃ & ludere pro pugnare ponitur in sacris literis: vt in libro Regnorum secundo: surgant pueri, & ludant coram nobis. siue de vera & odiosa pugna dicatur, siue de militaribus exercitamentis, & pugna imaginaria. f Filius ancillæ cum filio liberæ.) Vulgo legimus, cum filio meo Isaac. nam Lxx. cum Hebræis cõuenit μετὰ τοῦ υἱοῦ μου Ἰσαάκ. Sed hic Pauli dictum cauiit potius, quam Gene. μετὰ τοῦ υἱοῦ τῆς ἐλευθέρας.

De sterilitate Saræ, quam dei gratia fœcundauit. Caput. III. E

SAra quippe sterilis erat & desperatione prolis saltem de ancilla sua concupiscens habere, quod de seipsa non se posse cernebat, dedit Gene.16.
eam fœtandam viro de quo parere voluerat, nec potuerat. Exegit itaque etiam sic debitum de marito vtens iure suo [a] in vtero alieno. Natus est ergo Ismaël sicut nascuntur homines permixtione sexus vtriusque vsitata lege naturæ. Ideo dictum est secundum carnem, non quod ista beneficia dei non sint, aut non illa operetur deus, cuius opifex sapientia attingit, sicut scriptum est: à fine vsq; ad finem fortiter, & di- Sapien.8.
sponit omnia suauiter, sed vbi significãdum fuerat dei donum, quod indebitum hominibus gratis gratia largiretur, sic oportuit dari filium quemadmodum naturæ non debebatur excursibus. Negat enim natura iam filios tali commixtioni maris & fœminæ, qualis esse poterat Abrahæ & Sarę in illa iam ętate etiam mulieris accedente sterilitate [b], quæ nec tunc parere potuit, F
quando nõ ætas fœcunditati, sed ætati fœcunditas defuit. Quod ergo naturæ sic affectæ fructus posteritatis non debebatur, significat, quod natura generis humani peccato vitiata, ac per hoc iure damnata, nihil veræ fœlicitatis in posterum merebatur. Recte igitur significat Isaac per repromissionem natus, filios gratiæ, ciues ciuitatis liberæ, socios pacis ęternæ, vbi sit non amor propriæ ac priuatę quodammodo voluntatis, sed communi eodemq; immutabili bono gaudens atq; ex multis vnum cor faciens [c], id est, perfecte facta concors obedientia charitatis.

VTens iure suo.) Iure coniugij. b Etiam mulieris accedente sterilitate.) Nam præterquam quod erat anus, etiam sterilitatis erat natura damnata. Nascitur enim homines quidã, vt Aristoteles docet, tum viri, tum fœminæ natura infœcundi. c Atque ex multis vnum cor faciens.) Inde concordia, qualis illa describitur Apostolorum Act. iiij. Multitudinis autem credentium erat cor vnum & anima vna. Cõcordia.

De terrenæ ciuitatis uel concertatione uel pace. Caput IIII

TErrena porrò ciuitas, quæ sempiterna non erit, neq; enim cum extremo supplicio damnata fuerit iam ciuitas erit, hic habet bonum

G ſuum cuius ſocietate lætatur, qualis eſſe de talibus re-
bus lætitia poteſt. Et quoniam non eſt tale bonum, vt
nullas anguſtias faciat amatorib⁹ ſuis, ideo ciuitas iſta
aduerſus ſeipſam plerunq; diuiditur litigando, bellan-
do atq; pugnãdo, & aut mortiferas aut certe mortales
victorias requirendo. Nam ex quacunq; ſui parte adu-
erſus alteram ſui partem bellando ſurrexerit, quærit
eſſe victrix gẽtium, cum ſit captiua vitiorum. Et ſi qui-
dẽ cùm vicerit, ſuperbius extollitur etiã ſic mortifera.
Si vero conditionem cogitans caſuſq; communes, ma-
gis quę accidere poſſunt aduerſis angitur, quàm eis quę
prouenerunt ſecundis rebus inflatur, tantũmodo mor-
talis eſt iſta victoria. Neq; enim ſemper dominari po-
terit permanendo eis, quos potuerit ſubiugare vincen-
do. Non enim recte dicuntur ea bona nõ eſſe, quæ con
cupiſcit hæc ciuitas, quando eſt & ipſa in ſuo genere
humano melior. Concupiſcit enim terrenam quãdam
pro rebus infimis pacem: ad eam nanq; deſiderat per-
uenire bellando. Quoniam ſi vicerit, & qui reſiſtat, nõ
H fuerit, pax erit, quam non habebãt partes inuicem ad-
uerſantes, & pro his rebus, quas ſimul habere non po-
terant infœlici egeſtate certantes. Hanc pacem requi-
runt laborioſa bella, hanc adipiſcitur, quę putatur glo-
rioſa victoria. Quando autem vincunt qui cauſa iu-
ſtiore pugnabãt, quis dubitet gratulandam eſſe victo-
riam, & proueniſſe optabilem pacem? Hæc bona ſunt,
& ſine dubio dei dona ſunt. Sed ſi neglectis melioribus
quæ ad ſupernam pertinet ciuitatem, vbi erit victoria
in æterna & ſumma pace ſecura, bona iſta ſic concupi-
ſcuntur, vt vel ſola eſſe credantur, vel his quæ meliora
creduntur, amplius diligantur, neceſſe eſt miſeria con-
ſequatur, & quæ inerat augeatur.

De primo terrenæ ciuitatis authore fratricida, cuius impietati Romanæ urbis conditor germani cæde reſponderit. Caput V.

RRimus itaq; fuit terrenæ ciuitatis conditor
fratricida: nam ſuum fratrem ciuem ciuita-
tis æternæ in hac terra peregrinantem, inui-
dentia victus occidit. Vnde mirandum non eſt, quod
tanto poſt in ea ciuitate condenda, quæ fuerat huius
terrenæ ciuitatis, de qua loquimur caput futura, & tam
multis gentibus regnatura, huic primo exemplo, & vt
Græci appellant ἐξχετύπῳ, [a] quædam ſui generis ima-
I go reſpondit. Nam & illic ſicut ipſum facinus quidam
Lucanus lib.1. Poëta commemorauit illorum: Fraterno primi [b] ma-
duerunt ſanguine muri. Sic enim condita eſt Roma,
quando occiſum Remum à fratre Romulo Romana
teſtatur hiſtoria: niſi quod iſti terrenæ ciuitatis ambo
ciues erant, & ambo gloriam de Romanæ Reip. inſti-
tutione quærebant. Sed ambo eam tantam, quantam ſi
vnus eſſet habere non poterant. Qui enim volebat
dominando gloriari, minus vtiq; dominaretur, ſi eius
poteſtas viuo conſorte minueretur. Vt ergo totam do
minationem haberet vnus, ablatus eſt ſocius, & ſcelere
creuit in peius, quod innocentia minus eſſet in melius.
Hi autem fratres Caïn & Abel non habebant ambo
inter ſe ſimilem rerũ terrenarum cupiditatem: nec in
hoc alter alteri inuidit, quod eius dominatus fieret an-
guſtior, qui alterũ occidit, ſi ambo dominarentur. Abel
quippe nõ quærebat dominationem in ea ciuitate, quę
cõdebatur à fratre [c]. Sed inuidentia illa diabolica, qua
inuident bonis mali, nulla alia cauſa eſt, niſi quia illi
boni ſunt, illi mali. Nullo enim modo fit minor acce-
dente ſeu permanẽte conſorte poſſeſſio bonitatis: imò
poſſeſſio bonitatis tanto fit latior, quanto concordior
eam indiuidua ſociorum poſſidet charitas. Non habe- K
bit deniq; iſtam poſſeſſionem, qui eam noluerit habere
communem, & tanto eam reperiet ampliorem, quan-
to amplius ibi potuerit amare conſortem. Illud igitur
quod inter Remũ & Romulum exortum eſt, quemad-
modũ aduerſus ſeipſam terrena ciuitas diuidatur, oſtẽ
dit: quod autem inter Caïn & Abel, inter duas ipſas ci
uitates dei & hominũ inimicitias demonſtrauit. Pu-
gnant ergo inter ſe [d] mali & mali. Item pugnãt inter ſe
boni & mali. Boni vero & boni, ſi perfecti ſunt, inter
ſe pugnare nõ poſſunt. Proficiẽtes autem nõdumq; per-
fecti, ita poſſunt, vt bonus quiſque ex ea parte pugnet
contra alterum, qua etiam contra ſemetipſum. Et in
vno quippe homine caro concupiſcit aduerſus ſpiri- Galat.5.
tum, & ſpiritus aduerſus carnem. Concupiſcentia ergo
ſpiritalis contra alterius poteſt pugnare carnalem, vel
concupiſcentia carnalis contra alterius ſpiritalem, ſi-
cut inter ſe pugnant boni & mali, vel certe ipſæ con-
cupiſcentiæ carnales inter ſe duorum bonorum non-
dum vtiq; perfectorum, ſicut inter ſe pugnant mali &
mali, donec eorum qui curantur ad vltimam victo- L
riam ſanitas perducatur. a Archetypum.

APxetupw.) Eſt primũ illud exẽplar, ad quod reliqua effingun-
tur, vnde Archetypi libri. Iuuc. Et iubet Archetypos pluteũ
ſeruare Cleanthas. b Fraterno primi.) Verſus Luc. j. Phar-
ſalidos. nota eſt hiſtoria. c In ea ciuitate, quæ con. à fra.)
An iam tum cõdebat Cainam vrbem? an de ciuitate hac terrena intelli-
gendum, quam vitia & ſeparatio à deo condunt? Hoc puto. d Pugnãt
ergo int. ſe.) Hoc eſt quod dicitur, vitio nec cũ virtute, nec cũ vitio con-
uenire, ſolóſque bonos eſſe amicos, malos nec inter ſe, nec cũ bonis ami-
citiam ſeruare poſſe.

De languoribus, quos ex pœna peccati etiam ciues ciuitatis dei in huius uitæ peregrinatione patiũtur, & à quibus deo medente ſanantur. Cap. VI.

IAnguor eſt quippe iſte, id eſt, illa inobedien-
tia, de qua in libro quartodecimo diſſerui-
mus, primæ inobedientiæ ſupplicium, & ideo
non natura, ſed vitium eſt, propter quod dicitur proſi-
cientibus bonis, & ex fide in hac peregrinatione viuẽ-
tibus: Inuicem onera veſtra portate [a], & ſic adimplebi- Gala.6.
tis legem Chriſti. Item alibi dicitur, Corripite inquie-
tos, conſolamini puſillanimes: ſuſcipite infirmos, pa- 1.Theſſ.5.
tientes eſtote ad omnes. Videte ne quis malũ pro malo
alicui reddat. Item alio loco: Si prœoccupatus fuerit ho Galat.6.
mo in aliquo delicto, vos qui ſpiritales eſtis, inſtruite
huiuſmodi in ſpiritu manſuetudinis [b], intendens teip-
ſum, ne & tu tenteris. Et alibi, Sol non occidat ſuper i- Epheſ.4.
racundiam veſtram. Et in Euangelio: Si peccauerit in M
te frater tuus, corripe eum inter te & ipſum ſolum. Itẽ Matth.18.
de peccatis, in quibus multorũ cauetur offenſio, ſic A-
poſtolus dicit: Peccantes coram omnibus argue, vt & 1.Timot.5.
cæteri timorem habeant. Propter hoc & de venia inu-
icem danda multa præcipiuntur. Et magna cura pro-
pter tenendam pacẽ, ſine qua nemo poterit videre deũ Heb.12.
vbi ille terror eſt, quãdo iubetur ſeruus [c] decẽ miliũ ta-
lentorũ reddere debita, quæ illi fuerant relaxata, quo- Matth.18.
niam debitum denariorũ centũ conſeruo ſuo non rela-
xauit. Qua ſimilitudine propoſita, dominus Ieſus ad-
iecit atq; ait, Sic & vobis faciet pater veſter cœleſtis, ſi
non dimiſeritis vnuſquiſq; fratri ſuo de cordibus ve-
ſtris. Hoc modo curãtur ciues ciuitatis dei in hac terra
peregrinantes, & paci ſupernæ patriæ ſuſpirantes. Spi-
ritus autem ſanctus operatur intrinſecus, vt valeat ali-
quid medicina, quæ adhibetur extrinſecus. Alioquin
etiam ſi deus ipſe vtens creatura ſibi ſubdita in aliqua
ſpecie humana ſenſus alloquatur humanos, ſiue iſtos
corporis, ſiue illos, quos iſtis ſimillimos habemus in
ſomnis, nec interiore gratia mentem regat [d] atque
agat,

A agat, nihil prodeſt homini omnis prędicatio veritatis.
Rom.6. Facit autem hoc deus à vaſis miſericordiæ iræ vaſa di
ſcernens, diſpenſatione, qua ipſe nouit multum occul-
ta, ſed tamen iuſta. Ipſo quippe adiuuante mirabilibus
& latentibus modis, cùm peccatum, quod habitat in
membris noſtris, quod ſic peccatũ eſt, vt ſit etiam pœ-
Roma.6. na peccati [e], ſicut Apoſtolus præcipit, Non regnet pec-
catum in noſtro mortali corpore ad obediendum de-
ſyderiis eius, nec ei membra noſtra, velut iniquitatis
arma exhibeamus: conuertitur ad mentem non ſibi ad
mala deo regente conſentientem, & eam regens tran-
quillius nunc, habebit poſtea ſanitatem perfectam, at-
que immortalitatem percepta homo ſine vllo peccato in
æterna pace regnabit.

a INuicem onera veſtra portate.) Græcè ἀλλήλων τὰ βάρη βαστάζετε, La-
tinius vertit quàm vulgo, alter alterius onera portate. nam hoc de
duobus tantum dicitur, ſicut apud Saluſtium: alter alterius auxilio
eget, de animo & corpore. b Spiritu manſuetudinis.) Idcirco
manſuete, & non ferociter propter id quod ſequitur, conſyderans teip-
ſum, ne & tu tenteris. Decet enim reprehenſorem meminiſſe ſe quoque
peccare poſſe, ne ſi animo intumuerit, quod melior ſit fratre peccante,
præſto ſit Nemeſis vltrix, & ad peccandum ipſe incitetur. c Quan-
do iubetur ſeruus.) Præcipiens dominus remittenda eſſe inuicem debi-
ta, parabolam de ratione quam à ſeruo rex dominus exegit, inſeruit, Ma
thæi. xviij. d Nec interiore gratia mentem reg.) Sic Eccleſiaſt. vij.
Conſydera opera dei, quod nemo poſſit corrigere, quem ille deſperxerit.
Hinc videmus aliis pauciſſima de moribus præcepta ſufficere, aliis nul-
B la: ſi intrinſecus ad bonum animus non impellitur, verba tenuiſſimam
vim habent. e Quod ſic peccatum eſt, vt ſit etiam pœna pec.) Ex pec
cato enim illo primo mulctati omnes ſumus, vt corpus noſtrum ad peſ-
ſima quæque procliue ſit, & mentem ſecum impetu ſuo pronoluat, ni il-
la magna vi reſiſtat fixa, & altrinſecus corpus ad ſe trahat. adde etiam
quod nullum eſt peccatum, quod non torqueat, angátq; eum, in quo eſt.
Prima hæc eſt vltio, inquit, Iuuenalis, quod ſe iudice nemo nocens ab-
ſoluitur. ſed locus eſt ſanè perobſcurus. In exemplari Colonienſi ſic le-
gitur, ipſo quippe adiuuante mirabilibus & latentibus modis, cum pec-
catum quod habitat in membris noſtris, quæ potius iam pœna peccati
eſt, ſicut Apoſtolus præcepit, non regnat in noſtro mortali corpore ad
obediendum deſyderiis eius: nec ei membra noſtra velut iniquitatis ar-
ma exhibemus, conuertitur ad mentem non ſibi à malo deo regente cõ
ſentientem, etiam regentem &c. Sed hic legendum eſt: ad malum deo
regente conſentientem etiam regentem. vt ſit ſenſus: Si illa peccãdi pro-
cliuitas, relicta ex noxia primorum patrum in maſſa, vnde omnes deſci-
mimur, nõ ſibi regnũ totius hominis depoſcat, aut occupet, nec regnet
in noſtro mortali corpore, ſicut Apoſtolus monet. ſed potius ſe menti
ſubdat, quæ morigeram ſe præbens rectori ſuo deo, non conſentiat illi
pronitati ad flagitium nutãti, ſed vt potius affectus ipſe in malum pro-
nus à mente in vita hac regatur tranquille, & quaſi à medico tractetur,
cui præſit deus, tunc morbidus ille affectus verè perfectóque ſanitatem
& immortalitatem conſequitur, fitq; hac ratione homo æternum bea-
tus. peccatum enim eſt hic nutus ille ad peccandum nos deprimens, quẽ
fomitem theologi appellant in ſchola.

De cauſa pertinacia ſceleris Caïn, quem à facinore concepto nec dei ſermo reuocauit. Cap. VII.

C SEd hoc ipſum quod ſicut potuimus expoſui-
mus, cum deus locutus eſſet ad Caïn eo mo-
do quo primis hominibus [a] per creaturam
ſubiectam velut eorum ſocius forma con-
grua loquebatur, quid ei profuit? Nónne conceptum
ſcelus in necando fratre etiã poſt verbum diuinæ ad-
monitionis impleuit? Nam cum ſacrificia diſcreuiſſet
amborũ, in illius reſpiciẽs, huius deſpiciẽs. Quod non
dubitandũ eſt potuiſſe cognoſci [b] ſigno aliquo atteſtãte
viſibili, & hoc ideo feciſſet deus, quia mala erant opera
huius: fratris vero eius bona, contriſtatus eſt Caïn val-
*als uultus de & concidit facies † eius. Sic enim ſcriptum eſt. Et
Gene.4. dixit dominus ad Caïn: Quare triſtis fact⁹ es, & qua-
re concidit facies tua? Nónne ſi recte offeras [c], recte au
tem non diuidas, peccaſti? quieſce [d], ad te enim conuer
ſio eius [e], & tu dominaberis illius. In hac admonitione
quam deus protulit ad Caïn, illud quidem quod dictũ
eſt: Nónne ſi recte offeras, recte autem non diuidas,
peccaſti, quia non elucet cur vel vnde ſit dictum, mul-
tos ſenſus peperit eius obſcuritas, cum diuinarum ſcri-
pturarum quiſq; tractator ſecundum fidei regulam id
conatur exponere. Recte quippe offertur ſacrificium, D
cum offertur deo vero, cui vni tantummodo ſacrifi-
candum eſt. Non autem recte diuiditur, dum non di-
ſcernuntur recte vel loca, vel tempora, vel res ipſæ quę
offeruntur, vel qui offert, vel cui offertur, vel hi quibus
ad veſcendum diſtribuitur quod oblatum eſt, vt diui-
ſionem intelligamus hic diſcretionem: ſiue cum offer-
tur, vbi non oportet, aut quod nõ ibi, ſed alibi oportet:
ſiue cum offertur quando non oportet, aut quod non
tũc, ſed aliãs oportet: ſiue cum id offertur quod nuſquã
& nũquam penitus debuit: ſiue cum electiora ſibi eiuſ-
dem generis rerum tenet homo, quàm ſunt ea quæ of-
fert deo: ſiue cum eius rei quę oblata eſt, ſit particeps
prophanus, aut quilibet quem fas non eſt fieri. In quo
autem horum deo diſplicuerit Caïn, facile non poteſt
inueniri. Sed quoniam Ioannes Apoſtolus cum de his 1.Ioan.3.
fratribus loqueretur: Non ſicut Caïn, inquit, qui ex ma
ligno erat, & occidit fratrem ſuum. & cuius rei gratia
occidit eum? quia opera illius maligna fuerunt, fratris
autem eius iuſta, datur intelligi propterea deum non
reſpexiſſe in munera eius: quia hoc ipſo male diuide-
bat, dans deo aliquid ſuum, ſibi autem ſeipſum [f]. Quod
omnes faciunt qui non dei, ſed ſuam ſectantes volun-
tatem, id eſt, non recto, ſed peruerſo corde * viuentes *als ordine
offerunt deo munus, quo putant eum redimi, vt eorum E
non opituletur ſanandis prauis cupiditatibus, ſed ex-
plendis. Et hoc eſt proprium terrenæ ciuitatis, deum
vel deos colere, quibus adiuuantibus regnet in victo-
riis & pace terrena, nõ charitate cõſulẽdi, ſed dominan
di cupiditate. Boni quippe ad hoc vtuntur mundo, vt
fruantur deo: mali autem contra, vt fruantur mundo
vti volũt deo, qui tamen eũ vel eſſe [g], vel res humanas
curare iam credunt. Sunt enim multo deteriores, qui
nec hoc quidem credunt. Cognito itaq; Caïn quod ſu
per eius germani ſacrificium, non ſuper ſuum reſpexe-
rat deus, vtiq; fratrem bonum mutatus imitari, non
elatus debuit æmulari. Sed quia contriſtatus eſt & con
cidit vultus eius, hoc peccatum maximè arguit deus,
triſtitiam de alterius bonitate, & hoc fratris. Hoc quip
pe arguendo interrogauit dicens: Quare contriſtatus
es, & quare concidit facies tua? Quia enim fratri inui-
debat, deus videbat, & hoc arguebat. Nam hominibus
quibus abſconditum eſt cor alterius, eſſe poſſet ambi-
guum, & prorſus incertum, vtrum illa triſtitia mali-
gnitatem ſuam, in qua ſe deo diſplicuiſſe didicerat, an F
fratris doluerit bonitatem, quæ deo placuit, cum in ſa-
crificium eius aſpexit. Sed rationem deus reddẽs, cur
eius oblationẽ accipere noluerit, vt ſibi ipſe potius me-
rito, quàm ei immerito frater diſpliceret, cũ eſſet iniu-
ſtus non recte diuidendo, hoc eſt, non recte viuendo,
& indignus cuius approbaretur oblatio, quàm eſſet in-
iuſtior, quod fratrem iuſtum gratis odiſſet, oſtendit.
Non tamen eum dimittens ſine mãdato ſancto, iuſto
& bono. Quieſce, inquit, ad te enim cõuerſio eius, & tu
dominaberis illius. Nunquid fratris? Abſit. Cuius igi-
tur, niſi peccati? Dixerat enim, Peccaſti: tũ deinde ad-
didit, Quieſce: ad te enim conuerſio eius, & tu domi-
naberis illius. Põt quidẽ ita intelligi ad ipſum hominẽ
conuerſionẽ eſſe debere peccati, vt nulli alij quàm ſibi
ſciat tribuere debere, quod peccat. Hæc eſt enim ſalu-
bris pœnitentiæ medicina & veniæ petitio non incon
grua, vt vbi ait, ad te enim cõuerſio eius, nõ ſubaudia-
tur erit, ſed ſit, præcipientis videlicet, non prædicentis
modo. Tunc enim dominabitur quiſque peccato, ſi id
ſibi non defendendo præpoſuerit, ſed pœnitendo ſubie
cerit

G cerit. Alioquin & illi seruiet dominanti, si patrociniũ adhibuerit accidenti. Sed vt peccatum intelligatur cõcupiscentia ipsa carnalis, de qua dicit apostolus, Caro concupiscit aduersus spiritum, in cuius carnis fructibus, & inuidiam commemorat, qua vtique Caïn stimulabatur, & accendebatur in fratris exitium, bene subaudit erit, id est, ad te enim conuersio eius erit, & tu dominaberis illius. Cùm enim commota fuerit pars ipsa carnalis, quam peccatum appellat apostolus, vbi dicit: Non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum, quam partem animi etiam philosophi dicũt esse vitiosam, non quæ mentẽ debeat trahere, sed cui mẽs debeat imperare, eamq; ab illicitis operibus ratione cohibere, cùm ergo commota fuerit ad aliquid perperã committendum, si acquiescatur & obtemperetur dicẽti apostolo: Ne exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato: ad mentem domita & victa conuertitur, vt subditæ ratio dominetur, hoc præcepit deus huic, qui facibus inuidię inflammabatur in fratrem, & quem debuerat imitari, cupiebat auferre, Quiesce, inquit, id est, manus à scelere contine. Non regnet peccatum in tuo mortali corpore ad obediẽdum desyderiis eius, nec exhibeas membra tua iniquitatis arma peccato. Ad te enim conuersio eius, dum non adiuuatur relaxando, sed quiescendo frenatur. Et tu dominaberis illius. Vt cum forinsecus nõ permittitur operari, sub potestate mentis regentis & beneuolẽtis, assuescat etiam intrinsecus nõ moueri. Dictum est tale aliquid in eodem diuino libro & de muliere, quãdo post peccatum deo interrogãte, atq; iudicante damnationis sentẽtias acceperũt, in serpente diabolus, & in seipsis illa & maritus. Cum enim dixisset ei: Multiplicans multiplicabo tristitias tuas & gemitum tuum, & in tristitiis paries filios: deinde addidit, Et ad virum tuum conuersio tua, & ipse dominabitur tui. Quod dictum est ad Caïn de peccato vel de vitiosa carnis concupiscentia, hoc isto in loco de peccatrice fœmina: vbi intelligendum est virum ad regẽdam vxorem animo carnem regenti similem esse oportere. Propter quod dicit Apostolus: Qui diligit vxorẽ suam, seipsum diligit. Nemo enim vnquam carnem suã odio habuit. Sananda sunt enim hæc, sicut nostra: non sicut aliena damnãda. Sed illud dei præceptum, Caïn sicut præuaricator accepit. Inualescẽte quippe inuidentię vitio, fratrem insidiatus occidit. Talis erat terrenæ conditor ciuitatis. Quomodo autẽ significauerit etiam Caïn Iudęos, à quibus Christus occisus est pastor ouium hominum, quem pastor ouium pecorum prefigurabat Abel: quia in allegoria, prophetica res est. parco nunc dicere, & quędam hinc aduersus Faustum Manichęum dixisse me recolo.

Galat. 5. Rom. 7. Rom. 6. Gene. 4. Roma. 6. Gene. 3. Ephes. 5. Cõtra Faustum lib. 12. cap. 9.

a EO modo quo primis hominibus.) Querit. viij. super Genesim ad literam, quomodo Adæ loquutus sit deus, spiritaliter an corporaliter. Et respondet sic esse deum loquutum homini in paradiso, sicut etiam postea locut⁹ est patribus, sicut Abrahæ, sicut Mosi, id est, in aliqua specie corporali. Hinc est enim, quod audierunt eius vocem ambulantis in paradiso. b Quod non dubitandũ est potuisse cognosci.) Hieronymus in Genesi: Vnde, scire poterat Caïn, quod fratris eius munera suscepisset deus, & sua repudiasset, nisi illa interpretatio vera esset, quam Theodotio posuit: Et inflãmauiq; dominus super Abel & super sacrificium eius. Super Caïn vero, & super sacrificium eius non inflammauit. Ignem autem ad sacrificium deuorandum solitum venire de cœlo, & in dedicatione templi sub Solomone legimus, & quãdo Helias in monte Carmelo construxit altare. Hieronymus hæc. c Nónne si recte offeras.) Sic. lxx. Nos vero vulgo legimus: Nónne si bene egeris, recipies: sin autem male, statim in foribus peccatum aderit? Hieronymus, Et dixit dominus ad Caïn: Quare irascere, & quare concidit vultus tuus? nónne si recte offeras, non recte autem diuidas, peccasti? quiesce, ad te conuersio eius, & tu dominaberis eius. Necessitate compellimur in singulis diutius immorari. Siquidem & nunc multo altius in Hebræo, quàm in. lxx. transtatoribus sensus est. Ait enim dominus ad Caïn: Quare irasceris, & quare concidit vultus tuus? nónne si bene egeris, dimittetur tibi? & si non bene egeris, ante fores peccatum tuum sedebit, & tali ianitore comitaberis? Verum quia liberi arbitrij es, moneo, vt non tibi peccatum, sed tu peccato domineris. Hæc Hieronymus. d Peccasti? quiesce.) Ne rapiaris impetu animi. Monet non desperandum à peccato, nec omnẽ de venia fiduciam abiiciendam. Est quidem peccati origo in homine socia indiuidua: sed quoniã liberi est homo arbitratus, potest illi, vel seruire, vel imperare. e Ad te enim conuersio eius.) Γρεςε ὰ ἀπεςτρόφὴ ἀυτυ. vbi antea simile verbum erat apud. lxx. πρὸς τὸν ἄνδρά σου ἡ ἀπόστροφή σου: & ad virum tuum conuersio tua. Aquila societatem posuit. Symmachus appetitum, vel impetum. Vulgo habemus: Sub viri potestate eris: ita hic cõuersio est vel societas, vt sit peccatum socium, vel appetitus peccati sit in homine, vel impetus, hoc est, in manu ei⁹ quod declarat etiã id, quod addidim⁹: In potestate. & hoc est proximum vero, intelligi per illa verba, peccatum semper in manu & potestate hominis futurum, quemadmodum vxorem viri. f Dans deo aliquid suum, sibi autem seipsum.) Non munera recipit deus, sed animum dantis. [illegible] o. g Qui tamen eũ vel esse.) Nam non omnes mali hoc credunt, sed qui credunt mali, captare se deum muneribus putant, vt ea ipsa, aurum vtique, aut argentum copiosius rependant, sicut Herculi decima bonorum est oblata à Sylla & Crasso, quò fierent locupletiores.

K

Quæ ratio fuerit, ut Caïn inter principia generis humani conderet ciuitatem.

Caput VIII.

NVnc autem defendenda videtur mihi historia, ne sit scriptura incredibilis, quæ dicit, ædificatã ab vno homine ciuitatem, eo tempore, quo non plusquam viri quatuor, vel potius tres, posteaquam fratrem frater occidit, fuisse videntur in terra: id est, primus homo pater omnium, & ipse Caïn & eius filius Enoch: ex cuius nomine ipsa ciuitas nuncupata est. Sed hoc quos mouet, parum considerant non omnes homines, qui tũc esse potuerunt ª, scriptorem sacræ huius historiæ necesse habuisse nominare: sed eos solos quos operis suscepti ratio postulabat. Propositum quippe scriptoris illius fuit, per quẽ spiritus sanctus id agebat, per successiones certarum generationum ex vno homine propagatarum peruenire ad Abraham: ac deinde ex eius semine ad populum dei: in quo distincto à cæteris gentibus prefigurarentur & prænunciarentur omnia quæ de ciuitate cuius æternum erit regnum, & de rege eius, eodemq; conditore Christo in spiritu præuidebantur esse ventura: ita vt nec de altera societate hominum taceretur, quã terrenam dicimus ciuitatem, quantum ei commemorandæ satis esset, vt ciuitas dei etiam suæ aduersariæ comparatione clarescat. Cum igitur scriptura diuina vbi & numerum annorum, quos illi homines vixerũt, commemorat, ita concludat, vt dicat de illo de quo loquebatur, & genuit filios & filias, & fuerũt omnes dies *illius vel illius quos vixit anni tot, & mortuus est*: nunquid quia, eosdem filios & filias nõ nominat, ideo intelligere non debemus per tam multos annos, quibus tunc in seculi huius prima ætate viuebant, nasci potuisse plurimos homines, quorum cœtibus condi possent etiam plurimæ ciuitates? Sed pertinuit ad deum, quo ista inspirante conscripta sunt, has duas societates suis diuersis generationibus primitus digerere atq; distinguere vt seorsum hominum, hoc est, secundum hominem viuentium, seorsum autem filiorum dei, id est, hominum secundum deum viuentium generationes cõtexerẽtur vsq; ad diluuium, vbi ambarum societatum discretio concretioq; narrãtur: discretio quidem, quod ambarum separatim generationes cõmemorãtur vnius fratricidę Caïn: alterius autem qui vocabatur Seth. Natus quippe fuerat & ipse de Adam, pro illo quem frater occidit ᵇ. Cõcretio autem quia bonis in deterius declinãtibus tales vniuersi facti fuerãt, vt diluuio delerẽtur, excepto vno iusto cui nomen erat Noë, & eius coniuge & tribus filiis totidẽmque nuribus, qui homines

L M Gene. 4. Gene. 4. Gene. 5. Gene. 4. Gene. 7.

A mines octo ex illa omnium vastatione mortalium per arcam euadere meruerunt. Quod igitur scriptum est, Et cognouit Caïn vxorem suam, & concipiens peperit Enoch, & erat ædificans ciuitatem ᶜ in nomine filij sui Enoch: non est quidem consequens vt istum primum filium genuisse credatur ᵈ. Neque enim hoc ex eo putandum est, quia dictus est cognouisse vxorem suam, quasi tunc se illi primitus cõcumbendo miscuisset. Nam & de ipso patre omnium Adam non tunc solum hoc dictum est, quãdo conceptus est Caïn, quem primogenitum videtur habuisse, verum etiam posterius eadem scriptura, Cognouit, inquit, Adam vxorem suam, & concepit & peperit filium, & nominauit nomen illius Seth. Vnde intelligitur ita solere illam scripturam loqui, quanuis non semper, cum in ea legitur factos hominum fuisse conceptus, non tamen solum cum primum sibi sexus vterq; miscetur. Nec illud necessario argumento, vt primogenitum patri existimemus Enoch, quod eius nomine illa ciuitas nuncupata est. Non enim ab re est, vt propter aliquam causam cum & alios haberet, diligeret eum pater cæteris amplius. Neque enim & Iudas primogenitus ᵉ fuit, à quo & Iudæa cognominata est, & Iudæi. Sed etiamsi conditori ciuitatis illius iste filius primus est natus, non ideo putandum est tunc à patre conditæ ciuitati nomen eius impositum, quando natus est, quia nec constitui tunc ab vno poterat ciuitas. Quæ nihil est aliud quàm hominum multitudo aliquo societatis vinculo colligata: sed cum illius hominis familia tanta numerositate crescret, vt haberet iam populi quantitatem, tunc potuit vtiq; fieri, vt ei † constitueret, & nomen primogeniti sui constitutæ imponeret ciuitati. Tam longa quippe vita illorum hominum fuit, vt illic memoratorum, quorum & anni taciti non sunt, qui minimum vixit ante diluuium, ad septingentos quinquaginta tres ᶠ peruenirent. Nam plures nongentos annos etiam transierunt, quanuis nemo ad mille peruenerit. Quis itaque dubitauerit per vnius hominis ætatem ᵍ tantum multiplicari potuisse genus humanum, vt esset vnde constitueretur, non vna sed plurimæ ciuitates? Quod ex hoc coniici facillime potest, quia ex vno Abraham non multo amplius quadringentis annis numerositas Hebrææ gentis tanta procreata est, vt in exitu eiusdem populi ex Aegypto sexcenta milia hominum fuisse referantur bellicæ iuuentutis, vt omittamus gentem Idumæorum non pertinentem ad populum Israël, quam genuit frater eius Esaü nepos Abrahæ, & alias gentes natas ex semine ipsius Abrahæ, non per Saram ʰ coniugem procreatas.

Gene. 4. Gene. 4. Gene. 4. B Exod. 12. C †aliâs, et

a NOn omnes homines, qui tunc esse potuerunt.) Noë filium fuisse Ionicum rationis syderum cœlorũmque peritissimum ferunt, cuius Moses non meminit. b Pro illo quem frater occidit.) Ideo dictus est Seth. q. ϑέτος, vt Hieronymus, inquit, hoc est positio, quia positus est pro Abel. c Et erat ædificans ciuitatem.) Inter prophanos scriptores quis vrbem primus posuerit, nõ conuenit, alij Cecropem volunt, vt Plinius, qui eam extruxit, quę postea ἀκρόπολις, id est, arx dicta est Atheniensibus, prius erat Cecropia. Strabo Argos prius à Phoronæo dicit conditos, quos Homerus Pelasgum nominat. Aegyptij omnium antiquitatum gloriam ementitis annalibus ad se trahunt, & Diospolim, quæ sunt Thebæ, tempore omnes antecedere asseuerant. Verum Enochia hæc vt Iosephus vocat, omnium est vetustissima, quam Caïn, cũ exagitaretur furiis cæsi fratris, nec vllus sibi locus tutus satis videretur, condidit, murisque cinxit, & terminos agro posuit: per quã ciuitatem mundũ, & diaboli ciuitatẽ significari testatur Hieronymus ad Marcellam. d Vt istum primum filium genuisse credatur.) Iosephus, si modo bene est à Ruffino versus, seniorem filium Caïn dicit Enoch, sed is, quod primum legentibus videri in sacris literis posset, est secutus. e Neque enim & Iudas primogenitus.) Fuit enim quartus Iacob filius ex Lya. Iudæa olim à filio Cam Cananæo Cananæa dicebatur, sicut Iosephus tradit: deinde à Iuda Iacob filio Iudæa. Idẽ Iustinus lib. xxxvj, qui sólùm decẽ filiós Israël ponit: sed sic errat, vt cum narrat ipsum Israëlem populum totum de nomine filij Iudæ, qui post diuisionem, sed ante patrem de vita discesserat, Iudæos vocasse. Lactantius libro quarto Hebræos tradit egressos iam Aegyptum in quadam Syriæ solitudine, cum cõsedisset, cœptos appellari Iudæos, quòd dux eiusce examinis erat Iudas, & terrà quam incoluere Iudæa. Verum credo cognominationem inde ortam: vnde & Tribus Iudæ regnum meruit, quòd ea prima post Mosen, cęteris cunctantibus inter vndas Erythrij maris est ingressa, quod putant Hebrei intelligi, cum Genesis. xlix. dicit Iacob Iudæ: Ex captiuitate filij mei ascendisti. Nam sic legunt ipsi. f Ad septingentos quinquaginta tres.) De Lamech puta patre Noë, quem Hebraïca scriptura refert vixisse annos quingentos septuaginta septem. lxx. dicunt ἔτη ἑπτακόσια πεντηκοντατρία, id est, annos septingentos quinquaginta tres. g Quis itaque dubitauerit per vnius hominis ætatem.) Fuit memoria patrum vicus pene centum domorum in Hispania, cuius omnes incolæ erant à sene quodam, qui adhuc viuebat, progeniti, ita vt propinquitatis nomen iam deesset, quo à minimis natu vocaretur. Lingua enim nostra supra abauum non ascendit. h Non per Saram.) Ismahelitæ ex filio Agar Ismahele.

Ionicus. Vrbs prima Enochia urbs Iudæa.

D

De longa uita hominum, quæ fuit ante diluuium, & de ampliore humanorum corporum forma.

Caput IX.

VAmobrem, nullus prudẽs rerum existimator dubitauerit, Caïn non solum aliquam, verum etiam magnam potuisse cõdere ciuitatem, quando in tam longum tempus protendebatur vita mortalium, nisi forte infidelium quispiam ex ipsa numerositate annorum nobis ingerat quæstionem, qua vixisse tunc homines, scriptum est in authoribus nostris: & hoc neget esse credendum. Ita quippe non credunt etiam magnitudines corporum longe ampliores tunc fuisse, quàm nunc sunt. Vnde & nobilissimus eorum poëta ª Vergilius, de ingenti lapide, quem in agrorum limite infixum, vir fortissimus illorum temporum pugnans, & rapuit, & cucurrit, & intorsit, & immisit.

Vix illud, inquit, lecti bis sex ceruice subirent:
Qualia nunc hominum producit corpora tellus. *Si*gnificans, maiora tunc corpora ᵇ producere solere tellurem. Quanto magis igitur temporibus recentioribus mundi, ante illud nobile, diffamatumq; diluuium. Sed de corporum magnitudine plerunque increduls nudata per vetustatem, siue per vim fluminum, variosq; casus sepulchra conuincunt: vbi apparuerunt, vel vnde ceciderunt incredibilis magnitudinis ossa mortuorum. Vidi ipse non solus, sed aliquot mecum in Vticensi litore molarem hominis dentemᶜ tam ingentem, vt si in nostrorum dentium modulos minutatim conscideretur, centum nobis videretur facere potuisse. Sed illum gigantis alicuius fuisse credidorim. Nam præter quod erant omnium multo maiora, quàm nostra tunc corpora, gigantes longe cæteris anteibant. Sicut aliis deinde nostrisq; temporibus rari quidem, sed nunquam fermè defuerunt, qui modum aliorum plurimum excederent. Plinius secundus doctissimus homo ᵈ, quanto magis, magisq; præterit seculi excursus, minora corpora naturam ferre testatur. Quod etiam Homerum commemorat sæpe carmine fuisse cõquestum: non hæc velut poëtica figmenta deridens, sed in historicam fidem tanquam miraculorum naturalium scripturas sumens † *. Verum vt dixi, antiquorum magnitudines corporum inuenta plerumq; ossa, quoniam diuturna sunt, etiã multo posterioribus seculis produnt. Annorum autem numerositas cuiusq; hominis, quæ temporibus *illis* fuit, nullis nunc talibus documentis venire in experimentum potest. Nec tamẽ ideo fides sacræ huic historiæ derogandа est, cujus tanto impudentius narrata nõ credimus, quanto impleri certius prænũciata conspicimus. Dicit tamen

Gene. 4. E Aeneid. 12. F † *aliâs, scriptor assumens.*

G tamen etiam Plinius [e], esse adhuc gentem, vbi ducentos annos viuitur. Si ergo humanarum vitarum diuturnitates, quas experti non sumus, hodie habere creduntur incognita nobis loca, cur non habuisse credantur & tempora? An vero est credibile alicubi esse, quod hic non est, & incredibile est aliquãdo fuisse, quod nũc non est?

a VNde & nobilissimorum poëta.) Verg. xij. Aeneid. de Turno, quod ex Homero Iliad. vj. sumpsit, qui in pugna Diomedis & Aeneæ, Diomedem canit saxum quod iacebat in agro ingens & ponderosius viribus quatuordecim iuuenum θεοὶ ἠμὶν βροτοῖς εἰσιν, quales inquit, nunc sunt homines, raptum intorsisse in Aeneam: quo ictu hic prostratus tectus est à Venere matre, diffusa caligine nigra. Iuuena. Satyr. xv. verunque & Vergilianum & Homericum dictum attigit:

Saxa inclinatis per humum quæsita lacertis.
Incipiunt torquere domestica seditione
Tela, nec hunc lapidem quali se Turnus & Aiax,
Et quo Tytides percussit pondere coxam
Aeneæ, sed quem valeant emittere dextræ
Illis dissimiles, & nostro tempore natæ.
Nam genus hoc viuo iam decrescebat Homero
Terra malos homines nunc educat, atque pusillos,
Ergo deus quicunque aspexit ridet, & odit.

b Significans maiora tunc corpora.) Idem Vergil. primo Georgico.
Grandiaq; effossis mirabitur ossa sepulchris.

H c Molarem hominis dentem.) Festo diui Christophori, cum saluratũ issemus illum ad maximum vrbis nostræ templum, ostensus est nobis dens molaris pugno maior, quem dicebant esse illius. Aderat mecum Hieronymus Burgarinus iuuenis ingenio castiss. & supra modũ sobrio, studiisq; bonarum artium deditissimo: ad quod cum suapte natura factus & appositus esset, tum etiam magnum illi erant calcar patris sapiẽtiss. monita & exemplum, qui vir natu grandior, & ampla familia magnisq; opibus & negociis districtus dabat se nihilominus literis, vt hoc saltem quod viderent liberi, imitarentur. d Plinius secundus doctissimus homo.) Huius habemus historiam naturę. Nihil necesse est vt vel opus laudetur, vel authoris ingenium, diligentia, eruditio. eius libr. vij. hæc sunt verba, In plenum autem cuncto mortalium generi minorem indies fieri staturam propemodum obseruatur, rarosq; patribus proceriores consumente vbertatem seminum exustione, in cuius vices nunc vergat æuum. In Creta terræ motu rupto monte inuentum est corpus stans. xlvj. cubitorum, quod alij Orionis alij Etionis fuisse tradunt. Horestis corpus oraculi iussu refossum septem cubitorum fuisse monumentis traditur. Iam vero ante annos propẽ mille vates ille Homerus non cessauit minora corpora mortalium, quàm prisca conqueri. Hæc Plinius. Cyprianus in eandem sententiam scribit aduersus Demetrianum, & idem dicit Vriel angelus domini Esdræ. Gel. lib. iij. præter hæc modum esse dicit summum adolescendi humani corporis septem pedes, quod esse magis verum arbitramur, quàm quod Herodotus homo fabulator in primo historiarum, inuentum esse sub terra scripsit Horestis corpus cubita longitudinis habens septem, quæ faciunt pedes. xij. & quadrantem, nisi vt Homerus opinatus est, vastiora prolixioráque fuerunt corpora hominum antiquorum, & nunc quasi mundo senescente rerum atque hominum decremẽta sunt. Verum Plato, Aristoteles, & cæteri philosophi hos secuti, quiq; immortalem esse mundum putant, nec senescere, nec minui, nec debilitari existimant. e Dicit tamen etiam idem Plinius.) Eodem lib. vij. cap. xlviij. Hellanicus, inquit, quosdam in Aetolia Epirorum gentis. cc. explere annos cui astipulatur Bamiates memorans Pictoreum ex iis præcipue corpore viribúsque etiam. ccc. vixisse.

Hieronymus Burgarinus.

De differentia qua inter Hebræos & nostros codices uidentur annorum numeri dissonare. Caput X.

QVo circa & si inter Hebræos & nostros codices de ipso numero annorum nonnulla videtur esse distantia, quod ignoro, qua ratione sit factum, non tamen tanta est, vt illos homines tam longæuos fuisse dissentiant. Nam ipse homo primus Adam ante quàm gigneret filium, qui appellatus est Seth, ducẽtos triginta annos vixisse reperitur in codicibus nostris [a], in Hebræis autem centum triginta perhibetur. Sed posteaquam eum genuit, septingentos vixisse legitur in nostris, octingentos vero in illis. Atq; ita in vtrisq; vniuersitatis summa concordat. Ac deinde per consequentes generationes antequàm gignatur, qui gigni cõmemoratur, minus vixisse apud Hebræos pater eius inuenitur centum annos: sed posteaquam est genitus, idem ipsi centum minus quàm in Hebræis inueniuntur in nostris. Atque ita hinc & in-

Gene. 5.

de numeri vniuersitas consonat. In sexta autem generatione nusquam vtriq; codices discrepant. In septima vero vbi ille qui natus est Enoch non mortuus, sed quod deo placuerit trãslatus esse narratur, eadem dissonantia est quæ in superioribus quinq; de centum annis antequàm gigneret eum qui ibi cõmemoratus est filium, atque ita in summa similis consonantia. Vixit enim annos antequam transferretur secundum vtrosq; codices ccclxv. Octaua generatio habet quidem nõnullam diuersitatem: sed minorem, ac dissimilem cæteris. Mathusalem quippe quem genuit Enoch, antequàm gigneret eum, qui in ipso ordine sequitur: secundum Hebræos non cẽtum minus, sed viginti amplius vixit annos: Qui rursus in nostris posteaquam eum genuit, reperiuntur additi, & in vtrisque sibi summa vniuersi numeri occurrit. In sola nona generatione, id est, in annis Lamech filij Mathusalem, patris autem Noë, summa vniuersitatis discrepat, sed non plurimũ. Viginti enim & quatuor annos plus vixisse in Hebręis, quàm in nostris codicibus, inuenitur. Nam antequam gigneret filium qui vocatus est Noë, sex minus habet in Hebræis, quàm in nostris: postea vero quàm eum genuerit, triginta amplius in eisdem, quàm in nostris. Vnde sex illis detractis, restant viginti quatuor: vt dictum est.

K

L

a IN codicibus nostris.) Codices nostros appellat, quibus ecclesia tunc vtebatur Latinis, ex interpretatione Septuaginta, antequam Hieronymi interpretatio, vel edceretur, vel reciperetur: codices vero Hebræos, qui ad Hebraicam scripturam erãt versi. Hieronymus in Gen. Vixit autem Adam ducentos & triginta annos, & genuit ad imaginem & similitudinem suam, & vocauit nomen eius Seth. Sciendum, quod vsque ad diluuium, vbi in nostris codicibus ducentorum, & quod excurrit, annorum, genuisse quis dicitur, in Hebræo habet centum annos, & reliquos qui sequuntur. Fuerunt autem dies Adam, postquam genuit Seth, septingenti anni: quia in ducentis errauerat, consequenter hic posuit septingentos, cum in Hebræo hic habeatur, octingentos. Tantum Hieronymus, qui nihil excipit ex illa ratione computandi. Augustinus sextam generationem demit, qua Iared genuit Enoch. sed hæc generatio ducentos annos non excedit.

De annis Mathusalem, cuius ætas quatuordecim annis uidetur diluuium excedere. Caput XI.

PEr hanc autem discrepantiam Hebræorum codicum atq; nostrorum, exoritur illa famosissima quæstio [a]: vbi Mathusalem quatuordecim annos vixisse post diluuium computatur, cum scriptura ex omnibus, qui in terra tunc fuerant, solos octo homines in arca exitium cõmemoret euasisse diluuij, in quibus Mathusalem non fuit. Secundum codices enim nostros, Mathusalem priusquã gigneret illũ, quem vocauit Lamech, vixit annos centum sexaginta septem: deinde ipse Lamech antequàm ex illo natus esset Noë, vixit annos centum octoginta octo, qui simul fiunt trecenti quinquaginta quinq;. His adduntur sexcenti Noë: quoto eius anno diluuium factum est: qui fiunt nongenti quinquaginta quinq;, ex quo Mathusalem natus est, vsq; ad annum diluuij. Omnes autem anni vitæ Mathusalem nõgenti sexagintanouem computantur: quia cum vixisset annos centum sexaginta septem, & genuisset filium, qui est appellatus Lamech, post eum genitum vixit annos octingentos duos: qui omnes, vt diximus, nongenti sexaginta nouem fiunt. Vnde detractis nongentis quinquaginta quinque ab ortu Mathusalem vsq; ad diluuium, remanent quatuordecim, quibus vixisse creditur post diluuium. Propter quod, eum nonnulli, etsi non in terra, vbi omnem carnem, quam viuere in aquis natura non finit,

M

1. Petri. 3.

Gene. 7.

A finit, constat fuisse deletam, cum patre suo qui translatus fuerat aliquantum fuisse, atque ibi donec diluuium pręteriret, vixisse arbitrantur, nolentes derogare fidem codicibus, quos in authoritatem celebriorem suscepit ecclesia: & credentes Iudęorum potius, quàm istos non habere, quod verum est. Nõ enim admittũt, quod magis hic esse potuerit error interpretum, quàm in ea lingua esse falsum, vnde in nostram per Græcam scriptura ipsa translata est. Sed inquiunt nõ esse credibile Septuaginta interpretes, qui vno simul tempore, vnoq; sensu interpretati sũt, errare potuisse: aut vbi nihil eorum intererat, voluisse mentiri: Iudæos vero, dum nobis inuident, quod lex & Prophetæ, ad nos interpretãdo, transierũt, mutasse quædam in codicibus suis, vt in nostris minueretur authoritas. Hanc opinionem vel suspitionem accipiat quisque, vt putauerit, certum est tamen, non vixisse Mathusalem post diluuium, sed eodem anno fuisse defunctum, si verum est quod de numero annorum in Hebræis codicibus inuenitur. De illis autem septuaginta interpretibus quid mihi videatur, suo loco diligentius disserendum est, cũ ad ipsa tẽpora quantum necessitas huius operis postulat, cõmemoranda adiuuãte domino venerimus. Pręsenti enim sufficit quæstioni secundum vtrosque codices tam lõgas habuisse vitas illius æui homines, vt posset ætate vnius, qui de duobus, quos solos terra tunc habuit, parẽtibus primus est natus ad constituendam etiam ciuitatem, multiplicari genus humanum.

Lib. 18. de Ciuitate dei cap. 42. & 43.

B

a EXoritur illa famosissima questio.) Sic etiam Hieronymus celebrem hãc per omnes ecclesias fuisse quęstionem scribit. Obiter annotabo famosum non tam esse malæ, quàm multæ famæ sicut apud Græcos πολύλογον. Lucanus famosa vetustas. Hieronymus erratum esse à Lxx. in numero, quemadmodum in plerisque aliis affirmat, & ex libris Hebræorum ac Samaritanorum colligit eodẽ anno Mathusalem obiisse, quo diluuium cõtigit. quàm merito Augustinus deridet eos, qui plus omnino volunt haberi fidei interpretationibus, quàm linguis illis, vnde ad cæteras sacræ scripturæ manarunt.

Famosus.

De opinione eorum qui primorum temporum homines tam longæuos quàm scribitur fuisse, non credunt. Caput XII.

NEque enim vllo modo audiendi sunt qui putãt aliter annos illis temporibus computatos, id est, tantæ breuitatis, vt vnus annus noster decem illos habuisse credatur. Quaproper, inquiũt, cũ audierit quisque vel legerit nõgentos annos quenquã vixisse, debet intelligere nonaginta, Decem quippe illi anni, vnus est noster, & decem nostri, centum illi fuerunt. Ac per hoc vt putant, viginti trium annorũ fuit Adam quãdo genuit Seth, & ipse Seth viginti agebat annos & sex menses, quãdo ex illo natus est Enos, quos appellat scriptura ducentos, & quinque annos. Quoniam sicut isti suspicantur quorũ exponimus opinionem, vnum annum qualem nunc habemus in decem partes illi diuidebant, & easdẽ partes, annos vocabant. Quarum partium habet vna quadratum senarium [a], eo quod deus sex diebus perfecerit opera sua, vt in septimo requiesceret. De qua re in lib. vndecimo sicut potui, disputaui. Sexies autem seni, qui numerus quadratum senarium facit, triginta sex dies fiunt, qui multiplicati decies, ad trecentos sexaginta peruenint, id est, duodecim menses lunares. Propter quinque dies enim reliquos quibus solaris annus impletur, & diei quadrãtem, propter quem quater ductũ [b] eo anno quo bisextum vocant, vnus dies adiicitur, addebantur à veteribus postea dies, vt occurreret numerus annorum, quos dies Romani intercalares vocabant. Proinde etiam E-

C

Gene. 2.

nos, quem genuit Seth, decem & nouem agebat annos quando ex illo natus est filius Caïnan, quos annos dicit scriptura centum nonaginta, Et deinceps per omnes generationes in quibus hominum anni commemorantur ante diluuium, nullus ferè in nostris codicibus inuenitur, qui cum esset cẽtum annorum vel infra, vel etiam centum viginti aut non multo amplius genuerit filium, sed qui minima ætate genuerunt, annorum centum sexaginta, & quod excurrit, fuisse referuntur, quia nemo, inquiunt, decem annorum homo potest gignere filios, qui numerus centum appellabãtur anni ab illis hominibus, sed in annis sedecim est matura pubertas, & proli iam idonea procreãdæ, quos centum & sexaginta annos illa tempora nuncupabãt. Vt autem aliter annum tunc fuisse computatum non sit incredibile, adiiciunt quod apud plerosq; scriptores historię reperitur Aegyptios habuisse annum quatuor mensium, Acarnanas sex mensium, Lauinios tredecim mensium. Plinius Secundus cum commemorasset [c] relatum fuisse in literas quendam vixisse centum quinquagintaduos, alium decem amplius, alios ducentorum annorum habuisse vitam, alios trecentorum, quosdam ad quingentos, alios ad sexcentos, nonnullos ad octingentos etiam peruenisse, hæc omnia propter inscitiam temporum accidisse arbitratus est. Alij quippe, inquit, æstate vnum determinabant annum & alterum hyeme, alij quadripertitis temporibus, sicut Arcades inquit, quorum anni trimestres fuere. Adiecit etiam aliquando Aegyptios, quorum paruos annos quaternorum mensium fuisse supra diximus, lunaq; fine eorũ limitasse annum. Itaq; apud eos, inquit, aliqui & singula milia annorũ vixisse produntur. His velut probabilibus argumentis quidam non destruentes fidem sacræ huius historiæ, sed astruere nitentes, ne sit incredibile quod tam multos annos vixisse referũtur antiqui: persuaserũt sibi, nec se suadere imprudenter existimant, tam exiguum spatium temporis tunc annum vocatum, vt illi decem, sint vnus noster, & decem nostri, centum illorum. Hoc autem falsissimum esse documento euidentissimo ostenditur. Quod ante quàm faciam, non mihi tacendum videtur, quæ credibilior possit esse suspitio. Poteramus certe hanc asseuerationem ex Hebręis codicibus redarguere atq; conuincere, vbi Adam non ducentorum triginta, sed centum triginta annorum fuisse reperitur, quando tertium genuit filium, qui anni si tredecim nostri sunt, proculdubio primum genuit quando vel non multo amplius annorum fuit. Quis potest hac ætate generare vetustata ista nobisq; notissima lege naturę? Sed hunc omittamus, qui fortasse etiam quãdo creatus est, potuit. Non enim eũ tam paruũ, quàm infantes nostri sunt, factum fuisse credibile est. Sed filius eius non ducentorum quinq;, sicut nos legimus, sed centum quinq; fuit, quando genuit Enos: ac per hoc secundum istos nondum habebat vndecim annos ætatis. Quid dicam de Caïnan eius filio, qui cum apud nos centum septuaginta reperiatur annorum, apud Hebręos septuaginta legitur fuisse quando genuit Malalehel? quis generat homo septennis, si tunc anni septuaginta nuncupabantur, qui septem fuerunt?

D

Gene. 5.

Lib. 7. cap. 48.

E

F

a QVarum partium habet vna quadratum senarium.) An potius vna quæq;? Porrò quadratus aliquis numerus est, qui ex multiplicatione eiusdem per se nascitur: vt ter tria, quater quatuor, sexies sex. Annus vero. ccclxv. dies habet & sex horas: has sex horas, cum quinq; diebus, auferebant isti computatores, ita partiti. ccclx. in decẽ ptes, singulis senos & tricenos dies assignabãt. b Propter quẽ quater ductũ.) De hoc Suetoni' in Cesare,

Numerus quadratus.

G fare, Censorinus, Macrobius, Beda. Habebat enim olim annus ante Cæsarem. cccl.v. dies. Quumque viderent anno iusto decem dies & sex horas deesse, negocium datum est pontificibus, vt alternis annis mensem intercalarent in fine Februarij altera intercalatione, xxij. annorum: altera quia quarto quoque anno excurrebant quater senæ horæ, id est, viginti quatuor xxiiij. dierum, qui mensis aliud non habebat nomẽ, quàm intercalaris. Sic Asconius dixisse scribit Ciceronem pro Milone mense intercalari. C. Cæsar dictator hanc confusionem intercalandi sustulit, iussitq; annum esse. cccl.xv. dierum. Et quarto quoque anno ineunte dies vnus. vj. calend. Martias intercalaretur, qui bissextus diceretur: quia bis sexto Calend. Martias, eo anno computamus. Vt vero hæc nobis magis ad numerum & tempus congruerent, annum vnum fecit. xv. mensiũ, interiectis duobus mensibus inter Nouembrem & Decembrem, cum intercalatio, qui fortè in eum annum inciderat: quo deinde menses ac dies ad cursum solis conuenirent, & rationes ætatis hyemisque annum cõfugionis nominarunt. protẽtius est enim in ccccxliij. dies. Sueto. Macro.

Intercalatio.

ç Plinius Secundus quum commemorasset.) lib. vij. cap. xlviij.

An in dinumeratione annorum, Hebræorum magis quàm septuaginta interpretum sit sequenda authoritas. Cap. XIII.

SEd cum hoc dixero, continuo referetur illud Iudæorum esse mendacium: de quo superius satis actum est. Nam septuaginta, interpretes laudabiliter celebratos viros potuisse mentiri [a] difficile est. Vbi si quæram, quid sit credibilius, Iudæorum gentem tam longè lateq; diffusam, in hoc cõscribendum mendacium vno consilio conspirare potuisse: & dum alios inuideant authoritatem, sibi abstulisse veritatem: an septuaginta homines, qui etiam ipsi Iudæi erant: in vno loco positos, quoniam rex Aegypti Ptolemæus eos ad hoc opus ascíuerat: ipsam veritatem gentibus alienigenis inuidisse, & communicato istud tunc fecisse consilio, quis nõ videat quid procliuius faciliusq; credatur? Sed absit vt prudens quispiam [b], vel Iudæos cuiuslibet peruersitatis atque malitiæ tantum potuisse credat in codicibus tam multis & tam longe lateq; dispersis, vel septuaginta illos memorabiles viros hoc de inuidenda gentibus veritate vnum communicasse consilium. Credibilius ergo quis dixerit, cum primũ de bibliotheca Ptolemæi describi ista cœperũt, tũc aliquid tale fieri potuisse in codice vno, scilicet primitus inde descripto vnde iam latius emanaret, vbi potuit quidem accidere etiam scriptoris error. Sed hoc in illa quæstione de vita Mathusalem non absurdum est suspicari: & in illo alio vbi superantibus. xxiiij. annis summa non conuenit. In his autem, in quibus continuatur ipsius mendositatis similitudo, ita vt ante genitum filium qui ordini inseritur alibi supersint centũ anni, alibi desint: post genitum autẽ vbi deerant, supersint: vbi supererant, desint, vt summa conueniat, & hoc in prima secũda, tertia, quarta, quinta, septima generatione inuenitur: videtur habere quãdam, si dici potest, error ipse constantiã: nec casum redolet, sed industriã. Itaq; illa diuersitas numerorum aliter se habentium in codicibus Græcis & Latinis, aliter in Hebræis, vbi non est ista de centũ annis prius additis, & postea detractis per tot generationes continuata parilitas: nec malitiæ Iudæorũ nec diligẽtiæ vel prudẽtiæ septuaginta interpretũ, sed scriptoris tribuatur errori: qui de bibliotheca supradicti regis codicem describendum primus accepit. Nam etiam nunc vbi numeri noti faciunt intentum ad aliquid quod facile possit intelligi, vel quod appareat vtiliter disci, & negligenter describũtur, & negligentius emendantur. Quis enim existimet sibi esse discendum, quot milia hominum tribus Israël sigillatim habere potuerunt: quoniam prodesse aliquid non putatur: & quotus quisq; hominum est, cui profunditas vtilitatis huius appareat? Hic vero vbi per tot contextas generationes cẽtum anni alibi assunt, alibi desunt: & post natum qui commemorandus fuerat filium desunt vbi affuerunt, assunt vbi defuerunt, vt summa cõcordet: nimirum cum vellet persuadere, qui hoc fecit, ideo numerosissimos annos vixisse antiquos quod eos breuissimos nuncupabant: & hoc de maturitate pubertatis, qua idonea filij gignerentur, conaretur ostendere: atq; ideo in illis centum annis decẽ nostros insinuandos putaret incredulis, ne homines tam diu vixisse recipere in fidem nolent: addidit centum vbi gignendis filiis habilem non inuenit ætatem: eosdemq; post genitos filios, vt congrueret summa detraxit. Sic quippe voluit credibiles facere idonearum generandæ proli cõuenientias ætatum, vt tamẽ numero non fraudaret vniuersas ætates viuentium singulorum. Quod autem in sexta generatione id non fecit, hoc ipsum est, quod magis mouet illum ideo fecisse, cũ res quam dicimus, postulauit: quia non fecit, vbi non postulauit. Inuenit nanq; in eadem generatione apud Hebræos vixisse Iareth, ante quàm genuisset Enoch centum sexaginta duos annos, qui secundum illam rationẽ breuium annorũ fiunt anni sedecim, & aliquid minus quàm menses duo: quæ iam ætas apta est ad gignendum: & ideo addere centum annos breues vt nostri vigintisex fierent, necesse nõ fuit, nec post natũ Enoch eos detrahere, quos non addiderat ante natũ. Sic factũ est, vt hinc nulla esset inter codices vtrosque varietas. Sed rursus mouet, cur in octaua generatione [c] ante quàm de Mathusalem nasceretur Lamech, cum apud Hebræos legantur centum lxxxij. anni: viginti * minus inueniuntur in codicibus nostris, vbi potius addi cẽtum solent: & post genitum Lamech complendam restituũtur ad summam, quæ in codicibus vtrisq; non discrepat. Si enim cẽtum septuaginta annos propter pubertatis maturitatem, decem & septem volebat intelligi: sicut nihil addere, ita nihil detrahere iam debebat: quia inuenerat ætatem idoneam generationi filiorum, propter quam in aliis centũ illos annos vbi eam non inueniebat, addebat. Hoc autem de viginti annis merito putaremus casu mẽdositatis accidere potuisse, nisi eos sicut prius detraxerat, restituere postea curaret, vt summæ conueniret integritas. An forte astutius factum existimandum est, vt illa, qua cẽtum anni prius solent adiici, & postea detrahi, occultaretur industria, cum & illic vbi necesse nõ fuerat, non quidem de centũ annis veruntamẽ de quãtulocunq; numero prius detracto pòst reddito, tale quid fieret? Sed quomodolibet istud accipiatur, siue credatur ita esse factum, siue non credatur, siue postremo ita siue nõ ita sit, recte fieri nullo modo dubitauerim, vt cum diuersum aliquid in vtrisq; codicibus inuenitur, quandoquidem ad fidem rerum gestarum vtrunq; esse non potest verum, ei linguę potius credatur, vnde est in aliam [d] per interpretes facta translatio. Nam in quibusdam etiam codicibus Græcis tribus, & vno Latino, & vno etiam Syro inter se consentientibus inuentus est Mathusalem sex annis ante diluuium fuisse defunctus.

Gene.5.

*aliâs xxii.

a Celebratos viros po.men.) Alibi sic, Nam septuaginta interpretes laudabiliter celebratos viros non posse mentiri. vbi si quæratur & cætera. b Sed absit vt prudẽs quispiam.) Hoc idem responderi potest his, qui falsatos corruptosq; & ab Hebræis codices veteris instrumenti & à Græcis noui obiiciunt, ne veritas sacrorum librorum ex illis fontibus petatur. c Cur in octaua generatione) Hunc locum non satis intelligo. Nam & in versione Hieronymi, & in Lxx. conformiter habetur annos Mathusalem priusquam gigneret Lamech, fuisse centum octoginta septem. Nisi aliter Augustinus legerit.

d Ei linguæ potius credatur vnde est in aliam) Hoc ipsum Hieronymus clamat, hoc ipsa docet ratio. Et nullus est saniore iudicio, qui reputgnet: sed frustra consensus bonorum ingeniorum hoc censet. Nam rigidus stupor velut moles opponitur: non quia isti inscij sunt earum linguarum, nã nec Hebraice sciebat Augustinus, & Græce minus quàm mediocri-

A mediocriter, sed non est in his ea modestia animi, quæ in Augustino. Hic vndecunque paratus erat doceri, isti nusquam volunt doceri, vbiq; docere, quod ignorant.

De parilitate annorum, qui iisdem quibus nunc spatiis & in prioribus seculis cucurrerunt. Cap. XIIII.

NVnc iam videamus, quo nam modo euidẽter possit ostendi non tam breues, vt illi decem vnus esset noster, sed tãtæ prolixitatis annos quantæ nunc habemus, quos vtique circumitus conficit solis, in illorum hominum vita prolixissima computatos. Sexcentesimo nempe anno vitæ Noë, scriptũ est factum esse diluuium. Cur ergo ibi legitur: Et aqua diluuij facta est super terram sexcentesimo anno vitæ Noë, secundi mensis, septima & vicesima mensis, si annus ille minimus quales decem faciunt vnum nostrũ, trigintasex dies habebat? Tantillus quippe annus si antiquo more hoc nomen accepit, aut nõ habet menses, aut mensis eius est triduum, vt habeat duodecim menses. Quomodo igitur hic dictum est, sexcentesimo anno, secundi mensis, septima & vicesima mẽsis, nisi quia tales quales nunc sunt etiam tunc erant menses? Nam quo pacto aliter vicesimo & septimo die secundi mensis diceretur cœptum esse diluuium? Deinde postea in fine diluuij ita legitur: Et sedit arca in mense septimo, septima & vicesima mensis super montes Ararath. Aqua autem minuebatur vsque ad vndecimum mensem. In vndecimo autem mense prima mensis apparuerunt capita montium. Si igitur tales menses erant, tales profecto & anni erant, quales nunc habemus. Menses quippe illi triduani viginti & septem dies habere non poterant. Aut si pars tricesima tridui tunc appellabatur dies, vt omnia proportione minuãtur: ergo nec toto quatriduo nostro factum est illud tam grãde diluuium, quod memoratur factũ quadraginta diebus & quadraginta noctibus. Quis hanc absurditatẽ & vanitatem ferat? Proinde remoueatur hic error, qui conjectura falsa ita vult astruere scripturarum nostrarum fidem: vt alibi destruat. Prorsus tantus etiam tunc dies fuit, quantus & nunc est: quem viginti & quatuor horæ diurno curriculo nocturnoq; determinant. Tantus mensis, quantus & nunc est: quem luna cœpta & finita concludit. Tantus annus, quantus & nunc est: quem duodecim menses lunares additis propter cursum solarem quinq; diebus & quadrante [a] cõsummant. Tantus anni sexcentesimi vitæ Noë secundus erat mensis, eiusq; mensis vicesimus & septimus dies, quando cœpit esse diluuium: in quò dies quadraginta continuatæ ingentes pluuiæ memorantur, qui dies non binas ac paulo amplius horas habebant, sed vicenas & quaternas die noctuq; trãsactas. Ac per hoc tam magnos annos vixerunt illi antiqui vsq; amplius quàm nongentos, quantos postea vixit Abraham centumseptuaginta quinque: & post eum filius eius Isaac centum octoginta, & filius eius Iacob propè centum quinquaginta: & quantos interposita aliquanta ætate Moyses cẽtum viginti, & quantos etiam nunc viuũt homines septuaginta vel octoginta, vel non multo amplius, de quibus etiam dictum est: Et amplius eorum labor & dolor. Illa vero numerorum varietas, quæ inter codices Hebræos inuenitur & nostros, neque de hac antiquorum longæuitate dissentit: & si quid habet ita diuersum, vt verum esse vtrũq; non possit, rerum gestarum fides ab ea lingua repetẽda est, ex qua interpretatũ est, quod habemus. Quæ facultas cum volentibus vbiq; gentium præsto sit, nõ tamẽ vacat [b]: quod septuaginta interpretes in plurimis quæ diuersa dicere videtur, ex Hebræis codicibus emendare ausus est nemo. Non enim est illa diuersitas putata mendositas: nec ego vllo modo putandum existimo. Sed vbi non est scriptoris error, aliquid eos diuino spiritu vbi sensus esset consentaneus veritati & prædicans veritatem, non interpretantium more, sed prophetantium libertate aliter dicere voluisse, credendum est. Vnde merito non solum Hebræis, verumetiam ipsis cum adhibet testimonia de scripturis vti Apostolica inuenitur authoritas. Sed hinc me opportuniore loco si deus adiuuerit promisi diligẽtius locuturũ, nunc quod instat expediam. Non enim ambigendum est ab homine, qui ex primo homine natus est primus, quando tam diu viuebant, potuisse constitui ciuitatem sanè terrenam, non illam quæ dicitur ciuitas dei: de qua vt scriberemus laborem tanti huius operis in manus sumpsimus.

Gene.7.

Gene.7.

Gene.25.

Gene.35.

Deute.34.

Psal.89.

a Additis propter cursum solarem quinq; diebus & quadrante.) Mensis lunaris dupliciter potest considerari: nam vel est dum luna discedit, & redit ad idem punctum, id fit diebus septem & viginti. Vel dum solem percurso signifero circulo cõsequitur, id fit diebus vndetriginta horis duodecim & minutis quadragintaquatuor. Solem enim eodem quo reliquerat loco, non inuenit: quippe & ipse viæ suæ nonnihil interea confecit, ad quod emetiendum duo dies cum dimidio lunæ dantur. At Iudæi vulgo triginta diebus lunarẽ mensem claudunt, quem plenum vocant. b Non tamen vacat.) Non est inane, & sine mysterio & causa.

An credibile sit, primi seculi viros usque ad eam ætatem, qua filios generasse referuntur à concubitu continuisse. Caput XV.

DIcet ergo aliquis: Itáne credendum est, hominem filios θ incessanter θ generaturum, nec habentem propositum cotinentiæ centum & amplius, vel secundum Hebræos non multo minus, id est octoginta, septuaginta, sexaginta annos à concumbendi opere vacauisse: aut si non vacaret, nihil prolis gignere potuisse? Hæc quæstio duobus modis soluitur. Aut enim tanto serior fuit proportione pubertas [a], quanto vitæ totius maior annositas: aut quod magis video esse credibile, non hic primogeniti filij commemorati sunt, sed quos successionis ordo poscebat, vt perueniretur ad Noë, à quo rursus ad Abraham videmus esse peruentum: ac deinde vsq; ad certum articulum temporis, quantum oportebat signari etiam generationibus commemoratis cursum gloriosissimę ciuitatis in hoc mundo peregrinantis & supernam patriam requirentis. Quod enim negari non potest, prior omnium Caïn ex coniunctione maris & fœminæ natus est. Neq; enim illo nato dixisset Adam, quod dixisse legitur, Acquisiui hominem per deum [b]: nisi illis duobus ipse fuisset homo nascendo additus primus. Hunc secutus Abel, quem maior frater occidit, præfiguratione quadam peregrinantis ciuitatis dei, quod esset ab impiis & quodammodo terrigenis, id est terrenam originem diligentibus, & terrenæ ciuitatis terrena fœlicitate gaudẽtibus, persecutiones iniquas passura, primus ostendit. Sed quot annorum erat Adam cum eos genuit, non apparet. Ex inde digeruntur generationes aliæ de Caïn, aliæ de illo quem genuit Adam in eius successione quem frater occidit, & appellauit nomen illius Seth, dicens vt scriptum est, Suscitauit enim mihi deus semen aliud pro Abel, quem occidit Caïn. Cum itaq; istæ duæ series generationum, vna de Seth, altera de Caïn, has duas de quibus agimus distinctis ordinibus insinuẽt ciuitates: vnam cœlestem in terris peregrinantem, alteram terrenam terrenis tanquam sola sint, gaudiis inhærentem vel inhian

Gene.4.

Gene.4.

temmul-

G tem:nullus de progenie Caïn,cum dinumerata sit con
numerato Adam vsque ad octauam generationẽ,quot
annorum fuisset,expressus est,quando genuit eum, qui
commemoratur post eum. Noluit enim spiritus dei in
terrenæ ciuitatis generationibus tempora notare ante
diluuium,sed in cœlestis maluit,tanquã essent memo-
ria digniores. Porrò autem Seth quando natus est, nõ
quidem taciti sunt anni patris eius, sed iam genuerat
alios:& vtrum solos Caïn & Abel, affirmare quis au-
deat? Non enim quia soli nominati sunt propter ordi-
nes generationum,quas cõmemorare oportebat, ideo
consequens videri debet solos fuisse tunc generatos ex
Adam. Cùm enim silẽtio coopertis omnium nomini-
bus cæterorũ,legatur eum genuisse filios & filias, quo-
ta fuerit ista proles eius,quis præsumat asserere, si cul-
pam temeritatis euitat? Potuit quippe Adam diuinitus
admonit° dicere postea quàm Seth natus est, Suscita-
uit enim mihi deus semel aliud pro Abel:quando talis
erat futurus,qui impleret illius sanctitatem: non quod
ipse prior post eum temporis ordine nasceretur. Dein
Gene.5. de quod scriptum est, Vixit autem Seth quinque & du
H centos annos:vel secundum Hebræos quinque & cen
tum annos,& genuit Enos:quis possit nisi inconsyde-
ratus asseuerare hunc eius primogenitum fuisse,vt ad-
mirantes merito requiramus,quomodo per tot annos
immunis fuerit à connubio sine vllo proposito conti-
*aliàs fuerit. nentiæ,vel non genuerit *coniugatus: quandoquidem
etiam de ipso legitur:Et genuit filios & filias,& fuerũt
omnes dies Seth duodecim & nongenti anni & mor-
tuus est? Atque ita deinceps,quorum anni commemo-
rantur,nec filios filiasq; genuisse reticentur. Ac per hoc
non apparet omnino,vtrum qui nominatur genitus,ip-
se fuerit primogenitus:imò verò quoniam credibile
nõ est,patres illos ętate tam longa aut impuberes fuis-
se,aut coniugibus caruisse vel fœtibus:nec illos eorum
filios primos eis natos fuisse credibile est. Sed cum sa-
cræ scriptor historiæ ad ortũ vitamq; Noë,cuius tem-
pore diluuium factũ est per successiones generationũ
notatis temporibus intenderet peruenire,eas vtiq; cõ-
memorauit,nõ quæ primæ suis parentibus fuerint sed,
quæ in propagatiõis ordinem venerint. Exẽpli gratia,
quo id fiat apertius aliquid interponam, vnde nullus
Matth.1. ambigat fieri potuisse quod dico:Euãgelista Matthęus
generationem dominicę carnis per seriem parentũ vo
I lens commẽdare memoriæ,ordiens à patre Abraham
atq; ad Dauid primitus vt peruenirет intendens,Abra
ham,inquit,genuit Isaac:cur nõ dixit Ismahel,quẽ pri
mitus genuit? Isaac autẽ,inquit,genuit Iacob:cur nõ di-
xit Esaü,qui eius primogenitus fuit? Quia scilicet per
illos ad Dauid peruenire non posset. Deinde sequitur:
Iacob autem genuit Iudam & fratres eius:nunquid Iu-
das primogenitus fuit? Iudas,inquit, genuit Phares &
Zaram: nec istorũ geminorũ aliquis fuit primogeni-
tus Iudæ,sed ante illos iam tres genuerat. Eos itaq; te-
nuit in ordine generationum, per quos ad Dauid, atq;
inde quò intẽderat,peruenirет. Ex quo intelligi potest,
veteres quoq; homines ante diluuium non primoge-
nitos,sed eos fuisse commemoratos,per quos succeden
tium ordo generationum ad Noë patriarcham duce-
retur,ne serę pubertatis illorum obscura & non neces-
saria quæstio nos fatiget.

a SErior fuit proportione pubertas.) Pubertas est tempus quo,gene
Pubertas. rationi sunt homines idonei quũ pubes viris barbæ innascitur,
fœminis muliebribus. b Acquisiui hominem per deum.) Siue
possedi. ἐκτησάμην verterunt Lxx.& Hieronymus dicit Caïn in-
terpretari κτῆσιν, possessionem.

De iure coniugiorum,quod dissimiliter à subsequentibus matronis habuerint prima connubia. Cap. XVI. K

SVm igitur genus humanũ,post primam co-
pulam viri facti ex puluere, & coniugis eius 15.q.1. Ca.
ex viri latere,marium fœminarumq; cõiun- Cũ igitur.
ctione opus haberet,vt gignendo multiplicaretur: nec
essent vlli homines, nisi qui ex illis duobus nati fuis-
sent,viri sorores suas coniuges acceperunt:quod profe
cto quanto est antiquius,compellente necessitate, tãto
postea factum est dãnabilius,religione prohibẽte. Ha-
bita est enim ratio rectissima charitatis [a], vt homines
quibus esset vtilis atq; honesta cõcordia, diuersarũ ne-
cessitudinũ vinculis necterentur:nec vnus in vna mul
tas haberet,sed singulæ spargerentur in singulos: ac sic
ad socialem vitam diligentius colligandam, plurimæ
plurimos obtinerẽt. Pater quippe & socer duarum sunt
necessitudinum nomina. Vt ergo alium quisq; habeat
patrem,alium socerum, numerosius se charitas porri-
git. Vtrunq; autem vnus Adã esse cogebatur,& filiis &
filiabus suis, quando fratres sororesq; cõnubio iunge-
bantur. Sic & Eua vxor eius vtriq; sexui filiorum, fuit
& socrus & mater. Quæ si duæ fœminæ fuissent,mater
altera,& socrus altera,copiosius se socialis dilectio col- L
ligaret. Ipsa deniq; iam soror quod etiam vxor fiebat,
duas tenebat vnà necessitudines:quibus per singulas di
stributis,vt altera esset soror,altera vxor,hominũ nu-
mero socialis propinquitas augeretur. Sed hoc vnde
fieret tunc non erat,quãdo nisi fratres & sorores ex il-
lis duobus primis nulli homines erant. Fieri ergo de-
buit,quando potuit,vt existente copia inde ducerẽtur
vxores,quæ non erant iam sorores. Et nõ solum istud
vt fieret nulla necessitas esset,verumetiam si fieret ne-
fas esset. Nam & si nepotes primorum hominum, qui
iam consobrinas poterant accipere,coniuges sororibus
matrimonio iungerentur: non iam duę,sed tres in ho
mine vno necessitudines fierent,quæ propter charitatẽ
numerosiore propinquitate nectendam, disseminari
per singulos singulæ debuerũt. Esset enim vnus homo
filiis sui fratri scilicet sororiq; coniugibus, & pater &
socer & auunculus:ita & vxor eius, eisdem cõiugibus,
filiis† & mater & amita & socrus. Idẽq; inter se filij eo- †aliàs,com
rum,nõ solum essent fratres atq; coniuges, verumetiã munibus
consobrini [b]: quia & fratrum filij. Omnes autem istæ filiis.
necessitudines,quę vni homini tres homines cõnecte-
bant,nouem connecterent,si essent in singulis singulę,
vt vnus homo haberet alteram sororem, alteram vxo M
rem,alteram consobrinam,alterum patrem, alterum
auunculum,alterum socerum,alteram matrem, alterã
amitam, alteram socrum:atq; ita se non in paucitate
coartatum, sed latius atq; numerosius propinquitati-
bus crebris vinculum sociale diffunderet. Quod huma
no genere crescente & multiplicato,etiã inter impios
deorum multorũ falsorumq; cultores sic obseruari cer
nimus:vt etiam si peruersis legibus permittantur fra-
terna coniugia [c],melior tamen consuetudo ipsam ma-
lit exhorrere licentiam. Et cũ sorores accipere in ma-
trimonium primis humani generis tẽporibus omni-
no licuerit, sic auersetur,quasi nũquam licere potuerit.
Ad humanum enim sensum vel alliciẽdum,vel offen-
dendum,mos valet plurimum. Qui cum in hac causa
immoderationẽ concupiscentiæ coërceat,eũ designari
atq; corrũpi merito esse nefarium iudicatur. Si enim
iniquũ est auiditate possidendi trãsgredi limitẽ agro-
rum,quanto est iniquius libidine concũbendi subuer-
tere limitem morum? Experti autẽ sumus in cõnubiis
consobri-

A consobrinarum etiam nostris temporibus propter gra
dum propinquitatis fraterno gradui proximũ quàm
raro per mores fiebat,quod fieri per leges licebat: quia
id nec diuina prohibuit, & nondũ prohibuerat lex hu
mana [d]. Veruntamen factum etiã licitum propter vi-
cinitatem horrebatur illiciti: & quod fiebat cum con-
sobrina, penè cum sorore fieri videbatur: quia & ipsi
inter se propter tam propinquã cõsanguinitatem fra-
tres vocantur [e],& penè germani sunt. Fuit autem an-
tiquis patribus religiosæ curæ, ne ipsa propinquitas se
paulatim propaginum ordinibus dirimens longius a-
biret,& propinquitas esse desisteret, eam nondum lõ-
ge positã rursus matrimonij vinculo colligare,& quo-
dammodo reuocare fugientem. Vnde iam pleno ho-
minibus orbe terrarũ, nõ quidem sorores ex patre vel
Gene.11. matre,vel ex ambobus suis parentibus natas, sed tamẽ
amabãt de suo genere ducere vxores. Veruntamẽ quis
dubitet honestius hoc tempore etiam consobrinarum
prohibita esse coniugia: non solum secundum ea,quæ
disputauimus propter multiplicandas affinitates, ne
habeat duas necessitudines vna persona,cum duę pos-
sint eas habere, & numerus propinquitatis augeri: sed
B etiam quia nescio quomodo inest humanę verecundię
quiddã naturale atq; laudabile:vt cui debet causa pro-
pinquitatis verecundum *honorẽ,ab ea cõtineat, quã-
*als reuerendum. uis generatricem,tamen libidinem, de qua erubescere
videmus & ipsam pudicitiam coniugalem. Copulatio
igitur maris & fœminæ, quantũ attinet ad genus mor
talium,quoddam seminarium est ciuitatis:sed terrena
ciuitas generatione tantummodo, cœlestis autem etiã
regeneratiõe opus habet, vt noxam generationis eua-
dat. Vtrum autem aliquod fuerit, vel si fuit,quale fue-
rit corporale atque visibile regenerationis signum an-
te diluuium,sicut Abrahæ circuncisio postea est impe-
Gene.17. rata,sacra historia tacet. Sacrificasse tamen deo,etiam
illos antiquissimos homines nõ tacet, quod & in duo-
Gene.8. bus primis fratribus claruit: & Noë post diluuium cũ
de arca fuisset egressus, hostias deo legitur immolasse.
De qua re in præcedentibus libris iam diximus: nõ ob
aliud dæmones arrogantes sibi diuinitatem deosq; se
credi cupientes sibi expetere sacrificiũ, & gaudere hu-
iusmodi honoribus, nisi quia verum sacrificium vero
C deo deberi sciunt.

a HAbita est enim ratio rectissima charitatis.) Vt necessitudinis
vinculum in multos diffusis coniugiis, & non intra cõsẽ pa-
rietes manentibus plures connecteret,& se inuicem sanguine
iuncti diligerent. Sic serpere extẽdiq; charitatem generis hu-
Patrueles. mani docet Cicero quinto de finibus. b Verum etiam consobrini.)
Amitini Filij duorum virorum fratrum patrueles sunt: filij duorum fratrum viri
Consobrini. & fœminæ,amitini:duarum sororum,cõsobrini. Marcellus lib.de pro-
prietate sermonis. c Vt etiam si peruersis legibus permittãtur frater-
na coniugia.) Vt olim apud deos. Saturnus enim duxit Opem sororem,
Iuppiter Iunonem. Postea apud Aegyptios & Athenienses. Romani ta-
men cum morem nunquam receperunt. d Et nõdum prohibuerat lex
humana.) Plutarchus in problematis olim necessarias ducere prohibitũ
fuisse scribit, quoad lex est lata, licere vel patruum vel auunculum fra-
tris sororisve filiam ducere,propter virum quendam bonum & acceptũ
popularibus, tenui censu, qui fratris sui filiam nubilem & dotatam ipse
sibi in matrimonium acceperat, reusq; eiusce criminis factus,pro con-
cione absolutus est,lege ibidem lata & magno consensu approbata.
e Ipsi inter se &c.fratres vocantur.) Sic Abraham vocauit Saram. Et Ci
cero.v.de fini.L. Ciceronem patrui sui filium fratrem nominat.non ta
men dicuntur germani,ideo addit,ferè germani sunt.

De duobus ex uno genitore procreatis patribus atque principibus. Cap. XVII.

Gene. 4. VVm ergo esset Adam vtriusq; generis pater,
id est,& cuius series ad terrenam,& cuius se-
ries ad cœlestem pertinet ciuitatẽ: occiso A-
bel atque in eius interfectionę commendato mirabili
sacramento [a], facti sunt duo patres singulorum gene-
rum,Caïn & Sethin quorum filiis, quos commemo- D
rari oportebat duarũ istarũ ciuitatum, in genere mor-
talium euidentius indicia clarere cœperunt. Caïn quip Ibidem.
pe genuit Enoch,in cuius nomine condidit ciuitatem
terrenam, scilicet non peregrinantem in hoc mundo,
sed in eius temporali pace ac fœlicitate quiescentem.
Caïn autem interpretatur possessio: vnde dictum est,
quando natus est,siue à patre,siue à matre eius: Acqui-
siui hominẽ per deum. Enoch vero interpretatur de-
dicatio:hic enim dedicatur terrena ciuitas,vbi condi-
tur:quoniam hic habet eum,quem intendit, & appetit
finem. Porrò ille Seth resurrectio [b] interpretatur,& Eno-
s filius eius interpretatur homo,non sicut Adam:Et
ipsum enim nomen interpretatur homo,sed commu-
ne perhibetur esse in illa lingua,id est,Hebræa,mascu-
lo & fœminæ. Nam sic de illo scriptum est:Masculum Gene.5.
& fœminam fecit eos,& benedixit illos, & cognomi-
nauit nomen eorum Adam. Vnde non ambigitur sic
appellatam fuisse fœminam Euam proprio nomine,
vt tamen Adam quod interpretatur homo,nomẽ esset Gene.2.
amborum. Enos autẽ [c] sic interpretatur homo,vt hoc Gene.5.
non posse fœminam nuncupari periti linguæ illius af-
seuerent,tanquam filius resurrectionis,vbi nõ nubent, E
neque vxores ducent. Nõ enim erit ibi generatio, cum Matth.22.
illuc perduxerit regeneratio. Quare & hoc non incas-
sum notandum arbitror, quod in his generationibus
quæ propagantur ex illo, qui est appellatus Seth, cum
genuisse filios filiasq; dicatur, nulla ibi genita nomi-
natim, fœmina expressa est. In his autem quæ propa-
gantur ex Caïn, in ipso fine quousque protenduntur,
nouissima fœmina genita nominatur. Sic enim legi-
tur Mathusaël genuit Lamech,& sumpsit sibi Lamech Gene.4.
duas vxores,nomen vni Ada, & nomen secundæ Sel-
la:& peperit Ada Iobel. hic erat pater habitantium in
tabernaculis pecorariorum*. Et nomen fratris eius Iu- *aliàs pecuariorum
bal:hic fuit qui ostendit psalterium & citharam. Sella
autem peperit & ipsa Tobel [d]: & erat ærarius & mal-
leator æramenti & ferri. Soror autem Tobel Noëma.
Hucusque porrectæ sunt omnes generationes Caïn,
quæ sunt omnes ab Adam octo, annumerato ipso A-
dam,septem scilicet vsque ad Lamech,qui duarũ ma-
ritus vxorum fuit:& octaua est generatio in filiis eius,
in quibus commemoratur & fœmina. Vbi eleganter E
significatum est, terrenam ciuitatem vsque in sui finẽ
carnales habituram generationes:quę marium,fœmi-
narumq; coniunctione proueniunt. Vnde & ipsę,quod
præter Euam* nusquã reperitur ante diluuium, nomi- *aliàs,eas.
nibus propriis exprimuntur vxores illius hominis,qui
nominatur hic nouissimus pater. Sicut autem Caïn,
qui interpretatur possessio, terrenæ conditor ciuitatis,
& filius eius, in cuius nomine condita est Enoch, qui
interpretatur dedicatio, indicat istã ciuitatẽ, & ini-
tium,& finem habere terrenum:vbi nihil speratur am
plius, quàm quod in hoc seculo cerni potest. Ita Seth
interpretatur resurrectio, qui cum sit generationum
seorsum commemoratarum pater,quid de filio eius sa
cra hæc historia dicat,intuendum est.

a MIrabili sacramẽto.) Primũ mortis Christi:deinde martyrũ, a
quos mundanus frater persequitur. b Porrò ille Seth resur
rectio.) Hieronymus positionem,siue posuit,dixit. Libellus
est additus calci bibliæ, qui inscribitur: De interpretatione
nominũ Hebraicorũ. Is Seth interpretatur positionẽ,siue posuit,siue re-
surrectionẽ. c Enos autẽ.) Hieronymus. Quomodo Adam homo in-
terpretatur,ita Enos iuxta Hebrææ linguæ varietatem,homo,vel vir,di
citur. d Tubalcain.) In antiquis codicibus habetur Tobel, Non dubiũ,
quin Augustinus sit secutus Septuaginta, qui verterunt σελλὰ δ' ἔτικτεν τὸν
ἑαυτῆς τὸν Τοβελ. Hebræi Tubalcaïn Sella genitum dicunt. & sic tradit Io-
sephus.

Quid

G *Quid significatũ sit in Abel, & Seth, & Enos, quod apparet ad Christum & corpus eius, id est, ecclesiam, pertinere.* Cap. XVIII.

Gene. 4. ET Seth, inquit, natus est filius, & nominauit nomen eius Enos. Hic sperauit inuocare nomen domini dei. Nẽpe clamat attestatio veritatis. In spe igitur viuit homo, filius resurrectionis in spe viuit, quandiu peregrinatur hic ciuitas dei, quæ gignitur ex fide resurrectionis Christi. Ex duobus nanq; illis hominibus: Abel, qui interpretatur luctus, & eius fratre Seth, qui interpretatur resurrectio, mors Christi & vita eius ex mortuis præfiguratur. Ex qua fide gignitur hic ciuitas dei, id est, homo, qui sperauit [a] inuocare nomen domini dei. Spe enim salui facti sumus,
Roma. 8. ait Apostolus. Spes autẽ quæ videtur, nõ est spes. Quod enim videt quis, quid sperat? Si autem quod non videmus, speramus, per patientiam expectamus. Nam quis vacare hoc existimet ab altitudine sacramẽti? Nũquid enim Abel non sperauit inuocare nomen domini dei, cuius sacrificium scriptura tam acceptũ deo fuisse cõmemorat? Nunquid ipse Seth non sperauit inuocare
Gene. 4. nomẽ domini dei? de quo dictum est: Suscitauit enim
H mihi deus semen aliud pro Abel. Cur ergo huic proprie tribuitur, quod piorum omnium intelligitur esse cõmune, nisi quia oportebat in eo qui de patre generationem in meliorem partem, hoc est, supernæ ciuitatis separatarũ, primus commemoratur exortus, præfigurari hominem, id est, hominum societatem, quæ nõ
al. secũdũ uires terrenæ fœlicit. secundum hominem in re terrenæ fœlicitatis, sed secundum deum viuit in spe fœlicitatis æternæ? Nec dictum est, hic sperauit in dominum deum: aut, hic inuocauit nomen domini dei: sed hic sperauit, inquit, inuocare nomen domini dei. Quid sibi hoc vult, sperauit inuocare, nisi quia prophetia est, exorturum populum, qui secundum electionem gratiæ inuocaret nomẽ domini dei. Hoc est quod per alium prophetam dictum, Apostolus de hoc populo intelligit ad dei gratiã pertinere. Et erit, omnis quicunq; inuocauerit nomen do-
Roma. 10. Ioelis. 2. mini, saluus erit. Hoc enim ipsum quod dicitur: Et nominauit nomen eius Enos: quod interpretatur homo: ac deinde additur. Hic sperauit inuocare nomen domini dei: satis ostenditur: quod non in seipso spem po-
Hiere. 7. nere debeat homo. Maledictus enim omnis, sicut alibi
I legitur, qui spem suã ponit in homine: ac per hoc, nec in se, vt sit ciuis alterius ciuitatis, quæ non secundum filium Caïn dedicatur hoc tempore, hoc est, mortalis huius seculi labente transcursu, sed in illa immortalitate beatitudinis sempiternæ.

ID est, homo qui sperauit.) Sunt qui putent illud: Hic sperauit inuocare nomẽ domini, sic legi: Hic cœptũ est inuocari nomen domini, & non de homine, sed de tempore intelligi. Qualis forma loquendi non rara est apud scriptores, cum quibus consentire videtur Hieronymus, qui sic ait: Tunc initium fuit inuocandi nomen domini. In Chaldæo sic habetur: Tunc inceperũt filij hominũ orare in nomine domini. Hebræorum plerq; putant tunc primũ in nomine domini & in similitudine eius facta esse idola. Author est Hieronymus. Septuaginta vero verterunt: Οὗτος ἤλπισεν κληθῆναι τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου τοῦ θεοῦ. id est: Iste, aut, hic sperauit inuocare nomen domini: vt de Enos intelligatur.

De significatione quæ in Enoch translatione monstratur. Cap. XIX.

NAm & ista propago, cuius est pater Seth in ea generatione habet dedicationis nomen, quæ septima est ex Adam annumerato Adam: septimus enim ab illo natus est Enoch [a], qui interpretatur dedicatio: sed ipse est ille translatus, placuit deo, & insigni numero in ordine generationũ, quo sabbatum consecratũ est, septimo scilicet ab Adã. Ab ipso autẽ patre istarum generationũ, quæ discernũtur à propagine K
Caïn, id est, à Seth sextus est: quoto die factũ est homo, & consummauit deus oĩa opera sua. Sed huius Enoch translatio nostræ dedicationis est præfigurata dilatio. Quæ quidẽ iam facta est in Christo capite nostro, qui sic resurrexit, vt non moriatur vlterius, sed etiam ipse translatus est. Restat autem altera dedicatio vniuersæ domus, cuius ipse Christus est fundamentũ, quẹ differtur in finẽ, quando erit omniũ resurrectio, nõ morituro-rũ amplius. Siue autẽ domus dei dicatur, siue tẽplum dei, siue ciuitas dei, id ipsum est, nec abhorret à Latini eloquij cõsuetudine. Nã & Vergilius [b] imperiosissimã ciuitatẽ domũ appellat Assaraci, Romanos volens intelligi, qui de Assaraco per Troïanos originẽ ducũt: & domũ Aeneæ eosdẽ ipsos, quia eo duce [c] Troïani cum Italiã venissent, ab eis cõdita est Roma. Imitatus nãq; est poëta ille sacras literas, in quibus dicitur domus Iacob tam ingens populus Hebræorum.

SEptimus enim ab illo natus est Enoch.) Duo fuerũt Enoch, alter filius Caïn, alter filius Iared, ex genere Seth, de quo hic nunc loquitur. b Nã & Vergilius.) Libro sexto: Assaraci filius fuit Capis, huius Anchises, à quo Aeneas, & gens Romana. c Quia eodem duce.) Ex opinione Salustij in bello Catilinario.

De eo quod Caïn successio in octo ab Adã generationes clauditur, & in posteris ab eodem patre Adam Noe decimus inuenitur. Caput XX. L

DIcet aliquis: Si hoc intendebat scriptor huius historiæ in cõmemorãdis generationibus ex Adã per filiũ eius Seth, vt per illas peruenire ad Noë, sub quo factũ est diluuiũ, à quo rursus cõtexeretur ordo nascentiũ, quo peruenire ad Abrahã, à quo Matthæus Euangelista incipit generationes, quibus ad Christũ peruenit æternum regẽ ciuitatis dei, quid intendebat in generationibus ex Caïn, & quò eas perducere volebat? Respondetur, vsq; ad diluuium, quo totũ illud genus terrenæ ciuitatis absumptũ est, sed reparatum ex filiis Noë. Neq; enim deesse poterit hæc terrena ciuitas societasq; hominũ secundum hominem viuentium vsq; ad huius seculi finem. De quo dominus Lucæ. 20.
ait: Filij huius seculi generant, & generantur. Ciuitatẽ vero dei peregrinantẽ in hoc seculo regeneratio perducit ad alterum seculum, cuius filij nec generant nec
generãtur. Hic ergo generari & generare ciuitati vtri Matth. 22.
que cõmune est: quanuis dei ciuitas habeat etiam hic multa ciuium milia quẹ ab opere generãdi se abstinẽt, M
sed habet etiã illa ciues nonnullos istis similes ex imitatione quadam, licet errantes. Ad eam nanque pertinent etiam, qui deuiantes ab huius fide diuersas hæreses condiderunt. Secundum hominem quippe viuunt, non secundum deum. Et Indorum gymnosophistæ [a], qui nudi perhibentur, philosophari in solitudinibus Indiæ, ciues eius sunt, & à generando se cohibent. Non enim est hoc bonum, nisi cum fit secundum fidẽ summi boni, qui est deus. Hoc tamen nemo fecisse ante diluuium reperitur: quandoquidem etiam ipse Enoch septimus ab Adam, qui translatus refertur esse non mortuus, genuit filios & filias antequam transferretur: in quibus fuit Mathusalem, per quem generationum memorandarum ordo transcurrit. Cur ergo tanta paucitas successionum commemoratur in generationibus ex Caïn, si eas vsque ad diluuium perduci oportebat, nec erat diuturna ætas præueniens pubertatem, quæ centum, vel amplius, annos vacaret à fœtibus? Nam si non intendebat author libri huius, aliquẽ ad quẽ necessario perduceret seriem generationũ, sicut in illis quẹ veniũt de semine Seth intendebat peruenire ad

A re ad Noë, à quo rursus ordo necessarius sequeretur: qd opus erat prætermittere primogenitos filios, vt peruenireturad Lamech, in cuius filiis finitur illa connexio octaua generatione scilicet ex Adã, septima ex Caïn: quasi esset inde aliquid deinceps connectendum, vnde peruenireturr, vel ad Israëliticũ populũ, in quo cœlesti diuinitati etiã terrena Hierusalem figurã propheticã præbuit: vel ad Christum secundum carnem, qui est su
Roma. 9. per omnia deus benedictus in secula, supernæ Hieru-
Taliãs, regnator. salem fabricator, atque regenerator†, cum tota progenies Caïn diluuio sit deleta? Vnde videri potest in eodem ordine generationũ, primogenitos fuisse cõmemoratos. Cur ergo tam pauci sunt? Nõ enĩ vsq; ad diluuiũ tot esse potuerunt, nõ vacantibus vsq; ad centenariam pubertatem patribus ab officio generandi, si non erat tũc proportione longæuitatis illius etiã sera pubertas. Vt enim per æque triginta annorũ fuerint cum filios
Gene. 4. generare cœperunt, octies triceni, quoniã octo sunt generationes cum Adam, & cũ eis, quos genuit Lamech, ducenti & quadraginta sunt anni, nũ itaq; toto deinde tempore vsque ad diluuiũ non generauerunt? Qua tãdem causa qui hæc scripsit, generationes commemorare noluit, quæ sequũtur. Nam ex Adam vsque ad di
B luuiũ computantur anni secundũ codices nostros duo milia ducenti sexaginta duo [b]: secundum Hebræos aũt, mille sexcenti quinquaginta sex. Vt ergo istũ numerũ minorem credamus esse veriorem, de mille sexcentis quinquaginta sex annis, ducẽti quadraginta detrahãtur, nunquid credibile est, per mille quadringentos, & quod excurrit, annos, qui restãt vsque ad diluuiũ, progeniẽ Caïn, à generationibus vacare potuisse? Sed qui ex hoc mouetur, meminerit, cum quærerem, quomodo credẽdum sit, antiquos illos homines, per tam multos annos à gignendis filiis cessare potuisse, duobus modis istam solutam esse quæstionem: aut de sera pubertate, proportione tam longe vitæ: aut de filiis, qui commemorantur in generationibus, quod nõ fuerint primogeniti: sed hi per quos ad eum, quem intẽdebat author libri, poterat peruenire, sicut ad Noë in generationibus Seth. Proinde in generationibus Caïn, si non occurrit qui deberet intendi, ad quem prætermissis primogenitis, per eos qui cõmemorati sunt, peruenirí oportebat, sera pubertas intelligenda restabit: vt aliquanto post
C centum annos, puberes, habilesq; ad gignendum facti fuerint, vt ordo generationum per primogenitos curreret, & vsque ad diluuium ad numerum annorũ tantæ quantitatis occurreret. Quanuis fieri possit, vt propter aliquam secretiorem causam [c], quæ me latet, vsq; ad Lamech & eius filios generationũ peruenientẽ cõtextu, cõmendaretur hæc ciuitas [d], quam dicimus esse terrenam: ac deinde cessaret scriptor libri commemorare cæteras, quæ vsque ad diluuium esse potuerunt. Potest & illa esse causa, cur non ordo generationum per primogenitos duceretur: vt necesse non sit in illis hominibus tam seram credere pubertatem: quod scilicet eadem ciuitas, quã Caïn in nomine Enoch filij sui cõdidit, longe lateq; regnare potuerit, & reges habere nõ simul plures, sed suis ætatibus singulos, quos genuissent sibi successuros quicunq; regnassent. Horum regũ primus esse potuit ipse Caïn: secundus filius eius Enoch, in cuius nomine, vbi regnaretur, cõdita est ciuitas: tertius Gaïdad, quem genuit Enoch: quartus Manichel [e], quem genuit Gaïdad: quintus Mathusaël [f], quẽ genuit Manihel: sextus Lamech, quem genuit Mathusaël, qui septimus est ab Adam per Caïn. Non autem erat cõsequens, vt primogeniti in regnum regnantibus succe- D
derent patribus, sed quos regnandi meritum propter virtutem terrenæ vtilem ciuitati, vel fors aliqua reperiret, vel ille potissimum succederet patri hæreditario quodam iure regnandi, quem præ cæteris filiis dilexisset. Potuit autem viuente adhuc Lamech atq; regnante fieri diluuium, vt ipsum cum aliis omnibus hominibus exceptis qui in arca fuerunt, quem perderet, inueniret. Neque enim mirandum est, si varia quantitate numerositatis annorum interposita, per tam lõgam ætatem ab Adam vsque ad diluuium non æqualis numeri generationes habuit vtraque progenies, sed per Caïn septem, per Seth autem decẽ: septimus est enim, vt iam dixi, ab Adam Lamech, decimus Noë: & ideo non vnus filius Lamech, sicut in cæteris superius, sed plures commemorati sunt: quia incertum erat, quis ei fuisset mortuo successurus, si regnandi tempus inter ipsum & diluuiũ remansisset. Sed quoquo modo se habeat siue per primogenitos, siue per reges, ex Caïn generationum ordo decurrens, illud mihi nullo pacto prætereũdum silentio videtur, quod cum Lamech septimus ab Adam fuisset inuentus, tot eius annumerati
sunt filij, donec vndenarius numerus impleretur, quo E
significatur peccatum. Adduntur enim tres filij, & vna filia. Vxores autem aliud possunt significare, non hoc quod nunc commendandum videtur. Nunc enim de generationibus loquimur, illæ vero vnde sint genitæ, tacitum est. Quoniam ergo lex denario numero prædicatur, vnde est memorabilis ille decalogus, profecto numerus vndenarius, quoniã transgreditur denariũ, transgressionem legis, ac per hoc peccatum significat. Hinc est quod in tabernaculo testimonij quod erat
in itinere populi dei, velut templum deambulatoriũ, Exo. 26.
vndecim vela cilicina fieri præcepta sunt. In cilicio quippe [g] recordatio est peccatorum, propter hœdos ad sinistram futuros [h]: quia confitentes in cilicio prosternimur tanquàm dicentes quod in Psalmo scriptũ est: Psal. 50.
Peccatum meum ante me est semper. Progenies ergo ex Adam per Caïn sceleratum vndenario numero finitur, quo peccatum significatur: & ipse numerus à fœmina clauditur, à quo sexu initium factum est peccati, per quod omnes morimur. Commissum est autem vt & voluptas carnis, quæ spiritui resisteret, sequeretur. Nã & ipsa filia Lamech Noëma [i] voluptas interpretatur. Per Seth autem ab Adam vsq; ad Noë denarius F
insinuatur legitimus numerus. Cui Noë trés adiiciuntur filij, vnde vno Ipso duo benedicũtur à patre, vt remoto reprobo & probatis filiis ad numerum additis, etiam duodenarius numerus [k] intimetur, qui & in Patriarcharum & Apostolorũ numero insignis est propter septenarij partes [l], alteram per alteram multiplicatas. Nam ter quaterni, vel quater terni ipsum faciũt. His ita se habentibus video considerandum & cõmemorandum, ista vtraque progenies, quæ distinctis generationibus duas insinuat ciuitates, vnam terrigenarum, alteram regeneratorum: quomodo postea sic cõmixta fuerit atque confusa, vt vniuersum genus humanũ, exceptis octo hoĩbus, perire mereretur diluuio. *
al. periméretur diluuio.

ET Indorũ gymnosophistæ.) Sic Strabo lib. xv. b Duo millia ducenti sexaginta duo.) Alibi quinquaginta duo. Apud Eusebium & Bedam ex lxx. habetur duo. mm. cc. xlij. nisi Augustinus postpositum. x. viderit, aut illi præpositum. qui error facile contingit inaduertentia descriptoris. c Quanuis fieri possit, vt propter aliquam secretiorem causam.) Credo esse enumeratas tãtum generationes Caïn, quæ puniri debebant propter fratricidiũ. Sic enĩ Iosephus scribit: Caïn sacrificiũ celebrãti atq; poscenti, ne ob hoc irã susciperet, sæuioré pœnã homicidij relaxauit: maledictumq; esse constituit, & eius sobolem vsque ad septimam

G ad ſeptimam generationem interminatus eſt eſſe puniendam. Tum etiã quod vſque ad id tempus vixit Caïn: cuius finem vitę per generationem eius nolebat narrator prætermittere. d Cõmendaretur hæc ciuitas.) Melius commemoraretur. e Quartus Manichel.) Alibi Menia, Euſebi* Maniaël, in. lxx. μαλελεὴλ. f Mathuſaël.) Euſeb. Mathuſalé. lxx. μαθουσάλα. g In cilicio quippe.) Cilicium induere ſolebant Prophetę, quum populum ad pœnitentiam adhortari atque inducere conabantur. Hieronymus ſuper Zachariam: Cilicio etiam operiebantur, qui pœnitentiam agebant. h Propter hœdos ad ſiniſtram futuros.) In fine ſeculi ait ſeruator ſe oues, id eſt, ſimplices viros & probos ſtaturum ad dextram ſuam: hœdos vero petulcos & laſciuos ad ſiniſtram. Cilicia ex caprinis contexebantur pilis: ſic dicta, quod ea tonſura, vt inquit Varro, vſuſque eiuſmodi tegumenti primũ eſt in Cilicia repertus. i Nam & ipſa filia Lamech Noëma.) Alij Noëmina ex Hebraïco expreſſius, vt aiunt: & ſignificat tum voluptatem, tum etiam decus. & fidem, interprete Hieronymo. k Duodenarius numerus.) De quo Hieronymus lib. x. in Ezechielem. l Propter ſeptenarij partes.) Qui eſt numerus myſteriorum plenus, vt alibi diximus.

Cilicium

Qua ratione commemorato Enoch, qui fuit filius Caïn, totius generationis eius uſque ad diluuium ſit continuata narratio: commemorato autem Enos, qui fuit filius Seth, ad cõditionis humanæ principiũ ſit reditũ. Ca. XXI.

PRimò autẽ intuendũ eſt, quemadmodũ cũ ex Caïn generatiões enumerarẽtur, cõmemorato, ante cæteros poſteros eius, illo in cuius nomine condita eſt ciuitas, Enoch: cõtexti ſunt cæteri vſque ad illum finem, de quo loquutus ſum, donec illud genus, atq; illa vniuerſa propago diluuio deleretur: cũ vero filius Seth vnus cõmemoratus fuiſſet Enos, nondũ vſq; ad diluuium additis cæteris, articulus quidẽ interponitur, & dicitur: Hic liber natiuitatis hominum, qua die fecit deus Adã, ad imaginem dei fecit illũ maſculũ & fœminã fecit eos, & benedixit illos, & cognominauit nomen eorũ Adam, qua die fecit illos. Quod mihi videtur ad hoc interpoſitum, vt hinc rurſus inciperet ab ipſo Adam dinumeratio tẽporum, quã noluit facere, qui hæc ſcripſit in ciuitate terrena, tanquàm eã deus ſic cõmemoraret, vt nõ cõputaret. Sed quare hinc reditur ad iſtam recapitulationem, poſtea quàm commemoratus eſt filius Seth homo [a], qui ſperauit inuocare nomen domini dei: niſi quia ſic oportebat iſtas duas præponere ciuitates, vnam per homicidã vſq; ad homicidam: nam & Lamech duabus vxoribus ſuis ſe perpetraſſe homicidium confitetur: alteram per eũ, qui ſperauit inuocare nomen domini dei? Hoc eſt quippe in hoc mundo peregrinantis ciuitatis dei totum atq; ſummũ in hac mortalitate negocium, quod per vnum hominem, quẽ ſanè occiſi reſurrectio genuit, commẽdandũ fuit. Homo quippe ille vnus totius ſupernæ ciuitatis eſt vnitas: nondum quidẽ cõpleta, ſed præmiſſa iſta prophetica præfiguratione complenda. Filius ergo Caïn, hoc eſt filius poſſeſſionis, cuius niſi terrenæ ciuitatis habeat nomen in ciuitate terrena, quæ in eius nomine condita eſt? De his eſt enim, de quibus cantatur in Pſalmo: Inuocabunt nomina eorum in terris [b] ipſorũ: propter quod ſequitur eos quod in alio Pſalmo ſcriptum eſt: Domine in ciuitate tua imaginem eorum ad nihilũ rediges. Filius autẽ Seth, hoc eſt, filius reſurrectionis, ſperet inuocare nomen domini dei. Eam quippe ſocietatẽ hominũ præfigurat, quæ dicit: Ego autẽ ſicut oliua fructifera in domo dei, ſperaui in miſericordia dei. Vanas autẽ glorias famoſi in terra nominis nõ requirat. Beatus enim vir, cuius eſt nomẽ domini ſpes eius, & nõ reſpexit in vanitates, & inſanias falſas. Propoſitis itaq; duabus ciuitatibus, vna in re huius ſeculi, altera in ſpe dei, tanquã ex communi, quæ aperta eſt in Adã ianua mortalitatis egreſſis, vt percurrant, & excurrant ad diſcretos proprios & debitos fines, incipit dinumeratio temporũ: in qua & aliæ generationes adiiciuntur, facta recapitulatione ex Adã, ex cuius origine

Gene. 5.
Gene. 4.
Pſal. 48.
Pſal. 72.
Pſal. 39.
Roma. 9.

H

I

damnata, veluti maſſa vna meritæ damnationi tradita, fecit deus alia in contumeliã vaſa ire; alia in honorẽ vaſa miſericordiæ, illis reddens, quod debetur [c] in pœna: iſtis donans, quod non debetur in gratia, vt ex ipſa etiam cõparatione vaſorũ iræ, ſuperna ciuitas diſcat, quæ peregrinatur in terris, non fidere libertate [d] arbitrij ſui, ſed ſperet inuocare nomen domini dei: quoniã voluntas in natura, quæ facta eſt bona à bono deo: ſed mutabilis ab immutabili, ex nihilo ab eo qui eſt, et à bono poteſt declinare, vt faciat malũ, quod fit libero arbitrio: & à malo, vt faciat bonum: quod non fit ſine diuino adiutorio.

K

Gene. 4.

COmmemoratus eſt filius Seth homo.) Enos, quem genuit Seth, qui interpretatur vir. b Inuocabũt nomina eorum in terris.) Vulgo in præterito legimus: Vocauerunt, Pſalmo quadrageſimo octauo. & ſic verterũt Septuaginta, ἐπεκαλέσαντο τὰ ὀνόματα αὐτῶν ἐπὶ τῶν γαιῶν. Ad Hebraïcam veritatẽ apertius, & ad hanc rẽ accommodatius: vocauerunt nominibus ſuis terras ſuas. c Illis reddens, quod debetur.) Significat deum merito punire malos, gratis vero fœlicitatem dare bonis. d Non fidere libertate.) Quod volebat Pelagius.

a

De lapſu filiorũ dei alienigenarũ mulierũ amore captorum, unde & omnes exceptis octo hominibus diluuio perire meruerunt. Cap. XXII.

HOc itaq; libero voluntatis arbitrio genere humano progrediente atq; creſcente, facta eſt permixtio, & iniquitate participata quædam vtriuſque cõfuſio ciuitatis, quod malũ à ſexu fœmineo cauſam rurſus inuenit, non quidem illo modo quo ab initio: Nõ enim cuiuſquam etiã tunc fallacia ſeductæ illæ fœminæ perſuaſerunt peccatum viris, ſed ab initio quæ prauis moribus fuerant in terrena ciuitate, id eſt, in terrigenarum ſocietate, amatæ ſunt à filiis dei, ciuibus ſcilicet peregrinantis in hoc ſeculo alterius ciuitatis, propter pulchritudinem corporũ, quod bonum dei quidem donum eſt [a], ſed propterea id largitur etiã malis, ne magnum bonũ videatur bonis. Deſerto itaq; magno bono & bonorum proprio, lapſus eſt factus ad bonum minimum, non bonis propriũ, ſed bonis maliſq; cõmune, ac ſic filij dei, filiarum hominũ amore ſunt capti, atq; vt eis coniugibus fruerentur in amorẽ ſocietatis terrigenæ defluxerunt, deſerta pietate, quã in ſancta ſocietate ſeruabant. Sic enim corporis pulchritudo à deo quidẽ factũ, ſed temporale, carnale, infimũ bonũ, male amatur poſtpoſito deo æterno, interno, ſempiterno bono: quẽadmodũ iuſtitia deſerta & aurũ amatur ab auaris, nullo peccato auri, ſed hominis, ita ſe habet omnis creatura. Cum enim bona ſit, & bene poteſt amari & male, bene ſcilicet ordine cuſtodito, male autem ordine perturbato. Quod in laude quidam creatoris [b] breuiter verſibus dixit:

Hæc tua ſunt, bona ſunt, quia tu bonus iſta creaſti.
Nil noſtrum eſt in eis, niſi quod peccamus amantes
Ordine neglecto pro te quod conditur abs te. Creator
aũt ſi veraciter ametur, hoc eſt, ſi ipſe nõ aliud pro illo
quod non eſt ipſe ametur, male amari nõ poteſt. Nã &
amor ipſe ordinate amãdus eſt, quo bene amatur quod
amandũ eſt, vt ſit in nobis virtus, qua viuitur bene. Vnde mihi videtur, quod diffinitio breuis & vera virtutis, ordo eſt amoris [c], propter quod in ſancto Cantico canticorũ cantat ſponſa Chriſti, ciuitas dei: Ordinate in me charitatẽ [d]. Huius igitur charitatis, hoc eſt, dilectionis & amoris ordine perturbato, deũ filij dei neglexerunt, & filias hominũ dilexerũt. Quibus duobus nominibus ſatis ciuitas vtraq; diſcernitur. Neq; enim & illi non erant filij hominũ per naturã, ſed aliud nomẽ habere cœperãt per gratiã. Nã in eadẽ ſcriptura vbi dicti ſunt dilexiſſe filias hominũ filij dei, iidẽ dicti ſunt

M

Gene. 6.

Cam. 2.

Gene. 6.

A etiam angeli dei. Vnde illos multi putant non homines fuiſſe, ſed angelos.

a QVod bonum dei quidem donũ eſt.) Sic Homerus Ilia. 9. pulchritudinem donum deorum vocat, & minime reiiciendum quum contingit. b Quod in laude quidam creatoris.) In aliis libris ſic legitur: Quod in laude quadam cerei breuiter verſibus dixi. Nihil habeo, quod hic ſequar. c Ordo eſt amoris.) Vt ametur quod opus eſt, quantum, & ſicut opus eſt. Sic Plato præfinit gradus amoris, in ratione virtutis vitaq; optime inſtituta. d Ordinate in me charitatem.) Origenes in cantica hunc ordinem charitatis facit, quem in Euãgelio deſcripſit dominus: Diliges dominũ deũ tuũ ex toto corde tuo, ex tota anima tua, ex tota mente tua; ex tota virtute tua. Diliges proximũ nõ ex toto corde, ſed ſicut teipſum, diliges inimicos non ex toto corde dixit aut ſicut teipſum, ſed tantum diligere putat eſſe ſatis.

An credendũ ſit angelos ſubſtãtiæ ſpiritalis amore ſpecioſarum mulierum captos earundem iniiſſe coniugia, ex quibus gigantes ſint creati. Cap. XXIII.

QVam quæſtionem nos tranſeunter commoratam in tertio huius operis libro reliquimus inſolutam. Vtrum poſſint angeli cũ ſpiritus ſint, corporaliter coire cum fœminis. Scriptũ eſt enim: Qui facit angelos ſuos ſpiritus: id eſt, eos qui natura ſpiritus ſunt [a], facit eſſe angelos ſuos, iniungendo eis officium nunciandi. Qui enim Græce dicitur ἄγγελος [b], quod nomen Latina declinatione [c] angelus perhibetur, Latina lingua nuncius interpretatur. Sed vtrũ eorũ corpora conſequenter adiunxerit, dicendo, Et miniſtros ſuos ignem ardentem: an quod charitate tanquam igne ſpiritali feruere debeant miniſtri eius, ambiguũ eſt: apparuiſſe tamen hominibus angelos in talibus corporibus, vt non ſolum videri, verũ etiam tangi poſſent, eadem veriſſima ſcriptura teſtatur. Et quoniã creberrima fama eſt [d], multiq; ſe expertos, vel ab eis qui experti eſſent, de quorum fide dubitandum non eſt, audiſſe confirmant, Siluanos & Faunos *, quos vulgo incubos vocant [e], improbos ſæpe extitiſſe mulieribus, & earum appetiſſe, ac peregiſſe cõcubitum. Et quoſdã dæmones, quos Duſios Galli nuncupant, hãc aſſidue immunditiam, & tentare, & efficere: plures, talesq; aſſeuerant, vt hoc negare, impudentiæ videatur. Non hic aliquid audeo temere diffinire, vtrum aliqui ſpiritus elemento aëreo corporati (nã hoc elementum etiã cũ agitatur flabello, ſenſu corporis tactuq; ſentitur) poſſint etiam hanc pati libidinem, vt quomodo poſſunt, ſentientibus fœminis, miſceantur? Dei tamen angelos ſanctos [f] nullo modo illo tempore ſic labi potuiſſe crediderim: nec de his dixiſſe Apoſtolũ Petrũ: Si enim deus angelis peccantibus non pepercit, ſed carceribus caliginis inferi retrudens tradidit, in iudicio puniendos reſeruari, ſed potius de illis qui primum apoſtatantes à deo cum diabolo principe ſuo ceciderũt: qui primũ hominem per inuidiam ſerpentina fraude decepit. Angelos autem fuiſſe etiã dei homines nuncupatos, eadẽ ſcriptura ſancta locupletiſſima teſtis eſt. Nã & de Ioãne ſcriptum eſt: Ecce mitto angelum meum ante faciẽ tuam, qui præparabit viam tuã. Et Malachias propheta, propria quadã, id eſt, ſibi proprie impertita gratia, dictus eſt angelus. Verum hoc mouet quoſdã, quod ex illis qui dicti ſunt angeli dei, & ex mulieribus, quas amauerunt, non quaſi homines generis noſtri, ſed gigãtes legimus eſſe natos, quaſi vero corpora hominũ modum noſtrum longe excedentia, quod etiam ſupra cõmemoraui, nõ etiam noſtris tẽporibus nata ſint. Nõnne ante paucos annos cum Romanæ vrbis, quod à Gothis factum eſt, appropinquaret excidium, Romæ fuit fœmina cum ſuo patre & ſua matre, quæ corpore quodãmodo gigantæo longe cæteris præmineret? Ad quã viſendam mirabilis fiebat vſquequaque concurſus? Et hoc erat maxime admirationi, quod ambo parentes eius nec ſaltem tam longi homines erant, quàm longiſſimos videre conſueuimus. Potuerunt ergo gigantes naſci, & prius quàm filij dei, qui & angeli dei dicti ſunt, filiabus hominum, hoc eſt, ſecundum hominem viuẽtium miſcerentur: filij ſcilicet Seth, filiabus Caïn. Nam & canonica ſcriptura ſic loquitur, in quo libro hæc legimus: cuius verba iſta ſunt: Et factum eſt poſtquam cœperunt homines multi fieri ſuper terram, & filiæ natæ ſunt illis, videntes angeli dei filias hominũ, quia bonæ ſunt, ſumpſerunt ſibi vxores ex omnibus, quas elegerant. Et dixit dominus deus: Non permanebit ſpiritus meus in hominibus his in æternũ, propter quod caro ſunt. Erunt autem dies eorum centum viginti anni. Gigantes autem erant ſuper terram in diebus illis. Et poſt illud cum intrarẽt filij dei ad filias hominum, & generarent ſibi, illi erant gigantes, à ſeculo homines nominati. Hæc libri verba diuini ſatis indicant, iam illis diebus fuiſſe gigantes ſuper terrã, quando filij dei acceperunt vxores filias hominum, cum eas amarent bonas, id eſt pulchras. Cõſuetudo quippe ſcripturæ [g] huius eſt, etiam ſpecioſos corpore, bonos vocare. Sed & poſtquàm hoc factum eſt, nati ſunt gigãtes. Sic enim ait: Gigantes autem erant ſuper terrã in diebus illis. Et poſt illud, cum intrarẽt filij dei ad filias hominũ. Ergo & ante in illis diebus, & poſt illud. Quod autem ait, Et generabant ſibi: ſatis oſtendit, quod prius ante quàm ſic caderent filij dei, deo generabant, nõ ſibi, id eſt, non dominante libidine coëundi, ſed ſeruiente officio propagandi: non familiã faſtus ſui, ſed ciues ciuitatis dei: quibus annunciarent tanquam angeli dei, vt ponerent in deo ſpem ſuam, ſimiles illius, qui natus eſt de Seth, filius reſurrectionis, & ſperauit inuocare nomen domini dei: in qua ſpe eſſent cum ſuis poſteris cohæredes æternorum bonorum, & ſub deo patre fratres filiorum. Non autem illos ita fuiſſe angelos dei vt homines non eſſent, ſicut quidam putant, ſed homines proculdubio fuiſſe ſcriptura ipſa ſine vlla ambiguitate declarat. Cũ enim præmiſſum eſſet, quod videntes angeli dei filias hominum, quia bonę ſunt, ſumpſerunt ſibi vxores ex omnibus quas elegerant, mox adiunctum eſt, Et dixit dominus deus, Non permanebit ſpiritus meus in hominibus his in æternum, propter quod caro ſunt. Spiritu dei quippe fuerant facti angeli dei, & filij dei, ſed declinando ad inferiora, homines dicũtur nomine naturæ, non gratiæ: dicuntur & caro deſertores ſpiritus, & deſerendo deſerti. Et ſeptuaginta quidẽ interpretes & angelos dei dixerunt iſtos & filios dei: quod quidem non omnes codices habent, nam quidã niſi filios dei non habent. Aquila autem [h] quem interpretem Iudæi cęteris anteponunt, non angelos dei, nec filios dei, ſed filios deorum interpretatus eſt. Vtrunque autem verum eſt. Nam & filij dei erant, ſub quo patre ſuorum patrum etiam fratres erant: & filij deorum, quoniam à diis geniti erant, cum quibus etiam ipſi dij erant: iuxta illud Pſalmi, Ego dixi dij eſtis: & filij excelſi omnes. Merito enim creduntur ſeptuaginta interpretes accepiſſe propheticum ſpiritum, vt ſi quid eius authoritate mutarent, atque aliter quàm erat, quod interpretabantur dicerent, neque hoc diuinitus eſſe dictum dubitaretur. Quanuis hoc in Hebræo eſſe perhibeatur ambiguum, vt & filij dei, & filij deorum, poſſet interpretari. Omittamus igitur earum ſcripturarum fabulas, quæ apocryphæ i

Pſal. 103.
Ibidem.
*aliàs, panes.
2. Petri. 2.
Gene. 3.
Matth. 11.
Mala. 3.
Gene. 6.
Pſal. 77.
Gene. 6.
Pſal. 81.

G nuncupantur, eo quòd earum occulta origo nõ claruit patribus, à quibus vsq; ad nos authoritas veraciũ scripturarũ certissima & notissima successione peruenit. In his autem apocryphis, etsi inuenitur aliqua veritas, tamen propter multa falsa nulla est canonica authoritas. Scripsisse quidem nonnulla diuina Enoch illum septimum ab Adam, negare non possumus, cum hoc
Iudæ.1. in epistola canonica [k] Iudas Apostolus dicat. Sed non frustra non sunt in eo canone scripturarum, qui seruabatur in templo Hebræi populi succedentium diligentia sacerdotum. Cur autem hoc, nisi quia ob antiquitatem suspectæ fidei iudicata sunt, nec vtrum hæc essent, quæ ille scripsisset, poterat inueniri, num talibus proferentibus, qui ea per seriem successionis reperirẽtur rite seruasse? Vnde illa quæ sub eius nomine proferuntur, etiã continent istas de gigãtibus fabulas, quod non habuerint homines patres, recte à prudentibus iudicantur non ipsius esse credenda, sicut multa sub nominibus & aliorum Prophetarum [l], & recentiora sub nominibus Apostolorum [m] ab hæreticis proferuntur, quæ omnia sub nomine apocryphorum authoritate canonica diligenti examinatione remota sunt. Igitur se-
H cundum scripturas canonicas Hebræas atq; Christianas, multos gigantes ante diluuium fuisse dubium non est, & hos fuisse ciues terrigenæ societatis hominũ, dei autem filios, qui secundum carnem de Seth propagati sunt, in hãc societatem deserta iustitia declinasse. Nec mirandũ est, quod etiam de ipsis gigantes nasci potuerunt. Neq; enim oẽs gigantes fuerunt, sed magis multi vtiq; tunc fuerunt, quàm post diluuium temporibus cęteris. Quos propterea creare placuit creatori, vt etiam hinc ostenderetur non solum pulchritudines, verũ etiã magnitudines & fortitudines corporũ nõ magni pendẽdas esse sapienti, qui spiritalibus atq; immortalibus longe melioribus atq; firmioribus & bonorũ propriis, non bonorum malorumq; cõmunibus beatificatur bonis. Quam rem alius Propheta cõmendãs ait, Ibi fuerunt gigantes illi nominati, qui ab initio fuerunt staturosi, scientes prælium. Non hos elegit dominus, nec viam scientiæ dedit illis, sed interierunt, quia non habuerunt sapientiã, perierunt propter inconsiderantiã.

a I D est, eos qui natura spiritus sunt.) Augustinum sensisse angelos & dæmonas corporibus esse præditos, legentibus eius opera, istud videlicet, & de natura dæmonũ, & de Gen. ad literã, certius est, quàm vt pluribus ostendi debeat: nec ex aliena sententia tot locis loquutus est, vt Petrus Lombardus dicit, quosdam putare, sed ex sua ipsius, sequtus nimirum nõ pudendos authores, primum Platonicos omnes, deinde Origenem, Lactantium, Basilium, & consensum ferè suo tẽpore scribentiũ. Michaël Psellus de dæmonibus, interprete Ficino, oportet enim, vt diuinus asserit Paulus, spiritus ministros, qui mittuntur, corpus habere, quo mouẽantur, gradumq; sistant, palamq; appareant. Nouerũt enim hæc mysteria, nõ aliter, quàm corpus aliud perfici posse. Quod sicubi legas in scriptura, eos incorporeos appellari, respõdeo, & nostros, & alios solere corpora quidem crassiora corpora nominare. Corpora vero tenuia, & quę aspectũ, tactũq; effugiunt, incorporea frequenter cognominare. Augustinus angelis corpora tenuissima tribuit, quæ visum omnem
Angelus. frustrentur, ad agendum apta, non ad patiendum. Talia etiã erant dæmonum corpora, cum adhuc starent: postea vero quàm ceciderunt, densiora effecta, & patibilia: quod idẽ Psellus opinatur. b Qui enim Græce dicitur ἄγγελος. ἄγγελος nuncius est: hinc ἀγγέλλω, nũcio: idcirco Hieronymus, inquit, angelum non naturæ nomen esse, sed ministerij. hinc etiam ἰσχγ λάτου præmium, quod bona nuncianti datur. Apud Homerum, & Ciceronem non semel ad Atticum. c Latina declinatione.) Et quia γ vertitur in n, & ος in us. d Et quoniã creberrima fama est.) Psellus ex Marco quodam dæmonicarum rerum maxime gnaro, refert dæmones semen iacere, ex quo perpusilla quædam oriantur animalia, habereq; membra genitalia, sed non qualia homines, excremẽtum ex illis manare: quod tamen non omnibus dæmonum generibus cõtingat, sed materiæ proximis aquẽis & terrenis, qui & alunt attracto in spongiæ
Incubi. modum humore. e Quos vulgo incubos vocant.) Ab incubando dæmones, qui mulieribus commiscentur, à superuentu incubi dicuntur, qui viris, & patiuntur muliebria sucubi. Extant hodie nonnullæ gentes, quæ originem suam habere gloriantur à dæmonibus, qui coierint cum fœminis virili forma, aut cum viris fœminea. quod turpius esse mihi videtur, quàm referre nobilitatis suæ initia in piratas, aut latrones, K
aut sicarios insignes. quod multi faciunt. Verum Aegyptij dæmonicum spiritum misceri posse fœminæ fatentur, viro negant. Græci tamen multos viros à diis adamatos tradunt, vt Hiacynthum, & Phorbantem, & Hippolytum Sicyoniũ ab Apolline, Cyparissum à Siluano. f Dei tamen angelos sanctos.) Lactantius libro secundo, capite decimo quinto, narrat angelos, quos in custodiam generis humani princeps ille delegauerat deus, cùm esset eis præceptum, ne terræ contagione maculati substantiæ cœlestis amitterent dignitatem, paulatim consuetudine fœminarum pellectos cum illis inquinatos esse: tum in cœlum ob peccata, quibus se immerserant, non receptos cecidisse in terram. Sic illos diabolus, ex angelis dei suos fecisse satellites, ac ministros. Qui autẽ sunt ex his procreati, quia neque angeli, neque homines fuerunt, sed mediam quandam naturam gerentes, non sunt ad inferos recepti, sicut nec in cœlum parentes eorum. Ita duo genera dæmonũ facta sunt: vnum cœleste, alterum terrenum. Hi sunt immundi spiritus malorum, quæ geruntur, authores, quorum idem diabolus est princeps. Et Eusebius libro quinto. Quam rem magis idem Plutarchus confirmat dicens, fabulosas de diis rationes, res quasdam significare à dæmonibus antiquissimis gestas temporibus, & ea quæ de gigantibus, & Titanibus decantantur, dæmonum fuisse operationes. [illegible] g Consuetudo quippe scripturæ.) Ex Græco καλὸς, quod vtrunque est, & bonum, & pulchrum. Sic apud Latinos Terentius in Phormione: Vt ni vis boni in ipsa inesset forma, hæc formam extinguerent. & in Eunucho de pulchritudine rogaret Gnato, quid tibi videtur hoc mancipium? respondet Parmeno, non malum. L
h Aquila autem.) Hic vertit sacros libros ex Hebræo sermone in Græcum, Adriano principe, quem curiosum & diligentem interpretem Hieronymus vocat. Hic primus post Septuaginta Græce sacra volumina interpretatus est, quem Eusebius parũ probat, sed ad id quod agimus, Hieronymus in Gen. Aquila plurali numero filios deorum ausus est dicere, deos intelligens sanctos, siue angelos. Deus enim stetit in synagoga deorum, in medio autẽ deos discernit. Vnde & Symmachus istiusmodi sensum sequens, ait. Videntes filij potentum filias hominum, & reliqua. Aquila.
i Apocryphę.) Latine absconditę, siue secretę, ἀπόκρυφος à κρύπτω quod est condo, siue recondo. Erant ea scripta, quibus publice ecclesia nõ vtebatur, sed priuatim habebat, legebatq; qui vellet: qualis erat Apocalypsis Petri Apostoli, & liber actorum eius. k Quum hoc in epistola canonica.) Hieronymus in primum caput epistolæ ad Titum, scribit librum apocryphum Enoch citatum à Iuda. Verba Iudæ sunt: Porrò Michaël archangelus dum cum diabolo in contentione super corpore Mosis altercaretur, non est ausus cum afficere maledicto, tantum dixit: Castiget te dominus. Cuius Enoch sint ista verba, parum constat. Illius enim septimi ab Adam, qui viuens à domino translatus est in meliorem vitam, non videntur esse. Nam ille multo ante Mosen fuit, nisi spiritu vatis, de vẽturis præcinebat. Ideo Hieronymus nihil aliud significat, quàm librũ illum inscriptum fuisse Enoch. l Sub nominibus & aliorum Prophetarum.) Vt Hieremiæ apud Nazaræos, sicut Augustinus dicit cap. vigesimo septimo in Matthæum. m Et recentiora sub nominibus Apostolorum.) Euangelium Thomæ, Apocalypsis Petri, Euangelium Barnabæ, quod ipsius chirographo signatum Alexandriam delatum est, Zenone principe.

Quomodo intelligendũ sit, quod eis qui diluuio perdendi erant dominus dixerit: Erunt dies eorum centum uiginti anni. Cap. XXXIII. M

VOd autem dixit deus, Erunt dies eorum cẽtum viginti annis: nõ sic accipiendũ est, quasi prænunciatum sit, post hæc homines centũ Gene.6.
viginti annos viuendo [a], non transgredi, cum & post Geneii.
diluuium etiam quingẽtos excessisse inueniamus. Sed intelligendum est hoc deum dixisse, cum circa finem quingentorum annorum esset Noë, id est, quadringentos octoginta vitę annos ageret, quos more suo scriptura quingentos vocat, nomine totius maximam partẽ plerunque significans: sexcentesimo quippe anno vitæ Noë secundo mense factum est diluuium, ac sic centũ Gene.7.
viginti anni prædicti sunt futuri vitæ hominum periturorum, quibus transactis diluuio delerentur. Nec frustra creditur sic factũ esse diluuiũ, iam nõ inuentis in terra, qui nõ erant digni tali morte defungi, qua in impios vindicatũ est, nõ quod hic quicq̃ bonis quãdoq; morituris tale gen⁹ mortis faciat aliquid quod eis possit obesse post mortẽ. Verũtamen nullus eorũ diluuio mortuus est, quos de semĩe Seth propagatos sãcta scriptura cõmemorat. Sic aũt diuinitus diluuij causa narratur. Vidẽs, inq̃t, dominus [b] deus, quia multiplicatæ

A sunt malitiæ hominum super terrã, & quod vnusquisque cogitat in corde suo diligẽter super maligna omnes dies, & cogitauit deus, quia fecit hominẽ super terram, & recogitauit, & dixit deus, Delebo hominẽ quẽ feci à facie terrę ab homine vsq; ad pec⁹, & à repẽtibus vsq; ad volatilia cœli, quia iratus sum quoniã feci eos.

a HOmines cxx. annos viuendo.) Hoc putauit Lactan. li. ij. inquit enim, Deinde orbe siccato, execratus in iustitiã prioris seculi deus, ne rursus longitudo vitę causa esset excogitandorum malorum, paulatim per singulas progenies diminuit hominis ætatem, atque in c. & xx. annis metam collocauit, quam transgredi non liceret. Hieronymus vero sic: sed erunt cxx. anni dies eorum: hoc est habebunt cxx. annos ad agendam pœnitentiam. non igitur humana vita, vt multi errant, in cxx. annos contracta est. Si quidem inuenimus quod post diluuium Abraham vixerit annos clxxv. & cæteri amplius. cc. & ccc. annis. Iosephus paulo aliter quàm Lactantius, sed ferè in eandẽ sententiam scribit, cœpisse post inundationem spatium humanæ vitæ minui vsque ad Moysen, post quem terminus humanæ vitæ in c. & xx. annis positus est, hos annos statuente deo, quot & Moysen vixisse contigit. b Videns, inquit, dominus.) Ex lxx. vbi nos habemus pœnituit, illi recogitauit ἐνεθυμήθη.

De ira dei, quæ incommutabilem trã quillitatem nulla inflammatione perturbat. Caput XXV.



IRa dei nõ perturbatio animi [a] eius est, sed iudicium, quo irrogatur pœna peccato. Cogitatio vero eius & recogitatio, mutandarum rerum est immutabilis ratio. Neque enim sicut homi-
B nem, ita deum cuiusquam facti sui pœnitet, cuius est de omnibus omnino rebus tam fixa sententia, quàm certa prę̃sciẽtia. Sed si non vtatur scriptura talibus verbis, non se quodammodo familiarius insinuabit omni generi hominum, quibus vult esse consultum, vt & perterreat superbientes, & excitet negligentes, & exerceat quærentes, & alat intelligentes. Quod nõ faceret si nõ se prius inclinaret, & quodammodo descenderet ad iacẽtes. Quod autem etiam interitum omnium animalium terrenorum volatiliumq; denunciat, magnitudinem futuræ cladis effatur, non animantibus rationis expertibus, tanquã & ipsa peccauerint minatur exitiũ.

a IRa dei non perturbatio animi.) Scripsit de ira dei librum Lactantius, ad quem cum remittat lectorem Hieronymus, merito & nos quoque remittemus.

Quod arca quam Noe iussus est facere, in omnibus Christum Ecclesiamq; significet. Cap. XXVI.

Gene.6.



IAm vero quod Noë homini iusto, & sicut de illo scriptura veridica loquitur, in sua generatione perfecto, non vtique sicut perficiendi sunt ciues ciuitatis dei in illa immortalitate, qua æquabũtur angelis dei, sed sicut esse possunt in hac peregri-
C natione perfecti, imperat deus, vt arcam faciat, in qua cum suis, id est, vxore, filiis, & nuribus, & cum animalibus, quæ ad illum ex dei prę̃cepto in arcã ingressa sunt, liberaretur à diluuij vastitate: proculdubio figura est
1.Timo.2. peregrinantis in hoc seculo ciuitatis dei, hoc est, Ecclesiæ, quæ fit salua per lignum, in quo pependit mediator dei & hominũ, homo Christus Iesus. Nã & mensurę ipsæ longitudinis, altitudinis, latitudinisq; eius, significãt corpus humanũ, in cui⁹ veritate ad homines prę̃nunciatus est venturus, & venit. Humani quippe cor-
Contra Faustum. li 12. cap. 14. poris longitudo [a] à vertice vsq; ad vestigia sexies tantum habet, quàm latitudo: quæ est ab vno latere ad alterũ latus: & decies tantũ, quàm altitudo, cuius altitudinis mensura est in latere à dorso ad ventrẽ: velut si iacentẽ hominẽ metiaris supinũ, seu pronũ, sexies tantum lõgus est à capite ad pedes, quàm latus à dextra in sinistrã, vel à sinistra in dextrã, & decies, quàm altus à terra. Vnde facta est arca trecentorum in longitudine cubitorum, & quinquaginta in latitudine, & triginta in altitudine. Et quod ostiũ in latere accepit, profecto illud est vulnus quando latus crucifixi lancea perfora-
tum est. Hac quippe ad illum venientes ingrediuntur: D
quia inde sacramenta manarunt, quibus credẽtes initiãtur. Et quod de lignis quadratis fieri iubetur, vndiq; stabilem vitam sanctorum significat. Quacũque enim verteris quadratum, stabit. Et cætera quæ in eiusdem arce constructione dicuntur, ecclesiasticarũ signa sunt rerum [b]. Sed ea nunc persequi longum est: & hoc iam fecimus in opere, quod aduersus Faustum Manichaeũ Contra
scripsimus, negantem in libris Hebræorum aliquid de Faustũ. li.
Christo esse prophetatum. Et fieri quidem potest, vt & 12. cap. 38.
nobis quispiam, & alius alio exponat hæc aptius, dum & 39.
tamen ea quæ dicuntur, ad hanc de qua loquimur, dei ciuitatem in hoc seculo maligno tanquam in diluuio peregrinantem, omnia referantur, si ab eius sensu, qui ista conscripsit, non vult longe aberrare, qui exponit. Exempli gratia, Velut si quispiam quod hic scriptum est: Inferiora bicamerata & tricamerata [c] facies: non quod ego in illo opere dixi, velit intelligi: quia ex omnibus gentibus Ecclesia congregatur, bicameratam dictam, propter duo genera hominum, circumcisionem
scilicet, & præputium: quos Apostolus & alio modo di Roma.3.
cit Iudæos, & Græcos [d]. Tricameratam vero, eo quod omnes gentes de tribus filiis Noë post diluuium reparatæ sunt: sed aliud dicat aliquis, quod à fidei regula nõ E
sit alienum. Nam quoniam non solum in inferioribus mansiones habere arcam voluit, verum etiam in superioribus: & hæc dixit bicamerata: & in superioribus superiorum: & hæc appellauit tricamerata: vt ab imo, sursum versus, tertia consurgeret habitatio. Possunt hæc intelligi, & illa tria, quæ commendat Apostolus: fides, 1.Cor.13.
spes, charitas. Possunt etiam multo conuenientius tres illæ vbertates Euangelicæ tricena, sexagena, centena: Matt.13.
vt in infimo habitet pudicitia coniugalis, supra vidualis, atque hac superior virginalis: & si quid melius secundum fidem ciuitatis huius intelligi, & dici potest. Hoc etiam de cæteris quæ hic exponenda sunt, dixerim: quia & si non vno disseruntur modo, ad vnam tamen catholicæ fidei concordiam reuocanda sunt.

a HVmani quippe corporis lõgitudo.) Idem scribit in Faustum Manichæum li. xij. Quod sexies, inquit, longa ad latitudinẽ suam, & decies ad altitudinem suam humani corporis instar ostendit, quia in corpore humano Christ⁹ apparuit. Ambro. in li. de Noë & Arca. magnitudinem arcæ ad corpus humanum refert, sed alia ratione, quàm hic Augustinus. b Ecclesiasticarum signa sunt rerum.) Petrus quoque Apostolus per arcam illam ẽtelligi vult ecclesiã. prima Petri tertio. Ex quo & Hieronymus contra Iouinianum, & contra Luciferianos, arcam esse ecclesiam ostendit. Et Cyprianus in sermone de spiritu sãcto, si modo eius est id operis. De arcæ quoque interpretatione allegorica Origenes multa, & alij sacri scriptores. c Bicamerata & tricamerata.) Origenes formam declarat. Duæ erant infimæ regiones arcæ, tres super illas, & continua contignatione iunctæ, vt alia F
super aliam esset, in imam reddebant excrementa: in secũdam seruabãtur pabula omniũm animãtium: & hæ erant duæ cameræ. Sequebantur tres. In prima feræ bestiæ & immites: in secunda mitiores, in tertia homines. Iosephus tamen quatuor in arca dicit fuisse cameras, quum alij quinque ponant, vt dixi. Author historiæ scholasticæ forte dicit, prætermissam esse à Iosepho sentinam. d Iudæos & Græcos.) Ex linguis distinxit. Hi enim omnes, quibus cum Paulus versabatur, aut Hebraïce loquebantur, hi erant Iudæi: aut Græce, hi erant Gentiles. Nam Romæ etiam sic loquebantur omnes Græce, vt nos nunc Romane.

De arca atque diluuio: nec illis esse consentiendum, qui solam historiam recipiunt sine allegorica significatione; nec illis qui solas figuras defendunt, repudiata historica ueritate. Caput XXVII.

NOn tamẽ quisquam putare debet, aut frustra hæc esse conscripta, aut tantummodo rerum gestarum veritatem, sine vllis allegoricis significationibus hic esse quærendam, aut ecõtrario hæc omnino gesta non esse, sed solas esse verborum figuras, aut quicquid illud est, nequaquàm ad prophetiam ecclesię pertinere. Quis enim nisi mẽte peruersus ina-

G niter ſcriptos eſſe contendat libros per annorum milia tãta religione, & tam ordinatæ ſucceſſionis obſeruantia cuſtoditos: aut ſolas res geſtas illic intuendas, vbi certe vt alia omittam, ſi numeroſitas animalium cogebat arcæ tantam fieri magitudinem, immunda bina, & munda ſeptena intromitti animalia, quid cogebat, cum æquali numero poſſent vtraque ſeruari? Aut vero deus, qui propter reparandũ genus ſeruanda præcepit, eo modo illa quo inſtituerat, reſtituere non valebat? Qui vero non eſſe geſta, ſed ſolas rerum ſignificandarum figuras eſſe cõtendunt, primum opinantur tam magnum fieri nõ potuiſſe diluuium, vt altiſſimos
Gene.7. montes quindecim cubitis aqua creſcendo tranſcẽderet, propter Olympi verticem [a] montis, ſupra quẽ per-
*†als conceſſere. hibentur nubes non poſſe conſcendere *†, quod tam ſublimis quàm cœlũ ſit [b], vt non ibi ſit aër iſte craſſior, vbi venti, nebulæ imbresq; gignuntur, nec attendunt omnium elementorum craſſiſſimam terram ibi eſſe potuiſſe. An forte negant eſſe hanc terram verticem montis? Cur igitur vſque ad illa cœli ſpatia terris exaltari licuiſſe, & aquis exaltari non licuiſſe contendunt, cum iſti menſores & penſores elementorum, aquas ter
H ris perhibeant ſuperiores atque leuiores? Quid iraque rationis afferunt, quare terra grauior & inferior locũ cœli tranquillioris inuaſerit per volumina tot annorum, & aqua leuior ac ſuperior permiſſa non ſit hoc facere, ſaltem ad tempus exiguum? Dicunt etiam nõ potuiſſe capere [c] arcæ illius quantitatem animalium genera tam multa in vtroque ſexu, bina de immundis, ſeptena de mundis. Qui mihi videntur non computare niſi trecenta cubita lõgitudinis, & latitudinis quinquaginta, triginta altitudinis, nec cogitare aliud tantũ eſſe in ſuperioribus, itemq; aliud tantum in ſuperioribus ſuperiorũ, ac per hoc ter ducta illa cubita fieri nõgenta per longum, centum quinquaginta per latum,
Acto.7. nonaginta per altum. Si autem cogitemus quod Origentes non ineleganter aſtruxit, Moyſen ſcilicet hominem dei eruditum, ſicut ſcriptum eſt, omni ſapientia Aegyptiorum qui Geometricam dilexerunt, Geometrica cubita ſignificare potuiſſe, vbi vnum quãtum ſex noſtra valere aſſeuerant, quis non videat, quantum rerum capere potuit illa magnitudo? Nam illud quod
I diſputant tantæ magnitudinis arcam nõ potuiſſe cõpingi, ineptiſſime calumniantur, cum ſciant immenſas vrbes fuiſſe conſtructas, nec attendunt centum annos, quibus arca illa eſt fabricata, niſi forte lapis lapidi adhærere poteſt ſola calce coniunctus, vt murus per tot milia circumagatur [d], & lignum ligno per ſuſtudines [e], epiros [f], clauos & gluten bituminis non poteſt adhærere, vt fabricetur arca, non curuis ſed rectis lineis longe lateq; porrecta, quam nullus in mare mittat conatus hominum, ſed leuet vnda cũ venerit naturali ordine põderum, magisq; diuina prouidentia, quàm humana prudentia natantẽ gubernet, ne incurrat vbicunque naufragium. Quod autẽ ſcrupuloſiſſime quæri ſolet de minutiſſimis beſtiolis, nõ ſolũ quales ſunt mu res & ſtelliones [g], verũetiam quales locuſtæ, ſcarabei, muſcę deniq; & pulices, vtrũ non amplioris numeri in arca illa fuerint, quàm qui eſt definitus, cũ hoc impe-
Gene.1. raret deus: prius admonẽdi ſunt, quos hæc mouent, ſic accipiendũ eſſe quod dictũ eſt, Quę repunt ſuper terrã: vt neceſſe nõ fuerit conſeruari in arca, quæ poſſunt in aquis viuere: non ſolũ merſa, ſicut piſces: verũ etiam ſupernatantia, ſicut multę alites [h]. Deinde quum dicitur, Maſculus & fœmina erunt: profecto intelligitur ad reparãdum genus dici: ac per hoc nec illa neceſſe fue- K
rat ibi eſſe, quæ poſſunt ſine concubitu, de quibuſq; rebus, vel rerum corruptionibus naſci: vel, ſi fuerunt, ſicut in domibus eſſe conſueuerũt, ſine vllo numero definito eſſe potuiſſe: aut, ſi myſterium ſacratiſſimũ quod agebatur, & tantæ rei figura etiam in veritate facti aliter non poſſet impleri, niſi vt omnia ibi certo illo numero eſſent, quæ viuere in aquis natura prohibente non poſſent, non fuit iſta cura illius hominis, vel illorum hominũ, ſed diuina. Non enim ea Noë capta intromitte-
bat, ſed venientia & intrantia permittebat. Ad hoc Gene.6.
enim valet, quod dictum eſt, Intrabunt ad te: non ſcilicet hominis actu, ſed dei nutu, ita ſanè, vt non illic fuiſſe credenda ſint, quæ ſexu carent. Præſcriptum eſt enim, atq; definitum: maſculus & fœmina erunt. Alia ſunt quippe, quæ de quibuſq; rebus ſine concubitu ita naſcũtur, vt poſtea concũbãt, & generẽt, ſicut muſcæ [i]: alia vero in quibus nihil ſit maris, & fœminæ, ſicut apes [k]. Ea porrò quæ ſic habent ſexum, vt non habeant fœtum, ſicut muli & mulæ, mirum ſi ibi fuerunt, ac nõ potius parentes eorum ibi fuiſſe ſuffecerit, equinum videlicet, atq; aſininum genus: & ſi aliqua alia ſunt [l], quæ
commixtione diuerſi generis, genus aliquod gignunt. L
Sed & ſi hoc ad myſterium pertinebat, ibi erant. Habet enim & hoc genus maſculum & fœminam. Solet etiã mouere nõnullos genera eſcarum, quæ illic habere poterant animalia, quæ non niſi carne veſci putãtur, vtrũ præter numerum ibi fuerint ſine tranſgreſſione mandati, quæ aliorum alendorum neceſſitas illic coëgiſſet includi: an vero, quod potius eſt credendum [m], præter carnes, aliqua alimenta eſſe potuerunt, quæ omnibus conuenirent. Nouimus enim quàm multa animalia, quibus caro cibus [n] eſt, frugibus, pomisq; veſcantur, & maxime fico, atque caſtaneis. Quid ergo mirum, ſi vir ille ſapiens, & iuſtus, etiam diuinitus admonitus, quid cuiq; congrueret ſine carnibus aptam cuiq; generi alimoniam præparauit, & recõdidit? Quid eſt autem, quo veſci non cogeret fames? aut quid non ſuaue, ac ſalubre facere poſſet deus, qui etiam, vt ſine cibo viuerent, diuina facilitate donaret: niſi vt paſcerẽtur etiam hoc implendæ figuræ tanti myſterij conueniret? Non autẽ ad præfigurandam eccleſiam pertinere tam multiplicia
rerum ſigna geſtarum, niſi fuerit contentioſus, nemo M
permittitur opinari. Iam enim gentes ita eccleſiam repleuerunt, mundiq;, & immundi, donec certum perueniatur ad finem: ita eius vnitatis quadam compagine continentur, vt ex hoc vno manifeſtiſſimo etiã de cæteris, quæ obſcurius aliquanto dicta ſunt, & difficilius agnoſci queunt, dubitari phas non ſit. Quæ cũ ita ſint, ſi nec inaniter iſta conſcripta eſſe putare quiſquam, vel durus audebit: nec nihil ſignificare cum geſta ſint: nec ſola dicta eſſe ſignificatiua nõ facta: nec aliena eſſe ab eccleſia ſignificanda probabiliter dici poteſt, ſed magis credendum eſt, & ſapienter eſſe memorię literisq; mãdata, & geſta eſſe, & ſignificare aliquid, & ipſum aliquid ad præfigurandam eccleſiam pertinere. Iam vſq; ad hunc articulum perductus liber iſte claudẽdus eſt: vt ambarum ciuitatum curſus, terrenæ ſcilicet, ſecundum hominem viuentis, & cœleſtis ſecundum deum poſt diluuium, & deinceps in rebus conſequẽtibus requiratur.

PRopter olympi verticẽ.) Olympos mõtes aliquot referunt geographi. Hic, de quo loquitur, eſt in Theſſalia, decem ſtadiorũ altitudine, vt inquit Plutarchus in Aemilio Paulo: cacumen eius locũ in quo nubes & venti fiunt, ſuperare creditur: argumẽto eſt cinerem ſacrificiorũ toto anno nec diffiari, nec diui, vt Solinus ſcribit: quod a *Olympus.*
fabuloſum

A fabuloſum eſſe dicit Franciſcus Philelphus, qui ſe montẽ aſcendiſſe affirmat, vt rem tantam explo raret. Et profecto difficile hoc videtur, vel in Olympo, vel Atho Macedonię, vel in quouis alio monte, cum ambitum terræ, per verticem altiſſimi mõtis ductum halitus terræ vaporéſque humorum excedant, præſertim vbi iuges ſunt fontes, & fluuij materia imbrium ventorumq;. b Quod tam ſublimis, quàm cœlum ſit.) Alibi: Quod tam ſublime iam cœlum ſit. Significat ob altitudinẽ cœlum eſſe à poëtis vocatũ, authore Homero, cũ aliis multis locis, tum vero xj. Iliad. vbi domos deorum, ſedéque, in Olympo deſcribit. c Dicunt etiam non potuiſſe capere.) Origen. homil. ij. in Gen. Quam ego puto, quantũ ex his, quæ deſcribuntur apparet, quatuor angulis ex vno conſurgẽtibus eiſdemq; paulatim, vſque ad ſummum in anguſtum attractis in ſpatium vnius cubiti fuiſſe collectam. Sic enim refertur quod in fundamẽtis eius trecenti cubiti in longitudine, in latitudine vero quinquaginta ſint poſiti, triginta autem in altitudine ædificati: ſed collectam in cacumen anguſtum, ita vt cubitus ſit latitudinis & longitudinis eius. & pôſt: Veritatem quãtum ad neceſſitatem pluuiarum & diluuij ſpectat, nulla potuit tam conueniens & congrua arce ſpecies dari, quàm vt è ſummo, velut è recto quodam in anguſtum culmine ducto, diffunderet imbrium ruinas, & ima in aquas quadrata ſtabilitate conſiſtens, nec impulſu ventorum, nec impetu fluctuum, nec inquietudine animaliũ, quæ intrinſecus erãt, aut inclinari poſſet, aut mergi. Sed his omnibus tanta arte compoſitis, obiiciunt quidã quæſtiones, & præcipue Apelles, qui fuit diſcipulus quidem Marcionis, ſed alterius hęreſeos magis, quàm eius, quàm à magiſtro ſuſcepit, inuẽtor. Quomodo, inquit, fieri potuit iſtud ſpatium, quod ſcriptum eſt, vt quatuor ſaltem ſolos elephantos capere potuerit? Aiebãt ergo maiores, quod Moyſes, qui, vt de eo ſcriptura teſtatur, omni ſapientia Aegyptiorum fuerat eruditus, ſecundum artem Geometricam, quã præ-
B cipue Aegyptij callent, cubitorum numeros in hoc loco poſuit. Apud Geometras enim ſecundum eam rationem, quę apud eos virtus vocatur, & ſolido, & quadrato, vel in ſex cubitos vn [o] deputatur, ſi generaliter, vel trecentos, ſi minutatim dicatur. Quæ vtique ratio, ſi obſeruetur in huius arcæ menſura, inuenientur, & longitudinis, & latitudinis tanta ſpatia, quæ vere totius mundi reparanda germina, & vniuerſorum animantiũ capere rediuiua ſeminaria potuerint. Tantum Origenes. d Vt murus per tot milia circũagatur.) Vt murus Babylonis Chaldææ, aut Romæ, aut Memphis, aut Nini. Sed in Thracia eſt vrbs, quam Græci μακρὰν τεῖχος vocant, quod illinc inciperet murus ſupra fidem ingens vſque ad ſinum Melicum, excluderétque Cheroneſum à reliqua Thracia. Milciades dux Athenien. fecit. Ille quoque eſt huic ſimilis, quem à lacu Lemano ad montẽ Iuram, qui fines Sequanorum ab Heluetiis diuidit, Cæſar duxit milium paſſuum nouemdecim, altitudinis pedum. xvj. Cæſar primo cõmen. belli Gallici. Seuerus quoque murum fecit in Britannia, quo Barbaros à ſuis diſcreuit. e Per ſuſtudines.) Legendum ſubſcudines. ta-
Subſcudes. bellæ ſunt, quibus maiores tabulæ inter ſe compinguntur. Vitruuius lib. iiij. cæq; trabes compactiles ponantur, vt tantam habeant craſſitudinẽ, quantam ſummę columnæ erit hypotrachelium, & ita ſint cõpactæ ſubſcudibus, & ſecuriclis, vt compactura duorũ digitorũ habeat laxationẽ. f Epiros.) Vel mendoſe ſic legitur, vel quærendum quid rei ſit.
g Scelliones.) Sunt ex genere lacertorum, qui morſu ſtupefaciunt, & ex genere arancorum. Plinius libro. viij. & ix. & Ariſtoteles. h Multæ alites.) Anates, cygni, cincli, cataractæ, flori. i Vt poſtea cõcubent, & generent ſicut muſcæ.) Muſcæ ſunt de iis, quæ ex non genitis gignuntur. De fece enim creatæ ipſæ coitu maris & fœmellæ vermiculum gignunt, qui in muſcam ſenſim formatur. vt Ariſtote. v. de hiſto. animaliũ ſcribit.
k Alia vero in quibus nihil ſit ma. & fœ. ſicut apes.) Ariſtote. v. de animalibus non conſtare dicit, quomodo apes generentur, aliis negantibus
C coire, ſed aliunde deportare fœturã, nec vnde tamen conuenit: alij ex flore callinthri, alij arundinis, alij oleæ putant. Verg. etiam. iiij. Georgico. gignere eas non putauit. Sic enim ait:

Illum adeo placuiſſe apibus mirabere morem,
Quod nec concubitu indulgent, nec corpora ſegnes
In Venerem ſoluunt, aut fœtus nixibus ędunt,
Verum ipſæ è foliis natos, & ſuauibus herbis.
Ore legunt. Sunt qui apes omnes fœminas credant, fucos mares ita coire: gigni vero ex bubulis carnibus conuenit. l Et ſi aliqua alia ſunt.) Vt lyciſca, lupi & canis, ſed Pli. lib. viij. obſeruatũ eſſe dicit à duobus diuerſi generis nata, tertij generis fieri, & neutri parentum eſſe ſimilia, eaq; ipſa, quæ ita nata ſunt, nõ gignere in omni animaliũ genere, idcirco mulas non pãrere. Sed de partu mularũ alia quæſtio: nam peperiſſe memoriæ eſt traditum, & geſtare vterum frequentius eſt, tum etiam in Cappadocia vulgare, vt inquit Theophraſtus, & in Syria ſupra Phœnicen, vt Ariſtoteles: ſed hæ diuerſi generis quàm noſtræ. m An vero quod potius credendum.) Origenes putat carnesediſſe illa animalia.
n Nouimus enim quàm multa animalia, quibus caro cibus.) Canes, corui, vulpes quum non dantur carnes, frugibus veſcuntur, & maxime ficis, & caſtaneis, quæ non ſecus & explent, & alunt quàm carnes.

FINIS.

Elenchus

ELENCHVS D

CAPITVM IN DIVI AVRELij Auguſtini de Ciuitate dei, Librum decimumſextum.

1 An poſt diluuium à Noë vſq; ad Abraham aliquæ familiæ ſecundum deum viuentium reperiantur.
2 Quid in filiis Noë prophetice fuerit prefiguratũ.
3 De generationibus trium filiorum Noë.
4 De diuerſitate linguarum principioq; Babylonis.
5 De deſcenſione domini ad confundendam linguã ædificantium turrim.
6 Qualis intelligenda ſit locutio qua deus angelis loquitur.
7 An omne beſtiarum genus etiam remotiſſimæ à terris inſulæ ex eo numero acceperint, qui in arca diluuij inundatione ſeruatus eſt.
8 An ex propagine Adam vel filiorum Noë quædã genera hominum monſtruoſa prodierint.
9 An inferiorem partem terræ quæ noſtræ habitationi contraria eſt, Antipodas habere credendum ſit. E
10 De generatione Sem, in cuius progenie tẽdens ad Abraham ciuitatis dei ordo dirigitur.
11 Quod ea primitus lingua in vſu hominum fuerit, quæ poſtea Hebræa ab Heber nomine nuncupata eſt, & in cuius familia remanſit, cum diuerſitas eſſet facta linguarum.
12 De articulo tẽporis in Abraham, à quo ſanctæ ſucceſſionis nouus ordo contexitur.
13 Quæ ratio feciſſe videatur, vt in tranſmigratione Thare qua Chaldæos deſerens in Meſopotamiã tranſiuit, nulla filij eius Nachor facta ſit mẽtio.
14 De annis Thare qui in Charra vitæ tempus impleuit.
15 De tempore promiſſionis Abrahæ, qua ſecundum præceptum dei exiuit de Charra.
16 De ordine & qualitate promiſſionum dei, quæ ad Abraham factæ ſunt.
17 De tribus excellentioribus gentium regnis, quorũ, id eſt, Aſſyriorum iam Abrahã ſublimius eminebat. F
18 De iterato alloquio dei ad Abraham, quo ei & ſemini eius Chanaam terra promittitur.
19 De Saræ pudicitia in Aegypto per dominum cuſtodita, quam Abraham non vxorem ſuam eſſe dixerat, ſed ſororem.
20 De ſeceſſione Loth, & Abrahæ, quę illis ſalua charitate complacuit.
21 De tertia promiſſione dei qua terram Chanaan Abrahę & ſemini eius in perpetuum pollicetur.
22 De ſuperatis ab Abraham hoſtibus Sodomorum, quãdo Loth de capitiuitate eripuit, & à Melchiſedech ſacerdote benedictus eſt.
23 De verbo domini ad Abraham, quo ei promittitur ſecundum multitudinem ſtellarum multiplicanda poſteritas, quod credens iuſtificatus eſt adhuc in præputio conſtitutus.
24 De ſignificatione ſacrificij quo Abraham offerre præceptus eſt, cũ popoſciſſet, vt de his quæ crediderat doceretur.
25 De Agar ancilla Saræ, quam eadem Sara Abrahæ voluit eſſe concubinam.

26 De te-

G 26 De testificatione ad Abraham, qua eidem seni de sterili Sara filium spopondit, patremq; eum gẽtium statuit, & promissi fides sacramento circũcisionis obsignatur.
27 De masculo qui si octauo die non fuerit circuncisus, perit anima eius, quia testamẽtum dei dissipauit.
28 De commutatione nominũ Abrahę & Saræ *, qui cum ob vnius sterilitatem, ob vtriusq; autẽ senectutem generare non possent, munus fœcunditatis adepti sunt.
29 De tribus viris vel angelis, in quibus ad quercum mambræ adparuisse Abrahæ dominus manifestatur.
30 De Loth à Sodomis liberato, atque eisdem cœlesti igne consumptis, & de Abimelech, cuius concupiscentia castitati Saræ nocere non potuit.
31 De Isaac secundum promissionem nato, cuius nomen ex risu vtriusq; parentis est inditum.
32 De obedientia & fide Abrahæ, qua per oblationem immolãdi filij probatus est, & de morte Saræ.
33 De Rebecca nepte Nachor, quam Isaac accepit vxorem.
H 34 Quid intelligendum sit in eo quod Abraham post mortem Saræ accepit vxorem Cethuram.
35 De geminis adhuc in vtero Rebeccæ matris inclusis, quid indicauerit diuina responsio.
36 De oraculo & benedictione, quam Isaac non aliter quàm pater ipsius merito eiusdem ac dilectione accepit.
37 De his, quæ in Esaü & Iacob mystice præfigurãtur.
38 De missione Iacob in Mesopotamiam ad accipiẽdam vxorẽ, & de visione quam in itinere somniauit, & de quatuor ipsius fœminis cum vnam petisset vxorem.
39 Quæ ratio fuerit vt etiam Israël cognominaretur.
40 Quomodo Iacob cum septuaginta quinq; animabus Aegyptum narretur ingressus, quum plerique ex eis qui commemorantur, tempore posteriore sint geniti.
I 41 De benedictione, quam in Iudã filiũ suũ promisit.
42 De filiis Ioseph, quos Iacob prophetica manuum suarum transmutatione benedixit.
43 De temporibus Moysi & Iesu Naue ac Iudicum, atq; exinde regum, quorum quidẽ Saül primus est, sed Dauid præcipuus & sacramento habetur, & merito.

**aliâs Saryæ. & sic deinceps.*

D. AVRELII AVGVSTINI Episcopi, de Ciuitate dei ad Marcellinum Lib. XVI.

An post diluuium à Noë usque ad Abraham aliquæ familiæ secundum deum uiuentium reperiantur. Caput I.

POST diluuiũ procurrentis sanctæ vestigia ciuitatis, vtrũ continuata sint, an intercurrentibus impietatis interrrupta temporibus, ita vt nullus hominũ veri vnius dei cultor existeret ad liquidum scripturis loquentibus inuenire difficile est, propterea quia in canonicis libris post Noë, qui cum coniuge, ac tribus filiis, totidemq; nuribus suis meruit per arcam à vastatione diluuij liberari, non inuenimus vsque ad Abraham cuiusquàm pietatẽ euidenti diuino eloquio prædicatam, nisi quod Noë duos filios suos Sem & Iaphet prophetica benedictione commendat, intuens & præuidens, quod lõge fuerat post futurum. Vnde factũ est etiam illud, vt filium suum mediũ, hoc est primogenito minorem *, vltimoq; maiorem, qui peccauerat in patrem, non in ipso, sed in filio eius suo nepote maledideret his verbis: Maledictus Chanaan puer, famulus erit fratribus suis. Chanaan porrò natꝰ fuerat ex Chã, qui patris dormientis nec texerat, sed potius prodiderat nuditatem. Vnde & consecutus [a] adiungit benedictionem duorum maximi & minimi filiorum dicens: Benedictus dominus deus Sem, & erit Chanaan puer illius: lætificet deꝰ Iaphet, & habitet in domibꝰ Sem [b]: sicut ipsa eiusdem Noë & vineæ plantatio, & ex eius fructu inebriatio, & dormiẽtis nudatio, & quę ibi cętera facta atq; conscripta sunt propheticis sunt grauidata sensibus, & velata tegminibus.

**aliâs iuniorem.*

Gene. 9.

IOANNIS LODO. VIVIS Valentini in XVI. Lib. de Ciuitate dei diui Augustini commentarij.

ET cõsecutus.) Alij, quod secutus: & alij, etiam quod sequutus. melius. Illuc enim refertur, prophetica sunt grauidata sensibus. a
b Et habitet in domibus Sem.) De nobis Christianis intelligi vult Hieronymus, qui expulsis Iudæis habitamus in eruditione & scientia scripturarum. L

Quid in filiis Noë prophetice fuerit præfiguratum. Caput II.

SEd nunc rerum effectu iam in posteris consecuto quę operta fuerant, satis aperta sunt. Quis enim hæc diligenter & intelligẽter aduertens, non agnoscat in Christo? Sem quippe de cuius semine in carne natus est Christus, interpretatur nominatus. Quid autem nominatius Christo, cuius nomen vbiq; iam fragrat, ita vt in Cãtico canticorũ, etiã ipsa prącinente prophetia, vnguento comparetur effuso: in cuius domibus, id est, Ecclesiis habitat gentiũ latitudo? Nã Iaphet latitudo interpretatur. Cham porrò qui interpretatur calidus, medius Noë filius tanquam se ab vtroque discernens, & inter vtrunque remanens, nec in primitiis Israëlitarum, nec in plenitudine gentium, quid significat nisi hæreticorum genus calidũ, nõ spiritu sapientiæ, sed spiritu versipellis astutiæ [a], quod solent hæreticorum feruere præcordia, & pacem perturbare sanctorum? Sed hæc in vsum cedunt proficiẽtium, iuxta illud Apostoli: Oportet hæreses esse, vt probati manifesti fiãt in vobis. Vnde etiam scriptum est, Filius eruditus sapiens erit: imprudente autem ministro vtetur. Multa quippe ad fidem catholicam pertinentia, dum hęreticorum calida inquietudine exagitantur, vt aduersus eos defendi possint, & considerantur diligentius, & intelligũtur clarius, & instãtius prædicãtur, & ab aduersario mota quæstio, discẽdi existit occasio quãuis non solum qui sunt apertissime separati, verũetiam omnes qui Christiano vocabulo gloriãtur, & perdite viuunt, non absurde possunt videri medio Noë filio figurari: passionem quippe Christi, quæ illius hominis nuditate significata est, & annunciant profitendo, & male agendo exhonorãt. De talibus ergo dictum est: Ex fructibus eorũ cognoscetis eos. Ideo Cham in filio suo maledictus est tanquã in fructu suo, id est, in opere suo. Vnde conuenienter & ipse filius eiꝰ Chanaan interpretatur motus eorum quod aliud quid est quàm opus eorum? Sem vero & Iaphet tanquam circun-

Canti. 1.

1. Corin. 11.

Mat. 7.

A circũcisio, & præputium, vel sicut alio modo eos appellat Apostolus, Iudæi, & Græci, sed vocati, & iustificati, cognita quoquo modo nuditate patris, qua significabatur passio redemptoris, sumentes vestimentum, posuerunt supra dorsa sua, & intrauerũt auersi, & operuerunt nuditatem patris sui, nec viderunt quod reuerendo texerũt. Quodam enim modo in passione Christi, & quod pro nobis factum est honoramus, & Iudæorũ facinus auersamur. Vestimentum significat sacramẽtum, dorsum memoriam præteritorum, quia passionẽ Christi eo scilicet iam tempore quo habitat Iaphet in domibus Sem, & malus frater in medio eorũ trãsactã celebrat ecclesiam, non adhuc prospectat futuram. Sed malus frater in filio suo, hoc est, in opere suo, puer, id est, seruus est fratrum bonorum [b], cum ad exercitationem patientiæ, vel ad profectũ sapientiæ scienter vtũtur malis boni. Sunt enim teste Apostolo qui Christũ annunciant non caste. Sed siue occasione, inquit, siue veritate Christus annuncietur, in hoc gaudeo, sed & gaudebo. Ipse quippe plãtauit vineã, de qua dicit Propheta: Vinea domini sabaoth domus Israël est, & bibit de vino eiꝰ. Siue ille calix hic intelligatur, de quo dicit, Potestis bibere calicẽ, quẽ ego bibiturus sum? &, Pater, si fieri potest, transeat à me calix iste: quo suam sine dubio significat passionem. Siue quia vinum fructus est vineæ, hoc potiꝰ illo significatũ est, quod ex ipsa vinea, hoc est ex genere Israelitarũ carnẽ pro nobis & sãguinẽ vt pati posset, assumpsit, & inebriatus est, id est, passus est & nudatus. Ibiq; nanq; nudatus* est, apparuit eiꝰ infirmitas, de qua dicit Apls: Et si crucifixꝰ est ex infirmitate. Vnde itẽ dicit, Infirmũ dei fortius est hoĩbus: & stultũ dei, sapiẽtiꝰ est hoĩbꝰ. Quod vero cũ dictũ esset, & nudatꝰ est: addidit scriptura, ĩ domo sua: elegãter ostẽdit, quod à suę carnis gẽte, & domesticis sanguinis sui vtiq; à Iudæis fuerat crucẽ mortẽq; passurus. Hanc passionem Christi foris in sono tantum vocis reprobi annunciant. Non enim quod annunciant intelligunt. Probi autem in interiore homine habent tam grande mysterium, atq; honorant intus in corde infirmum & stultum dei: quia fortius est, & sapientius hominibus. Huius rei figura est, quod Cham exiens hoc nunciauit foris: Sem vero & Iaphet, vt hoc velarent, id est, honorarẽt ingressi sunt, hoc est, interius id egerunt. Hæc scripturæ secreta diuinæ indagamus vt possumus: alius alio magis minúsve cõgruẽter, verũtamẽ fideliter: certũ tenentes non ea sine aliqua præfiguratione futurorũ gesta atq; conscripta: neq; nisi ad Christum & eius ecclesiam, quæ ciuitas dei est, esse referẽda: cuius ab initio generis humani non defuit prædicatio, quã per omnia videmus impleri. Benedictis igitur duobus filiis Noë, atq; vno θ in θ medio eorum maledicto, deinceps vsq; ad Abrahã de iustorum aliquorum, qui pie deum colerent cõmemoratione silitum * est per annos amplius quàm mille. Nec eos defuisse crediderim, sed si omnes commemorarentur, nimis longum fieret: & esset hæc magis historica diligentia, quàm prophetica prouidẽtia. Illa itaq; exequitur literarum sacrarũ scriptor istarum: vel potius per eum dei spiritus, quibus non solum narrentur præterita, verũetiam prenuncientur futura, quæ tamen pertinent ad ciuitatem dei: quia & de hominibus, qui non sunt ciues eius, quicquid hic dicitur, ad hoc dicitur, vt illa ex comparatione contraria, vel proficiat, vel emineat. Non sanè omnia, quæ gesta narrantur aliquid etiam significare putanda sunt: sed propter illa, quæ aliquid significant, etiam ea, quæ nihil significant, attexũtur. Solo enim vomere terra proscinditur: sed vt hoc fieri possit, etiam cętera aratri mẽbra [c] sunt necessaria. Et soli nerui in citharis atq; huiusmodi vasis musicis aptantur ad cantum, sed vt aptari possint, insunt & cętera in compaginibus organorum [d], quæ non percutiuntur, à canentibus, sed ea, quæ percussa resonant, his connectuntur. Ita in prophetica historia dicuntur & aliqua, quæ nihil significant, sed quibus adhæreant, quæ significant & quodãmodo religẽtur.

**aliâs, nudata.*

2. Corin. 13

2. Corin. 1.

**aliâs, silentium.*

Philip. 1.

Esa. 5.

Math. 20.

Math. 26.

SEd spiritu versipellis astutiæ.) Alibi legitur, non spiritu patientię, sed impatientiæ, quo solent hæreticorum feruere primordia. & si præcordia congruentius legitur. a
b Puer, id est, seruus est fratrum bonorũ.) Puer pro seruo Latine ponitur, sicut Græce παῖς, quod est item ambiguum, quo vocabulo vsi sunt Lxx. ἐπικατάρατος Χαναὰν, παῖς οἰκέτης ἔσται τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ. Execrabilis Chanaan, seruus domesticus erit fratribus suis. Nugatur Chrysippus, quum discrimen fecit inter οἰκέτην καὶ δοῦλον· οὐδὲ οἰκέτης μὲν ὁ ἐξ ὑποκτήσιμος δοῦλος ἢ ὁ ἀπελεύθερος. Ammonius aliter, sed nihil ad hãc rẽ, certe οἰκέτης seruus est in re familiari ministrãs διακονικῶς. c Etiã cętera aratri membra.) Dentalia, temo, buris, manipula stiua. d Compaginibus organorum.) Omnia instrumenta musica significat, quorum partes percensere longum esset & superuacaneum.

De generationibus trium filiorum Noë. Cap. III.

GEnerationes ergo filiorum Noë deinceps intuendæ, & quod de his dicendũ videtur attexendũ est huic operi, quo ciuitatis vtriusq; terrenæ scilicet & cœlestis, per tẽpora procursus ostenditur. Cœptæ sunt autem commemorari à minimo filio, qui vocatus est Iaphet, cuius filii octo nominati sũt, nepotes autem septẽ de duobus filiis eius, tres ex vno, quatuor ex altero: fiunt itaq; omnes quindecim. Filij autẽ Cham, hoc est, medij filij Noë, quatuor, & nepotes quinq; ex vno eius filio, pronepotes duo ex nepote vno, fit eorum summa vndecim. Quibus enumeratis reditur tanquam ad caput & dicitur, Chus autem genuit Nemroth:* hic cœpit esse gigas super terram. Hic erat gigas venator contra dominũm deũ. Propter hoc dicunt: Sicut Nẽroth gigas venator contra dominum. Et factum est initiũ regni eius [a] Babylon, Oreg [b], Archad [c] & Chalamne in terra Sẽnaar. De terra illa exiit Assur, & ædificauit Niniuẽ [d], & Robooth [e] ciuitatẽ, & Calach, & Dasem inter mediũ Niniues & Calach: hæc ciuitas magna. Iste porrò Chus pater gigantis Nẽroth primus nominatus est in filiis Chã, cuius quinq; filij iam fuerant cõputati, & nepotes duo. Sed istum gigãtem, aut post nepotes suos natos genuit, aut quod est credibilius, seorsum de illo propter eius eminẽtiã scriptura locuta est, quandoquidem & regnum eius commemoratum est. Cuius initiũ erat illa nobilissima Babylon ciuitas: & quæ iuxta cõmemoratæ sunt, siue ciuitates, siue regiones. Quod vero dictum est, de terra illa, id est, de terra Sennaar, quę pertinebat ad regnum Nẽroth, exisse Assur, & ædificasse Niniuem, & alias quas contexit ciuitates: lõge postea factum est, quod ex hac occasione perstrinxit, propter nobilitatem regni Assyriorum, quod mirabiliter dilatauit Ninus, Beli filius [f], conditor Niniuæ ciuitatis magnę: cuius ciuitatis nomẽ ex illius nomine deriuatũ est, vt à Nino Niniuę vocaretur. Assur aũt vnde Assyrij: nõ fuit in filiis Chã medij filij Noë, sed in filiis Sem reperitur, qui fuit Noë maximus filius. Vnde apparet de progenie Sem exortos fuisse, qui postea regnum gigantis illius obtineret, & inde procederent, atq; alias cõderent ciuitates, quarum prima est à Nino appellata Niniue. Hinc reditur ad alium filium Cham, qui vocabatur Mesraïm, & cõmemorantur quos genuit: non tãquam singuli homines, sed

**aliâs Nẽbrod. & sic deinceps*

G nes,ſed nationes ſeptem.Et de ſexta velut de ſexto filio gens cõmemoratur exiiſſe,quæ appellatur Philiſtiim, vnde fiunt octo. Inde iterum ad Chanaan reditur, in quo filio maledictus eſt Cham, & quos genuit vndecim nominantur.Deinde vſq; ad quos fines peruenerint commemoratis quibuſdam ciuitatibus dicitur.Ac per hoc filiis,ac nepotibus cõputatis de progenie Chã, triginta vnus geniti referuntur.Reſtat commemorare filios Sem maximi filij Noë. Ad eũ quippe gradatim generationum iſtarũ peruenit à minimo exorta narratio.Sed vnde incipiunt commemorari filij Sem,habet quiddam obſcuritatis, quod expoſitione illuſtrandum eſt,quia & multum ad rem pertinet quam requirimus.Sic enim legitur: Et Sem natus eſt etiam [g] ipſi patri omnium filiorũ Heber fratri Iaphet maiori.Ordo verborum eſt:Et Sem natus eſt Heber,etiam ipſi,id eſt,ipſi Sem natus eſt Heber: qui Sem pater eſt omniũ filiorum.Sem ergo patriarchã intelligi voluit omniũ qui de ſtirpe eius exorti ſunt,quos cõmemoraturus eſt, ſiue ſint filij, ſiue ſint nepotes, & pronepotes, & deinceps indidem exorti. Nõ ſanè iſtũ Heber genuit Sem, ſed ab illo quintus in progenitorũ ſerie reperitur. Sem quippe inter alios filios genuit Arphaxat, Arphaxat genuit Caïnam,Caïnam genuit Sala, Sala genuit Heber. Nõ itaq; fruſtra ipſe primus nominatus eſt in progenie veniente de Sem:& prælatus eſt etiam filiis,cum ſit quintus nepos:niſi quia verum eſt quod traditur ex illo,Hebræos eſſe cognominatos [h] tãquam Heberæos, cũ & alia poſſit eſſe opinio, vt ex Abraham tanquàm Abrahæi dicti eſſe videãtur. Sed nimirum hoc verum eſt, quod ex Heber Heberæi appellati ſunt: ac deinde vna detracta litera,Hebræi:quam linguam ſolus Iſraël populus potuit obtinere:in quo dei ciuitas,& in ſanctis peregrinata eſt,& in omnibus ſacramento adumbrata. Igitur filij Sem prius,ſex nominantur, deinde ex vno eorum nati ſunt quatuor nepotes eius. Itemq; alter filiorum Sem genuit eius nepotem, atque ex illo itidem pronepos natus eſt,atq; inde abnepos, qui eſt Heber. Genuit autem Heber duos filios, quorum vnũ appellauit Phalec, quod interpretatur diuidens. Deinde I ſcriptura ſubiungens,rationemq; huius nominis reddẽs:quia in diebus,inquit,eius diuiſa eſt terra. Hoc autem quid ſit,poſtea apparebit. Alius vero, qui natus eſt ex Heber,genuit duodecim filios,ac per hoc fiunt omnes progeniti de Sem viginti ſeptem. In ſumma igitur omnes progeniti de tribus filiis Noe, id eſt, quindecim de Iaphet,& triginta vnus de Cham, vigintiſeptem de Sem,fiunt ſeptuaginta tres. Deinde ſequitur ſcriptura dicens:Hi filij Sem in tribubus ſuis ſecundum linguas ſuas, in regionibus ſuis, & in gentibus ſuis. Itemq; de omnibus:Hæ,inquit,tribus filiorum Noe ſecundũ generationes eorum,& ſecundum gentes eorum. Ab his diſperſæ ſunt inſulæ gentium ſuper terrã poſt diluuiũ. Vnde colligitur ſeptuaginta tres,vel potius quod poſtea demonſtrabitur,ſeptuaginta duas gentes tunc fuiſſe, non homines. Nam & prius cum fuiſſent commemorati filij Iaphet,ita cõcluſum eſt:Ex his ſegregatæ ſunt inſulæ gentium [i] in terra ſua,vnuſquiſq; ſecũdum linguam ſuã in tribubus ſuis,& in gentibus ſuis. Iam vero in filiis Cham quodam loco apertius gentes cõmemoratæ ſunt, ſicut ſuperius oſtendi. Meſraïm genuit eos, qui dicuntur Ludiæm: & eodem modo cæteræ vſq; ad ſeptem gentes. Et enumeratis omnibus poſtea concludens:Hi filij Cham,inquit, in tribubus ſuis, ſecundum linguas ſuas in regionibus ſuis,& in gentibus ſuis. Propterea ergo multorum filij non ſunt cõmemorati: quia K gentibus aliis naſcendo acceſſerunt, ipſi autem gentes facere nequiuerunt. Nam qua alia cauſa cum filij Iaphet octo enumerentur,ex duobus eorum tantum filij nati commemorantur:& cum filij Cham quatuor nominentur,ex tribus tãtũ,qui nati ſunt adiiciũtur, & cũ filij Sem nominentur ſex, duorum tantum poſteritas attexitur:nunquid cæteri ſine filiis remanſerunt? Abſit hoc credere:ſed gẽtes propter quas commemorari digni eſſent, non vtiq; fecerunt: quia ſicut naſcebantur, aliis gentibus addebantur.

Indidẽ adverbium. i. ex eodẽ loco. ex inde & idem.

Gene.10.

Ibidem.

Gene.10.

Gene.10.

ET factum eſt initium regni eius.) Hęc loca quæ nam fuerint apud Græcos ,docent Ioſephus & Euſebius Pamphili: quos Hiero.eſt ſecutus.Ex his quantum videbitur, deſumemus: cætera in illis lector inueniet,nam vulgares ſunt ſatis, Ioſephus dũtaxat & Hierony.Campus Sennaar eſt in Chaldęa,vbi turris Babylonia extructa eſt. b Oreg.)Lxx.ἀρίχ in Hebræo Arach. c Archad.)Sic Lxx. in Hebræo vero eſt Achad.quam Hebræi dicunt eſſe in Meſopotamia Niſibim,Antiochiam vocat Plinius. d Aedificauit Niniuem.) Hæc eſt Niniue Aſſyria,nam eſt altera Iudæa Niniue in angulo Arabiæ:quæ poſtea corrupte Neneuem eſt dicta.Illam Aſſyriam Plinius Ninum nominat,quondam clariſ. Tigri amni impoſitam, ad ſolis occaſum ſpectãtem.Idem Ptolemæus.Diodorus Ninam vrbem vocat, cõditamq; à Nico Beli filio traditi:nec vllam poſtea vrbem tanto ambitu tantáque magnitudine extructam.Altitudo murorum fuit pedum centum: latitudo, L quæ tres currus iunctos caperet: ambitus quadringentorum octoginta ſtadiorum,facie quadranguli.Turres in muris mille & quingentæ, centũ altæ pedibus. e Et Robooth.)Nos vulgo ſic legimus:de terra illa egreſſus eſt Aſur,& ædificauit Niniuẽ & plateas ciuitatis, & Chale.Rhe ſen quoque inter Niniuẽ & Chale, hæc eſt ciuitas magna.lxx. vero ſic: καὶ ᾠκοδόμησε νινευί. καὶ ἀνὰ μέσον χαλὰχ αὕτη ἡ πόλις μεγάλη,niſi ſit mẽdum in codice,ſed vbi nos habemus plateas, Hebraïce relictum eſt Rhoboot. f Ninus Beli filius. Belum Sanchoniato inter filios Saturni numerat ex theologia Phœnicũ:ideo & Iuppiter Belus eſt dictus. Fuit & Belus alter nepos Iouis ex Epapho filio rege Aegyptio, qui hunc Belum ex Iſide genuit.Tametſi Euſebius Thelegonũ facit patrem,cui poſt Apis mortem Iſis denupſerit,regnãte in Attica Cecrope. At Belus hic qui Ninum procreauit,rex fuit Aſſyriorum modico imperio cõtentus,inclytus bellaci filio,à quo pro deo & cultus eſt, & coli iuſſus.dictúſque Iuppiter Babylonius. Aegyptij Belum hunc ſitum eſſe volunt, illum ex quo Aegyptus eſt natus,quem Neptuni & Lybiæ filiũ dicunt,Epaphi,qui Lybiam genuit nepotem. hic in Babyloniam colonos deduxit,qui ſedem vrbi ad Euphratem amnẽ,quum elegiſſet ſacerdotes, Aegyptio inſtituit more.Plinius Belũ hunc qui in Aſſyria ſacratiſſimus colitur,templúmque eius Babylone etiam ſua memoria duraret, ſyderalis ſcientiæ inuentorem fuiſſe perhibet,eíque Aſſyrios gemmam dicaſſe,qui Beli oculus dicitur. g Et Sem natus eſt etiam.) Ordo verborũ dilucidior eſt in Græco propter articulos καὶ τῷ σὴμ ἐγεννήθη καὶ αὐτῷ πατρὶ πάντων τῶν υἱῶν αὐτοῦ ἀδελφῷ παφὲθ τοῦ μείζονος, & ipſi Semo generatio fuit patri omnium filiorum Aberis fratri minori Iapheti. h Hebræos eſſe cognominatos.) Paulus epiſcopus Burgẽ. homo Hebraicarum literarum peritiſſimus cenſet Hebræos eſſe nominatos.q.peregrinos,hoc eſſe etymon vocabuli lingua illa. de re non eſſe M dubitandum:quis enim neſcit gentem illam & in terra Chanaan & in Aegypto eſſe peregrinatam. i Ex his ſegregatæ ſunt inſulæ gentium.) Lxx.ὅτιο πεφόησαν νῆσοι τῶν ἐθνῶν. Diſperſæ ſunt inſulæ gentium. Ceu inter ſe diuiſæ ſint gentes tanquam inſulæ diſtermina tæ mari,fluminibus, montibus, ſyluis,aggeribus,harenis,& ſolitudinibus.

Niniue.

Belus.

Gene.11.

De diuerſitate linguarum,principioq; Babylonis. Caput IIII.

CVm ergo in ſuis linguis iſtæ gentes fuiſſe referantur,redit tamen ad illud tempus narrator,quando vna lingua omnium fuit: & inde iam exponit,quid acciderit vt linguarũ diuerſitas naſceretur.Et erat,inquit,omnis terra labium vnũ,& vox vna omnibus.Et factũ eſt,cum mouerent ipſi ab Oriẽte,inuenerunt campum in terra Sennaar,& habitauerunt ibi.Et dixit homo proximo ſuo:Venite faciamus lateres,& coquamus illos igni.Et facti ſunt illis lateres in lapidem,& bitumen erat illis [a] lutũ, & dixerũt: Venite ædificem[9] nobiſmetipſis ciuitatẽ,& turrim cuius caput erit [b] vſq; ad cœlũ, & faciamus nobis nomẽ [c] antequam diſpergamur in faciem omnis terræ. Et deſcendit dominus videre ciuitatem & turrim,quam ædificauerunt filij hominum. Et dixit dominus: Ecce genus vnum & labium vnum omnium: & hoc inchoauerunt

A uerunt facere,& nunc non deficiẽt ex illis omnia, quæ conati fuerint facere:venite,& deſcendentes cõfundamus ibi linguam eorum,vt non audiat vnuſquiſq; vocẽ proximi ſui.Et diſperſit eos dominus inde ſuper faciem omnis terræ,& ceſſauerunt ædificantes ciuitatẽ [d] & turrim.Propter hoc appellatũ eſt nomen illius cõfuſio:quia ibi confudit dominus labium omnis terræ, & inde diſperſit illos dominus deus ſuper faciẽ omnis terræ.Iſta ciuitas quæ appellata eſt cõfuſio, ipſa eſt Babylon, cuius mirabilem conſtructionem [e] gentiũ etiã commẽdat hiſtoria.Babylon quippe interpretatur cõfuſio.Vnde colligitur gigãtem illum Nemroth * fuiſſe illius conditorem, quod ſuperius breuiter fuerat intimatum,vbi cum de illo ſcriptura loqueretur,ait: Initiũ regni eius fuit Babylon,id eſt,quæ ciuitatum cæterarũ gereret principatum, vbi eſſet tanquam in metropoli habitaculum regni:quanuis perfecta non fuerit vſque in tantum modum,quantũ ſuperba cogitabat impietas.Nã nimia diſponebatur altitudo,quæ ducta eſt vſq; in cœlum:ſiue vnius turris,eius,quam præcipuam moliebantur inter alias:ſiue omniũ turrium, quæ per numerum ſingularem,ita ſignificatæ ſunt, vt dicitur miles,& intelliguntur millia militum,vt rana,& locuſta: ſic enim appellata eſt multitudo ranarum, & locuſtarum in plagis,quibus Aegyptij percuſſi ſunt per Moyſen. Quid autem factura fuerat humana, & vana præſumptio? Cuiuſlibet,& quantumlibet in cœlum aduerſus deum altitudinem molis extolleret, quando montes tranſcenderet vniuerſos: quando ſpatium nębuloſi aëris huius euaderet? Quid deniq; noceret deo,quantacunq;,vel ſpiritalis,vel corporalis elatio? Tutã veramq; in cœlum viã molitur humilitas,ſurſum leuans cor ad dominũ,non cõtra dominum:ſicut dictus eſt gigas iſte venator cõtra dominũ. Quod non intelligentes nonnulli,ambiguo Græco decepti ſunt, vt nõ interpretarẽtur contra dominũ,ſed ante dominũ. ἐναντίον [f] quippe & ante & contra ſignificat.Hoc enim verbũ eſt etiã in Pſalmo,Et plorem[9] ante dominũ qui fecit nos. Et hoc verbũ eſt etiã in libro Iob,vbi ſcriptũ eſt:In furorẽ erupiſti cõtra dominũ.Sic ergo intelligẽdus eſt gigas ille[g] venator cõtra dominũ. Quid autẽ ſignificatur hoc nomine,quod eſt venator,niſi animalium terrigenarum C deceptor, oppreſſor, extinctor? Erigebat ergo cum ſuis populis turrem contra dominum, qua eſt impia ſignificata ſuperbia.Merito autem malus punitur affectus, etiam cui non ſuccedit effectus.Genus vero ipſum pœnæ quale fuit? Quoniam enim dominatio imperantis in lingua eſt [h],ibi damnata eſt ſuperbia,vt non intelligeretur iubẽs homini,qui noluit intelligere, vt obediret deo iubenti. Sic illa conſpiratio diſſoluta eſt, cum quiſq; ab eo,quẽ non intelligebat abſcederet:nec ſe niſi ei,cũ quo loqui poterat, aggregaret: & per linguas diuiſæ ſunt gẽtes,diſperſæq; per terras: ſicut deo placuit, qui hoc,modis occultis nobiſq; incõprehẽſibilib[9] fecit.

*aliàs Nẽbrod. & ſic deinceps.

Gene.10.

Gene.11.

Pſal.104.

Exod.9.

Gene.10.

Pſal.94.

Iob.15.

Nemroth.

a ET bitumẽ erat illis.) Aſphaltus qui in illis locis affatim ſuppetit.
b Et turrim cuius caput erit.) Simile quiddã prophani ſcriptores tradunt de bello gigantæo in deos,quum montes ſuperſtruere montibus tentarunt,vt aſcenſum in cœlum facilem ſibi pararent.Ter ſunt conati imponere Pelion Oſſæ,Ter pater extructos diſiecit fulmine montes,ſicut ait Vergi.Fabula nota.Et fieri poteſt, vt ex hac hiſtoria ſit deflexa,vt aliæ pleræq; ex ſacris literis apud Gentiles.
c Et faciamus nobis nomen.) Sit monumentum omnium noſtrum.
d Et ceſſauerunt ædificantes ciuitatem.) Ex proprietate Græca: καὶ ἐπαύσαντο οἰκοδομοῦντες τὴν πόλιν. Quod ſolet vertu: Ceſſauerunt ædificare vrbem. e Cuius mirabilem conſtructionẽ.) Geographi omnes, Plinius, Solinus, Strabo, Mela, Herodotus,& poëtæ frequentes. De hac alibi.
f ἐναντίον.) Sic etiam Latine, contra, & aduerſus. Etiã in Pſalmo. xciiij. καὶ κλαύσωμεν ἐναντίον κυρίου τοῦ ποιήσαντος ἡμᾶς.
g Sic ergo intelligendus eſt gigas ille.) Ioſephus ſcribit Nemroth induxiſſe in genus humanum iniuriã,& ſuperbiam etiam aduerſus dominum. Nam quũ manu eſſet fortiſſimus,ſuadebat populis,non deo acceptũ ferre,ſi quid contingeret boni,ſed viribus ſuis,ita tyrannidem inſtituit: & ne quid in eos poſſet deus turrim aggreſſi ſunt extruere, qua diluuium, ſi rurſus iraſceretur deus,effugerent. Multitudo vero grauius putabat eſſe parere deo, quàm mortali,ideo libenter dictis Nemroth audiens erat,turrim altiſſimam cœpit erigere,quam aquæ obruere nequirent. Huius turris meminit Sibylla,dicens: Quum omnes homines vnius vocis eſſent, quidã turrim ædificauerunt excelſam,tanquam aſcenſuri in cœlum per eam. Dij vero immittentes ventos,euerterunt turrim,& vocem propriã vnicuiq; partiti ſunt:propterea & vocari contigit Babyloniam ciuitatem.
h Quoniam enim dominatio imperantis in lingua eſt.) Multum valet ad conciliandos ſubditorum animos oratio principis,quę ſi non intelligatur,auertit omnes ab ipſo.Mithridates idcirco etiam fractus & fuſus, tamen amicos animos ſuorum & ad parẽdum paratos habuit,quod vnicuique genti ſua lingua loqueretur.

De deſcenſione domini ad confundendam linguam ædificantium turrim. Caput V.

Gene.11.

QVod enim ſcriptũ eſt, Et deſcendit dominus videre ciuitatem & turrim,quam ædificauerunt filii hominum: hoc eſt, non filii dei, ſed illa ſocietas ſecundum hominem viuens, quam terrenam dicimus ciuitatem : non loco mouetur deus , qui ſemper vbiq; eſt totus:ſed deſcendere dicitur, cum aliquid facit in terra, quod præter vſitatũ naturæ curſum mirabiliter factum præſentiam quodammodo eius oſtẽdat. Nec videndo diſcit ad tempus, qui nunquã poteſt aliquid ignorare,ſed ad tẽpus videre & cognoſcere dicitur,quod videri & cognoſci facit. Non ſic ergo videbatur illa ciuitas,quomodo eam deus videri fecit, quando ſibi quantũ diſpliceret,oſtendit. Quãuis poſſit intelligi deus ad illam ciuitatem deſcendiſſe: quia deſcenderunt angeli eius,in quibus habitat, vt quod adiunctum eſt,Et dixit dominus deus: Ecce genus vnum & labium vnum omnium,& cætera.ac deinde additũ: Venite & deſcendentes confundamus ibi linguam eorum:recapitulatio ſit,demonſtrans quemamodum factum ſit,quod dictũ fuerat: deſcẽdit dominus. Si enim iam deſcenderat,quid ſibi vult, Venite & deſcendẽtes cõfundamus ibi linguam eorum:quod intelligitur angelis dictum,niſi quia per angelos deſcendebat, qui in angelis deſcendentibus erat?Et bene non ait, venite & deſcendentes confundite:ſed,confundamus ibi linguã eorum:oſtendens ita ſe operari per miniſtros ſuos, vt ſint etiam ipſi cooperatores dei: ſicut Apoſtolus dicit, Dei enim ſumus cooperarii. F

Ibidem.

1.Corin.3.

Qualis intelligenda ſit locutio,qua deus angelis loquitur. Caput VI.

Gene.1.

POterat & illud quãdo factus eſt homo de angelis intelligi,quod dictum eſt,Faciamus hominem [a]:quia non dixit,faciam: ſed quia ſequitur,ad imaginem noſtrã:nefas eſt credere ad imaginẽ angelorũ hominem factum, aut eandẽ eſſe imaginem angelorum & dei.Et ideo recte illic intelligitur pluralitas trinitatis. Quæ tamen trinitas,quia vnus eſt deus,etiam cum dixiſſet,faciamus:& fecit,inquit, deus hominem ad imaginem dei:non dixit, fecerũt dii:aut, ad imaginem deorum. Poterat & hic eadem intelligi trinitas, tanquam pater dixerit ad filium & ſpiritum ſanctum, Venite & deſcendentes cõfundamus ibi linguam eorum:ſi aliquid eſſet, quod angelos prohiberet intelligi:quibus potius conuenit venire ad deum motibus ſanctis,hoc eſt, cogitationibus piis,quibus ab eis cõſulitur incõmutabilis veritas , tanquam lex æterna in illa eorum curia ſuperna. Neq; enim ſibiipſi ſunt veritas,ſed creatricis participes veritatis,ad illam mouentur tanquam ad fontem vitæ: vt quod non habent ex ſeipſis,capiant ex ipſa:& ideo eorũ ſtabilis eſt iſte motus,quo

Gene.11.

G tus,quo veniunt,qui non recedũt. Nec sic loquitur angelis deus,quomodo nos inuicem loquimur nobis, vel deo,vel angelis,vel ipsi angeli nobis, siue per illos deus nobis,sed ineffabili suo modo, nobis autem hoc indicatur nostro modo. Dei quippe sublimior ante suum factum locutio, ipsius sui facti est immutabilis ratio, quæ non habet sonum strepentem atq; transeũtem,sed vim sempiterne manentem,& temporaliter operantẽ. Hac loquitur deus angelis sanctis, nobis autem aliter lõge positis. Quando autem etiam nos aliquid tale locutionis interioribus auribus capimus,angelis propinquamus. Non itaq; mihi assidue reddenda est ratio in hoc opere de locutionibus dei: Aut enim veritas incõmutabilis per seipsam ineffabiliter loquitur, rationalis creaturæ mentibus,aut per mutabilem creaturã loquitur,siue spiritalibus imaginib⁹ nostro spiritui, siue corporalibus vocibus corporis sensui. Illud sanè quod dictum est,& nunc non deficient ex illis omnia, quæ conati fuerint facere:non dictũ est confirmãdo, sed tanquam interrogando, sicut solet à comminantibus dici,
Aeneid. 4. quemadmodum ait quidam: Nõ arma expedient[b], totaq; ex vrbe sequentur. Sic ergo accipiẽdum est tanquã
H dixerit: Nónne omnia deficiẽt ex illis, quæ conati fuerint facere? Sed si ita dicatur,non exprimit comminãtem. Verum propter tardiusculos adiicimus particulã, id est,ne:vt diceremus,nónne:quoniã voce pronunciãtis scribere non possumus θ pro ne non, & pro ni nisi scribere solemus ϑ. Ex illis igitur tribus hominib⁹ Noë filiis septuagintatres,vel poti⁹,vt ratio declarata est, septuagintaduæ gẽtes totidẽq; linguæ per terras esse cœperunt,quæ crescendo,& insulas impleuerunt. Auctus est autem numerus gentium [d] multo amplius quàm linguarum. Nam & in Aphrica Barbaras gentes in vna lingua plurimas nouimus, & homines quidem multiplicato genere humano,ad insulas inhabitandas nauigio transire potuisse,quis ambigat?

a Faciamus hominem.) Hoc dicto Augustinus & Hilarius subsignificari à Mose voluit mysterium trinitatis. b Non arma expedient.) Aeneid.iiij. Vergilius,verbis Didonis. c Pro ne non,& pro ni nisi scribere solemus.) In aliis libris manu scriptis hęc verba non leguntur. d Auctus est autem numerus gentium.) Ego vero difficilius esse censeo definire quæ sit vna lingua, quàm quæ sit vna gens: sed hic non disputo, nec definio, tantum enarro.

An omne bestiarum genus etiã remotissimæ à terris insulæ ex eo numero acceperunt, qui in arca diluuii inundatione seruatus sit. Caput VII.

I Sed quæstio de omni genere bestiarũ est, quæ sub cura hominum non sunt,nec sicuti ranæ nascantur ex terra, sed sola cõmixtione maris & fœminæ propagãtur,sicut lupi & huiusmodi cætera,quomodo post diluuium quo ea, quæ in arca non erant cuncta deleta sunt,etiam in insulis esse potuerũt, si reparata non sunt,nisi ex his,quorũ genera in vtroq; sexu arca seruauit. Possunt quidẽ credi ad insulas natãdo transisse,sed proximas. Sunt autem quædam tam longe positæ à continentibus terris, vt ad eas nulla videatur natare potuisse bestiarum. Quod si homines eas captas secum adduxerunt, & eo modo vbi habitabant earũ genera instituerunt, venandi studio fieri potuisse incredibile non est [a]: quãuis iussu dei siue permissu etiã opere angelorum negandum non sit potuisse trãsferri. Si vero è terra exortæ sunt secũdum originem primã,
Gene.1. quando dixit deus: Producat terra animã viuã: multo clarius apparet non tam reparandorum animaliũ cau-
*aliâs uariarum. sa, quàm figurandarum viarum * gentium propter ecclesiæ sacramentum in arca fuisse omnia genera, si in insulis,quo transire non possent multa animalia terra K produxit.

a Venandi studio &c.incredibile nõ est.) In insulis fortunatis, & in his quæ nostra ætate sunt inuentæ, multa animalium genera,quæ inter nos sunt frequentissima,omnino nulla erãt: itaq; importata sunt:quemadmodum in stirpium generibus quotidie vsu venit,vt semen aut furculus aliquis ab aliis gentes transferatur.

An ex propagine Adam uel filiorum Noë quædam genera hominum monstruosa prodierint. Caput VIII.

M Æritur etiam,vtrũ ex filiis Noë, vel potius ex illo vno homine,vnde etiã ipsi extiterunt, propagata esse credendum sit quædam monstrosa hominum genera [a], quæ gentium narrat historia:sicut perhibentur quidam [b] vnum habere oculũ in fronte media:quibusdam plãtas versas esse post crura, quibusdam vtriusq; sexus esse naturam, & dextrã mãmam virilem, sinistrem muliebrẽ vicibusq; alternis *
*aliâs in uter se. coëundo & gignere & parere: aliis ora non esse, eosq; per nares tãtummodo suscepto & emisso halitu viuere:alios statura esse cubitales, quos pygmæos à cubito Græci [c] vocant:alibi quinquennes concipere fœminas, L & octauum vitæ annum non excedere. Item ferũt esse gentem,vbi singula crura in pedibus habẽt: nec poplitem flectunt:& sunt mirabilis celeritatis,quos Sciopodas [d] vocant,quod per æstum in tetra iacentes resupini vmbra se pedũ protegant:quosdã sine ceruice oculos habere in humeris,& cætera hominũ, vel quasi hominum genera,quę in maritima platea Carthaginis musiuo picta sunt [e] ex libris deprompta velut curiosioris historiæ. Quid dicam de Cynocephalis [f], quorum canina capita atq; ipse latratus magis bestias quàm homines cõfitetur? Sed omnia genera hominum, quæ dicũtur esse,esse credere non est necesse. Verum quisquis vspiam nascitur homo,id est,animal rationale mortale,quãlibet nostris inusitatam sensibus gerat corporis formam seu colorem,siue motũ,siue sonum,siue quãlibet vim,qualibet parte, qualibet qualitate naturæ, ex illo protoplasto vno originem ducere nullus fidelium dubitauerit. Apparet tamen, quid in pluribus natura obtinuerit,& quid sit ipsa raritate mirabile. Qualis autem ratio redditur de monstrosis apud nos hominum partubus,talis de monstrosis quibusdam gẽtibus reddi potest. Deus enim creator est omnium,qui vbi,& quã-
M do creari quid oporteat,vel oportuerit,ipse nouit: sciẽs vniuersitatis pulchritudinem,quarum partium, vel similitudine,vel diuersitate contexat. Sed qui totum inspicere non potest,tanquam deformitate partis offenditur:quoniam cui congruat,& quò referatur,ignorat. Pluribus quàm quinis digitis in manibus, & pedibus nasci homines nouim⁹:& hæc leuior est, quàm illa distantia:sed tamen absit,vt quis ita desipiat,vt existimet in numero humanorum digitorum errasse creatorẽ, quanuis nesciens cur hoc fecerit. Ita & si maior diuersitas oriatur,scit ille quid egerit, cuius opera iuste nemo reprehendit. Apud Hipponem natus est [g] homo quasi lunatas habens plantas,& in eis binos tantũmodo digitos,similes & manus. Si aliqua gens talis esset, illi curiosæ [b] atq; mirabili adderetur historiæ. Nũ igitur istum propter hoc negabimus ex vno illo, qui primus creatus est,esse propagatũ? Androgyni [i] quos etiã hermaphroditos nuncupant, quanuis admodum rari sint,difficile est tamen,vt temporibus desint,in quibus sic vterq; sexus apparet,vt ex quo potius debeant accipere nomen incertum sit:à meliore tamen [k], hoc est, à mascu-

A masculino,vt appellarentur,loquendi consuetudo prę-
aliâs, androgynæ cas. ualuit. Nam nemo vnquam androgynas aut Hermaphroditas nũcupauit. Ante annos aliquot nostra certe memoria,in Oriente [l] duplex homo natus est superioribus membris, inferioribus simplex. Nam duo erant capita,duo pectora,quatuor manus, vẽter autem vnus, & pedes duo sicut vni homini:& tam diu vixit,vt multos ad eum videndum fama contraheret. Quis autem omnes commemorare possit humanos fœtus longe dissimiles his,ex quibus eos natos esse certissimum est? Sicut ergo hæc ex illo vno negari non possunt originem ducere, ita quæcunq; gẽtes in diuersitatibus corporum ab vsitato naturæ cursu, quem plures & propè omnes tenent,velut exorbitasse [m] tradũtur,si definitione [n] illa includuntur, vt rationalia animalia sint atq; mortalia,ab eodem ipso vno primo patre omnium stirpem trahere confitendum est: si tamen vera sunt,quæ de illarum nationum varietate, & tanta inter se atque nobiscum diuersitate traduntur. Nam & simias,& cercopithecos [o],& sphingas [p],si nesciremus nõ homines esse, sed bestias, possent illi historici de sua curiositate gloriantes,velut gentes aliquas hominum nobis impunita vanitate mentiri. Sed si homines sunt, de quibus illa mira conscripta sunt,quid si propterea deus voluit etiã nonnullas gentes ita creare, ne in his monstris, quæ
B apud nos patet ex hominibus nasci: eius sapientiã, quæ naturam fingit humanam,velut artem cuiuspiam minus perfecti opificis putaremus errasse? Non itaq; nobis videri absurdum debet, vt quemadmodum in singulis quibusq; gentibus quædam monstra sunt hominum,ita in vniuerso genere humano quędam monstra sunt gentium. Quapropter vt istam quæstionem pedetentim cauteq; concludam, mire quidem de monstris omnibus definitum [q]: aut illa, quæ talia [r] de quibusdã gẽtibus scripta sunt,omnino nulla sunt: aut si sunt, homines non sunt: aut ex Adam sunt, si homines sunt.

a Sit quædã mõstrosa h.g.) De his Plinius lib.vij. b Sicut perhibẽtur quidam.) Pygmæos, non crediderim vno tãtum fuisse in loco, nec adeo inter se diffidere scriptores. Plini⁹ enim lib.iiij.in Thracia ponit Pygmæos ad Geraniam, vbi Pygmæorum, inquit, gẽs fuisse proditur, quos Catizos Barbari vocant, creduntq; à gruibus fugatos. Constat enim plurimas in his locis esse grues: vnde Strimoniæ dicũtur ab Strimone Thraciæ fluuio. Et Gerania Græco nomine de gruibus dicitur, γέρανοι. Idem Plinius in.v.opinionẽ eorum refert, qui Pygmæos Eudonis Cariæ fluminis putarunt accolas. In.vj. ex aliorum traditione Pygmæos in Prasiorum montanis, quæ sunt in India, statuit: quam sententiam Philostratus sequitur. In eodẽ lib.vj. Plini⁹ esse, qui ante Nili pa
C ludes Pygmæos ponãt, tradit. Ex quibus est Aristoteles, qui in Aethiopia regione Troglodytica Pygmæos dicit viuere, subireq; cauernas, & ob eã causam Troglodytas vocari, fabulamq; esse negat, quod vulgo de statura eorum, dẽ que pugna cum gruibus fertur, quam Homerus cantauit, qui etiã ad meridiẽ terræ Pygmæos dixit agere: nempe in Aetiopia, vt etiã Strabo interpretatur, in qua regione tanta est gruum per hyemem nostram frequentia, quanta in Thracia per æstatem, videlicet eisdem gruibus pro tempore migrantibus & remigrãtibus. Mela in Arabia interiore scribit fuisse Pygmæos, minutum genus, & quod pro satis frugibus cõtra grues dimicando defecit: sunt qui homines esse non putent. Aristoteles & Plinius putant. c A cubito Græci.) πυγόνη, est cubitus: & ab hoc nomine interpres Homeri Eustathius ait Pygmæos nominatos esse: cubitus vero sesquipedem capit. hoc est, digitos vigintiquatuor. Pes enim duodecim pollicibus cõstat, id est, digitis sedecim, & palmis quatuor. Et si palmus non simpliciter dicitur: nam palmus minor est, quẽ dixi, quadrans pedis tribus pollicibus constans, & maior palmus duodecim digitorum, qui σπιθαμή, spithama dicitur: & dodrans pedis, nempe nouẽ eius vnciæ, qui sunt pollices nouem. Plinius libro.vij. super hos extrema in parte montium Spithamæi Pygmæi narrantur ternas spithamas longitudine, hoc est, ternos dodrantes non excedentes. Idem Gellius lib.ix. Pygmæi, qui longissimi sunt, nõ superãt pedes duos & quadrãtẽ: vtriusq; numeri & istius Gellij, & illius Plinij.xxxvj. digiti est summa. Iuuenalis poëtice dixit, vt rem faceret magis ridiculam, Pygmæam cohortem pe-
Sciopodes. de vno altiorem non esse. d Quos Sciopodas.) Vmbripedes si quis verti velit ad verbũ: est enim σκιὰ vmbra. e Musiuo picta sunt.) Sic
Musiuum. Spartianus in Pescennino nigro de musiuo picta videmus. Hermolaüs Barbarus lib.xxxvj.in Plinium, cui & Ignatius Baptista in Spartianũ suffragatur, musiuum opus esse dicit, quod vulgo muscacum vocãt, tessellatum lapillis variorum colorum: ex quis arte compositis & coagmentatis omne genus imaginum reditur. Quale est Romæ videre in parietibus, lacunaribus & pauimentis frequens, opere vetusto, nam nũc periisse aiunt id artificij. Nos tamen in Hispania segmentatis vtimur tabulis, & sellis, quę ad eãdem operis rationem possunt referri. Perottus annotauit, non musaicum esse dicẽdum, vt vulgo corrupte, sed muscacum à musciis: adducitque in id Plinij dictum. ex libro tricesimosexto. Eiusdem sententiæ videtur esse Hermolaus. Non vacat nunc disquirere, quàm recte vterque senserit. Populus musaicũ dici putat, à musa, quòd sit opus multæ musæ, vt ipsi loquũtur, hoc est, multæ operæ & artis. f De Cynocephalis.) Alibi dixi posse Latine nũcupari Canicipites. Solinus ad simiarum genus Cynocephalos refert, quos scribit nunquam sic mansuescere, vt non sint magis rabidi. Diodorus censet fera esse animalia. g Apud Hipponem natus est.) In margine addiderãt quidam Diarritum & Zaaritum. Legendum sic est: Apud Hipponem Diarrhytum. Duo sunt Hippones in Aphrica. Straboni, Melæ. Plinio, Ptolemæo, ab equitibus Græcis dicti, vt Solinus inquit, ἵππεῖος enim est Græce. Alter est enim in sinu Hipponensi citra Carthaginem. Diarrhyton dicitur, quod palustri agro situs à fluore, Plinius. Huius episcopus fuit diuus Augustinus. Est alter Hippo regius vlterius à regibus inhabitatus. Silius. Tum va-
Androgyni. ga & antiquis dilectus regibus Hippo. vtrũque attigit. h Illi curiose.) De qua paulo ante dixi hoc codẽ cap. i Androgyni.) Ex Græco est ad verbum, mas & fœmina, ἀνὴρ καὶ γυνή. Dicuntur etiam Hermaphroditi, quod primus ille Semimas filius fingatur à fabulatoribus Herme, id est. Mercurii & Aphroditis, hoc est, Veneris. k A meliore tamen.) Nam à masculo sexu dicuntur in voce ipsa androgynus, nõ androgyna. Sic etiam Latine semimares nominãtur apud Liuium, Lucanũ, & alios, qui quoties olim nascebantur, pro portentis habebantur. l In oriẽte.) In ora Aphricæ orientali, quæ spectat ad Cyrenem, & hinc ad Nilũ. Habet enim Aphrica hunc amnem ad Oriẽtem, quo separatur ab Asia. m Velut exorbitasse.) Quia vna est via, & ceu orbita, qua natura ipsa vadit n Si diffinitione.) Notũ est à philosophis, finiri hominẽ animal rationale, addi etiam mortale: nam plerique omnes eorũ dæmonas quoque animalia esse autumant, & rationalia, sed immortalia tamen.
o Et cercopithecos.) Ex Græco caudatas simias, κίβους, cauda, πίθηκος simius. Martialis de simio:

Gallidus admissas eludere simius hastas
Si mihi cauda foret, cercopithecus eram.

Aristo. lib. de animalibus. ij. κέβους vocat, quos finit caudatas simias. Alij tamen sunt, quos Strabo cepos nominat lib.xvj. facie leonis, corpore reliquo panthere, damæ magnitudine dicit esse. Sunt & Cepi ad Mæotim populi. p Et sphingas.) Sphinx & sphinga, animal est non absimile
Sphinx. vulgaribus simiis, nisi quod est maius, geminis à pectore mãmis propendulis muliebri facie. In Aethiopia nascitur, docile, vt inquit Solinus, ad feritatis obliuionem. Poëtę ei faciem virginalem tribuũt, ferinos pedes, & in dorso alas. De hac lib.xviij. q Mire quidem de monstris omnibus diffinitum.) Hæc verba non sunt in vetustis libris manu scriptis.
r Aut illa, aut alia.) In antiquis codicibus sic: Aut illa, quæ talia de quibusdam &c.

An inferiorem partem terræ, quæ nostræ habitationi contraria est, antipodas habere, credendum sit. Caput .IX.

Q Vod vero & antipodas [a] esse fabulantur, id est, homines à contraria parte terræ, vbi sol oritur, quando occidit nobis aduersa pedibus nostris [b] calcare vestigia, nulla ratione credendum est. Neque hoc vlla historica cognitione didicisse se affirmant, sed quasi ratiocinando coniectant [c], eo quod intra conuexa cœli terra suspensa sit, eundemq; locũ mũdus [d] habeat, & infimum, & medium: & ex hoc opinãtur alteram terrę partẽ, quæ infra est, habitatione ho-
F minum carere non posse. Nec attendunt etiam, si figura conglobata & rotũda mundus esse credatur, siue aliqua ratione monstretur: non tamen esse consequens, vt etiam ex illa parte ab aquarum cõgerie nuda sit terra. Deinde etiã si nuda sit, neq; hoc statim necesse est, vt homines habeat: quãdo nullo modo scriptura ista mẽtitur, quæ narratis præteritis, facit fidem: eo quod eius prædicta complentur. Nimisq; absurdum est, vt dicatur, aliquos homines ex hac in illam partẽ Oceani immensitate traiecta nauigare, ac peruenire potuisse: vt etiã illic ex vno illo primo homine gen⁹ instituereturGene.ii.
humanum. Quapropter inter illos tunc hominum populos, qui per septuaginta duas gentes, & totidem linguas colligũtur fuisse diuisi, quæramus, si possumus inuenire illam in terris peregrinãtem ciuitatem dei, quæ vsq; ad diluuiũ, arcamq; perducta est: atq; in filiis Noë per eorum benedictiones perseuerasse mõstratur, maxime in maximo, qui est appellatus Sem: quandoquidẽ Iaphet ita benedictus est, vt in eiusdem fratris sui do-

mibus

G mibus habitaret.

Antipodes [a] QVod vero & antipodas.) Cosmographi omnes cœlũ, & proinde terram in quinque cingula diuiserunt, quorum postremi duo, quod cœli verticibus subiecti essent, procul à cœli motu, à solis orbita duobus perẽnibus fontibus caloris, perpetuis rigoribus infestantur: medium vero, in quo & concitatissima est cœli vertigo, & via solis, nimio peruſtum ardore cultũ omnem humanum abigit: quæ media sunt inter frigida & tostum, temperie sua sedem animantibus præbent. Cingulum in quo nos sumus ad septentrionem vergens Boreale temperatum dicitur, contrarium illud Australe itidem temperatum. ἀντίχθονες, qui terram illam possident, dicuntur. Tum iubet Cleomedes zonas istas duas quatuor in partes æquas rectis angulis secari: qui partes, quæ in eadem sunt zona, incolunt, inter se sunt περίοικοι, id est, circumcolæ, qui in diuersis, aut æqua distantia ab occidentali inæquali à polis habitant, sunt ἀντοικοι, quasi contra se positi, aut in æquis omnibus, sunt antipodes, περίοικοι luce differunt, ac tenebris: non vicissitudinibus anni & temporũ. ἀντοικοι contra his, non illis: antipodes vtrisque. Opinio veterum, cui Cicero, Mela, & maximi quiq; suffragati sunt, fuit, australem illam plagam penitus nobis incognitam esse. Ciceroq; in vj. de Repub. interfusum maximum inter nos & illos ἀντίχθονες oceanum putauit, quem nemo vnquam penetrarit: idq; fusissime Macrobius persequitur. Ego ne ibi multum hæreret lector, velut pręteruolaui, spatio vix tacto. Hæc fuit Augustino causa non leuis, cur antipodes negaret, Lactantium sequutus. Videbat enim homo acutiss. si cõcederetur aditum nulli eorum, qui hanc incolimus Borealem fasciam tẽperatam ad australes illos patere, vt Cicero iam magnique authores prę iudicarant: sequi necessario illos de genere Adæ non esse, maluit illud negare, quàm argumento premi tam molesto tantis authoritatibus munito: sed profecto & antipodes esse, tam certum est, vt negari non possit, & ad illos esse viam compertissimum est, etiam nõnullis antiquorũ, nedum nauigationibus nostræ memoriæ. Nam olim per Arabicum sinum

H quidam Augusti Cæsaris potentiam fugientes, pérque imam Aethiopiã maréque Atlanticũ ad Gades Herculis enauigarunt: contra florentibus rebus Carthaginensium aliqui ex eis ab Herculeo freto in Arabicũ mare rubrum: tum etiam Persicus sinus, & Indicum eorũmque mare Alexãdri armis est exploratum, insulãque Taprobane, & aliæ in illis tractibus nonnullæ, quæ ex positu cœlorum & syderum deprehenduntur antipodes esse nobis. Tantum enim illis exurgit contrarius ille vertex: tantum ab occidentali suo absunt, quantũ quædam ex terris in zona nostra positis. b Aduersa pedibus nostris.) Imitatio Ciceronis in somnio Scipionis. de antipodibus enim loquens ait: Aduersa vobis vrgent vestigia. c Sed quasi ratiocinando coniectant.) Similis enim in aduersa zona temperies est, quapropter terræ incolantur, huic nostræ, quæ inter æstum & frigus extenditur. d Eundemq; locum mundus.) In rotundo medium est infimum, ambitus vndique sublimis, & supremus est.

De generatione Sem, in cuius progenie tendens ad Abraham ciuitatis dei ordo dirigitur.

Caput X.

Gene.11. Gene.4. Gene.11. TEnenda est igitur series generationũ ab ipso Sem, vt ipsa ostendat post diluuium ciuitatẽ dei: sicut eam series generationum ab illo, qui est appellatus Seth, ostendebat ante diluuium. Propter hoc igitur scriptura diuina cum terrenam ciuitatẽ in Babylone, hoc est, in confusione esse mõstrasset, ad patriarcham Sem recapitulãdo reuertitur, & orditur inde generationes vsq; ad Abraham, cõmemorato etiã numero annorum quanto quisq; ad hanc seriem pertinentem filium genuisset, quantoq; vixisset. Vbi certe

I agnoscendum est, quod ante promiseram, vt appareat

Gene.10. quare sit dictum de filiis Heber nomen vnius Phalec: quia in diebus eius diuisa est terra. Quid enim aliud intelligendum est terram esse diuisam, nisi diuersitatẽ linguarum? Omissis igitur cæteris filiis Sem, ad hanc rem non pertinentibus illi connectũtur in ordine generationum, per quos possit ad Abrahã peruenirì: sicut illi connectebantur ante diluuium, per quos peruenireturad Noë generationibus, quæ propagatæ sunt ex illo Adam filio, qui appellatus est Seth. Sic ergo incipit

Gene.11. generationũ ista cõtexio: Et hæ generationes Sem. Sem filius Noë centum erat annorum cum genuit Arphaxat [a] secũdo anno post diluuiũ. Et vixit Sem postquam genuit Arphaxat quingentos annos, & genuit filios & filias, & mortuus est. Sic exequitur cęteros, dicens: Quoto quisque anno vitæ suæ filium genuerit ad istum generationum ordinem pertinentem, qui pertẽdit ad Abraham: & quot annos postmodũ vixerit, intimãs eum filios filiasq; genuisse: vt intelligamus vnde potuerint populi accrescere, ne in paucis qui cõmemorantur hominibus occupati pueriliter hęsitemus, vnde tanta spatia terrarum atq; regnorum repleri potuerint de genere Sem, maxime propter Assyriorum regnum, vnde Ninus ille orientalium dominator † vsquequaq; populorum ingenti prosperitate regnauit, & latissimũ ac fundatissimum regnũ, quod diuturno tẽpore duceretur, suis posteris propagauit. Sed nos ne diuti° quàm opus est, immoremur: nõ quot annos quisq; in ista generationum serie vixerit, sed quoto anno vitæ suæ genuerit filium, hoc ordine memorandum tantummodo poninius, vt & numerũ annorum à transacto diluuio vsque ad Abraham colligamus: & præter illa in quibus nos cogit necessitas immorari, breuiter alia, cursimq; tangamus. Secundo igitur anno post diluuium, Sem cum esset centum annorum, genuit Arphaxat. Arphaxat autem cum esset centum trigintaquinque annorum, genuit Caĩnam, qui cum esset centum triginta annorum genuit Sala. Porrò etiam ipse Sala totidem annorum erat, quando genuit Heber. Centum vero & triginta & quatuor agebat annos Heber, cum genuit Phalech, in cuius diebus diuisa est terra. Ipse autem Phalech vixit centum triginta annos, & genuit Ragau. Et Ragau centum triginta duos, & genuit Seruch. Et Seruch centum triginta, & genuit Nachor. Et Nachor septuaginta nouẽ, & genuit Thara [b]. Thara autẽ septuaginta, & genuit Abram: quem postea deus mutato vocabulo, vocauit Abraham. Fiũt itaq; anni à diluuio vsq; ad Abraham mille septuaginta & duo, secundum vulgatam ædítionem, hoc est, interpretum septuaginta. In Hebræis autem codicibus lõge pauciores annos perhibent inueniri: de quibus rationem, aut nullam, aut difficillimam reddunt. Cùm ergo quærimus in illis septuaginta duabus gentibus ciuitatem dei, non possumus affirmare illo tempore, quo erat illis labium vnum, id est, loquela vna, tunc iam genus humanum alienatum fuisse à cultu veri dei: ita vt in solis istis generationib° pietas vera remaneret, quæ descendunt de semine Semper Arphaxat, & tendunt ad Abraham: sed ab illa superbia ædificandę turris vsque in cœlum, qua impia significatur elatio, terrena apparuit ciuitas, hoc est, societas impiorum. Vtrum ista ante non fuerit, an latuerit, an potius vtraque permanserit, pia scilicet, in duob° filiis Noë, qui benedicti sunt eorumq; posteris: impia verò in eo qui maledictus est, atque eius progenie, vbi etiam exortus est gigas venator contra dominum, non est diiudicatio facilis. Fortassis enim, quod profectò credibilius est, & in filiis duorum illorum iam tũc ante quàm Babylonia cœpisset institui, fuerunt contẽptores dei, & in filiis Cham cultores dei: vtrumque tamen hominũ genus terris nunquam defuisse credendum est. Siquidem & quando dictũ est: Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum: in vtroque Psalmo, vbi hæc verba sunt, & hæc leguntur, Nõnne cognoscent omnes, qui operãtur iniquitatem, qui deuorant plebem meam in cibo panis? Erat ergo etiam tũc populus dei: vnde illud quod dictum est: Nõ est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum: de filiis hominum dictum est, non de filiis dei. Nam præmissum est: Deus de cœlo prospexit super filios hominum, vt videret, si est intelligens, aut requirens deum. Ac deinde illa subiuncta, quæ omnes filios hominum, id est, ad ciuitatem pertinentes, quæ viuit secundũ hominẽ, & non secundũ deum, reprobos esse demonstrat.

K

†*aliàs, dominitor.*

Gene.11.

Gene.10.

L

Gene.17.

M

Psal.13.

Ibidem.

Arphaxat

[a] ARphaxat.) Ab hoc Chaldæos ortos esse, Hieronymus tradit.
[b] Tharæ.) Hunc septuaginta vocant σάρρα.

A *Quod ea primitus lingua in usu hominũ fuerit, quæ postea Hebræa ab Heber nomine nuncupata est: & in cuius familia remãsit, cum diuersitas esset facta linguarum. Cap. XI.*

Gene.11. QVamobrem sicut lingua vna cum esset omnium, non ideo filij pestilentiæ defuerunt: nã & ante diluuium vna erat lingua & tamen omnes præter vnam Noë iusti domum deleri diluuio meruerunt: ita quando merito elatioris impietatis gẽti linguarum diuersitate punitæ, atq; diuisæ sunt, & ciuitas impiorũ confusionis nomen accepit, hoc est, appellata est Babylon. Nõ defuit domus Heber [a]: vbi ea quę antea fuit omnium lingua remaneret. Vnde sicut supra memoraui, cum cœpissent enumerari filij Sem, qui singuli gentes singulas procrearũt, primus est commemoratus Heber, cum sit abnepos ipsius, hoc est, ab illo quintus inueniatur exortus. Quia ergo in eius familia remansit hæc lingua diuisis per alias linguas cęteris gentibus: quæ lingua prius humano generi non immerito creditur fuisse cõmunis, ideo deinceps Hebræa est nuncupata. Tunc enim opus erat eam distingui ab aliis linguis nomine proprio: sicut aliæ quoque vocatæ sunt nominibus propriis. Quando autem erat vna nihil aliud quàm humana lingua, vel humana locutio vocabatur, qua sola vniuersum genus humanum loquebatur. Dixerit aliquis: Si in diebus Phalech filij Heber diuisa est terra per linguas, id est, homines, qui tunc erãt in terra, ex eius nomine potius debuit appellari lingua illa, quæ fuit omnibus ante communis. Sed intelligẽdum est ipsum Heber propterea tale nomen [b] imposuisse filio suo, vt vocaretur Phalec, quod interpretatur diuisio: quia tunc ei natus est, quando per linguas terra diuisa est, id est, ipso tẽpore, vt hoc sit quod dictum est: In diebus eius diuisa est terra. Nã nisi adhuc Heber viueret, quando linguarum facta est multitudo: non ex eius nomine nomen acciperet lingua, quæ apud illũ potuit permanere. Et ideo credenda est ipsa fuisse prima illa communis: quoniam de pœna venit illa multiplicatio mutatioq; linguarũ: & vtique præter hanc pœnam esse debuit populus dei. Nec frustra linguam istam, hoc est, quam tenuit Abraham, nec in omnes filios suos transmittere potuit, sed in eos tãtum, qui propagati per Iacob: & insignius atq; eminentius in dei populum coalescentes, dei testamẽta & stirpem Christi habere potuerunt. Nec Heber ipse eandẽ linguam in vniuersam progeniem suam refudit: sed in eam tantũ, cuius generationes perducũtur ad Abrahã. Quapropter etiam si non euidẽter expressum est fuisse aliquod pium genus hominũ, quando ab impiis Babylonia condebatur: non ad hoc valuit hæc obscuritas, vt quærentis fraudaretur, sed potius vt exerceretur intentio. Cum enim legitur vnam fuisse linguam primitus omnium, & ante omnes filios Sem commendatur Heber, quanuis ab illo quintus oriatur: & Hebræa vocatur lingua, quam Patriarcharum & Prophetarum: non solum in sermonibus suis, verumetiã in literis sacris custodiuit authoritas. Profectò itaque cum quæritur in diuisione linguarum, vbi lingua illa remanere potuerit, quæ fuit ante communis: quæ sine vlla dubitatione, vbi remansit, non ibi fuit illa pœna, quæ facta est mutatione linguarũ, quid aliud occurrit, nisi quod in huius gente remanserit, à cuius nomine nomẽ accepit: & hoc iustitiæ gentis huius non paruum apparuisse vestigiũ, quod cum aliæ gentes plecterentur mutatione lingua-

Ibidem.

Gene.10.

Infra li. 18 ca.39.

B

Gene.10.

C

Gene.11.

Gene.10.

rum, ad istam non peruenit tale supplicium. Sed adhuc illud mouet, quomodo potuerunt singulas gentes facere Heber, & filius eius Phalec, si vna lingua permansit ambobus? Et certe vna est Hebræa gens ex Heber propagata vsq; ad Abrahã, & per eum deinceps donec magnus fieret populus Israël. Quomodo igitur omnes filij qui commemorati sunt trium filiorum Noë fecerũt singulas gentes, si Heber & Phalec singulas nõ fecerũt? Nimirũ illud est probabilius, quod gigas ille Nemroth fecerit etiam ipse gentem suã [c]: sed propter excellentiã dominationis & corporis seorsum eminentius nominatus est, vt maneat numerus septuaginta duarũ gentium atq; linguarum. Phalec autem propterea cõmemoratus est, non quòd gentem fecerit: nam eadem ipsa est eius gens Hebręa eademq; lingua, sed propter tempus insigne, quod in diebus ei° terra diuisa est. Nec mouere nos debet, quomodo potuerit gigas Nemroth ad illud ætatis occurrere, quo Babylon condita est, & confusio facta linguarum, atq; ex hac diuisio gentiũ. Non enim quia Heber sextus est à Noë, ille autem quartus, ideo non potuerunt ad idem tẽpus cõuenire viuendo: Hoc enim contigit cũ plus viuerent, vbi pauciores sunt generationes: minus vbi plures, aut serius nati essent, vbi pauciores, maturius vbi plures. Sanè intelligẽdum est, quando terra diuisa est: non solum iam natos fuisse cæteros filios filiorum Noë, qui cõmemorantur patres gentium, sed etiã eius ætatis fuisse, vt iam vniuersi familias *† haberent, quæ dignæ fuissent nominibus gẽtium. Vnde nequaquam putãdum, quod eo fuerint ordine geniti, quo cõmemorati leguntur. Alioquin duodecim filij Iectan, qui erat filij° alius Heber, frater Phalec, quomodo potuerunt iam gentes facere, si post Phalec fratrem suum Iectan natus est, sicut post eum commemoratus est: quandoquidem tempore quo natus est Phalec, diuisa est terra. Proinde intelligẽdũ est, prio rẽ quidem Phalec nominatũ, sed longe post fratrem suũ Iectan fuisse natũ, cuius Iectan duodecim filij tam grãdes iam familias haberent, vt in linguas proprias diuidi possent. Sic enim potuit prior cõmemorari, qui erat ætate posterior: quemadmodũ prius commemorati sunt ex tribus filiis Noë procreati filij Iaphet, qui erat minimus eorum: deinde filij Cham, qui erat medius: postremo filij Sem, qui erat primus & maximus. Illarũ autem gentiũ vocabula partim manserunt, ita vt hodie quæ appareat vnde fuerint deriuata: sicut ex Assur, Assyrij: ex Heber, Hebræi, partim temporis [d] vetustate mutata sunt: ita vt vix homines doctissimi antiquissimas historias perscrutãtes: nec omniũ, sed aliquarũ ex istis origines gẽtiũ potuerint reperire. Nã quod ex filio Cham [e], qui vocabatur Mesraïm, Aegyptij perhibẽtur exorti, nulla hic resonat origo vocabuli: sicut nec Aethiopum [f], qui dicuntur ad eum filium Cham pertinere, qui Chus appellatus est. Et si omnia considerẽtur plura mutata, quàm manentia nomina apparent.

D

*† *aliàs numerosas familias.*

Gene.10.

Gene.10.

E

F

[a] NOn defuit domus Heber.) In hac putant quidam primorum hominum linguam remansisse, quod in coniuratione illa turris extruendæ non consenserit. Psameticon Aegypti regem scribit Herodotus, educari iussisse duos pueros in syluis, vbi nullã audirent vocem humanam, vt quam linguã suapte sponte sine doctore loquerentur, cã iudicaret primam fuisse generis humani. Post tres annos ante ipsum productos, hec aliquories protulisse: cumq; lingua Phrygia hec esset panis, eam primorum hominũ, & Phrygas primos fuisse homines pronunciatum est. Sed mirum non est ipsos hec dixisse, qui inter capras essent educati, nullasq; alias voces esse locutos.

b Ipsum Heber propterea tale nomen.) Vaticinãdo id, quod futurum erat, inquit Hieronymus. c Quod gigas ille Nemroth fecerit etiam ip. g. f.) Quam gentem fecerit, non constat: vbi regnauerit traditur Gen. x. quæ loca sic explicat Hierony. Regnum eius Babylon, regnauit & in Arach, hoc est, in Edessa, & in Achad, quæ nunc dicitur Nisibis: & in Calane, quæ postea verso nomine à Seleuco rege dicta est Seleucia: vel certe, quæ

f

G te quæ nunc κατοικοῦσι. Forsitan harum gentium est author, non dubium, quin propagator. d Partim temporis.) Vetustate, sicut diuus Hieronymus dicit, de omnibus filiis Iectan. Quid mirum in tanta vetustate quum intra annos ducentos mutata sint omnia pene vrbium, montiũ, fluuiorũ nomina Italiæ, Hispaniæ, Galliæ aduentu Barbararum nationum.

Aegyptus. e Nam quòd ex filio Cham.) Immo ab ipso Cham dictam Aegyptũ, tradit Hieronymus, cuius hæc sunt verba: Frequenter Septuaginta interpretes non valentes hetb literã, quæ duplicem aspirationẽ sonat, in Græcum sermonem vertere, χ Græcam literam addiderunt, vt nos docerent istiusmodi vocabula aspirari debere: vnde & in præsenti loco Chã transtulere, pro eo quod Ham, à quo & Aegyptus vsque hodie Aegyptiorum lingua Ham dicitur. Tãtũ Hierony. sed fieri potuit, vt Aegyptus de nomine conditoris Mesrahim sit appellata: nam sic eam nominat Hebræi, eodem Hieronymo authore. De nomine etiam patris Ham, Aegyptus postea dicta est aërea, quasi ἀήρεια, quoniam tenebricoso est aëre, vt Stephanus inquit: nominata est eidem authori Heptapolis, à septẽ vrbibus.

Aethiopia. Deinde ab Aegypto rege Beli filio Aegyptus. Homerus Nilum amnem Aegyptũ vocat. f Sicut nec Aethiopũ.) Chus ab Hebræis Aethiopia est dicta. Hiero. Hæc etiã Atlãtia est appellata, ab Atlãte: & Aethiopia post, vt quidã volũt, ab Aethiope Vulcani filio: sed magis crediderim de colore & exustiõe esse dictos. Nã αἴθω τὴ etiã ĩ soluta oratiõe apud Græcos est μέλας, id est, niger. Aethiopiã antiquissim° scriptor Homer° duplicẽ fecit ἐδυστείας α. ὃι μὲν δυσομένου ὑπερίονος, οἱ δ' ἀνιόντος. Hæc solem spectat surgentem, ast illa cadẽtem. Est & Aethiopion regio in Eubœa insula.

De articulo temporis in Abraham, à quo sanctæ successionis nouus ordo contexitur. Caput XII.

H NVnc iam videamus procursum ciuitatis dei, etiam ab illo articulo tẽporis, qui factus est in patre Abraham, vnde incipit esse notitia eius euidentior, & vbi clariora leguntur promissa diuina, quæ nunc in Christo videmus impleri. Sic ergo scriptura sancta indicãte didicimus: In regione Chaldæorum natus est Abrahã: quæ terra ad regnum pertinebat Assyriorum [a]. Apud Chaldæos autem iã etiam tunc superstitiones impiæ præualebant, quẽadmodum per cæteras gentes. Vna igitur Tharæ domus erat, de qua natus est Abraham, in qua vnius veri dei cultus, & quantum credibile est, in qua iam sola etiam Hebræa lingua remanserat: quãuis & ipse, sicut iam manifestior dei populus in Aegypto, ita in Mesopotamia seruisse diis alienis Iesu Naue narrãte refertur: cæteris ex progenie illius Heber in linguas paulatim alias, & in nationes alias defluentibus. Proinde, sicut per aquarũ diluuium vna domus Noë remanserat ad reparandũ genus humanum, sic in diluuio multarum superstitionũ per vniuersum mundum vna remanserat domus Tharæ, in qua custodita est plantatio ciuitatis dei. Deniq; sicut illic enumeratis supra generationibus ab Adam vsq; ad Noë simul cum annorum numeris, & exposita

I diluuij causa, prius quàm deus inciperet de arca fabricanda loqui, ad Noë dicitur: Hæ autem generationes Noë: ita & hic enumeratis generationibus ab illo, qui est appellatus Sem, filio Noë, vsq; ad Abraham: deinde insignis articulus similiter ponitur, vt dicatur: Hæ sunt generationes Tharæ. Thara genuit Abram & Nachor & Aram: & Aram genuit Loth. Et mortuus est Aram corã Thara patre suo [b] in terra, in qua natus est in regione Chaldæorum. Et sumpserunt Abram & Nachor sibi vxores. nomen mulieris Abram Sara, & nomẽ mulieris Nachor Melcha, filia Aram. Iste Aram pater Melchæ fuit & pater Iescæ, quæ Iesca creditur ipsa esse etiam Sara vxor Abrahæ.

Iosue. 24. Gene. 7. Gene. 5. Gene. 6. Ibidem. Gene. 11.

a Assyria. QVæ terra ad regnum pertinebat Assyriorũ.) Nam in Assyria est Chaldęa, Melæ, Plinio, Straboni & aliis: nec solũ pars est illius Assyriæ, quam veteres nihil aliud esse quàm Syriam late patentem putauerunt, hac Græca voce, illa barbara, sed illius Assyriæ angustioris. Strabo Assyriam vocant Babyloniam, & maximã adiacentis terræ portionem. Xenoph. in primo de, pædia Cyri Syrios & Assyrios ponit tanquã diuersos. b Coram Thara patre suo.) In Genesis. xj. cap. ex omnibus interpretibus ante patrem suũ. Lxx. ἀνάπαυσε δὲ τὸν πατέρα. q. eo præsente, & inspectante. Forte Augustinus coram patre, hoc est, eo præsente intellexit, antequàm ex Chaldæa migraret in Charrã, quæ postea à Latinis dictæ sunt Charrhę Ciuitas hæc est Mesopotamiæ, ad quam exercitus Romanus imperatore M. Crasso cæsus est à Parthis.

Charræ.

K

Quæ ratio fecisse uideatur, ut in transmigratione Tharæ, qua Chaldæos deserens in Mesopotamiam transiuit, nulla filij eius Nachor facta sit mentio. Caput XIII.

DEinde narratur, quemadmodũ Thara cũ suis regionem reliquerit Chaldæorum, & venerit in Mesopotamiã [a], & habitauerit in Charrã. Tacetur autẽ de vno filio eius, qui vocabatur Nachor, tanquam eum nõ duxerit secum. Nam ita narratur: Et sumpsit Thara Abraham filiũ suũ, & Loth filiũ Aram, filium filij sui, & Saram nurum suã, vxorem Abrahã, filij sui, & eduxit illos de regione Chaldæorũ in terrã Chanaan, & venit in Charrã, & habitauit ibi. Nusquã hic nominatur Nachor, & vxor eius Melcha. Sed inuenimus postea cum seruum suum mitteret Abraham ad accipiendã vxorem filio suo Isaac, ita scriptum: Et accepit puer decem camelos de camelis domini sui, & de omnibus bonis domini sui secũ, & exurgens profectus est in Mesopotamiam in ciuitatẽ Nachor. Isto & aliis sacræ huius historiæ testimoniis, ostenditur etiam Nachor fratrem Abrahæ exisse de regione Chaldæorum, sedesq; constituisse in Mesopotamia, vbi cum patre suo habitauerat Abrahã. Cur ergo scriptura eũ non cõmemorauit, quando ex gente Chaldęorum cum suis profectus est Thara, & habitauit in Mesopotamia, vbi nõ solum Abrahã filius eius, verũetiã Sara nurus eius & Loth nepos eius cõmemorãtur, quod eos duxerit secum? Cur putamus, nisi forte quod à paterna & fraterna pietate descciuerat, & superstitioni adhæserat Chaldæorum, & postea inde, siue pœnitẽdo, siue persecutionem passus, quod suspectus haberetur, & ipse emigrauit? In libro enim qui inscribitur Iudith, cum quæreret Holofernes hostis Israëlitarũ, quæ nam gens illa esset, vtrum aduersus eã bellandũ fuisset, sic ei respondit Achior dux Ammonitarũ, Audiat dominus noster verbum de ore pueri sui, & referam tibi veritatem de populo, qui habitat iuxta mõtana hæc, & non exibit mẽdacium de ore serui tui. Hęc enim progenies populi est Chaldæorũ, & antea habitauerunt Mesopotamiã, quia noluerunt sequi deos patrum suorũ, qui fuerũt in terra Chaldæorum glorioſi, sed declinauerunt de via parẽtũ suorum, & adorauerunt deum cœli, quem cognouerũt, & proiecerunt eos à facie deorum suorum, & fugerunt in Mesopotamiã, & habitauerunt ibi dies multos. Dixitq; illis deus eorum, vt exirent de habitatione sua, & irent in terram Chanaan, & habitauerunt ibi, & cętera quæ narrat Achior Ammonites. Vnde manifestũ est, domum Tharæ persecutionẽ passam fuisse à Chaldæis pro vera pietate, qua vn° & verus ab eis colebatur de°.

Gene. 11. Gene. 24. L Gene. 11. Iudith. 5.

a VEnerit in Mesopotamiã.) Mesopotamia dicitur. q. μέσος ποταμῶν, quia inter Tigrim & Euphratem tota.

De annis Tharæ, qui in Charra uitæ tempus impleuit. Caput XIIII.

DEfuncto autẽ Thara in Mesopotamia vbi vixisse perhibetur ducentos & quinque annos, iam incipiunt indicari factæ ad Abrahã promissiones dei, quod ita scriptũ est: Et fuerũt dies Tharæ in Charra quinq; & ducẽti anni, & mortuus est in Charra. Nõ sic autẽ accipiẽdũ est, quasi omnes hos dies ibi egerit, sed quia omnes dies vitæ suæ, qui fuerũt anni ducẽti & quĩq; ibi cõpleuerit, alioquin nesciretur, quot annos vixerit Thara, quoniã non legitur quoto anno vitæ suæ in Charrã venerit: & absurdũ est existimare in ista serie generationũ, vbi diligenter cõmemoratur, quot

Gene. 11.

A quot annos quisq; vixerit, huius solius numerũ annorũ vitæ non cõmendatũ esse memoriæ. Quod enim quorundam quos eadem scriptura commemorat, tacentur anni, non sunt in hoc ordine, in quo temporum dinumeratio decessione gignentium, & genitorum successione contexitur. Iste autem ordo, qui dirigitur ab Adã vsq; ad Noë, & inde vsq; Abraham, sine numero annorum vitæ suæ neminem continet.

De tempore promissionis Abrahæ, qua secundum præceptum dei exiuit de Charra. Caput XV.

Gene. 12. QVod vero cõmemorata morte Tharæ patris Abrahã, deinde legitur: Et dixit dominus ad Abraham: Exi de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & cætera: nõ quia hoc sequitur in sermone libri, hoc etiam in rerum gestarũ tempore sequi existimandum est. Erit quippe si ita est indissolubilis quæstio [a]. Post hæc enim verba dei, quæ ad Abraham facta sunt, scriptura sic loquitur: Et exiit Abrahã quemadmodũ locutus est illi dominus, & abiit cum illo Loth. Abraham autem erat quinq; & septuaginta annorum cum exiuit de Charra. Quomodo potest hoc verum esse, si post mortem patris sui exiit de Charra? Cum enim esset Thara septuaginta annorũ,

B sicut supra intimatum est, genuit Abraham. Cui numero additis septuagintaquinq; annis, quos agebat Abraham, quãdo egressus est de Charra, fiunt anni centum & quadragintaquinq;. Tot igitur annorũ erat Thara, quando exiit Abraham de illa Mesopotamiæ ciuitate. Agebat enim annum ætatis suæ septuagesimumquintum, ac per hoc pater eius, qui eum septuagesimo vitæ suæ anno genuerat, agebat, vt dictũ est, centesimum & quadragesimũquintũ annum. Non ergo inde post mortem patris, id est, post ducentos quinque annos quibus pater eius vixit, egressus est, sed annus de illo loco pro-

*aliâs pro fectionis. gressionis * eius, quoniam ipsius septuagesimusquintus erat, proculdubio patris eius, qui eũ septuagesimo vitæ suæ anno genuerat, cẽtesim° quadragesimusquint° fuisse colligitur. Ac per hoc intelligendũ est, more suo scripturam redisse ad tempus, quod iam narratio illa trãsierat, sicut superius cum filios filiorum Noë cõmemorasset, dixit illos fuisse in gentibus & linguis suis, & tamen postea, quasi hoc etiam in ordine temporũ sequeretur. Et erat, inquit, omnis terra labium vnum, & vox

Gene. 11. C vna omnibus. Quomodo ergo secundum suas gẽtes, & secundum suas linguas erant, si vna erat omnibus nisi quia ad illud quod eam transierat, recapitulãdo est reuersa narratio? Sic ergo & hic cum dictum esset, Et fuerunt dies Thare in Charra quinque & ducenti anni, & mortuus est Thara in Charra. Deinde scriptura redeũdo ad id quod ideo prætermiserat, vt prius de Thara in quod inchoatum fuerat compleretur. Et dixit, inquit, dominus ad Abraham: Exi de terra tua: &c. Post

Gene. 11. quæ dei verba subiungitur, Et exiit Abraham: quẽadmodum locutus est illi dominus, & abiit cum eo Loth. Abraham autem erat quinq; & septuaginta annorum, cum exiit ex Charra. Tũc itaq; hoc factum est, quãdo pater eius centesimũ quadragesimum & quintum annum agebat ætatis. Tunc enim fuit huius septuagesimusquintus. Soluta est autem quæstio [b] ista, & aliter, vt septuagintaquinq; anni Abrahæ quãdo egressus est de Charra ex illo computarentur, ex quo de igne Chaldæorum liberatus est, non ex quo natus est, tanquam

Act. 7. tunc potius natus habendus sit. Sed beatus Stephanus in Actibus Apostolorum cum ista narraret: Deus, inquit, gloriæ apparuit Abrahæ patri nostro, cum esset in Mesopotamia, prius quàm habitaret in Charra. Et ait ad illũ: Exi de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram, quam tibi demõstrabo. Secundum hæc verba Stephani non post mortem patris eius locutus est deus Abrahę, qui vtiq; in Charra mortuus est, vbi cũ illo, & ipse filius habitauit, sed prius quàm habitaret in eadem ciuitate, iam tamen cũ esset in Mesopotamia. Iam ergo exierat à Chaldæis. Quod itaq; adiungit Stephanus: Tunc Abraham egressus est de terra Chaldæorum, & habitauit in Charra, non demonstrat, quid sit factum posteaquàm locutus est illi deus. Neq; enim post illa dei verba egressus est de terra Chaldęorum, cum dicat ei locutũ deum esse in Mesopotamia, sed ad totũ illud tempus pertinet quod ait: Tunc, id est, ex quo egressus est à Chaldæis, & habitauit in Charra. Item quod sequitur: Et inde postquam mortuus est pater eius, collocauit illum in terra hac, in qua vos nunc habitatis & patres vestri: nõ ait, postquã mortu° est pater eius exiit de Charra, sed inde postquã mortuus est pater eius hic eum collocauit. Intelligendũ est igitur locutum deum fuisse cum Abraham, cũ esset in Mesopotamia, prius quàm habitaret in Charra, sed eum in Charram peruenisse cum patre retento apud se præcepto dei, & inde exisse septuagesimo & quinto

E suo, patris autem sui centesimo quadragesimo quinto anno. Collocationem vero eius in terra Chanaan nõ profectionem de Charra post mortem patris eius factam esse dixit, quia iam mortuus erat pater eius, quãdo emit terram, cuius ibi iam suæ rei cœpit esse possessor. Quod autem iam in Mesopotamia constituto, hoc est, iam egresso de terra Chaldæorũ, dixit deus: Exi de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui: non vt corpus inde eiiceret, quod iam fecerat, sed vt animam euelleret, dicitur. Non enim exierat inde animo, sed *† spe redeũdi, & desiderio tenebatur, quæ spes & desideriũ deo iubẽte, ac iuuãte, & illo obediente fuerat amputanda. Non sane incredibiliter existimatur, cum postea secutus esset Nachor patrem suum, tũc Abraham præceptum domini impleuisse, vt cum Sara coniuge sua & Loth filio fratris sui exiret de Charra.

D Gene. 12. Gene. 11. Act. 7. *aliâs. F

a ERit quippe si ita est indissolubilis quæstio.) Sic etiam hanc quæstionem vocat Hierony. qui eam diuersus paulo, quàm Augustinus hic soluit, tametsi coniecturis tribus vtitur. b Soluta est autem quæstio.) Hæc est vna ex solutionibus sancti Hieronymi, ex fabula, quam Hebræi narrant. Sic enim scribit: Pro eo quod legimus in regione Chaldæorũ, in Hebræo habetur, אור כשדים Vrchasdim, id est, in igne Chaldæorum. Tradunt autem Hebræi ex hac occasione istius modi fabulam. Quod Abraham in ignem missus sit, quia ignem adorare noluerit, quem Chaldæi colunt & dei auxilio liberatus de idololatriæ igne profugerit, quod in sequẽtibus scribitur egressum esse Tharam cum sobole sua de regione Chaldęorũ, pro eo quod in Hebræo habetur: de incendio Chaldæorum, & hoc esse, quod nunc dicitur mortuus est Aran ante conspectũ Thare patris sui in terra natiuitatis suæ in igne Chaldæorum, quod videlicet ignem nolens adorare, igne cõsumptus sit. loquitur autem postea dominus ad Abraham: Ego sum qui eduxi te de igne Chaldæorum. & aliquanto post, vbi quæstionem illam sibi proposuisset, quam indissolubilem nominauit, inquit, Vera est igitur illa Hebræorum traditio, quam supra diximus, quod egressus sit Thare cum filiis suis de igne Chaldæorum, & quod Abraham Babylonio vallatus incendio, quia illud adorare nolebat, dei auxilio sit liberatus, & ex illo tẽpore ei dies vitæ, & tempus reputetur ætatis, ex quo confessus est dominum spernens idola Chaldæorum. Hactenus Hieronymi verba recẽsuimus, sine quibus parum intelligi posse Augustini sententia videbatur. Iosephus scribit Tharam cum odio haberet Chaldæam propter luctũ Arã filij migrasse cum tota domo Charras, sepulchrũmque Aran ostendi in Vr Chaldæorum.

De ordine & qualitate promissionum dei, quæ ad Abraham factæ sunt. Caput XVI.

QAm considerandæ sunt promissiones dei factæ ad Abraham. In his enim apertiora domini nostri Iesu Christi, hoc est, dei veri oracula apparere cœperunt de populo piorũ, quẽ prophe-

G tica prænũciauit authoritas, harum prima ita legitur:
Et dixit dominus ad Abraham: Exi de terra tua, & de
Gene.12. cognatione tua, & de domo patris tui, & vade in terrã,
quam tibi demonstrauero, & faciam te in gentem ma
gnam, & benedicam te, & magnificabo nomen tuum,
& eris benedictus, & benedicam benedicẽtes te, & ma
ledicam maledicentes te, & benedicentur in te omnes
tribus terræ. Aduertendũ est igitur duas res promissas
Abrahæ, vnam scilicet, quod terram Chanaan posses-
surum fuerat semen eius, quod significatur vbi dictum
est: Vade in terram, quam tibi demonstrauero, & faciã
te in gentem magnam: aliam verò longè præstantio-
rem, nõ de carnali, sed de spiritali semine, per quod pa
ter est non vnius gẽtis Israëliticę, sed omnium gentiũ,
quæ fidei eius vestigia consequũtur, quod promitti cœ
pit his verbis: Et benedicentur in te omnes tribus ter-
ræ. Hanc promissionem factam arbitratur Eusebius [a]:
Eusebius in chronicis. septuagesimoquinto anno ætatis Abrahæ, tanquam
mox vt facta est, de Charra exierit Abraham, quoniã
scripturæ contradici non potest, vbi legitur, Abraham
Gene.12. erat quinque & septuaginta annorum, cum exiit de
H Charra. Sed si eo anno facta est ista promissio, iã vti-
que in Charra cum patre suo demorabatur Abraham.
Neque enim inde exire posset, nisi prius ibi habitasset.
Nunquid nam ergo contradicitur Stephano dicenti:
Deus gloriæ apparuit Abrahæ patri nostro, cùm esset
Act.7. in Mesopotamia, priusquam habitaret in Charra? Sed
intelligendum est, quod eodẽ anno facta sunt omnia,
& dei promissio, antequam in Charra habitaret Abra-
ham: & in Charra habitatio eius, & inde profectio, nõ
solum quia Eusebius in chronicis ab anno huius pro-
missionis computat & ostendit post quadringentos &
triginta annos exitum esse de Aegypto, quando lex da
Gala.3. ta est: verũetiã, quia id cõmemorat Apostol[a] Paulus [b].

a HAnc promissionẽ factam arbitratur Eusebius.) Sic enim apud
illum est: Imperãte Assyriis. iiij.Ario & Sicyoniis Thelassio-
ne, Abraham cum septuagintaquinq; esset annorum, diuino
dig̃us habetur eloquio, & ea repromissione, quę ad illum fa-
cta est. b Quia id cõme. Apo. Paulus.) ad Galatas. iij. quadringẽtis
& triginta annis post promissiones factas Abrahę dicit legẽ esse datam.

De tribus excellentioribus gentium regnis, quorum, id est, Assyriorũ, iam Abraham sublimius eminebat.
Caput XVII.

REr idem tempus eminentia regna erant gen-
tiũ, in quibus terrigenarũ ciuitas, hoc est, so-
cietas hominum secundum hominem viuen
I tium sub dominatu angelorũ desertorũ insignius ex-
cellebat, regna videlicet tria Sicyoniorum [a], Aegyptio-
rum [b], Assyriorũ. Sed Assyriorum multo erat potẽtius
atq; sublimius. Nam rex ille Ninus Beli filius excepta
Gene.10. India, vniuersæ Asiæ populòs subiugauerat. Asiam ve-
ro dico [c], nõ illam partem quæ huius maioris Asiæ vna
prouincia est, sed eam, quæ vniuersa Asia nuncupatur,
quam quidam in alteram duarũ [d], pleriq; autẽ in tertiã
totius orbis partẽ posuerunt, vt sint omnes, Asia, Euro-
pa, & Aphrica, quod nõnulli æquali diuisione fecerũt [e].
Nãq; ista quæ Asia nuncupatur à meridie per Orientẽ
vsq; in Septẽtrionem peruenit. Europa vero à Septẽ-
trione [f] vsq; ad Occidentẽ, atq; inde Aphrica [g] ab Oc-
cidente vsq; ad meridiem. Vnde videntur orbem di-
midium duę tenere, Europa, & Aphrica: aliud vero di-
midium sola Asia. Sed ideo illæ duæ partes factæ sunt,
quia inter vtrãq; ab Oceano [h] ingreditur, quicquid a-
quarum terras interluit, & ab hoc mare magnum no-
bis facit [i]. Quapropter si in duas partes orbem diuidas
Orientis & Occidentis, Asia erit in vna, in altera vero
Europa & Aphrica. Quam ob rẽ vnũ triũ regnorũ, quę
tunc præcellebant, regnum scilicet Sicyoniorũ nõ erat K
sub Assyriis, quia in Europa erat. Aegyptiorũ aũt quo-
modo eis non subiacebat [k], à quibus tota Asia tenebatur, solis Indis vt perhibetur exceptis. In Assyria igitur
præualuerat dominatus impiæ ciuitatis: huius caput e-
rat illa Babylon, cuius terrigenæ ciuitatis nomẽ aptis-
simum est, id est, cõfusio. Ibi autẽ Ninus regnabat post
mortem patris sui Beli, qui primus illic regnauerat se-
xaginta quinque annos. Filius vero eius Ninus, qui de-
functo patre successit in regnum, quinquaginta duos
regnauit annos, & habebat in regno quadragintatres
annos, quando natus est Abraham, qui erat annus cir-
citer millesimus ducentesimus ante conditam Romã,
veluti alteram in occidente Babyloniam.

SIcyoniorũ.) Sicyon vrbs est in Peloponeso ingressis ad læuã an- a *Sicyon.*
tiquissima, in qua primus Aegialeus regnauit, vt Pausanias, & Eu-
sebius narrant. Sicyonia ipsa parua est in Achaia regio, sed reges
Sicyonij late per totam Achaiam imperabant Sicyon erat regia.
Achaiãq; Aegialia est olim de regis nomine nuncupata Plinio: totã vero
Peloponesum sic esse dictã scribit Eusebius, quæ postea Apia vocata *Peloponesus.*
est ab Api rege. iiij. à Pelope: deinde Peloponesus q. πελοπος νησος ©.: Pelo
pis insula. Peninsula enim est. Pausanias non totã Peloponeson Aegia-
liam esse dictam significat, sed maritimã tantũ partem. q. παρθαλασσ' littora-
lem, à Corintho ad Tenarum, & ab illo rege sic esse nominatam, pòst L
Sicyoniã à Sicyone rege. de qua lib. xviij. b Aegyptiorum.) Hoc tẽ-
pore imperabant Aegyptiis Thebæi, quæ regio est sub Delta à Thebis
ingenti vrbe & maximæ potentiæ nuncupata. c Asiam vero dico.)
De hac Asia minore alibi. d Quam quidam in alterã dua.) Sallust.
in bello Iugurth. ostendit quosdã orbem terrarũ in duas tantum partes
diuisisse, Asiam & Europam: Aphricã Europæ partem fecisse. Hac de cau
sa Silius de Libya, inquit: Aut ingens Asiæ latus, aut pars tertia rerũ. Qui
ab Europa non separant Aphricam ventos & cœlum sequũtur, vt Luca-
nus lib. ix. cuius hæc sunt verba:
Tertia pars rerum Libyæ, si credere famæ
Cuncta velis: at si ventos cœlũmque sequaris,
Pars erit Europæ. nec enim plus littora Nili
Quãm Scytichus Thanaïs primis à Gadibus absunt. Et alia super ea-
dẽ ratione quædã, alij terris per mare nostrũ disterminatis Aphricam ab
Europa seiũxerũt. e Quod nonnulli æquali diuisione fecc.) In anti-
quis est, quod nõ æquali diuisione fecerunt. Nã Aphrica maior est Euro
pa: at Asia maior ambab[a], quã ad Oriẽtẽ lati[a] patere Aphrica & Europa
& mari quod iter illas immissum est, author est Mela, certe traditionib[a]
illorũ temporum, nam nunc longus Aphricæ tractus sub Aethiopia ad
meridiẽ est repertus. Nec videbitur absurdũ, si quis malit legere: nõnulli
æquali diuisione fecerunt, vt sit diuisum esse orbem à nonnullis in duas
æquas partes Europam & Asiam. f Europa vero à septentrione.) *Europa.*
Europa habet terminos à septentrione Oceanũ glacialẽ & Britannicũ,
ab Occidente Atlanticũ mare: à meridie fretum Herculeũ, & nostrum
mare: ab Oriente Hellespontum, duos bosphoros, paludem Meotidem,
& Tanaim fluuium. g Atq; inde Aphrica.) Huius limites iuxta ve-
teres sunt ab Oriente Nilus, ab Occidente Atlanticus Oceanus, à septẽ-
trione mare nostrum, à meridie Aethiopicus Oceanus, veteribus nõ sa-
tis cognitus, nunc crebris nauigationibus Lusitanorum emensus.
h Quia inter vtrãque ab Oceano.) In lib. Brugen. sic legitur: quia in-
ter vtrãq; pelagus ab Oceano ingreditur. Mare quod Mediterraneũ vo-
catur, à Latinis vero & Græcis nostrum: nam aliud illæ gẽntes non ha-
bent. Pelagus à Mela nominatur, à colũnis Herculis, in sinum Iscum ad
Orientem: ad Septentrionem vero, in paludem Meotidem & Tanain
amniem, inter geminas terras, modo inter Europã & Aphricã, modo in-
ter Europam & Asiam. i Et ab hoc mare mag. no. fa.) Pelagus ex aqua,
quam ab Oceano recipit latum mare efficit illi oræ Aphricæ & aduersæ
Europæ. sed latissime patet inter sinum Lygusticulũ & sinum Hipponen- M
sem, vbi erat Augustinus. k Aegyptiorum autem quomodo eis non *Aegyptus*
subia.) Aegyptus non tota est in Asia, nisi quantum à Nilo in Orientem
vergit: nec tamen Assyriis parebant Agyptij, sed regnũ possidebant opu
lentissimum, qui etiã magnas expeditiones in Assyriam fecerunt, latesq;
Asiam domuerunt, si libris ipsorum sit fides.

De iterato alloquio dei ad Abraham, quo ei & semini eius Chanaan terra promittitur. Cap. XVIII.

EGressus est ergo Abraham de Charra septua- Gene.12.
gesimo quinto anno ætatis suæ, cẽtesimo autẽ
quadragesimo & quinto patris sui, cum Loth
filio fratris sui, & Sara coniuge sua, & perrexit in terra
Chanaan, & peruenit vsq; ad Sychem [a], vbi rursus ac-
cepit diuinum oraculum, de quo ita scriptũ est: Et ap-
paruit dominus Abrahæ, & dixit illi, Semini tuo dabo
terrã hanc. Nihil hic de illo semine ei promissum est,
in quo pater factus est omnium gẽtium, sed de illo so-
lo, de quo pater est vnius Israëliticæ gentis. Ab hoc e-
nim semine terra illa possessa est.

Et peruenit

a ET peruenit vsque ad Sichẽ.) Hæc erat sita in finibus Ephraïm,
A quam deleuit postea Abimelech. Iudicũ. ix. Hier. in lib. de locis
Hebraïcis Sicinã Latine & Græce dictã perhibet, ostẽdiq; vesti-
gia iuxta suburbana Neapoleos ad sepulchrũ Ioseph. Fuit & al-
tera Sychen in monte Ephraïm ciuitas fugitiuorum.

De Saræ pudicitia in Aegypto per dominum custodita, quam Abraham non uxorem suam esse dixerat, sed sororem. *Caput* XIX.

Gene. 12. DEinde ędificato ibi altari, & inuocato deo, A-
braham profectus est inde & habitauit in e-
remo, atq; inde ire in Aegyptum famis neces-
sitate compulsus est. Vbi vxorem suã dixit sororẽ suã,
22. q.2.ca. nihil mẽtitus [a]. Erat enim & hoc, quia propinqua erat
Quæritur. sanguine, sicut etiã Loth eadẽ propinquitate, cum fra-
tris eius esset filius, frater eius est dictus. Itaq; vxorem
tacuit, non negauit, cõiugis tuendam pudicitiam com-
mittens deo, & humanas insidias cauẽs vt homo: quo-
niam si periculum quãtum cauere poterat, nõ caueret,
Li.22. con magis tentaret [b] deum, quàm speraret in deo. De qua
tra Faustũ re contra calumniantẽ Faustum Manichæũ multa di-
cap. 35. & 36. ximus. Deniq; factum est, quod de domino pręsumpsit
Abrahã. Nã Pharao rex Aegypti, qui cã sibi vxorẽ ac-
ceperat, grauiter afflictus marito reddidit. Vbi absit vt
B credamus [c] alieno cõcubitu fuisse pollutam, quia mul-
to est credibilius hoc Pharaonem facere afflictionibus magnis non fuisse permissum.

a NIhil mentius.) Patrueles enim fratres dicũtur, vt ex Cicerone
docui. b Magis tentaret.) Bene sperari de se, ac multũ sibi
fidi vult deus, tentari vero se disertis verbis vetat. Moses enim
in Deuteronomio inquit, non tentabis dominum deum tuũ.
Christus ipse verus deus dictum illud sanctius & augustius vsu suo reddi
dit. Matth. iiij. c Vbi absit vt creda.) Hieronymus ostendit exemplo
de lib. Hester petito mulierem ad regem introductã solere. xij. mensibus
purgari lustrariq;, ac regio concubitu parari dignam, ita fieri potuisse, vt
interea morbo ictus Pharao Saram marito reddiderit.

De secessione Loth & Abrahæ, quæ illis salua charitate complacuit. *Caput* XX.

Gene.13. REuerso igitur Abraham ex Aegypto in locũ
vnde venerat, tunc Loth fratris filius ab illo
in terrã Sodomorũ, salua charitate discessit.
Diuites quippe facti erãt, pastoresq; multos pecorũ ha-
bere cœperãt, quibus inter se rixãtibus, eo modo fami-
liarũ suarũ pugnacẽ discordiã vitauerũt. Poterat quip-
pe hinc, vt sunt humana, etiam inter ipsos aliqua rixa
consurgere. Proinde hoc malum præcauentis Abrahæ
verba sunt ad Loth: Non sit rixa inter me & te, & inter
Ibidem. pastores meos, & pastores tuos, quia homines nos fra-
tres sumus, Nonne ecce tota terra [a] ante te est? Discede
C à me. Si tu in sinistram, ego in dextram, vel si tu in de-
xtram, ego in sinistram. Hinc fortassis effecta est inter
homines [b] pacifica consuetudo, vt quando terrenorum
aliquid partiendum est, maior diuidat, minor eligat.

a NOnne ecce tota terra.) Verba sunt optionem dantis, vt qua
vellet proficisceretur, ipse in diuersum abiret. b Hinc for-
tassis effecta est inter homines.) Fuisse olim hũc morem par-
tiendi subsignificãt declamatorum leges, quarum vna est, ma-
ior frater diuidat, eligat minor. Sen. lib. vj. decla.

De tertia promissione dei, qua terram Chanaan Abrahæ & semini eius in perpetuũ pollicetur. Cap. XXI.

Gene.13. VM ergo digressi essent separatimq; habita-
rent Abraham & Loth necessitate sustẽtan-
dæ familiæ, nõ fœditate discordiæ, & Abra-
ham in terra Chanaã, Loth aũt esset in Sodomis, ora-
culo tertio dominus dixit ad Abrahã: Respiciens ocu-
lis tuis vide à loco in quo nũc tu es, ad Aquilonem, &
Aphricũ, & Orientẽ & mare [a], quia omnẽ terram quã
tu vides tibi dabo, & semini tuo vsq; in seculum, & fa-
ciam semen tuũ tanquam arenam terræ. Si potest ali-
quis dinumerare arenam terræ, semen tuum dinume-
rabitur. Surgens perambula terram in longitudinem
eius, & in latitudinẽ, quia tibi dabo eã. In hac promis-

sione vtrũ sit etiam illa, qua pater factus est omnium D
gentium, non euidẽter apparet. Potest enim videri ad
hoc pertinere. Et faciam semen tuum tanquam arenã
terræ: quod ea locutione dictũ est, quã Græci dicũt Hy-
perbolen [b], quæ vtiq; tropica est nõ propria. Quo tamẽ
modo, vt cæteris [c] tropis vti solere scripturã nullus qui
eam didicit, ambigit. Iste aũt tropus, id est, modus lo-
cutionis fit, quando id quod dicitur, longe est amplius,
quàm quod eo dicto significatur. Quis enim non vi-
deat, cp sit incõparabiliter amplior arenę numerus, quã
potest esse omniũ hominũ ab ipso Adã vsq; ad termi-
num seculi? Quanto ergo magis quàm semen Abrahę,
non solũ quod pertinet ad Israëliticã gentẽ, verũetiam
quod est & futurũ est, secũdũ imitationẽ fidei toto or-
be terrarũ in omnibus gentibus. Quod semen in com-
paratione multitudinis [d] impiorũ, profecto in paucis
est: quãuis & ipsi pauci [e] faciant innumerabilem mul-
titudinem suã, quæ significata est secũdum hyperbolẽ,
per arenã terræ. Sanè ista multitudo, quæ promittitur
Abrahæ, nõ deo est innumerabilis, sed hominibus: deo
autem, nec arenę terræ [f]. Proinde quia non tantũ gens
Israëlitica, sed vniuersum semẽ Abrahæ, vbi est expres- E
sa promissio, non secundũ carnem, sed secũdum spiri-
tum plurimorum filiorũ, congruentius arenæ multitu-
dini cõparatur: potest hinc intelligi vtriusq; rei facta
promissio. Sed ideo diximus, quod non euidenter ap-
pareat, quia & illius gentis vnius multitudo, quæ secũ-
dum carnẽ nata est ex Abraham per eius nepotẽ Iacob
in tantũ creuit, vt penè omnes partes orbis impleuerit.
Et ideo potuit & ipsa secundũ hyperbolẽ arenæ mul-
titudini cõparari: quia & hæc sola innumera est homi-
ni multitudo: terrã certe illã solã significatã, quæ appel
lata est Chanaã, nemo ambigit. Sed quod dictum est:
Tibi dabo eã & semini tuo vsq; i seculũ: potest mouere Gene.13.
nonnullos, si vsq; in seculũ intelligant in æternũ, si aũt
seculũ hoc loco sic accipiãt, quẽadmodũ fideliter tene-
mus, initiũ futuri seculi, à fine pręsentis ordiri, nihil eos
mouebit: quia etsi expulsi sunt Israëlitæ de Hierosoly-
mis: manẽt tamen in aliis ciuitatibus terræ Chanaã, &
vsq; in finẽ manebunt, & vniuersa terra illa cũ à Chri-
stianis inhabitatur: etiam ipsum semen est Abrahæ.

ET mare.) Syrię, in qua erat Abraham, mare nostrum est ad occa- a
sum solis, ideo cum reliquas tres mundi partes nominasset, pro
Occidẽte mare dixit, quod Pli. Phœniciũ nominat. b Hy-
perbolen.) Fit, cum plus dicitur, quàm intelligitur, de qua apud
Quint. in. ix. c Quo tamen modo vt cæteris.) Sicut Hieremiæ. xx. F
locus multorũ versuũ quẽ per Hyperbolen dictũ ait Hierony. & Daniel
iiij. & Ecclesiastes. x. Volucres cœli auferẽt vocẽ tuã. Origenes in primo
ca. Epistolæ ad Ro. Hyperbolen esse ostẽdit illo verbo, quod fides vestra
annunciatur in vniuerso mundo. tum in Euangelio & aliis sacrę scriptu-
ræ libris est hunc tropum inuenire, quem fieri Augusti. li. contra Iuli. v. *Hyperbole.*
docet ad animos audientiũ permouendos. miror esse quosdam qui rusti-
cano more ac modo malint diuinas scripturas enarrari quàm docte.
d In cõparatione multitudinis.) Hoc est quod Christus ait in Euange-
lio vitæ semitam esse angustã, & paucos eã ingredi: tum multos vocari,
paucos eligi. e Quãuis & ipsi pauci.) Hoc est quod Ioannes in reue-
latione, inquit, vidisse se turbam ingentẽ, & quã nemo quiret dinumera-
re. f Deo autẽ nec arenæ terrę.) Hoc quod summi est dei dæmõ ille,
qui Delphis respõsa dabat, vt alia diuina permulta, sibi attribuit. Ingres-
sus enim tẽplum illud Lydis, quos Crœsus miserat, Pythia verbis Apollĩ-
nis in hanc sentẽtiam locuta fertur: Noui ego arenarum numerum, spa-
tiũmque profundi.

De superatis ab Abraham hostibus Sodomorum, quando Loth de captiuitate eripuit, & à Melchisedech sacerdote benedictus est. *Cap.* XXII.

HOc responso promissionis accepto, migrauit
Abraham, & mãsit in alio eiusdem terræ lo-
co: id est, iuxta quercum mambræ, quæ erat in
Chebron. Deinde ab hostibus, qui Sodomis irruerant, Gene.14.
cum quinque reges aduersus quatuor bellum gererent:
& victis Sodomitis etiã Loth captus esset, liberauit eũ

G Abraham, adductis secum in prælium trecentis decem & octo vernaculis suis: & victoriam fecit de regibus Sodomorum, nihilq; spoliorũ auferre voluit, cum rex cui vicerat [a], obtulisset. Sed planè tunc benedictus est à Melchisedech, qui erat sacerdos dei excelsi: de quo in
Hebræ. 7. epistola [b] quæ inscribitur ad Hebræos. quam, plures Apostoli Pauli esse dicũt, quidam verò negant: multa & magna conscripta sunt. Ibi quippe primũ apparuit sacrificiũ, quod nũc à Christianis offertur deo toto orbe terrarum, impleturq; illud quod longe post hoc factũ,
Psal. 109. per Prophetã dicitur ad Christũ, qui fuerat vẽturus in carnem: Tu es sacerdos in æternum secundũ ordinem Melchisedech. Non scilicet secundum ordinem Aarõ: qui ordo fuerat auferendus, illuescentibus rebus, quæ illis vmbris prænotabantur.

a Cvm rex, cui vicerat.) Basa rex Sodomorũ, quem de regibus aliis vindicauit Abrahã. Gen. xiiij. b De quo in epistola.) Hieronymus, Orige. Augusti. & alij veterũ, de hoc ambigunt. Ante ætatem Hieronymi à Latinis ea epistola recepta nõ erat inter sacras. De hac re multis & doctis verbis disputat Erasmus noster in fine annotationũ eiusce epistolæ. Erat enim imago ille panis, tum etiã vinũ corporis & sanguinis domini, quæ nunc forma panis & vini cõsecrãtur.

De uerbo domini ad Abrahã, quo ei promittitur secundum multitudinem stellarum multiplicanda posteritas: quod credens iustificatus est adhuc in præputio constitutus. Caput XXIII.

H Genc. 15. ETiam tunc factum est verbũ domini ad Abraham in visu. Qui cum ei protectionem, mercẽdemq; promitteret valde multam: ille de posteritate sollicitus, quendam Eliezer vernaculum suum futurum sibi hæredem dixit: continuoq; illi pro-
Gene. 3. missus est hęres: non ille vernaculus, sed qui de ipso Abraham fuerat exiturus: rursusq; semen innumerabile: non sicut arena terræ, sed sicut stellæ cœli: vbi mihi magis videtur promissa posteritas cœlesti fœlicitate sublimis. Nam quantum ad multitudinem pertinet, quid sunt stellæ cœli ad arenam terræ, nisi quis & istam cõparationem intantum esse similem dicat, inquantum etiam stellæ dinumerari non valent? Quia nec omnes eas videri posse credendũ est. Nam quanto quisq; acutius intuetur, tãto plures videt. Vnde & acerrime cernẽtibus [a] aliquas occultas esse merito existimatur, exceptis eis syderibus, quę in alia parte [b] orbis à nobis remotissima oriri & occidere perhibẽtur. Postremo quicunq; vniuersum stellarum numerũ cõprehendisse & conscripsisse iactãtur, sicut Aratus [c] vel Eudoxus [d] vel
I si qui alij sunt, eos libri huius cõtemnit authoritas. Hic sanè illa sententia ponitur, cuius Apostolus meminit propter dei gratiã commendandã: Credidit Abraham
Roma. 4. deo, & deputatum est illi ad iustitiã, ne circuncisio gloriaretur, gentesq; incircũcisas ad fidem Christi nollet admitti. Hoc enim quando factũ est, vt credẽti Abrahæ deputaretur fides ad iustitiã, nõdũ fuerat circũcisus.

a Vnde & acerrime cernẽtibus.) Nam in lactea via innumeram esse stellarum multitudinẽ Aristo. & alij magni viri asserunt, quæ internosci nullo humano obtutu queant. b Quæ in alia parte.) Sunt quædam stellæ nobis sicut vocant Proclus & alij Græci ἀφανεῖς, id est, non conspicuæ, quales sunt ad axem huic aduersum. quemadmodum hæ nostræ nunquam antipodibus cernuntur, nẽpe
Aratus. geminæ vrsæ, & aliæ circum triones. c Sicut Aratus.) Arati duo fuerũt insignes: alter dux, qui Sicyonem patriam tyrannide Nicoclis pressam liberauit: alter poẽta Põpeiopolitanus, quæ vrbs est in Cilicia, iuxta quã in paruo tumulo monumẽtũ huius Arati visitur, in quod iacta saxa dissiliũt, incertum qua de causa. vixit sub Antigono Macedoniæ rege. scripsit cum alia permulta, quę recenset Suidas, tum vero phænomena de syderibus, quod opus vertit Cicero iuuenis adhuc. fragmentum interpretationis extat, postea Iulius Cæsar, vt tradit Firmicus, sed vulgaris opinio est, & ea verior mea sententia, Germanicum Latine cecinisse Aratæa, nisi & Firmicus Germanicũ Iulium vocet. Postremo Hieronymi ætate Auienus Ruffius paraphrasim fecit Latinam. Mirum est quod Cicero in primo de oratore dicit constare inter doctos hominem ignarum astrologiæ Aratum ornatissime atque optimis versibus de cœlo stellisque dixisse. tanta
Eudoxus. est vis eloquentiæ. d Eudoxus.) Ex Gnido Cariæ philosophus mathematicus, & medicus, scripsit versibus de astrologia, sicut refert Suidas. Plutarchus ait hunc & Architam primos machinas Geometricas inuenisse. Diogenes Laërtius curuas lineas eius inuentum esse dicit. Strabo narrat Eudoxum cum Platone in Aegyptum profectum ibi peritiã astrorũ didicisse, philosophatumq; in saxo, quod de eius est nomine nuncupatum. Fastos scripsisse significat Lucanus, qui Cęsarem in conuiuio Cleopatræ gloriantem facit: Nec meus Eudoxi vincetur fastibus annus. K

De significatione sacrificii, quod Abraham offerre præceptus est, cum poposcisset ut de his quæ crederet doceretur. Caput XXIIII.

Gene. 15. IN eodẽ visu cum loqueretur ei deus, etiã hoc ait ad illum: Ego deus qui te eduxi de regione Chaldęorum, vt dem tibi terram hanc, vt hæres eius sis. Vbi cum interrogasset Abraham secundum quid sciret, quod hęres eius erit, dixit illi de[a]: Accipe mihi iuuencã trimam, & caprã trimam, & arietẽ trimũ, & turturem, & columbã. Acçepit autem ille hęc omnia, & diuisit illa media, & posuit ea contra faciem alterum alteri. Aues autem non diuisit, & descenderũt sicut scriptum est, aues, & sederunt super corpora, quæ diuisa erãt, & cõsedit illis Abrahã [a]. Circa solis autem Gene. 15.
occasum, pauor irruit super Abrahã, & ecce timor tenebrosus magnus incidit ei, & dictũ est ad Abraham: Sciendo scias, quia peregrinum erit semẽ tuũ in terra non propria, & in seruitutẽ redigent eos, & affligẽt eos L
quadringentis annis: gentem autẽ, cui seruierint iudicabo ego. Post hæc vero exibunt cum supellectili multa. Tu autem ibis ad patres tuos cum pace nutritus in senecta bona. Quarta vero generatione conuertent se huc. Nondum enim impleta sunt peccata Amorræorũ vsq; adhuc. Cũ autem iam sol erat ad occasum, facta est flamma, & ecce fornax fumabũda & lãpades ignis, quæ pertransierunt per media diuisa illa. In die illa dispositum dominus deus testamentũ ad Abraham dicens: Semini tuo dabo terram hanc, à flumine Aegypti, vsq; ad flumen magnum Eufraten, Ceneos, & Cenezæos, & Cedmonæos, & Cethæos, & Phereseos, & Raphaïm, & Amorræos, & Chananæos, & Euæos, & Gergesæos, & Hiebusæos. Hæc omnia in visu facta diuinitus atq; dicta sunt, de quibus singulis enucleate disserere longum est, & intentionẽ operis huius excedit. Quod ergo satis est, nosse debemus: postea quàm dictũ est, credidisse M
Abraham deo, & deputatũ esse illi ad iustitiã: non eum in fide defecisse vt diceret. Dominator domine secundum quid sciam, quod hęres eius ero? Terræ quippe illius promissa erat hæreditas. Non enim ait, vnde sciã, quasi adhuc non crederet: sed ait, Secundum quid sciã: vt ei rei quam crediderat, aliqua similitudo adhiberetur, qua eius modus agnosceretur. Sicut non est virgi- Lucæ. 1.
nis Mariæ diffidentia, quod ait: Quomodo fiet istud, quoniã virum nõ cognosco? Quod enim futurum esse certa erat, modũ quo fieret, inquirebat. Et hoc cũ quæsisset, audiuit: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Deniq; & hic similitudo Gene. 15.
data est de tribus animalibus, iuuẽca, capra, & ariete, & duabus volucribus, turture, & columba, vt secũdũ hæc futurum sciret, quod futurum esse iam non ambigeret. Siue ergo per iuuencam significata sit plebs posita sub iugo legis, per capram eadem plebs [b] peccatrix futura, per arietem eadem plebs [c] regnatura. Quæ animalia propterea trima dicuntur, quia cum sint insignes articuli temporum ab Adam vsque ad Noë: & inde vsq; ad Abraham: & inde vsque ad Dauid, qui reprobato Saũle, primus in regno gentis Israëliticæ est domini voluntate fundatus: in hoc ordine tertio, qui tẽditur ex Abraham vsq; ad Dauid, tanquam tertiam ætatem gerens ille populus adoleuit: siue aliquid aliud

conuenię-

A conuenientius ista significent. Nullo tamen modo dubitauerim, spiritales in eo præfiguratos additamento
Gene. 15. turturis & colũbę. Et ideo dictũ est: Aues aũt non diuisit: quoniã carnales inter se diuiduntur, spiritales autẽ nullo modo: siue à negociosis conuersationibus hominum se remoueant, sicut turtur [d]: siue inter illas degãt, sicut colũba [e]. Vtraq; tamen auis est simplex & innoxia: significãs & in illo Israëlitico populo, cui terra illa danda erat, futuros indiuiduos filios promissionis, & hæredes regni in æterna fœlicitate mãsuros. Aues autẽ descendentes [f] super corpora, quæ diuisa erãt: non boni aliquid, sed spiritus indicant aëris huius, pastum quẽdã suum de carnaliũ diuisione quærẽtes. Quod autẽ illis consedit Abraham, significat etiã inter illas carnaliũ diuisiones, veros vsq; in finem seculi perseueraturos fideles. Et circa solis occasum quod pauor irruit [g] in Abraham & timor tenebrosus magnus, significat circa
Ibidem. huius seculi finem magnã perturbationẽ ac tribulationem futurã fideliũ: de qua dominus dixit in Euangelio
Matth. 24 Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab
Gene. 15. initio. Quod vero dictum est ad Abrahã: Sciẽdo scies, quia peregrinum erit semen tuum in terra nõ propria: & in seruitutem redigent eos, & affligent eos quadringentis annis: de populo Israël, qui fuerat in Aegypto
B seruiturus, apertissime prophetatũ est. Non quod in eadem seruitute sub Aegyptiis affligentibus quadringentos annos ille populus fuerat peracturus, sed in ipsis quadringentis annis prenunciatũ est hoc futurũ. Quẽ-
admodum enim scriptum est de Thara patre Abrahę: Et fuerunt dies Tharę in Charra quinq; & ducẽti an-
Gene. 11. ni: non quia ibi omnes acti sunt, sed quia ibi completi sunt: ita & hic, propterea interpositum est, Et in seruitutem redigent eos, & affligent eos quadringentis annis: quoniã iste numerus in eadem afflictione completus est, non quia ibi vniuersus peractus est. Quadringẽti sanè dicuntur anni propter numeri plenitudinem, quanuis aliquanto amplius sint: siue ex hoc tẽpore cõputentur, quo ista promittebantur Abrahæ: siue ex quo natus est Isaac propter semen Abrahæ: de quo ista prædicuntur. Cõputantur enim sicut superius iam dixim[a], ab anno septuagesimo & quinto Abrahæ, quãdo ad eũ facta est prima promissio vsq; ad exitũ Israël
C ex Aegypto quadringenti & triginta anni: quorum
Gala. 3. Apostolus ita meminit: Hoc autẽ dico, inquit, testamẽtum confirmatũ à deo, quæ post quadringentos & triginta annos facta est lex, non infirmat ad euacuãdam promissionem. Iam ergo isti quadringenti & triginta anni, quadringenti poterant nuncupari: quia non sunt multo amplius, quanto magis cum aliquot iam ex isto numero pręterissent, quando illa in visu demonstrata & dicta sunt Abrahæ: vel quando Isaac natus est centenario patri suo, à prima promissione post viginti-quinq; annos cũ iam ex istis quadringentis & triginta quadringenti & quinq; remanerẽt, quos deus quadrin-
gentos voluit nominare, & cætera quæ sequuntur in
Gene. 15. verbis prænunciantis dei, nullus dubitauerit ad Israëliticum populum pertinere. Quod vero adiungitur: Cũ autem iam sol erat, ad occasum flãma facta est, & ecce fornax fumabũda & lãpades ignis, quę transierunt per media diuisa illa, significat iam in fine seculi per ignẽ iudicandos esse carnales. Sicut enim afflictio ciuitatis dei qualis antea nũquam fuit, quæ sub Antichristo futura speratur, significatur tenebroso timore Abrahæ circa solis occasum, id est, propinquãte iam fine seculi: sic ad solis occasum, id est, ad ipsum iã finẽ, significatur isto igne dies iudicij dirimẽs carnales per ignẽ saluandos, & in igne dãnandos. Deinde testamentum factũ D
ad Abraham, terram Chanaan proprie manifestat, & nominat in ea vndecim gentes à flumine Aegypti vsq; ad flumen magnũ Euphratẽ. Non ergo à flumine magno Aegypti, hoc est, Nilo, sed à paruo quod diuidit inter Aegyptum & Palæstinam, vbi est ciuitas Rhinocorura [h].

a ET cõsedit illis Abraham.) Vulgo habetur: & abigebat eas Abrahã. & sic esse in Hebraïco testatur Hiero. Lxx. verterũt καὶ εὐωχόμενος ἀνέπτης ἀβραάμ. b Per caprã cadẽ plebs.) Laborat hoc animal perpetua febre, vt Aristo. tradit e ẽ Alcmæone. c Per arietem cadẽ plebs.) Hic est dux gregis, an potius aries rex, sicut ille Daniel. viij. d Sicut turtur.) Vere turtures occultantur, pennasq; amittunt, inquit, Plinius. Aelianus scribit, nec turtures, nec colũbas nosse adulteria. e Sicut colũba.) Quæ cicuris inter nos degit. f Aues autẽ descendentes.) Iosephus inquit, per hoc etiam voce diuina significatum esse malignos proli eius vicinos fore in Aegypto. g Quod pauor irruit.) Alibi Gen. xv. legitur non pauor, sed tum ecstasis, vt verterũt Lxx. Rhinocorura.
tum sopor. h Rhinocorura.) Hoc vocabulum in Hebraïcis libris nõ haberi author est Hieronymus, sed additum esse à Lxx. propter notitiã loci. Pli. Rhinocolurã nominat, & in Idumæa li. v. Strabo in Phœnicia, sed haud dubie Aegypti & Iudæi eam sibi vendicauerunt, inculta ab iis, quos victos Aethiopes nasis mutilarũt. Diodor[a] lib. ij. Actisanes, inquit, Aethiopũ rex occupata partim vi, partim voluntate Aegyptiorũ Aegypto, latrocinia nouo more cõpescuit, fontes neque morte plectens, neque linquens impunitos, eorumq; iudicio cõstituto conuictos omnes in vnũ coactos miti supplicio affecit. Amputatis enim naribus in vltima deserti ire compulit, ibiq; ciuitatẽ condidit ab excisis naribus Rhinocorurã appellatã, ea in Aegypti Arabięq; finibus haud procul mari sita omnibus vitæ cõmodis caret. Nã omnis vicina regio salsa est, & intra mœnia E
vnicus puteus, atque is inutilis, vtpote aqua gustu amara. Hæc Diodorus.

De Agar ancilla Saræ, quam eadem Sara Abrahæ noluit esse concubinam. Caput XXV.

AMhinc tempora cõsequũtur filiorũ Abrahæ vnius de Agar ancilla, alterius de Sara libera, de quibus in libro superiore iam diximus. Quod autem attinet ad rem gestam, nullo modo est inurendum de hac concubina crimẽ Abrahæ. Vsus est ea quippe ad generandam prolem, non ad explendam libidinem, nec insultans, sed potius obediens coniugi, quæ suæ sterilitati credidit esse solatium, si fœcundum ancillæ vterum, quoniam natura non poterat, vo
lũtate faceret suum, & eo iure quo dicit Apostolus, Si- 1. Corin. 7
militer & vir nõ habet potestatẽ corporis sui, sed mulier, vteretur mulier ad pariendum ex altera, quod nõ poterat ex seipsa. Nulla est hic cupido lasciuiæ, nulla nequitię turpitudo. Ab vxore causa prolis ancilla marito traditur, à marito causa prolis accipitur, ab vtroq; nõ culpę luxus, sed naturę fructus exquiritur. Deniq; cũ ancilla grauida dominæ sterili superbiret, & hoc Sara F
suspitione muliebri viro potius imputaret, etiã ibi demõstrauit Abrahã nõ se amatorẽ seruum, sed liberum fuisse genitorẽ, & in Agar Saræ coniugi pudicitiã custodisse, nec voluptatem suam, sed voluntatẽ illius impleuisse: accepisse, nec petiisse: accessisse, non hæsisse, se-
minasse, non amasse. Ait enim: Ecce ancilla tua in ma- Gene. 16.
nibus tuis, vtere ea, quomodo tibi placuerit. O virũ viriliter vtentem fœminis, coniuge temperanter, ancilla obtemperanter, nulla intemperanter.

De testificatione ad Abraham, qua eidem seni de sterili Sara filium spopondit, patremq; eum gentium statuit, & promissi fides sacramẽto circũcisionis obsignatur. Caput XXVI.

POst hæc natus est Ismaël ex Agar, in quo putari posset impletum, quod ei promissum fuerat, cum sibi vernaculũ suũ adoptare voluisset
dicẽte deo, Non erit hæres tuus hic, sed qui exiet de te, Gene. 15.
ille erit hæres tuus[a]. Hoc ergo promissum ne in ancillæ filio putaret impletum, iam cum esset annorum nonaginta & nouem, apparuit ei deus, & dixit illi: Ego sum Gene. 17

deus,

G deus,place in conſpectu meo,& eſto ſine querela,& ponam teſtamentum meum inter me, & inter te, & implebo te valde.Et procidit Abraham in faciem ſuam, & loquutus eſt illi deus,dicens:Et ecce ego, teſtamentũ meum tecum:& eris pater multitudinis gentium:& nõ appellabitur adhuc nomen tuum Abram, ſed erit nomen tuum Abraham: quia patrem multarum gẽtium poſui te:& augebo te valde:& ponam te in gẽtes, & reges ex te exibunt:& ſtatuam teſtamẽtum meum inter me & te:& inter ſemen tuum poſt te in generationes eorum,in teſtamẽtum æternum,vt ſim tibi deus, & ſemini tuo poſt te.Et dabo tibi & ſemini tuo poſt te terram, in qua incola es, omnem terrã Chanaan in poſſeſſionem æternã, & ero illi deus. Et dixit deus ad Abraham: Tu autem teſtamentum meum conſeruabis: & ſemen tuum poſt te in generationes ſuas. Et hoc eſt teſtamentum meum quod conſeruabis inter me & vos, & inter ſemen tuum poſt te in generationes ſuas. Circuncidetur omne veſtrum maſculinum: & circuncidemini in carne præputij veſtri: & erit in ſignum teſtamẽti inter me & vos. Et puer octo dierum circũcidetur vobis,veſtrum omne maſculinũ in progenies

H veſtras. Vernaculus & emptitius, ab omni filio alienigena,qui non eſt de ſemine tuo, circuncisione circuncidetur,vernaculus domus tuæ,& emptitius.Et erit teſtamentum meum in carne veſtra in teſtamẽtũ æternũ:& qui non fuerit circuncisus maſculus,qui non circuncidetur carne præputij ſui octauo die,interibit anima illa de genere eius, quia teſtamentum meum diſſi-

Gene.17. pauit.Et dixit ad Abrahã: Sara vxor tua nõ appellabitur nomen eius vltra Sara, ſed Saraï erit nomen eius. Benẽdicam autem illam,& dabo tibi ex ea filiũ, & benedicam illum:& erit in nationes,& reges gentium ex eo erunt. Et procidit Abraham ſuper faciem ſuam, & riſit.Et dixit in animo ſuo dicens:Si mihi centum annos habenti naſcetur filius, & ſi Sara annorum nonaginta pariet? Dixit autem Abraham ad deũ: Hiſmaël hic viuat in conſpectu tuo. Dixit autem deus ad Abraham:Ita,Ecce Saraï vxor tua pariet tibi filium, & vocabis nomen eius Iſaac:& ſtatuã teſtamentũ meum ad illum in teſtamentum æternũ, & ſim illi deus [a], & ſemini eius poſt illum. De Hiſmaël autem ecce audiui te.Ecce benedixi eum, & amplificabo, & multiplicabo illum valde.Duodecim gẽtes generabit: & dabo illum

I in gentem magnam. Teſtamentum autem meũ ſtatuã ad Iſaac,quem pariet tibi Saraï in tẽpore hoc ad annũ ſequentem. Hic apertiora promiſſa ſunt de vocatione gentium in Iſaac,id eſt,in filio promiſſionis,quo ſignificatur gratia, non natura: quia de ſene & anu ſterili promittitur filius. Quanuis enim & naturalẽ procreationis excurſum deus operetur,vbi tamen euidẽs opus dei eſt,vitiata,& ceſſante natura, ibi euidentius intelligitur gratia:Et quia hoc nõ per generationem, ſed per regenerationem futurum erat,ideo nunc imperata eſt circunciſio:quãdo de Saraï promiſſus eſt filius,& quod omnes,non ſolum filios,verumetiã ſeruos vernaculos, & emptitios circuncidi iubet,ad omnes iſtam gratiam pertinere teſtatur. Quid enim aliud circunciſio ſignificat,quàm vetuſtate exuta naturam renouatã? Et quid aliud quàm Chriſtũ octauus dies, qui hebdomada cõpleta,hoc eſt,poſt ſabbatum reſurrexit? Parentum mutantur & nomina [b]: omnia reſonant nouitatem, & in teſtamento veteri obumbratur nouum. Quid eſt enim quod dicitur teſtamentum vetus, niſi occultatio nouiẽ? Et quid eſt aliud quod dicitur nouũ,niſi veteris reuelatio? Riſus Abrahæ,exultatio eſt gratulantis,non irriſio K diffidentis. Verba quoq; eius illa in animo ſuo:Si mihi centum annos habẽti, naſcetur filius: & ſi Sara annorum nonaginta,pariet:non ſunt dubitantis, ſed admirantis.Si quem vero mouet quod dictum eſt: Et dabo Gene.17. tibi & ſemini tuo poſt te,terram in qua tu incola es,omnem terram Chanaan in poſſeſſionem æternã,quomodo accipiatur impletũ,ſiue adhuc expectetur implẽdũ:cũ poſſeſſio quęcũq; terrena æterna cuilibet gẽti eſſe non poſſit, ſciat æternum à noſtris interpretari quod Graeci appellant ἀιώνιον,quod à ſeculo deriuatum eſt: ἀιὼν [c] quippe Græce ſeculum nuncupatur. Sed nõ ſũt auſi Latini hoc dicere ſeculare,ne longe in aliud mitterent ſenſum. Secularia quippe dicuntur multa,quæ in hoc ſeculo ſic aguntur,vt breui etiam tempore tranſeant.ἀιώνιον autem quod dicitur,aut non habet finem, aut vſq; in huius ſeculi tenditur finem.

ET ſim illi deus.) Alibi,eſſe illi deus. LXX. ἔσομαι αὐτοῖς θεός. proprietas Græca Latinis dura imitatu. b Parentũ mutantur & nomina.) Dies eſt luſtricus, vt etiã apud gentiles octauus nomẽq; indebatur puero,quo à patre diſtingueretur. c ἀιὼν. Seculũ & ætas,& æuum, & æternitas. Sic Cicero, & magni authores de Græco vertunt.

De maſculo qui ſi octauo die non fuerit circunciſus, L perit anima eius,quia teſtamentum dei diſſipauit.

Caput XXVII.

ITem poteſt mouere, quomodo intelligi poterat, quod hic dictum eſt:Maſculus qui non Gene.17. circuncidetur carne præputij ſui octauo die, interibit anima illa de genere ſuo, quia teſtamentum meũ diſſipauit.Cum hæc nulla culpa ſit paruuli, cuius dixit animã peritura, nec ipſe diſſipauerit teſtamẽtum dei,ſed maiores,qui eum circuncidere non curarunt, niſi quia etiam paruuli,non ſecundũ ſuæ vitæ proprietatem,ſed ſecũdum communem generis humani originem,omnes in illo vno teſtamentum dei diſſipauerunt,in quo omnes peccauerunt. Multa quippe appel- Roma.5. lantur teſtamenta [a] dei, exceptis illis duobus magnis vetere & nouo,quod licet cuique legendo cognoſcere. Teſtamẽtum autem primum quod factum eſt ad hominem primum, profecto illud eſt: Qua die ederitis Gene.2. morte moriemini. Vnde ſcriptum eſt in libro, qui Eccleſiaſticus appellatur:Omnis caro ſicut veſtis veteraſcet. Teſtamentum enim eſt à ſeculo morte mori eos, Eccle.14. M qui tranſgrediuntur præcepta dei. Cum enim lex euidentior poſtea data ſit, & dicat Apoſtolus: Vbi autem Roma.4. non eſt lex,nec prẽuaricatio,quo pacto quod legitur in Pſalmo verũ eſt: Præuaricatores æſtimaui omnes pec- Pſal.118. catores terræ:niſi quia omnes legis alicuius prẽuaricatæ [b] ſunt rei,qui aliquo peccato tenẽtur obſtricti? Quã ob rem ſi etiam paruuli, quod vera fides habet naſcũtur,non proprie,ſed originaliter peccatores, vnde illis gratiam remiſſionis peccatorum neceſſariam confitemur,profecto eo modo quo ſunt peccatores, etiã præuaricatores legis illius,quæ in paradiſo data eſt agnoſcuntur,vt verum ſit vtrũque,quod ſcriptum eſt: Præuaricatores æſtimaui omnes peccatores terræ,& vbi lex non eſt, nec præuaricatio. Ac per hoc quia circunciſio ſignum regenerationis fuit, non immerito paruulum propter originale peccatum,quo primum dei diſſipatũ eſt teſtamentũ,generatio diſperdet,niſi regeneratio liberet. Sed intelligenda ſunt hæc diuina verba tanquam dictum ſit: Qui non fuerit regeneratus, interibit anima illa de genere eius, quia teſtamentum me- Gene.17. um diſſipauit,quando in Adam cum omnibus etiam ipſe peccauit. Si enim dixiſſet, quia hoc teſtamentum

A tum meum diſſipauit, non niſi de iſta circunciſione intelligi cogeret. Nunc verò quoniam non expreſſit cuiuſmodi teſtamentum paruulus diſſipauerit, liberum eſt intelligere de illo teſtamento dictum,cuius diſſipatiõ pertinere poſſit ad paruulum. Si autem quiſquam hoc non niſi de iſta circunciſione dictum eſſe contendit,quod in ea teſtamentum dei, qui non eſt circunciſus diſſipauerit paruulus,quærat locutionis alicuius modum, quo non abſurdẽ poſſit intelligi, ideo diſſipaſſe teſtamentum,quia licet non ab illo, tamẽ in illo eſt diſſipatum. Verum ſic quoque animaduertendum eſt,nulla in ſe negligentia ſua iuſtè * interire in- *aliâs ſuæ iniuſtitiæ.
circunciſi animam paruuli,niſi originalis obligatione peccati.

MVlta quippe appellantur teſtamenta.) Annotauit Hieronymus vbicunque Græcè ſit teſtamentum, Hebraicè eſſe pactum ſiue fœdus,id eſt,Berith. b Niſi quia omnes legis alicu. præuaricatæ.) Nullus eſt in tam extrema barbarie natus,cuius pectori non aliquid humanæ legis indiderit natura, ad quam ſi ſe accommodarit,bene viuat,& bonus ſit:ſin eam ſpreuerit,malus.

De commutatione nominum Abræ & Sarai, qui cum ob unius ſterilitatem,ob utriuſque autem ſenectutẽ generare non poſſent,munus fœcunditatis adepti ſunt.

Cap. XXVIII.

B DActa igitur promiſſione tam magna, tamq; dilucida ad Abraham, cui euidentiſſime di- Gene.17.
ctum eſt: Patrem multarum gentium poſui Roma.4.
te, & augebo te valde: & ponam te in gentes, & reges exibunt ex te:& dabo tibi ex Saraï filium, & benedicã illum, & erit in nationes, & reges gentiũ ex eo erunt. quam promiſſionem nunc in Chriſto cernimus reddi, ex illo deinceps illi coniuges non vocantur in ſcripturis,ſicut antea vocabantur Abraham & Sara: ſed ſicut nos eos ab initio vocauimus, quoniam ſic iam vocantur ab omnibus Abraham & Saraï. Cur autem mutatum ſit nomen Abrahæ,reddita eſt ratio:quia patrem, inquit, multarum gentium poſui te. Hoc ergo ſignificare intelligendum eſt Abraham:Abram vero,[a] quod ante vocabatur, interpretatur pater excelſus. De nomine autem mutato Saræ [b] non eſt reddita ratio: ſed, ſicut aiunt,qui ſcripſerunt interpretationes nominum Hebræorum, quæ his literis ſacris continentur, Saraï interpretatur princeps mea:Sara autem virtus. Vnde Hebræ. 11. ſcriptum eſt in epiſtola ad Hebræos: Fide & ipſa Sara C virtutem accepit ad emiſſionem ſeminis. Ambo autẽ ſenes erant,ſicut ſcriptura teſtatur:ſed illa etiam ſterilis [c] & liquore *†meſtruo [d] iam deſtituta,propter quod *†aliâs cruore.
iam parere non poſſet,etiam ſi ſterilis non fuiſſet. Porrò ſi fœmina ita ſit prouectioris ætatis,vt ei ſolita mulierum adhuc fluant,de iuuene parere poteſt, de ſeniore non poteſt:quãuis adhuc poſſit ille ſenior, ſed de- Hebræ.11.
doleſcẽtula gignere. Sicut Abraham poſt mortem Sa ræ de Cethura potuit,quia viuidam eius inuenit ætatẽ. Hoc ergo eſt,quod mirum commendat Apoſtolus, & ad hoc dicit Abrahæ iam fuiſſe corpus emortuũ: quoniam nõ ex omni fœmina,θſed ex ea,θcui eſſet [e] adhuc aliquod pariendi tempus extremum, gẽnerare ipſe in illa ætate adhuc poſſet. Ad aliquid enim emortuũ corpus eius intelligere debemus,nõ ad omnia. Nam ſi ad omnia,non iam ſenectus viui,ſed cadauer eſt mortui. Quanuis etiã ſic ſolui ſoleat iſta quæſtio, quod de Cethura poſtea genuit Abraham:quia donum gignendi, quod à domino accepit,etiam poſt obitum mãſit vxoris. Sed propterea mihi videtur illa, quã ſecuti ſumus huius quæſtionis ſolutio,præferenda. Quia cẽtenarius quidem ſenex, ſed temporis noſtri de nulla poteſt fœ- D
mina gignere:non tunc quidem quando adhuc tã diu viuebant, vt centum anni nondum facerent hominẽ decrepitæ ſenectutis.

ABraham verò.) Hebræorum quidam,teſte Hieronymo,autho a
res ſunt deum vnam literam ex ſuo nomine tetragrammaton Abrahæ & Saræ dediſſe,ſcilicet he literam, quæ Græce & Latine ſonat a,non he. b De nomine autem mutato Saræ.) Hieronymus in Gene. & in interpretatione nominum Hebraicorum, Saraï interpretat princeps mea,Sara vero princeps, quod antea priceps Sara.
eſſet ſolius Abrahæ,deinde princeps gentium.Porrò virtus apud ſacros ſcriptores pro potentia & potentatu & principatu ſolet vſurpari. Auguſtinus aliò detorquet vocabulum. c Sed illa etiam ſterilis.) Qui cauſas ſterilitatis fœminæ quæſierunt,ferè in locis eſſe vitium tradũt, quod vel duriores,vel rariores ſint,vel carnoſiores,vel occalluerit. Plutarchus lib.quinto de philoſophorum decretis:Præterea quod quædam ſunt intrinſecus ſterilitatem inferentia,ſicut corymbi, hederæ nigræ, & aſplenos,ſiue hemiones apud Plinium. Stoici ſterilitatẽ aiunt oriri,ſi coeuntium qualitates virtutesq; de fœtu diſſideant, qui ſi aliis iungantur ſibi congruentioribus,gignant facile. Quod in Abraham & Sara non abſurdum eſſet ita exiſtimare. Argumento eſt,quod ex Cethura filios ſuſtulerit,niſi quis hæc omnia ad diuinorem rationem ſenſumq; referat. Nã Paulus emortuum vocat Abraham, id eſt, νενεκρωμένου, quaſi exhauſtum & efferum. d Et liquore menſtruo.) Plini. libro ſeptimo de menſtruis loquens: Aliquibus mulieribus nunquàm contingunt meſtrua, ſed tales non gignunt. Quando hæc eſt generando homini materia ſemine è maribus coaguli modo hoc in ſeſe glomerante; quod deinde temporẽ ipſo animatur,corporatur q;. Ergo quum gratuidis fluxit inualidi aut nõ vitales partus æduntur,vt author eſt Nigidius. Tantum Pli. Ariſtoteles lib.ſeptimo de hiſtoria animalium ſolere ait,quibus menſtrua non prõ- E
fluunt,ſteriles eſſe,ſed non omnes. Nam poteſt tantum humoris in locis colligi,quantum ſupereſt illis,quæ menſtruis purgantur. e Quoniã non ex omni fœmina,ſed ex ea cui eſſet.) In aliis libris non habetur,ſed ex ea.nam hoc omnibus eſt viris commune, vt ex eã generare nequeãt, quæ iam per ætatem parere non poteſt.

De tribus viris uel angelis,in quibus ad quercũ Mambræ apparuiſſe Abrahæ dominus manifeſtatur.

Caput. XXIX.

ITem deus apparuit Abrahæ ad quercũ Mã- Gene.18.
bræ in tribus viris, quos dubitandum non eſt angelos fuiſſe,quanuis quidam exiſtiment vnum in eis fuiſſe dominum Chriſtum, aſſerentes eum etiam ante indumentum carnis fuiſſe viſibilem. Eſſe* *aliâs, Eſt
quidem diuinæ poteſtatis & inuiſibilis, incorporalis, incommutabilisq; naturæ, ſine vlla ſui mutatione etiã mortalibus aſpectibus apparere:nõ per id quod eſt, ſed per aliquid,quod ſibi ſubditum eſt. Quid autẽ illi ſubditum non eſt? Veruntamen ſi propterea confirmant horum trium aliquem fuiſſe Chriſtum: quia cum tres vidiſſet,ad dominum ſingulariter eſt locutus:ſic enim ſcriptum eſt:Et ecce tres viri ſtabant ſuper eum, & videns procurrit obuiam illis ab oſtio tabernaculi ſui,& adorauit ſuper terram, & dixit: Domine,ſi inueni gra F
tiam ante te:& cætera. cur non etiam illud aduertunt, duo ex eis veniſſe,vt Sodomitę delerentur,cum adhuc Gene.19.
Abraham ad vnum loqueretur, dominum appellans, li.2.de Tri-
& intercedens: ne ſimul iuſtum cum impio in Sodo- nitate ca.
mis perderet? Illos autem duos ſic ſuſcepit Loth,vt etiã 11.& 12.
ipſe in colloquio ſuo cum illis ſingulariter dominum appellaret. Nam cum eis pluraliter dixiſſet: Ecce domini declinate in domum pueri veſtri: & cætera quæ ibi dicuntur:poſtea tamen ita legitur: Et tenuerũt angeli manum eius, & manũ vxoris eius, & manus duarum filiarũ eius, in eo quod dominus parceret illi. Et factum eſt mox vt eduxerunt illum foras, & dixerũt: Saluam fac animam tuam,ne reſpexeris retro, nec ſteteris in tota regione: in monte ſaluum te fac ne quando comprehendaris. Dixit autem Loth ad illos: Oro domine,quia inuenit puer tuus miſericordiam ante te: & quæ ſequuntur. Deinde poſt hæc verba ſingulariter illi reſpondit dominus, cum in duobus angelis eſſet,dicens:Ecce miſertus ſum faciem [a] tuam,& cætera. Vnde multo eſt credibilius, quod & Abrahã in tribus, & Loth

G Loth in duobus viris dominum agnoſcebant, cui per ſingularem numerum loquebantur, etiam cum eos homines eſſe arbitrarentur. Neque enim aliã ob cauſam ſic eos ſuſceperunt, vt tanquam mortalibus & humana refectione indigentibus miniſtrarent: ſed erat profecto aliquid, quo ita excellebant, licet tãquàm homines, vt in eis eſſe dominum, ſicut eſſe aſſolet in Prophetis, hi qui hoſpitalitatem illis exhibebant, dubitare non poſſent: atque ideo & ipſos aliquando pluraliter, vt dominos [b], aliquando ſingulariter, vt in eis dominum appellabant. Angelos autem fuiſſe ſcriptura teſtatur, nec ſolum in hoc Geneſis lib. vbi hæc geſta narrantur, verumetiam in epiſtola ad Hebræos, vbi cum hoſpitalitas laudaretur: per hanc, inquit, etiam quidam [c] neſciẽtes hoſpitio receperunt angelos. Per illos igitur tres viros, cũ rurſus filij Iſaac de Sara promitteretur Abrahæ, diuinitus datum eſt etiam tale reſponſum vt diceretur: Abraham erit in † magnam gentem & multam, & benedicentur in eo omnes gentes terræ. Et hic duo illa breuiſſime pleniſſimeq; promiſſa ſunt, gẽs Iſraël ſecũdum carnem, & omnes gentes ſecundum fidem.

Hebræ. 13.

† aliâs, dicetur ad Abraham, Erit i &c.

a H ECce miſertus ſum in faciem.) Alibi, ego miratus ſum. Lxx. ἐθαυμασα, ecce miratus ſum. meli [b] fuiſſet vertere approbaui, ſicut ἐθαυμασα apud Platonem & Euripedem, vel reſpexi. nam idem interdum θαυμάζειν ſicut θωπεῖν. b Aliquando pluraliter vt dominos.) Alibi ſic: Atque ideo & ipſos aliquando pluraliter & in eis dominum aliquando ſingulariter appellabant. c Per hanc, inquit etiã quidam.) Miror vnde ſurrepſerit in vulgatis codicibus placuerunt: nam veriſimile eſt fuiſſe verſum ab interprete latuerũt, ἔλαθόν τινες. Auguſtinus Latine & elegãter vertit: δι' ἀφανοῦς γὰρ ἔλαθόν τινες ξενίσαντες ἀγγέλους. Eſt enim proprietas Græca apud illos frequentiſſima: Latuerunt hoſpitantes angelos, pro latebat eos, quod angelos hoſpitio exciperent.

De Loth à Sodomis liberato, atque eiſdẽ cœleſti igne cõſumptis: & de Abimelech, cuius concupiſcentia caſtitati Saræ nocere non potuit. Cap. XXX.

Gene. 19.

POſt hanc promiſſionem liberato de Sodomis Loth, & veniente igneo imbre [a] de cœlo, tota illa regio impiæ ciuitatis in cinerem verſa eſt, vbi ſtupra in maſculos in tantam conſuetudinem conualuerant, quantam leges ſolẽt aliorum factorum præbere licentiam. Verum & hoc eorum ſupplicii, ſpecimẽ futuri iudicij diuini fuit. Nam ad quid* pertinet, quod prohibiti ſunt qui liberabãtur ab angelis retro reſpicere, niſi quia non eſt animo redeundum ad veterem vitam, qua per gratiam regenerationis * exuimur, ſi vltimum iudiciũ euadere cogitamus? Denique vxor Loth, vbi reſpexit, remanſit: & in ſalẽ conuerſa [b] hominibus fidelibus quoddam præſtitit condimentum, quo ſapiant aliquid, vnde illud caueatur exẽplum. Inde rurſus Abraham fecit in Geraris apud regẽ ciuitatis illius Abimelech, quod in Aegypto de cõiuge fecerat, eiq; intacta ſimiliter reddita eſt. Vbi ſanè Abraham obiurganti regi cur tacuiſſet vxorem, ſororemq; diximſſet, aperiens quid timuerit, etiam hoc addidit: Etenim vere ſoror mea eſt de patre, ſed non de matre: quia de patre ſuo ſoror erat Abrahæ, de quo propinqua eius erat. Tantæ autem pulchritudinis fuit, vt etiam in illa ætate poſſet adamari.

*aliâs, quo

I *aliâs regenerati

Gene. 19.

Gene. 20.

a ET veniente igneo imbre.) Exuſtionis iſtarum vrbium multi prophanorum ſcriptorum meminere. Strabo lib. xvj. vrbes igne ibi abſumptas eſſe dicit, idq; accolis referentibus, quarum metropolis Sodoma adhuc. lx. ſtadia in circuitu ſeruet. tum lacus Aſphaltitis pleni ſunt illorum libri, vbi naſcitur bitumen. b Et in ſalem conuerſa.) Ioſephus teſtatur ſe eam vidiſſe.

De Iſaac ſecundum promiſſionem nato, cuius nomen ex riſu utriuſque parentis eſt inditum. Caput XXXI.

POſt hæc natus eſt Abrahæ ſecũdum promiſſionem dei de Sara filius, eumq; nominauit Iſaac, quod interpretatur riſus. Riſerat enim & pater, quando ei promiſſus eſt, admirans in gaudio: Riſerat & mater, quando per illos tres viros iterum promiſſus eſt, dubitans in gaudio: quãuis exprobrante angelo, quod riſus ille etiam ſi gaudij fuit, tamen plenę fidei non fuit. Poſt ab eodem angelo in fide etiam cõfirmata eſt. Ex hoc ergo puer nomen accepit: nã quod riſus ille non ad irridendum opprobrium, ſed ad celebrandum gaudium pertinebat, nato Iſaac, & eo nomine vocato, Sara mõſtrauit. Ait quippe: Riſum mihi fecit deus: quicunque enim audierit, congaudebit mihi. Sed poſt aliquantum tempus ancilla de domo eiicitur cum filio ſuo, & duo ſecundum Apoſtolum teſtamenta ſignificantur, vetus & nouum: vbi Sara illius ſuperne Hieruſalem, hoc eſt, ciuitatis dei figuram gerit.

K Gene. 21.

Gal. 4.

De obedientia & fide Abrahæ, qua per oblationem immolandi filij probatus eſt, & de morte Saræ. Caput XXXII.

INter hæc quæ omnia commemorare nimis longum eſt, tentatur Abraham de immolãdo dilectiſſimo filio ſuo Iſaac, vt pia eius obedientia probaretur: ſeculis in notitiam proferenda, non deo. Neque enim omnis eſt culpanda tẽtatio: quia & gratulanda eſt, qua fit probatio. Et plerunque aliter animus humanus ſibiipſi innoteſcere non poteſt, niſi vires ſuas ſibi non verbo, ſed experimento tentatione quodammodo interrogante reſpondeat: vbi ſi dei munus agnouerit, tunc pius eſt, tũc ſolidatur firmitate gratiæ, non inflatur inanitate iactantiæ. Nunquàm ſanè crederet Abrahã, quod victimis deus delectaretur humanis. Quanuis diuino intonante præcepto obediendum ſit, non diſputandum: veruntamen Abraham cõfeſtim filium cum fuiſſet immolaturus *, reſurrectũ credidiſſe laudandus eſt. Dixerat namque illi deus, cum de ancilla & filio eius foras eiiciendis voluntatẽ coniugis nollet implere: In Iſaac vocabitur tibi ſemen. Et certe ibi ſequitur, ac dicitur: Et filium autem ancillæ huius in magnam gentem faciam: quia ſemen tuũ eſt. Quomodo ergo dictum eſt: In Iſaac vocabitur tibi ſemen, cum & Hiſmaëlem deus ſemen eius vocauerit? Exponẽs autem Apoſtolus quid ſit: In Iſaac vocabitur tibi ſemen, id eſt, inquit, non qui filij carnis, hi filij dei, ſed filij repromiſſionis deputãtur in ſemẽ. Ac per hoc filij promiſſionis vt ſint ſemen Abrahæ, in Iſaac vocãtur, hoc eſt, in Chriſto vocante gratia congregantur. Hanc ergo promiſſionem pater pius * fideliter tenens: quia per hunc oportebat impleri, quẽ deus iubebat occidi: non hæſitauit quod ſibi reddi poterat immolatus, qui dari poterat non ſperatus. Sic intellectum eſt & in epiſtola ad Hebræos, & ſic expoſitum: Fide, inquit, præceſſit [a] Abraham, in Iſaac tentatus: & vnicum obtulit, qui promiſſiones ſuſcepit, ad quem dictũ eſt, In Iſaac vocabitur tibi ſemen: cogitans, quia & ex mortuis excitare poteſt deus. Proinde addidit: Pro hoc etiam eũ & in ſimilitudinem adduxit. Cuius ſimilitudinem, niſi illius de quo dicit idem Apoſtolus: Qui proprio filio non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum? Propterea & Iſaac, ſicut dominus crucem ſuam, ita ſibi ligna ad victimæ locum, quibus fuerat imponẽdus ipſe portauit. Poſtremo quia Iſaac occidi non oportebat, poſteaquam eſt pater eum ferire prohibitus: quis erat ille aries, quo immolato impletũ eſt ſignificatiuo ſanguine

Gene. 22.

L

*aliâs, immolatus.

Gene. 21.

Roma. 9.

M

*aliâs filii.

Hebræ. 11.

Roma. 8.

A guine ſacrificium? Nempe quando eum vidit Abrahã cornibus in frutice tenebatur [b]. Quis ergo illo figurabatur, niſi Ieſus Chriſtus antequàm immolaretur, ſpinis Iudaicis coronatus? Sed diuina per angelum verba potius audiamus. Ait quippe ſcriptura, Et extendit Abraham manum ſuam ſumere machæram, vt occideret filium ſuum. Et vocauit illum angelus domini de cœlo, & dixit: Abraham. Ille autem dixit: Ecce ego, Et dixit: Ne iniicias manum tuam ſuper puerum, neque facias illi quicquam. Nunc enim ſciui quia times deũ tuũ, & non pepercisti filio tuo dilecto propter me. Nũc ſciui dictum eſt, id eſt, nunc ſciri feci. Neque enim hoc nõdum ſciebat deus. Deinde ariete illo immolato pro Iſaac filio ſuo, vocauit, vt legitur, Abraham nomen loci illius: Dominus vidit [c], vt dicant, hodie in monte dominus apparuit. Sicut dictũ eſt, nunc ſciui, pro eo quod eſt, nunc ſciri feci: ita hic dominus vidit, pro eo quod eſt, dominus apparuit, hoc eſt, videri ſe fecit. Et vocauit angelus domini Abraham ſecũdò de cœlo dicens: Per memetipſum iurati dicit dominus: propter quod fecisti verbum hoc, & non pepercisti filio tuo dilecto propter me: niſi benedicens benedicam te, & multiplicans multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cœli, & tãquam arenã, quæ eſt iuxta labium maris. Et hæreditate poſſidebit ſemen tuum ciuitates aduerſariorum: & benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ, quia obaudiſti [d] vocem meam. Hoc modo eſt illa de vocatione gentium in ſemine Abrahæ poſt holocauſtum, quo ſignificatus eſt Chriſtus, etiã iuratione dei firmata promiſſio. Sæpe enim promiſerat, ſed nũquam iurauerat. Quid autem eſt dei veri veracisq; iuratio, niſi promiſſi confirmatio, & infidelium quædam increpatio? Poſt hæc Saraï mortua eſt, centeſimo & viceſimoſeptimo anno vitæ ſuæ, centeſimo autem & triceſimoſeptimo viri ſui. Decem quippe annis eam præcedebat ætate: ſicut ipſe quando ſibi ex illa promiſſus eſt filius, ait, Si mihi annorum centũ naſcetur filius, & ſi Sara annorũ nonaginta pariet? Tũc emit agrũ Abrahã, in quo ſepeliuit vxorem. Tunc ergo ſecundum narrationem Stephani, in terra illa eſt collocatus: quoniã cœpit ibi eſſe poſſeſſor, poſt mortem ſcilicet patris ſui, qui colligitur ante biennium fuiſſe defunctus.

Gene. 22.

B

Gene. 23.

Gene. 23.

Gene. 11.

a C FIde, inquit, præceſſit.) Aliter legit, quàm nos vulgo ad Hebræos vndecimo, & etiam quàm Græci, in aliis exemplaribus Auguſtini non habetur, in Iſaac, ſed tantum, Iſaac. b Cornibus in frutice tenebatur.) Hanc interpretationem ſeptuaginta & etiam Theodotionis plus laudat Hieronymus, quàm Aquilæ & Symmachi. c Dominus videt.) Hiero. pro eo quod hic habet, videt, in Hebræo ſcriptum eſt, videbit. hoc autem apud Hebræos exiuit in prouerbium, vt ſi quando in anguſtia cõſtituti ſunt, & domini optant auxilio ſubleuari, dicãt, In monte dominus videbit: hoc eſt, ſicut Abrahæ miſertus eſt, miſerebitur & noſtri. Vnde & in ſignum dati arietis ſolent etiã nunc cornu clangere. Tantũ Hieronymus. Manet adhuc hodie idem prouerbij in Hiſpania, non omnino vt apud Hebræos nec omnino ſicut hic Auguſtinus interpretatur, ſed media quadam ratione, deus videbitur. quaſi exeret & oſtendet vim ſuam. d Obaudiſti.) Sic veteres, quod poſtea obedio. Feſtus obedire, obaudire.

De Rebecca nepte Nachor, quam Iſaac accepit uxorem. Cap. XXXIII.

DEinde Rebeccam neptem Nachor patrui ſui, cum annorum quadraginta eſſet Iſaac, duxit vxorem, centeſimo ſcilicet & quadrageſimo anno vitę patris ſui, triennio poſt mortem matris ſuę. Vt autem illam duceret, quando ab eius patre in Meſopotamiam ſeruus miſſus eſt: quid aliud demonſtratum eſt, cum eidem ſeruo dixit Abraham: Pone manũ tuam ſub femore meo, & adiurabo te per dominũ deũ cœli, & dominum terræ, vt non ſumas filio meo Iſaac vxorem de filiabus Chananęorum, niſi dominum deũ cœli & dominum terræ in carne, quæ ex illo femore trahebatur, fuiſſe venturum? Nunquid hæc parua ſunt prænunciatæ indicia veritatis, quæ compleri videmus in Chriſto?

Gene. 25.

D

Quid intelligendum ſit in eo quod Abraham poſt mortem Sarai accepit uxorem Cethuram. Cap. XXXIIII.

QVid autem ſibi vult quod Abrahã poſt mortem Saraï, Cethuram duxit vxorem? Vbi abſit, vt incontinentiam ſuſpicemur, præſertim in illa iam ætate, & in illa fidei ſanctitate. An adhuc procreandi filij quęrebantur, cum iam deo promittẽte tanta multiplicatio filiorum ex Iſaac per ſtellas cœli & arenam terræ fide probatiſſima teneretur? Sed profecto ſi Agar & Hiſmaël doctore Apoſtolo, ſignificauerunt carnales veteris teſtamenti, cur non etiam Cethura, & filij eius ſignificẽt carnales, qui ſe ad teſtamentum nouum exiſtimant pertinere? Ambæ quippe & vxores Abrahæ & concubinæ ſunt appellatæ. Sara vero nunquam dicta eſt concubina, ſed vxor tantum. Nam & quãdo data eſt Agar Abraæ, ita ſcriptum eſt: Et apprehendit Sara vxor Abraæ Agar Aegyptiã ancillam ſuam poſt decem annos, quàm habitauerat Abram in terra Chanaan, & dedit eam Abraæ viro ſuo vxorem. De Cethura autem, quam poſt obitum Saraï accepit, ſic legitur: Adiiciens autem Abraham ſumpſit vxorem, cui nomen Cethura. Ecce ambæ dicũtur vxores Abrahæ, ambæ porrò cõcubinæ fuiſſe reperiuntur, poſtea dicente ſcriptura: Dedit autem Abraham omnem cenſum ſuum Iſaac filio ſuo, & filiis concubinarũ ſuarum dedit Abraham dona: & dimiſit eos ab Iſaac filio ſuo adhuc ſe viuo, ad Orientem in terram Orientis. Habent ergo nonnulla munera filij cõcubinàrum, ſed non perueniunt ad regnum promiſſum, nec hæretici, nec Iudæi carnales: quia prẽter Iſaac nullus eſt hęres: & non qui filij carnis, hi filij dei, ſed filij promiſſionis deputantur in ſemine, de quo dictum eſt: In Iſaac vocabitur tibi ſemen. Neque enim video cur etiã Cethura poſt vxoris mortem ducta, niſi propter hoc myſterium dicta ſit concubina: Sed quiſquis hęc non vult in iſtis ſignificationibus accipere, nõ calumnietur Abrahæ. Quid ſi enim & hoc promiſum eſt contra hæreticos futuros [a] ſecundarum aduerſarios nuptiarum, vt in ipſo patre multarum gentium poſt obitum coniugis, iterum coniugari demonſtraretur non eſſe peccatum? Et mortuus eſt Abraham, cum eſſet annorum centum ſeptuaginta quinque. Annorum ergo ſeptuaginta quinque Iſaac filium dereliquit, quem centenarius genuit.

Gene. 25.

E

Gene. 17.

F

Gene. 25.

Gene. 21.

a CONtra hæreticos futuros.) Secundas nuptias Cataphryges nihil à fornicatione differre cenſebant: vt Auguſtinus ſcribit ad Quod vultdeum. Hieronymus non modo ſecũdas nuptias abominatur, ſed primas etiam parum probat contra Iouinianũ diſputans, homo cœlebs & coniugio parum æquus.

De geminis adhuc in utero Rebeccæ matris incluſis, quid indicauerit diuina reſponſio. Caput XXXV.

IAm ex hoc quemadmodum per poſteros Abrahæ ciuitatis dei percurrant tẽpora videamus. A primo igitur anno vitæ Iſaac vſque ad ſexageſimũ, quo ei nati ſunt filij, illud memorabile eſt, quod cum illi deum roganti, vt pareret vxor eius, quæ ſterilis erat, conceſſiſſet dominus quod petebat, atq; haberet illa conceptum: geſtiebant gemini [a] adhuc in vtero eius incluſi. Qua moleſtia cũ angeretur, dominũ interrogauit, accepitq; reſpõſum: Duæ gentes in vtero tuo

Gene. 21.

a

G tuo ſunt,& duo populi de ventre tuo ſeparabuntur, &
populus populum ſuperabit, & maior ſeruiet minori.
Roma.9. Quod Paulus Apoſtolus magnum vult intelligi gra-
tiæ documentum:quia nondum illis natis,nec aliquid
agentibus boni ſeu mali,ſine vllis bonis meritis eligi-
tur minor, maiore reprobato: quoniam proculdubio
quantum attinet ad originale peccatum, ambo pares
erãt:quantum autem ad proprium, nullius eorum vl-
lum erat. Sed nũc de hac re dicere aliquid latius insti-
tuti operis ratio non ſinit, vnde & in aliis iam multa
Gene.25. diximus. Quod autem dictum eſt:Maior ſeruiet mi-
nori:nemo ferè noſtrorum aliter intellexit, quàm ma
iorem populum Iudæorum, minori populo Chriſtia-
no ſeruiturum. Et reuera quanuis in gente Idumæorũ,
quæ nata eſt de maiore [b], cui duo nomina erant: nam
& Eſaũ vocabatur, & Edom,vnde Idumæi, hoc videri
poſſit impletum:quia poſtea ſuperanda fuerat à popu-
lo,qui ortus eſt ex minore,id eſt,ex Iſraëlitico, eiq; fue
rat futura ſubiecta:tamen in aliquid maius intentam
fuiſſe iſtam prophetiam, qua dictum eſt: Populus po-
pulum ſuperabit,& maior ſeruiet minori: conuenien-
tius creditur. Et quid eſt hoc, niſi quod in Iudæis &
H Chriſtianis euidenter impletur?

a GEſtiebant gemini.) Hieronymus: Et concepit Rebecca vxor eius,& mouebantur filij eius in ea. Pro motione Septuaginta poſuerunt ἐσκίρτων,id eſt, ludebant, ſiue calcitrabant. Quod Aquila tranſtulit,confringebantur filij in vtero. Symmachus vero ἐπλάσσετο,id eſt,in ſimilitudine nauis in ſuperficie ferebãtur. b In gente Idumæorum:quæ nata eſt de maiore.) Stephanus Idumęos à filio Semiramidis Idumæa, ſicut Iudæos ab eiuſdem filio Iuda natos putat, quod eſt commentitium.

De oraculo & benedictione,quam Iſaac non aliter quàm pater ipſius merito eiuſdem ac dilectione accepit.

Caput XXXVI.

Gene. 26. ACcepit etiam Iſaac oraculum tale, quale ali-
quoties pater eius acceperat. De quo oraculo
Gene.12. ſic ſcriptum eſt: Facta eſt autem fames ſuper
terram: præter famem quæ prius facta eſt in tempore
Gene.26. Abrahæ. Abiit autem Iſaac ad Abimelech regem Phi-
liſtinorum in Gerara. Apparuit autem illi dominus,&
dixit:Noli deſcendere in Aegyptum, habita autem in
terra,quã tibi dixero,& incole in terra hac, & ero te-
cum, & benedicam te. Tibi enim & ſemini tuo dabo
omnem terram hanc:& ſtatuam iuramentum meum,
quod iurati Abrahæ patri tuo: & multiplicabo ſemen
tuum tanquàm ſtellas cœli, & dabo ſemini tuo omnẽ
terrã hanc, & benedicentur in ſemine tuo omnes gẽ-
tes terræ, pro eo quod obaudiuit Abraham pater tuus
vocem meam,& cuſtodiuit præcepta mea, & manda-
ta mea,& iuſtificationes meas,& legitima mea. Iſte Pa
triarcha nec vxorem habuit aliam, nec aliquam con-
cubinam, ſed poſteritate duorum geminorum ex vno
Gene.26. concubitu procreatorum contentus fuit. Timuit ſanè
etiam ipſe periculum de pulchritudine coniugis cum
habitaret inter alienos, fecitq; quod pater, vt eam ſo-
Gene.12. rorem diceret, taceret vxorem. Erat enim ei propin-
qua,& paterno & materno ſanguine: ſed etiam ipſa ab
alienigenis cognito quod vxor eius eſſet, manſit inta-
cta. Nec ideo tamẽ iſtum patri eius præferre debemus:
quia iſte nullam fœminam præter vnam coniugẽ no-
uerat. Erant enim proculdubio paternæ fidei & obe-
dientiæ merita potiora, intantum vt propter illum di
Gene.26. cat deus, huic ſe facere bona, quæ fecit, Benedicentur,
inquit,in ſemine tuo omnes gentes terræ: pro eo quod
Ibidem. obaudiuit Abraham pater tuus vocem meam, & cu-
ſtodiuit præcepta mea, & mandata mea, & iuſtifica-
tiones meas, & legitima mea. Et alio rurſus oraculo:
Ego ſum,inquit,deus Abraham patris tui,noli timere, K
tecum enim ſum,& benedixi te, & multiplicabo ſemẽ
tuum propter Abraham patrem tuum. Vt intelliga-
mus quàm caſte Abrahã fecerit, quod hominibus im-
pudicis & nequitiæ ſuæ de ſcripturis ſanctis patroci-
nia requirentibus videtur feciſſe libidine. Deinde vt
etiam hoc nouerimus, non ex bonis ſingulis inter ſe
homines comparare, ſed in vnoquoque conſideremus
vniuerſa. Fieri enim poteſt, vt habeat aliquid in vita
& moribus quiſpiam quo ſuperet alium, idq; ſit longe
præſtabilius,quàm eſt illud,vnde ab alio ſuperatur. Ac
per hoc ſolo dei veróque *† iudicio, cùm continentia †*aliis ſa-
cõiugio præferatur:melior eſt tamen homo fidelis cõ- no uerq;.
iugatus,quàm continens infidelis. Sed continens [a] in-
fidelis homo,non ſolum minus laudandus eſt, quia ſe
continet, dum non credat: verum etiam multo magis
vituperandus,quia non credit,cum ſe contineat. Con-
ſtituamus ergo ambos bonos, etiã ſic profecto melior
eſt cõiugatus fideliſſimus, & obediẽtiſſimus deo,quàm
continens minoris fidei,minorisq; obedientiæ. Si vero
paria ſint cætera, continentem cõiugato præferre quis
ambigat?

SEd continens.) In codice Brugeñ.ſic habetur: Sed infidelis homo non ſolum minime laudandus eſt, verumetiam maxime deteſtãdus eſt. Conſtituamus ambos bonos etiam. quæ lectio nõ admodum mihi arridet. Hinc apparet quàm parum momenti ſit in ritualis externorum operum,niſi ex puro interiore fonte manent. a L

De his quæ in Eſau & Iacob myſtice præfigurantur. Cap. XXXVII.

DVo igitur Iſaac filij,Eſau & Iacob pariter cre
ſcũt. Primatus maioris tranſſunditur in mi-
norem ex pacto & placito ſiter illos, eo quod Gene.25.
lenticulam [a],quem cibum minor parauerat,maior im-
moderatius concupiuit, eoq; precio primogenita ſua,
fratri iuratione interpoſita vendidit. Vbi diſcimus in
veſcendo non cibi genere [b], ſed auiditate immodeſta
quenquam culpandum. Seneſcit Iſaac,eiusq; oculis per Gene.27.
ſenectam viſus aufertur. Vult benedicere filium ma-
iorem,& pro illo neſciens benedicit minorem,pro fra
tre maiore, qui erat piloſus,ſe paternis manibus ſuppo
nentem hœdinis ſibi pelliculis coaptatis, velut aliena
peccata portãtem. Iſte dolus [c] Iacob ne putaretur frau-
dulentus dolus, & non in eo magnæ rei myſterium
quereretur,ſuperius prędixit ſcriptura: Et erat Eſau ho
mo ſciens venari agreſtis:Iacob autem homo ſimplex M
habitans domum. Hoc noſtri quidã interpretati ſunt
ſine dolo. Siue autem ſine dolo,ſiue ſimplex,ſiue potius
ſine fictione dicatur, quod eſt Græce ἄπλαστος [d]: quis
eſt in iſta benedictione percipienda dolus hominis ſi-
ne dolo? Quis eſt dolus ſimplicis,quæ fictio non men-
tientis,niſi profundum myſterium veritatis? Ipſa autẽ
benedictio qualis eſt? Ecce,inquit,odor filij mei tanquã
odor agri pleni, quem benedixit dominus. Et det tibi
deus de rore cœli, & de vbertate terræ, & multitudinẽ
frumenti & vini:& ſeruiant tibi gentes, & adorent te
principes, & fias dominus fratris tui, & adorabunt te
filij patris tui. Qui maledixerit te, maledictus: & qui
benedixerit te,benedict[o]. Benedictio igitur Iacob præ-
dicatio Chriſti eſt in omnibus gentibus. Hoc fit, hoc
agitur:lex & prophetia eſt in Iſaac: etiã per os Iudæo-
rũ Chriſtus ab illa benedicitur velut à neſciente, quia
ipſe neſcitur. Odore nominis Chriſti, ſicut ager mun-
dus impletur,eius eſt benedictio de rore cœli, hoc eſt,
de verborum pluuia diuinorum: & de vbertate terræ,
hoc eſt,de congregatione populorum:eius eſt multitu-
do frumenti & vini, hoc eſt, multitudo quam colligit

frumentum

A frumentum & vinum in ſacramento corporis & ſan-
guinis eius. Ei ſeruiunt gentes, ipſum adorant princi-
pes. Ipſe eſt dominus fratris ſui, quia populus eius do-
minatur Iudæis. Ipſum adorãt filij patris eius, hoc eſt,
filij Abrahæ ſecundum fidem: quia & ipſe filius eſt A-
brahæ ſecundum carnem. Ipſum qui maledixerit ma-
ledictus,& qui benedixerit benedictus eſt. Chriſt[o] in-
quam noſter etiam ex ore Iudæorum quanuis errantium,ſed tamen legem prophetasq; cantantium bene-
dicitur,id eſt,veraciter dicitur: & alius benedici puta-
tur,qui ab eis errantibus expectatur. Ecce benedictio-
nem promiſſam repetente maiore,expaueſcit Iſaac, &
aliũ pro alio ſe benedixiſſe cognoſcit. Miratur, & quis
nam ille ſit percunctatur: nec tamen ſe deceptum eſſe
cõqueritur,immo confeſtim reuelato ſibi intus in cor-
de magno ſacramento deuitat indignationem,confir-
mat benedictionem. Quis ergo,inquit,venatus eſt mi
hi venationem,& intulit mihi, & manducaui ab om-
nibus ante quàm tu venires,& benedixi eum,& ſit be-
nedictus? Quis non hic maledictionem potius expe-
ctaret irati,ſi hæc non ſuperna inſpiratione, ſed terre-
B no more gereretur? O res geſtas, ſed prophetice geſtas:
in terra,ſed cœlitus:per homines, ſed diuinitus. Si ex-
cutiantur ſingula tãtis fœcunda myſteriis, multa ſunt
implenda volumina, ſed huic operi modus moderate
imponendus,nos in alia feſtinare compellit.

Lenticula a LEnticulam.) Eſt lenticula vas olearium, & parua lens leguminis genus: hoc modo diminutiuum eſt à lente: illo vero à lentitate dicitur,quòd lentè oleum ex ea ſtillet: nam ore eſt anguſto. Sed in ſacris literis ſolum decoctio rubea dicitur, qua Eſau vendidit primogenituram. Ideo dictus eſt Edon.q.fuluus. b Non cibi genere.) [illegible] c Iſte dolus.) Nam bonus dolus eſt,& malus. d Græce ἄπλαστος.) Nam ἀπλάττω eſt fingo,ita ἄπλαστος, ἀλαβάστος, ἄδολος.

De miſſione Iacob in Meſopotamiam ad accipiendã uxorem, & de uiſione quam in itinere ſomniauit, & de quatuor ipſius fœminis,cùm unam petiſſet uxorem.

Caput XXXVIII.

Gene.28. MIttitur Iacob à parẽtibus in Meſopotamiam,
vt ibi ducat vxorem. Patris mittentis hæc ver
ba ſunt: Non accipies vxorem ex filiabus Cha
C naanæorum: ſurgens fuge in Meſopotamiam in domũ
Bathuël patris matris tuæ, & ſume tibi inde vxorem
de filiabus Laban fratris matris tuæ. Deus autem me-
us benedicat te,& augeat te,& multiplicet te, & eris in
congregationes gentium: & det tibi benedictionem
Abrahæ patris tui:tibi, & ſemini tuo poſt te: vt hæres
fias terræ incolatus tui,quam dedit deus Abrahæ. Hic
iam intelligimus ſegregatum ſemen Iacob ab alio ſe-
Gene.22. mine Iſaac, quod factum eſt per Eſaũ. Quando enim
dictum eſt,In Iſaac vocabitur tibi ſemen: pertinẽs vti-
que ſemen ad ciuitatem dei: ſeparatum eſt inde aliud
ſemen Abrahæ,quod erat in ancillæ filio: & quod futu
rum erat in filiis Cethuræ. Sed adhuc erat ambiguum
de duobus geminis filiis. Iſaac:ad vtrunque, an ad vnũ
eorum illa benedictio pertineret. Et ſi ad vnum, quis
nam eſſet illorum,quod nunc declaratum eſt,quũ pro-
phetice à patre benedicitur Iacob, & dicitur ei, Et eris
in congregationes gentium:& det tibi benedictionem
Abrahæ patris tui. Pergens itaque in Meſopotamiam
Iacob,in ſomnis accepit oraculum, de quo ſcriptũ eſt:
Et exiit Iacob à puteo iurationis [a], & profectus eſt in
Gene.28. Charram, & deuenit in locum, & dormiuit ibi: occi-
derat enim ſol, & ſumpſit ex lapidibus loci, & poſuit
ad caput ſuum:& dormiuit in loco illo, & ſomniauit.
Et ecce ſcala ſtabilita ſuper terram, cuius caput pertin D
gebat ad cœlum: & angeli dei aſcendebant & deſcen-
debant per illam: & dominus incumbebat ſuper eam.
Et dixit:Ego ſum de[o] Abrahã patris tui, & deus Iſaac,
noli timere:terra in qua tu dormis per eam, tibi dabo
illam,& ſemini tuo:& erit ſemẽ tuum ſicut arena ter-
ræ:& dilatabitur ſuper mare [b], & in Aphricum,& in
Aquilonem, & ad Orientem: & benedicentur in te o-
mnes tribus terræ,& in ſemĩe tuo. Et ecce ego ſum te-
cum,cuſtodiens te in omni via quacunque ibis: & re-
ducam te in terram hanc:quia non te derelinquam,do
nec faciam omnia,quæ tecum locutus ſum. Et ſurrexit
Iacob de ſomno ſuo,& dixit. Quia dominus eſt in loco
hoc:ego autem neſciebam. Et timuit, & dixit: Quàm
terribilis eſt locus hic: non eſt hic niſi domus dei, &
hæc porta eſt cœli. Et ſurrexit Iacob,& ſumpſit lapidẽ,
quem ſuppoſuit ſibi ad caput: & ſtatuit illũ in titulũ [c]:
& ſuperfudit oleum in cacumen eius:& vocauit nomẽ
loci illius domus dei. [d] Hoc ad prophetiam pertinet:
nec more idololatriæ lapidem perfudit oleo Iacob,ve-
lut faciens illum deum: neque enim adorauit eundem
lapidem,vel ei ſacrificauit, ſed quoniã Chriſti nomẽ [e] E
à chriſmate eſt,id eſt,ab vnctione: profecto figuratum
eſt hinc aliquid, quod ad magnũ pertineat ſacramen-
tum. Scalam vero iſtam intelligitur ipſe ſaluator no-
bis in memoriam reuocare in Euangelio, vbi cum di-
xiſſet de Nathanaële: Ecce vere Iſraëlita, in quo dolus Ioan.1.
non eſt:quia Iſraël viderat iſtam viſionem, ipſe eſt e-
nim Iacob. Eodem loco ait:Amen amen dico vobis,vi
debitis cœlum apertum, & angelos dei aſcendentes &
deſcendentes ſuper filium hominis. Perrexit autem Ia
cob in Meſopotamiam,vt inde acciperet vxorem. Vn-
de autẽ illi acciderit,quatuor habere fœminas, de qui-
bus duodecim filios & vnam filiam procreauit, cum
earum nullam concupiſceret illicite, diuina ſcriptura
indicat. Ad vnam quippe accipiendam venerat:ſed cũ
illi altera pro altera [f] ſuppoſita fuiſſet,nec ipſam dimi-
ſit,qua neſciens vſus fuerat in nocte, ne ludibrio eam
videretur habuiſſe: & ex eo tempore quoniam multi-
plicãdæ poſteritatis cauſa plures vxores lex nulla pro-
hibebat,accepit etiam illam,cui vni iam futuri coniu- F
gij fidem fecerat. Quæ cum eſſet ſterilis, ancillam ſuã
de qua filios ipſa ſuſciperet,marito dedit. Quod etiam
maior ſoror eius,quanuis peperiſſet,imitata, quoniam
multiplicare prolem cupiebat,effecit. Nullam Iacob le
gitur petiiſſe, præter vnam:nec vſus plurimis, niſi gi-
gnendæ prolis officio coniugali iure ſeruato: vt neque
hoc faceret,niſi vxores eius id fieri flagitaſſẽt,quę cor-
poris viri ſui habebant legitimam poteſtatem.

APuteo iurationis.) Sic verterũt Septuaginta, pro eo quod Hebraïce eſt,à puteo ſaturitatis. Conſentiunt Symmachus & Aquila. Nam etiam ciuitas vocatur Berſabe, quod ſonat, puteũ ſaturitatis. Hiero. Verum puteus ſaturitatis quem foderunt ſeruí Iſaac,non idem eſt,qui puteus iurationis, quem fodit Abraham, & iuris iurandi nominauit,ſeu fœderis: quod fecit cũ Abimelech Gene. xxj. datis ſeptem agnis:nam ſabee eſt ius iurandum & ſeptem:tametſi in eadem vrbe puteum vtrunque eſſe. b Super mare.) Hic nihil ſignificat de regno maris,quod claſſibus obtinetur:ſed,vt iam dixi, occidentẽ notat plagam,quæ eſt Syriæ ad mare noſtrum, vt quatuor mundi oras indicet. c Statuit illum in titulum.) Lxx. στήλην columnam, quod magis congruit quàm titulum. d Domus dei.) Vicus ibi poſitus, dictus eſt Bethel,qui prius erat Luz:id eſt,tũc domus dei, ante nux vocabatur. Erat in parte Beniamin, iuxta Bethau & Gaï. e Chriſti nomen.) χρῖσμα Græci dicunt,quem Latini vnctum. χρῖσμα eſt vnctio. f Altera pro altera.) Lya filia maior pro Rachel filia minore. Geneſis viceſimonono.

Quæ ratio fuerit,ut etiam Iſrael cognominaretur.

Cap. XXXIX.

Genuit

G Genuit ergo duodecim filios, & vnam filiam ex quatuor mulieribus. Deinde ingressus est in Aegyptum per filium suũ Ioseph, qui vẽditus ab inuidẽtibus fratribus, eò perductus fuit, atque ibidem sublimatus. Iacob autem etiam Israël, sicut paulo ante dixi, vocabatur: quod nomen magis populus ex illo procreatus obtinuit. Hoc autem nomẽ illi ab angelo impositum est, qui cum illo fuerat in itinere de Mesopotamia redeunte luctatus, typũ Christi euidentissime gerẽs. Nam quod ei præualuit Iacob vtique volenti[a], vt mysterium figuraret: significat passionẽ Christi, vbi visi sunt ei præualere Iudæi. Et tamen benedictionem ab eodem angelo quem superauerat impetrauit: ac sic huius nominis impositio benedictio fuit. Interpretatur autem Israël [b] videns deum, quod erit in fine præmium omnium sanctorum. Tetigit porrò illi idem angelus veluti præualenti latitudinem femoris, eumq; isto modo claudum reddidit. Erat itaque vnus atque idem Iacob & benedictus & claudus: benedictus in eis, qui in Christum ex eodem populo crediderunt, atque in infidelibus claudus. Nam femoris latitudo generis est multitudo. Plures quippe sunt in ea stirpe, de quibus prophetice prædictum est: Et claudicauerunt à semitis suis.

Gene.32. Gene.32. Psal.17.

a Vtique volenti.) A nolente enim angelo & pro virili sua contra nitente non modo victus fuisset prostratusq; , sed etiã occisus. b Interpretatur autem Israël.) Hieronymus non videtur probare, quod Israël interpretetur vidẽs deum, siue princeps dei, siue ἰσοδύναμον θεοῦ, id est, directus dei, seu ad verbum magis, rectissimus dei. Iosephus in antiquitatibus, Israël dictum arbitratur, quòd steterit aduersus angelum.

Quomodo Iacob cum septuagintaquinque animabus Aegyptum narretur ingressus, cum plerique ex eis qui commemorantur, tempore posteriori sint geniti. Caput XL.

Ingressi itaque referũtur in Aegyptum simul cum ipso Iacob septuagintaquinque homines, annumerato ipso cum filiis suis. In quo numero duæ tantum fœminæ commemorantur: vna filia, neptis altera. Sed res diligenter considerata, non indicat, quod tãtus numerus fuerit in progenie Iacob, die vel anno, quo ingressus est Aegyptum. Commemorati sũt quippe in eis etiam pronepotes Ioseph, qui nullo modo iam tunc esse potuerunt: quoniam tunc centum triginta annorum erat Iacob: filius vero eius Ioseph, triginta nouem: quem cũ accepisse tricesimo anno suo, vel amplius, constet vxorem, quomodo potuit per nouem annos habere pronepotes de filiis, quos ex eadem vxore suscepit? Cum igitur nec filios haberent Effrem & Manasses filij Ioseph, sed eos pueros infra quàm nouennes Iacob Aegyptum ingressus inuenerit, quo pacto eorum non solum filij, sed etiam nepotes, in illis septuagintaquinque viris numerantur, qui tunc Aegyptum ingressi sunt cum Iacob? Nam commemoratur ibi Machir filius Manasse, nepos Ioseph: & eiusdem Machir filius, id est, Galaad nepos Manassæ, pronepos Ioseph: ibi est & quem genuit Effrem alter filius Ioseph, id est, Vtalaam nepos Ioseph: ibi est & Bareth filius ipsius Vtalaæ, id est, nepos Effrem, pronepos Ioseph: qui nullo modo esse potuerunt, quando Iacob in Aegyptũ venit, & filios Ioseph nepotes suos, atos istorum, minores quàm nouem annorum pueros inuenit. Sed nimirum introitus Iacob in Aegyptum, quãdo eũ in septuagintaquinque hominibus scriptura commemorat: non vnus dies, vel vnus annus, sed totum illud est tempus quandiu vixit Ioseph, per quem factum est vt intrarent. Nam de ipso Ioseph eadem scriptura sic loquitur: Et habitauit Ioseph in Aegypto ipse et fratres eius: & omnis cohabitatio patris eius: & vixit annos cẽtum decem, & vidit Ioseph filios θ Manasses & θ Effrẽ, vsque in tertiam generationem. Ipse est ille pronepos eius ab Effrem tertius. Generationem quippe tertiam dicit filium, nepotem, pronepotem. Deinde sequitur: Et filij Machir, filij Manasse, nati sunt supra femora Ioseph. Et hic ille ipse est nepos Manassæ, pronepos Ioseph. Sed pluraliter appellati sunt sicut scriptura consueuit, quæ vnam quoque filiam Iacob, filias nuncupauit: sicut in Latinæ linguæ consuetudine [a] liberi dicũtur pluraliter filij, etiam si non sint vno amplius. Quũ ergo ipsius Ioseph prædicetur fœlicitas, quia videre potuit pronepotes, nullo modo putandi sunt iam fuisse tricesimo nono anno proaui sui Ioseph: quando ad eũ in Aegyptũ Iacob pater eius aduenit. Illud autem est, quod fallit minus ista diligenter intuentes: quoniam scriptum est, Hæc autem nomina filiorum Israël, qui intrauerunt in Aegyptum simul cum Iacob patre suo. Hoc enim dictum est: quia simul cum illo computantur septuaginta quinque: non quia simul iam erant omnes, quando Aegyptum ingressus est ipse: sed vt dixi, totum tempus habetur eius ingressus, quo vixit Ioseph, per quem videatur ingressus.

Gene.46. Gene.50. Gene.46.

Gene.50. Gene.46.

a Sicut in Latinæ linguæ consuetudine.) Sic Latine vnus filius liberi dicitur, sicut Gellius scribit, afferto; dictum Sempronij Asellionis, qui de vnico Sempronij Gracchi filio liberos dixit. Herennius Iuris consultus libro digestorum quinquagesimo idem confirmat.

De benedictione, quam in Iudam filium suum promisit. Caput XLI.

Agitur propter populum Christianum, in quo dei ciuitas peregrinatur in terris, si carnem Christi in Abrahæ semine requiramus, remotis concubinarum filiis, occurrit Isaac: si in semine Isaac, remoto Esaü qui est Edom, occurrit Iacob, qui est & Israël: si in semine Israël ipsius, remotis cæteris occurrit Iudas, quia de tribu Iuda exort° est Christus. Ac per hoc cum in Aegypto moriturus Israël, filios suos benediceret: quemadmodum Iuda prophetice benedixerit, audiamus. Iuda, inquit, te laudabunt [a] fratres tui. Manus tuæ super dorsum inimicorum tuorum: te adorabunt filij patris tui. Catulus leonis Iudas, ex germinatione [b] fili mi ascẽdisti: recumbens dormisti vt leo, & vt catulus leonis, quis suscitabit eum? Non deficiet princeps ex Iuda, & dux de femoribus eius, donec veniant quæ reposita sunt ei: & ipse erit expectatio gentium, alligans ad vitem pullum suum, & cilicio pullũ asinæ suæ [c]. Lauabit in vino stolam suam, & in sanguine vuæ amictum suum. Fului oculi eius à vino, & dentes candidiores lacte. Exposui hæc aduersus Manichęũ Faustum disputans, & satis esse arbitror, quantum veritas prophetię huius elucet. Vbi & mors Christi prędicta est verbo dormitionis, & non necessitas, sed potestas in morte nomine leonis. Quam potestatem in Euangelio ipse prædicat, dicens: Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam. Nemo eam tollit à me, sed ego eam pono à memetipso, & iterum sumo eam. Sic leo fremuit, sic quod dixit, impleuit. Ad eam nãque pertinet potestatem, quod de resurrectione eius adiunctum est: Quis suscitabit eum: hoc est, quia nullus hominum nisi seipse suscitauit, qui etiam de corpore suo dixit: Soluite tẽplum hoc, & in triduo resuscitabo illud. Ipsum autem genus mortis, hoc est, sublimitas crucis in vno verbo intelligitur,

K Gene.50. L a Liberi. M Matth.1. Gene. 49. Gene. 49. Ioan.2. N

A intelligitur, quod ait, ascendisti. Quod vero addidit: recumbens dormisti, Euangelista exponit, vbi dicit: Et inclinato capite tradidit spiritum. Aut certe sepultura eius agnoscitur, in qua recubuit dormiens; & vnde illũ nullus hominum, sicut prophetæ aliquos, vel sicut ipse alios suscitauit, sed sicut à somno ipse surrexit. Stola porrò, eius quam lauat in vino, id est, mundat à peccatis in sanguine suo, cuius sanguinis sacramentum baptizati sciunt: vnde & adiungit, Et in sanguine vuæ amictum suum, quid est nisi ecclesia? Et fului oculi eius à vino, spiritales eius inebriati poculo eius. De quo canit Psalmus: Et calix tuus inebrians quàm præclarus est. Et dentes eius candidiores lacte: quod potant apud Apostolum paruuli, verba scilicet nutrientia, nondum idonei solido cibo. Ipse igitur est, in quo reposita erant promissa Iudæ, quæ donec venirent, nunquàm principes, hoc est, reges Israël ab illa stirpe defuerunt. Et ipse expectatio gentium, quod clarius est videndo, quàm sit exponendo.

Ioan.19. Psal.22. Hebræ. 5.

a Iuda, inquit, te laudabunt.) Iudas etiam laus est, siue confessio. b Ex germinatione.) Hebraice, ex captiuitate. De Christo hæc omnia, vt intelligatur eum captiuos populus esse ductum, & iuxta intelligẽtiam sacratiorem ascendisse in altum, & captiuam duxisse captiuitatem. Hieronymus. c Et cilicio pullum asinæ suæ.) Alij verterunt: Et funiculo pullum asinæ suæ. Hieronymus ostendit esse Hebraice: Alligãs ad vitem pullum suum, & ad electam vitem asinam suam. Et pro pullo posse legi ciuitatem illam diuinam, de qua hisce libris loquimur. Porrò LXX. ἀμπέλῳ verterunt. est vero ἀμπέλ pampinus seu capreolus vitis à conuoluendo apud Theophrastum & ab eadem mẽte species hederæ Dioscoridi & Plinio. itaque nescio vnde cilicium hic irrepserit, nisi versum sit helicium.

B

De filiis Ioseph, quos Iacob prophetica manuum suarum transmutatione benedixit. Cap. XLII.

Sicut autẽ duo Isaac filij, Esaü & Iacob figurã præbuerunt duorum populorum in Iudæis & Christianis: quanuis quod ad carnis propaginem pertinet, nec Iudæi venerũt ex semine Esaü, sed Idumæi: nec Christianæ gentes de Iacob, sed potius Iudæi. Ad hoc enim tantum figura valuit, quod dictum est: Maior seruiet minori. ita factum est etiam in duobus filiis Ioseph. Nam maior gessit typum Iudæorum, Christianorum autem minor. Quos cum benediceret Iacob, manum dexteram ponẽs super minorem, quem habebat ad sinistram: sinistram vero super maiorem, quem habebat ad dextram: graue visum est patri eorũ, & admonuit patrem velut corrigens eius errorem, & quis nam eorum esset maior, ostendens. At ille mutare manus noluit, sed dixit: Scio fili, scio. Et hic erit in populum, & hic exaltabitur: sed frater eius iunior maior illo erit, & semen eius erit in multitudinem gentium. Etiam hic duo illa promissa demonstrant: nam ille in populum, iste in multitudinem gentium. Quid euidentius quàm his duabus promissionibus contineri populum Israëlitarum orbemq; terrarum in semine Abrahæ: illum secundum carnem, istum secundũ fidẽ?

Gene.25. Gene. 48. Exo.2.

C

De temporibus Moysi & Iesu Naue, ac Iudicum, atque exinde regum: quorum quidem Saul primus est: sed Dauid præcipuus, & sacramento habetur, & merito. Caput XLIII.

Defũcto Iacob, defuncto etiam Ioseph, per reliquos centum quadraginta quatuor annos, donec exiretur de terra Aegypti, in modũ incredibilem illa gens creuit: etiam tantis attrita persequutionibus, vt quodam tempore nati masculi necarẽtur: cum mirantes Aegyptios nimia populi illius incrementa terrerent. Tunc Moyses subtractus furto trucidatoribus paruulorum, ad domũ regiam, ingentia per eum deo præparante, peruenit, nutritusq; & adoptatus à filia Pharaonis, quod nomen in Aegypto [a] omnium regum fuit, in tantum peruenit virum, vt ipse illã gentem mirabiliter multiplicatam, ex durissimo & grauissimo quod ibi ferebat, iugo seruitutis extraheret: imò per eum deus, qui hoc promiserat Abrahæ. Prius quippe exinde ad terrã Madiam fugisse refertur, quod cum Israëlitam defenderet, Aegyptium occiderat, & territus fugeret: postea diuinitus missus, in potestate spiritus dei superauit resistẽtes Pharaonis magos [b]. Tunc per eum Aegyptiis illatę sunt decem memorabiles plagæ, cum dimittere populum dei nollent, aqua in sanguinem versa, ranæ & cynifes [c], cynomyia [d], mors pecorum, vlcera, grando, locusta [e], tenebræ, mors primogenitorum. Ad extremum Israëlitas, quos plagis tot, tantisq; perfracti [f], tandem aliquando dimiserant Aegyptij, in mari rubro dum persequuntur, extincti sunt. Illis quippe abeuntibus, diuisum mare viam fecit: hos autem insequentes, in se rediens vnda, submersit. Deinde per annos quadraginta, duce Moyse, dei populus per desertum actus est: quãdo tabernaculum testimonij nuncupatum est, vbi deus sacrificiis futurą prenunciãtibus colebatur: cum scilicet iam data lex fuisset in monte multum terribiliter. Attestabatur enim euidẽtissima mirabilibus signis, vocibusq; diuinitas. Quod factum est mox vt exitum est de Aegypto, & in deserto populus esse cœpit: quinquagesimo die post celebratum Pascha per ouis immolationem, quæ vsqueadeo typus Christi est, prænũcians eum per victimam passionis de hoc mundo transiturum ad patrem. Pascha quippe [g] Hebræa lingua, trãsitus interpretatur: vt iam cum reuelaretur testamentum nouũ, postea quàm Pascha nostrum immolatus est Christus: quinquagesimo die veniret de cœlo spiritus sanctus, qui dictus est in Euangelio digitus dei: vt recordationem nostram in primi præfigurati facti memoriam reuocaret: quia & legis illæ tabulæ digito dei scriptæ referuntur. Defuncto Moyse, populum rexit Iesus Naue, & in terrã promissionis introduxit: eãq; populo diuisit. Ab his duobus mirabilibus ducibus, bella etiam prosperrime, ac mirabiliter gesta sunt: deo contestante non tam propter merita Hebræi populi, quàm propter peccata earum, quæ debellabantur gentium, illas eis prouenisse victorias. Post istos autẽ duces, iudices fuere iam in terra promissionis populo collocato, vt inciperet interim reddi Abrahæ prima promissio de gente vna; id est, Hebræa, & de terra Chanaam: nondum de omnibus gẽtibus & toto orbe terrarum: quod Christi aduentus in carne, & non veteris legis obseruationes, sed Euangelij fides fuerat impletura. Cuius rei præfiguratio facta est, quod non Moyses, qui legem populo acceperat in monte Sina, sed Iesus, cui etiam nomen [h] deo præcipiente mutatum fuerat, vt Iesus vocaretur, populum in terram promissionis introduxit. Temporibus autem Iudicum, sicut se habebant, & peccata populi, & misericordia dei, alternauerunt prospera, & aduersa bellorum. Inde vẽtum est ad regum tempora. Quorum prim° regnauit Saül: quo reprobato, & bellica clade prostrato, eiusq; stirpe reiecta, ne inde reges orirẽtur, Dauid successit in regnum, cuius maxime Christus dict° est filius [i]. In quo articulus quidam factus est, & exordium quodammodo iuuentutis populi dei: cuius generis quædam velut adolescentia ducebatur ab Abraham vsque ad hunc Dauid. Neque enim frustra Matthæus euangelista sic generationes commemorauit, vt hoc primum interuallum quatuordecim generationi-

D E Exo.12. Lucæ.11. Exo.31. Iosue.1. F Matth.1. Ibidem. bus

G bus commendaret, ab Abraham scilicet vsque ad Dauid. Ab adolescentia quippe incipit homo posse generare, propterea generationũ series ab Abrahã sumpsit exordium, qui etiam pater multarum gentium constitutus est, quando mutatũ nomen accepit. Ante hunc ergo velut pueritia fuit huius generis populi dei, à Noë vsque ad ipsum Abraham, & ideo prima lingua [k] inuenta est, id est, Hebrea. A pueritia nanque homo incipit loqui post infantiam, quæ hinc appellata est [l], quia fari non potest. Quam profecto ætatem primam demergit obliuio, sicut ætas prima generis humani est deleta diluuio. Quotus enim quisque est, qui suam recordetur infantiam? Quam ob rem in isto procursu ciuitatis dei sicut superior vnam eandemq; primam, ita duas ætates secundam & tertiam liber iste contineat, in qua tertia propter vaccam trimam, capram trimã, & arietem trimum, impositum est legis iugum, & apparuit abundantia peccatorum, & regni terreni surrexit exordium, vbi non defuerunt spiritales, quorum in turture & columba figuratum est sacramentum.

Gene.17. Gene.7. Gene.15.

H Quod nomen in Aegypto.) Ne puteur idem fuisse Pharao, qui tunc regnabat, & qui temporibus Iacob & Ioseph. Nam vt in Ezechielem libro nono docet Hieronymus, Pharao apud Aegyptios nomen est regiæ dignitatis. Sicut post Alexandrum Ptolemæi: vt apud Romanos Cæsares, & Augusti: apud Philistæos Abimelech: quæ de Antiochis & Arsacidis addit non fatisfaciunt. Herodotus vnicum Pharonem ponit cæcum. Pharaones vero dicti sunt. q. Pharones à Pharo insula è regione Alexandriæ olim Carpathos dicta, vbi regnauit Proteus. Hui⁹ Pharaonis filiã Thermuth vocat Iosephus. b Resistentes Pharaonis magos.) Quis fuerit hic Pharao non conuenit. Eusebius scribit Appionem Polyhistorẽ tradidisse, Amasim regnasse in Aegypto cum illinc Iudæi decesserunt, quod fieri non potest. Nam Amasis fuit multo posterior, temporibus scilicet Pythagoræ, cui à Polycrate Samiorum tyranno commẽdatus est. Ideo Iosephus ex Manethone Techmosim Pharaonem ponit, & si ostendit Manethonem varium esse, vt qui alibi ponat Amenophin. idem Euseb. in chronicis Pharaonem Cenchrem hoc tempore statuit. in præparat. Euangel. magorum etiam ponit nomina, Iannem & Iambrem ex Numenio. c Cyniphes.) Ioseph⁹ in tertia plaga, si modo bene est à Ruffino versus, pediculos ponit ex intimis corporis ebullientes, ceu morbũ Phthiriasin, hoc est, pedicularem, nec Cyniphum meminit, nec Cynomyæ. Author historiæ scholasticæ & Albertus Grotus genus muscarũ dicunt esse Cyniphes, vt etiam Origenes putat. Albertus lib. xxvj. de animalibus corpore tradit esse vermes, capite & alis muscas, cum aculeo in ore quo pungunt, & fugunt, paluſtribus nasci locis, & animantium spiritus, sed humanos maxime consectari. Origenes super Exod. sic inquit: Post hoc Snipes: sic enim apud eum legitur, producuntur. Hoc animal pennis quidem suspenditur per aëra volitans: sed ita subtile est, & minutum, vt oculi visum nisi acute cernentis effugiat, corpus tamen cum insederit acerbissimo terebrat stimulo, ita vt quem volitãtem videre quisnon valeat, sentiat stimulantem, sic Origenes: qui per hoc animalis genus dialecticam vult intelligi, quæ minutis & subtilibus verborum stimulis animas terebrat & tanta calliditate circumuenit, vt deceptus nec videat, nec intelligat. Sed neque Cynifes neque Snipes qui sint vllus aut Latinorum aut Græcorum dixerit: nec sic est apud. lxx. sed σκνίπες. σκνῖφ enim ἐδάκη τὸν κωνωπῶδες, vt inquit Suidas animal culicare. κώνωψ ξυλοφάγος quod ligna exedit. & in Psal. 104. σκνῖπες habetur in Græco. Pro quo ad Hebraicam veritatẽ & Targum Chaldæum legitur pediculi sicut apud Iosephum. d Cynomyia.) κυνόμυια canina musca ad verbum, vulgo muscam grauissimam legimus, in Exodo. e Locusta.) Res agris dãnosa, qua multæ regiones infestantur, & in primis Cyrenaica pars Aphricæ, quæ Aegypto coniungitur. deorum iræ, inquit, Plinius, ea pestis creditur. f Perfracti.) Præfracti duri, inflexibiles, perfracti multum fracti, & attriti. g Pascha quippe.) Phase est transitus, quoniam pertransibat angelus domini percussor domos filiorum Israël, neq; plaga illas affligebat, hinc deductum est pascha, vt Hieronymus docet lt. ij. in Michæam: non à πάσχειν quod est pati. q. passio. idem in Matthæum.

Pharao. Cyniphes. Cynomyia Pascha.

I h Sed Iesus cui etiam nomen.) Ex interpretationibus Hebraïcis idẽ videtur esse Iesus & Iosue. Vtrunque enim à salute dicitur. & in Esdra Iesus filius Iosedech Iosue nuncupatur. i Cuius maxime Christus dictus est filius.) Sic in principio Euangelij Matthæi, & in contextu Euangelij plerunque Iesus filius Dauid dicitur, cui multũ promissus est Christus, & quem inuenit dominus ex animi sui sententia. Duorũ enim maxime filius dicitur Christus. Abrahæ & Dauid, quoniam istis sæpius, ac disertius quàm cæteris est promissus. k Et ideo prima lin.) Fari vt posset. l Quæ hinc appellata est.) Infantes enim dicuntur quod fari nequeant, vnde etiam homines natu grandes interdum infantes appellantur, quia loqui nesciunt, cum tamen plerunque balbutientissime garriant, [redacted]

Infantes.

ELENCHVS [K]

CAPITVM IN D. AVRELII Augustini de Ciuitate dei Librum decimumseptimum.

1 De temporibus prophetarum.
2 Quo tempore sit impleta promissio dei de terra Chanaan, quam in possessionem etiam Israël carnalis accepit.
3 De tripertitis significationibus prophetarum, quæ nunc ad terrenam, nunc ad cœlestem Hierusalẽ, nunc autem ad vtranq; referuntur.
4 De prefigurata commutatione Israëlitici regni & sacerdotij: & de his, quæ antea mater Samuëlis personam gerens ecclesiæ prophetauit. †al. Anna
5 De his, quæ ad Heli sacerdotem homo dei prophetice loquutus est, significans sacerdotium, quod secundum Aaron institutum fuerat auferendum. L
6 De Iudaïco sacerdotio & regno, quæ cum in æternum dicantur statura, non permanent: vt alia intelligantur, quæ spondentur æterna.
7 De diruptione regni Israëlitici, qua præfigiuratur perpetua diuisio Israëlis spiritalis, ab Israële carnali.
8 De promissionibus ad Dauid in filio eius: quę nullatenus in Salomone, sed plenissime inueniuntur in Christo.
9 Quàm similis in Psalmo octogesimo octauo sit prophetia de Christo, his, quæ in regnorum libris Nathan prophetante promittuntur.
10 Quam diuersa acta sint in regno terrenæ Hierusalem, ab his quæ promiserat deus, vt intelligeretur promissionis diuinitas †, ad alterius regis & regni gloriam pertinere. †aliàs ueritas.
11 De substantia populi dei, quę per successionem carnis in Christo est: qui solus eruendi animam suam ab inferis habuit potestatem.
12 Ad quorum personam pertinere intelligenda sit flagitatio promissorũ: de quibus in Psalmo dicitur: Vbi sunt misericordiæ tuæ antiquæ domine. M
13 An promissæ pacis veritas illis temporibus possit asscribi, quæ sub Salomone fluxerunt.
14 De studio Dauid in positione Psalmorum.
15 An omnia quæ in Psalmis de Christo & ecclesia prophetantur, ad contextum huius operis coaptanda sint.
16 De his, quæ in quadragesimo quarto Psalmo ad Christum & ecclesiam pertinentia, aut apertè dicuntur, aut tropicè.
17 De his, quæ ad sacerdotium Christi in Psalmo cẽtesimo nono, & de his, quæ in Psalmo vigesimo primo ad passionem ipsius spectant.
18 De Psalmo tertio, & de quadragesimo, & de quinto decimo, & de sexagesimo septimo: in quibus mors & resurrectio domini prophetantur.
19 De Psalmo sexagesimo octauo: in quo Iudæorum pertinax infidelitas declaratur.
20 De regno ac merito Dauid, & de filio ipsius Salomone, eaq; prophetia, quæ ad Christum pertinẽs inuenitur: vel in eis libris, qui scriptis ipsius copulãtur: vel in eis, quos ipsius esse, nõ dubiũ est.

21 De re-

A 21 De regibus post Salomonem, siue in Iuda, siue in Israel.
22 De Hieroboam, qui impietate idololatriæ subditũ sibi populum prophanauit, in quo tamen nõ destitit deus, & prophetas inspirare, & multos sub idololatriæ crimine custodire.
23 De vario vtriusque regni Hebræorum statu, donec ambo populi in captiuitatem diuerso tempore ducerentur, reuocato postea Iuda in regnum suum: quod nouissime in Romanorum transiit potestatem.
24 De prophetis, qui vel apud Iudæos postremi fuerunt: vel quos circa tempus natiuitatis Christi euangelica prodit historia.

D. AVRELII AVGVSTINI Episcopi, de Ciuitate dei ad Marcellinum Liber. XVII.

De *temporibus prophetarum.* Caput I.

B Promissiones dei quæ factæ sũt ad Abraham, cuius semini, & gentem Israëliticam secundum carnem, & omnes gentes deberi secundum fidem, deo pollicente didicimus, quemadmodum compleantur, per ordinẽ temporum procurrens dei ciuitas indicauit. Quoniã ergo superioris libri vsque ad regnum Dauid factus est finis, nunc ab eodem regno quantum suscepto operi sufficere videtur, cætera, quæ sequuntur, attingamus. Hoc itaque tempus ex quo sanctus Samuel prophetare cœpit, & deinceps donec populus Israël captiuus in Babyloniam duceretur, atque inde secundum sancti Hieremiæ prophetiam post septuaginta annos reuersis Israëlitis dei domus instauraretur, totum tempus est prophetarum. Quãtis enim & ipsum Noë patriarcham, in cuius diebus vniuersa terra diluuio deleta est, & alios supra & infra vsque ad hoc tempus, quo reges in dei populo esse cœperũt, propter quædam per eos futura siue quoquo modo significata, siue prædicta, quæ pertinerent ad ciuitatem dei regnumq; cœlorum, non immerito possumus appellare prophetas [a], præsertim quia nonnullos eorũ id expressius legimus nuncupatos, sicut Abrahã sicut Moysen: tamen dies prophetarum præcipue maximeq; hi dicti sũt, ex quo cœpit prophetare Samuel, qui & Saülem prius, & eo reprobato ipsum Dauid deo præcipiẽte vnxit in regẽ, de cuius cæteri stirpe succederent, quousq; illos succedere sic oporteret. Quę igitur à prophetis sunt prędicta de Christo cum moriendo decedentibus, & nascendo succedentibus suis membris ciuitas dei per ista curreret tempora, si omnia velim commemorare in immẽsum pergitur. Primum quia ipsa scriptura, quæ per ordinem reges eorumq; facta & euenta digerens, videtur tanquam historica diligentia rebus gestis occupata esse narrandis, si adiuuante dei spiritu considerata tractetur, vel magis, vel certe non minus prænunciandis futuris, quàm præteritis enunciandis inuenietur intenta. Et hoc perscrutando indagare ac disserendo monstrare, quàm sit operosum atque prolixũ, & quàm multis indigeat voluminibus, quis ignorat, qui hæc vel mediocriter cogitat? Deinde quia ea ipsa, quæ ad prophetiam non ambigitur pertinere, ita sunt multa de Christo regnoq; cœlorum, quæ ciuitas dei est, vt ad hoc aperiendum maior sit disputatio necessaria, quàm huius operis mod⁹ flagitat. Proinde ita si potuero stylo moderabor meo, vt huic operi in dei voluntate peragendo, nec ea quæ supersint, dicam, nec ea quæ satis sint prætermittam. D

1.Reg.10. Hiere.25. Gene.7. Gene.20. Deute.34. 1.Reg.10. 1.Reg.16.

IOANNIS LODOVICI VIVIS Valentini in XVII. Lib. de Ciuitate dei diui Aurelij Augustini commentarij.

Possumus appellare Prophetas.) Prophetas populus Hebraïcus videntes nominauit, qui dominum aliquid prænunciantem, aut etiam imagines rerum futurarum viderent si non corporis oculo certe illo mentis, multo quàm hic est acutiore. Hinc prophetia est visio in sacris literis. In primo libro regum Nathan appellatur videns. Interdum propheræ nomine pro præconibus, vatibus, sacerdotibus Græci vtuntur. Primus & homo & propheta fuit Adam, qui mysterium Christi & ecclesiæ in sopore vidit, hinc Enoch, Noë, Abraham, Isaac, Iacob, & huius aliqui liberi, Moses & alij deinceps permulti, qui tamen inter prophetas non numerantur, quia libros de visionibus suis non reliquerũt præter Mosen, cuius volumina etiam ad ritus, sacra, ceremonias, legesq; ciuiles spectabant. Et si hęc omnia figura rerum futurarum erãt, neq; illa tempora prophetarum sunt dicta, sicut ea quibus est regnatũ, quibus prophetæ nunquam defuerunt à Samuële, ante qiem sermo domini rarus erat, & visio non manifesta, vt dicitur primo regnorum ad remigrationem è Babylone, scriptiq; sunt libri quatuor maiorum prophetarum, & duodecim minorum. 1 Prophetæ E

Quo tempore sit impleta promissio dei de terra Chanaan: quam in possessionem etiam Israël carnalis accepit. Caput II.

IN præcedente libro diximus, ab initio ad Abraham promissionũ dei duas res fuisse promissas: vnam scilicet, quod terram Chanaan possessurum foret * semen eius: quod significat, vbi dictum est: Vade in terram, quam tibi demonstrauero, & faciam te in gentẽ magnam: aliam vero longe præstantiorem: non de carnali, sed de spiritali semine, per quod pater est: non vnius gentis Israëliticę, sed omniũ gentium, quæ fidei eius vestigia consequuntur. Quod promitti cœpit his verbis: Et benedicentur in te omnes tribus terræ. Et deinceps aliis multis admodum testimoniis hęc duo promissa esse monstrauimus. Erat igitur iam in terra promissionis semen Abrahæ, id est, populus Israël secundum carnem: atq; ibi non solum tenẽdo ac possidendo ciuitates aduersariorum, verum etiam reges habendo, regnare iam cœperat, impletis de ipso populo promissionibus dei iam magna ex parte: non solum quæ in illis tribus patribus, Abraham, Isaac, & Iacob quibuscunq; dictis vel signis, aut figuris temporibus eorum factæ sunt, verum etiam quæ per ipsum Moysen, per quem populus idem de seruitute Aegyptia liberatus est, & per quem cũcta præterita reuelata sunt tẽporibus eius, cum populũ per eremũ duceret, factæ fuerant. Neq; autem per insignem ducem Iesum Naue, per quem populus ille in promissionis inductus est terram: qui expugnatis gentibus, eam duodecim tribubus, quibus deus iusserat, diuisit, & mortuus est: neq; post illum toto tempore Iudicum impleta fuerat promissio dei de terra Chanaan, quod à flumine Aegypti vsq; ad flumen magnum Euphraten populus ille dominaretur: nec tamen adhuc prophetabatur futurum, sed expectabatur implendum. Impletum est autem per Dauid * & eius filium Salomonem: cuius regnum tanto, quantum promissum fuerat, spatio, dilatatum est. Vniuersos quippe illos subdiderunt, tributariosq; fecerunt. Sic igitur in terra promissionis secundum carnem, hoc est, in terra Chanaan sub his regibus semen Abrahæ fuerat constitutum, vt nihil deinde superesset, quo terrena illa dei promissio compleretur: nisi vt in eadem terra, quantum ad prosperita-

*aliàs, fuerat. Gene.12. Gen.12. & 26. Iosue.1. Iosue. 24. Gene.15. 3.Reg.4.

tem

G tem attinet temporalem, per posteritatis successionem inconcusso statu vsq; ad mortalis seculi huius terminum gens permaneret Hebræa, si domini dei sui legibus obediret. Sed quoniam deus nouerat, hoc eam non esse facturam, vsus est etiam tēporalibus pœnis ad exercendos in ea paucos fideles suos, & admonendos, qui postea futuri erant in omnibus gentibus, quas per eos admoneri oportebat, in quibus alteram promissionem reuelato nouo testamento per incarnationem Christi fuerat impleturus.

a IMpletum est autem per Dauid.) Hieronymus Dardano scribens, ostendit; non totam terram Iudæis repromissam, esse ab eis possessam. In libro enim Numerorum isti sunt termini à meridie maris Salinarum per Sina, & Cadesbarne, vsque ad torrētem Aegypti, qui iuxta Rhinocoruram mari magno influit, & ab Occidente ipsum mare Palæstinæ Phœnices, Syriæ Cœles Ciliciæq; pertenditur: ab Aquilone Taurum montem, & Zephyrium vsq; ad Hernath, quæ appellatur Epiphania Syriæ: ad Orientem vero per Antiochiam, & lacum Cenereth, quæ nūc Tiberias appellatur, & Iordanem, qui mari influit Salinarum, quod nunc mortuum dicitur, trans Iordanem duorum semis tribuū possessio est Ruben, & Gad, & dimidiæ tribus Manassæ. Hæc duius Hieronymus. Atqui Dauid hæc omnia non possedit, sed illos solos terminos, quibus deinceps totus populus Iudæus coërcitus est ab amne Rhinocorura ad Euphratem.

H *De tripertitis significationibus prophetarum: quæ nunc ad terrenam, nunc ad cœlestem Hierusalem, nunc autem ad utranque referuntur.*

Caput III.

Vocirca sicut oracula illa diuina ad Abrahā, Isaac, & Iacob, & quæcunq; alia signa, vel dicta prophetica in sacris literis præcedentibus facta sunt: ita etiam cæteræ ab istō regū tempore prophetiæ, partim pertinent ad gentem carnis Abrahæ: partim vero ad illud semen illius, in quo benedicūtur omnes gentes cohæredes Christi per testamētum nouum, ad possidendam vitam æternam regnumq; cœlorum. Partim ergo ad ancillam, quæ in seruitutem generat, id est, terrenam Hierusalem, quæ seruit cum filiis suis, partim vero ad liberam ciuitatem dei, id est, veram Hierusalem æternam in cœlis, cuius filij omnes secundum deum viuentes peregrinantur in terris, sed sunt in eis quædam, quæ ad vtranq; pertinere intelliguntur, ad ancillam proprie, ad liberam figurate. Tripertita itaq; reperiuntur eloquia prophetarum: siquidem aliqua sunt ad terrenam Hierusalem spectantia, aliqua ad cœlestem, nonnulla ad vtranque. Exemplis video probandum esse, quod dico. Missus est Nathan [a] propheta, qui regem Dauid argueret de peccato graui, & ei quæ consecuta sunt mala, futura prædiceret. Hæc atq; huiusmodi siue publice, id est, pro salute vel vtilitate populi, siue priuatim cum pro suis quisq; rebus diuina promereretur eloquia, quibus pro vsu temporalis vitæ futuri aliquid nosceretur, ad terrenam ciuitatem pertinuisse, quis ambigat? Vbi autem legitur: Ecce dies veniūt, dicit dominus, & consummabo domui Israël, & domui Iuda testamentum nouum, non secundum testamētum, quod disposui patribus eorum, in die qua apprehendi manum eorum, vt educerem eos de terra Aegypti, quoniam ipsi non permanserunt in testamento meo, & ego neglexi eos, dicit dominus, quia hoc est testamentum, quod constituam domui Israël. Post dies illos dicit dominus, dabo leges meas in mentem eorum, & super corda eorum scribam eas, & videbo eos, & ero illis in deum, & ipsi erunt mihi in plebem. Hierusalem sine dubio superna prophetatur, cuius deus ipse præmium est, eumq; habere atq; ipsius esse summū illi est atq; totum bonum. Ad vtrāq; vero pertinet hoc ipsum, quod Hierusalem dicitur dei ciuitas, & in ea prophetatur futura domus dei, eāque prophetia videtur impleri, cum Salomon rex ædificat illud nobilissimū tēplum. Hæc enim & in terrena Hierusalem secundum historiam contigerunt, & cœlestis Hierusalem figuræ fuerunt. Quod genus prophetiæ ex vtroq; veluti compactum atq; commixtum in libris veteribus canonicis, quibus rerum gestarum narrationes continenter, valet plurimum, multumq; exercuit, & exercet ingenia scrutantium literas sacras, vt quod historice prædictum completumq; legitur in semine Abrahæ secundum carnem, etiam in semine Abrahæ secundum fidem, quid implendum allegorice significet inquiratur, intantum vt quibusdam visum sit [b] nihil esse in eisdem libris vel prænunciatum, & effectum, vel effectum quanuis non prænunciatum [c], quod nō insinuet aliquid ad supernam ciuitatem dei, eiusq; filios in hac vita peregrinos, figurata significatione referendum. Sed si hoc ita est, iam bipertita, non tripertita erunt eloquia prophetarum, vel potius illarum scripturarum omnium, quæ veteris instrumenti appellatione censentur, nihil enim erit illic, quod ad Hierusalem terrenam tantū pertineat, si quicquid ibi de illa, vel propter illam dicitur, atq; completur, significat aliquid, quod etiam ad Hierusalem cœlestem allegorica præfiguratione referatur, sed erunt sola duo genera, vnum quod ad Hierusalem liberam, alterum quod ad vtranq; pertineat. Mihi autem sicut multum videntur errare, qui nullas res gestas in eo genere literarum aliquid aliud præter id, quod eo modo gestæ sunt significare arbitrantur, ita multum audere [d], qui prorsus ibi omnia significationibus allegoricis inuoluta esse contendunt. Ideo tripertita, non bipertita esse dixi. Hoc enim existimo, non tamen culpans eos, qui potuerunt illic de quacunque re gesta sensum intelligentiæ spiritalis exculpere, seruata primitus duntaxat historiæ veritate. Cæterum quæ ita dicuntur, vt rebus humanitus seu diuinitus gestis, siue gerendis conuenire non possint, quis fidelis dubitet non esse inaniter dicta? Quis ea non ad intelligentiam spiritalem reuocet, si possit, aut ab eo qui potest reuocanda esse fateatur?

Gene.22. Gene.21. Gala.4. I 1.Reg.12. Hiere.31. K 3.Reg.6.

a MIssus est Nathan.) Posteà quàm Dauid Vriam maritū Bersabes collocari in prima acie iussisset vt mortem oppeteret, ac ipse rex viduam cepisset in coniugem. b In tantum vt quibusdam visum sit.) Hinc fieri aiunt, vt tam multa illorum Regum in libris regnorum dicta, factáque prætermittantur, quæ dicuntur scripta in libris Regum, Iuda, vel Israël, quòd illa non videantur pertinere ad ecclesiam Christi, tanquam imaginem ad solidum illud, verumq; corpus. At omnia quę toto illo ceu libro vitæ sunt conscripta, in Christum eiusq; sponsam dirigi tanquam in scopum vtriusque testamenti. c Vel non effectum quanuis prænunciatum.) Legendū: Vel effectum, quanuis non prænunciatum. Et sic est in aliis libris. Non prænunciatum, inquit, prophetia. d Ita multum audere.) Origenes omnia veteris instrumenti ad allegorias refert, in quibus explicandis fœlicior cæteris fuit: seruat tamen veritatem historiæ. Nam alioqui friuola essent omnia quæ in sacris libris scribuntur. Cui vnus quisque pro capiu & arbitrio suo allegoriam affingeret, nec constaret quid credendum, quomodo viuendum esset. quo magis miror stultitiam, ne dicam, an impudentiam, an vtrunque, eorum, qui ex allegoriis præcepta & leges vitæ, dogmata religionis, vincula quibus ligemur, teneamurq;, colligunt atque innodant, & ea pro certissimis in vulgum efferunt, ad hæreticum clamant, si quis dissentiat. M

De præfigurata commutatione Israëlitici regni & sacerdotii, & de his, quæ antea mater Samuelis personam gerens ecclesiæ, prophetauit.

Caput IIII.

PRocursus igitur ciuitatis dei, vbi peruenit ad regum tempora, quando Dauid Saüle reprobato, ita regnum primus obtinuit, vt eius deinde posteri in terrena Hierusalem diuturna successione regnarēt, dedit figurā rei gestæ, significans, atq; prænuncians, quod non est prętereundum silentio, rerum muta- 1 Reg.16.

A mutationō, futurarum, quod attinet ad duo testamenta, vetus & nouum: vbi sacerdotium, regnumq; mutatum est per sacerdotem, eundemq; regem nouum, ac sempiternū qui est Christus Iesus. Nam & Heli sacerdote reprobato, substitutus est in dei ministerium Samuël simul officio functus sacerdotis & iudicis: & Saüle abiecto rex Dauid fundatus in regno: hoc quod dico, figurauerunt. Mater quoq; ipsa Samüelis Anna, quæ prius fuit sterilis, & posteriore fœcunditate lętata est, prophetare aliud nō videtur, quum gratulationem suam domino fundit exultans: quādo eundem puerum natum, & ablactatum, deo reddidit, eadem pietate, qua nouerat. Dicit enim: Confirmatum est cor meum in domino, & exaltatum est cornu meum in deo meo. Dilatatum est super inimicos meos os meum: lætata sum in salutari tuo: quoniam non est sanctus, sicut dominus: & non est iustus, sicut deus noster: non est sanctus præter te. Nolite gloriari, & nolite loqui excelsa: neq; procedat magniloquium de ore vestro: quoniam deus scientiarum dominus: & deus præparans adinuentiones suas. Arcum potentium fecit infirmum: & infirmi præcincti sunt virtute. Pleni panibus minorati sunt, & esurientes transierunt terram. Quia sterilis peperit septem: & multa in filiis [a] infirmata est. Dominus mortificat & viuificat: deducit ad inferos, & reducit. Dominus pauperē facit, & ditat: humiliat, & exaltat. Suscitat à terra pauperem, & de stercore erigit inopem: vt collocet eum cum potentibus * populi sui: & sedem glorię hæreditatem dans ei: dans votum voueuti, & benedixit annos iusti: quoniam non in virtute potens est vir. Dominus infirmum faciet aduersarium suum: dominus sanctus. Non glorietur prudens in prudentia sua: & non glorietur potens in potentia sua: & non glorietur diues in diuitiis suis, sed in hoc glorietur, qui gloriatur, intelligere, & scire dominum, & facere iudicium, & iustitiam in medio terræ. Dominus ascendit in cœlos, & tonuit: ipse iudicabit extrema terræ, quia iustus est: & dat virtutem regibus nostris: & exaltabit cornu Christi sui. Itáne vero verba hæc vnius putabuntur esse mulierculæ: de nato * sibi filio gratulantis? Tantúm ne mens hominum à luce veritatis auersa est, vt non sentiat supergredi modum fœminę, huius dicta quæ fudit? Porrò, qui rebus ipsis, quæ iam cœperunt etiam & in hac terrena peregrinatione compleri, conuenienter mouetur: nónne intendit, & aspicit, & agnoscit per hanc mulierem, cuius etiam nomen, id est, Anna, quæ gratia eius interpretatur, ipsam religionem Christianam, ipsam ciuitatem dei, cuius rex est & conditor Christus: ipsam postremo dei gratiā prophetico spiritu sic loquutam, à qua superbi alienantur, vt cadant: qua humiles implentur, vt surgant, quod maxìme hymnus iste personuit? Nisi quisquam forte dicturus est, nihil istam prophetasse mulierem, sed deum tantummodo propter filium, quem precata impetrauit exultanti prædicatione laudasse. Quid ergo sibi vult, quod ait? Arcum potentium fecit infirmum, & infirmi præcincti sunt virtute, pleni panibus minorati sunt, & esurientes transierunt terram, quia sterilis peperit septem, & multa in filiis infirmata est? Nunquid septem ipsa pepererat, quanuis sterilis fuerat? Vnicum habebat quando ista dicebat, sed nec postea septem peperit [b], siue sex quibus septimus esset ipse Samüel, sed tres mares & duas fœminas. Deinde in illo populo cū adhuc nemo regnaret, quod in extremo posuit dat virtutem regibus nostris, & exaltauit cornu Christi sui, vnde dicebat, si non prophetabat? Dicat ergo ecclesia Christi, ciuitas regis magni, gratia plena, prole fœcunda, dicat quod tanto ante de se prophetatum per os huius piæ matris agnoscit. Confirmatum est cor meum in domino, & exaltatū est cornu meum [c] in deo meo. Vere confirmatum est cor, & cornu vere exaltatum, quia non in se, sed in domino deo suo. Dilatatum est super inimicos meos os meū, quia & in angustiis pressurarum sermo dei non est alligatus, nec in præconibus alligatis [d]. Lætata sum, inquit, in salutari tuo. Christus est ipse Iesus, quem Simeon sicut in Euangelio legitur, senex amplectens paruulum, agnoscēs magnum: Nunc dimittis, inquit, domine seruum tuum in pace, quoniam viderunt oculi, mei salutare tuum. Dicat itaque ecclesia: Lætata sum in salutari tuo, quoniam non est sanctus sicut dominus, & non est iustus sicut deus noster, tanquam sanctus & sanctificans, & iustus & iustificans non est sanctus præter te, quia nemo fit nisi abs te. Denique sequitur: Nolite gloriari superbe, & nolite loqui excelsa, neq; exeat magniloquium de ore vestro, quoniam deus scientiarum dominus ipse, & nemo scit, quod ipse scit [e]: quoniam qui putat se aliquid esse, cum nihil sit, seipsum seducit. Hæc dicuntur aduersariis ciuitatis dei ad Babyloniam pertinentibus, de sua virtute præsumentibus, in se non in domino gloriantibus, ex quibus sunt etiam carnales Israëlitæ terrenæ Hierusalēm ciues terrigenæ, qui vt dicit Apostolus: Ignorantes dei iustitiam, id est, quam dat hominibus deus, qui solus est iustus, & iustificans, & suam volentes constituere, id est, velut à se sibi paratam, non ab illo impertitam, iustitiæ dei non sunt subiecti. Itaque quia superbi se de suo putantes, nō de dei posse placere deo, qui est deus scientiarum, atq; ideo & arbiter conscientiarum, ibi videns cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt, si hominum sunt, & ab illo non sunt. Et præparans inquit, adinuentiones suas. Quas adinuentiones putamus, nisi vt superbi cadant, & humiles surgant? Has quippe adinuentiones exequitur dicens: Arcus potentium infirmatus est, & infirmi præcincti sunt virtute. Infirmatus est arcus, id est, intentio eorū, qui tam potentes sibi videtur, vt sine dei dono, atq; adiutorio humana sufficientia diuina possint implere mandata, & præcingūtur virtute, quorum interna vox est: Miserere mei domine, quoniam infirmus sum. Pleni panibus, inquit, minorati sunt, & esurientes transierunt terram. Qui sunt intelligendi pleni panibus, nisi iidem ipsi quasi potentes, id est, Israëlitæ, quibus credita sunt eloquia dei? Sed in eo populo ancillæ filij minorati sunt, quo verbo minus quidem Latine [f], bene tamen expressum est, quod ex maioribus minores facti sunt; quia & in ipsis panibus, id est, diuinis eloquiis, quę Israëlitæ soli tunc ex omnibus gentibus acceperunt, terrena sapiunt. Gentes autem quibus lex illa non erat data, postea quàm per nouum testamētum ad eloquia illa venerunt, & multum esuriendo terram transierūt, quia in eis non terrena, sed cœlestia sapuerunt. Et hoc velut quæreretur causa, cur factum sit, quia sterilis, inquit, peperit septem, & multa in filiis infirmata est. Hic totum, quod prophetabatur, eluxit agnoscentibus numerum septenarium, quo est vniuersa ecclesiæ significata perfectio. Propter quod & Ioannes Apostolus ad septem scribit ecclesias, eo modo se ostendens ad vnius plenitudinē scribere. Et in prouerbiis Salomonis hoc antea præfigurans: Sapientia ædificauit sibi domum, & suffulsit columnas septem. Sterilis enim erat

1.Reg.2. 1.Reg.13. & 16. 1.Reg.2. *aliàs, prin cipibus. Psal.112. Hiere.9. 1.Reg.2. *aliàs, donato. 1.Reg.2. D E Gala.6. Roma.10. F Psal.6. 1.Reg.2. Rom.3. 1.Reg.2. Apoca.1. Prouer. 9. Lucæ.2.

G in omnibus gentibus dei ciuitas, ante quàm iste fœtus, per quem eam factam fœcundam cernimus, oriretur. Cernimus etiam, quæ multa in filiis erat, nunc infirmatam Hierusalem terrenam, quoniam quicunq; filij liberæ in ea erant, virtus erãt eius. Nunc vero ibi quoniã litera est, & spiritus nõ est, amissa virtute infirmata est. Dominus mortificat & viuificat mortificauit illam, quæ multa erat in filiis, & viuificauit hanc sterilem, quæ peperit septem. Quanuis commodius possit intelligi eosdẽ viuificare, quos mortificauerit. Id enim velut repetiuit addendo: Deducit ad inferos, & reducit. Quibus enim dicit Apostolus: Si mortui estis cum Christo, quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est in dextera dei sedens. Salubriter vtiq; mortificantur à domino, quibus adiũgit. Quæ sursum sunt sapite, nõ quæ super terram: vt ipsi sint illi, qui esurientes transierunt terram. Mortui enim estis, inquit. Ecce quomodo salubriter mortificat deus. Deinde sequitur: Et vita vestra absconditа est cũ Christo in deo. Ecce quomodo eosdẽ ipsos viuificat deus. Sed nunquid eosdem deduxit ad inferos, & reduxit? Hoc vtrunq; sine controuersia fidelium in illo potius videmus impletum, capite scilicet H nostro, cum quo vitam nostram in deo Apostolus dixit absconditam. Nam qui proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum, isto modo vtiq; mortificauit eum. Et quia resuscitauit eum à mortuis, eundem rursus viuificauit. Et quia in prophetia vox eius agnoscitur: Non derelinques animam meam in inferno, eundẽ deduxit ad inferos & reduxit. Hac eius paupertate ditati sumus. Dominus enim pauperem facit, & ditat. Nam quid hoc sit, vt sciamus, quod sequitur, audiamus: Humiliat, & exaltat, vtiq; superbos humiliat, & humiles exaltat. Quod enim alibi legitur: Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam, hoc totus habet sermo huius, cuius nomen interpretatur gratia eius. Iam vero quod adiungitur: Suscitat à terra pauperem: de nullo melius quàm de illo intelligo, qui propter nos factus est pauper, cum diues esset, vt eius paupertate sicut paulo ante dictum est, ditaremur. Ipsum enim de terra suscitauit tã cito, vt caro ei[9] non videret corruptionem. Nec illud ab illo alienabo, quod additum est, & de stercore erigit inopem. Inops quippe idem est quod pauper[8]. Stercus vero vnde erectus est, rectissime intelliguntur persecutores Iudæi, in I quorum numero cum se dixisset Apostolus ecclesiam persecutum. Quæ mihi inquit fuerunt lucra, hæc propter Christum damna esse duxi, nec solum detrimenta verumetiam stercora existimaui esse, vt Christum lucrifacerẽ. De terra ergo suscitat[9] est supra omnes diuites ille pauper, & de illo stercore erectus est supra omnes opulentos ille inops, vt sedeat cum potentibus populi, quibus ait: Sedebitis super duodecim sedes. Et sedẽ gloriæ hæreditatem dans eis. Dixerant enim potentes illi: Ecce nos dimisimus *omnia, & secuti sumus te: hoc votum potentissimi vouerant. Sed vnde hoc eis, nisi ab illo, de quo hic continuo dictum est: Dans votum vouenti? Alioquin ex illis essent potẽtibus, quorum infirmatus est arcus, dãs inquit votum vouenti. Non enim domino quisquam quicquam ratum * voueret, nisi qui ab illo acciperet, quod voueret. Sequitur, Et bene dixit annos iusti: vt cum illo scilicet sine fine viuat, cui dictum est, Et anni tui non deficient. Ibi enim stant anni, hic autem transeunt, imò pereunt: antequam enim veniant, non sunt, cum autem venerint, non erũt, quia cum suo fine veniunt. Horum autem duũm, id est, dãs votum vouenti: &, benedixit annos iusti: vnũ est quod facimus, alterum quod sumimus. Sed hoc alterum deo largitore non sumitur, nisi cum ipso adiutore primum illud efficitur, quia non in virtute potens est vir. Dominus infirmũ faciet aduersarium eius, illum scilicet qui homini vouẽti inuidet, & resistit: ne valeat implere, quod vouit. Potest ex ambiguo Græco[h] intelligi, & aduersarium suum. Cum enim dominus possidere nos cœperit, profecto aduersarius, qui noster fuerat, ipsius fit, & vincitur à nobis, sed non viribus nostris, quia non in virtute sua potens est vir. Dominus ergo infirmum faciet aduersariũ suum, dominus sanctus, vt vincatur à sanctis, quos dominus sanctus sanctorum effecit sanctos. Ac per hoc non glorietur[i] prudens in prudentia sua, & non glorietur potens in potentia sua, & non glorietur diues in diuitiis suis, sed in hoc glorietur, qui gloriatur, intelligere & scire dominum, & facere iudiciũ, & iustitiam[k] in medio terræ. Non parua ex parte intelligit, & scit dominũ, qui intelligit, & scit etiam hoc à dño sibi dari, vt intelligat & sciat dominum. Quid enim habes, ait Apostolus quod non accepisti? Si autẽ & accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis: id est, quasi à teipso tibi sit, vnde gloriaris? Facit autem iudicium & iustitiam, qui recte viuit. Recte autẽ viuit, qui obtemperat præcipienti deo, & finis præcepti, id est, ad quod refertur præceptum, charitas est de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. Porrò ista charitas, sicut Ioannes Apostolus testat, ex deo est. Facere igitur iudicium, & iustitiam, ex deo est. Sed quid est in medio terræ? Neq; enim non debent facere iudicium, & iustitiam qui habitant in extremis terræ, quis hoc dixerit? Cur ergo additum est, in medio terræ? Quod si nõ adderetur, & tantummodo diceret, facere iudicium & iustitiam, magis hoc præceptũ ad vtrosq; homines pertineret, & mediterraneos, & maritimos. Sed ne quisquam putaret post finem vitæ, quę in hoc agitur corpore, superesse tempus iudicium iustitiamq; faciendi, quã cum esset in carne non fecit, & sic diuinum euadi posse iudiciũ, in medio terræ mihi videtur dictũ, cum quisq; viuit in corpore. In hac quippe vita suam terrã quisq; circumfert, quam moriente homine recipit terra communis, resurgẽti vtiq; redditura. Proinde in medio terræ, id est, cum anima nostra isto terreno clauditur corpore, faciendum est iudicium & iustitiam, quod nobis M profit in posterum, quando recipiet quisq; secũdum ea, quæ per corpus gessit, siue bonum, siue malum. Per corpus quippe ibi dixit Apostolus, per tẽpus quo vixit in corpore. Non enim si quis maligna mente atq; impia cogitatione blasphemet, neq; id vllis membris corporis operetur, ideo non erit reus, quia id non motu corporis gessit, cum hoc per illud tẽpus gesserit, quo gessit & corpus. Isto modo congruenter intelligi potest etiã illud, quod in Psalmo legitur: Deus autem rex noster ante secula operatus est salutem in medio terræ, vt dominus Iesus accipiatur deus noster, qui est ante secula, quia per ipsum facta sunt secula, operatus est salutem nostram in medio terræ, cum verbum caro factum est, & terreno habitauit in corpore. Deinde postea quàm prophetatũ est in his verbis Annæ: quomodo gloriari debeat, qui gloriatur, non in se vtique, sed in domino ꝓpter retributionẽ, quæ in die iudicij futura est: Dominus inquit ascendit in cœlos, & tonuit[l] ipse iudicabit extrema terræ, quia iustus est. Prorsus ordinem tenuit confessionis fidelium. Ascendit enim in cœlum dominus Christus, & inde vẽturus est ad viuos & mortuos iudican-

1.Reg.2.
1.Reg.2.
Colloſ.3.
Hiere.9.
1.Cor.4.
L
1.Timot.1.
1.Ioan.4.
1.Reg.2.
Roma.8.
Pſal.15.
1.Reg.2.
Iacobi.4.
1.Petri.5.
1.Reg.2.
2.Cor.8.
Pſal.15.
Philip.3.
Matth. 19.
1.Reg. 2.
*aliàs reliquimus.
Matth. 19.
*aliàs, rectũ.
Pſal.101.
2.Cor.5.
Pſal.73.
Ioan.1.
1.Reg.2.

A iudicandos. Nam quis ascendit sicut dicit Apostolus, nisi qui & descendit in inferiores partes terræ? Qui descendit ipse est, & qui ascendit super omnes cœlos, vt adimpleret omnia. Per nubes ergo suas tonuit, quas spiritu sancto cum ascendisset impleuit. De quibus ancillæ Hierusalem, hoc est ingratæ vineæ comminatus est apud Esaïam prophetam, ne pluãt super eam imbrem. Sic autem dictum est, Ipse iudicabit extrema terræ: ac si diceretur, etiã extrema terræ: non enim alias terræ partes nõ iudicabit, qui omnes homines proculdubio iudicabit. Sed melius intelliguntur extrema terræ extrema hominis, quoniã non iudicabuntur, quæ in melius vel deterius medio tempore commutantur, sed in quibus extremis[m] inuentus fuerit qui iudicabitur. Propter quod dictum est: Qui perseueraueritvsq; in finem, hic saluus erit. Qui ergo perseueranter facit iudiciũ & iustitiam in medio terræ, non damnabitur cũ iudicabuntur extrema terræ. Et dat inquit, virtutem regibus nostris, vt non eos iudicando condemnet. Dat eis virtutẽ, qua carnem sicut reges regant, & in illo mundum, qui propter eos fudit sanguinem, vincant. Et exaltabit cornu Christi sui. Quomodo Christus exaltabit cornu B Christi sui? De quo enim supra dictum est, dominus ascendit in cœlos, & intellectus est dominus Christus ipse, sicut hic dicitur, exaltabit cornu Christi sui, qui est Christus[n]. Christus ergò Christi sui cornu exaltabit, id est, vniuscuiusq; fidelis sui, sicut ista ipsa in principio huius hymni ait: Exaltatũ est cornu meũ in deo meo. Omnes quippe vnctos eius chrismate, recte Christos possumus dicere, quod tamen totum cũ suo capite corpus, vnus est Christus. Hæc Anna prophetauit Samuẽlis sancti viri mater multumq; laudati. In quo quidem tunc figurata est mutatio veteris sacerdotij, & nũc impleta quando infirmata est, quæ multa erat in filiis, vt nouum haberet in Christo sacerdotium sterilis, quæ peperit septem.

Ephes.4.
Eſa.5.
1.Reg.2.
Matth.10.
1.Reg.2.
Inops.

a Et multa in filiis.) Quæ multos habebat filios. b Sed nec postea septem peperit. Sic in primo Reg. cap. secundo, vt Augustinus dicit. Iosephus tamen, nisi mendosus est codex, tres filios, & tres filias peperisse Annam scribit post natũ Samuelem: sed Hebræi duos filios Samuelis pro filiis Annæ numerant, cũ sint nepotes, & ita septem liberi Phanneæ mortui sunt sigillatim, vt nascebantur filij Annæ, C & nepotes. c Exaltatum est cor meum.) Alibi cornu meũ, & sic videtur Augustinus scripsisse: nam Græce est κέρας. Hebræi tradunt, nato Samuele, primogenitum Phannæ alterius vxoris Helcannæ interiisse, & vt liberi nascebantur Annæ, ita Phanneæ peribant. Hieronymus super primo libro Reg. d Nec in præconibus alligatis.) In codice Brugeñ, habetur: Sed in præconibus alligatis. hoc significat hærere semper liberum dei sermonem præconibus sui. illud vero quod vulgo, etiam in vinctis præconibus diuinũ sermonem solutum esse, ac liberum. e Et nemo scit, quod ipse scit.) Vt & sit quasi etiam. Referitur, vel ad præscientiã rerum futurarum, vel ad conscientiam præsentium abditarum Alibi sic legitur deus scientiarum dominus ipse vos scit, & vbi nemo scit. f Minorati sunt, quo verbo minus quidem Latine.) Vt vertatur ad verbum ἐλαττόω, quod etiam minuo dici potest. g Inops quippe idem est quod pauper.) Paulo plus videtur esse inops in indigẽtia, quàm pauper. & si inops cum ab ope veniat, id est auxilio, non tam dicitur qui caret pecunia, quàm qui opibus, in quib[o] est auxilium. Sic à Vergilio senectus dicitur inops, primo Georg. quasi ex se minimum habens quo iuuetur. Et apud Terentium in Adelphis, leno cum se inopem quiritatur, nõ sic pecuniæ, vt auxilij profitetur indigum. Ita Varro etymologiam reddit: Pauper à paulo lare. mendicus à minus, cui cum opus est, minus nullo est. inops, quòd opis egeat. opulentus ab ope. Ideo proprie ac eleganter paulo post Augustinus: Supra omnes opulentos ille inops. h Potest ex ambiguo Græco.) αὐτόν. quod Latine dicimus, & eius, & suum. Græci enim non hæc ita separant, vt nos. i Ac per hoc nõ glorietur.) Hæc verba vulgo non habentur in carmine Annæ primi Reg. secundo, ex interpretatione Hieronymi: sed Hieremiæ. ix. Lxx. vero & in libro primo Reg. & in Hieremia posuerunt, & si paulo diuersius. hoc dicto ratio omnis superbiæ confutatur, cum nec diuitias velit dominus, nec fortitudinẽ, nec sapientiam illam humanam esse materiam gloriandi, & efferendi sui, sed qui gloriatur, vt inquit Paulus, in domino glorietur: sic se efferat homo in animo modico semper & æquabili. nunquam enim intumescet, si ad hunc modum se sustulerit. non inflat enim scientia domini, quæ est charitate condita, & præcipue si cũ illum noscimus, id subinde animum & cogitationẽ subierit, ipsum esse qui misereturabiecti, qui iudicat super-

D bum, & fidentem, qui iustitia sua bene meritum munerator, & donat. k Et facere iudicium & iustitiam.) In primo lib. Reg. sic Lxx. ἀλλ' τόπῳ καυχάσθω ὁ καυχώμενος ἐν τῷ συνιέν καὶ γινώσκειν τὸν κύριον καὶ ποιεῖν κρίμα καὶ δικαιοσύνην ἐν μέσῳ τῆς γῆς. in hoc glorietur qui gloriatur, qui intelligit & nouit dominũ & facit iudicium & iustitiã in medio terræ. vt ad eũ referatur qui gloriatur: & sic interpretatur August. In Hierem. sic ἐν τόπῳ καυχάσθω ὁ καυχώμενος συνιέν καὶ γινώσκειν ὅτι ἐγώ εἰμι κύριος ὁ ποιῶν ἔλεος καὶ κρίμα καὶ δικαιοσύνην ἐπὶ τῆς γῆς. in hoc glorietur qui gloriatur qui intelligit & cognoscat me esse dominũ qui facio misericordiam & iudiciũ & iustitiam in terra. l Dominus, inquit ascendit in cœlos, & tonuit.) Nec verba ista leguntur in vulgatis exemplaribus, sed id quod sequitur, ipse iudicabit &c. Augu. lxx. sequitur vt illa ætate Ecclesiæ ferè oẽs. m Sed in quibus extre.) Vnde est illud sicut te inuenero ita iudicabo. n Quis est Christus.) Alibi sic: quis ergo Christus Christi? An cornu exaltabit vniuscuiusq; fidelis?

De his quæ ad Heli sacerdotem homo dei prophetice locutus est, significans sacerdotium, quod secundũ Aaron institutum fuerat auferendum. Cap. V.

SEd hoc euidẽtius ad ipsum Heli sacerdotem missus loquitur homo dei, cuius quidem nomen tacetur[a], sed intelligitur officio ministerioq; suo sine dubitatione Propheta. Sic enim scriptũ est: Et venit homo dei ad Heli, & dixit: Hæc dicit dominus: Reuelans reuelatus sum ad domum patris tui, cum essent in terra Aegypti serui in domo Pharaonis, & elegi domũ patris tui ex omnibus sceptris Israël mihi sacerdotio fungi, vt ascenderent ad altare meum, & incenderent incensum, & portarent Ephod[b], & dedi domui patris tui omnia quæ sunt ignis filiorum Israël in escam. Et vt quid respexisti in incensum meum, & in sacrificium meum impudenti oculo, & glorificasti filios tuos[c] super me, benedicere primitias[d] omnis sacrificij in Israël in conspectu meo? Propter hoc hæc dicit dominus deus Israël: Dixi, domus tua & domus patris tui transibunt coram me, vsq; in æternum. Et nunc dicit dominus: Nequaquam, sed glorificantes me glorificabo: & qui spernit me, spernetur. Ecce dies veniũt, & exterminabo semen tuum, & semen domus patris tui, & nõ erit tibi senior[e] in domo mea omnibus diebus, & virum exterminabo tibi ab altari meo, vt deficiant oculi eius, & defluat anima eius, & omnis qui supererit domus tuæ decidet in gladio virorum. Et hoc tibi signum, quod veniet super duos filios tuos Ophni, F & Phinees, Vna die moriẽtur ambo. Et suscitabo mihi sacerdotem fidelem, qui omnia, quæ in corde meo, & quæ in anima mea faciat, & ædificabo ei domum fidelem, & transibit coram Christo meo omnibus diebus. Et erit qui supererit[f] in domo tua veniet adorare ei obolo argenti dicens: Iacta me in vnam partem sacerdotij tui manducare panẽ. Non est vt dicatur ista prophetia, vbi sacerdotij veteris tãta manifestatione prænunciata mutatio est, in Samuele fuisse completam. Quanquã enim nõ esset de alia tribu[g] Samuel, quàm quę constituta fuerat à domino vt seruiret altari, tamẽ nõ erat de filiis Aaron, cuius progenies fuerat deputata vt inde fierent sacerdotes, ac per hoc in ea quoq; re gesta, eadem mutatio, quę per Christũ Iesum futura fuerat adumbrata est, & ad vetus testamentũ proprie: figurate vero pertinebat ad nouũ prophetia tam facto etiã ipso quàm verbo[h]: id scilicet facto significãs, quod verbo ad Heli sacerdotem dictum est per Prophetam. Nã fuerunt postea sacerdotes ex genere Aaron, sicut Sadoch, & Abiathar regnãte Dauid, & alij deinceps, antequàm tempus veniret, quo ista quæ de sacerdotio mutando tanto ante prędicta sunt, effici per Christum oportebat. Quis autem nunc fideli oculo, hæc intuens non videat esse completa, quandoquidem nullum ta-

1.Reg.2.
2.Retract. cap.4.
2.Reg.15.

G bernaculum,nullum templum,nullum altare, nullum
ſacrificium,& ideo nec vllus ſacerdos remanſit Iudæis,
quibus vt de ſemine Aaron ordinaretur, in dei fuerat
lege mandatum. Quod & hic commemoratum eſt il-
2.Reg.2. lo dicente Propheta: Hæc dicit dominus deus Iſraël,
dixi: Domus tua & domus patris tui trãſibunt coram
me,vſq; in æternum.Et nunc dicit dominus. Nequa-
quam,ſed glorificantes me glorificabo,& qui me ſper-
nit, ſpernetur. Quod enim nominat domum patris
eius,non eum de proximo patre dicere,ſed de illo Aa-
ron,qui primus ſacerdos eſt inſtitutus,de cuius proge-
nie cæteri ſequerẽtur,ſuperiora demonſtrant,vbi ait:
Reuelatus ſum ad domum patris tui cum eſſent in ter
1.Reg.2. ra Aegypti ſerui in domo Pharaonis, & elegi domum
patris tui ex omnibus ſceptris Iſraël mihi ſacerdotio
fungi. Quis pater fuit huius in illa Aegyptia ſeruitu-
te,vnde cum liberati fuiſſent electus eſt ad ſacerdotiũ,
niſi Aaron? De huius ergo ſtirpe iſto loco dixit futu-
rum fuiſſe,vt nõ eſſent vlterius ſacerdotes. Quod iam
videmus impletum. Vigilet fides,præſto ſunt res, cer-
aliâs, nonlentium. nuntur,tenentur,& videre volentium † oculis ingerun
tur.Ecce,inquit, dies veniunt, & exterminabo ſemen
H tum,& ſemen domus patris tui, & non erit tibi ſenior
in domo mea omnibus diebus,& virum exterminabo
tibi ab altari meo,vt deficiant oculi eius,& defluat ani
ma eius.Ecce dies qui prenunciati ſunt iam venerunt.
Nullus ſacerdos eſt ſecundũ ordinem Aaron. Et qui-
cunq; ex eius genere eſt homo,cũ videt ſacrificiũ Chri
ſtianorum toto orbe pollere, ſibi autem honorem il-
lum magnum eſſe ſubtractum, deficiunt oculi eius, &
defluit anima eius tabe mœroris. Proprie autem ad hu
ius domum Heli, cui hæc dicebantur, quod ſequitur
pertinet: Et omnis qui ſupererit domus tuæ, decidet
in gladio virorum. Et hoc tibi ſignum, quod veniet ſu
1.Reg.2. per duos filios tuos Ophni, & Phinees. Die vno mo-
rientur ambo. Hoc ergo ſignum factum eſt mutandi
ſacerdotij de domo huius, quo ſigno ſignificatum eſt,
mutandum ſacerdotium domus Aaron. Mors quippe
filiorum huius ſignificauit mortem non hominum,
ſed ipſius ſacerdotij de filiis Aaron. Quod autẽ ſequi-
tur,ad illum iam pertinet ſacerdotem cuius figuram
geſſit huic ſuccedendo Samuël. Proinde quæ ſequun-
I tur,de Chriſto Ieſu noui teſtamenti vero ſacerdote di
1.Reg.2. cuntur: Et ſuſcitabo mihi ſacerdotem fidelem, quia
omnia quę in corde meo & quæ in anima mea faciat,
& ædificabo ei domum fidelem, ipſa eſt æterna & ſu-
perna Hieruſalem.Et tranſibit, inquit,coram Chriſto
meo omnibus diebus. Tranſibit dixit, conuerſabitur,
ſicut ſuperius dixerat de domo Aaron: Dixi, domus
tua & domus patris tui tranſibunt corã me in æternũ.
Quod autem ait,coram Chriſto meo tranſibit,de ipſa
domo vtiq; intelligendum eſt, non de illo ſacerdote,
qui eſt Chriſtus, ipſe mediator atq; ſaluator. Domus
ergo eius coram illo tranſibit. Poteſt & tranſibit intel
ligi de morte ad vitam omnibus diebus,quibus pera-
gitur vſq; in finem ſeculi huius iſta mortalitas. Quod
autem ait deus,qui omnia quæ in corde meo,& quæ in
anima mea faciat: non arbitremur habere animam
deum,cum ſit conditor animæ,ſed ita hoc de deo tro-
pice,non proprie dicitur,ſicut manus & pedes, & alia
corporis membra. Et ne ſecundũ hoc credatur homo[i]
Gene.1. in carnis huius effigie factus ad imaginẽ dei,addũtur
Pſal.16. & alæ,quas vtiq; non habet homo: & dicitur deo, ſub
vmbra alarum tuarum protege me,vt intelligant ho-
mines de illa ineffabili natura, non propriis, ſed tran-

ſlatis rerum vocabulis iſta dici. Quod vero adiungi- K
tur: Et erit qui ſupererit in domo tua, veniet adorare 1.Reg.2.
ei: non proprie de domo dicitur huius Heli, ſed illius
Aaron,de qua vſq; ad aduentum Ieſu Chriſti homines
remanſerunt,de quo genere etiam nunc vſq; non de-
ſunt. Nam de illa domo huius Heli,iam ſupra dictum
erat,& omnis qui ſupererit domus tuæ,decidet in gla-
dio virorum. Quomodo ergo hic vere dici potuit, &
erit qui ſuperit in domo tua veniet adorare ei, ſi illud
eſt verũ quod vltore gladio nemo inde ſupererit, niſi
quia illos intelligi voluit,qui pertinent ad ſtirpem,ſed
illius totius ſacerdotij ſecundum ordinem Aaron? Er-
go ſi de illis eſt prædeſtinatis reliquiis,de quibus alius
Eſa.10. Propheta dixit,Reliquiæ ſaluę fient: vnde & Apoſto-
Roma.9. lus: Sic ergo inquit,& in hoc tempore reliquiæ per ele-
ctionem gratiæ ſaluæ factæ ſunt: quia de talibus reli-
quiis bene intelligitur eſſe,de quo dictum eſt, Qui ſu-
pererit in domo tua,profecto credit in Chriſtum:ſicut
temporibus Apoſtolorum ex ipſa gente plurimi cre-
diderunt:neq; nunc deſunt, qui licet rariſſime, tamen
credant & impletur in eo,quod hic iſte homo dei con
tinuo ſecutus adiunxit: Veniet adorare ei obolo argen 1.Reg.2.
ti: cui adorare, niſi illi ſummo ſacerdoti, qui & deus L
eſt? Neq; enim in illo ſacerdotio ſecundum ordinem
Aaron ad hoc veniebant homines ad templum vel al
tare dei,vt ſacerdotem adorarent,Quid eſt autẽ quod
ait,obolo argenti, niſi breuitate verbi fidei,de quo cõ-
memorat Apoſtolus dictum? Verbum conſummans,
& breuians faciet dominus ſuper terram? Argentum Roma.9.
autem pro eloquio poni, Pſalmus teſtis eſt, vbi cani-
tur:Eloquia domini eloquia caſta,argentum igne exa- Pſal.11.
minatum. Quid ergo dicit iſte,qui venit adorare ſa-
cerdoti dei & ſacerdoti deo?Iacta me in vnam partem
ſacerdotij tui,manducare panem. Nolo in patrũ meo- 1.Reg.2.
rum collocari honore,qui nullus eſt,iacta me in partẽ
ſacerdotij tui.Elegi enim abiectus eſſe in domo domi- Pſal.83.
ni,qualecunq;, & quantulũcunq; membrum eſſe cupio
ſacerdotij tui. Sacerdotium quippe hic ipſam plebem
dicit,cuius plebis ille ſacerdos eſt mediator dei & ho-
minum homo Chriſtus Ieſus. Cui plebi dicit Apoſto- 1.Timot.2.
lus Petrus: Plebs ſancta regale ſacerdotium. Quanuis 1.Petri.2.
nonnulli,ſacrificij tui [k],ſint interpretati,non ſacerdo-
tij tui, quod nihilominus eundem ſignificat populum M
Chriſtianum,Vnde dicit Apoſtolus Paulus:Vnus pa- 1.Cor.10.
nis,vnum corpus multi ſumus.Et iterum: Exhibeatis, Rom.12.
inquit,corpora veſtra hoſtiã viuam [l]. Quod ergo ad-
didit,manducare panem:etiam ipſum ſacrificii genus
eleganter expreſſit, de quo dicit ſacerdos ipſe, Panis Ioan.6.
quem ego dedero, caro mea eſt pro ſeculi vita: ipſum
eſt ſacrificium non ſecundum ordinem Aaron,ſed ſe-
cundum ordinem Melchiſedech: qui legit, intelligat. Pſal.109.
Breuis itaq; eſt iſta confeſſio,& ſalubriter humilis,qua
dicitur,Iacta me in partem ſacerdotij tui, manducare 1.Reg.2.
panem:ipſe eſt obolus argenti,quia & breue eſt,& elo-
quium domini eſt, habitantis in corde credẽtis. Quia
enim dixerat ſuperius dediſſe ſe domui Aaron cibos
de victimis veteris teſtamenti,vbi ait:Dedi domui pa
tris tui omnia quę ſunt ignis filiorum Iſraël in eſcam. *Ibidem.*
Hæc quippe fuerant ſacrificia Iudæorum, ideo hic di-
cit manducare panem,quod eſt in nouo teſtamento ſa
crificium Chriſtianorum.

a CVius quidem nomen tacetur.) Hunc virum dei Iudæi Phinees
eſſe dicunt,quem & Heliam autumnat. Hieronymus. b Et
portarent Ephod.) Hieronymus multis locis & ad Marcellam *Ephod.*
& cõtra Iouinianum,& de veſte ſacerdotali ad Fabiolam,tum
etiam Ioſephus lib.iij.antiqui.ſcribunt Ephod Græcis dici Ἐπωμίδα.Sic
enim

A enim verterũt Lxx.quod Hierony.& Ruffinus vertunt,ſuperhumerale.
Ab humeris dependebat apertum ad brachia.Huiuſmodi Ephod ſolus
ſummus ſacerdos geſtabat cunctis coloribus auroq; interſtinctum. Le-
uitæ & quidam alij Ephod habebant huic ſimile,ſed Ephod bat,id eſt,
ex lino.Sic Samueli fecit mater Anna Ephod bat: & Dauid ante arcam
Ἐπωμίδα gerebat. [illegible] c. d Benedicere primitias.) Aliter in vulgata edi-
tione,quam adducere nihil eſt opus: quoniam frequens eſt in omnium
manibus. e Et non erit tibi ſenior.) πρεσβύτερος. ſacerdotem magnũ
ſcribit Hieronymus intelligi. f Supererit.) In antiquo libro hoc to-
to capite,vbi impreſſum eſt ſupereſſe,ſcribitur ſuperare:vt apud Vergi-
lium: Superáne, & veſcitur aura ætherea. Sed ſignificatus eſt idem.
g Quanquam enim non eſſet de alia tribu.) Pater Samuẽlis de tribu
Leui fuiſſe oſtenditur primi Paralip.vj.Mater de tribu Iuda.Hunc locũ
Auguſtinus recantat lib.retract.ij.vbi ſic ſcribit in.xvij.lib.Quod dictũ
eſt, nõ erat de filiis Aaron,dicendum potius fuit:non erat filius ſacerdo-
B tum. Filios quippe ſacerdotum deſinctis ſacerdotibus ſuccedere magis
legitimi moris fuit. Nam in filiis Aaron reperitur pater Samuẽlis:ſed ſa-
cerdos non fuit.Nec ita in filiis,vt eũ ipſe genuerit Aaron,ſed ſicut om-
nes illius populi dicuntur filij Iſraël. Hæc Auguſtinus. h Tam fa-
cto etiam ipſo quàm verbo.) In aliis libris: Prophetia facti etiam ipſa
non verbi. nam & ſi verba videbantur aliò ſpectare,res tamen ipſa in
Chriſto expleta eſt. i Ne ſecundum hoc credatur homo) Quod cre-
debant Anthropomorphitæ hæretici. k Quanuis nonnulli ſacrificij
tui.) Græce ἱερατεῖον quod eſt etiam ſacrificium ſed potius ſacerdotium.
l Et iterum:Exhibeatis,inquit,corpora veſtra hoſtiam viuam.) Hoc in
aliis libris non legitur,& ſi non abſurde additur.

De Iudaico ſacerdotio & regno, quæ cum in æternum dicantur ſtatura,non permanent ut alia intelligantur,quæ ſpondentur æterna. Cap.VI.

CVm igitur hæc tanta tunc altitudine prænun
ciata ſint,quanta nunc manifeſtatione clare-
ſcunt, non fruſtra tamen moueri quiſpiam
poteſt ac dicere: Quomodo cõfidimus euenire omnia,
quæ in libris illis ventura prædicta ſunt, ſi hoc ipſum
quod ibi diuinitus dictũ eſt, Domus tua & domus pa-
1.Reg.2. tris tui tranſibunt coram me in æternum: effectum ha
bere non potuit? quoniam videmus illud ſacerdotium
fuiſſe mutatum: & quod illi domui promiſſum eſt,nec
ſperari aliquando complendum: quia illud quod ei re-
C probato mutatoq; ſuccedit,hoc potius prædicatur æter
num? Hoc qui dicit,nondum intelligit,aut non recolit
etiam ipſum ſecundum ordinem Aaron ſacerdotium,
tanquam vmbram futuri æterni ſacerdotij conſtitu-
tum:ac per hoc quando ei æternitas promiſſa eſt, non
ipſi vmbræ ac figuræ,ſed ei quod per ipſam adumbra-
batur,figurabatúrque, promiſſum eſt. Sed ne putaretur
ipſa vmbra eſſe manſura, ideo etiam mutatio eius de-
1.Reg.13. buit prophetari. Regnum quoq; iſto modo etiam Saũ-
1.Reg.10. lis ipſius, qui certe reprobatus atq; reiectus eſt, futuri
regni erat vmbra in æternitate manſuri. Oleum quip-
pe illud quo vnctus eſt,& ab eo chriſmate Chriſtus eſt
dictus, myſtice accipiendum & magnum ſacramentũ
intelligendum eſt,quod in eo tantum veneratus eſt ip-
ſe Dauid,vt percuſſo corde pauitauerit,quãdo in tene-
broſo occultatus antro,quò etiam Saül vrgente intra-
uerat neceſſitate naturæ,exiguam particulã veſtis eius
retrorſum latenter abſcidit,vt haberet vnde monſtra-
ret,quomodo ei pepercerit,cum poſſet occidere:atq; ita
**aliâsquia.* ſuſpitionem de animo eius,qua* ſanctum Dauid pu-
tans inimicum ſuum vehementer perſequebatur, au-
ferret. Ne itaq; reus eſſet tanti ſacramẽti in Saüle vio-
lati: quia vel indumentũ eius ſic attrectauit,extimuit.
1.Reg.24. Ita enim ſcriptũ eſt,Et percuſſit cor Dauid ſuper eum:

quia abſtulit pinnulam [a] chlamydis eius. Viri autem D
cum illo erant [b],& vt Saülem in manus ſuas traditum
interimeret,ſuadebant. Non mihi,inquit, contingat à
domino ſic facere hoc verbum domino meo Chriſto
domini,inferre manum meam ſuper eum: quia Chri-
ſtus domini eſt hic. Huic ergo vmbræ futuri non pro-
pter ipſam, ſed propter illud quod præfigurabat tanta
veneratio exhibebatur. Vnde & illud, quod ait Saüli 1.Reg.13.
Samuël: Quoniam non ſeruaſti mandatum meũ quod
mandauit tibi dominus: quemadmodum nunc para-
uerat dominus regnum tuum vſque in æternum ſuper
Iſraël,& nunc regnum tuum non ſtabit tibi,& quæret
dominus ſibi hominem ſecundum cor ſuum: & man-
dabit ei dominus eſſe in principem ſuper populum ſu-
um: quia non cuſtodiſti quæ mandauit tibi dominus:
non ſic accipiendum eſt,ac ſi ipſum Saülem deus æter-
nũm præparauerit regnaturum, & hoc poſtea noluerit
ſeruare peccanti: neq; enim eum peccaturum eſſe ne-
ſciebat,ſed præparauerat regnum eius,in quo figura re-
gni eſſet æterni. Ideo addidit: Et nunc regnum tuum
non ſtabit tibi. Stetit ergo,& ſtabit,quod in illo ſigni-
ficatum eſt: ſed non huic ſtabit,quia non in æternum E
ipſe fuerat regnaturus, nec progenies eius, vt ſaltem
per poſteros alterum alteri ſuccedentes videretur im-
pleri,quod dictũ eſt in æternum.Et quæret,inquit,do-
minus ſibi hominem:ſine Dauid, ſiue ipſum mediato-
rem ſignificans teſtamẽti noui,qui figurabatur in chriſ
mate etiã,quo vnctus eſt ipſe Dauid & progenies eius.
Nõ autem quaſi neſciat vbi ſit,ita deus ſibi hominem
quærit,ſed per hominem more hominũ loquitur, qui* **aliâsquid.*
& ſic loquendo nos quærit. Non ſolum enim deo pa-
tri, verumetiam ipſi quoque vnigenito eius, qui venit
quærere quod perierat,vſqueadeo iam eramus noti, vt *Luca.19.*
in ipſo eſſemus electi ante conſtitutionẽ mundi. Que- *Epheſ.1.*
ret ſibi ergo [c] dixit pro eo,ac ſi diceret,quem ſuum eſſe
iam nouit,ſibi eſſe familiarem aliis oſtendet. Vnde in
Latina lingua hoc verbum, accipit præpoſitionem, &
acquirit dicitur: quod ſatis apertum eſt, quid ſignifi-
cet. Quanquam & ſine additamento præpoſitionis
quærere intelligatur acquirere, ex quo lucra vocantur
& quæſtus. F

a QVia abſtulit pinnulam.) Quaſi extremitatem,ſiue laciniam,
quod erat facilius ſcindi, ſiue fimbriam. Fimbriarum enim
multus apud Iudæos vſus,ex præcepto lib.Numerorũ. Ruf-
finus in Ioſepho ſummitatem vertit.Sic etiam primi Regũ.
xv.de Samuele in noſtris libris ſummitatem. Quod Au
guſtinus proximo ꝓapite pinnulam etiam dicit.Græce eſt πτερυγίου δι-
πλοΐδος pinnam extremũ diploidis. b Viri autem qui cum illo erant.)
Trecentos ſcribit eum habuiſſe Ioſephus lib.vj. c Quæret ſibi ergo.)
Hic locus ſic legitur in antiquis codicibus Brugenſibus: Quæret ſibi
ergo dixit, ſuum habebit.Vnde in Latina lingua &c. Satis videtur con
gruere cum eo quod ſequitur, tametſi nec diſplicet vulgaris lectio, quæ
videri poteſt alicuius addita interpretatio.

De diruptione regni Iſraëlitici,qua præfiguratur perpetua diuiſio Iſraëlis ſpiritalis ab Iſraële carnali. Caput VII.

RVrſus peccauit Saül per inobedientiam [a], &
rurſus Samuël ait illi in verbo domini: Quia
ſpreuiſti verbũ domini, ſpreuit te dominus, 1.Reg.15.
vt non ſis rex ſuper Iſraël. Et rurſus pro eodem pẽccato
cum id confiteretur Saül,& veniã precaretur,roga-
retq; Samuelem,vt reuerteretur cum illo ad placandũ
deum: Non reuertar,inquit,tecum, quia ſpreuiſti ver-
bum domini,& ſpernet te dominus,ne ſis rex ſuper Iſ-
raël. Et conuertit Samuël faciem ſuam, vt abiret: &
tenuit Saül pinnulam diploidis [b] eius,& dirupit eam.
Et dixit ad eum Samuel: Dirupit dominus regnũ ab

G Israël de manu tua hodie,& dabit proximo tuo bono
ſuper te: & diuidetur Iſraël in duo , & non conuerte-
tur,neq; pœnitebit eum : quoniam non eſt ſicut homo,
vt pœniteat eũ:ipſe minatur,& non permanet. Iſte cui
dicitur: Spernet te dominus, ne ſis rex ſuper Iſraël : &
dirupit dominus regnum ab Iſraël de manu tua ho-
die,quadraginta annos regnauit ſuper Iſraël, tanto ſci
licet ſpatio temporis,quanto & ipſe Dauid: & audiuit
hoc primo tempore regni ſui:vt intelligamus ideo di-
ctũ,quia nullus de ſtirpe eius fuerat regnaturus : & re-
1.Timot.2. ſpiciamus ad ſtirpẽ Dauid,vnde & exortus eſt ſecũdũ
carnem mediator dei & hominum homo Chriſtus Ie
ſus. Non autẽ habet ſcriptura quod in pleriſq; Latinis
codicibus legitur,Dirumpet dominus [c] regnum Iſraël
de manu tua: ſed ſicut à nobis poſitum eſt inuentum in
Græcis,Dirupit dominus regnũ ab Iſraël de manu tua:
vt intelligatur de manu tua,quod eſt ab Iſraël. Populi
ergo Iſraël perſonã figurate gerebat hõ iſte, qui popul⁹
regnum fuerat amiſſurus,Chriſto Ieſu domino noſtro
per nouum teſtamentum,non carnaliter,ſed ſpiritali-
ter regnaturo.De quo cũm dicitur,Et dabit illud pro-
H ximo tuo:ad carnis cognitionẽ id referr̃. Ex Iſraël enĩ
Chriſtus ſecundum carnem,vnde & Saül. Quod vero
additum eſt,Bono ſuper te: poteſt quidẽ intelligi, me-
liori te. Nam & quidã ſic ſunt interpretati : ſed melius
ſic accipitur, bono ſuper te,vt quia ille bonus eſt , ideo
Pſal.109. ſit ſuper te:iuxta illud aliud propheticum,Donec ponã
omnes inimicos tuos ſub pedibus tuis. In quibus eſt &
Iſraël , cui ſuo perſecutori regnum abſtulit Chriſtus,
Ioan.1. Quanuis fuerit illic & Iſraël , in quo dolus non erat,
quoddam quaſi frumẽtum illarũ palearum. Nam vti-
q; inde erant Apoſtoli,inde tot martyres , quorũ prior
Acto.7. eſt Stephanus: inde tot Eccleſiæ,quas Apoſtolus Pau-
Gala.1. lus commemorat , in conuerſione eius magnificantes
deum.De qua re non dubito intelligendum eſſe, quod
1.Reg.15. ſequitur , Et diuidetur Iſraël in duo : in Iſraël ſcilicet
inimicum Chriſto , & Iſraël adhærentem Chriſto : in
Iſraël ad ancillam,& Iſraël ad liberã pertinentem. Nã
iſta duo genera primum ſimul erant , velut Abraham
adhuc adhæreret ancillæ, donec ſterilis per dei gratiã
I fœcũdata clamaret:Eiice ancillam,& filium eius. Pro-
Gene.21. pter peccatum quidem Salomonis regnante filio eius
3.Reg.12. Roboam,ſcimus Iſraël in duo fuiſſe diuiſum,atque ita
perſeueraſſe , habentibus ſingulis partibus reges ſuos,
4.Reg.17. donec illa gens tota à Chaldæis eſſet ingenti vaſtatio-
ne ſubuerſa atq; tranſlata. Sed hoc quid ad Saülem,cũ
ſi tale aliquid comminãdum eſſet,ipſi Dauid fuerit po
tius comminãdum,cuius erat filius Salomon? Poſtre-
mo nunc inter ſe gens Hebræa diuiſa non eſt , ſed in-
differenter in eiuſdẽ erroris ſocietate diſperſa per ter-
ras.Diuiſio vero illa,quam deus ſub perſona Saülis,il-
lius regni & populi figuram gerentis eidem regno po-
pulo q; minatus eſt,æterna atq; immutabilis ſignificata
1.Reg.15. eſt,per hoc quod adiunctum eſt:Et nõ conuertetur,ne-
q; pœnitebit eum:quoniã non eſt ſicut homo,vt pœni-
teat eum:ipſe minatur,& non permanet, id eſt, homo
minatur,& non permanet. Non autem deus, quem nõ
pœnitet ſicut hominem. Vbi enim legitur quod pœni-
Gene.6. teat eum,mutatio rerum ſignificatur,immutabili præ-
ſcientia manente diuina. Vbi ergo non pœnitere dici-
tur,non mutare intelligitur. Prorſus inſolubilem vide
mus per hęc verba prolatam diuinitus fuiſſe ſententiã,
de iſta diuiſione populi Iſraël, & omnino perpetuam.
Quicunq; enim ad Chriſtum tranſierunt,vel tranſeũt,
vel tranſibunt inde,erant inde ſecundum dei preſcien-
tiam,non ſecundum generis humani vnam eandemq; K
naturã. Prorſus quicunq; ex Iſraëlitis adhærentes Chri
ſto perſeuerant in illo,nunquam erunt cũ eis Iſraëlitis,
qui eius inimici vſq; in finem vitæ huius eſſe perſiſtũt:
ſed in diuiſione,quę hic prenunciata eſt,perpetuo per-
manebunt. Nihil enim prodeſt teſtamentum vetus de Gala.4.
monte Sina in ſeruitutem generans,niſi quia teſtimo-
nium perhibet teſtamento nouo. Alioquin quandiu le
gitur Moyſes,velamen ſuper corda [d] eorum poſitũ eſt. 2.Corin.3.
Cum autẽ quiſq; inde tranſierit ad Chriſtum , auferetur velamen. Tranſeuntium quippe intentio ipſa mutatur de vetere ad nouum:vt non iam quiſq; intendat accipere carnalem,ſed ſpiritalem fœlicitatem. Propter quod ipſe magnus Propheta Samuël antequam vnxiſ ſet regem Saül,quando exclamauit ad dominum pro 1.Reg.7.
Iſraël,& exaudiuit eum : & cum offerret holocauſtum ſimul accedẽtibus alienigenis ad pugnam contra populum dei,tonuit dominus ſuper eos & confuſi ſunt,& offenderunt coram Iſraël atq; ſuperati ſunt : aſſumpſit lapidem [e] vnum, & ſtatuit illum inter Maſpha [f] nouã & veterem,& vocauit nomen eius Abenezer,quod eſt Ibidem.
Latine lapis adiutorij: & dixit,Vſque huc adiuuit nos L
dominus. Maſpha interpretatur intẽtio. Lapis ille adiutorij medietas eſt ſaluatoris,per quem tranſeundum eſt à Maſpha vetere ad nouam , id eſt, ab intentione, qua expectabatur in carnali regno beatitudo falſã carnalis : ad intentionem , qua per nouum teſtamentum expectatur in regno cœlorum beatitudo veriſſima ſpiritalis: qua quoniam nihil eſt melius , hucuſque adiuuat deus.

a Per inobedientiã.) Quod cum iuſſus eſſet à Samuële verbis domi ni delere vniuerſa Amalechitarum, nec relinquere viuẽs aliquid: & ipſum Agag regem viuum cepit,& armenta eius numeroſa.
b Pinnulam diploidis.) Vulgo pallij,& ſic apud Ioſephum. Diplois quaſi duplex dicitur, ἀπὸ τοῦ διπλοῦ: quod de omni veſtimento duplicato dici poteſt. Diplois.
c Dirũpet dominus.) Sic Ioſephus,Scindet dominus. In codicibus noſtris.1.Reg.xv.Scidit dominus. Græce etiam ἀπέῤῥηξε dirupit.
d Velamen ſuper corda.) Prioris Corint.iij.de velamine quo Moſes texit faciem ſuam, quũ populo loqueretur,quo Iudæi poſt Chriſtum paſſum mentem ſuam inuoluunt, quoàd Chriſti fiunt cultores.
e Aſſumpſit lapidem.) Ioſephus paulo diuerſius lib.vj. quo facto Samuël eos cum multitudine perſecutus eſt, & plurimos interfecit, vſq; ad locum quẽdam,qui vocatur Charreon,ibiq; lapidem fixit , velut terminum victoriæ & hoſtium fugæ, eumq; lapidem fortitudinẽ appellauit: quaſi ſignũ eſſet diuini ſolatij cõtra hoſtes adhibiti.
f Inter Maſpha.) Hiero.de locis Hebraïcis Maſpha in tribu Gad ſeparata Leuitis.Eſt autem & alia nunc Maſpha in finibus Eleutheropoleos contra ſeptẽtrionem pergentibus Aeliam, pertinens ad tribum Iuda. Maſpha interpretatur ſpeculatio, ſiue contemplatio.Græce legitur μανσφὰθ. M Maſpha.

De promiſſionibus ad Dauid in filio eius : quæ nullatenus in Salomone,ſed pleniſſime inueniuntur in Chriſto. Caput VIII.

Iam nunc video eſſe monſtrandum,quid ipſi Dauid, qui Saüli ſucceſſit in regnum , cuius mutatione finalis illa mutatio figurata eſt,propter quam diuinitus cuncta dicta , cuncta conſcripta ſunt deus promiſerit: quod ad rem de qua agimus pertinet . Cum regi Dauid multa proſpera prouenirent,cogitauit facere deo domum,templum illud 2.Reg.7.
ſcilicet excellentiſſime diffamatum,quod à rege Salomone filio eius poſtea fabricatum eſt. Hoc eo cogitante , factum eſt verbum domini ad Nathan Prophetam,quod perferret ad regem. Vbi cum deus dixiſſet, 3.Reg.6.
quod non ab ipſo Dauid ſibi ædificaretur domus, neq; per tantum tempus ſe mandaſſe cuiquã in populo ſuo, vt ſibi fieret domus cedrina: & nunc,inquit, hæc dices ſeruo meo Dauid : Hæc dicit dominus omnipotens: 2.Reg.7.
Accepi te de ouili ouium ,vt eſſes in ducem ſuper populum meum Iſraël , & eram tecum in omnibus,qui-
bus in-

A bus ingrediebaris: & exterminaui omnes inimicos tuos à facie tua:& feci te nominatum ſecundum nomen magnorum, qui ſunt ſuper terram . Et ponam locum populo meo Iſraël , & plantabo illum , & inhabitabit ſeorſum,& non ſolicitus erit vltra: & non apponet filius iniquitatis humiliare eum,ſicut ab initio à diebus, quibus conſtitui iudices ſuper populum meum [a] Iſraël: & requiem tibi dabo ab omnibus inimicis tuis : & nunciauit tibi dominus , quoniam domum ædificabis ipſi.Et erit cum impleti fuerint dies tui ,dormies cum patribus tuis,& ſuſcitabo ſemen tuum poſt te , qui erit de ventre tuo,& præparabo regnum eius. Hic ædificabit mihi domum nomini meo , & dirigam thronum illius vſque in æternum.Ego ero illi in patrem,& ipſe erit mihi in filium . Et ſi venerit iniquitas eius, redarguam illum in virga virorum & in tactibus filiorum hominum: miſericordiam autem meam non amoueã ab eo, ſicut amoui à quibus amoui à facie tua : & fidelis erit domus eius,& regnum eius erit vſq; in æternũ coram me, & thronus eius erit erectus vſque in æternum.Hanc ergo tam grandem promiſſionem qui pu-
B tat in Salomone fuiſſe completam multum errat. At-
3.Reg.6. tendit enim quod dictum eſt: Hic ædificabit mihi do-
aliàs, nobiliſſimum. mum:quoniam Salomon templum illud nobile ſtruxit: & non attendit,fidelis erit domus eius , & regnum
3.Reg.11. eius vſq; in æternum corã me . Attendat ergo & aſpi-
ciat Salomonis domum plenam mulieribus alienige-
nis colentibus deos falſos , & ipſum ab eis regem ali-
quando ſapientem in eandem idololatriam ſeductum
atq; deiectum:& non audeat exiſtimare deum,vel hac
†*aliàs,uel hoc promiſſisse mendaciter. promiſſione mendacem* † vel talem Salomonem do-
mumq; eius futuram,non potuiſſe præſcire. Non hinc
autẽ deberem⁹ ambigere,nec ſi nõ in Chriſto domino
noſtro,qui factus eſt ex ſemine Dauid ſecundũ carnẽ,
iam videremus iſta compleri: ne vane atque inaniter
Roma.1. hic alium aliquem requiramus , ſicut carnales Iudæi.
Nam & ipſi vſqueadeo filium,quem loco iſto regi Da
uid promiſſum legunt,intelligunt non fuiſſe Salomo-
nem, vt eo qui promiſſus eſt tanta iam manifeſtatio-
ne declarato,adhuc mirabili cæcitate alium ſperare ſe
dicant. Facta eſt quidem nonnulla imago rei futuræ
etiam in Salomone,in eo quod templum ædificauit,&
C pacem habuit ſecũdum nomen ſuum. Salomon quip-
1.Paral.22 pe pacificus eſt Latine , & in exordio regni ſui mira-
biliter laudabilis fuit,ſed eadem ſua perſona[b] per vm-
bram futuri prænunciabat etiam ipſe Chriſtum do-
minum noſtrum,non exhibebat. Vnde quædam de il-
lo ita ſcripta ſunt, quaſi de ipſo ita prædicta ſint , dum
ſcriptura ſancta etiam rebus geſtis prophetans , quo-
dãmodo in eo figuram deliniat futurorum. Nam præ-
ter libros diuinæ hiſtoriæ,vbi regnaſſe narratur, Pſal-
Deus iudicium tuum. mus etiam.lxxj.titulo nominis eius inſcriptus eſt . In
quo tam multa dicuntur , quæ omnino ei conuenire
non poſſunt: domino autem Chriſto apertiſſima per-
ſpicuitate conueniunt,vt euidenter appareat , quod in
illo figura qualiſcunque adumbrata ſit , in iſto autem
ipſa veritas præſentata . Notum eſt enim quibus ter-
minis regnum concluſum fuerit Salomonis: & tamen
Pſal.71. in eo Pſalmo legitur , vt alia taceam : Dominabitur à
mari vſq; ad mare,& à flumine vſq; ad terminos orbis
terræ. Quod in Chriſto videmus impleri . A flumine
quippe dominandi ſumpſit exordium , vbi baptizatus
à Ioanne eodem monſtrante cœpit agnoſci à diſcipu-
lis,qui eum non ſolum magiſtrum , verum etiam do-
minum appellauerũt. Nec ob aliud viuente adhuc pa-
tre ſuo Dauid regnare Salomon cepit,quod nulli illo- D
rum regnum contigit,niſi vt hinc quoq; ſatis eluceat,
non eſſe ipſum,quem prophetia iſta præſignat, quæ ad
eius patrem loquitur,dicens: Et erit cum impleti fue- 2.Reg.7.
rint dies tui, & dormies cum patribus tuis : ſuſcitabo
ſemen tuum poſt te,qui erit de ventre tuo,& præparabo regnum illius. Quomodo ergo propter id,quod ſequitur:Hic ædificabit mihi domum,iſte Salomon putabitur prophetatus: & non potius propter id quod præcedit,cum impleti fuerint dies tui,& dormies cum patribus tuis,ſuſcitabo ſemen tuum poſt te: alius pacificus intelligitur eſſe promiſſus,qui non ante ſicut iſte, ſed poſt mortem Dauid prænunciatus eſt ſuſcitandus? Quãmlibet enim longo interpoſito tempore Ieſus Chriſtus venerit,proculdubio poſt mortem regis Dauid : cui ſicut eſt promiſſus,eum venire oportebat , qui ædificaret domum domino , non de lignis & lapidibus,ſed de hominibus, qualem illum ædificare gaudemus.Huic enim domui dicit Apoſtolus,hoc eſt,fidelibus Chriſti: Templum enim dei ſanctum eſt , quod 1.Cor.3.
eſtis vos. E

a Conſtitui iudices ſuper populum meum.) Iudices in Iſraëlitico populo fuerunt tredecim ab Othoniële ad Samuëlem,qui Saulem regem vnxit, trecentis & ſeptuaginta annis: quo tempore varie eſt cum vicinis gentibus bellatum,aliàs fœliciter,aliàs ſecus.
b Sed eadem ſua perſona.) Erat quidem imago Chriſti, ædificatione templi & pace regni non Chriſtus ipſe.

Quod ſimilis in Pſalmo octogeſimooctauo ſit prophetia de Chriſto,his quæ in Regnorum libris Nathan prophetante promittuntur. Caput IX.

Propter quod & in Pſalmo octogeſimooctauo , cuius eſt titulus , Intellectus ipſi Aethan [a] Iſraëlitæ : commemorantur promiſ-
ſiones dei factę regi Dauid,& iſtis quæ in li-
bro Regnorum ſunt poſita,quædam ibi ſimilia dicun- Pſal.88.
tur,ſicut eſt: Iuraui Dauid ſeruo meo, vſq; in æternum
præparabo ſemen tuum. Et iterum,Tunc locutus es in
aſpectu [b] filiis tuis, & dixiſti : Poſui adiutorium ſuper
potentem,& exaltaui electum de populo meo . Inueni
Dauid ſeruum meum , in oleo ſancto meo vnxi eum.
Manus enim mea auxiliabitur ei , & brachium meum
confortabit eum. Non proficiet inimicus in eo, & fili-
us iniquitatis non apponet nocere ei. Et concidam à fa F
cie eius inimicos eius, & eos qui oderunt eum fugabo.
Et veritas mea & miſericordia mea cum ipſo,& in no
mine meo exaltabitur cornu eius . Et ponam in mari
manum eius,& in fluminibus dexteram eius . Ipſe in-
uocabit me,pater meus es tu,deus meus & ſuſceptor ſa
lutis meę. Et ego primogenitum ponam illũ,excelſum
apud reges terræ . In æternum ſeruabo illi miſericor-
diam meam,& teſtamentum meum fidele ipſi. Et po-
nam in ſeculum ſeculi ſemen eius,& thronũ eius ſicut
dies cœli . Quæ omnia de domino Ieſu intelliguntur
ſub nomine Dauid [c],propter formam ſerui , quam de
ſemine Dauid idem mediator aſſumpſit ex virgine.
Continuo etiam dicitur de peccatis filiorum eius tale
aliquid,quale in Regnorum libro poſitum eſt, & quaſi
de Salomone procliuius accipitur.Ibi namque, hoc eſt
in Regnorũ libro: Et ſi venerit, inquit, iniquitas eius, 2.Reg.7.
redarguam illum in virga virorum [d],& in tactibus fi-
liorum hominum [e],miſericordiam autem meam non
amoueã ab eo:tactibus ſignificans plagas correptionis.
Vnde illud eſt , Ne tetigeritis Chriſtos meos . Quod 1.Paral.15.
quid eſt aliud,quàm ne læſeritis ? In Pſalmo verò cum Pſal.104.
ageret tanquam de Dauid, vt quiddam eiuſmodi etiã
ibidi.

G ibi diceret, Si dereliquerint, inquit, filij eius legem meam, & in iudiciis meis non ambulauerint: Si iustificationes meas prophanauerint, & mandata mea non cu-
Psal.88. stodierint: Visitabo in virga iniquitates eorũ, & in flagellis delicta eorum:* misericordiam autem meam nõ
*aliâs uer-beribus pec-cata eorũ. dispergam ab eo. Non dixit, ab eis, cum loqueretur de filiis eius, non de ipso: sed dixit, ab eo: quod bene intelle-ctum tantumdem valet. Non enim Christi ipsius, qui est caput Ecclesiæ, possent inueniri vlla peccata, quæ o-pus esset humanis correptionibus seruata misericordia, diuinitùs coërceri, sed in eius corpore ac mẽbris, quod populus eius est. Ideo in libro Regnorũ, iniquitas eius dicitur: in Psalmo autem, filiorũ eius: vt intelligamus de ipso dici quodammodo, quod de eius corpore dici-tur, propter quod etiam ipse de cœlo, cùm corpus eius, quod sunt fideles eius, Saulus persequeretur: Saule, in-quit, Saule quid me persequeris? Deinde in consequen-tibus Psalmis: Neque nocebo, inquit, in veritate mea, neque prophanabo testamentum meum, & quæ proce-dunt de labiis meis nõ reprobabo. Semel iuraui in san-cto meo, si Dauid mentiar: id est, nequaquam.[f] Dauid.
H mentiar. Solet enim sic loqui scriptura. Quid autẽ nõ mentiatur, adiungit & dicit, Semen eius in æternũ ma-nebit: & sedes eius sicut sol in cõspectu meo, & sicut lu-na perfecta in æternum, & testis in cœlo fidelis.

a INtellectus ipsi Aethan.) Græcè sic, αωλεωω ἀιθὰμ τῷ ἰσραηλίτη. vnde intellectus paterni est casus. Hebraice est, Intellectus Aethan Ezraitæ. Hiero. iste Psalmus in multis vocibus continetur. habet enim vocem patris ad filium, filij ad patrem, Ecclesiæ ipsiusq; Prophetæ vel Apostolorum. b Tunc locutus es in aspectu.) In visione Græcè, ἐν ὁράσει, Aspectus etiam dici potest. c Quæ omnia de domino Iesu intelliguntur sub nomine Dauid.) Alibi sic: Quæ omnia de domino Iesu intelliguntur, quãdo recte intelliguntur sub nomine Dauid. d Redarguã illum in virga virorum.) Puto bellum intelligi, quo sæpe gentes & populi puniuntur. e Et in tactibus filiorum hominum.) Per hoc alias incommoditates minores significari censent. f Si Dauid mentiar: id est, nequaquam.) Mos est loquendi in sacris literis: vt ibi, Si introibunt in requiem meam.

Quàm diuersa acta sint in regno terrenæ Hierusalẽ, ab his quæ promiserat deus, ut intelligeretur promissionis ueritas ad alterius regis & regni gloriã pertinere. Cap. X.

I POst hæc tantæ promissionis validissima firmamenta, ne putarentur in Salomone completa, tanquam id speraretur, nec inueniretur: Tu vero, inquit, repulisti, & ad nihilum deduxisti. Hoc quippe factum est de regno Salomonis in poste-ris eius vsq; ad euersionem ipsius terrenæ[a] Hierusalem quæ regni eiusdem sedes fuit: & maxime ipsius templi labem, quod fuerat à Salomone constructum. Sed ne-ob hoc putaretur deus contra sua promissa fecisse, con-tinuo subiecit: Distulisti Christum tuum. Non est er-go ille Salomon, sed nec ipse Dauid, si dilatus est Chri-stus domini. Cum enim Christi eius dicerentur omnes reges mystico illo chrismate consecrati: non solũ
1.Reg.10. à rege Dauid & deinceps, sed ab illo etiam Saüle, qui
1.Reg.24. populo eidem rex primus est vnctus: ipse quippe Da-uid eum Christum domini appellat: erat tamen vnus verus Christus, cuius illi figuram prophetica vnctione gestabant: qui secundum opinionem hominum, qui eum putabãt in Dauid vel in Salomone intelligendũ, differebatur in longum: secundum autem dispositio-nem dei venturus suo tẽpore parabatur. Interea dũ ille differtur, quid factum sit de regno terrenæ Hierusalẽ,
Psal.88. vbi sperabatur vtiq; regnaturus: secutus iste Psalmus adiunxit atq; ait: Euertisti testamentum serui tui, pro-phanasti in terra sanctitatem eius. Destruxisti omnes macerias eius, posuisti munitiones eius in formidinẽ. Diripuerunt eum omnes transeuntes viam, factus est K
opprobrium vicinis suis. Exaltasti dexteram inimi-corum eius, iucundasti omnes inimicos eius. Auer-tisti adiutorium gladij eius, & non es opitulatus ei in bello. Dissoluisti eum ab emundatione, sedem eius in terram collisisti. Minuisti dies sedis ei[b] perfudisti eũ confusione. Hęc omnia venerunt super ancillam Hie-rusalem, in qua regnauerunt nonnulli etiam filij libe-ræ, regnum illud tenentes in dispẽsatione temporali: regnum autem cœlestis Hierusalem, cuius erant filij Gala.4.
in vera fide habentes, & in vero Christo sperantes. Quomodo autem ista venerint super illud regnum, index est rerum gestarum, si legatur historia.

V Sque ad euersionem ipsius terrenæ.) De hoc tertio Regum. xxv. a
b Minuisti dies sedis eius.) Vulgo temporis eius. Et sic Græce: τοῦ χρόνου αὐτοῦ.

De substantia populi dei, quæ per successionem carnis in Christo est, qui solus eruendi animam suam ab inferis habuit potestatem. Cap. XI.

P OST hæc autem prophetata ad precandum deum Propheta conuertitur: sed & ipsa pre-catio prophetatio est. Vsquequo domine a-
Psal.88. uertis in finem? subauditur faciem tuam. si-
L cut alibi dicitur: Vsquequo auertis faciem tuam à me? Nam ideo quidam codices hic nõ habent, auertis[a], sed auerteris: quanquam possit intelligi, auertis misericor-diam tuam, quam promisisti Dauid. Quod autem di-xit, in finem, quid est nisi vsq; in finem? Qui finis in-telligendus est vltimum tempus, quando in Christum Iesum etiam illa gens est creditura, ante quem finẽ il-la fieri oportebat, quę superius erumnosa defleuit. Pro-pter quæ & hic sequitur, Exardescet sicut ignis ira tua: memento quæ est mea substantia. Nihil hic melius, quàm ipse Iesus intelligitur substantia populi huius, ex quo natura est carnis eius. Non enim vane, inquit, con-stituisti omnes filios hominũ. Nisi enim esset vnus fi-lius hominis substantia Israël, per quem filiũ hominis liberarentur multi filij hominum, vane vtiq; cõstituti essent omnes filij hominũ. Nunc vero omnis quidem humana natura per peccatum primi hominis in vani-tatem de veritate collapsa est: propter quod dicit alius
Psal.143. psalmus: Homo vanitati similis factus est, dies eius ve-
M lut vmbra prætereunt. Sed non vane deus constituit omnes filios hominũ: quia & multos à vanitate liberat per mediatorẽ Iesum: & quos liberandos non esse præ-sciuit, ad vtilitatem liberandorum, & comparationem duarum inter se à contrario ciuitatum: non vtiq; vane in totius rationalis creaturæ pulcherrima, atq; iustissi-ma ordinatione constituit. Deinde sequitur: Quis est
Psal.88. homo, qui viuet, & non videbit mortem: eruet animã suam de manu inferi? Quis est iste, nisi θ de θ subs-tantia illa Israël ex semine Dauid, Christus Iesus? De quo dicit Apostolus: Quod surgens à mortuis, iã non mo-ritur, & mors ei vltra non dominabitur. Sic enim vi-
Roma.6. uit, & non videbit mortẽ, vt tamen mortuus fuerit: sed animam suam eruerit de manu inferi: quia propter[b] quorundam soluenda peccatorum vincula, ad inferna descenderat. Eruit autem potestate illa, de qua in Euan-gelio dicit, Potestatem habeo ponẽdi animam meam,
Ioan.10. & potestatem habeo iterum sumendi eam.

Q Vidam codices hic non habent auertis.) Sic legimus in nostris codicibus. Græce est, ἕως ποτὲ κόρε ἀποστρέψῃς τὸ πρόσωπόν μου. quod est: Quousq; dñe auerteris in finẽ. Potest etiã esse subiunctiui actiui: sed nullus est sensus. b Quia propter.) In aliis libris: quo propter quorundam soluenda inferna vincula descenderat: vt sit Christo hæc terra inferus, egressus de summo cœlo: sed congruentius quod habetur vulgo.

Ad quo-

A *Ad quorum personam pertinere intelligenda sit flagitatio promissorum: de quibus in Psalmo dicitur: Vbi sunt miserationes tuæ antiquæ domine.* Caput XII.

Psal.88. SEd cætera psalmi huius, quæ ita se habent: Vbi sunt miserationes tuę antiquæ domine, quas iurasti Dauid in veritate tua? Memẽto domine opprobrij seruorum tuorum, quod continui in sinu meo multarum gentium. Quod ex-probrauerunt inimici tui domine: quod exprobrauerũt commutationem Christi tui: vtrum ex persona dicta sint illorum Israëlitarum, qui desyderabant reddi sibi promissionem, quæ facta est ad Dauid, an potius Chri-stianorum, qui non secundum carnem, sed secundum spiritum sunt Israëlitæ, meritò quęri potest. Dicta sunt quippe ista, vel scripta tempore, quo fuit Aethan[a]: de cuius nomine titulũ iste psalmus accepit: & idem tem-pus regni Dauid fuit: ac per hoc nõ diceretur: Vbi sunt miserationes tuæ antiquæ domine, quas iurasti Dauid in veritate tua: nisi eorum personam in se propheta transfiguraret, qui longè postea futuri erãt: quibus hoc tempus esset antiquũ, quando regi Dauid ista promis-
B sa sunt. Potest autẽ intelligi[b] dictum hoc esse propter multas gẽtes, quando persequebãtur Christianos: pro-phetam reprobasse illis passionem Christi, quam scri-ptura commutationem vocat: quoniam moriendo im-mortalis est factus. Potest & commutatio Christi secũ-dum hoc accipi exprobrata Israëlitis: quia cum eorum speraretur futurus, factus est gentium, & hoc eis nunc exprobrant multæ gentes, quę crediderunt in eum per nouum testamentum, illis in vetustate remanentibus: vt ideo dicatur, Memẽto domine opprobrij seruorum tuorum: quia non eos obliuiscente, sed potius miserãte domino, & ipsi post hoc opprobriũ crediturí sunt. Sed ille quem prius posui, conuenientior sensus mihi vide-tur. Inimicis enim Christi, quibus exprobratur, quod eos ad gentes transiens reliquerit Christus, incongrue
Psal.88. vox ista coaptatur: Memẽto domine opprobrij seruo-rum tuorum: non enim serui dei vocandi sunt tales Iu-dæi: sed eis verba ista competunt, qui cum graues hu-militates persecutionum pro Christi nomine pateren-tur, recordari potuerũt excelsum regnum semini Da-
C uid fuisse promissum: & eius desiderio dicere, non de-sperando, sed petẽdo, quęrendo, pulsando: Vbi sunt mi-serationes tuæ antiquæ domine, quas iurasti Dauid in veritate tua? Memento domine opprobrij seruorũ tuo-rum, quod continui in sinu meo multarum gentium: hoc est, in interioribus meis patienter pertuli. Quod exprobrauerũt inimici tui domine: quod exprobraue-runt commutationem Christi tui: non eam putantes mutationẽ, sed cõsumptionem. Quid est autẽ, memen-to domine, nisi vt miserearis, & pro tolerata patienter humilitate mea, reddas celsitudinem, quã iurasti Da-uid in veritate tua? Si autem Iudæis assignemus hæc verba: illi serui dei talia dicere potuerũt, qui expugna-ta terrena Hierusalẽ, antequam Iesus Christus huma-nitus nasceretur, in captiuitatem ducti sunt intelligen-tes commutationem Christi, quia scilicet non per eum terrena carnalisq; fœlicitas, qualis paucis annis regis Salomonis apparuit, sed cœlestis, ac spiritalis esset fide-liter expectanda: quam tunc ignorans infidelitas gen-tium, cum dei populũ exultabat, atq; insultabat esse ca-ptiuum: quid aliud, quàm Christi cõmutationem, sed scientibus nesciens exprobrabat? Et ideo quod sequitur
Psal.88. vbi psalmus iste cõcluditur: Benedictio domini in æter-num: fiat, fiat: vniuerso populo dei ad cœlestem Hieru-D
salem pertinenti, siue in illis qui latebãt in testamento veteri, antequam reuelaretur nouũ, siue in his qui iam testamento nouo reuelato manifeste pertinere cernun-tur ad Christũ, satis cõgruit. Benedictio quippe domi-ni in semine Dauid, nõ ad aliquod tempus qualis die-bus Salomonis apparuit, sed in æternũ speranda est, in qua certissima spe dicitur: fiat, fiat. Illius enim spei est confirmatio verbi huius iteratio. Hoc ergo intelli-gens Dauid ait in.ij. Regno. lib. vnde ad istum psalmũ 2.Reg.7.
digressi sumus: Et locutus es pro domo serui tui in lon-ginquũ. Ideo autem pòst paululum ait: Nunc incipe, & benedic domum serui tui vsq; in ęternũ, & cętera: quia tunc geniturus erat filiũ, ex quo progenies eius duceretur ad Christũ, per quẽ futura erat domus eius æterna, eademq; domus dei. Domus enim Dauid propter ge-nus Dauid, domus autem dei eadẽ & ipsa propter tem-plum dei, de hominibus factũ, non de lapidibus, vbi ha-bitet in æternum populus cũ deo & in deo suo, & deus cum populo atq; in populo suo, ita vt deus sit implens populum suũ, & populus plenus deo suo, cum deus erit omnia in omnib[o]: ipse in pace prę miũ, qui virtus in bel 2.Cor.15.
lo. Ideo cum in verbis Nathan dictum sit: Et enũciauit 2.Reg.7.
tibi dominus, quoniam domũ ædificabis ipsi. Postea di-E
ctum est in verbis Dauid: Quoniam tu dominus om-nipotens deus Israël, reuelasti aurem serui tui, dicens: Domum ædificabo tibi. Hanc enim domũ & nos ædi-ficamus bene viuendo: & deus vt bene viuamus, opitu-lando. Quia nisi dominus ædificauerit domum, in va-
Psal.126. num laborabunt ędificantes eam. Cuius domus cũ ve-nerit vltima dedicatio, tũc fiet illud quod hic per Na-than locutus est deus, dicens: Et ponam locum cum po 2.Reg.7.
pulo meo Israël, & plantabo illum & inhabitabit seor-sum, & nõ solicitus erit vltra: & nõ apponet filius ini-quitatis humiliare eum, sicut ab initio à diebus, quibus constitui iudices super populum meum Israël.

T Empore quo fuit Aethan.) Aethan & Asaph cantores fuerunt ęneorum cymbalorum, Dauide rege, ad arcam domini. j. Para-a
lippo. xv. vulgo Aethan Israëlita dicitur & Latine & Græce, vt Aethan.
in tit. psalmi. lxxxviij. sed arbitror Iezraëlitam vocandum à Iezraël oppido tribus Iuda in termino Isachar inter Scythopolim & le-gionem, aut Efraïtam ab Efrom, quæ est Assur in eadẽ tribu, ex Hebræo Hieronymus Ezraïtam vertit, quomodocũq; nominetur. Israëlitam nõ appellandum certum est. nemo enim patriæ nomine sic dicitur. b Po-test autem intelligi.) Alibi sic, Potest autem intelligi multas gentes quã-do persequebantur Christianos exprobrasse illis passionem Christi. F

An promissæ pacis ueritas illius temporibus possit adscribi, quæ sub Salomone fluxerunt. Cap. XIII.

N OC tam magnum bonũ quisquis in hoc secu-lo & in hac terra sperat, insipienter sapit. An quispiam putabit in pace regni Salomonis id esse completum? Pacem quippe illa scriptura in vmbra futuri, excellenti prædicatione commendat. Sed huic suspitioni vigilanter occursum est, cum posteaquam dictum est, Et non apponet filius iniquitatis humilia-Psal.88.
re eum: continuo subiunctum est, Sicut ab initio à die-2.Reg.7.
bus, quibus constitui iudices super populum meum Is-raël. Iudices nãq;, prius quàm reges ibi esse cœpissent, super illum populũ fuerãt constituti, ex quo terrã pro-missionis accepit. Et vtiq; humiliabat eum filius ini-quitatis, hoc est, hostis alienigena, per interualla tem-porum, quibus leguntur paces alternasse cum bellis: & inueniuntur illic pacis tempora prolixiora quàm Sa-lomon habuit, qui quadraginta regnauit annos. Nam 3.Reg.11.
sub eo iudice, qui appellat[o] est Aod, octoginta annis pa-cis fuerunt. Absit ergo vt Salomonis tempora in hac promissione prædicta esse credãtur: multo minus vtiq;

cuiusli-

G cuiuslibet regis alterius. Non enim quisquam eorũ in tanta quanta ille pace regnauit:nec vnquam omnino gens illa ita regnũ tenuit,vt solicita non fuerit,ne hostibus subderetur:quia in tanta mutabilitate rerum humanarum nulli aliquando populo cõcessa est tanta securitas,vt huic vitæ hostiles non formidaret incursus. Locus ergo iste,qui promittitur tam pacatæ ac securæ habitationis æternus est, æternisq; debetur in matre Hierusalem libera, vbi erit veraciter populus Israël: hoc enim nomen interpretatur videns deum [a]. Cuius præmij desyderio pia per fidem vita in hac erumnosa peregrinatione ducenda est.

a Hierosolyma.

HOc enim nomen interpretatur videns deum.) Hiero.ad Dardanum,Hierosolymam scribit primum dictam Iebus,deinde Salem,tertio Hierusalem,postremo Aeliam. Salem interpretatur pax:sicut etiam dicit Apost.ad Hebrēos:Hierusalem pacis visio. Hanc esse Salem, in qua Melchisedech regnauit, tradunt Iosephus,& Aegesippus.Aelia nominata est ab Aelio Adriano Cæsare,qui à Tito dirutam instaurauit,maiore murorum ambitu. Gentiles eam Solymas,& Solymos,& Hierosolymam nominarũt.Sunt qui à Pisidis Lyciæ,quos veteres σολύμους dixere:aut à populis in Asia Pontica Solymis quos iuteriisse cum Lelegibus & Bebrycibus perhibet Eratosthenes.Eupolemus verò,vt Euseb.scribit,à Solomone Solymos deducit, & Hierosolymam quasi ἱερὴν τοῦ σολόμωνος.quo nomine etiam ab Homero esse
H vocatam,sunt qui credant. Cæterùm Iosephus libr.vij.Solymam esse dictam temporibus Abrahæ narrat. Hinc cùm Dauid è Iebuzæis captæ vrbi iunxisset arcem munitioremque fecisset, nominatam esse Hierosolymam.Nam Hebræi munitionem hieron dicunt.Verum non Iebus antequam Salem vocata est,sed contra potius.Nam à Melchisedech putatur condita, qui eam Salem cognominauit. Incoluerúntque ipsam Cananæi,quorum gentis princeps erat Melchisedech:seu,vt Aegesippus vocat,rex iustus.Sic enim patrio dicit nomine appellatum,& si Hieron.in locis Hebraicis,& ad Damasum negat Salem esse Hierusalem,sed esse aliam vrbem in regione Sichen,quæ est in terra Canaan, vbi ostenditur palatium Melchisedech ex multitudine ruinarum veteris operis ostendens magnificentiam. Prætereo quam originem Hierosolymæ Strabo ponit,à Mose,cum hic terram Cananæam nunquam sit ingressus.Tum & illos qui Luzam & Bethel Hierusalem tradunt, cum Bethel sit pagus, vt dixi.

De studio Dauid in positione Psalmorum. Caput XIIII.

PRocurrente igitur per tempora ciuitate dei: primo in vmbra] futuri, in terrena scilicet Hierusalẽ regnauit Dauid. Erat autẽ Dauid
*alids, fideli. I vir in canticis eruditus:qui harmoniam musicam non vulgari voluptate,sed fidei * voluntate dilexerat: eaq; deo suo,qui verus est deus,mystica rei magnæ figuratione seruiẽs:& diuersorum nomine sonorum [a] rationales,moderatosq; cõcentus,concordi varietate compactam bene ordinatæ ciuitatis insinuat vnitatẽ. Denique omnis ferè prophetia eius in Psalmis est,quos centum quinquaginta liber continet,quẽ Psalmorũ vocamus.In quibus nonnulli volunt,eos solos factos esse à Dauid [b],qui eius nomine inscripti sunt.Sunt etiã qui putant nõ ab eo factos,nisi qui prenotantur ipsius Dauid: qui vero habent in titulis, ipsi Dauid, ab aliis factos,personæ ipsius fuisse coaptatos. Quæ opinio voce
Matth.22. euangelica saluatoris ipsius refutatur,vbi ait,quod ipse Dauid in spiritu Christum dixerit esse suum dominũ, quoniam Psalmus centesimus nonus sic incipit: Dixit dominus domino meo,sede à dextris meis:Donec ponam inimicos tuos,scabellum pedum tuorum.Et certe idem Psalmus non habet in titulo, ipsius Dauid [c], sed ipsi Dauid: sicut plurimi.Mihi autẽ credibilius videntur existimare,qui omnes illos centum quinquaginta Psalmos eius operi tribuunt:eumq; aliquos prænotasse etiam nominibus aliorum,aliquid, quod ad rem pertineat figurantibus:cæteros autem nullius hominis nomen in titulis habere voluisse: sicut ei varietatis huius
Psal.64. disPositionem,quanuis latebrosam,nõ tamen inanem
Ps.147.& 148. dominus inspirauit. Nec mouere debet ad hoc nõ credendum, quod nonnullorum nomina Prophetarum, qui longe post Dauid regis tempora fuerunt,quibusdã K Psalmis in eo libro leguntur inscripta:& quę ibi dicũtur,velut ab eis dici videntur. Neque enim non potuit propheticus spiritus prophetanti regi Dauid hæc etiã futurorum Prophetarum nomina reuelare, vt aliquid quod eorum personæ conueniret prophetice cantaretur: sicut rex Iosias [d] exorturus & regnaturus post an-
3.Reg.13. nos amplius quàm trecentos, cuidam prophetæ, qui
4.Reg.23. etiam facta eius futura prædixit,cum suo nomine reuelatus est.

ET diuersorum nomine sonorum.) Alibi, mystica rei magnæ figuratione seruierit diuersorum enim eius sonorum.Hi soni exposita sunt primo lib.τῶν παρειλημμένων,cap.xv.De interpretatione instrumenti Psalterij August.in procemio quinquagenarũ dicit propterea diuinis esse rebus aptũ, quòd ad superiora totus eius feratur concentus. b In quibus nonnulli volunt eos solos factos esse à Dauid.) Ciuis meus Iacobus Peres,qui postremus in Psalmos longa cõmentaria scripsit,non tam disserta,quàm erudita operis initio disputat de authoribus Psalmorum,dicítque hanc quæstionem ante Origenem non fuisse inter Iudæos ambiguam. Omnes enim & crediderunt,& sic prodidere literis,omnes Psalmos Dauidis esse authoris.Postea vero quã Origenes ingenio illo exacto & eruditione varia summáq; cœpit ostendere quæcunque in prophetis continebantur ad Christum iam natum pertinere multum irritauit Iudæos etiam ad nouas opiniones veteribus suorum magistrorum contrarias,deprauandosq; quantum possent codices sacros. Itaq; post ea tempora fuisse ex Hebræis nonnullos,qui antiquis assensi vnicum Psalmorum omnium authorem dicerent Dauidem: L alij nouẽ duntaxat eũ fecisse:alij omnes,qui ipsius nomine præscribuntur,cęteros à viris sanctis prophetico esse spiritu cõscriptos,vt filiis Chorę,Asaph,Aethan,Idythim,qui sunt sine titulis, ignorari quorum sint, nisi quod à sanctis hominibus non dubitẽtur conscripti.Istis opinationibus addidisse suam Rabbi Salomonem Gallum hominem insigni impudentia,qui decem Psalmistas sit commẽtus.Melchisedech, Abraham, Mosen filios Chorę,Dauid,Solomonem, Asaph,Idithum, Aethan: at Origenem,Ambrosium,Hilarium,Augustinum,Cassiodorũ vnius Dauid Psalmos omnes opus esse tradere, quibus se ait suffragari: sententiamq; hanc vnicam veram esse multis argumentis colligit: quæ qui desiderat,ex eo petat,licebit: liber non est rarus.Prætereo quæ Hieronymus ad Sophronium & Cyprianum de authoribus Psalmorum dicat. Hæc enim in præsentia fuerint satis. c Non habet in titulo ipsius Dauid.) ἀκλμὴ τῷ δαβίδ,audiui quosdã qui periti habebantur linguæ Hebrææ,quum dicerent,datiuum illum pro genitiuo apud Hebrēos solere vsurpari. d Sicut rex Iosias.) iij.Regum.xiij.

An omnia quæ in Psalmis de Christo & ecclesia prophetantur,ad contextum huius operis coaptanda sint. Cap.XV.

NVnc iam expectari à me video, vt hoc loco libri huius aperiam, quid in Psalmis Dauid de domino Iesu Christo vel eio ecclesia prophetauerit.Ego autem vt hoc non ita faciã, sicut videtur ipsa expectatio postulare: quanuis iam in M vno fecerim,copia quàm inopia magis impedior.Omnia enim ponere vitandę prolixitatis causa prohibeor: vereor autẽ ne cum aliqua elegero, multis qui ea nouerunt, videar magis necessaria præteriisse. Deinde quia testimonium,quod profertur de contextione totius Psalmi,debet habere suffragium: vt certe nihil sit, quod ei refragetur si non omnia suffragantur,ne more centonum [a] ad rem quam volumus, tanquam versiculos decerpere videamur, velut de retrogrado carmine [b],quod non de re illa,sed de alia longeq; diuersa reperiatur esse conscriptum. Hoc autem vt in quocunque psalmo possit ostendi exponendus est totus. Quod quanti operis sit, & aliorum & nostra volumina in quibus hoc fecimus, satis indicant. Legat ergo illa,qui voluerit,& potuerit, inueniet quot & quanta rex Dauid idémq; propheta de Christo & eius ecclesia prophetauerit, de rege scilicet & ciuitate quam condidit.

NE more centonum.) Centones frusta sunt panni coloris varij: hinc versicolores vestes centones dicuntur. Viles etiam a Centones
non modo quibus amicimur,sed quibus quoq; lecti insternũtur,quales ruri & militiæ:vt apud Catonẽ senẽ, & Sisennã historicũ,& Caiũ Cæsarẽ.Metaphorice carmẽ est ex multis alieni poëmatis particulis cõcinnatũ:vt Homerocẽton,seu Græce ὁμηροκέντρων,nã κέντρων vocãt Græci:tũ etiã Vergiliocẽton,qđ nõ vnicũ est.Nã & Probę, & Auso-

A & Ausonij Vergilio centones legimus. b Velut de retrogrado carmine.) Sotadici versus dicuntur retrogradi, quod in contrarium etiam sint versus. Reciprócos vocat Diomedes, qui multa de sotadicis præcipit. Hic enim versus:Musa mihi causas memora,quo numine læso:si recurrat, Læso numine quo memora causas mihi musa, Sotadicus est. Et possunt reuerti in idem genus carminis,vel in diuersum,vt:Pio precare thure cœlestum numina,iambicus.Sotadicus verò pẽtameter fiet:Numina cœlestum thure precare pio.Lasciuũ genꝰ carminis hoc est, vt Quintil.inquit,à Sotade,vt Strabo scribit,repertum,seu vt Diomedes, vsurpatum,quem Martialis cinædum vocat.Porrò in aliis Augu.lib.aptius habetur:velut de grandi carmine,vt fit de grandi poëmate colligi particulas,quas inter se commisceas,& compingas in alium sensum, quàm erãt à poëta dictæ. Quod factitatum est ab his,qui centones compegerunt. Nam quod Vergil.& Homerus de Græcis aut Troianis,dęque bellis dixerant,illi ad Christum,résque diuinas transferunt:Ausonius ad nuptiarum apparatum & progressum.

De his quæ in quadragesimo quarto Psalmo ad Christum & ecclesiam pertinentia,aut apertè dicuntur,aut tropice. Caput XVI.

QVamlibet enim de quacunq; re propriæ sint, atque manifestæ propheticæ locutiones, necesse est,vt eis etiam tropicæ misceantur:quę maxime propter tardiores ingerunt doctioribus laboriosum disputandi exponendiq; negocium:quædam tamen Christum & ecclesiam ipsa prima facie mox vt
B dicuntur, ostendunt: etsi ex ocio restant exponenda,
Psal.44. quæ in eis minus intelliguntur,quale illud est in eodẽ Psalmorum libro:Eructauit cor meum verbum bonũ, dico ego opera mea regi.Lingua mea calamus scribæ, velociter scribentis. Speciosus forma præ filiis hominum:diffusa est gratia in labiis tuis, propterea benedixit te deus in æternum. Accingere gladium tuum circa femur tuum potentissime.Specie tua & pulchritudine tua,intende prospere,procede,& regna. Propter veritatem & mansuetudinem & iustitiam:& deducet te mirabiliter dextera tua.Sagittæ tuæ acutę,potẽtissime. Populi sub te cadent: in corda inimicorum regis. Sedes tua deus in secula seculorũ,virga directiõis virga regni tui.Dilexisti iustitiã,& odio habuisti iniquitatem:propterea vnxit te deus tuus oleo exultationis prę participibus tuis. Mirrha,& gutta,& casia à vestimentis tuis,à domibus eburneis: ex quibus delectauerunt te filiæ regum in honore tuo. Quis non hic Christum, quem prædicamus,& in quem credimus,quamlibet sit tardus,agnoscat: cùm audiat deum, cuius sedes est in secula seculorũ: & vnctũ à deo vtiq; sicut vngit deus,
C non visibili,sed spiritali atque intelligibili chrismate? Quis enim tam rudis est in hac religione, vel tam surdus aduersus eius famã,longe,lateq; diffusam, vt Christum à chrismate,hoc est,ab vnctione,appellatum esse non nouerit? Agnito autem rege Christo,iam cætera, quæ hic tropice dicta sunt,quomodo sit speciosus forma præ filiis hominum:quadam tanto magis amãda, atq; miranda, quanto minus corporea pulchritudine: quis gladius eius, quæ sagittæ, & cætera,isto modo nõ proprie,sed tropice posita: iam,subditus ei,qui regnat, propter veritatem,& mãsuetudinem, & iustitiam,inquirat ex ocio.Deinde aspiciat eius Ecclesiã tãto viro suo spiritali connubio, & diuino amore coniunctam:
Psal.44. de qua dicitur in his quę sequũtur,Astitit regina à dextris tuis,in vestitu deaurato, circumamicta varietate. Audi filia,& vide:& inclina aurem tuam,& obliuiscere populum tuum,& domum patris tui.Quoniam cõcupiuit rex speciẽ tuam: quoniã ipse est dominus deus tuus.Et adorabunt eum filij Tyri in muneribus:vultũ tuum deprecabuntur diuites plebis.Omnis gloria eius filiæ regis intrinsecus in fimbriis aureis, circũamicta varietate. Afferent regi virgines post eã:proximę eius afferentur tibi.Afferentur in lętitia & exultatione:ad-
ducẽtur in templum regis.Pro patribus tuis nati sunt D tibi filij: cõstitues eos principes super omnem terram: Memores erũt nominis tui domine: in omni generatione,& progenie [a].Propterea populi cõfitebuntur tibi in æternũ:& in seculum seculi.Non opinòr quenquam ita desperare,vt hic aliquam mulierculã prædicari credat,atq; describi:coniugem videlicet illius,cui dictum est:Sedes tua deus in secula seculorũ:virga directionis, virga regni tui.Dilexisti iustitiã, & odio habuisti iniquitatem: propterea vnxit te deus tuus oleo exultationis,præ participibus tuis:Christum vtiq; prę Christianis.Hi sunt enim participes eius,ex quorũ in omnibus gentibus vanitate atq; concordia fit ista regina:sicut & in alio Psalmo de illa dicitur:Ciuitas regis magni.Ip- Psal.47.
sa est Sion spiritaliter.Quod nomen Latine interpretatum,speculatio est.Speculatur enim futuri seculi magnum bonum: quoniam illuc dirigitur eius intentio. Ipsa est & Hierusalẽ eodẽ modo spiritaliter:vnde multa iam diximus:eius inimica est ciuitas diaboli Babylon:quę confusio interpretatur.Ex qua tamẽ Babylone regina ista in omnibus gentibus regeneratione liberatur:& à pessimo rege ad optimũ regem,id est, à diabo E
lo transit ad Christũ.Propter quod ei dicitur:Obliui- Psal.44.
scere populũ tuum,& domum patris tui.Cuius ciuitatis impiæ portio sunt Israëlitę sola carne,non fide:inimici etiã ipsi magni regis huius,eiusq; reginæ.Ad ipsos enim veniẽs,& ab eis Christus occisus,magis aliorum factus est,quos non vidit in carne [b]. Vnde per cui-
usdam Psalmi prophetiã dicit ipse rex noster: Erues Psal.17.
me de contradictionibus populi cõstitues me in caput gentium.Populus,quem non cognoui seruiuit mihi:in auditu auris obediuit mihi.Populus ergo iste gentium quem non cognouit Christus præsentia corporali: in quem tamen Christum sibi annunciatũ credit,vt merito de illo diceretur: in auditu auris obaudiuit mihi: quia fides ex auditu est.Iste inquam, populus additus veris,& carne,& fide Israëlitis,ciuitas est dei,quæ ipsũ quoq; secundum carnem peperit Christum: quãdo in solis illis Israëlitis fuit. Inde quippe erat virgo Maria, in qua carnẽ Christus vt homo esset,assumpsit. De qua ciuitate Psalmus alius ait,Mater Sion dicet homo [c],& Psal.86.
homo factus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus. F
Quis est iste altissimus,nisi deus? Et per hoc Christus deus antequam in illa ciuitate per Mariã fieret homo, ipse in Patriarchis & Prophetis fundauit eam. Cũ igitur huic reginæ ciuitati dei, tanto ante dictum sit per prophetiam,quod iam videmus impletũ, pro patribus Psal.44.
tuis nati sunt tibi filij, constitues eos principes super omnẽ terram,ex filiis quippe eius per omnẽ terrã sunt præpositi principes cum confiteantur ei populi concurrentes ad eam cum confessione laudis ęternę in seculũ seculi,proculdubio quicquid hic tropicis locutionibus subobscure dictum est,quoquo modo intelligatur, debet his rebus manifestissimis conuenire.

IN omni generatione & progenie.) Alibi generatione & generatione,quod est conformius Lxx. quos Augustinus vbique sequitur. Hi enim sic scriptum reliquerunt ἐν γενεᾷ γενεᾶς, καὶ γενεᾶς, & alioqui ex proprietate Hebraica magnam vim habet idem verbum geminatũ. a
b Quos nõ vidit in carne.) Terram enim gentilium non est Christus, dum inter homines esset, ingressus,nec auditus est aliis populis, quàm Israëlitico:neq; vero refert vnum aut alterum gentilem venisse ad Christum:de populis & nationibus loquor. c Mater Sion dicet homo.) In nostris libris legimus:Nunquid Sion dicet homo? Ex Hebraica veritate vertit Hieronymus ad Sion autem dicetur vir, ex Lxx.vero mater Sion dicet.nam sic est Græce μήτηρ σιὼν ἐρεῖ ἄνθρωπος, sed mendose, vt idem in Psalmum hunc.lxxxvj.declarat. Lxx.enim sic scripserant μήτηρ σιὼν,quid est? quam lectionem spreuerunt multi nõ intelligentes & addiderunt.ᾗ.dixeruntq; μήτηρ σιὼν, & hoc propterea, quoniam sequitur, & homo natus est in ea.

De his

G *De his quæ ad sacerdotium Christi in Psalmo centesimo nono, & de his quæ in Psalmo uigesimo primo ad passionem ipsius spectant.* Cap. XVII.

Sicut etiam in illo Psalmo vbi sacerdos Christus, quemadmodum hic rex apertissimè prædicatur: Dixit dominus domino meo, sede à
Psal.109. dextris meis: Donec ponã inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Sedere Christus ad dexteram dei patris creditur, nõ videtur: eius etiam inimicos poni sub pedibus eius nondum apparet. Id igitur [a] apparebit in fine, nũc hoc vere creditur, pòst videbitur. Verum hoc quod sequitur: Virgam virtutis tuæ emittet dominus ex Sion, dominare in medio inimicorũ tuorum: ita clarum est, vt non solum infideliter, & infœliciter, sed etiam impudenter negetur. Et ipsi quippe fatentur inimici ex Sion missam fuisse legem Christi, quod Euangelium nos vocamus, & eam virgam virtutis eius agnoscimus. Dominari verò eum in medio inimicorũ suorum, fidem ipsi inter quos dominatur dẽ-
H tibus suis frendendo & tabescendo & nihil aduersus eum valendo testantur. Deinde quod paulo pòst dicit, Iurauit dominus & non pœnitebit eum: quibus verbis immutabile futurum esse significat, quod adiungitur, Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech: ex eo, quod iam nusquam est sacerdotiũ & sacrificium secũdum ordinem Aaron, & vbique offertur sub sacerdote Christo, quod protulit Melchisedech
Gene.14. quando benedixit Abraham, quis ambigere permittitur, de quo & ista dicantur? Ad hæc itaque manifesta referuntur, quæ paulo obscurius in eodem Psalmo posita sunt, quæ quomodo rectè intelligantur in nostris iam popularibus sermonibus notum fecimus. Sic & in illo vbi humilitatem passionis suæ per prophetiam
Psal.21. Christus eloquitur dicens: Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea. Ipsi vero consideraueruntⁿ & conspexerunt me. Quibus vtiq; verbis in cruce corpus significauit extentum, manibus pedibusq; confixis, & clauorum trãsuerberatione confossis, eoq; modo se spectaculum considerantibus &
I conspicientibus præbuisse. Addens etiam: Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem. Quæ prophetia quemadmodum impleta sit,
Matth.27. euangelica narrat historia. Tunc profecto & alia recte intelligũtur, quæ ibi minus aperte dicta sunt, cum congruunt his, quæ tanta manifestatione clarueruntⁿ, præsertim quia & illa, quæ non transacta credimus, sed presentia contuemur, sicut in eodem Psalmo leguntur,
Psal.21. tanto ante prædicta, ita nunc exhibita iam toto orbe terrarum cernuntur. Ibi enim paulopòst dicitur: Commemorabuntur & ad dominum conuertentur vniuersæ fines terræ, & adorabunt in conspectu eius omnes patriæ gentium, quoniam domini est regnum, & ipse dominabitur gentium.

a IDigitur.) Alibi melius, id agitur. apparebit in fine etiam nunc hoc creditur de quo Paulus multa & ad Hebræos, & ad Corinthios.

De Psalmo tertio, & de quadragesimo, & de quintodecimo, & de sexagesimoseptimo, in quibus mors & resurrectio domini prophetantur. Caput XVIII.

DE resurrectione quoq; eius nequaquam Psalmorum oracula tacuerunt. Nam quid est aliud quod in Psalmo tertio ex persona eius canitur: Ego dormiui & somnum cepi, & exurrexi quoniam dominus suscepit me? An forte quisquam ita desipit, vt credat velut aliquid magnũ nobis indicare voK luisse Prophetam, quod dormierit, & exurrexerit, nisi somnus iste mors esset, & euigilatio resurrectio, quã de Christo sic oportuit prophetari? Nam & in xl. Psalmo manifestius id ostẽditur, vbi ex persona eiusdem mediatoris, more solito, tanquam præterita narrãtur, quæ futura prophetabantur: quoniam quæ ventura erant iã in prædestinatione & præscientia dei velut facta erãt, quia certa erant [a]. Inimici, inquit, mei dixerunt mala Psal.40.
mihi, quando morietur & peribit nomen eius. Et si ingrediebatur, vt videret, vana locutum est cor eius, congregauit iniquitatẽ sibi. Egrediebatur foras, & loquebatur simul in vnum. Aduersum me susurrabant omnes inimici mei, aduersum me cogitabant mala mihi. Verbum iniquum disposuerunt * aduersum me: nun- *aliàs constituerunt.
quid qui dormit, nõ adiiciet, vt resurgat? Hæc certe ita posita sunt verba, vt nihil aliud dixisse intelligatur, q̃ si diceret: Nunquid qui moritur, non adiiciet, vt reuiuiscat? Superiora quippe demonstrant mortem ipsius cogitasse & disposuisse inimicos eius, & hoc actum esse, L
per eum qui ingrediebatur, vt videret, & egrediebatur, vt proderet. Cui autem hic non occurrat ex discipulo eius factus traditor Iudas? Quia ergo facturi erãt, quod Matth.26.
moliebantur, id est, occisuri erant eum, ostendens illos vana malitia frustra occisuros resurrecturum, sic adiecit hũc versum, velut diceret: Quid agitis vani? Quod vestrum est scelus, meus somnus erit. Nunquid qui dormit, non adiiciet, vt resurgat? Et tamen eos tam magnum nefas non impune facturos consequentibus indicat versibus, dicens: Etenim homo pacis meæ in quo speraui, qui edebat panes meos ampliauit super me calcaneum [b], hoc est conculcauit me. Tu autem, inquit, domine miserere mei & resuscita me, & reddam illis. Quis hoc iam neget qui Iudæos post passionem resurrectionẽq; Christi de sedibus suis bellica strage, & excidio funditus eradicatos videt? Occisus enim ab eis resurrexit, & reddidit eis interim temporaneam disciplinam, excepto quod non correctis seruat, quando M
viuos & mortuos iudicabit. Nam dominus ipse Iesus Ioan.3.
istum ipsum traditorẽ suum per panem porrectũ ostendens Apostolis, hunc etiam versum Psalmi huius cõmemorauit, & in se dixit impletum, Qui edebat panes Psal.40.
meos, ampliauit super me calcaneum. Quod autẽ ait, in quem speraui: non congruit capiti, sed corpori. Neq; enim nesciebat eum ipse Saluator, de quo ante iam dixerat, Vnus ex vobis diabolus est [c]: sed solet in se Ioan.6.
membrorum suorũ transferre personam, & sibi tribuere, quod est illorũ, quia caput & corpus vnus est Christus. Vnde illud in Euangelio: Esuriui, & dedistis mihi Matth.25.
manducare. Quod exponẽs ait: Quando vni ex minimis meis [d] fecistis, mihi fecistis. Se itaq; dixit sperasse, quod tunc sperauerant de Iuda discipuli eius, quãdo est connumeratus Apostolis. Iudæi autem Christũ, quem sperant, moritturum esse non sperant. Ideo quem lex & prophetæ annunciauerunt, nostrum esse non putant, sed nescio quem suum, quem sibi alienum à mortis passione confingunt. Ideo mirabili vanitate atq; cæcitate verba, quæ posuimus, non mortem & resurrectionem, sed somnum & euigilationem significare contendunt. Sed clamat eis etiã Psalmus. xv. Propter hoc iocundatum est cor meum, & exultauit lingua mea: insuper & caro mea requiescet in spe quoniam nõ derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionẽ. Quis in ea spe diceret requieuisse carnẽ suã, vt nõ derelicta anima sua in inferno, sed cito ad

A to ad eam redeunte reuiuiscceret ne corrumperetur, sicut cadauera corrumpi solent, nisi qui die tertio resurrexit? Quod vtique dicere non possint de Propheta & rege Dauid. Clamat lxvij. psalmus: Deus noster deus saluos faciẽdi, & domini domini exitus mortis. Quid apertius diceretur? Deus enim saluos faciendi [e] dominus est Iesus, quod interpretatur Saluator siue salutaris. Nam ratio nominis huius hæc reddita est, quando prius, quàm ex virgine nasceretur, dictum est: Paries fi
Matth.1. lium, & vocabis nomen eius Iesum, ipse enim saluũ faciet populum suum à peccatis eorum. In quorũ peccatorum remissionem, quoniam sanguis eius effusus est, non vtique oportuit eum de hac vita exitus alios habe
Psal.67. re, quàm mortis. Ideo cùm dictũ esset: Deus noster de[e] saluos faciendi: continuò subiunctũ est, & domini exitus mortis [f], vt ostenderetur moriendo saluos esse facturus. Sed mirando dictum est, & domini, tãquam diceretur, Talis est ista vita mortalium, vt nec ipse dominus aliter ab illa exiret, nisi per mortem.

a ET præscientia dei velut facta erant, quia certa erant.) Vetus exemplar non habet, quia certa erant: & videtur additum ab aliquo ceu scholium. b Super me calcaneum.) ἐπέρευσε μοι, supplantationem. ἐπέρνα enim est calcaneus, supplantatio est in luctatoribus, cum alter pede suo crus alterius subtollit, quo altero tantum innixum crure facilius prosternat. Græci ἐπτερνίζειν dixerunt à calcaneo, nos supplantare à planta pedis parte. Est etiam ἀλλὰ πτερνισὰς ἐπτερνίζει ἀκάστοτε fallere. c Vnus ex vobis diabolus est.) Codex Brugeñ. sic legit: vnus ex vobis me tradet, & vnus ex vobis diabolus est. Duo sunt loci diuersis capitibus Euang. Ioannis, prius illud. xiij. posterius. vj. at diabo
B lus dicitur Iudas. q. calumniator & delator. d Quando vni ex minimis meis.) Alibi quod vni, Græcè est ἑφ' ὅσον, hoc est quantum. e Deus enim saluos faciendi.) Ὁ θεὸς τοῦ σῴζειν. q. deus qui seruare possit, aut soleat: proprietas illa Græca vix potest Latina lingua exprimi, nisi quis malit per nomen dicere, quod alibi deus salutis. Exitus mortis.) Ne quis fallatur, exitus rectus est pluralis, non genitiuus singularis. ἐξ θανάτου ἐξόδοι τοῦ θανάτου.

De Psalmo. LXVIII. in quo Iudæorum pertinax infidelitas declaratur. Cap. XIX.

SEd vt Iudæi tam manifestis huius prophetię testimoniis, etiam rebus ad effectum tam clarum certumq; perductis omnino non cre-
*alìs, cedãt. dant *, profectò in eis illud impletur, quod in eo Psalmo, qui hunc sequitur, scriptum est. Cùm enim & illic ex persona Christi, quæ ad eius passionem pertinent propheticè dicerentur, commemoratum est,
Matth.17. quod in Euangelio patuit: Dederunt in escam meam
Psal.68. fel, & in siti mea potum mihi dederunt acetum. Et velut post tale conuiuium epulasq; sibi huiuscemodi ex-
C hibitas, mox intulit: Fiat mensa eorum coram ipsis in muscipulam [a] & in retributionem, & in scãdalum: obscurentur oculi eorum ne videant, & dorsum eorum semper incuruа: & cætera, quæ nõ optando sunt dicta, sed optandi specie prophetando prædicta. Quid ergo mirum, si hæc manifesta non vident, quorũ oculi sunt obscurati, ne videant? Quid mirum si cœlestia non suspiciunt, qui vt in terrena sint proni, dorsum eorũ semper incuruum est? His enim verbis translatis à corpore vitia significantur animorum. Ista de Psalmis, hoc est, de prophetia regis Dauid, satis dicta sunt, vt aliquis modus sit. Ignoscant autem, qui hæc legunt, & cuncta illa nouerunt, & de iis quæ fortasse firmiora me prætermisisse vel intelligunt, vel existimant, nõ quærãtur.

a MEnsa eorum coram ipsis in muscipulam.) Εἰς παγίδα in laqueum. Hic muscipulam dixit, quæ tenditur ad captandos mures.

De regno ac merito Dauid, & de filio ipsius Salomone, eaq; prophetia, quæ ad Christũ pertinens inuenitur, uel in eis libris, qui scriptis ipsius copulantur, uel in eis quos ipsius esse non dubium est. Caput XX.

REgnauit ergo Dauid in terrena Hierusalem, D
filius cœlestis Hierusalem, diuino multum testimonio prædicatus, quia & delicta eius tãta pietate superata sunt per saluberrimã pœnitẽdi humilitatem, vt prorsus inter eos sit, de quibus ipse ait: Beati Psal.31.
quorum remissę sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Post hunc regnauit eidem populo vniuerso Salomon eius filius, qui vt supra dictum est, patre suo 1.Reg.1.
viuente cœpit regnare. Hic bonis initiis, malos exitus [a] σ.2.
habuit. Quippe secundæ res, quæ sapientium animos fatigant, magis huic obfuerunt, quàm profuit ipsa sapientia, etiam nunc & deinceps memorabilis, & tunc longe lateq; laudata. Prophetasse etiã ipse reperitur in suis libris, qui tres recepti sunt [b] in authoritatem canonicam. Prouerbia, Ecclesiastes, & Canticum canticorũ. Alij vero deo quorum vnus Sapiẽtia, alter Ecclesiasticus dicitur, propter eloquij nonnullam similitudinem vt Salomonis dicantur obtinuit consuetudo. Non autem esse ipsius non dubitãt doctiores, eos tamen in authoritatem maxime occidẽtalis antiquitus recepit ecclesia, quorum in vno qui appellatur Sapientia [c] Salomonis, passio Christi apertissime prophetatur. Impij quippe interfectores eius cõmemorantur dicentes: Circumueniamus iustum, quoniam insuauis est nobis, & Sap.2.
cõtrarius est operibus nostris, & improperat nobis peccata E
legis, & infamat in nos peccata disciplinæ nostrę. Promittit scientiam dei se habere, & filium dei se nominat. Factus est nobis in traductionem cogitationũ nostrarum. Grauis etiã nobis est ad videndum, quoniã dissimilis est aliis vita illius, & immutatę vię eius. Tãquam nugaces æstimati sumus ab illo, & abstinet se à viis nostris, quasi ab immunditiis. Præfert nouissima iustorũ, & gloriatur patrẽ se deum habere. Videamus Ibidem.
ergo si sermones illius veri sint, & tentemus quæ ventura sunt illi, & sciemus quæ erunt nouissima illius. Si enim iustus est filius dei suscipiet illũ, & liberabit eum de manu contrariorũ. Contumelia & tormẽto interrogemus illum, vt sciamus reuerentiã illius & probemus patientiam ipsius. Morte turpissima condemnemus illũ, erit enim ei respectus ex sermonibus illius. Hæc cogitauerunt, & errauerunt excæcauit enim illos malitia ipsorum. In Ecclesiastico autem [d] fides gentium futura Eccles. 36.
prędicitur isto modo: Miserere nostri dominator deus F
omnium, & immitte timorem tuum super omnes gentes, extolle manum tuam super gentes alienas, & videant potentiam tuam, vt sicut coram illis sanctificatus es in nobis, ita corã nobis magnificeris in illis, & agnoscant te secundum, quod & nos agnouimus, quia nõ est deus præter te domine. Hãc sub optandi & precãdi specie prophetiam per Iesum Christum videmus impletam, sed aduersus cõtradictores non tãta authoritate * *aliàs, firmitatem.
proferuntur, quę scripta nõ sunt in canone Iudæorũ. In tribus vero illis, quos Salomonis esse constat, & Iudæi canonicos habent, vt ostendatur ad Christũ, & ecclesiam pertinere, quod in eis eiusmodi reperitur operosa disputatio necessaria est, quæ nos vltra quàm oportet, si nũc adhibeatur extendit. Tamẽ quod in Prouerbiis legitur viros impios dixisse: Abscondamus in terra virum iustum iniuste, absorbeamus vero eũ tanquàm infernus viuentem, & auferamus eius memoriã de terra, possessionem eius preciosam apprehendamus: non ita obscurum est, vt de Christo & possessione eius ecclesia sine laboriosa expositione non possit intelligi. Tale quippe aliquid etiã dominus ipse Iesus per Euangelicã parabolam ostẽdit dixisse malos colonos. Hic est hæ- Matth. 21.
res, ve-

G res, venite occidamus eum, & nostra erit hæreditas.
Supra.cap. 4. Itemq; illud in eodẽ lib. quod iam ante perstrinximus,
1.Reg.2. cum ageremus de sterili, quæ peperit septem, non nisi
de Christo & ecclesia mox vt fuerit pronunciatũ con-
suetuit intelligi ab eis, qui Christum sapientiã dei esse
Prouer.9. nouerunt. Sapientia ædificauit sibi domum, & suffulsit
columnas septem, immolauit suas victimas, miscuit in
cratere vinum suum, & parauit mensam suam. Misit
seruos suos conuocans cum excellenti prædicatione ad
craterem dicens: Qui est insipiẽs, diuertat ad me. Et in
opibus sensu dixit: Venite, mãducate de panibus meis,
& bibite vinum, quod miscui vobis. Hic certe agnosci-
mus dei sapientiam, hoc est verbum patri coæternum,
in vtero virginali domum sibi ædificasse cor-
pus humanum, & huic tanquam capiti membra ecclesiam subiunxisse, martyrũ victimas immolasse, mẽsam in vino & panibus præparasse, vbi apparet etiã sa-
Psal.109. cerdotium secundum ordinem Mechisedech, insipiẽ-
tes & inopes sensu vocasse, quia sicut dicit Apostolus:
1.Cor.1. Infirma huius mundi elegit deus, vt confunderet for-
Prou.9. tia. Quibus tamen infirmis quod sequitur dicit: Dere-
linquite insipientiam, vt viuatis, & quærite prudentiã,
vt habeatis vitam. Participem autem fieri mẽsæ illius,
H ipsum est incipere habere vitã. Nam & in alio libro,
Eccles.3. qui vocatur Ecclesiastes, vbi ait: Nõ est bonum homi-
ni nisi quod manducabit [c], & bibet: quid credibilius di-
cere intelligitur, quàm quod ad participationem men
sæ huius pertinet, quã sacerdos ipse mediator testamẽ-
ti noui exhibet secundũ ordinem Melchisedech de cor
pore & sanguine suo: Idenim sacrificium successit om-
nibus illis sacrificiis veteris testamẽti, quæ immolabã-
tur in vmbra futuri, propter quod etiam vocem illã in
Psalmo tricesimo & nono eiusdẽ mediatoris per pro-
phetiam loquentis agnoscimus: Sacrificiũ & oblationẽ
noluisti, corpus autẽ perfecisti mihi, quia pro illis om-
nibus sacrificiis & oblationibus corpus eius offertur, &
participãtibus ministratur. Nam istum Ecclesiasten in
hac sententia manducandi & bibendi, quam sæpe repe
tit plurimumq; cõmendat, non sapere carnales epulas
voluptatis, satis illud ostendit, vbi ait, Melius est ire in
Eccles.7. domum luctus, quàm ire in domũ potus. Et paulopòst,
Cor inquit sapientiũ in domo luctus, & cor insipien-
tium in domo epularum. Sed illud magis commemo-
randum existimo de hoc libro quod pertinet ad ciuita
I tes duas, vnã diaboli, alteram Christi, & earum reges
Eccles.10. diabolum & Christum. Væ tibi terra, inquit, cuius rex
adolescens, & princeps tui mane comedũt. Beata tu ter
ra cuius rex tuus filius ingenuorum & principes tui in
tempore comedunt, in fortitudine & non in confusio-
ne. Adolescentem dixit diabolum, propter stultitiam,
& superbiam, & temeritatem, & petulantiam, cæteraq;
vitia, quæ huic ætati assolent abundare: Christum autẽ
filium ingenuorum, sanctorum Patriarcharum perti-
nentium ad liberam ciuitatem, ex quibus est in carne
progenitus. Principes illius ciuitatis mane mãducãtes,
id est, ante horam congruã, quia non expectant oppor
tunam, quæ vera est in futuro seculo fœlicitatem, festi-
nãter beari huius seculi celebritate cupiẽtes. Principes
autem ciuitatis Christi tẽpus non fallacis beatitudinis
patienter expectant. Hoc ait in fortitudine & non in
confusione, quia non eos fallit spes, de qua dicit Aposto
Rom.5. lus, Spes aũt non confundit. Dicit & Psalmus, Etenim
Psal.24. vniuersi qui te expectant non cõfundentur. Iam vero
Canticum canticorum spiritalis quædã sanctarum est
voluptas mentium, in coniugio illius regis & reginæ
ciuitatis, quod est Christus & Ecclesia. Sed hæc volu- K
luptas allegoricis tegminibus inuoluta est, vt desidere-
tur ardentius, videaturq; † iocundius, & appareat spon
sus cui dicitur in eodem Cantico, Aequitas dilexit te, † aliàs, nu-
& sponsa quæ ibi audit, charitas in delitiis tuis. Tacite deturq;.
multa transimus, cura huius operis terminandi. Canti.7.

a HIc bonis initiis malos exitus.) Imitatio Salustij in Catilina-
rio, sicut & id quod sequitur. Quippe secũdæ res &c. b Qui
tres recepti sunt.) Nam alios permultos dicitur conscripsisse.
Iosephus enim sic scribit de eo, Composuit libros de canticis
& modulationibus quinq; mille: parabolarum atq; similitudinũ fecit li-
bros tria milia. Per vnũ quodq; enim arboris genus parabolã duxit, ab
hyssopo vsq; ad cedrũ. eodem modo de iumentis, & de reliquis terrenis,
necnõ aquatilibus, & agri animalibus disputauit. Nullam nãq; naturam
ignorabat, inexaminatãq; præteriit, sed de omnibus philosophatus est,
& disciplinam proprietatũ eorum eminenter exposuit. præstitit autem
ei deus, vt etiam contra dæmones ad vtilitatem hominum, & eorum cu-
ras edi esset, & incantationes instituit, quibus ægritudines soleant miti-
gari, modos etiã curationum, quibus obstricti dæmones ne denuo rede-
ant, effugantur, instituit. Hæc Iosephus. c Quorum in vno qui appel-
latur sapientia.) Hic liber creditur Philonis Iudæi Alexandrini, qui vi-
xit temporibus Apostolorũ, quibus & amicus fuit, tãta in Græco sermo-
ne facundia, vt de illo Græci dixerint, ἢ φιλων ἐπλατωνίζει, ἢ πλάτων φι-
λωνίζει, aut Philo Platonizat, aut Plato Philonizat. d In Ecclesiasti- Philo.
co. Hunc librũ fecit Iesus filius Sirach tempore Ptolomæi Euergetæ re-
gis Aegypti, & Simonis principis sacerdotũ. e Nisi quod manduca-
bit.) In lib. Brugensi, nisi quòd manducabit & bibet. Vulgo nos legimus.
hoc itaque visum est mihi bonum, vt comedat quis & bibat. Græce sic:
οὐ ἀγαθὸν ἐν ᾧ ἔγνω καλὸν τὸ φαγεῖν, καὶ τὸ πιεῖν.

De regibus post Salomonem siue in Iuda siue in Israël. Cap. XXI. L

SAeteri post Salomonem reges Hebræorũ vix
inueniuntur per aliqua ænigmata dictorum
suorũ rerúmve gestarum, quod ad Christum
& Ecclesiam pertineat prophetasse, siue in Iuda, siue in
Israël. Sic enim appellatæ sunt illius populi partes, ex 1.Reg.12.
quo propter Salomonis offensam tẽpore filij eius Ro-
boam qui patri successit in regnũ, deo vindicante diui
sus est. Proinde tribus decẽ quas accepit Hieroboã ser
uus Salomonis, rex eius in Samaria cõstitutus, proprie
vocabantur Israël, quanuis hoc vniuersi populi illius 3.Reg.11.
nomẽ esset. Duabus vero tribubus Iuda, scilicet & Ben-
iamin, quę propter Dauid ne penitus regnũ stirpis eius
fuisset eradicatũ, remanserant subiacẽtes ciuitati Hie-
rusalem, Iudæ nomen fuit, quia ipsa erat tribus vnde
Dauid. Beniamin vero tribus altera ad id regnum, de
quibus dixi, pertinens erat, vnde fuit Saül rex ante Da
uid. Sed simul istæ duæ tribus vt dictum est, Iuda voca
bantur, & hoc nomine discernebãtur ab Israël, quæ ap-
pellabantur proprie decem tribus habentes suum regẽ. M
Nam tribus Leui quoniam sacerdotalis fuit, dei non Nume.3.
regum seruitio mãcipata, tertiadecima numerabatur.
Ioseph quippe vnus ex duodecim filiis Israël, non vnã Gene.48.
sicut cæteri singulas, sed duas trib° fecit, Effrem & Ma
nassem. Veruntamen etiam tribus Leui ad regnũ Hie-
rosolymitanum pertinebat magis: vbi erat dei templũ
cui seruiebat. Diuiso igitur populo, primus regnauit
in Hierusalem Roboam rex Iuda filius Salomonis: & 1.Reg.12.
in Samaria Hieroboam rex Israël seruus Salomonis.
Et cum voluisset Roboam tanquam tyrannidem diu-
isæ illius partis bello persequi, prohibitus est populus
pugnare cum fratribus suis, dicente deo per prophetã
se hoc fecisse. Vnde apparuit nullum in ea re, vel regis
Israël, vel populi fuisse peccatum, sed voluntatem dei
vindicantis impletam fuisse. Qua cognita, pars vtraq;
inter se pacata conquieuit: non enim religionis, sed re-
gni fuerat facta diuisio.

De Hieroboam, qui impietate idololatriæ subditum sibi populum prophanauit, in quo tamen nõ destitit deus & prophetias inspirare, & multos sub idolo-latriæ crimine custodire. Caput XXII.

Verum

A VErũ rex Israël Hieroboã mente peruersa non
credẽs deo, quẽ veracẽ promisso sibi regno da
toq; probauerat, timuit ne veniendo ad tẽplũ
dei, quod erat in Hierusalẽ, quo secundũ diuinã legẽ sa
crificandi causa vniuersæ illi gẽti veniendũ fuit, seduce-
retur ab eo populus, & stirpi Dauid tãq; regio semini
redderetur, instituit idololatriã in regno suo, & popu-
lũ dei secũ simulachrorũ cultu obstrictũ nefanda im-
pietate decepit, nec tamen oino cessauit deus, nõ solum
illũ regẽ, verũ etiã successores eius, & ĩpietatis imita-
tores populũq; ipsũ arguere per Prophetas. Nã ibi exti
terũt & magni illi insignésq; prophetæ, qui etiã mira-
bilia multa fecerũt, Helias, & Helisæus discipulus eius.
Etiã ibi dicenti Heliẹ: Domine prophetas tuos occide-
runt altaria tua suffoderunt, & ego relictus sum solus,
& quærũt animam meam: Respõsum est illic esse septẽ
milia virorum, qui non curuauerunt genua ante Baal.

De uario utriusque regni Hebræorum statu, donec ambo populi in captiuitatem diuerso tempore ducerentur, re-uocato postea Iuda in regnum suum, quod nouissime in Romanorum transit potestatem. Cap. XXIII.

B ITemq; in regno Iuda pertinẽte ad Hierusalẽ
etiã succedentiũ regũ tẽporibus nõ defuerunt
prophetæ, sicut deo placebat eos mittere, vel
ad prænũciandũ quod opus erat, vel ad corripiẽda pec
cata præcipiendãq; iustitiã. Nã & illic, etsi lõge minus
q̃ in Israël, tamen extiterũt reges qui suis impietatibus
deũ grauiter offenderẽt, & moderatis flagellis cũ popu
lo simul plecterentur. Piorũ sanè regũ merita ibi non
parua laudantur. In Israël aũt reges alios magis, alios
minus, oẽs tamẽ reprobos legimus. Vtraq; igitur pars
sicut iubebat diuina prouidentia, vel sinebat, variis &
erigebatur prosperitatibus, & aduersitatibus premeba-
tur: & sic affligebatur, non solum externis, verum et-
iã inter se ciuilibus bellis: vt certis existentibus causis,
misericordia dei, vel ira patesceret, donec eius indi-
gnatione crescente, vniuersa gens illa à Chaldæis de-
bellãtibus, nõ solũ subuerteretur in sedibus suis, sed etiã
ex maxima sui parte trãsferretur in terrã Assyriorum
prius illa pars, quę vocabatur Israël in tribubus decem.
4. Reg.25 Postea vero etiã Iuda euersa Hierusalẽ, & tẽplo illo no
bilissimo, in quibus terris p annos septuaginta captiuũ
C egit ociũ: post quos inde dimissa, tẽplũ quod euersũ fue
rat instaurauit: & quãuis plurimi eius in alienigenarũ
Matth.22. degerẽt terris, nõ habuit tamẽ deiceps duas regni par-
tes, & duos diuersos in singulis partib° reges, sed in Hie
rusalẽ priceps eorũ vnus erat: atq; ad dei tẽplũ, quod ibi
erat, omnes vndiq;, vbicũq; essent, & vndecũq; possent,
per certa tempora veniebant. Sed nec tunc eis hostes
ex aliis gentibus expugnatoresq; defuerunt. Nam etiã
Romanorum iam tributarios [a] eos Christus inuenit.

a NAm etiã Ro. iã tributarios.) Expugnauit Iudæos primũ Gn.
Pompeius Magnus, cosq; fecit Ro stipẽdiarios, Cicerone &
Antonio Coss. Deinceps per præsides Syriæ & procuratores
Iudæę, quos Romani mittebant, res illorũ sunt administratę.
Stipendiũ Rom. pependisse, quũ ex Gẽtiliũ historiis, tum ex multis sacri
Euan. locis ostẽdit: hinc illa interrogatio: Licet ne tributũ dari Cæsari?

De prophetis, qui uel apud Iudæos postremi fuerunt, uel quos circa tempus natiuitatis Christi Euangelica prodit historia. Cap. XXIIII.

1.Esdræ.5 IOsiaũ illo tẽpore, ex quo redierunt de Ba-
bylonia, post Malachiã, Aggæũ, & Zachariã,
qui tũc prophetauerũt, & Esdrã: nõ habuerũt
pphetas, vsq; ad Saluatoris aduentũ: nisi aliũ Zachariã
Lucæ.1. patrẽ Ioãnis, & Helizabet ei° vxorẽ, Christi natiuitate
Lucæ.2. iã proxima, & eo iã nato, Simeonẽ senẽ, & Annã vi-
duã, iãq; grandæuã, & ipsũ Ioannẽ nouissimũ, qui iune-
nis, iã iuuenẽ Christũ, nõ quidẽ futurũ prędixit, sed ta- D
men incognitũ [a] pphetica cognitione mõstrauit: ppter
quod ipse dñs ait: Lex & prophetæ vsq; ad Ioannẽ. Sed Matth.11.
istorũ quinq; prophetatio ex Euangelio nobis nota est:
vbi & ipsa virgo mater domini ante Ioãnẽ pphetasse
inuenitur. Sed hanc istorũ prophetiã Iudæi reprobi nõ
accipiũt: acceperũt autẽ, qui ex eis innumerabiles Euã- 1.Reg.15.
gelio crediderunt. Tũc enim vere Israël diuisus est in
duo: diuisione illa, quæ per Samuẽlẽ pphetã Saüli regi
est immutabilis prænunciata. Malachiã vero, Aggæũ,
Zachariã, & Esdrã, etiã Iudæi reprobi, in authoritatem ca
nonicã receptos nouissimos habẽt. Sũt enim & scripta
eorũ, sicut aliorũ, qui in magna multitudine pphetarũt
perpauci ea scripserunt, quæ authoritatẽ canonis obti-
nerent. De quorũ prædictis quæ ad Christũ ecclesiãq;,
eius pertinent, nonnulla mihi in hoc opere video esse
ponenda: quod cõmodius fiet adiuuante domino, se-
quẽti libro: ne hunc tam prolixum vlterius oneremus.

a SEd tamen incognitum.) Venisse sciebat, sed nondum videbat, nondũ
de facie nouerat, colũbę specie illi declaratus est, & attestatiõe patris.

FINIS.

ELENCHVS E
CAPITVM IN LIB. XVIII.
Diui Aurelij Augustini de Ciuitate dei.

1 De his, quæ vsq; ad tẽpora Saluatoris decẽ & septem voluminibus disputata sunt.
2 De terrenę ciuitatis regibus, atq; tẽporibus, quibus ab exortu Abrahæ sanctorum tempora supputata, conueniunt.
3 Quib° regnãtibus apud Assyrios, atq; Sicyonios, Abrahæ cẽtenario Isaac de promissione sit natus: vel ipsi Isaac sexagenario Esaü & Iacob gemini, de Rebecca sint æditi.
4 De temporibus Iacob, & filij eius Ioseph.
5 De Api rege Argiuorũ, quẽ Aegyptij Serapin nõminatum diuino honore coluerunt.
6 Quo regnante apud Argiuos, quóve apud Assyrios Iacob in Aegypto mortuus sit.
7 Quorum regum tempore Ioseph in Aegypto defunctus sit.
8 Quorum regum ætate Moyses natus sit, & quorum demum iisdem temporibus sit orta religio. † aliis deorũ
9 Quando Athenienśium ciuitas sit condita, & quã causam nominis eius Varro perhibeat. F
10 Quid Varro tradat de nũcupatione Areopagi, & de diluuio Deucalionis.
11 Quo tempore Moyses populum dei de Aegypto eduxerit, & Iesu Naue qui eidem successit, quorũ regum ætate sit mortuus.
12 De sacris falsorũ deorũ, quæ reges Græcię illis tẽporibus instituerunt, quæ ab exitu Israël de Aegypto vsq; ad obitum Iesu Naue dinumerantur.
13 Qualium fabularũ figmenta exorta sint eo tẽpore, quo Hebræis iudices præesse cœperunt.
14 De theologis poëtis.
15 De occasu regni Argiuorũ, quo tẽpore apud Latinos Pic° Saturni fili° regnũ patris prim° accepit.
16 De Diomede post Troiæ excidiũ in deos relato, cuius socij traditi sunt in volucres esse conuersi.
17 De incredibilibus hominũ cõmutationibus, quid Varro crediderit †. † aliàs, tradiderit.
18 Quid credendum sit de transformationibus, quæ arte dæmonũ hominibus videntur accidere.
19 Quod eo tempore Aeneas in Italiã venerit, quo Lapidoth iudex præsidebat Hebræis.

V 20 De succes-

G 20 De ſucceſſione ordinis regni apud Iſraëlitas poſt iudices.
21 De regibus Latij,quorum primus Aeneas & duodecimus Auentinus dij facti ſunt.
22 Quod eo tempore Roma ſit condita, quo regnũ Aſſyriorum intercidit, quo Ezechias regnauit in Iudæa.
23 De Sibylla Erythrea,quæ inter alias Sibyllas cognoſcitur de Chriſto euidentia multa cecinisse.
24 Quod regnante Romulo ſeptem ſapientes claruerint, quo tempore decem tribus,quæ Iſraël dicebantur,in captiuitatem à Chaldæis ductę ſunt, idemq; Romulus mortuus diuino honore donatus eſt.
25 Qui philoſophi enituerint regnãte apud Romanos Tarquinio Priſco, apud Hebræos Sedechia, cum Hieruſalem capta eſt tẽplumq; ſubuerſum.
26 Quod eo tempore, quo impletis ſeptuaginta annis, Iudæorum eſt reſoluta captiuitas, Romani quoque à dominatu ſunt regio liberati.
H 27 De temporibus prophetarum, quorum oracula habentur in libris, quiq; tũc de vocatione gentiũ multa cecinerunt,quando Romanorum regnum cœpit,Aſſyriorumq; defecit.
28 De his quæ ad Euangeliũ Chriſti pertinent, quid Oſee & Amos prophetauerint.
29 Quę ab Eſaïa de Chriſto & eccleſia ſint prędicta.
30 Quæ Michæas & Ionas & Iohel nouo teſtamento congruentia prophetauerint.
31 Quæ in Abdia in Naum & Abacuc de ſalute mũdi in Chriſto prænunciata reperiantur.
32 De prophetia, quæ in oratione Abacuc & cantico continetur.
33 De Chriſto & vocatione gentium, quæ Hieremias et Sophonias prophetico ſpiritu ſint prefati.
34 De pphetia Danielis & Ezechielis,quę in Chriſtum,eccleſiamq; concordat.
35 De trium prophetarum vaticinio, id eſt, Aggæi, I Zachariæ,& Malachiæ.
36 De Eſdra,& Maccabæorum libris.
37 Quod prophetica authoritas omni origine Gentilis philoſophiæ inueniatur antiquior.
38 Quod quædam ſanctorum ſcripta eccleſiaſticus canon propter nimiam nõ receperit vetuſtatem, ne per occaſionẽ eorum falſa veris inſererentur.
39 De Hebraïcis literis,quæ nunquam in ſuę linguę proprietate non fuerunt.
40 De Aegyptiorum mendacciſſima vanitate, quæ antiquitati ſcientiæ ſuæ centũ milia adſcribit annorum.
41 De philoſophicarum opinionum diſſenſionibus, & canonicarum apud eccleſiam concordia ſcripturarum.
42 Qua diſpenſatione prouidentiæ dei, ſcripturæ ſacræ veteris teſtamenti ex Hebræo in Græcum eloquium tranſlatæ ſint, vt vniuerſis gentibus innoteſcerent.
43 De authoritate Septuaginta interpretum: quæ ſaluo honore Hebraïcæ linguæ,omnib° ſit interpretibus præferenda.
44 Quid intelligẽdum ſit de Niniuitarum excidio, cuius denunciatio in Hebræo quadraginta dierũ ſpatio tenditur:in Septuaginta autem tridui breuitate concluditur.
45 Quod poſt inſtaurationem templi,prophetas Iudæi habere deſtiterint:& exinde vſque ad natiuitatem Chriſti continuis aduerſitatibus ſint afflicti,vt probaretur alterius templi ædificationem propheticis vocibus fuiſſe promiſſam. K
46 De ortu Saluatoris noſtri,ſecundum quod verbũ caro factum eſt:& de diſperſione Iudæorũ per omnes gentes,ſicut fuerat prophetatum.
47 An ante tempora Chriſti, aliqui fuerint extra Iſraëliticum genus, qui ad cœleſtis ciuitatis cõſortium pertinerent.
48 Prophetiam Aggæi,qua dixit maiorem futuram gloriam domus dei, quàm primum fuiſſet, nõ in reædificatione templi, ſed in eccleſia Chriſti eſſe completam.
49 De incerta multiplicatione eccleſiæ, qua in hoc ſeculo multi reprobi miſcentur electis.
50 De prædicatione Euãgelij,quæ per paſſiones prędicantium clarior & potentior facta eſt.
51 Quod etiam per hæreticorum diſſenſiones fides catholica roboretur.
52 An credendum ſit quod quidam putant: impletis decem perſecutionibus, quæ fuerunt, nullam L ſupereſſe præter vndecimam, quæ in ipſo Antichriſti tempore ſit futura.
53 De tempore nouiſſimæ perſecutionis occulto.
54 De ſtultiſſimo mendacio Paganorum, quo Chriſtianam religionem non vltra trecentorum ſexaginta quinque annorum manſuram ſpatiũ eſſe finxerunt.

D. AVRELII AVGVSTINI de Ciuitate dei, ad Marcellinum Liber. XVIII.

De his,quæ uſque ad tempora Saluatoris decem & septẽ uoluminibus diſputata ſunt. Cap. I.

DE ciuitatum duarum, quarum dei vna, ſeculi huius eſt altera, in qua nunc eſt, quãtum ad hominum genus pertinet,etiã iſta peregrina, exortu, & procurſu, & debitis finibus, me ſcripturũ eſſe promiſi, cum prius inimicos ciuitatis dei, qui conditori eius Chriſto,deos ſuos præferunt: & liuore ſibi perniciosiſſimo atrociter inuident Chriſtianis: quantũ me adiuuaret eius gratia refelliſſẽ, quod voluminibus decem prioribus feci. De hac vero mea, quã modo commemoraui,tripertita promiſſione,decimum ſequentibus quatuor libris ambarum eſt digeſtus exortus. Deinde procurſus ab homine primo vſq; ad diluuium libro vno, qui eſt huius operis quintusdecimus, atq; inde vſq; ad Abraham,rurſus ambæ ſicut in temporibus, ita & in noſtris literis cucurrerũt. Sed à patre Abrahã vſq; ad regũ tẽpus Iſraëlitarũ,vbi xvj. volumen abſoluimus,& inde vſq; ad ipſius in carne Saluatoris aduẽtũ,quouſq; decimus ſeptimus liber tenditur,ſola videtur in meo ſtilo cucurriſſe dei ciuitas, cũ in hoc ſeculo nõ ſola cucurrerit, ſed ambæ vtiq; in genere humano, ſicut ab initio ſimul ſuo procurſu tẽpora variauerint. Verũ hoc ideo feci, vt prius ex quo apertiores dei promiſſiones eſſe cœperunt vſq; ad eius ex virgine natiuitatẽ,in quo fuerãt,quæ primo promittebãtur impleda,ſine interpellatione [à cõtrario alteri° ciuitatis iſta, M

tal. interpolatione.

quæ

A quæ dei eſt, procurrens diſtinctius appareret, quanuis vſque ad reuelationẽ teſtamenti noui, non in lumine, ſed in vmbra cucurrerit. Nunc ergo quod intermiſeram,video eſſe faciendum, vt ex Abrahæ temporibus, quomodo etiam illa cucurrerit, quãtum ſatis videtur, attingam, vt ambæ inter ſe poſſint conſideratione legentium comparari.

IOANNIS LODO. VIVIS Valentini proœmium in decimum-octauum librum.

VOlumine operis huius duodeuicesimo multa nobis inter tenebras ſpatia fuerunt conficienda,vſiq; plerunque ſumus manuum ductu pro oculis,nec pedem auſi figere,prius quàm vbi figendus eſſet tentaremus,quod fieri obſcuris in locis ſolet:nõ iam in vna ciuitate vnõque populo manendum, vt prius in Romano, ſed per totum terrarum orbem inter procul diſſita peregrinandum regna,& gentes cognoſcendæ iam olim ſublatæ, & regum familiæ ſtemmatáque procul ab hominum memoria ex altiſſimis tenebris cruenda, ac velut ex nocte Cerberus in diem, & in hanc ſolis lucisque faciem extrahendus:attingendum vetuſtiſ. Aſſyrię imperium:at huius vix vel meminiſſe dignati ſunt rerum Græcarum ſcriptores. Repetenda Sicyonia, quæ etiam ferè ignorari voluerunt ipſi,qui geſſerant, cum ne patrũ quidem nomina ſepulchris adſcriberent,vt locupletiſſimus author eſt Pauſanias in gentibus:iam Argiua tractanda,que quoniã antiquiſſima ſunt, B Græcorum opinione,ideo fabulis inuoluta venerũt ad poſteros: his addenda Attica, quibus nobilitandis cum maxima Atticorum ingenia,ſicut par erat, non defuerint, veritas tanta vi eloquentiæ conuelſita non tam ornatur,quàm laborat,nec tam ſe profert,quàm multis amicta tegumentis latet. neque his contentus Auguſtinus, etiam fabulas ceu duriſſimas nuces,iuglandes,aut amygdalas,aut etiam pineas ſpargit,in quibus frangendis non parum ſit negotij,quo nucleum geſtæ rei altiſſimo cortice contectum eruamus. Tum Latina accedunt commentis & diſſidiis ſcribentium incertiſſima facta. Venitur hinc ad Romana,& Græciæ ſapientes non prætermittuntur,de quibus nihil iuuat queri,ne quis me parum merito facere id iudicet. Interfuſa ſunt Hebraïca velut corpore toto venæ, vt curſus duarum ciuitatum dei & mundi apertius explicetur. Si quis adeo multas variásque gentes ac regiones luſtrans etiam ſubinde à peritis de via percontando,tamen ab ea interdum aberraſſet,quis huic nõ putaret ignoſcendum, aut propterea minus induſtrie peregrinationem confectam arbitraretur?nemo mea ſententia. Quod ſi ita eſt,quãto æquius erit mihi veniam dari, ſi quando forte aut caſu quopiam, aut ignorantia in auium aliquod conceſſi, aut villas aliquas & pagos ignobiles hominéſque obſcuros præterij, nec ſalutatos, nec viſos, profectus per loca vt plurimum deſerta,nullis ſubnotata ſignis,inuentis per quàm raris è quibus quærerem,aut quibus ducibus vterer. Antiquitates M. Varronis perierunt,& vita po. R.o. In Aſſyria tantum ab Euſebio ſum edoctus, præter pauca admodum ex Diod.Sicu.& ſi quis eſt alius, ſuppeditata. Erat quidem ad manum libellus,quem Beroſi nomine vendunt bibliopolæ:erant alia quædam Ioannis Annij, quæ non dubito quin admiranda fuiſſent viſa,ſi attuliſſem,nempe portentoſa, & vel ſolo auditu horrenda, ſed ab illis prorſum abſtinui,ne de fece, quod aiunt,viderer haurire,hoc eſt è libellis friuolis, & incertorum authorum,quos ad ſtupefaciendos imperitos lectores Græcia luſit ocioſa: non quod ſi Beroſi C ſciiſſem eſſe,non eſſem per quàm libenter viſus, ſed quod mihi fœturam ſubolebant Græci hominis,vt etiam Xenophõtis æquiuoca, & alia multa,quæ illorum non ſunt, quorum titulos præ ſe oſtentant: quod ſi quis illis delectatur,non procul ſunt petenda,amet,& fruatur fine me duntaxat riuale. Per Sicyoniam duxerunt nos Euſeb.& Pauſanias contenti nũda regum nomina percenſuiſſe, interdum paucis de nonnullis eorum additis verbis,quæ nos lectori non inuidimus. In Iudæa non video qui alij aſciſcendi fuerint duces, quàm certiſſimi illi & fidiſſimi prophetæ, qui ſacras conſcripſerẽ literas:& tamẽ explicuimus interdum,quid prophani ſcriptores de illis ipſis rebus indicarent,ſi modo alia oſtendebãt, quàm ſancti viri,nam vbi inter ſe congruebant ſatis fuit ſanctorum ſententias declaraſſe. Ea cauſa multa Cornelij Alexandri Mileſij Polyhiſtoris de Hebræo populo tacuimus, qui vt aliarum gentium permultarum,ita & Hebræorum res geſtas ex.Lxx. interpretatiõe perſecutus eſt. In Atticis, Argiuis, fabuloſis, Latinis, Romanísque plena manu, quæ ex variis collegimus, impartiti lectori ſumus, complura ſunt curioſioribus iſtarum rerum à nobis data: qui vero eiuſmodi parum oblectantur, haberi etiam alia forſitan ſui guſtus, niſi tam moroſus ſit,& arrogans,vt velit me publicum ſcriptorem ſibi vni & laborare & ſatis facere:cætera lector ex ipſis commentariis cognoſcet.

De terrenæ ciuitatis regibus atque temporibus: quibus ab exortu Abrahæ ſanctorum tempora ſupputata conueniunt. Cap. II.

SOcietas igitur vſquequaque mortalium diffuſa per terras, & in locorum quantiſlibet diuerſitatibus,vnius tamẽ, ciuſdẽmque naturæ quadam communione deuincta, vtilitates, & cupiditates ſuas,quibuſq; ſectantibus,dum id,quod appetitur, aut nemini,aut non omnibus ſufficit: quia non eſt id- D ipſum aduerſum ſeipſam,plerunque diuiditur: & pars partem quæ præualet, opprimit. Victrici enim victa ſuccumbit:dominationi ſcilicet,vel etiã libertati: qualemcunque pacem præferens,ac ſalutem:ita vt magnæ fuerint [a] admirationi,qui perire,quàm ſeruire,maluerunt. Nam in omnibus ferè gentibus quodãmodo vox naturæ iſta perſonuit,vt ſubiugari victoribus mallent, quibus contigit vinci, quàm bellica omniſaria vaſtatione deleri. Hinc factum eſt,vt non ſine dei prouidẽtia,in cuius poteſtate eſt,vt quiſque bello,aut ſubiugetur,aut ſubiuget,quidam eſſent regnis prediti,quidam regnãtibus ſubditi: ſed inter plurima regna terrarum, in quæ terrenæ vtilitatis, vel cupiditatis, eſt diuiſa ſocietas:quam ciuitatem mundi huius vniuerſali vocabulo nuncupamus, duo regna cernimus longe cæteris prouenisse clariora: Aſſyriorum primum, deinde Romanorum, vt temporibus, ita locis inter ſe ordinata, atque diſtincta. Nam quo modo illud prius, hoc poſterius,eo modo illud in Oriente, hoc in Occidente ſurrexit. Denique in illius fine, huius initium confeſtim fuit. Regna cætera, cæterosq; reges: velut appendices E iſtorum dixerim. Ninus ergo iam ſecundus rex erat Aſſyriorum,qui patri ſuo Belo ſucceſſerat,regni illius primo regi,quando in terra Chaldęorum natus eſt Abraham [b]. Erat etiam tempore illo regnum Sicyoniorum admodum paruum, à quo ille vndecũque doctiſſimus Marcus Varro ſcribens de gente populi Romanij,velut antiquo tempore exorſus eſt. Ab his enim Sicyoniorum regibus ad Athenienſes peruenit:à quibus ad Latinos:inde ad Romanos. Sed ante conditam Romam in comparatione regni Aſſyriorum, perexigua iſta commemorantur. Quanuis Athenienſes in Græcia plurimum claruiſse [c] fateatur etiam Saluſtius Romanus hiſtoricus:plus tamen fama,quàm re ipſa. Nã loquens de illis: Athenienſium,inquit, res geſtæ,ſicuti ego exiſtimo,ſatis amplæ,magnificæq; fuerunt:verum aliquanto minores tamen, quàm fama feruntur. Sed quia prouenere ibi ſcriptorũ magna ingenia, per terrarum orbem Athenienſium facta pro maximis celebrantur. Ita eorum, qui fecere, virtus tanta habetur, quantum eam verbis potuere extollere præclara ingenia. Accedit huic ciuitati non parua etiam ex literis & philoſophis gloria: quod ibi potiſſimũ talia ſtudia vi- F guerunt. Nam quantum attinet ad imperium, nullum maius primis temporibus,quàm Aſſyriorum fuit: nec tam longe lateq; diffuſum. Quippe vbi Ninus rex, Beli filius, vniuerſam Aſiam [d], quæ totius orbis ad numerum partium, tertia dicitur:ad magnitudinem vero dimidia reperitur, vſq; ad Libyæ fines ſubegiſſe traditur. Solis quippe Indis [e] in partibus Orientis nõ dominabatur: quos tamen eo defuncto Semiramis vxor eius eſt aggreſſa [f] bellando. Ita factum eſt, vt quicunque in illis terris populi, ſiue reges erant, Aſſyriorum regno, ditioniq; parerent,& quicquid imperaretur,efficerent. Abraham igitur in eo regno apud Chaldæos, Nini tẽporibus natus eſt. Sed quoniã res Græcæ [g] multo ſunt nobis,quàm Aſſyriæ notiores, & per Græcos ad Latinos:ac deinde ad Romanos, qui etiã ipſi Latini ſunt, tẽporum ſeriem deduxerunt, qui gentẽ populi Romani in originis eius antiquitate rimati ſunt:ob hoc debemus,vbi opus eſt, Aſſyrios memorare reges: vt appareat quemadmodũ Babylonia, quaſi prima Roma cũ peregrina in hoc mundo dei ciuitate procurrat. Res autẽ,quas ꝓpter cõparationẽ ciuitatis vtriuſq;, terrenæ ſcilicet, & cœleſtis, huic operi oportet inſerere, magis

Gene.ii.

Gene.ii.

G ex Græcis & Latinis, vbi ipsa Roma quasi secunda Babylonia est, debemus assumere. Quãdo ergo natus est Abrahã, secundi reges erant: apud Assyrios Ninus, apud Sicyonios Europs [h]*. Primi autem, illic Belus, hic Aegialeus [i] fuerunt. Cũ vero egresso Abraham de Babylonia, promisit ei deus ex illo magnam gentem futuram, & in eius semine omnium gẽtium benedictionem. Assyrij quartum regem habebant: Sicyonij quintum: apud illos enim regnabat filius Nini post matrẽ Semiramidem [k], quæ ab illo interfecta [l] perhibetur, ausa filium mater incestare concubitu. Hanc putant nonnulli condisse Babylonem [m], quam quidem potuit instaurare. Quando autem vel quomodo cõdita fuerit, in sextodecimo libro diximus. Filium porrò Nini [n] & Semiramidis, qui matri successit in regnum, quidã etiam ipsum Ninum [o], quidam vero deriuato à patre vocabulo Ninium vocant. Sicyoniorum autem regnũ, tunc tenebat Telexion [p]. Quo regnãte vsque adeo ibi mitia & læta tempora fuerunt, vt eum defunctum velut deum colerent sacrificando & ludos celebrando, quos ei primitus institutos ferunt.

*aliâs, Eorops.

Gene.12.

Gene.10.

H

IOANNIS LODOVICI VIVIS Valentini in.xviij. Lib. de Ciuitate dei D. Augustini commentarij.

a IAtã vt magnæ fuerint.) Vt Numantini, & Saguntini, & illi Opitergini Cæsariani, tum singuli Cato, Scipio, Crassus. b Natus est Abrahã.) Abrahæ non soli sacri meminerunt scriptores, sed ex prophanis plerique velut Hecataeus, qui librum de Abraham nominatim conscripsit, vt Eusebius in Euan. præparat. tradit, & Alexander Polyhistor, qui Abrahamum natum ait decima post inundationem generatione, in Camarine Babyloniæ vrbe, quam alij Vrien vocant, quod Græce χαλδάεραν λίμνη sonat, hoc est, Chaldæorum vrbem, inuentorem apud illos astrologiæ, iustitia & pietate tanta, vt numini gratissimus iussus sit ab eo in Phœnicem migrare, quam gentem rationem syderum aliásque magnas & præstantes artes edocuit, ita facillime regi illorũ cõciliatus est. Nicolaus Damascenus lib. historiarum .iiij. Damasci Abrahamum regnasse scribit, profectum ex Chaldæa cum exercitu. Hinc in Chananęam venisse, quę postea Iudæa dicta est, magnãq; sui & diuturnã apud Damascenos reliquisse memoriam, villámque ibi ostendi, quã Abrahami domum nuncupent, sed cũ fame Chananęa premeretur, in Aegyptum abiisse, congressumq; cum illis sacerdotibus, multum eis profuisse & ad rerum cognitionem & ad pietatem, rationémque morum & vitæ. Alexãder in Heliopoli vixisse eum aliquãdiu perhibet, nec professum se astrologiæ inuentorem, sed à maioribus suis iam inde ab Enoch traditam sibi per manus. Artapanus author est, Hebræos ab Abrahã nominatos, qui annis .xx. in Aegypto fuit, regémque Aegyptium Pharetratem astrorum peritiam docuit, hinc in Syriam reuersum. Melo in libris, quos aduersus Iudæos ædidit, multa de veritate historiæ turbat. nam & tres tantum generationes ponit à diluuio ad Abraham, duásque illũ habuisse vxores, alteram Aegyptiam, alteram ciuem suam: & ex Aegyptia xij. genuisse liberos, principes Arabiæ omnes: è ciue vnicum Isaac, cuius xij. fuerint liberi, quorum tertius fuit Moses, vltimus Ioseph, sed in his omnibus, vt diuina, ita certissima est sacrorum voluminũ historia. c Athenienses in Græcia plurimum claruisse.) Atheniẽsium Respu. diuturnior fuit quàm maior: nam cum latissime dominati sint, quod classibus plurimum possent, solam oram maritimam tenuerunt, eam quæ exposita est ad duo maria, Pamphylium & Aegeũ, vsque ad interioré Bosphoron, nec harum rerum potiti sunt multo supra septuaginta annus. vt Lysias significat [i] τετταρακόντα. d Vniuersam Asiam.) Aliter longe Diony. Alexander, qui Assyriorum regnum exiguam quandam obtinuisse Asiæ partem narrat. e Solis quippe Indis.) India est ea pars mundi, quæ ab Oriente clauditur Oceano Oriẽtali, à meridie Indico Oceano & Prasoide mari, ab Occidente Indo fluuio, vt ait Diodo. omnium post Nilũ maximo, vnde & regio est cognominata, à Septentrione Emode mõte, qui Scythię adiacet, & si nonnullos populos Indoscythas nominãt. Ptolemæus duplicem Indiam facit intra & extra Gangem amnem. De India scripsere plurimi: Herodotus, Diodorus, Strabo, Mela, Stephanus, Plinius, Solinus, & Ptolemæus, & qui res gestas Alexandri memoriæ mãdarunt Græci Latiníque, cuius regis armis illustrata magis est ea orbis pars, quàm vllis peregrinationibus. Nostro æuo certiora sunt facta omnia nauigationibus hominum nostratium. De India ciúsque moribus & felicitate multa Diodorus & Strabo, vterque ex Eratosthene, & Megasthene, qui apud Sadrocotum Indię regem commoratus, res illas perscripsit. f Quos tamen eo def. Sc. v. c. ag. est.) Bene aggressa: bis enim cum illis conflixit, semel ad Indum fluuium, iterum paulo interius: priũ victrix, sed deinde victa recedere coacta est. Diodor. li. iij. Megasthenes apud Strabonem negat vllam vnquam ab Indis missam ad exteras gentes expeditionem, nec eò penetrasse quẽquam bellando præter Herculẽ

*Abraham.

India.

& Liberum patrem. Non Sesostrim Aegyptium regem, non Thraconẽ, non Aethiopem, qui etiam vsque ad Europam peruenere, & Herculis columnas, quò etiam peruasit Nabocodrosorus, quem Chaldæi Herculi quoque præferunt, nec hic India vidit. Idantyrsum vero, qui etiam Aegyptum sit ingressus, ad Indos nõ venisse. Semiramim tentasse vires Indiæ, & antequam inde egrederetur perisse. Cyrum Massagetas solum armis solicitasse Indis intactis. g Sed quoniam res Græcæ.) In regibus Sicyoniis Pausaniam & Eusebium Græcũ vtrumque sequemur. Nã Varronis, aut Latini cuiusquam ea de re monumenta ad nostram ætatẽ nulla peruenerunt. Nec hi ambo ferè aliud quàm nuda nomina recensent: cuius causam fuisse existimo, quòd Sicyonij quũ reges suos sepelirent, nullum erant soliti addere epigrãma, præter nomen sepulti: vt Pausanias ipse inquit ἐν κορινθιακοῖς, vbi de Sicyoniis tradit. Nec in Assyriis magnopere iuuari poterimus aliquo scriptore. Latini enim propè nihil de his narrant. Græci ferè à Nino ad Sardanapalũ, hoc est, à primo ad postremum transiliunt. Sunt qui medios aliquot nominent tantum: nam regnum illud peruetustum in fabulosa reiiciunt tempora: sicut Dionysius facit libro primo: nec multis rebus gestis fuit insigne. Fundato enim per Ninum imperio, & per Semiramidem confirmãto, cæteri penè reges desidiæ se luxuíque tradiderunt, abditi in penitissima maximarum ædium, vt secluśis arbitris liberius suo more atque ingenio viuerent, nulla spectantium veriti iudicia: ita vel regum nomina & quanto quisque tempore regnum tenuissent, piguit Ethesiam vetustissimum scriptorem referre. Verum in aliis regibus gentibúsque plures habebimus, tum Græcos, tum Latinos, è quibus delũmamus. h Apud Sicyonios Europs.) De Sicyoniis regibus hæc sunt apud Pausaniam in Corinthiacis, quæ penè ad verbum interpretabor. Sicyonij, qui Corinthiis sunt vicini, de regione sua narrant Aegialeum Indigenam primum in ea regem fuisse, & ex Peloponneso quantum adhuc Aegialos dicitur iam inde ab illo rege vocari, ipsúmque Aegialiam vrbem primam in illo agro incoluisse, vbi est hodie sacellum Mineruæ arcem esse: estq; Aegialia maritima regio à Sicyone ad Eliden: quanquam etiam Aegialia est in Paphlagonia & alibi. Alij Aegialeam Peloponnesum vocant primũ, sic dictam ab illo rege: hinc Apiam ab Api: postea Argos ab vrbe insigni: postremo Peloponnesus à Pelope. Sed melior est opinio eorum qui ad Iistus maris statuunt Aegialiam. Huius filius, vt ferũt, fuit Europs: huius Telchinus. Telchini Apis, qui ad tantas opes peruenit, vt antequam Pelops ad Olympiam venisset, omnis intra Isthmum regio Apias de illius nomine sit dicta. Apidos filius fuit Thelxion, Thelxionis Aegyrus, huius Thurimachus, huius Leucippus. Leucippo proles mascula nulla fuit: filia vero fuit Calchinia, cui se commiscuit Neptunus, & inde natũ educauit auus Leucippus, & moriens tradidit huic regnum. Puero vero nomen erat Peratos. Quæ in Plemnęo Perati filio contigerunt admiratione videntur digna. Liberi enim huic nati continuo vbi vagirent, expirabant, quoad Ceres oleo remedium adhibuit. Nam quum in Aegialiam venisset, tanquam peregrina mulier filium Plemnæo educauit Orthopolim, cui filia fuit Chrysorthe: hanc peperisse ex Apolline arbitrãtur, vocatũmque puerum Cornum, cui filij fuerunt maior Corax, minor Lamedon. Corace sine liberis decedente eodem tempore Epope* ex Thessalia profectus, obtinuit imperium. Hoc imperante bellicum exercitum aiunt aduersum se primum ingressum: nam antea semper in pace egerant. Hæc Pausanias. Europs vero quadragintaquinque imperauit annis, anno regni eius xxij. natus est Abraham. i Aegialeus.) Hunc Græcorum quidam filium dicunt Inachi fluuij Argiui & Meliæ filiæ Oceani. k Post matrem Semiramidem.) De hac multa Diodo. libro. iij. filiam fuisse ait Decertæ nymphæ, patre incerto, quæ in lacum Ascaloni vrbi proximum præcipitem se dedit, quod virginitatem amisisset: fœtúmque fœminam Semiramidem inter saxa relictam infantem à feris altitibúsque enutritam, matrem ipsam pro dea habitam, cultámque capite tantum humano, reliquo corpore piscis forma: nec gustante Syrij ex piscibus lacus illius ceu deæ sacris. Semiramidem in potestatem venisse Simmæ regij pastoris, adolesséque in maximam pulchritudinem, ac denuptisse satrapæ Memnoni: tum in notitiam & gratiam Nini regis venisse, dato consilio, quo Bactræ, quæ tunc à rege obsidebãtur, capi possent. Ita Nino Semiramis coniuncta est, & formam & ingenium mulieris admirato. Ex his natus est Nin* minor. Semiramis post mariti mortem regnum Asiæ cepit, filio puero adhuc, rexítque annos duos & quadraginta. Sunt qui tradant à marito relictum ei regnum: alij, vt Athenienses, & hos secutus Dion, quum petiisse à marito, vt quinque tantum dies regni ius sibi concederet, idque impetrasset, in regno illo iussisse maritum occidi: vel, vt alij narrant, perpetuæ custodiæ tradi.

l Quæ ab illo interfecta.) Ferunt hanc concubitus virorum multum appetisse, solitámque occidere cum quo rem habuisset: tentasse filium, & ab eo esse interfectam: siue quòd idem timeret ipse fatum, quod aliis, qui rẽm cum matre habuerant, contigerat: siue rem fœdam terrámque abominatus. Chaldæi hanc non obiisse mortem arbitrantur, sed viuam ad superos migrasse. m Condidisse Babylonem.) Babylon regio est in Assyria Chaldæa, & in ea vrbs condita, eodem nomine à Semiramide: vt Diodorus, Strabo, Iustinus, & ferè veteres omnes Græci Latiníque existimarunt. Iosephus vero, Eusebius, Marcellinus, & cæteri Christiani Indæíque veritatem sacrarum literarum secuti, à nepotibus Noë conditam asserunt, instauratam vero & circundatam muris à Semiramide, qui inter miracula mundi numerantur. Id Ouidius significat, dicens: Coctilibus muris cinxisse Semiramis vrbem. Quo versiculo Hieronymus in Osee ad id confirmandum vtitur. Sunt qui à Belo Semiramis socero conditam existiment: Alij ab hoc vrbi captum designatúmque locum & fundamenta iacta. Quod ex monumentis Aegyptiorum Diodorus tradit. Alexander primum Belum, quem Græci κρόνον dicunt, regnasse in Babylone scribit: cuius filij fuerunt secundus Belus, & Chanaan. extructionem vrbis ex Eupolemi sententia in eos refert, qui diluuio superfuerũt: vt est apud Euf. li. viij. pre. Euãg. In. x.' vero Abydeni recẽset opinionẽ, qui i. iure de Chaldæa regiõe loquẽs, oía

K

L

M

Sicyonii.

Semiramis.

Babylon.

loca

A loca aquis fuisse contecta dicuntur. Belus autem regionem siccasse perhibetur, & Babyloniam condidisse, quæ mœnia à quarum alluuione deleta Nabocodrosorus restituit, quæ remanebant ad Macedonum tẽpora. Tũ opera & munitiones huius regis enumerat, quæ nihil attinet huc afferre. Augustin* authorem Babylonis facit Nemrot, vt dixit ante. De hac Plinius ad hunc scribit modum li. vj. Babylon Chaldaicarum gẽtiũ caput diũ summam claritatem obtinuit in toto orbe, propter quam reliqua pars Mesopotamiæ Assyriæ Babylonia appellata est. Lx. M. passũ amplexa muris ducenos pedes altis, quinquagenos latis: in singulos pedes ternis digitis mẽsura ampliore quàm nostra, interfluo Euphrate mirabili opere vtroque. Est & altera Babylon ad Nilum in Aegypto posita ab his, quos ex Babylone Sesostris rex Aegyptius in Aegyptum transtulerat, vt eis pro seruis ad vesanas illas extructiones vteretur. n Filisi porrò Nini.) Hunc mater in vmbra semper & inter ancillas curarat educandum: ideo pacatis vndique circa populis quietem egit ratus in publico, à quo mos manauit in cæteros reges, vt à paucissimis sinerent se conueniri nisi per interpretem, statutis qui regnum per partes administrarent præfectis. Diodorus & Iustinus. o Quidam etiam ipsum Ninum.) Hunc alij Zameim, alij Ninum dixerũt, vt Iustinus & Eusebius: alij Ninum. p Regnum tunc tenebat Telexion.) Apud Eusebium Latinum est Selchim, quem regnasse ait annis .xx. in veteribus Augustini libris. in aliis est Telxio, in aliis Thelasio. non dubium quin legendum sit, vt est apud Pausaniam, τελεξίωνα, Telexion.

Quibus regnantibus apud Assyrios atque Sicyonios Abrahæ centenario Isaac de promissione sit natus: uel ipsi Esau & Iacob gemini de Rebecca sint editi.*

B *aliâs, uel ipsi Isaac sexagenario Esau & Iacob.

Caput III.

Gene.21.

Gene.25.

Ibidem.

Gene.26.

C

Gene.28.

Gene.32.

*aliâs Beocus.

Vius temporibus etiam Isaac ex promissione dei natus est cẽtenario patri filius Abrahæ de Sara coniuge, quæ sterilis, & anus iam spem prohs amiserat. Tũc & Assyriis quintus [a] erat rex Aralius. Ipsi vero Isaac sexagenario nati sunt filij gemini, Esaü & Iacob [b], quos ei Rebecca vxor peperit, auo eorum Abraham adhuc viuente, & centum sexaginta ætatis annos agente. Qui expletis centum septuagintaquinque annis, defunctus est: regnantibus apud Assyrios Xerxe illo antiquiore [c], qui etiam Baleus vocabatur: & apud Sicyonios Thuriacho, quẽ quidã Thurimachum [d] scribunt septimis regibus. Regnum autẽ Argiuorum simul cum Abrahæ nepotibus ortum est, vbi primus regnauit Inachus. Sanè quod prætereundũ non fuit, etiam apud sepulchrũ septimi sui regis Thurimachi sacrificare Sicyonios solere Varro refert. Regnantibus porrò octauis regibus Armamitræ [e] Assyriorum, Leucippo Sicyoniorum, & primo Argiuorum Inacho [ff], deus locutus est ad Isaac, atq; ipsi quoq; eadẽ quæ patri eius duo illa promisit, semini scilicet eius terram Chanaan: & in eius semine benedictionem cunctarum gentium: hæc ipsa promissa sunt etiã filio eius nepoti Abrahæ, qui est appellatus primo Iacob, pòst Israël: cum iam Belotus *rex nonus Assyriis, & Phoroneus Inachi filius secundus regnaret Argiuis, Leucippo adhuc apud Sicyonios permanẽte. His temporibus Græcia sub Phoroneo Argolico rege legũ & iudiciorum quibusdam clarior facta est institutis. Phegous tamen frater huius Phoronei iunior, cum esset mortuus, ad eius sepulchrum templum est constitutum, in quo coleretur vt deus: & ei boues immolarentur. credo honore tanto ideo dignũ putarunt: quia in regni sui parte, pater quippe loca ambobus distribuerat, in quibus eo viuente regnarent, iste sacella constituerat ad colẽdos deos: & docuerat obseruari tempora per mẽses atque annos, quid eorum quatenus metirẽtur, atque numerarent. Hæc in eo noua mirantes rudes adhuc homines, morte obita deum esse factũ, siue opinati sunt, siue voluerunt. Nam & Io filia Inachi [f] fuisse perhibetur, quæ postea Isis [g] appellata: vt magna dea culta est in Aegypto: quanuis alij scribant eam ex Aethiopia [h] in Aegyptum venisse reginã: & quod late iusteq; imperauerit, eisq; multa commoda & literas instituerit, hunc honorem illi habitum esse diuinũ postea quàm ibi mortua est: & tantum honorem vt capitali crimine reus existeret *, si quis eam fuisse hominem diceret.

D *aliâs fieret.

a TVnc & Assyriis quintus.) In veteribus est, Argi*: apud Eusebiũ Analius, qui regnauit annos .xl. filus Arij superioris regis. Nam vt Velleius ait, in regibus Assyriis semper filius successit patri. b Esau & Iacob.) Iacob meminerunt gẽtiles authores, Theodotus elegãtissimo carmine, quo gentis Hebrææ gesta laudésque complexus est. Tum Artapanus, & Philo non Iudæus ille, sed alter quidam, præter Alexãdrum Milesium, qui sacras literas secutus est, vt dixi. c Xerxe illo antiquiore.) Hic filius fuit Aralij, imperauit annos .xxx. Fuerunt & alij duo Xerxes, sed reges Persarũ: prior Darij Histaspis filius, qui bellum incredendis copiis intulit Græciæ. Posterior paucorũ mensium rex qui Artaxerxi Longimano successit. Herodotus Erato, Xerxem nihil aliud esse lingua illa dicit, quàm bellatorem, Artaxerxem verò magnum debellatorem. In libello qui titulo Berosi circumferur, sic scribitur: Octauus rex Babyloniæ fuit Baleus cognomento Xerxes, & regnauit annos .xxx. hunc appellauerunt Xerxem, id est, victorem, & triumphatorem: quòd imperauerit duplo plus gentibus, quàm Aralius Erat enim militia ferox, & fortunat*: & propagauit regnũ vsque prope Indos. Sic ille, quisquis est, Xerxem Assyriæ regem Balanæum cognominat Eusebius. Græcis βαλανεῖον est balneum, & βαλανεύς balneartius.

d Thuriacho, quem quidam Thurimachum.) Apud Eusebium Tiramachus. & sic est in antiquo codice Brugensi, nil dubium quin mẽdose, vt alia permulta. Pausanias φιλεῖτον. ἐν δὲ ἔργοις, τῷ δὲ θυρίμαχος, Thelexionis filius fuit Aegyrus, huius vero Thurimachus. cuius regni anno septimo nati sunt gemini Isaac. e Armamitræ.) Annis .xxxviij. Leucippus Thurimachi filius. xlv. is quem modo citaui, Armabitrem, non Armamitrem hunc nominat. ff Primo Argiuorum Inacho.) In Peloponneso à promõtorio Syllaeco ad Maleam sinus Argolicus ad Myrtoum mare. Ibi est Argolis, quæ Argos & Mycenas vrbes, Inachũ & Erasinum amnes, tum etiam Laconiæ partem continet. Hic primus regnauit Inachus, qui nomen dedit amni, qui à Lyrieco defluit monte. Alii Argis Thessalicis regnasse & hunc & Phoroneum putant, falsi similitudinib* nominum. Nam in Thessalia Argi sunt dicti Pelasgici ab Homero: & Pelasgi etiam in Peloponneso ponuntur, & vtrobique Achæi, & Achiui. Tum Strabo Pelopen cum Phthiothis, qui sunt in Thessalia, venisse in Apiam scribit, quæ de nomine eius postea Peloponnesus est dicta, & Pelasgi qui in Italiam venẽre, sedesq; primum habuerũt, alij ad Padi ostia, alii in Vmbria Thessali narrantur fuisse. Verũ Pelasgus. Niobes Phoronei filiæ, & Iouis filius fuit, à quo Achæi, & qui deĉde Peloponẽsiaci Pelasgi sunt nuncupati. Hi post sextam ætatem ex Peloponneso in eam quæ tunc Aemonia, postea Thessalia dicta est, frequẽtes migrarunt, ducesq; multitudinis fuere, vt Diony. Halicarnasseus scribit, Achæus, Phthius & Pelasgus, Larissæ & Neptuni filij, profectiq; in Aemoniã expulsis barbaris ipsi ea tenuerũt loca, regione in tres partes ductibus diuisa, quas de nominibus eorum nominarunt, Phthiam, Achaiam, Pelasgiam, tametsi magis credo cognominationibus antiquæ patriæ illos esse vsos ad desiderium leniendum: vt quemadmodũ Achaiam, Pelasgiã, & Phthiam & Larissam arcem Argiuam reliquissent, ita ibi recuperarent, tum etiam ad famam gentis propagandam. Quinque post ætatibus hi Pelasgi à Locrensibus & Aetolis, qui tũ Curetes erant, & Leleges, duce Deucalione Promethei filio pulsi sunt in insulas maris Aegei, & proximam continentem. qui Epiro appulerunt, non multo post traiecerunt in Italiam. Homerus in catalogo nauium satis ostendit fuisse nomina illarum vrbium & regionum confusa. Sed de his tantum. Argiuorum res Dionysius in libris chronicis antiquissimas Græciæ totius fuisse tradit: cui Apion & alii plerique suffragantur, adeo vt etiam post Inachum nẽpe Phoroneo regnante dicant Aegialeum fuisse authorem regni Sicyonii. Porrò Inachum ipsum fabulantur prisci, vt scribat Pausanias, non hominem, sed amnem fuisse Oceano genitum, patrem Phoronei, & vt alii tradunt Aegialei. Phoroneus vero inter Iunonem & Neptunum de possessione illius terræ iudex adhibitus, cum Cephiso Alterione ac Inacho pro Iunone pronunciauit, vnde Iuno Argiua dicitur, & charos illi esse Argos, templumq; eius vetustissimum religiõe inter Argos & Mycenas Phoroneum iudicem faciunt, quòd is iudicia leges q; illis populis constituit. Nec desunt qui putent eorum de eius nomine esse dictum: quod quàm verum sit, viderint ipsi. Pausanias narrat hunc congregasse in vrbẽ sparsos illa terra homines, vocasseq; vrbem Phoronicũ. In hunc Thelcisses & Carsathii arma mouerunt, victiq; mari & ventis se commisere, nullo destinato quem peterent locum. Tandem Rhodum, quæ tunc Ophiusa dicebatur, tenuerunt, incoluerunt q; annis, vt Orosius computat, ante conditam Romam M. & .lxx. f Nam & Io filia Inachi.) Hanc fabulantur raptam à Ioue, stupratamq; : & ne in scelere à Iunone deprehenderetur, conuersam in vaccam, dono data Iunoni ipsi à qua missa est in Aegyptum, addito custode centoculo Argo, eamq; esse Isim. Hero. li. i. narrat ex Persarum monumẽtis puellam hanc raptam à Phœnicibus, qui Argum nauigio cum mercibus appulerant ductamq; in Aegyptum: quod ait fuisse caput iniuriarum in mulieribus rapiendis quousque ventum est ad Helenam & bellum Troianum. Diodorus refert Inachũ misisse Cyrum præstantem ducem magna cum classe ad quærendam filiã interdicto reditu, nisi cum Ione. Pausanias hanc non Inachi filiam, sed Iasi qui sextus ab Inacho Argis imperauit. Nam Phoronei filiam argõ ait genuisse, qui auo successit: à quo argi sunt nominati, quod priùs Phoronicum. Argo filius Phorbas, huic filius Triopas, hoc geniti sunt Iasios, & Agenor. Valerius Flaccus libro iiij. Argon, Ionem Inachidem, & Iasiam virginem nominat. hoc quia filia est, illud quia Inachus author regni, & nobilitatis. Et profectò hunc in modum magis congruunt tempora. Qui enim conueniret, si filia esset Inachi, vixisse eam Triopa rege, vt Eusebius in chronicis & in .x. præpa. Euang. ait, qui septimũ imperium

a

Aralius.

Pelasgus

E

Inachus.

F

Phoroneus

Io.

G per
 Argis tenuit, hoc est, quadringentis annis post Inachum. Et si Eusebius Iũn etiã in regno Inachi cõstituit in eisdẽ chronicis libris: nec tra nauit mare, sed nauigio in Aegyptũ delata est. Nã, vt Lactãti[a] scribit li. primo, certo[a] est in fastis dies, quo Isis nauigiũ celebrãt. Ideo nauigationibus putabatur præesse, & cursus in mari dirigere. Lucianus verbis Iouis ad Mercuriũ: πῶς δ' οὖν ἐκεῖσε ἀφικόμεθα; ἐρωτᾷς; ἐς πλοῖον ἀναβάντες ἐς τὴν Αἰγυπτίαν ἀναγαγὼν ἵστιον ποιήσομεν, ἢ δὲ λοιπὸν ἔσω θεῶν τοῖς ἐκεῖσε. καὶ νῦν λαμπρὰ ἀναστήσω. καὶ τὴν ἀνέμων ἐπιπεμπέτω, καὶ σωζέτω τοὺς πλέοντας. Ipsam vero Iũn per mare in Aegyptum ducito, & facito Isin: ac deiceps sit illis hominibus numen. inducat ipsa Nilum, ventos immittat, & nauigantes seruet. Apud Apuleium lib. xj. de festo suo loquitur Isis: qui dies ex ista nocte nascetur, æterna mihi nuncupauit religio, quo sedatis hibernis tempestatibus, & lenitis maris procellosis fluctibus, nauigabili iã pelago rudẽ dedicantes carinam primitias comeatus libant mei sacerdotes. g Quæ postea Isis.) Hæc in Aegypto cornuta fingebatur, vt scribunt Herodot[a] & Diodorus Siculus, quam vt filiam Saturni & Rheę alij putabant Iunonem esse, quæ fratri Osiridi, id est, Ioui nuperit. Alij Cererem, id est, Grece δήμητραν, quod leges tulerit, & agriculturam docuerit, & Osiridem Dionysium. Sunt qui Lunam putent, & fratrem Osiridem Solem. Nam filiam fuisse Inachi Ionem nõ placet Diodoro. Seruius. viij. Aeneid. Isis est genius Aegypti, quæ per sistri motum, quod gerit in dextra, Nili accessus significat: per situlam, quam sinistra retinet, ostendit affluentiam omnium lacunarum. Isis autem lingua Aegyptiorum est terra, quam Isin volunt esse. Sic ille. h Eam ex Aethiopia.) Vnde ad Aegyptios ferunt manasse literas, leges, ritus ciuitatum, instituta sacrorum, & colonias eò missas frequentes.

Isis

De tẽporibus Iacob & filii eius Ioseph. Cap. IIII.

REgnantibus Assyriorum decimo rege Baleo, & Sicyoniorum nono Mesappo[a], qui etiam Cephisos à quibusdã[b] traditur, si tamen duorum nominum homo vnus fuit, ac non potius alterũ pro altero putauerunt fuisse hominem, qui in suis posuerunt scriptis alterum nomen, cum rex Argiuorum tertius Apis[c] esset, mortuus est Isaac annorum centũ octuaginta, & reliquit geminos suos annorum cẽtum & viginti: quorum minor Iacob pertinens ad ciuitatẽ dei, de qua scribimus, maiore vtique reprobato, habebat duodecim filios, quorum illum, qui vocabatur Ioseph mercatoribus in Aegyptum trãseuntibus fratres adhuc Isaac auo eorum viuente vendiderant. Stetit autem ante Pharaonem Ioseph, quando ex humilitate, quam pertulit sublimatus est, cum triginta esset annorum: quoniam somnia regis diuine interpretatus, prẽnunciauit septem vbertatis annos futuros, quorum abundantiam prẽpollentem consequentes, alij septẽ steriles fuerant consumpturi: & ob hoc eum rex præfecerat Aegypto, de carcere liberatum, quò eum coniecerat integritas castitatis, quam fortiter seruans male amanti dominæ, & male credulo domino mentituræ, H I veste etiã derelicta, de manibus attrahentis aufugiens non consensit ad stuprum. Secundo autem θ anno septem annorum sterilium, Iacob in Aegyptũ cum suis omnibus venit ad filium, agens annos centum & triginta: sicut interroganti regi ipse respõdit, cum Ioseph ageret triginta & nouẽ, ad triginta scilicet quos agebat, quando à rege honoratus est, additis septem vbertatis annis, & duobus famis.

Gene.35. Gene.37. Gene.41. Gene.39. Gene.47. Suprà lib. 16. cap. 40

a Mesappus

Cephisus

SIcyoniorũ nono Mesappo.) Huius Pausanias non meminit. Leucippum enim ait liberis masculis caruisse, genuisse vero filiã Calchiniam: cui commistus Neptunus genuit Peratum. Huius auus Leucippus apud se educato regnum tradidit. Eusebi[a] Mesappum annos regnasse ait, xlvij. haud dubie si Mesappus est hoc loco ponẽdus, is est qui Calchiniam duxit, à quo mons Mesappus in Bœotia & Mesappia in Italia dicta Calabria. Quem etiam Neptuni filium facit Verg. li. vij. idcirco equorum domitorem & ferro atq; igni inuiolabilẽ. b Qui etiam Cephisos à quibusdam.) Cephisus fluuius est Bœotiæ, ad cuius ripam templum est Themidis deæ: cuius oraculum Deucalion & Pyrrha super reparatione generis humani consuluerunt. Ex Parnasso delapsus Bœotiam & Atticam irrigat. Et vel Mesappus à fluuio monẽque cognominatus est, vel vtrunque ab ipso. Seu, quod verisimilius est, Mesappus ab eo dictus est mons, & ipse à patrio flumine Cephisus aut Cephisius appellatus. c Rex Argiuorum tertius Apis.) Pausanias huius regis inter Argiuos non meminit, sed inter Sicyonios: quem tantum opibus ait valuisse, vt tota regio intra Isthmum Apia fit ante Pelopis aduentum ex eo dicta. Eusebius Argiuum facit ex multorum Græcorum sententia.

De Api rege Argiuorum, quẽ Aegyptii Serapin nominatiẽ, diuino honore coluerunt. Caput V.

HIs temporibus rex Argiuorum Apis[a] nauibus transuectus in Aegyptũ, cũ ibi mortuus fuisset, factus est Serapis omniũ maximus Aegyptiorũ deus. Nominis autẽ huius cur nõ Apis etiã post mortẽ, sed Serapis appellat[b] sit, facillimã rationẽ Varro reddidit: quia enĩ arca, in qua mortu[b] ponitur, quod oẽs iã σαρκοφάγον[b] vocãt σορὸς dicitur Græce: et ibi eũ venerari sepultũ cœperũt, priusquã tẽplũ eius esset extructũ: velut Sorosapis, vel Sorapis primo: deinde vna litera, vt fieri assolet, cõmutata, Serapis dictus est. Cõstitutũ est etiã de illo, vt quisquis eũ hominẽ dixisset fuisse, capitalem penderet pœnam. Et quoniam ferè in omnibus templis[c], vbi colebantur Isis & Serapis: erat etiam simulachrum, quod digito labiis impresso admonere videretur, vt silẽtium fieret; hoc significare idem Varro existimat, vt homines eos fuisse taceretur. Ille autem bos[d], quem mirabili varietate[e] * † decepta Aegyptus in honorem eius delitiis affluentibus alebat[f]: quoniam eum sine sarcophago[g] viuum venerabantur: Apis, non Serapis vocabatur. Quo boue mortuo quoniam quærebatur, & reperiebatur vitulus coloris eiusdem, hoc est, albis quibusdam maculis similiter insignitus: mirum quiddam & diuinitus sibi procuratum esse credebant. Nõ enim magnũ erat dæmõibus, ad eos decipiendos phantasiã talis tauri, quã sola cerneret, ostentare vaccæ concipienti atq; prægnãti, vnde libido matris attraheret, quod in eius fœtu iã corporaliter appareret: sicut Iacob de virgis variatis[h] vt oues & capræ variæ nascerẽtur, effecit. Quod enĩ homines coloribus & corporibus veris, hoc dæmones figuris fictis facillime possunt animalibus concipientibus exhibere. I K L M

*†aliàs, udnitate.

Gene.30. li. 3. de Trinitate ca. 8 & li. 11. c. 2

a Osiris.

HIs tẽporib[a] rex Argiuorũ Apis.) Diodo. li. j. Osirim dicit multis vocatũ nominib[a] & Dionysiũ, & Serapim, & Ioue, & Ammone, & Pana, & Plutone. Tacit[a] li. xx. vbi de origine eiusdẽ dei multa narrat, scribit esse qui Serapim putent Aesculapiũ, qui ęgris corporibus medeat: alij Osirim antiquissimũ Aegyptiis numẽ. Macrobius Solem intelligi per eum vult, & per Isidem terram. Martianus in nuptiis ad Solem: Te Serapim Nilus, Memphis veneratur Osirim. Nec desunt qui Serapim genium esse Aegypti arbitrentur, qui eam frugibus cæterisque bonis augeat. De quo hæc apud Suidam leguntur. Σάραπις. τοῦτο οὖν ἀλεξανδρείας καθῆλε θεόφιλος ὁ ἀρχιεπίσκοπος τὸ ξόανον, ἐπὶ θεοδοσίου τοῦ μεγάλου. τοῦτον οἱ μὲν ἅδου ἔφασαν εἶναι. οἱ δὲ τὸν νεῖλον, διὰ τὸ μόδιον ἔχειν ἐν τῇ κεφαλῇ, καὶ τὸν ὠχαν, ἤγουν τὸ τοῦ ὕδατος μέτρον. ἄλλοι δὲ τὸν ἰωσήφ, ἕτεροι δέ ἄστρον τινὰ γεγονέναι ἀνθρωπον ἔυπορον, καὶ βασιλέα ἐν μεμφίδι πόλει· οἱ δὲ γύπιον. λιμοῦ δὲ γενομένου τοῖς ἀλεξανδρεῦσι, ἐκ πολλοῦ ἰδίων τροφὴν παρέχει, πεπληρωκότι δὲ ἀυτῶν ναὸν ἀνέκκαμψαν, ἐν ᾧ βοῦς ἐτρέφετο, σύμβολον φέρων τοῦ γεωργοῦ, καί τινα δέ ἔχων ἐν τῇ χειρὶ ἐπίσκιμα, ὅς τις ἐκ τοῦ πρωκηγείας ἀυτοῦ καὶ αὐδὴς ἄπις ἐκαλεῖτο. πολὺ δὲ σορὸν τότε τοῦ ἄπιδος, ἐν ᾗ τὸ σῶμα ἔκειτο ἀυτοῦ, ἐν ἀλεξανδρείᾳ μετήνεγκαν. καὶ ἀπὸ τοῦ σορὸς καὶ ἄπιδος σώρεπιν ὄνομα πεποιηκότες ἐκάλουν ἀυτὸν σόραπιν. οἱ δὲ μετὰ ταῦτα σάραπιν. τοῦτον ναὸς ὑπὸ ἀλεξάνδρου ἐκτίσθη παμμεγέτης, καὶ πάνυ λάμπρος. Sarapis. Huius, inquit, simulachrum sustulit Alexandriæ archiepiscopus Theophil[a], præcipuæ magni Theodosij. hũc deũ, alij Ioue esse dixerũt, alij Nilũ propter modiũ, quod in capite habet, & cubitũ, mensurã aquæ scilicet: alij vero Iosepb. Sũt qui Apim quẽdã fuisse hominẽ locupletẽ, & regẽ in Memphide Aegypti vrbe, qui in difficultate annonæ maximã Alexandrinorũ prouentibus eos propriis aluerit. Ideo mortuo tẽplũ est erectũ, in quo bos nutriebatur, indiciũ ferens agricolæ, & notas in colore certas habẽs: dicturq; & bos ipse Apis de noĩe regis illius. Sepulchrũ aũt huius Apidis, in quo est eius corpus cõditũ, Alexandriã translatũ est, & à Soro atq; Apide cõposito noĩe vocarũt eũ Sorapim, postea dictus est Sarapis. Huic tẽplũ Alexãder extruxit magnificentiã. & in primis clarum. Hęc Suidas. Similia sunt apud Ruffinũ Aquileiensem li. ec. hist. xj. Euse. li. x. præpa. Apis, inquit, Argiuorũ rex, vt Aristippus in. j. Arcadiæ hist. scribit, Memphin in Aegypto condidit: quem Aristæus Argiuus Sarapidem appellatum asserit, hunc ab Aegyptiis diuinos honores consecutum nõ ignoramus. Nymphodorus autem Amphipolitanus in. iij. de Asiaticis legibus Apim taurum mortuum in foro Græce, quod Latine arcam dicere possumus, positum, Sorapim, ac deinde Sarapim appellatum fuisse cõtendit. Fuit autem Apis tertius ab Inacho. tantũ apud Eusebium.

A bium. b Quod omnes iam σαρκοφάγον ὁρῶ.) Hoc est, carnituorum. Ideo Pausanias eum & Porphyrius & Suidas, aliiq; Græci non Sorapim vocant, sed Sarapim. Est autem σορὸς μνῆμα θήκη, monumentum, arca, loculus, conditoriũ. c Et quoniam ferè in omnibus templis.) Diodo. li. j. scribit opinari quosdam Isidem & Sarapidem sepultos Nysæ, quæ vrbs est in Arabia, erectasq; ibi duas columnas in monumẽtum, Isidi vnam, alteram Sarapidi, adscriptaq; epigrãmata, quæ genus & inuenta testentur. Cætera vero, quæ sacerdotes in arcanis habent, secretissima esse, ne veritas prodatur, pœna ingenti adiecta, qui euulgasset. Deus hic qui silẽtij admonebat digito premens labia Harpocrates dicebatur, vt ait Varro lib. de Latina lingua. iij. quo loco Serapidem & Isidem magnos deos esse dicit, hoc est, cœlum & terram. Hunc Harpocratem Sigalion Ausonius nominauit à σιγάω, quod est silẽo. Meminerunt eius Plinius & Catulus non semel, quum tacitum hominem significat, quod & in prouerbium abiit. Plutarchus in libello de Iside & Osiride, Harpocratẽ ait ex his natum, quum Osiris cum Iside mortuus iam concubuisset: & quoniã infans tener adhuc est sublatus (non enim erat vitalis) ideo pingitur digito ad os admoto, quasi nondum locutum se significaret. Quæ interpretatio dura est mea sententia, atque inepta. quin potius silendum aliquid admonebat, vt Romæ Angerona, quę habitu formaq; simili fingebatur: vt ait Macrobius. Ouidius etiam suffragatur lib. Metamor. ix. Sãctaq; Bubastis, variisq; coloribus Apis, Quiq; premit vocem, digitoq; silentia suadet. Huc forsan allusit Persius, quum ait: Digito compesce labellum. d Ille autem bos.) Hic est Apis bos. Credo nullũ esse scriptorẽ res Aegyptias attingentẽ, qui bouis huius nõ meminerit, seu Græcus, seu Latinus. Sed inter cæteros pluribus verbis Herodotus, Diodorus, Strabo, Plutarchus, Eusebius, Suidas, Varro, Mela, Plinius, Solinus, Marcellinus. Erat niger toto corpore, maculam albam quadratã habebat in fronte Herodoto, in latere dextro Plinio, similem cornibus lunæ crescere incipientibus. Nam & lunæ est sacer, sicut Marcellinus ait, in tergo effigiem aquilæ, in lingua nodum, canthari forma, duplices in cauda pilos. Quo mortuo, ingenti cum luctus alius quærebatur: nec finis erat luctus, prius quàm quem Apidem facerent illis insignem notis inuenirent. Hũc adorabant Aegyptij vt maximum deum, & sicut Macrobius inquit, cultu attonitæ venerationis, nec licebat ei certos excedere vitæ annos, qũ eò peruenerat à sacerdotibus mersus in fontem enecabatur. e Mirabili varietate.) An de varietate colorum. Sed in antiquis libris est, vanitate, melius vt puto. f Delitiis affluentibus alebat.) Memphi templũ est Apidi sacrum Straboni, in eo septum erat ornatissimum: ante quod aula, & septum matris Apidis, in quod sinebatur exire lusus gratia: tum etiam vt exteris ostenderetur, delubra in quibus cubat thalamos mystice nominant: quum exit ad turbam, ea submouetur per lictores non paucos. Venerantur omnes bubulum numen, grex puerorum comes it, & ipse per furorem vaticinia fundens. in huius templum Memphi neque extraneis neque prophanis licet ingredi, nisi quum sepelitur. g Quoniã eum sine sarcophago.) Sunt qui hoc de colẽdo boue institutum iam inde ab Iside & Osiride manasse velint propter vtilitatem in aranda terra ex eo animali perceptam. Alij Osirim bouem esse autumant, vt Isim cornutam vaccam, siue quod Iũn, siue qua alia ratione. Ferunt quoque, sicut Diodo. narrat, Osiridis interempti animam in bouem demigrasse, esseq; semper in eo boue, quem Apim vocant, transireq; ab alio in alium dum mergitur. Sunt qui existiment membra Osiridis à Typhone fratre discerpti ab Apide esse collecta in bouẽ ligneum bouis corio cõtectum: id quum speciem bouis intuentibus præbuisset, creditum est Osiridem in bouem conuersum: inde natum morem colendi bouis, nõ secus atque ipsius Osiridis. Hic ergo bos est Osiris viuens, ille vero qui in templis sacratus erat, velut cum suo esset loculamẽto Sarapis dicebatur, quasi Osiris sepultus. h Sicut Iacob de virgis variatis.) Geñ. xxx. Diserui alibi de hac in conceptu phantasia, dixi hunc locum à Lxx. confuse versum. elucidat eum Hieronymus in Genesim.

Harpocrates.

Angerona

B

C

Quo regnante apud Argiuos, quóue apud Assyrios, Iacob in Aegypto mortuus sit. Caput VI.

APis ergo rex non Aegyptiorum, sed Argiuorum, mortuus est in Aegypto. Huic filius Argus[a] successit in regnũ, ex cuius nomine Argi, & ex hoc Argiui appellati sunt. Superioribus autem regibus nondũ vel locus, vel gens habebat hoc nomen. Hoc regnante apud Argiuos, & apud Sicyonios Eratho[b]: apud Assyrios vero adhuc manente Baleo, mortuus est Iacob in Aegypto annorum centum quadragintaseptem, cum moriturus filios suos, & nepotes ex Ioseph benedixisset, Christũq; apertissime prophetasset, dicens in benedictione Iudæ: Nõ deficiet princeps ex Iuda, & dux de femoribus eius, donec veniant quæ reposita sunt[c] ei: & ipse erit expectatio gentium[d]. Regnante autem Argo, suis cœpit vti frugibus Græcia[e], & habere segetes in agricultura, delatis aliunde seminibus. Argus quoque post obitum deus haberi cœpit, templo & sacrificiis honoratus. Qui honor eo regnãte & ante illum delatus est homini priuato & fulminato cuidam Homogyro, eo quod primus ad aratrum boues iunxerit. Gene.49.

HVic filius Argus.) Hunc, vt dixi, genuit Niobe filia Phoronei: alij Apim malunt. Fieri potest vt Apis sit, qui ex Phoronei filia genuerit Argum, numeresturq; inter reges Argiuorũ, quod regnum pro filio administrarit, quoad adolesset: idq; vbi est factum, relicta Græcia in Aegyptum sit profectus, tradito imperio filio. Et sũ Eusebius Aegialo fratri putat: imperauit Argus annos. lxx. Fuit & Argus Arestoris filius, qui Iũn vaccam mandato Iunonis custodiit. Fuit & qui Amphion cognominatus est, qui Pilios aliquãdo & Orchomenõ Arcadiæ ditione tenuit. b Apud Sicyonios Eratho.) Ex Pausania Peratum dixi; Neptuno & Calchinia Leucippi filia natum. Heratũ nominat Eusebius, qui regnarit annos. xlvij. c Donec veniant quæ reposita sunt.) Sic Septuaginta: ὡς ἂν ἔλθῃ τὰ ἀποκείμενα ἀυτῷ d Et ipse erit expe. gen.) Alibi deest erit. & sic verterunt lxx. καὶ ἀυτὸς προσδοκία ἐθνῶν. e Regnante autem Argo, suis cœpit vti frugibus Græcia.) Nã paulo post Peratum idem Plemnæo regnante eò venit Ceres, ad quam frugum inuentio refertur in Attica terra.

a D Argus.

Quorum regum tempore Ioseph in Aegypto defunctus est. Cap. VII.

REgnantibus Assyriorũ duodecimo Hermasco[a], * & vndecimo Sicyoniorũ Plemineo[b], & Argis adhuc manente Argo, mortuus est Ioseph in Aegypto, annorum centum & decem. Post cuius mortem populus dei mirabiliter crescens mãsit in Aegypto centum quadragintaquinque annos tranquille prius, donec morerentur, quibus Ioseph notus fuit. Deinde quia inuidebatur incrementis eius, erãtque suspectus quousque inde liberaretur: persecutionibus affligebatur innumeris, inter quas tamen diuinitus fœcundata multiplicatione crescebat, & laboribus premebatur intolerabilis seruitutis. In Assyria vero & Græcia per idẽ tẽpus regna eadẽ permanebant. E

*aliàs Mamito

Gene.50. Exo.1.

a

DVodecimo Hermasco.) Eusebius habet Mamitum, qui imperauit an. xxx. & non duodecimum regem, sed vndecimum. b Sicyoniorum Plemineo.) Eusebius Plemnæus, quem dicit vixisse in principatu ann. xlviij. Pausanias πλημναῖος Plemnæum.

Quorum regũ ætate Moyses natus sit, & quorum demum † iisdem temporibus sit orta religio. Caput VIII.

VM ergo regnaret Assyriis quartusdecimus Saphrus[a], & Sicyoniis duodecimus Orthopolus[b], & Criasus quintus Argiuis[c], natus est in Aegypto Moyses[d], per quẽ populus dei de seruitute Aegyptia liberatus est, in qua eum ad desiderãdum sui creatoris auxilium sic exerceri oportebat. Regnãtibus memoratis regibus fuisse à quibusdam creditur Prometheus[e], quem propterea ferunt de luto formasse homines, quia optimus sapientiæ doctor[f] fuisse perhibetur: nec tamen ostẽditur[g], qui eius temporibus fuerint sapientes. Frater eius Atlas[h], magnus fuisse astrologus dicitur. Vnde occasionem fabula inuenit, vt eum cœlum portare confingeret: quanuis mons eius nomine nuncupetur, cuius altitudine potius cœli portatio in opinionem vulgi venisse videatur. Multa quoq; alia ex illis in Græcia temporibus confingi fabulosa cœperũt, sed vsque ad Cecropem[i] regem Atheniẽsium: quo regnãte eadem ciuitas etiam tale nomen accepit, & quo regnante deus per Moysen eduxit ex Aegypto populũ suum, relati sunt in deorum numerum aliqui mortui cæca & vana consuetudine, ac superstitione Græcorũ. In quibus Criasi regis cõiunx Melancomice, * & Phorbas filius eorum[k], qui post patrem rex Argiuorũ sextus fuit, & septimi regis Triopæ[l] filius Iasus[m], & rex nonus Sthenelas[n], siue Stheneleus, siue Sthenelus, varie quippe in diuersis authoribus inuenitur. His temporibus etiam Mercurius[o] fuisse perhibetur, nepos Atlantis, ex Maïa filia eius: quod vulgatiores etiam literę personant. Multarũ autẽ artiũ peritus claruit, quas & hominibus tradidit: quo merito eũ post mortẽ deũ esse voluerunt, siue etiã crediderunt. Posterior fuisse Hercules[p] dicitur: ad ea tamen tẽpora pertinens Argiuorũ: quanuis

*aliàs Melantomice

Gene.17.

E

a

†aliàs, deorum

G quãuis nonnulli eum Mercurio præferant tẽpore: quos falli existimo: sed quolibet tempore nati sint, constat inter historicos graues qui hæc antiqua literis mãdauerunt ambos homines fuisse q, & quod mortalibus ad istam vitam r commodius ducendam beneficia multa contulerint, honores ab eis meruisse diuinos. Minerua vero lõge s his antiquior. Nam temporibus Ogygij ad lacum qui Tritonis dicitur t, virginali fertur apparuisse ætate: vnde & Tritonia nũcupata est, multorum sanè operum inuentrix: & tanto procliuius dea credita, quanto minus origo eius innotuit. Quod enim de capite Iouis u nata canitur, Poëtis & fabulis, non historiæ rebusq; gestis est applicandum: quanquam Ogygius ipse quando fuerit x, cuius temporibus etiam diluuiũ magnum factum est: non illud maximũ in quo nulli homines euaserunt, nisi qui in arca esse potuerunt: quod gentium nec Græca, nec Latina nouit historia y: sed tamen maius quàm postea tẽpore Decualionis fuit, inter scriptores historiæ non conuenit. Nam Varro inde exorsus est librum, cuius mentionem superius feci, & nihil sibi ex quo perueniat ad res Romanas, proponit antiquius quàm Ogygij diluuium, hoc est, Ogygij factum temporibus. Nostri autem qui chronica z scripserunt, prius Eusebius, pòst Hieronymus, qui vtique præcedentes aliquos historicos in hac opinione secuti sunt: post annos amplius quàm trecentos iam secundo Argiuorum Phoronæo rege regnante, Ogygij diluuium fuisse commemorant. Sed quolibet tempore fuerit, iam tamen Minerua tanquam dea colebatur, regnante Athenienſibus a Cecrope, ſub quo rege etiam ipſam vel inſtauratam ferunt, vel conditam ciuitatem.

Saphrus. a ASſyriis quartusdecimus Saphrus.) Eusebius Mamito substituit Machaelum, qui fuit in regno tot annos, quot pater, nempe, xxx, Machaelo Iphereum, qui annos. xx. Cuius anno duodeuicesimo natus est in Aegypto Moses. b Orthopolus.) Eusebius Orthopolis, vt & Pausanias, qui eum Plemnaei filium fuisse dicit, seruatum à Cerere. Nam filij omnes Plemnaei vbi primum nati incipiebant vagire expirabant, quousque ad eum venit Ceres, & alienæ cuiusdã mulieris ornatu aluit ipsi filium, seruauitq;, dictusq; est Orthopolis.

I c Et Cyiasis quintus Argiuis.) Pausanias πέμπτος Pirasius, qui annos. liiij. fuit in imperio. d Natus est in Aegypto Moyses. Moses quando fuerit, cõtrouersum est inter prophanos authores. Porphyrius ex Sãchoniatone Mosen Semiramidis tẽporibus vixisse tradit. Appion Grãmaticus ad Inachi ætatem reducit, ex Ptolomæo Mendesio sacerdote, qua inquit tempestate Ainosis Aegyptiis imperauit. Polemon vero in. j. Græcarum histo. paulo recentiorem facit. nam tempore Apidis Phoronæi filij pars, inquit, Aegyptij exercitus ab Aegypto pulsa in Syria non procul ab Arabia conſiſtit. Tacianus Assyrius varias authorum sententiãs mire discrepantes affert de ætate Mosis: aliis multo antiquiorem bello Troiano, aliis posteriorem, aliis æqualem affirmantibus. Cæterum ipse multis argumentis euincit priorem fuisse: cuius verba siquis desiderat, habet apud Eusebium. x. præpa. Euang. Numenus philosophus Musæum vocat Mosen: & Artapanus, quem Hebræi Mosen, à Græcis Musæum nominari tradit, quem scribit à Meride Chenephris Aegyptiorũ regis filia, quod ipsa parere non posset, adoptatum, maximo apud Aegyptios habitum honore ob ingenium diuinum & inuenta, tum quæ ad eruditionem facerent, tum quæ ad Remp. priuatamq; & mores singulorum. e Fuisse à quibusdam creditur Prometheus.) Sic Eusebius ex aliorum opinione loquens, Aphricani credo, qui quatuor & nonaginta post Ogygem annis Prometheum constituit. Porphyrius Atlantem & Prometheũ per Inachi tempora fuisse scribit. At Prometheus filius fuit Iapeti & Asiæ. Hesiodus Climenem vocat matrem. initium inimicitiarum cum Ioue hoc narrat Higinus in cœlesti historia, quod & alij attingunt plerique, quum olim in sacrificiis mos esset solidas hostias igne absumere, nec possent ob sumptus magnitudinẽ pauperes sacrificare, Prometheus homo callidus & perhumanus egit cum Ioue, vt media tantum hostiæ pars igni daretur sacris: altera media cederet in vsus hominum, quod Iuppiter libenter cõcessit: tum Prometheus duos tauros Ioui immolauit, vtriusque ossa pingui operuit, & corio vnius, carnes vero corio alterius: deãque Ioui optionem, vt quem illorum taurorum vellet, eligeret. Iuppiter simplex deus, nihil suspicatus inesse fraudis: quem primum habuit ad manum, cepit, ossa videlicet. Quod vbi cognouisset, ignem remouit ab hominibus, ne sacrificare possent. Prometheus solito suo ingenio ignem ferula ex illo Ioueo & cœlesti surripuit, communicauitque cum mortalibus: ideo Cauçaso affixus est, aquila eius iecur subinde renascens assiduo depascente. Addunt alij etiam factas ab eo mulieres, quæ toties cœlo detraxerint Iouem. apud Lucianum Vulcanus & Mercurius Prometheo querenti de graui supplicio hæc crimina obiciunt: Fefellisti Iouem in partibus, furatus es ignem, & homines fecisti, ac in primis fœminas. Nã homines dicitur ẽ luto finxisse, & igne ab Ioue surrepto illos animasse. ex quo igne Horatius ait febres & macies mortalibus natas. Seruius admiratam narrat Mineruam homines opus Promethei, & pollicitam quicquid ad id absoluendum opus foret. Prometheum quum se quid optimum esset, ignorare respondisset, sublatum in cœlos ab ea admotáque solis currui ferula ignem ad nos detulisse. Hesiodus ἰμέρροις attingere videtur quod Higinus narrauit, quum ait Ioue mortalibus ignem abstulisse, Prometheum restituisse. Idcirco Paudorã iussu Iouis à Vulcano factam, vt Promethei furtum vlciscerẽtur, quam fœminam donatam à diis omnibus, vnde nomen inuenit deferendam in terras Mercurio mandarit dono dandam Epimetheo Promethei fratri, quæ in eius domum recepta detexit dolium malorum omnium, quæ per orbem in genus humanum sparsa sunt, sola Spe in fundo residua. Prometheus vero, vt ait Aeschylus ad. xxx. annorum millia Caucaso religatus est iuxta Caspias portas, sicut Lucian g inquit, μακκρὰς ὁδοὺς Philostratus in Thyanæo duo refert in Caucaso esse cacumina stadio inter se abiuncta, quibus affixas Promethei manus accolę narrent. Idem Lucianus significat. & aquilam hanc nonnulli, sicut Higinus narrat, Typhone & Echidna genitam: alij terra & Tartaro tradunt, complures à Vulcano factam. eam Hercules sagitta sua interemit: quæ ob id merium in cœlũ translata est, quatuor stellis inter duos circulos: æstiuum & æquinoctialem. Postea Prometheus quod prædixisset Ioui concubituro cum Thetide filium Tethidos patre maiorem futurum sic in fatis esse solutus est: hac tamen lege, vt in digito annulum ferreum cum lapide gestaret, indicium vinculorum, vnde annuli manasse vsum ferunt. Lactantius hunc primum simulachra ex luto finxisse scribit. Furtum ignis Plinius lib. vij. interpretatur, quod ex ferro & silice ignem extundere docuerit, seruaréque in ferula. Diodo. lib. v. constare ait inuentam à Prometheo materiã qua ignis fouetur. Pelasgi, teste Pausania, non Promethea inuentorem ignis, sed suum Phoroneum volunt. Theophrastus ignis inuentionem ad inuẽta sapiẽtiæ pertinere autumat. f Quia optimus sapientiæ doctor.) Hesiodus Ἰαπετιονίδην πάντων περὶ μέδετο λιθέων. Iapeti proles reliquis sapientior vnus. ferunt hunc, quum natu maior esset Epimetheo, vltro illi regnum Thessaliæ concessisse administrandum, ac dedisse se cunctum rerum contemplationi inquisitioniq; ac in primis cœlestium. Ideo altissimum ascendisse Caucasum, vt sereno cœlo quàm longissime astra, signorum obitus & ortus spectaret. Inde quum descendisset Chaldęos edocuisse artem, simul & multa quæ ad vitam ciuilem pertinerent, illudq; de pastu iecinoris ad curas & ambiguitates subinde alias ex aliis renascentes spectare credo. Et si interpres Apollonij Rhodij huiusũ esse scribit Aquilam nomine, qui Promethęæ regionis, quæ ad radices Caucasi sita est, epar raderet, Herodotus historiam narrat, Prometheum Scytharum regem, quum non posset fluuium Aquilam, quæ regionem suam alluerat, deriuare, discruciasse vehementer se, deinde adiutum ab Hercule, qui hoc præstitit. in fluuio consentiunt. Et Diodo. lib. j. Prometheum Aegyptium fuisse dicit, cuius regionem cum Nilus totam propẽ operuisset, ac perderet, multis incolis absumptis, illum de conscisscenda sibi morte deliberasse, fluuiumq; propter cursus celeritatem Aquilam dictum, Herculem & virtute & magnitudine consilij inundationem repressisse, fluméque redegisse in alucum pristinum, vnde orta sit Græca fabula. g Nec tamen ostenditur.) Atlas fuit sapiens, & Epimetheus itidem, sed post factum, vnde nomen illi inditum putatur. Prometheus est enim ante cõsultus, Epimetheus pòst. Nam quum esset à Prometheo monitus, ne quod donum acciperet à Ioue, ipse immemor fraterni consilij Pandorã accepit, & δεξάμενος ὅτι δῶρον κακὸν ἔλαβε, ἐν δόλοις vt inquit Hesiodus, & accepta nouit sua damna Epimethe a. Acute Augustinus, quomodo doctor fuit sapientiæ, quum nullos ab eo videamus factos sapientes? quomodo ipse sapiens, quum nullus eius temporibus legatur sapiens, qui ferre potuerit iudicium de eius sapientia? nam de sapiente solus sapiens potest iudicare. h Frater eius Atlas.) Seruius lib. octauo æneid. Atlãtes dicit fuisse tres: Vnum Maurum, qui est maximus: alterum Italicum, patrem Electræ: tertium Arcadem patrem Maiæ, vnde natus est Mercurius. Scriptores hos cõfundunt, vt solent. Diodo. enim lib. iiij. Atlantem, qui loca Libyæ tenuerit inter Cæli filios numerat, fratremq; esse dicit Saturni, eundem Hesperidum patrem, Mercurij auum, consultissimũq; fuisse rationis astrorum: cumq; frequenter nomem sibi cognominem, vt cursus syderum intueretur, conscenderet, occasionem dedisse fabulæ, qua sustinere humeris cœlum creditus est. Pli. lib. vij. Atlanté Libyæ filium, hũc haud dubie, qui in Aphrica imperauit, repertorem astrologiæ fuisse ait. & in. ij. sphæram astrologicam inuenisse narrat. Alexander Polyhistor hũc Atlantem Enoch fuisse autumat inuentorem peritiæ syderum, quam postea Phœnicibus & Aegyptiis tradidit Abraham, cum apud illos peregrinaretur. Hæc astrologiæ scientia potuit locũ præbuisse fabulæ de mundo Atlanti innixo. Sunt qui propter montem id putent Atlantem dictum arduum & longissimum columnæ instar, qui cælum fulcire visione conspicientium creditur, vt inquit Herodotus, transcendítque nubes ipsas, nec cacumen facile cernitur nebulis perpetuum obductis. quin & hæc simul omnia maiorem præstiterunt comministendi ansam. Italicus Atlas est, quem aiunt antiquissimum Fessulis fuisse regẽ. i Sed vsque ad Cecropem.) Pausanias Actæum ait primum in Attica regnasse, cui Cecrops gener successerit homo Aegyptius, quem διφυῆ dicunt, hoc est, duplicis naturæ superioris partis viri, inferioris feræ, quòd ex agrestibus & feris, latis legibus, humanos fecerit. seu superioris partis fœminæ, quòd coniugia instituerit in Attica terra, & author fere fuerit patris & matris. nam antea promiscuis connubiis, nemo certos parentes noscebat. Aphricanus in. iiij. annalium author est, Ogygẽ primum

Prometheus.

Atlas.

Cecrops.

A primũ in Attica regnasse, eãq; terrã inculta, ac desertã per ducentos annos à diluuio mansisse vsq; ad Cecropẽ, Actæũ vero & cæteros qui ante Cecropẽ dicuntur fuisse, nuda esse nomina. k Et Phorbas filius corũ.) Fratrem Perasi dicit Pausanias Phorbãtẽ fuisse, filiũ Argi, patrem Triopæ. Diodo. scribit Rhodienses, cũ vi serpentũ atrociter infestarentur, cõsulto oraculo Phorbãtẽ accersisse, data insulę parte, quã & ipse, & ei⁹ posteri tenerent, ita liberatos peste illa, decreuisse postea Phorbanti vita iã functò, diuinos honores. quem tamen Diodo. videtur indicare, nõ Phorbantũ Argiuũ, nec Perasi, aut Argi filium, sed Thessalũ Laphito progenitum. l Et septimi regis Triopæ.) Hunc Phorbantis filium dicit Pausanias. meminit & Diodo. Triopæ, incertum quibus orti parẽtibus. Nam alij Canace & Neptuno, alij Apolline natũ dicunt. Inuisum fuisse scribit popularibus, quòd sacra cõpilarit, fratremq; interemerit. Higinus hunc tradit putatum à quibusdã in cœlo Ophiucũ, quem draco complectitur. Nam is cum ad domum suam regendã Cereris ædem detexisset, fame se illa est vlta. Nouissime in vitæ fine dracone ei obiecto, vehementer est afflictus, & post mortem inter sydera sic locatus est, vt adhuc videatur à serpente constringi. m Iasus.) Pater Iũs, à quo Argos Iasium dictum, & Iasides Argiui. n Et rex nonus Sthenelas.) Pausanias sic: κρότωπος ὁ ἀγκίνορος ἔσχε μετὰ τὸν Ἴασον τῶν δεσχλῶ. κροτώνου δὲ ὀδενέλας γίνεται. Crotopus Agenoris filius habuit post Iasum regnũ. huius filius fuit Sthenelas. o His tẽporibus etiã Mercurij.) Mercurios Cicero dicit fuisse quatuor, vt aliãs dixi. Hic est Ioue tertio & Maia genitus, ex anita disciplina multarum rerum vitæ vsui perquàm vtilium repertor. Prudentius Magum dicit fuisse, ideo finxisse priscos illos solitum animas ad orchũ deducere & inde reducere. p Posterior fuisse Hercules.) Hercules Cic. vj. fuisse scribit, primũ antiquissimũ, Ioue antiquissimo, & Liscito natum, quem concertauisse cum Apolline de tripode accepimus. Alterum Nilo natũ Aegyptium, quẽ ferunt literas Phrygias conscripsisse. Tertiũ Indigetem Idæis, cui inferias afferunt. Quartũ Asteriæ Latonę sororis filiũ, quẽ Tyrij maxime colũt, cuius Carthaginẽ filiam ferunt. Quintum in India, qui Belus dicitur: Sextum ex Alcmena, quẽ tertius Iuppiter genuit. Diodo. Sicul. lib. iiij. tres Hercules ponit: primum Aegyptiũ, cuius maxima fuerit virtus, quemq; Osiris, quod corpore esset validissimo, exercuisse præfecit. Hic magna orbis parte peragrata, in Libya colũnam statuit, præcessitq; Herculẽ Alcmenæ filiũ pluribus quàm mille annis, qui & fuit æmulus illius, ideo Alcæus dictus. q. præsidiarius & adiutor. Tertius Hercules fuit Cretensis, armis & fortitudine inclytus, tum etiam gymnico certamine ad Olympiã constituto: quem Pausanias ἀλκαῖος Idæum Herculem, hoc est, Dactylum & Curetem nominat. Seruius quatuor Hercules facit, Tyrinthium, Argium, Thebanũ, Lybim, viij. Aeneid. verum de numero non cõstat. Nam Varro quatuor & quadraginta Hercules recenset. & Tacitus scribit Libyes dicere antiquissimũ Herculem natum apud se eosq;, qui pari virtute fuerint, cognomentum eius ascitos. At ille, qui æquiuoca scripsit, quæ Xenophõtis nomine circũferuntur, Saturnos scribit vocari solitos familiarum nobilium reges antiquissimos primogenitos eorum. Ioues: nepotes fortissimos Hercules. Augustinus hic de Hercule Iouis & Alcmenæ filio loquitur, qui cum Argonautis nauigauit. Vnáque generatione Troicum bellum antecessit, cui Græcorum ambitio vniuersa reliquorũ acta attribuit. Ita virium & fortitudinis fama maiore, quàm deorum, vel ipsius Iouis: venit ad posteros, vt Seneca tragicus, ausus sit dicere: Fortius ipso genitore tuo Fulmina mittes. Hic Hercules posterior fuit Mercurio. Nam prius quàm Hercules nasceretur, ministrasse Ioui Mercurium, famã est, Liscitũ tamen filius contemporaneus, Aegyptius maior Mercurio Archade, æqualis Aegyptio. q Ambos homines fuisse.) Homerus Herculem, vt cæteros mortuos conueniri ab Vlysse facit. xj. odis. etsi idolum illius tantum esse apud inferos dicit, quum ipse Hercules conuiuia deorũ ineat, sed scimus quid velit idolũ illud. r Et quod mortalibus ad istã vitam.) Mercurius multarũ artiũ repertor, & excultor sermonis: Hercules monstrorum purgator, & auersor. Inde ἀλεξικακῷ dictus. s Minerua vero longe.) Mineruas Cicero tertio de natura deorũ quinque facit. Primam Apollinis matrem ex Vulcano. Secundã Nilo ortam, quam Aegyptij Saïtæ colũt. Tertiam Iouis Cælij filiam. Quarta, Ioue & Coriphe Oceani filia natam, quam Arcades Coriam nominant: & quadrigarum inuentricem ferunt. Quintam, Pallantis filiam, quæ patrẽ dicitur interemisse, virginitatem suam violare conantem, cui pinnarũ talaria affigũt. Hunc Pallantem, alij hominem fuisse immanem tradũt, quem illa, quod occiderit, nominata est Pallas. Arcades autem fabulantur, Mineruã parvulam à dhuc, missam à Ioue ad Pallantẽ Lycaonis filiũ, vt in eius ædibus educaretur, ab eoq; esse cũ filia sua educatam, quã Minerua in deorũ retulit numerũ, dixitq; Victoriã, se vero Palladẽ in gratiã nutricij. Sũt & alia etyma Palladis, nẽpe ἀπὸ τοῦ πάλλεσθαι, id est, concutiendo hastã, vel ἀπὸ τοῦ ἀναπαλέσαι αὐτὴν ἐν τῇ κεφαλῇ τοῦ Διός, quod è capite Iouis agitaretur vel διὰ τὸ παλλομένην τὴν καθ' ἑαυτὸν τοῦ Διονύσου προσκομίσαι τῷ Διί. φ palpitãs adhuc Dionysi cor ad Ioue tulerit, nẽpe cum esset occisus & discerptus à Titanibus. t Ad lacũ qui Tritonis dicitur.) Inter duas syrtes in Aphryca, & fluuius est, & palus, vtrũque Tritona nominant. vnde & cognomen Mineruæ indितum, inquit Mela, vt incolæ arbitrantur, ibi genitæ, faciuntq; fabulæ ei aliquam fidem, quod quem natalem eius putant ludicris virginum inter se decertantium, celebrant. Herodotus in palude insulam esse refert, ad quam cum Argonautis peruenit Iason. Ab hac Mineruam Tritoniam esse nuncupatam, Græci, & Latini scriptores magno consensu tradunt: ibiq; inuenisse oleum Silius subsigni ficat. Solinus speculatam se in ea scribit, puto cũ fistulam inuentã, quod buccas inflaret, abiecit. quod poëtæ in Mæandro Ioniæ fluuio fuisse canunt. Sed quæ Mineruarum est hic nata? Equidem quintam dixerim. Nã & palus vicina Pallas vocatur. & Callimachus, qui circa loca illa, patriã habuit, nempe Cyrenas, Tritonem ipsũ Pallantiam paludem cognominat. & sic vocat Festus. Sed Libyes, Neptuni: & Tritonidis dicunt, nisi Pallas sit Neptunus. Non prætereundum est tamẽ esse, qui in Tritone Bœotia Mineruam natam velint. Nam Tritones aliquot sunt. Interpres Apollonij sic inquit. Τρίτωνες τρεῖς Βοιωτίας, θεσσαλίας, λιβύης. ὧν ὁ τῶν λιβύων, ἐτέχθη ἡ Ἀθηνᾶ, Tritones tres, Bœotiæ, Thessaliæ, Libyæ. In ea vero quæ est in Libya, nata est Minerua.

u Quod enim de capite Iouis.) Non desunt, qui credãt hinc esse Tritonem nominatam, quod Bœotia lingua τράτων sit caput. Verum hoc fictum est, quod dea sapientiæ existimetur, & suprema æthẽris pars.

x Quanquam Ogygius ipse quando fuerit.) Eusebius, vnde sumtarũ rerum non paucæ Augustino desumptæ, temporibus Phoronei regis Argiuorum, hæc ascribit. Ogygius, qui in Attica Eleusina, quæ antiquitus vocabatur Actã, regnabat, & aliis ciuitatibus plurimis, cuius temporibus apud Lacum Tritonidem virgo apparuit, quam Græci Mineruam nuncupauerunt. Huius tempore inundatio fuit, inter quam & illam, quæ sub Deucalione contigit, cẽtum ferè & septuaginta annos numerat. Solinus aliter, qui sic inquit, Inter Ogygium sanè, & Deucalionem medium ætũ sexcentis annis datur. Ogygius vero in Acta regnauit, & Bœotia, quæ ante Cecropem Ogygia est nominata, vt refert Strabo, quem quidã authorem faciunt Thebarum Bœotiarũ. vnde Ogygia ingenia dicta sunt Thebana, & vulgo Eleusinæ in Attica, ac indigena existimatus est. nam genus aliunde ignoratur: à cuius temporibus ad primam Olympiadem anni computãtur, plus paulo, quàm mille ab Hellanico, Philochoro, Castore, & Thalo, qui Syriaca scripserit, tum etiam Diodoro, & communi ferè Græcorum summa. Quibus Orosius consentit, qui diluuium Ogygium mille & quadraginta annis vrbem conditam præcessisse perhibet: Porphyrius in quarto aduersus nos libro, Ogygem rege Ignacho fuisse scribit, quem sequutus Aphricanus, Mosen Ogygi æqualem facit, cum sit multo minor. y Nec Græca, nec Latina nouit historia.) Aliter Iosephus, & Eusebius. Ille enim ait, huius vniuersalis inundationis & arcæ Noë meminisse Berosum Babylonium, & Mnaseam Damasceni, Hieronymum Aegyptium, affertq; eorum dicta. Meminerunt & Alexãder Polyhistor, & Melon, & Eupolemon, vt inquit Eusebius, & Abidenus, loppen etiam Aegypti Mela, & Plinius ante inundationem terrarum conditam fuisse tradunt, quod de inundatione Ogygis, aut Deucalionis intelligi non potest, quæ illuc non peruenit. Nec mirandum esset, tunc esse iam illam vrbem, quum essent in orbe innumeræ. Diluuium illud, quod mundo minatur apud Poëtas Iuppiter, non aliud intelligendum est, sed hæc obscurissime ab eis dicebantur, ita vt vix ipsi qui scribebant, intelligerent. Quæ apertius à Beroso, Mnasea, & Eupolemo sunt tradita, ad historias spectant barbaricas, vt etiam Iosephus ait, non Græcorum, aut Latinorum, de quibus Augustinus loquitur. z Nostri autem, qui chronica.) Nostros homines, Christianos puta. Eusebius Cæsariæ Palestinæ Episcopus, qui ob amicitiam cum Pamphilo martyre cognomen idem cepit, vir fuit immensa lectione, & proinde eruditione summa, scripsitq;, vt Hieronymus dicit, infinita volumina, inter cætera chronicorum, canonum omnimodam historiam, & eorum ἐπιτομήν, quam puto esse, quæ ad nos peruenit, & si deprauatissima corruptis nominibus, & rerum ordine luxato, imperitia describentium librariorum, quibus non facile fuit seruare collationes illas temporum. Nec huiusmodi vitia deprehenduntur, castigantúrque, nisi à consultissimis antiquitatis, ideo rudes plerunque illis capiuntur. Quàm vero sit necessarium id opus studiis omnibus, ſatis Hieronymus a, qui de Græco interpretatus est, indicauit tam religiosa Irenæi adiuratione præposita, quo librarij diligentiam, ingeniúmque excitaret. Ea temporum digestio producta est ab Eusebio, vsque ad annum Constantini Cæsaris vigesimum. Hieronymus vsque ad Gratianum, de suo adiecit. a Regnante in Attica.) Attica regio est in Græcia inter Megaram & Bœotiam, cuius Sunium promontorium, & Pyræum portum Aegæum abluit mare, parens frugum, legum, humanitatis, religionis, vt inquit Cicero. Huius littus, ait Capella, concentum musicum illiſis terræ vndis reddere, quod propter tantam eruditionis vim puto dictum. Incolę ἀυτόχθονες se, id est, indigenas, & sine aliqua externa origine nominant. De regibus illius sic Pausanias: Actæum aiunt in ea quæ nunc est Attica, primum regnasse, quo mortuo Cecrops successit, qui filiam Actæi duxit, ex quis filiæ sunt prognatæ Ersa, & Aglaurus, & Pandrosus, filius vero Erisichthon, qui non imperauit Athenienſibus, nam patre superstite interiit. Ἀκταίῳ λέγουσι ἐν τῇ νῦν ἀττικῇ βασιλεῦσαι πρῶτον. ἀκταίου δὲ ἀποθανόντος, κέκροψ ἐκδέχεται τὴν ἀρχὴν, δυγατρὶ συνοικῶν ἀκταίου, καὶ οἱ γίγνονται δυγατέρες μὲν ἕρση, ἄγλαυρος, καὶ πάνδροσος. υἱὸς δὲ ἐρισίχθων οὗτος οὐκ ἐβασίλευσεν ἀθηναίων, ἀλλά οἱ τὸν πατρὸς ζῶντος, πλουτοῦσαν σιωΐδεν, Strabo libro nono: κέκροπα πρῶτον εἰς δυοκαίδεκα πόλεις συνοικῆσαι δ' πλῆθος. ὧν ὀνόματα κεκροπία, πετραία, τρικορυφία, ἐπακρία, δεκέλεια, ἐλευσὶς, ἀφίδνα. λέγουσι καὶ τὴν δυνατικῶς ἀφύλαις. δόρυμος, βραύρων, μυρρινοῦς, σφηττός, κηφισία, φάληρος, πάλλη δὲ ὕστερον εἰς μίαν πόλιν συναγάγειν λέγεται τὴν νῦν τὰς δώδεκα θησεύς. Cecropem primum ferunt in duodecim vrbes multitudinem coëgisse, quarum hæc sunt nomina: Cecropia, Terrapolis, Eparcia, Decelea, Eleusis, Aphydna: dicuntur & plaratiue Apydnæ, Dorius, Brabron, Cytheros, Sphetus, Cephesia, Phalerus. Postea vero in vnam vrbem, quæ nunc est, aiunt Thesea duodecim illas congregasse.

Phorbas.

Triopas.

Minerua.

Tritonis lacus.

Ogygius.

Eusebius.

Attica.

Quando

G *Quando Atheniensium ciuitas sit condita, & quam causam nominis eius Varro perhibeat.* Cap. IX.

NAm vt Athenæ vocarentur [a], quod certe nomen à Minerua est, quæ Græce Athena dicitur: hanc causam Varro indicat. Cum apparuisset illic repente oliuæ arbor, & alio loco aqua erupisset, regem prodigia ista mouerunt, & misit ad Apollinem Delphicum ſciſcitatum, quid intelligẽdum esset, quidve faciendum. Ille respondit, quod olea Mineruam significaret, vnda Neptunum, & quod esset in ciuiũ potestate, ex cuius nomine potius duorũ deorum, quorũ signa illa essent, ciuitas vocaretur. Isto Cecrops oraculo accepto, ciues omnes vtriusq; sex[a] [b]: mos enim tunc in eisdem locis [c] erat, vt etiam fœminæ publicis consultationibus interessent, ad ferendum suffragium conuocauit. Consulta igitur multitudine, mares pro Neptuno, fœminæ pro Minerua tulere sententias. Et quia vna plus est inuenta fœminarum, Minerua vicit. Tunc Neptunus iratus marinis [d] fluctibus exæstuãtibus terras Atheniensium populatus est: quoniã spargere latius quo libet aquas * difficile dæmonibus non est, cuius vt iracũdia placaretur, triplici supplicio dicit idem author ab Atheniensibus affectas esse mulieres, vt nulla vlterius ferrent suffragia: vt nullus nascentiũ maternũ nomen acciperet: vt ne quis eas ἀθηναίας [e] vocaret. Ita illa ciuitas mater ac nutrix liberaliũ doctrinarum, & tot tantorumq; philosophorũ, qua nihil habuit Græcia clarius atq; nobilius, ludificãtibus dæmonibus de lite deorum suorũ maris & fœminæ, & de victoria per fœminas fœminea Athenas nomẽ accepit [f]: & à victo læsa, ipsam victricis victoriã punire cõpulsa est, plus aquas Neptuni, quàm Mineruæ arma formidans. Nam in mulieribus, quæ sic punitæ sunt, & Minerua quę vicerat, victa est: nec affuit suffragatricibus suis, vt suffragiorũ deinceps perdita potestate, & alienatis filiis à nominibus matrum, Athenæas saltẽ vocari liceret, & eius deæ mereri vocabulum quam viri dei victricem fecerãt ferendo suffragium: de quo satis apparet, quæ & quanta hinc dici possent, nisi sermo ad alia properaret.

*aliûs aquas quaslibet.

a Athenæ. NAm vt Athenæ vocarẽtur.) Athenę Atticæ vñ sint dictę nõ cõuenit. Vulgatior opinio est à Minerua, quæ illis dicta est ἀθηνᾶ. De nois[b] regiõis & vrbis, hęc fere sũt apud Grec. Pausan. ἡ πόλις ἀρχὴν μὲν κέκροπος κεκραιὸς ἐδέξατο, ἀθηναίων δὲ ὠνόμασε πρότερον. κεκραιῶ δὲ θυγατέρας καὶ ἄλλας, καὶ ἀτθίδα γενέσθαι λέγουσι, ἀπὸ ταύτης ὀνομάζουσι ἀττικὴν πᾶν χῶρον, πρότερον καλούμενον ἀκταίαν. Principatum Cecropis excepit Cranaus Atheniẽsiũ virtute præstãtissim[a]. huic filiæ fuerũt, quã aliæ, tũ vero Atthis, à qua regio dicta est Attica, quæ pri[a] Actæa. Strabo: Ἀττικὴν μὲν οὖν ἀπὸ ἀκταίου φασὶν· ἀτθίδα δὲ ἡ ἀττικὴ ἀπὸ ἀτθίδος τοῦ κεκραιοῦ. ἀφ' οὗ καὶ κεκραιοὶ οἱ ἔνοικοι. μορφοπίαν δὲ ἀπὸ μορόπου, ἰωνίαν δὲ ἀπὸ ἴωνος τοῦ ξούθου τριτογένειαν δὲ καὶ ἀθήνας ἀπὸ τῶν ἐπωνύμων θεῶν. Atticam quidem ab Actæone cognominãt. Atthida vero & Atticam ab Atthide filia Cranai, à quo incolæ Cranaĩ dictę, Mopsopiã à Mopsopo, Ioniam ab Ione Xuthi filio, Possidoniã à Possidone, & Athenas ab Athena. Ceu quis Latine dicat Neptuniã à Neptuno, & Mineruas à Minerua. Iustinus historicus ex Trogo non vocatas Athenas scribit vsque ad quartũ regẽ Atticũ, qui successit Cranao: ipse Amphionidẽ vocat, credo mẽdose, Græce Amphictyona: & profecto nomẽ Athenarũ nõ est iter illa oppida, quæ Cecrops posuit, eaq; quæ vocata est Cecropia, postea Athenæ dicta, & cõdita à Theseo vrbs arx fuit. Sic esũ apud Græcos frequẽter ἡ ἀκρόπολις τῶν ἀθηνῶν κεκροπία ἐκαλεῖτο τὸ πρότερον. quæ sunt verba interpretis Appollonij. Idem alio in loco Cecropia dicitur Attica à Cecrope rege. Verum illud ignorandũ non est. Athenas triplices fuisse, vt inquit M. Varro in libris de analog. ab aliis Atheniẽses, ab aliis Athenæos, ab aliis Athenæopolitas. Sunt enim Athenæ Atticæ, vnde Atheniẽses, & Athenæ Euboicæ in Eubœa insula, Chaldæ cognominatæ, à Cecrope Erichthæi filio cõditæ, cuius incolæ Atheneĩ, vt puto, à Latinis dicuntur. Nam Græci Athenarum Atticarũ ciues ἀθηναῖοι vocant. Athenæopolitę autẽ sunt in Gallia Narbonensi populi, qui Athenopolim inhabitant Massiliensi agro. Est & in Laconica terra Athenæ oppidum ἀθῆναι. b Ciues omnes vtriusque sexus.) Ouidius. vj. Metamorphoseos: venisse inter Mineruam & Neptunum in contentionẽ, vter de suo nomine Cecropiam vocaret: disceptãtibus duodecim diis, ac ipso etiã Ioue, Neptunũ tunc percussa tridente, terra equũ produxisse, Mineruã oleũ. Hoc erat signũ pacis, illud belli. Placuit magis, omẽ pacis. Ita Minerua Athenas vocauit, quod alij referũt ad certamẽ maris & terræ, vtra parte plus possint Attici, tum ad belli, pacisq; partes, tum ad fructus, merces, & quęstus, vnde plus accedat Athenien. è marine an è terra. At equus à Neptuno ęditus, ab aliis Syron, ab aliis Ariõ dicitur: ab aliis Scythius, vt Seruius refert primo Georg. Valerius Probus nõ vnum Neptuni equũ nominat. nam Ariona dicit donatum Adrasto à Neptuno, Xanthum & Cyllarõ Iunoni, quos illa Castori & Polluci dedit. Sed quæ Minerua hęc est ex quinque? Ex sententia Platonis in Timæo secunda Minerua, quã Cicero dicit ortã Nilo, coli ab Aegyptiis Saietis, & si vulgo Saletis legitur. Est enim Saïs in Aegypto sub Delta ingens vrbs, & nomos Amasis patria & regia: cuius cõditrix fuit eadem Minerua ab Aegyptiis Neuth dicta, quæ Athenarum in Attica. Est & Atheniensibus mensis, quem exordiuntur noua luna Decẽbris, qui ab illis ποσιδεών. nominatur, de memoria illius certaminis ποσειδῶνος, hoc est, Neptuni cum Pallade. c Mos enim tunc in eisdem locis.) Qui in aliis permultis & eum voluit esse in sua Rep. Pla. d Tũc Neptunus iratus marinis.) Hoc videri potest factũ in diluuio Deucalionis, quod tempore Amphyctionis cõtigit, quum Athenæ cœperunt hoc nomine cognosci eáque vis aquarum Athenas quoque afflixit. e Vt ne quis eas Athenæas.) Hoc Græce, ἀθηναίας, Metaclides ait, fœminas Athenis natas, non ἀθηναίας vocari: sed, ἀθηναίας: viros dici ἀθηναίους. Causam reddit ita: μὴ τὴν ἄκαμον ἅτε γαμεῖν μέλλοντα τῇ προσηγορίᾳ καταλαχώσιν: ne, inquit, nuptæ salitando innuptas pudore afficiãt. Nam ex marito cognominatio vxoris sumitur: quumq; viri dicti ἀθηναῖοι, si illæ dicerentur ἀθηναῖαι, viderentur iam nuptæ, vt que de virorum appellatione nominarentur. Verum Phecrates γραῦς [1], & Philemon τρίγραυς, & Diphilos ἀμαξοῤῥίς, & Pindarus γελῶν, & alij veteres Poëtę permulti fœminas Atticas ἀθηναίας vocarunt, quam vocem in illis scriptoribus Phrynilicus sophista Bithynicus ἀντὶ τοῦ ἀθηναίας positam putat, miratur q; Phercratem hominẽ Atticissimũ, ea esse vsum in illa nota. f Et de victoria deorũ per fœminas, fœminę Athenas nomen accepit.) In Brugensi exemplari sic legitur: de victoria per fœminas Ecœminea Athenas nomẽ accepit, vt fit victoria fœminea. Si quis malit legere fœminæ, ad Mineruam referentur: & legi posset, fœminæ ἀθηνᾶς, hoc est, fœminæ Mineruæ.

Quid Varro tradat de nuncupatione Areopagi, & de diluuio Deucalionis. Caput X.

ATtamẽ Marcus Varro nõ vult fabulosis aduersus deos fidem adhibere figmentis, ne de maiestatis eorum dignitate indignũ aliquid sentiat. Et ideo, nec Areopagon [a], vbi cum Atheniensibus Paulus [b] Apostolus disputauit: ex quo loco Areopagitæ appellati sunt curiales vrbis eiusdem: vult inde accepisse nomen, quod Mars, qui Græce ἄρης [c] dicitur, cum homicidij crimine reus fieret, iudicantibus duodecim diis in eo pago, sex sententiis absolutus est, quiã vbi paris numeri sententiæ fuissent, præponi absolutio damnationi solebat. Sed contra istam, quæ multo est amplius celebrata opinionem, aliam quãdã de obscurarum noticia literarum, causam nominis huius conatur astruere, ne Areopagon Atheniense de nomine Martis & pagi [d], quasi Martis pagum nominasse credantur: in iniuriam videlicet numinum, à quibus litigia, vel iudicia existimat aliena: non minus hoc quod de Marte dicitur, falsum esse asseuerans, quàm illud quod de tribus deabus, Iunone scilicet, & Minerua, & Venere: quæ pro malo aureo adipiscendo, apud iudicẽ Paridem de pulchritudinis excellentia certasse narrãtur: & ad placandos ludis deos, qui delectantur, seu veris, seu falsis istis criminibus suis, inter theatricos plausus cantantur, atq; saltantur. Hæc Varro non credidit, ne deorum naturæ, seu moribus credat incongrua: & tamen non fabulosam, sed historicam rationem de Athenarum vocabulo reddens, tantam Neptuni & Mineruæ litem suis literis inserit, de cuius nomine potius illa ciuitas vocaretur, vt cum prodigiorum ostentatione contenderẽt inter eos iudicare, nec Apollo consultus auderet, sed ad deorum iurgium finiendũ, sicut memoratarum trium dearum ad Paridem Iupiter, ita & iste ad homines mitteret, vbi vinceret Minerua suffragiis, & in pœna suarum suffragraticum vinceretur, quę in aduersa-

A in aduersariis suis, viris obtinere Athenas potuit, & amicas suas fœminas Atheneas habere nõ potuit. His temporibus vt Varro scribit, regnante Atheniensibus Cranao. [c] successore Cecropis: vt autẽ nostri Eusebius & Hieronymus, adhuc eodem Cecrope permanẽte diluuium fuit, quod appellatum est Deucalionis, eo quod ipse regnabat in earum terrarum partibus, vbi maxime factum est. Hoc autem diluuium nequaquam ad Aegyptum, neque eius [f] vicinia peruenit.

a Areopagus. ET ideo nec Areopagon.) In aliis Areõpagõ, in aliis Arion Pagon, sic Græce ἄρειος πάγος. Stephanus in vrbibus promontoriũ dicit fuisse Athenis, in quo iudicia & quæstiones factæ necis exercerentur. Athenis enim duo erant consilia, vt scribit Libanius sophista: Vnum perpetuũ, quod de cædibus iudicabat, & huiusmodi rebus eo loco qui Areopagus dicebatur: alterũ quotannis mutabile, quod Remp. cõstituebat, & quingentenariũ vocabatur. De Areopago & Areopagitarũ moribus collegit plurima ex vtriusque linguæ scriptoribus Badæus noster annotans Pandectas. b Vbi cum Athenien. Paulus.) Actorum. xvij. c Quod Mars qui Græce ἄρης.) Hęc est cõmunis omniũ opinio. Ideo Iuuenalis satyra nona, curiam Martis Areopagũ nominat. Pausanias Areopagũ dictum scribit, quia primus ibi Mars iudiciũ subiit, cũ occidisset Alirrhothion, qui fuit Neptuni filius, quod vim intulisset Alcippę Martis ipsius ex Agraulo Cecropis filiæ. Deinde iudicatũ ibi Orestem matricidam ait, & iudicio liberatum templũ ibi erexisse Mineruæ Arcæ. q. Martiæ. d De nomine Martis & pagi.) Non puto esse dictã illam curiam Areopagũ. q. Martis pagũm, ceu pagus aliquis esset extra vrbem, quales rusticani, qui pagi vocantur, quasi eodem vtantur fonte, qui non πάγος, sed πηγὴ dicitur: nec ceu vicus in vrbe, sed πάγος modo eminentem aliquem locum, modo saxum significat, quod Stephanus dixit promontorium, quasi celsiorem locum. Sic & Suidas. ἐκλήθη δὴ ἄρειος πάγος, διὰ τὸ θεὸν πάλαι δικάζειν, ἡνίκα τὸν ὑφ' ἑαυτοῦ δικαστὴν ἄρειον, ἄρειος ὁ ἐπεὶ τὰ φονικὰ δικάζει. ὁ δὲ ἄρης ἐπὶ φόνῳ, Id est, Vocatus est Ariopagus quòd in saxo & loco ęditiore est forũ. Ari[a] vero q. de cędib[a] iudicãt, quib[a] præest Mars. Attingit quoq; iudiciũ Martis super Alirrhothio interfecto ex Hellanico li. j. vt nos ex Pausania, ex quo eodem prætermittẽdũ non est in Areopago fuisse lapides argẽteos, ἐφ' ὧν ἑστᾶσι ὅσοι δίκας ὑπέχουσι, καὶ οἱ διώκοντες, τὸν μὲν ὕθρεα, τὸν δὲ ἀναιδείας αὐτοῖς ὀνομάζουσι, πλησίον δὲ ἱερὸν θεῶν ἐστὶ δὲς καλούσῃ ἀθηναῖοι σεμνάς, ἠοιόδος δὲ ἐριννύς καὶ θεογονίᾳ. In quibus & rei & actores consistebant: eorum vocabant iniuriæ, actorum vero impudentiæ. Erat & in proximo templũ dearum verendarũ, vt Athenien. nominant, quas Hesiodus in Theogonia furias vocat.

Cranai. c Regnante Athenien. Cranao.) Alij Amphyctione rege vt dixi, Eusebius rege Cecrope: quę annotatio temporũ parũ mihi probatur, vt illud, quod in idẽ tẽp[a] refertur ab eo Cecrops, is qui in Eubœã ĩsulã migrauit, quẽ scriptores Græci filiũ dicũt Erichthei, qui lõge post Cecropẽ illum primũ Atticã terrã tenuit, à quo Atheniẽses dicti sunt Cranaĩ, Aristoph. ὄρνισι, μείζω τῶν κεκραιῶν κιττοῦσα πόλιν ὀνοικοδόμει. Strabo Cranaos esse nominatos scribit: quod miror cur maluit interpres vertere inquilinos, quàm incolas, sed Eusebium & Hieronymũ cõiungit, quod Eusebius cõposuit opus, Hieronymus in Latinum vertit. Cæterum vt redeam ad diluuiũ & Deucalionem, hic filius fuit Promethei, & Oceanæ, vt inquit Dionysius, qui Pyrrhã patrui sui Epimethei & Pandoræ filiã in coniugem accepit, regnauitq; in Thessalia, expulsis Pelasgis, cum in exercitu gentes Parnassi accolas ductaret, id est, Leleges & Curetas. Huius diebus, sicut Aristoteles refert, ingẽs vis imbriũ magnã Thessaliæ & Grecię partem oppressit. Ipse Deucalion & vxor Pyrrha in Parnasso seruati, cõsulto Themidis oraculo humanũ genus dicuntur reparasse, iactis post terga parẽtis ossib[a], hoc est, terrę lapidibus, qui à viro iacti in viros, qui à fœmina in fœminas cõuertebãtur. Sed re vera ex mõtib[a] in plana deduxerũt hoĩes, qui diluuio superfuerant, ideo fuisse saxa fabulati sũt. Lucia. ὦ μισανθρώπω, ὡσὲ τηλικοῦτον ὦν ἀκαιρεῖ χρόνῳ ναυαγίᾳ ἐπὶ τῆς δευκαλίωνος. ἐγένετο, ὡς ὑποθεμένου ἀπάντων καταδεδυκότων μόνος ἐμὲ ἀκιβῶλον πδιστωθῆναι προσοκείλαν τοῖς λυκορείοις. Hoc est, quo circa tantum in momento tẽporis sub Deucalione naufragium cõtigit, vt demersis in fundo cunctis, vix vnicus superstes inter fuerit ad Lycoreã appulsus. Porrò Lycorea vicus est in Delphis à Lycoreo rege dictus, vt scribit Callimachus: Parnassus vero, sicut Stephanus narrat, olim Larnassus vocari erat solitus, propterea quòd Deucalionis illuc appulit λάρνακι, hoc est, linter contectus siue arca, quam Deucalion ædificauit consilio Promethei patris. Strabo vero Deucalionem Cyni habitasse narrat, quæ est in Locride vrbs ad Sunii Opuntium, vbi Pyrrhæ vi situr sepulchrum, cum ipsius Deucalionis sit Athenis. Pausanias templũ quoque Athenis esse scribit, quod à Deucalione extructum dicitur, argumentõque est ipsum ibi quandoque habitasse. Et si Dion Olympij Iouis templum esse Deucalionis tumulum tradit, quod templum ab ipso extructum ferunt. f Hoc autem diluuium nequaquam ad Aegyptum, neq; ad eius.) Sic Plato in Timæo, & Diodorus Siculus libro primo.

Quo tempore Moyses populum de Aegypto eduxerit: & Iesu Naue, qui eidem successit, quorum regum ætate sit mortuus. Caput XI.

EDuxit ergo Moyses ex Aegypto populũ dei, D
nouissimo tempore Cecropis Atheniensium regis cũ apud Assyrios regnaret Ascades *†, *† aliâs Ascatades. apud Sicyonios Marathus [a], apud Argiuos Triopas. Educto autem populo in mõte Sina diuinitus acceptã tradidit legem, quod vetus dicitur testamentum: quia promissiones terrenas habet: & per Iesum Christũ futurum fuerat testamentum nouum, quo regnum cœlorum promitteretur. Hũc enim ordinẽ seruari oportebat, sicut in vnoquoq; homine, qui in deum proficit, id agitur, quod ait Apostolus, vt non sit prius quod spiritale est: sed quod animale, postea spiritale: quoniã sicut dicit, & verum est: primus homo de terra, terrenus, secundus homo de cœlo, cœlestis. Rexit autem populũ Moyses per annos quadraginta in deserto: & mortuus est annorum centum & viginti: cum Christum etiam ipse prophetasset per figuras obseruationum carnaliũ in tabernaculo, & sacerdotio, & sacrificiis, aliisq; mysticis, plurimisq; mandatis. Moysi successit Iesus Naue: & in terra promissionis introductum populum collocauit ex authoritate diuina debellatis gentibus, à quibus eadem loca tenebantur. Qui cum populũ rexisset E post mortem Moysi viginti & septem annos, etiã ipse defunctus est: regnante apud Assyrios octauodecimo Amynta, apud Sicyonios sextodecimo Corace, apud Argiuos decimo Danao [b], apud Athenienses quarto Erichthonio.

Exod. 14.
1. Corin. 15
Deute. 34.
Iosue. 1.
Iosue. 2.

a Marathus. APud Sicyonios Marathus.) Peratus, Pausanias πέρατος. Eusebius Marathum, quem viginti annos tenuisse imperiũ scribit. Est etiam Marathus Apollinis filius, à quo vrbs in Phocide, nõ longe ab Antycirrha. Fuit & Marathus, qui cum Tyndaridis militauit, à quo Marathon in Attica δῆμος, vt scribit Plutarch. Nescio, an hic sit Apollinis filius, tempora satis congruunt. Et Suidas ab Maratho Apolline nato dictum perhibet campum Marathonium in Attica.

Danaus. b Apud Argiuos decimo Danao.) Danaus Beli filius Aegyptius nauẽ primus ex Aegypto in Græciã aduexit, vt scribit Plinius. Nã antè ratib[a] nauigabatur inuẽtis in mari Rubro, inter insulas à rege Erythra. Idẽ Danaus primus puteos excogitauit in Argo dipsio, hoc est, siticuloso. Hunc Aegyptij eiecerunt præfecto sibi Aegypto, à quo nomen habet regio, quum prius Aẽria nominaretur, vt scribit Euseb. Pausanias Danaum refert ex Aegypto Argos venisse, Gelanore Sthelenæ filio regnante Argis, quem ipse & omnes de Agenorica gente regno spoliauit, contentionem vero Danaĩ & Gelanoris ad hunc modũ narrat: Quum ex Aegypto Danaus venisset, certarẽtque cum Gelanore Sthelenæ filio, de regno discẽptante populo, multáque vtrinque ad persuadendũ conducentia afferrẽtur, nec minus æqua videretur Danaus dicere, quàm Gelanor, populus iudiciũ in postridianũ distulit diẽ: quo die, oriente luce, lupus in gregẽ boum ad pomeria pascentium, incurrit: cœpitq; cum duce gregis tauro depugnare. Ibi oblata est occasio Argiuis tauro simulem Gelanorem, lupo Danaum extimare: quoniã, vt bellua illa non est cum hominibus educata, ita nec Danaus erat cum ipsis. At cum taurum lupus confecisset, pro Danao pronunciatũ est. Ea de causa putans Danaus Apollinẽ in armentum immisisse lupum, templũ erexit Apollini λυκίῳ, id est, lupino. Hic Danaus in arce Argiua habitauit, cæteriq; Pelasgi, Danaĩ sunt ex ei[a] nomine vocati. Huius fuit illæ quinquaginta filię carminib[a] celebres. Diodorus ait, ab hoc conditos esse Argos Argiuos, antiquissimam ferè vrbem Græciæ: alij tantum arcem perhibent, & ab eo Danaos esse dictos, qui ante Pelasgi. Tanta gloria fuit rex ille præ cæteris eiusce gentis.

De sacris falsorum deorum, quæ reges Græciæ illis temporibus instituerunt: quæ ab exitu Israël de Aegypto, usque ad obitum Iesu Naue dinumerantur. Caput XII.

PEr hæc tempora, id est, ab exitu Israël ex Aegypto vsq; ad mortem Iesu Naue, per quem populus idem terram repromissionis accepit, sacra sunt instituta diis falsis à regibus Græciæ, quæ memoriam diluuii, & ab eo liberationis hominum, vitæq; tunc eruminosæ, modo ad alta, modo ad plana migrantium, solenni celebritate reuocarunt. Nam & Lupercorum [a] per sacram viam [b] ascensum, atq; descensum sic interpretantur, vt ab eis significari dicant homines, qui propter aquæ inundationem summa montium petiuerunt, & rursus eadem residente ad ima redierunt,

G dierunt. His temporibus Dionysium [c] qui etiam Liber pater dictus est [d], & post mortem deus habitus, vitē ferunt ostēdisse [e] in Attica terra hospiti suo. Tunc Apollini Delphico instituti sunt ludi [f] musici, vt placaretur ira eius, qua putabant afflictas esse sterilitate Græciæ regiones, quia non defenderunt templū eius, quod rex Danaus cum easdē terras bello inuasisset, incendit. Hos autem ludos vt instituerent, oraculo sunt eius admoniti. In Attica vero rex Erichthonius ei ludos primus instituit, nec ei tantum sed etiam Mineruæ, vbi prēmiū victoribus oleum ponebatur, quòd eius fructus inuentricem Mineruam [g], sicut vini Liberū tradunt. Per eos annos à rege Xantho Cretensium [h], cuius apud alios aliud nomen inuenimus, rapta perhibetur Europa [i], & inde geniti Rhadamantus [k], Sarpedon [l], & Minos [m], quos magis ex eadem muliere filios Iouis esse vulgatū est. Sed talium deorū cultores illud, quod de rege Cretēsium diximus, historicæ dant veritati: hoc autē quod de Ioue Poëtæ cantant, theatra cōcrepant, populi celebrant, vanitati deputant fabularum, vt esset vnde ludi fierent placādis numinibus etiā falsis eorum criminibus. His temporibus Hercules in Tyria [n] †* clarus habebatur. Sed nimirum alius, non ille de quo supra locuti sumus. Secretiore quippe historia plures fuisse diuntur & Liberi patres & Hercules. Hunc sanē Herculem cuius ingentia duodecim facta numerant, inter quæ Antæi Aphri [o] necem non cōmemorant, quod ea res ad alterum Herculē pertinet, in Oetha monte [p] à seipso incensum [q] produnt suis literis, cum ea virtute, qua monstra subegerat, morbum tamen quo lāguebat sustinere nō posset. Illo tempore, vel rex, vel potius tyrannus Busiris [r] suis diis suos hospites immolabat, quē filium perhibent fuisse Neptuni, ex matre Libya filia Epaphi. Verum non credatur hoc stuprum perpetrasse Neptun°, ne dij accusentur, sed Poëtis & Theatris ista tribuantur, vt sit vnde placentur. Erichthonij regis Athenienſiū [s], cuius nouissimis annis Iesus Naue mortu° reperitur, Vulcanus & Minerua parentes fuisse dicuntur. Sed, quoniam Mineruam virginē volunt [t], in amborum cōtētione Vulcanum cōmotum effudisse aiunt semen in terram, atq; inde homini nato ob eam causam tale inditum nomen. Græca enim lingua ἔρις, cōtentio, & χθὼν terra est, ex quibus duobus compositum vocabulum est Erichthonius. Verū quod fatēdum est, refellunt, & à suis diis repellūt ista doctiores, qui hanc opinionem fabulosam hinc exortam ferūt, quia in tēplo Vulcani [u], & Mineruę, quod ambo vnum habebāt Athenis, expositus inuentus est puer dracone inuolutus [x], qui eum significauit magnum futurū, & propter cōmune templū cū essent parentes eius ignoti, Vulcani & Mineruæ dictum esse filiū, nominis tamen eius originem fabula illa potius quàm ista designat historia. Sed quid ad nos hoc, cū isti in veracibus libris hominēs instruāt religiosos, illud in fallacibus ludis dæmones delectet impuros, quos tamen illi religiosi tāquam deos colunt? Et cum de illis hæc negāt ab omni eos crimine purgare non possunt, quoniam ludos eis poscētibus exhibent, vbi turpiter aguntur, quæ velut sapienter negantur, & his falsis ac turpibus dij placantur, vbi etiā si fabula [y] cantat tam hominū crimen, quàm numinū falsum, †delectari tamen falso crimine crimen est.

Li. 2. Solilo. cap. 15 & supra cap. 8.

**Taliâs Syria.*

Iosue. 24.

†al. ubi & si fabula cantat crimen numinū falsum.

NAm & Lupercorum.) Lupercal Romæ locus erat in palatio sacer Pani Lyceo, hoc est, lupino, quem ferunt Arcades, qui cum Euandro in Italiam venēre, monitu Carmentis vatis dicasse, vt in patria magnis religionibus Pan Lyceus colebatur, & Iuppiter Lyceus in Lyceo monte, & eodem Romæ loco Romulus & Remus suxerant lupę māmas, simulachrumq; erat eiusce facti æneū, idcirco Seruius hac de causa Lupercal dictum esse putat. Sed sacra Lycei Panis ab Euandro ante nātum Romūlum multis annis instituta erant. Sic Ouidius in Fastis:

Quid vetat Arcadico dictos à monte Lupercos:
Faunus in Arcadia templa Lyceus habet.

Et Vergilius libro octauo:

Gelida monstrat sub rupe Lupercal
Parrhasio dictum Panos de monte Lycei.

Et Romulus ex Lupercis fuit. quod sacrum celebrabāt, cum à pastoribus Numitoris est captus. Sacrificabatur Pani à nudis hominibus, tectis tātum pudendis, vt inquit Dionysius, pellibus animantium mactatarū ad aram, deinde vicum circūibant cursitantes. Varro libro quinto, de ling. La. Lupercalia dicta, quod in Lupercali Luperci sacra faciunt. Rex cum ferias mensturas nonis Februariis edicit, hunc diem februatum appellat. Februum Sabini purgamētū, & in sacris nostris verbum: nam & Lupercalia februatio, vt in antiquitatū libris demōstrauī. Festus has ferias Lupercales Iunoni videtur attribuere: quam, siue februatam, siue februalē, siue februlim nominant. eoq; die mulieres februantur, hoc est, purgātur à Lupercis amiculo Iunonis, id est, pelle caprina. Erat enim persuasum mulieribus prodesse ad fœcunditatem cędi suticis pellium caprarū immolatarum Lupercalibus. Ideo Lupercis currentibus, offerētes se, manus tendebant, vt ferirentur. Immolabant etiam Luperci canem, sicut narrat Plutarchus: seu quòd id genus erat purgationis, seu quòd lupis inimicū, cum lupino deo sacrū fieret. b Per sacram viā.) Sacra via Romæ est, authore Festo, non tantū vt vulgus opinatur, à regia ad domum regis sacrificuli, sed à regis domo ad sacellum Strenuę, & rursus à regia vsque in arcem. Varro de lingua Latina, ab Strenuę sacello prope Carinas oritur caput sacræ viæ, quę pertinet in arce, qua sacra quotquot mensibus ferūtur in arcē, per quam augures ex arce profecti, solent inaugurare. Huius sacrę viæ pars hęc sola vulgo nota, quę est à foro eunti primoro cliuo, sacra dicta, quòd ibi fœdus inter Romulū & Titum Tatium fecerunt Sabinum ictum. Poma solita hic vendi ostendit Ouidius aliquot locis. Acliuem fuisse satis indicant loca quę adscripsi. Ideo Augustinus, ascensum & descensum dicit. c Dionysium.) Cicero tertio de natura deorū. Dionysios multos habemus. Primū è Ioue & Proserpina natū. Secūdū Nilo, qui Nysam dicitur interemisse, Tertium Caprio patre, cúmque regē Asię præfuisse dicunt, cuius Abarea sunt instituta. Quartum Ioue & Luna, cui sacra Orphica putantur confici. Quintum Nysio natum & Thyone, à quo trieterides constitutæ putantur. De Dionysiis Thebano, & Indico, & Assyrio Philostratus libro secūdo, Apollonij. Diodo. libro quarto esse scribit, qui vnicum Dionysium fuisse credant, repertorem vini, gētiūmque victorem: esse qui tres, diuerso tempore. Primū Indum, qui vinū inuenerit. Alterum Ioue natū & Proserpina, seu Cerere, aratri monstratorem, cum prius manibus foderent terrā, ac subigerent. Tertium Ioue & Semele voluptuarium hominē, quique in exercitu fœminas ducebat. d Qui etiā Liber pater dictus est.) Macrobius in Saturnalibus, cur Dionysius Liber dicatur, causam reddit ex sententia Nouij: quòd sol sit, & liber per cœlum vagetur, alias rationes affert in quęstionibus Plutarchus: vel quòd liberos reddat bibētes: vel quòd pro libertate Bœotiæ pugnarit: vel quòd à curis liberat, & in agendo securiores reddit. Senec. in libro de tranquillitate vitæ, Bacchum Liberum esse dictum interpretatur, non ob linguæ licentiam, sed quia liberat seruitio curarū animum, & asserit, vegetiorem, & audaciorem in omnes conatus facit. Trudit enim curas, & ab imo animū mouet, ac vt morbis quibustā, ita tristitiæ medetur. Idcirco, liberalius interdum potandum censet. e Vitem ferunt ostendisse.) Ideo Plato in Cratylo ὀτρύνειν interpretatur, id est, σοῦ θεῖν οἴνῳ. Paulo diuersa Valerius Probus. j. Georg. Actolus, inquit, pastor Staphylus, cum Oenēi capellas in pabulum deduceret, notauit vnam præcipue sedentē à grege, lætiorem cæteris, recipientē se serius in præsepia. Cuius rei vt causam cognosceret, sequutus est eam clam, & in remota stirpe vnā edentem, pomū ei incognitū sustulit, regique pertulit Oenēo, qui expresso humore delectatus, quum cum vetustate cognosceret mitescere, Libero patri apposuit, accepto à se hospitio. Cuius rei cultum cū monstraret Liber, vt perpetua inuentorū esset gloria, cōstituit, vt ab Oeno οἶνον appellaretur vinum, à Staphylo vua σταφυλή. Eusebius Dionysium quendā ponit Deucalionis filiū, antiquiorē illo Semele nato, quem in Atticā terram venisse dicit, & ab eo vitem inuctā. eius quoque hospitem nominat Semacum, cuius filiæ capreæ pellē donauit, sed id Cecrope adhuc rege. Eubolus tamen ante Cecropem tradit, quàm vinū sit repertum, & homines in sacrificiis aqua pro vino vsos. f Tunc Apollini Delphico instituti sunt ludi.) Eusebius idem in eadem tempora coniicit tēpli Apollinis Delij constructionem à filio Cecropis Erisichthone factā. Ludi Apollini sacri, cum alij erant multi in Græcia, tū in primis celebrati duo: Actij in Acarnania Apollini Actio, quibus præerant Lacedæmonij, tum nobilis tota Græcia, Delphici in Phocide, qui dicebātur Pythia, & celebrabātur octauo quoque anno, vt scribit Censorinus. Plutarchus in quęstionibus ait, Delphos tres agere enneaterides, hoc est, nouēnales ludos. Quarum vnam vocant Stephaterium, alteram Heroïdem, tertiam Chorilam. Verum de institutione horum certaminum non conuenit. Interpres quidam Pindari in Pythiis scribit, duplicia esse Pythia. quod & testatur Strabo, antiquissima inuenta sunt ab Apolline ipso Pythone serpente occiso, in quibus victores fuerunt heroës, Castor, Pollux, Peleus, Hercules, Thelamon: qui omnes lauro sunt coronati. Recētiorem agonem Pythiū constituerunt Amphyctiones consilium Græcię, postquam Cirrhæos execratos adiutore Eurylocho Thessalo vicerunt. temporib° Solonis, cuius belli meminit Aeschines contra Ctesiphontē. g Quod eius fructus inuentricem Mineruam.) Hanc, non tam olei putant inuentricem, quàm oleæ. Sic Verg. Oleæq; Minerua Inuentrix. Nam Plinius lib. vij. Oleum & trapetas Aristęi Athenien. inuētum facit, eiusdem cuius & sunt mella, quin etiam & vinum, vt placet Aristoteli, qui eū doctum hominem facit, & à musis educatū, & si Diodorus olei exprimendi rationem

K

Februum.

L

Sacra uia.

Dionysius.

Liber.

M

Minerua.

A rationem ex Mineruæ artibus, quas homines docuit esse dicit. Oleā vero Mineruæ esse sacram omnes perhibent, vt Laurum Apollini, & Aesculū Ioui, & Veneri Myrtum, & Populum Alcidæ, sicut inquit Vergil. Plinius lib. xvj. manere adhuc ętate sua tradit oleam illam Athenis, quam in certamine ędidit Minerua. Olea coronantur Athenis victores. Vnde mos Romanus in minoribus triūphis, quas ouationes nominant, olea & myrto rediuire caput, & turmæ equitum Calendis quintilibus olea coronātur, in Olympia victores oleastro: duraręq; scribit Plinius etiam memoria sua oleastrū in Olympia, quo Hercules ibi coronatus est. h A rege Cretensium Xantho.) Hunc Xanthum puto, quē Diodorus lib. quinto Asterū nominat ex minoribus Deucalionis. nā huius filius fuit Hellenus. à quo Dorus progenit°, ab hoc Tectam°, qui cū Pelasgis & Aeolibus in Cretam nauigauit, ibi rex Asterium genuit, quo rege narrant contigisse raptum Europæ, quæ ex Ioue tres filios Minoëm, Rhadamanthū, & Sarpedonem peperit, quos Asterius, cū prolibus careret corumq; matrem Europam in cōiugem accepisset, adoptauit. Eusebius Asterium hūc tres illos genuisse perhibet. Strabo aliter, qui Deucalionis filiū dicit Hellenem, huius filios Dorum & Xuthum, qui ducta Creūsa Erechthei filia colonos in Quadripolim Atticæ terræ deduxit, Oenoam, Marathonem, Probalynthum, & Tricorychum, cum quo Ioannes Grammaticus sentit περὶ διαλέκτων, qui tertium filium Helleni addit Aeolū, à quo lingua Aeolica, vt à Doro Dorica, idq; est vero similius, nam octaginta tātum anni computantur inter Deucalionis inundationem & raptum Europæ, nempe à tricesimo Cecropis ad xl. Erichtonij. alij Græci nō Hellenis filios dicunt Dorum & Xuthum, sed Aeoli, qui Creusam in matrimonio habuerit. Ab huius vero Xanthi filio Ione dicta est Ionia, quæ prius Aegialia. is enim colonos Athenien. duxit in. xij. Asiæ ciuitates ex Apollinis responso, vt Vitruuius tradit, qui in hoc negocio patrē Xanthum cum filio coniungit, sed de filij nomine vocatam esse regionē constat. Erat Athenis βουβρωμέα festū. q. accursus ad ferendam opē, id enim est βοηθεῖν μετὰ τοῦ κλαυθμοῦ, quod cum belligerarent cum Eumolpo Neptuni filio Xāthus magna celeritate Athenien. suppetias tulit. Propter quod in generū est ascinis ab Erechtheo rege. Hunc putant Asterium esse & Xanthū, nā Xuthus & Xanthus indifferenter ponūtur. & hinc ius regni Atheniēsis, quod Androgeus Minoïs filius Xanthi nepos ab Aegeo Thesei patre reperebat eo Androgeo insidiis Aegei subiato, Minos bellum intulit Athenien. cum diris execrationibus, quæ Atheniēses ita afflixerūt, vt singulis annis septenos pueros & totidē virgines Minoï pendere cogerētur. Asterij cuiusdam meminit Orpheus, quem dicit cum Argonautis nauigasse, sed alterius ab hoc, nempe Amphionis fratris. i Rapta perhibetur Europa.) Agenoris filia ex Sidone Phœnicia à prædonibus dicitur rapta vectaq; in Cretam, naui cuius insigne erat taurus albus, de cuius nomine ferunt tertiam orbis partem, hanc quam nos incolimus esse dictam. Herodotus Cretenses Græcos fuisse raptores scribit, vt raptum Iūs, quam ceperant Phœnices vindicarēt. Paridem quoque vt Asianos vlciscereturˌ Helenam rapuisse, & hinc initium malorum. Palęphatus Parius sic narrat, fuisse Gnosium quendā virum taurum nomine, hunc, quum bellū Tyreniæ regioni faceret, & alias rapuisse virgines, & Europam Phœnicis filiam è Tyro. vnde nata sit fabula, Græci ex eo Iouis & Europę concubitu ne frustra fuerit, Carnium aiunt esse progenitum adamatum ab Apolline. vnde sunt apud Lacedæmonios feriæ Apollinis Carnij, authore Praxila. k Rhadamanthus.) Hic leges dicitur dedisse Cretēsibus & iudex inductior apud inferos à fabulatoribus. Homerus ῥάνθυν nominat, hoc est seu flauum, seu pulchrum, Puto quoque & ipsum patrē significare, & si alios quoque pulchros ῥάνθους nominat. Plato in Gorgia Rhadamanthum Aeginæ fuisse filium opinatur ab Aesopo genitæ, quæ ex Ioue Aeacum peperit, nomēque dedit insulæ Græcæ. l Sarpedon.) Hunc Homerus Iliad. xj. non Europa, sed Laodomia Bellerophōtis filia & Ioue natum dicit, qui in Cilicia regnauit, vbi promontorium est Sarpedō, finis regni eius, authore Mela. Vulgatior fama est in Lycia ditionem habuisse. & sic Strabo sentit lib. xij, qui scribit Sarpedonem ex Creta colonos in eam regionem deuisse, quam postea Lycon Pandionis filius Lycios de se vocauit, cum antea Mynię dicerentur, ac post etiam Solymi, tametsi eos populos Homerus separat. Porrò Sarpedon bello Troiano à Menelao est interfectus multum dolente Ioue, nec valente seruare filium contra decretum fatorum. m Et Minos.) Rex fuit & legū lator Cretensium, qui Minoëm minorē genuit, quem nonnulli Iouis filium fuisse autumant, vt perhibet Diodorus lib. v. n Hercules in Tyria.) Aliter in Syria, sed Tyros quæ est vrbs Phœniciæ in Syria quoque est, vt Phœnicia ipsa. patet enim latissime Syria, vt dixi: nec tamen dicendū est Tyria, sed Tyro. Verum Hercules Cicero. iij. de natu. deorum sex fuisse dicit, vt recensui. Eusebius in hæc tempora reiicit Herculem cognomento Delphinam, qui claruit in Phœnice. sed si hic est Hercules, qui in Oeta combustus est, Hercules Argiuus erit: & legendū erit in Augustino non Syria, neque Tyria, neque Tyro, sed Tyrinthia, quę est vrbs in Peloponesso prope Argos, in qua educatus est Hercules, qui Argiuus dicitur. Vnde & nominatur Tyrinthius, quem in Italiā venisse & monstra domuisse scriptores tradunt. Quanquam hunc qui ad Gades Herculis peruenit Philostratus lib. ij. Aegyptium Herculem fuisse contendit. Sic enim ait, Ὅθεν δηλόται μὴ τὸν Διβάλον Ἡρακλέα, τὸν δὲ Αἰγύπτιον ἐπὶ τὰ γάδειρα ἐλθεῖν, καὶ ὀρέξειν γενέσθαι σφῇ γνῶ. Vnde manifestum fit, inquit, non Thebanum Herculem, sed Aegyptium ad Gades venisse, & ibi finem statuisse terræ. o Inter quæ Antęi Aphri.) Anteus terræ filius fuit, habitauitq; oppidum Tingen in Mauritania, quæ ab eo dicta est Tingentana, freto & Hispaniæ obiecta. Extare dicit Mela rei signum parmam elephantino tergore execto, ingentē, & ob magnitudinem nulli nunc vsuro habilem, quam locorū accolę ab illo gestatam pro vero habent, tradūntque, & inde eximie colunt, & collis in ea terra modicus, resupini hominis imago iacentis illius, vt incolæ ferunt, tumulus. Vnde vbi aliqua pars exuta est, solent imbres spargi, & donec effosa repleantur, cueniunt. Victoriam Herculis de Antæo, Eusebius in priora refert tempora, & ad primum Herculem, à quo tradit victum Antæum luctæ certamine. Nec Vergilius inter facinora Herculis, qui in Italiam venit, meminit Antęi. Ouidius tamen, Claudianus, & alij omnia omnium Herculum facta, vni Herculi postremo Iouis & Alcmenæ filio attribuunt. p In Oeta monte.) Hic est in Macedonia. Mela: hic nouissime calcatū Graio Herculi solum, saltus. Oeteus. De hac Herculis in Oeta monte, pleni sunt Græcorum & Latinorum libri, nihil penè est nobilius. q A seipso incēsum.) Quum atra bili laboraret, & pustulis. Eius morbi meminit in problematis Aristoteles, de ingeniis loquens: quod & Politianus in cēturiis annotauit. Festus scribit Herculeni astrologum fuisse, qui eo se flammis iniecit die, quo solis esset obscuritas futura, vt opinio suæ diuinitatis confirmaretur. Didicerat enim eam artem ab Adante in Libya: cumq; sphęrā ab eo datam Græcis ostendisset, stupidis animis omnia trahentibus ad fabulā, argumentū dedit fingēdi, Herculem in cœlo sustinendo Atlanti fesso iam successisse. r Busiris.) Eusęb. sequitur. Busiris rex Aegypti fuit, qui Busirim vrbem condidit, & Nomon, loco importuoso, & inhospitali, vnde institum fabulæ, quod occiderit hospites. Nam bubulci, qui eo loco tenent pascua, suis gregibus appulsos hospites, si imbecilliores sint, spoliant. Aliam rationem fabulæ affert Diodorus lib. ij. cum Typhon, qui Osidirem fratrē interemit, ruffus esset, vt melius placaretur Osiris magnus deus, institutum boues ruffos, homines etiam ruffos ad eius sepulchrum immolari. Hac de causa quum pauci ruffi Aegyptij reperirentur, externi complures. Hæc res, inquit, materiam fabulandi Græcis dedit Busiridem hospites necasse: sed ea crudelitate Osiridis sepulchrum nostatum est. Eusebius Busiridem latrocinia exercuisse ait, quem Hercules occidit, totámque eam regionem ex infesta pacatam, tranquillamq; reddidit. Non dubium, quin Hercules Aegyptius. s Erichthonij regis Athenien.) Pausanias Amphyctionem scribit regno deturbatum coniuratione Erichthonij, cuius patrē mortalium nullum fuisse putant: progenitum vero, ex Vulcano, & terra. t Sed quoniam Mineruam virginem volunt.) Iuppiter quū Minerua, quam in capite gerebat, parturiret, implorata Vulcani fecuri, iussit sibi caput findi. vnde subito orta est Minerua virgo armata, saltitans. Hanc in mercedē illus, velut obstetricatus, seu quòd arma Ioui fecisset, & diis cum gigantibus pugnaturis, coniugem sibi Vulcanus deposcit, eamq; rē totam Iupiter arbitrio detulit puellæ: quę vero negauit se vili nupturam: cúmque permissū Iouis Vulcanus vi eam vellet cogere, excitata natura, semen effudit in terram, quod pudibūda Pallas terra operuit, vnde Erichthonius est natus, quem anguinis fuisse pedibus memoriæ traditū est, ideo currus inuenisse, vt deformitatē corporis celaret. Vergi. iij. Georg.

Primus Erichthonius currus & quatuor ausus
Iungere equos, rapidisque rotis insistere victor.

Vbi Seruius simili sentētia, qua nos, fabulam refert. Higinius libro secūdo histo. cœlest. scribit Iouem nouum Erichthonij cōmentum admiratū illum in cœlum trāstulisse, vocarique ἡνίοχον, id est, aurigam stellis sepre, ad circulū æstiuum & lacteū orbem. Sed Erichthonius, inquit, quadrigas vt ante diximus, & sacrificiū Mineruæ, & templū in arce Athenien. primus instituit. u Quia in templo Vulcani.) Pausanias in Atticis supra Ceramicum & Stoam Basileum dictam, templum est Vulcano sacrū, in quo & signum est Mineruæ: quæ res occasionem præbuit fabulæ Erichthonij. Fuit & vna ex Minerui, quę ex Vulcano Apollinem genuit, in cuius Apollinis tutela sunt Athenæ. x Puer dracone inuolut°.) Hinc quod fictum est de anguinis pedibus Ouidius secundo Meta. fabulam narrat, quemadmodum Minerua dederit custodiēdū Erichthonium cista viminea clausum filiabus Cecropis, monitis prius ne curiose, quid inclusum esset, inquirerent, ipsas eo magis arsisse cupiditate videndi: ita detectum puerum, resolutis cistæ nodis, vidisse cubantem vnā draconem. Pausanias Pandrosum deæ paruisse narrat, reliquias duas retexisse, ideo in furorem versas, ex arcis loco maxime præcipiti deiecisse se.

y Vbi etiam si fabula.) Alibi sic, vbi & si fabula cantat crimen numinū falsum delectari tamen falso crimine crimen est.

Quadam fabularum figmenta exorta sint eo tempore, quo Hebræis iudices præesse cœperunt. Cap. XIII.

VErum post mortē Iesu Naue, populus dei iudices habuit, quibus temporibus alternauerūt apud eos: & humilitates laborum pro eorum peccatis, & prosperitates consolationum propter miserationem dei. His temporibus fabulæ fictæ sunt de Triptolemo [a]: qui iubēte Cerere, anguibus portatus alitibus, indigentibus terris frumenta volando contulerit. De Minotauro [b], quòd bestia fuerit inclusa Labyrintho [c]: quò cū intrassent homines, inextricabili errore inde exire nō poterāt. De Centauris [d], quòd equorum hominumq; fuerit natura coniuncta. De Cerbero [e], quòd sit triceps inferorum canis. De Phryxo & Helle [f] eius sorore, quòd vecti ariete volauerint. De Gorgone, quòd fuerit crinita [g] serpentibus, & aspicientes conuertebat in lapides. De Bellerophonte [h], quòd equo pennis volante sit vectus, qui equus Pegasus dictus est. De Amphyone [i], quòd citharæ suauitate lapides mulserit & attraxerit. De Fabro Dædalo [k] & eius filio Icaro, quòd sibi coaptatis pennis volauerint. De

Xanthus.

Europa.

Rhadamanthus.

Sarpedon.

Minos.

Antæus.

Oeta.

Busiris.

Li. 2. Solilo. ca. 26.

G Oedipo[1] qui monstrum quoddam, quod sphinga dicebatur, humana facie quadrupes, soluta quæ ab illis
Li.2. Soli. cap.17. proponi solebat velut insolubili quæstione, suo præcipitio perire cõpulerit. De Anteo quẽ necauit Hercules, ꝙ filij[o] terræ fuerit, propter quod cadẽs in terrã fortior soleret assurgere. Et si qua forte alia prætermisi. Hæ fabulæ ad bellũ vsq; Troianũ, vbi secundũ librũ Marcus Varro de populi Romani gẽte finit, ex occasione histo riarũ,[11] quæ res veraciter gestas cõtinent, ita sunt ingeniis hominũ fictæ, vt nõ sint opprobriis numinũ affixę. Porrò autẽ quicũq; finxerunt à Ioue ad stuprum ra ptum pulcherrimum puerum Ganymedẽ[m], quod nephas rex Tantalus fecit, & Ioui fabula tribuit, vel Danaës per imbrem aureum[n] appetisse concubitum, vbi intelligitur pudicitia mulieris auro fuisse corrupta, quę illis temporibus, vel facta, vel ficta sunt, aut facta ab aliis, & ficta de Ioue, dici non potest quantum mali de hominum præsumpserint cordibus, quod possent ista patienter ferre mendacia, quæ tamen etiã libenter amplexi sunt, qui vtique quanto deuotius louem colunt, tãto eos, qui hęc de illo dicere ausi sunt, seuerius punire debuerunt. Nunc vero non solum eis qui ista finxerũt
H irati non sunt, sed nisi talia figmenta etiam in theatris agerent ipsos deos potius iratos habere timuerunt. His temporibus Latona peperit Apollinẽ, non illum, cuius oracula solere consuli superius loquebamũr, sed illum quem cum Hercule ferunt Admeti regis armẽta[o] pauisse: qui tamen sic est deus creditus, vt plurimi ac penè omnes vnum eundemq; Apollinem fuisse opinentur. Tunc & Liber pater bellauit in India[p] qui multas habuit in exercitu fœminas, quæ Bacchæ appellatæ sunt, non tam virtute nobiles, quàm furore. Aliqui sanè & victum scribunt istum[q] Liberum & vinctum: nõnulli & occisum in pugna à Perseo, nec vbi fuerit sepultus tacent, & tamen eius velut dei nomine per immũdos dęmones Bacchanalia sacra, vel poti[o] sacrilegia sunt instituta. De quorum rabiosa turpitudine post tam multos annos sic senat[o] erubuit, vt in vrbe Roma esse prohiberet. Per ea tempora Perseus & vxor eius Andromeda[r] postea quàm sunt mortui, sic eos in cœlum receptos esse crediderunt, vt imagines eorum stellis designare, eorumq; appellare nominibus non erubescerẽt, nec timerent[t].

I Triptolemus. HIs tẽporibus fabulæ fictæ sunt de Triptolemo.) Huius origo est incerta. Ouidius illi genus dat ignobile refertque ex prætenui natum mulierculą, imbecillæ in infantia valetudinis, quæ mulier cum errantem Cererem hospitio accepisset beneficio deæ filium firmiorem recepit. Lactantius vero Eleusij Eleusis regis & Hiones filium facit. reddituṁque immortalem à Cerere hospitio patris suscepta, alitum interdiu diuino deæ lacte, per noctem vero igne tectum obruṁque. Seruius non Eleusium patrem, sed Celeum dicit. Eusebius alienũ à Celeo Triptolemum putat: regnãte, inquit, in Eleusi, quæ est Atticæ terræ ciuitas, Celeo, appulit illuc Triptolemus longa naui vectus. Atticorũ ea fuit vulgaris opinio Celei filium fuisse. Argiui non Celei, sed Trochili Hierophãte, qui argis propter inimicitias cum Agenore Argiuo rege fugiẽs in Eleusin Atticæ terræ venerit, vbi ducta vxore Triptolemum genuerit, & Eubolea. Sunt qui Oceani & Terræ filiũ fuisse autument, quam ferunt fuisse Musæi sententiam: fuisse vero Eubolẽ & Triptolemum Dysaulis, ea est Orphei. Chærilus Athenien. Rharũ dat Triptolemo patrem, matrem vero filiam quandam Amphyctionis. Diodorus Herculem patrẽ & Philei Thespiotum regis filiam matrem. Cæterũ huic Triptolemo volunt fruges à Cerere datas, eumq; conscenso curru, quem alati per æẽra vehebant serpentes, vnius quemadmodum Higinus ait rotę, ne cursum moraretur, fruges orbi distributisse, primumq; Rharii agrum, qui est iuxta Eleusin semina accepisse, & reddidisse fructum: ideo ex eo agro tuberes legebantur, ex quibus bellaria confici solita erant in sacrificiorum vsum: ibi & area Triptolemi fuit, & ara. qui se rem verã hui ius fabulæ existimant afferre, cum Eusebio videmur consentire: nã Triptolemũ scribunt Eleusij filium fuisse Eleusinæ regem, quẽ sterilitate anni populum suis frugibus aluisse perhibent. Idẽ cum Triptolemus simili tempore prestare non posset, veritus popularem iram, ac tumultũ longa naui, cuius serpens erat insigne ex patria fugit, & aliquãdiu peregrinatus rediit, cum maxima frumenti copia: pulsoq; Celeo, qui eo absente regnũ ibi occuparat, frumenta distribuit, populũque arare & serere docuit.

Hinc Cereris alumnus nuncupatur. Sunt qui non Celeum pepulisse, sed K
Lyncum tradant, à quo insidiis impetitus fuerat. Hũc Lyncum Ouidius
Scythiæ regem facit, quem Ceres, quod Triptolemum occidere tẽtasset,
ex Lynco homine, Lyncem animal fecit. b De Minotauro.) Pasiphaë Minotau-
Solis filia, Minoĭ Cretæ regi denupsit, quo bellũ in Megarenses, & Athe- rus.
niẽses gerẽte ob Androgei necẽ, & quod regnum ad se iure spectare dicret, vxor infando tauri amore incensa est, cui à Dędalo fabro structa est machinula, qua specie buculæ, cum tauro posset concũbere. Hinc natus Minotaurus, qui carnibus humanis vescebatur. Horum amorum author fuit Venus, vt scribit Seruius. Nam indicato à Sole adulterio Martis & Veneris, Vulcanus minutissimis catenis lectulum cinxit, quibus Venus & Mars ignorãtes implicati sunt, & cũ ingẽti turpitudine resoluti sub testimonio cũctorũ deorũ. Hoc doles Ven[o], omnẽ solis stirpẽ ĩfandis amoribꝰ prosequẽta est. Vñ nat[o] Taur[o], quẽ Minoĭs dicũt, μίνω γ ἄμφον. Pausan.
ἔστι δὲ λεγομένη θυσίας μάλιστα πρὸς ἄρ ταῦρον ἄρ μίνω καλόμενον. est enim μίνω genitiuus Atticus. Seruius hũc taurum non bestiam, sed hominem fuisse narrat, seu notarium, seu magistrũ militum Minoĭs, cum quo Pasiphaë in domo Dędali concubuit, & quoniam geminos peperit, vnum de Minoë, alterum de tauro, fingitur Minotaurum peperisse, quod Vergilius exprimit dicẽs: Mistúmque genus, prolémq; biformem. Euripides media ex parte virum & media taurum fuisse arbitratus est. Plutarchus in Theseo taurum hunc ducem copiarũ Minoĭs, siue naualiprelio, siue gymnico certamine oppressum esse à Theseo narrat, quod Minos non inuitus accepit. nam erat Taurus homo sæuo & immitti ingenio, rumórque erat cõstans eũ rem habere cum Pasiphaë, quocirca pueros omnes Atticos Minos Theseo reddidit, qui tributi nomine quotannis in Cretam mittebantur, & eo tributo Athenien. in posterum liberauit. Palæphatus Parius Taurum adolescẽtem formosum fuisse scribit Minoĭs comitem, cuius amore capta Pasiphaë cum eo cõcubuerit, vn de natus sit infans, quem Minos, quum tamen rem cognosceret noluerit occidere fratrem filiorum suorum: quúmque adolesset, & se insolenti[o] in pastores gereret, iussit eum rex comprehendi: is vero effodit locum subterraneũ, in quo se est turatus. Illuc deinde rex misit facinoris alicui[o] cõuictos, vt cum eo pugnarent, locus erat inexpugnabilis, ita supplicio affi ciebantur damnati, vt iam locus vice esset careeris, & ille pro carnifice, Theseum hostem cum cepisset Minos, cõdem inermem misit. Ariadne gladium illi suggessit carcerem intranti, quo Minotaurum confecit.
L
c Labyrintho.) Labyrinthus ędificium est meatibus variis & ambagi- Labyrin-
bus sinuosum, & in se reflexum, quòd ingressis errorem parit. Tales in thus.
orbe fuerunt quatuor, Aegyptius in Heracleopolite nomo, prope stagnũ Mœrin, nõ procul ab vrbe Crocodilorum, vt author est Herodotus, qui se eum vidisse testatur, nec mirum. adhuc ætate Diodori Siculi, Pilinij quoq; extabat. Describitur ab ipsis & Strabone, ac Mela. Herodotus maiorem ait esse fama & Græcorum narrationibus. Psametici opus fuisse Mela scribit. Plinius varias sententias adducit. Nam alij putarunt esse Petesuci, alij Tithoës, & esse qui regã fuisse Mothęridis narrent, vt Demoteles, Lycias sepulchrum Mœridis, plures soli sacrũ id extructũ, quod maxime creditur. ad exemplar huius Dędalus in Aegypto educatus Cretensem fecit, Diodoro & Plinio authoribus, sed centesimã tantum Aegyptij partẽ imitatus: & tamen hunc ambagiosissimũ fuisse Plinius quoque docet, vt descriptionem eius præteream, apud Ouidium. viij. Meta. Sed Philocorus apud Plutarchum Labyrinthum Cretæ tantum putat fuisse carcerem, ex quo effugere non possent, qui asseruarentur: cuius sententię videtur esse Palæphatus. Tertius fuit Lemnius opus Zmili, & Rholi, & Theodori architectorum. Plinius extare eius vestigia dicit, cum Cretensis & Italici nulla extent. Italicus, porrò fuit quart[o] sub vrbe Clusio, quẑ admodum M. Varro dicit, Porsennę regis Etruści monumentum.
d De Centauris.) Ixion Phlegiæ filius, Martis nepos, cum Iunonem Ixion.
adamasset eáque marito Ioui esset questa, Iupiter nubem in specie Iunonis deformatã Ixioni suppositit, cui Ixion cõmistus ex ea Centauros genuit. Hunc Ixionem Thessaliæ fuisse regem constat, vbi primus equorũ domandorum fuit vsus. Plinius libro septimo: frenos & strata equorum Peletronius inuenit, pugnare ex equo Thessali, qui Centauri appellati sunt, habitantes secundũ Peliũ montem. Vergilius non admodũ diuerse: M
Frena Peletronij Lapithæ gyrósque dedere
Impositi dorso, atque equitem docuere sub armis
Insultare solo, & gressus glomerare superbos.
Idem Lucanus in. vj.
Primus ab æquorea percussis cuspide saxis
Thessalicus sonipes bellis feralibus omen
Exiluit, primus chalybem frenósque momordit
Spumauitque nouis Lapithæ domitoris habenis.
Seruius. iiij. Georg. explicans Vergilij, quem modo citaui locum, ad hũc modum scribit: Quidam Thessalus rex bobus cęstro exagitatis, satellites suos ad eos reuocandos ire cũ iussisset, illique cursu non sufficerent, ascẽderunt equos, & eorum velocitate boues sequuti, eos stimulis ad sẽcta reuocarunt: sed hi visi, aut cum irent velociter, aut eorum equi cum circa flumen Peneon potarent capitibus inclinatis locum fabulæ dederunt, vt vt Centauri esse crederentur. dictiq; sunt Centauri ἀπὸ τῶν κεντούρων τοῦ ποτάμου. Centauri.
Alij dicunt Centauorum fabulam esse confictam ad exprimendam humanæ vitæ velocitatem, quia equum constat esse velocissimum. Hæc Seruius. Palæphatus sic refert: Quum tauri præferoces Larissam, & eam Thessaliæ regionem vastarent, Ixion rex præmiũ proposuit iis, qui tauros arcerent. Iuuenes è Nephele pago, quum equos mansuefactos & edoctos conscendissent, nã prius curribus modo vtebantur, tauros abegerũt. Accepta ob hoc pecunia insolentiores facti iniuriis affecerunt, & ipsam Ixiona, & Larissæos, qui tum Lapithæ dicebantur, ita vt inuitati ad nuptias Pirithoi mulieres eorum raperent. quæ res præbuit occasionẽ fabulæ quòd Centauri dicantur, quod semie: qui, quòd filij Ixionis, quia ab eo missi & donati. ꝙ ex nubibus: nam Nephele est nubes. Ipsi quoq; Cẽtauri Lapithæ erant, nam Nephele in Lapithis. & sic distinguuntur vt Romani & Latini. De nauigatione hac Thesei sic scribit Plato in Phædone:

A done: Theseum profectum in Cretam cum bis septem hominibus votũ
susceptisse, vt si ipse saluus saluos suos reduceret, singulis annis spectaculũ
Delphos ducturum ad Apollinem. quem morem Athenienses adhuc suo
tempore seruarent, vt ipsam eandem Thesei nauem coronatam Delum
mitterent. quo toto nauigationis tempore, quousque ad Pyræum rediit,
nefas sit quen quam supplicio capitali afficere. e De Cerbero, quòd
Cerberus. sit triceps.) Cerber[o], vt Hesiodus in Theogonia dicit, filĩ[o] fuit Typhonis
ferrea voce, quinquaginta ceruicibus monstrum. Id hoc modo describit
Seneca in Hercule furente:
Post hæc auari Ditis apparet domus.
Sæuus hic vmbras territat stygius canis,
Qui terna vasto capita concutiens fono
Regnum tuetur, sordidum rabo caput
Lambu nt colubri, viperis horrent iubæ
Longúsque torta sibilat cauda draco
Par ira formæ, sensit vt motus pedum,
Attollit hirtas angue vibrato comas,
Missumq; captat aure subiecta sonum
Sentire & vmbras solitus.
Hunc canem auarorum natũræ quidam conferunt, vt Bocatius, qui de
fabulis non omnino, vt illa ętate, scripsit infęliciter. Porphyrius vero
in interpretationibus diuinorum ait symbolum Sarapidis & Isidis, hoc
est Ditis & Proserpinę esse canem tricipitem, illũ scilicet perniciosissimũ
dæmonem, qui in aqua, terra, & aëre tribus his elementis versatur. Idem
Porphyrius Cerberum tricipitẽ esse nominatũ, inquit, quia superiores so
lis regiones tres sunt, ortus, occasus, meridies. Hũc canem ab Hercule ex
inferis ad superos extractum fabulantur: ideo de re difficili cum perfici
tur, aut explicatur, solemus dicere Cerberũ è tenebris extractum: aut cũ
difficile id volumus significare non esse facile, dicimus Cerberum ab in
feris. Sunt qui per Tænarum promontoriũ Laconiæ tradant hunc canẽ
B extractum ab Hercule, vt Strabo & Seneca, & vulgatior opinio. nã illac
est iter ad inferos expeditissimum, & ingens vorago faucibus vastis pa
tet, latumq; pandit omnibus pópulis iter. Serpentem ferunt in Tænaro
fuisse exitiabilem, quem Hercules occidit: & quia in eo loco via creditur
esse ad inferos, hinc nata est fabula de Cerbero. Mela tamẽ sic scribit de
regionibus Ponti Euxini: In eo primum Mariandynei vrbẽ habitant ab
Argiuo vt ferunt Hercule datam, Heraclea vocitatur: id famæ fidem ad
iecit, iuxta specus est Acherusia ad manes, vt aiũt peruius, atque inde ex
tractum Cerberum existimant. Melã Plinius est sequutus lib. xxvij. Aco
Aconitum. nitum enim venenum fabulæ narrauerunt è spumis Cerberi natũ, Her
cule ab inferis extrahente: ideoq;, inquit, apud Heracleam Põticam, vbi
monstratur eius ad inferos aditus, gigni. Ouidius in. vij. nullũ locũ aperte
ponit, sed Ponticam terrã subsignificat in qua primũ Cerberus visus est
superis, & aconitum sparsit cautibus, ideo sic appellatum. q. ἀκοντῆ, sicut
in palæstris solet dici sine puluere, aut ἀκὰ τῆς ἀκόνης, hoc est, caute: ipse
vero Cerberus nominatus est κυρίως βορᾶς carniuorus. Fuit & Aco
neo Molossorũ regi canis Cerberus. Hic enim cum ἀτάνευσε, hoc est, Or
chus nominaretur, coniugi Cereris nomen indidit, filiæ vero Proserpi
næ, Cani Cerberi. Alij raptam attribuunt cõiugem Proserpina m: sed ex
Plutarcho pergam narrare huius regis filiam, cum Theseus & Pirithous
raptum venissent, Orchus comprehensis eis Pirithoũ Cerbero cani ob
iecit, Theseum vero adseruauit in custodia arcta. Hinc orta fabula The
seum & Pirithoum ad rapiendã Proserpinam ad inferos descendisse: &
est alioqui Molossorum regio in Epiro Atticis & Thessalis occidẽtalis,
quæ pars mundi inferior est, & semper inferorum nomine significata, vt
apud Homerum inferi, Elysij, & insulę fortunatæ in occidua mũdi par
te. Palęphatus vero ad hunc modũ: Hercules cum in Ponto Geryonem
vicisset, in ea ciuitate, quæ dicebatur Tricarenia, id est, triceps, abduxis
setq; eius armenta, secutus est boues canis ferocissimus, Cerberus nomi
C ne: vbi in Peloponnesum esset ventum, vir Mycenæus opulentus nomine
Molossus canem expetiuit, & petiit, non concedente Eurystheo, egit cũ
pastoribus, vt in Tęnari spelunca eum continerẽt, cui & summisit canes
fœminas. Eurystheus vero Herculem ad canẽ repetẽdũ misit, qui inuesti
gatum inuenit in Tęnaro, indẽque abduxit ad regẽ. Hinc nata fabula.
Phryxus. f De Phryxo & Helle.) Frater & soror nati sunt Athamanthe Aeoli fi
lio & Nephelæ, quæ post iuã furore correpta in saltus & solitudines abiit
Athamas Inũm Cadmi duxit: huic cum odiosi essent Phryxus & Helle,
priuigni nempe nouercæ, operam per matronas omnes regni dedit, vt
fruges corrũperentur. In remedium horum malorum cũ missi essent, qui
Apollinem consulerent, Inò illos oraculum ementiri coẽgit deposci à nu
mine Nepheles liberos, quorum miserata Iuno arietem aureũ misit, quo
per mare veherentur. Helle tenera puella dum se regere non valeret, in
mare decidit angustum illud, quod Asiam & Europam intersecat, dẽque
eius nomine Hellespontus nominatur, eamq; Neptunus compressit, ge
nuitque Pæona. Phryxus vero per Propõtidem & Bosphorum Thraciũ
dextrãm que Põti Euxini oram delatus est in Colchos. Hic cum terram
tenuisset, arietem mactauit Ioui, pellem vero auream Marti sacrauit, in
templo à se condito. Apollonius tamen lib. iiij. non Marti erexisse tem
plum scribit, sed ὅτι φυξίου, id est, Ioui fugio, hoc est, fugæ seu comiti seu
ducitamentsi & φυξίῳ sacrum fecisse Deucalionem post diluuiũ Græ
ci sunt authores. Is aries in Orchomeno Bœotiæ nat[o] erat. Alij in Thes
salia dicunt, inter cœlestia sydera collocatus primum anni signum quod
subobscurius videtur, vt inquit Eratosthenes, quod ipse cœlũ conscensu
rus vltrò pellem auream sibi detraxit, & Phryxo dedit. Diod. lib. v. Post
modum, in quit, Aeetæ in Ponto regnante responso datũ est illũ tũc mor
tem obituram, cum externi nauigio delati aureum vellus sustulissent: hac
ex causa, tum vero innata crudelitate ostentauit se hospites sacrificare,
vt diuulgata tãti sceleris fama externi omnes cum acceisum abhorrerẽt:
templum quo iue eorum circũdedit, custodęque plures apposuit ex Tau
rica accitos, de quibus à Græcis mirandæ fabulæ finguntur. Decantatũ
enim est Tauros ignem spirantes circa templum esse, à draconeinsuper
custodiri vellus. Verum taurorum nomen à custodum robore traductum
est, vel quòd essent ex Taurica: à crudelitate vero cędis hospitum tauros D
ignem efflare confictum. Modo simili quum templi custos draco appel
laretur, traduxerunt poëtæ admirandas stupendásque eius animantis fa
bulas. Similiter & de Phryxo fabulæ confictæ sunt, quippe nauigasse eũ
ferunt quidam naui, cuius in prora signum fuerit arietis. Helle vero è na
uigatione grauiter ęgra, quum in oram ꝓuis incũberet, in mare decidit.
Alij tradũt Gambrum Scythąrum regem in Colchos, quo tẽpore Phry
xus cum pędagogo captus fuerit aduectum, quúmque adolescentem dile
xisset dono illum ab Aeta accepisse, ac vt legitimum ab se filium educatũ
regni hæredem relictum. Pædagogum (is Aries vocabatur) sacrificatum
diis, ciusque pellem cadaueri exemptam de more templo fuisse affixam.
Deinde responso tradito cum tunc moriturum, quum aduentantes hospi
tes arietis pellem substulissent, regem aiunt adhibitis templo custodibus
cam, quo diligentius seruaretur, deauratę. Tantum Diodorus Siculus: nã
alij hanc fabulam ad fluuios Colchicos referunt, qui aurum secum deuol
uunt, quod captum cum arenis asseribũs perforatis purgant pellibúsque
substratis excipiunt, Alij ad opes illius regionis magnam vim auri & ar
genti, & ferri. Quemadmodum Plinius, inquit, sic scribens: Iam regnaue
rat in Colchis Salauces & Esubõpes, qui terrã virginem nactus plurimũ
argenti auríque eruisse dicitur in Sauorum gente, & alioquin velleribus
aureis inclyto regno. Propter hæc metalla, sicut apud Strabonẽ legitur,
expeditiones in eam regionem suscepta sunt, & à Phryxo, & postea ab
Iasone, quorum extant illic monumenta, Iasonia ab Iasone, & Phryxiũ
à Phryxo conditæ vrbes, & ambo Aeetæ filias in cõiuges acceperunt, Ia
son Medeam. Phryxus Chalciopen ex qua nati sunt, Cytissorus, Melana,
Phontis, Argus, à quo Pherecides putat Argon nauem esse nominatam.
Verum Phyxum hunc in tempora Abantis Argiui, & Erechthei Atheniẽ
sis regis confert Eusebius: Secundũ quorundã, inquit, opinionem hac ęta
te Phryxus cum Helle sorore sua fugiens insidias nouercales, virus est per
mare vehi ab ariete velleris aurei. Fuit autem ei nauis parata fugienti, cu
ius insigne aries erat. Porrò Palæphatus historiam sic narrat: Athamas E
Stoli filius regnauit in Phrygia, huic fuit procurator Crios, id est, Aries,
quem fidissimum sibi arbitrabatur. Hic significauit Phryxo cõsilium Ath
thamãtis de eius cędę. Fugit ergo Phryxus, in naui cõgęs. is multis opib[o],
simul fugerũt Crios, & Helle soror, & Eos mater Pelopis. Helle molestia
nauigationis interiit, proiectáque est in id mare, quod ab illa Hellespon
tus dicitur, reliqui Colchos tenuerunt. Phryxus filiam Aeetæ regis duxit
vxorem, dedítque regi simulachrum arietis aureum, quod ex diuitiis suis
Eos cõfecerat. g De Gorgone quòd fuit crinita.) Gorgones tres di- Gorgones.
cũtur fuisse, Stenia, Euriale, & Medusa, Phorci filiæ & marini mõstri. He
siodus in Theogonia Medusam tantũ mortalem fuisse perhibet, reliquas
immortales. Ouidius duas solum ponit quarto Metamorphoseos, qui
bus vnicus erat oculus, quem inter se vtendũ per vices sibi tradebãt. E re
gione Aethiopiæ Occidẽtalis insulæ sunt, quas Mela Gorgones Gorgo
num domum locat, cui Lucanus in nono suffragatur. Plinius lib. vj. con
tra promontorium Aethiopiæ Hesperiocerasinsulæ narrant Gorgonũ
quondã domus, bidui nauigatione distantes à continẽte, vt tradit Xeno
phon Lampsacenus. Penetrauit in eas Hanno Pœnorũ imperator, pro
didítque hirta fœminarum corpora viros pernicirate euasisse, duasrũmq;
Gorgonum cutes argumenti, & miraculi gratia in Iunonis templo po
suit, spectatas vsque ad Carthaginem captã. Sic ille. Sunt qui has Gorgo
nas Hesperidas fuisse existiment: sed Hesperides procul à Gorgonibus
sitas esse constat, &. xl. dierum nauigatione, vt Statius Iebosius prodidit.
Diodorus vero lib. quarto bibliothecæ, Gorgonum gentem mulierum di
cit esse in Libya pugnacissimam, ac viribus præualidam, à Perseo Græco
victam, duce earum Medusa. Hanc Medusam fabulantur in templo Mi
neruę cum Neptuno concubuisse, ideo iratam Mineruam eius crines in
angues cõmutasse, vertebątque in saxum intuentes. Perseus Mineruę scu
to armatus congressus est cum ea: quę quum in scuto tanquam in speculo
imaginem esset suam intuita, graui oppresso somno in saxum verti cœ
pit, properéque caput ei Perseus amputauit, ex cuius cruoris stillis per Ly
biam sparsis tam multi variique sunt ęditi serpentes, & virgæ quas con
tigerant in coralium indurerunt. Etiam Pegasus alatus equus prodiit,
opinione Ouidij & Hesiodi, alij ex concubitu Neptuni & Medusę pu
tant. C. Iulius Higinius victas à Perseo Gorgonas refert, hoc modo, quũ
ipsarum vnã cõmunem oculum alteri traderet, cęca vtraque existente ac
curriisse maxime celeritate Perseum, ac oculum intercepisse, proiecisseq;
in Tritonem paludem, ita facile superatas Gorgonas excæcatas. Iupiter
bellum in Titanas gesturus responso acceperat, Gorgonis caput induen
dum, si vellet vincere, ita pelle caprę Gorgonis capite addito contectus,
quam Græci Aegida vocant, in bellum prodisse, id scuti postea Mineruã
à Ioue impetrasse. Euhemerus in sacra historia Gorgonem à Minerua
occisam scribit. Vulgo Medusam hanc formosissimam fœminam fuisse
putant, quæ stupore intuentes defigeret, ideo in lapides dixerunt versos.
& Diodorus armatas prodit coriis ingentium serpentum. Nescio an ali
quam huius commenti partem in Catoblepas deriuem, nam cõtra Gor
gonas insulas in ipsa continenti terra Catoblepę sunt, vt Mela & Plini[o]
tradunt haud grandes feræ, sed grande malum. Cęteris membris inertes,
prægrandibus capitibus quæ ægre sustinent, idcirco semper in terrã ore
conuerso, vnde illis nomen, nec impetu cæuiunt, nec morsu, tantum oculos
eorum vidisse mortiferum. eadem vis est basilisci serpentis, cõtra quos
ferunt armari homines speculis, vt serpens ipse se videat. Palæphatus lõ
gam fabulam de his refert, quam non grauabor adscribere. Phorcyn, in
quit ille, vir fuit Cyreneus, quod genus est Aethiopicum, Habẽt vero in
sulam Cyrenem, extra columnas Herculis, Arant vero agrum Libyę ad
Annona fluuium non procul Carthagine, sunt auri dites admodũ. Itaq;
Phorcys tricubitam Mineruæ statuam struxit, quam priusquam cõsecra
ret, mortem obiit. Illi vero deam Gorgona nominant. Tres reliquit fi
lias, Stenũn, Euryalem, Medusam, quę nulli voluerunt nubere, sed patri
moniũ inter se diuiserunt, vnicuique sua insula obuenit, simtulachrã autẽ
neque dedicarunt, neque sunt partitæ, sed thesauri loco reseruarũt, vt per
vices possiderent. Erat Phorcyni socius in omnibus fidelissimus quo nõ
aliter

G aliter quàm oculo vtebatur. Perseus Argis profugus, quum piraticam exerceret, agerétque ex maritimis locis prædas, audisset Gorgonas insulas mulierum esse, auri eius copiam, virorum inopiam, primum in freto, inter Corsicam & Sardiniam delituit, in quo virum illum, qui iam de ministerio oculus vocabatur, quum ab alia ad aliam mitteretur, intercepit, cognouitque non esse quod posset rapere, præter Mineruę simulachrum, in quo esset tanta auri vis. Puellæ quum demirarentur quid esset factum suo oculo, Perseus appulit, qui significauit se habere, quem se negauit reditum, nisi sibi indicaretur Gorgonæ simulachrũ: addidit insuper minas, occisurũ se illas ni indicarent. Medusa institit nihil prodere, reliquæ prodiderunt, ita Medusa sola est occisa: duabus oculum suum reddidit, caput Medusæ in triremi posuit, & nauem de nomine illius Gorgona nuncupauit. tum pergés latrocinari, pecunias ab insulanis exigebat, occidés, & vexans, qui non darent. à Seriphiis cum postulasset, illi vrbe cesserunt, in quam Perseus ingressus cum suis desertam, vidit in foro tantum maximos lapides stantes humanæ magnitudinis: aspicite, inquit, Perseus reliquis insulanis, vt mea Gorgo homines vertit in lapides, cauete ne & vobis idem accidat. Hæc Palæphatus, qui multum in Topographia fallitur. Ego illas insulas Syrtes potius crediderim: in has enim multũ reliqua cõgruunt de Cyrenis, de Sardinia & Corsica: quanquam ille non κέρνην dicit sed κορύνην καὶ τῶν σάρσεων, sed indubie legendum est κέρνην καὶ τῶν σάρσεων, vbi loquitur de freto: nisi & in hoc quoque est lapsus, vt in aliis, nec dicendum ἔξω τῶν ἡρακλείων στηλῶν, sed ἐντὸς vel ἔσω intra. h De Bellerophonte.) Hic natus est Glauco Sisyphi filio, regnúmque Ephyræ, quę postea Corinthus dicta est tenuit, quo priuatus à Prœto Argiuorum rege ei seruiuit, à cuius vxore Anthia, vt secũ concũberet sollicitatus cum ille fœditatem rei auersaretur, Anthia illum apud maritũ detulit, tanquã ab eo esset prouocata. Prœtus iuuenem ad Ariobatum misit socerum suũ Anthiæ patrem, qui Lyciæ imperabat cum literis, quibus illi pudicitiam filiæ mendam mandabat. Ariobatus Chimeræ ipsum obiecit, quam Bellerophon vicit Pegaso equo adiutus. Porrò quid mõstri sit chimęra, vnde melius discemus, quàm à pseudodialecticis chimeræ consanguineis, vt ouum non sit ouo similius? Neque aliud libentius habent in ore, nec crebrius. Monstrum dicit Hesiodus chimerã fuisse prima parte leonis, imagine ac ingenio media draconis, postrema capræ quæ χίμαιρα dicitur, à quo totum animal nomen inuenit. Homerus non postremam partẽ, sed mediam chimęram, id est, capram ponit. Hinc Horatius monstrũ triforme nominat. Filia dicitur Typhonis gygantis & Echidnę, flammas ore euomebat: idcirco Verg. flammis eam armarã dicit lib. vj. quo loco. Seruius narrat, retuera montem esse in Lycia, cuius etiam tum ardebat cacumen, iuxta quod leones erant, media vero pascua esse, & ima serpentibus plena. Hunc Bellerophontẽ fecisse habitabilem, vnde chimęrã occidisse dicitur. Equus Pegasus Medusæ fuit filius, vt pauloante dicebã alatus, cui sicut Ouidius, inquit, cœlum pro terra, pro pede pẽna fuit. Apuleius lib. viij. Atini, festiue ait Pegasum inclytum illũ metu magis volaticũ fuisse, ac per hoc merito pennatum proditum, dum in altum, & adusque cœlũ subiilit, ac resultat, formidans scilicet igniferæ morsum chimęræ. ab hoc equo duo musarum fontes sunt in Grecia nominati, de quibus sic Solin[o]: apud Thebas, inquit, Helicon lucus est, Cytheron saltus, amnes Ismeni[i], fontes Arethusa, Œdipodia, Psammate, Dyrce, sed ante alios Aganippe, & Hippocrene, quos Cadmus literarum repertor primus, quoniã equestri exploratione primus deprehendisset, dum rimatur, quæ nam adiisset loca, incensa est licẽtia poëtarum, vt pariter vtrunque vulgarent, scilicet quod eorum alter alitis equi vngula solicitatus foret: alter potus facũdia animas irrigaret, & quòd aperta foret alitis equi vngula, & quod poti inspirationem facerent literarum. Hęc ille. Bellerophon cum in cœlũ equo veheretur despiciens inferiora, oborta vertigine cecidisse dicitur: Pegasus vero cursum tenuisse, ac inter sydera agere: Palæphatus. Bellerophotẽ Phrygiũ fuisse dicit ex genere Corinthiaco, qui pirata iuxta angustias illas Asiæ, & Europæ prædãs agebat, longa naui, cui nomẽ Pegasus. in Phrygia mons erat Telmissus, cui adiunctus is qui Chimęra dicebatur, proximus valli, vnde incendia prodibãt: in Chimęra ferę erant permultæ agricolæ noxię, vt leones & dracones. Bellerophon totum montẽ incendit, ita ferę perierũt. i De Amphione.) Iupiter tres filios ex Antiopa genuit, Amphionem, Zetum, & Calaïm. Propterea maritus Lynceus Thebanorũ rex eam repudiauit. Pueri cum adoleuisset vlti repudiũ matris Lynceum interemerunt, & Dyrcen eius coniugẽ, pulsoq; Cadmo sęne, Thebas possederunt. & Amphion cithara mouisse lapides dicitur, atque ita muros Thebanos cõdidisse, saxis in structuram cõcurrentibus numeris musicis illectis. Horatius in arte: Dictus & Amphion Thebanę conditor arcis Saxa mouere sono testudinis. Plinius lib. vij. musicã Amphionis inuentũ tradit, & esse qui citharam quoque putẽt: etsi alij donatum eum cithara à Mercurio tradunt. Lydios etiã inuenit modulos. Valerius Probus in Alexin Verg. Amphionem & Zetũ, Euripides & apud nos Pacuuius Iouis ex Antiopa Nyctei filia natos cantando potuisse armenta vocare. testantur id Thebę, quas Apollonius in Argonauticis à fratribus antedictis muris esse clausas ait. Sed Zetus humeris saxa contulit operi, Amphion cãtu vocauit: siquidem sensus animalium difficilius, quàm saxa vincuntur. Eusebius in Euang. prepar. vtrique inuentionẽ musicæ assignat. Pannyasis & Alexander Iyram à Mercurio muneri datam dicit Amphioni, quòd primus Cynaram liberauerit. Hęc Probus. Solin[o] sic, Thebas condidit Amphion, non quòd lyra saxa duxerit. neque enim par est id ita gestũ videri: sed quòd affatus suauitate homines rupiũ incolas & incultis moribus rudes ad obsequij ciuilis pellexerit disciplinã. Hoc est quod Horat. inquit in arte poëtica:

Dictus & Amphion Thebanæ conditor arcis
Saxa mouere sono testudinis, & prece blanda
Ducere quo veller.

Fieri potest vt cantu & suauitate orationis, precibus etiã à vicinis accolis ciuibusq; suis impetrarie saxa ad subſtructionem murorum. Palæphatus mercede cantus lapides ab agricolis accepisse scribit, quum pecuniã non haberent. Eusebius Amphionem & Zetum nõ vno ponit tempore nisi sit error librarij. Nam & Lynceo Argis regnante, & postea Abantis principatu Amphionis vxor fuit illa nominata Niobe, de quorũ liberis est illa nobilis inter scriptores controuersia. k De fabro Dædalo.) Diodorus Siculus lib. v. hunc scribit Atticum fuisse ex Erechthidarũ gente Eupalmi filium, qui Athinio natus est Erechthei filio, statuis, signis & structuris admirandus artifex, adiutus multorũ quos sibi accersiuit opera, statuásque fecit; quę ambulare & spirare sunt creditæ, tãta in illis erat ars: docuit Talum sororis suæ filiũ. Hic adolescens cum ingenij vi tornũ primum, deinde seram ad imitationem serpentinæ maxillæ inuenisset, indoluit Dędalus aliquam artis suę gloriam in aliũ deriuari, ita adolescẽtem interemit, dãnatus in Cretam ad Minoẽm fugit, cui facile arte conciliatus est, Labyrinthúmq; ei struxit. Hęc ex Diodoro. Seruiº. vj. Aeneid. ait, Dædalũ cum Icaro filio in Labyrinthum inclusum. Dædalũ falsis custodibus sub faciendi muneris specie, quo simulabat posse regem placari cera & pennis alas sibi & filio adfabricasse, & volando aufugisse, sed Icarus altiora petens solutis ex calore solis pennis mari, in quo cecidit, nomen impositum. Dædalus primo in Sardiniam, vt ait Salustius, deinde Cumas delatus est, tẽplo Apollini condito. Sic Seruius, Diodorus & alij non in Sardiniã venisse Dędalum tradunt, sed in Siciliam, quò insequutus est eum Minos, regnante in Camarina Siciliæ Cocalo, à quo per specié colloquij retentus diutine in thermis præfocatus est. Aristoteles in Politicis à filiabus Crotali occisum narrat, sed de pennis non dubitant quin nauĩ fugerit, cæterum, vel remi speciem alarum prębuerunt. Quod subindicat Vergilius dicens remigio alarum, vel celeritas volatus est nominata. Recenset multa opera Diodorus, quæ in Sicilia dicitur fecisse Dędalus, cum à Cocalo esset humanissime propter ingenij famam exceptus, & in prouerbium venit vt scite & affabre constructum Dædalum & Dędalcũ vocemus. Sic apud Homerum sępe, & alios Græcos ac Latinos scriptores, vt primo Odyssęæ:

καλὸν δαιδάλεον, ὑπὸ δὲ θρῆνυς ποσὶν ἔτερπε.

Et Verg. iiij. Georg. de fauis, & Dędala fingere tecta. & Circen Dædalã nominauit. Aristoteles in Politicis Dędali statuas scribit ipsas per se operas sua obiisse: & Plato in Mẽnone aufugere solitas ni vinciantur, ita perinde esse, qui eas solutas habet, ac qui seruũ fugitiũ. Philippus Comicus, vt Aristoteles lib. de anima primo refert, Dędalum Veneris signũ fecisse, quod infuso argento viuo moueretur. Palæphatus ad distinctionem crurum & pedum refert, quum statuarij priores pedes non distinxerint. Didicit Dædalus in Aegypto artes suas, sed breui magistros superauit. nam apud Græcos pauciores non fecit statuas, quàm apud Aegyptios erãt. & in Mẽphi Propylea visebantur Vulcani, opus Dędali memorabile adeo, vt etiam statuã apud illos mereretur, & honores diuini sint ei habiti: tẽplum enim Dædali lõgis deinde temporibus magna veneratione in insula quadã iuxta Memphin cultum est. Verũ succurrit ambigere de quibus Cumis sentiant scriptores, cum Dædalum Cumas volãdo peruenisse dicunt, vtrũ Cumas Italicas an Ionicas, ex quibus naræ sunt Italicæ, frequens opinio est de Italicis dici. Nã hinc in Siciliã profectus est. & Iuuenalis ac Vergi. de istis loquũtur. Iuuenalis cũ Vmbritiũ ex Vrbe Cumas abeuntem narrat, & Verg. cũ consulit Aeneas Sybillã Cumis. reddit tantum id dubiũ quod Icarium mare, in quod Icarus Dædali filiº dicitur cecidisse, nomẽq; aquis dedisse, nõ est inter Cretã & Italiã, sed inter Cretam & Ioniam, iuxta Icarũ insulã vnam ex Sporadibus, à qua mare dicitur Icarium, & ipsa insula ab Icaro sicut Varro, inquit, Cretensi, qui naufragio ibi periit, & de exitu hominis impositum nomen loco. Ouidius quoque volatum illum describens inquit: Et iam Iunonia læua Parte Samos fuerat Delósque Parósque relictæ: Dextra Lebynthos erat fœcundáque melle Calydna. Tum Verg. Dædalum dicit insuetum per iter gelidas enasse ad arctos: at Cumæ Ioniæ non Italicæ arcticę sunt Cretæ. Sed hoc Seruius sic interpretatur, si ad fabulã respicias, cõtra septentrionem: si ad historiam, ad septentrionis obseruationem. itaque fabula aliquid itineris deuij videtur addidisse rei veritati, nisi & alius est Icarus, qui in illud mare mersus est quàm Dędali filius, aut alia ratio nominis & insulæ, & maris, quod in re tam vetusta quis definire audeat? l De Oedipo.) Laius Agenoris ex Lapdaco nepos, Thebarũ Bœotiarum rex, Iocastam duxit Creontis filiam, quę cum infœcũda videretur maritũq; liberos vehementer cuperet, consultus Delphicus Apollo respondit, non esse, cur tãtopere solicitº esset, vt pareret vxor, fore vt à filio occideretur: peperit mox Iocasta, & infantem pater traiectis ferro pedibus iussit exponi: traditus tamen est ab iis quibus negocium erat cõmissum Polybiæ cuidam tenui mulieri, & educatus in Tenco agri Corinthij vicõ: cũmq; adoleuisset vir & corpore robustus, & animo forti, oraculum Delphicum percunctatum iit de patre, nam expositum se nõ ignorabat. Laius pater inde tum redibat, factíque sibi iuxta Phocidem obuij, cum vterque cedere sibi alterum de via iussisset, iurgio primum moto, de hinc gladiis districtis filius patrem interemit: seu vt alij tradunt Phocide seditione & tumultu excitato, cum Oedipus & Laius diuersis partibus faueret. Iocasta mansit vidua, ad quam Spinx venit, quæ ęnigma proponebat omnibus soluere paratis, hac lege, vt si explicuissent, ducerent Iocastam cũ regno Thebarum: sin non possent, perirent: ænigma erat hoc, quod animal est & quadrupes, & bipes, & tripes: multis propter ænigma cũ regni essent auidiores occisis, Oedipus Thebas venit & obscuritatem declarauit. Ita matrem Iocastam accepit in coniugem, Thebásque rexit, Sphinx se ex edito præcipitauit loco. Oedipus cum ex Iocasta liberos genuisset matrémque esse suam resciisset, & se patrem occidisse, luminibus seipsum priuauit. filij armis inter se de paterno regno contẽderunt. Hęc ex Diodoro, Strabone, & tragicis Sophocle, ac Seneca: nam ea res tragœdiis est celebrata. Oedipus appellatus est ἀπὸ διοιδέματος ποδῶν, à tumore pedum. Sphinx vero quale animal fit diximus. Hanc Sphingem Chimęra & Typhone natam tradit Hesiodus. Ausonius in gryphis triforme monstrum Sphingem ait fuisse, facie puellari, alis volucris, & pedibus leoninis. Sic enim ait:

Illa etiam thalamos per trina ænigmata quærens
Qui bipes & quadrupes foret & tripes omnia solus

Terruit

Terruit Aoniam volucris leo, virgo triformis
Sphinx volucris pennis, pedibus fera fronte puella.

Sed hęc Sphinx erat mulier acri & fœuo ingenio. Oedipum & Sphingẽ Eusebius temporibus Pandionis Attici regis & Argonautarum adferibit. Palæphatus, Harmaniam Cadmi vxorẽ, quum esset à Cadmo repudiata, obsedisse ait Spinga montẽ Bœotiæ, inde insidiis Bœotios cepisse, ac trucidasse. Porro Bœotij ἐνίτιμα vocãt insidias. Oedipus Corinthius hãc vicit & occidit. II Ex occasione historiarum.) Attingit origines fabularum, quarum nulla est ficta de nihilo: vt Lactantius & Palæphatus aiunt, qua de re disserui satis multa in veritate fucata. m Ad stuprum raptum pulcherrimum puerum Ganymedem.) Troi regis Troiani filiũ forma elegantissima Tantalus raptum in Cretam ad Iouem tulit, cíque dono dedit. Iupiter eum pocillatorem suũ fecit, & in signum vertit, quẽ aquarium dicimus. Tantalo propter Ganymedem bellum à Troio natũ est, vt Phanocles poeta scribit. Euseb. & Orosio fuit iuxta Parim vrbem in Phrygia locus Harpagium nominatum, quòd inde raptum Ganymedem fama esset. Stephanus. n Vel Danaes per imbrem aureum.) De hac alibi, filia fuit Acrisij regis Argiui, quam pater in mare arca conclusam eiecit cũ Perseo filio, in Apuliam delata Pylino nupsit, ex quo Daunum genuit, vnde Apulia dicta Daunia. o Admeti regis armenta.) Iupiter quum querelas deorum inferorũ audiisset, quod regnũ suũ Aesculapius imminueret ad vitã mortuos reuocãdo, illum fulmine interemit: ob quod factum Apollo iratus eius pater sagittis Cyclopas fulminis fabricatores occidit: quod indignissime ferens Iuppiter, Apollinem ad inferos voluit detrudere, sed Latonæ flexus precibus, tam grauẽ remisit pœnam: iussit tamẽ eũ anno vno mortali seruire, ita in Thessaliã profectus Admeti Pherarũ regis armenta pauit, ideo Nomius dictus, quasi pastoritius, ex Orpheo & Flacco in Argonautis, Diodoro Siculo lib. v. & Higino: sed Flaccus Steropem tãtũ ab eo peremptum tradit. Admetus vero cum Argonautis nauigauit Apollini ad amatus, cuius boues stupri mercede pauit: vt Lactantius refert. Forsan hic est Apollo Arcas, à quo Arcades sę leges accepisse tradunt, vocantq; Nomionem: sed quis in re tã obscura & confusa definiat? p Et Liber pater bellauit in India.) Hoc est apud Diodorum, Strabonem, Philostratum, Plinũ, & poetas, omnésque scriptores frequens. Diodorus & Philostratus, cur ex fœmore dicatur natus tradunt: nam quum exercitum, qui lue in India conficiebatur, in mõtanum quendam eduxisset locum corporibus salubriorem, valetudinem virésque copiarum refecit & reparauit. eum Indi locum femur vocant: hinc occasio fabulæ. q Aliqui sanè & victum scribunt istũ.) Eusebius in tẽporibus sub rege Athenien. Pidione in mutationem Argiui regni, quum Mycenas est translatum, Quidam, inquit, his temporibus indicãt gesta Liberi patris, & ea quæ de Indis, Lycurgo, Acteone & Pẽtheo memorantur, quomodo aduersus Perseum consistens occiditur in prælio ait Dinarchus poeta non Rhetor: qui autem volueric potest inspicere ipsius Liberi patris apud Delphos sepulchrum, iuxta Apollinem aureũ. Pingitur autem Liber muliebri & delicato corpore, propter mulieres in suo exercitu dimicãtes, nã pariter ad arma viros & fœminas adligabat, vt Phiocœrus loquitur in.ij. Hæc Eusebius. Clemens in libro aduersum gentes, Dionysium tradit à Titanibus discerptũ & lebetibus elixum verubusq; assari cœptũ: sed iussu Iouis Apollinẽ sepeliisse mẽbra Dionysij in Parnasso tradita sibi à Pallade, quæ illa è manibus Gigantum extorsérat. r Perseus & vxor eius Andromeda.) Perseum dixi Danaes & Iouis fuisse filium, à quo Persiam nominatam quũ maxima in ea bella fœliciter gessisset, putat Orosius, & Græci in quibus est Xenophon Atticus. Andromeda Cepheo Phœnicis filio & Cassiopeia genita est, quæ quum ex oraculo Apollinis saxo religata esset, expositáque marino mõstro, parentibus illic eiulantibus Perseus ex bello Gorgonico redens causa cognita pactus cum parentibus virginis nuptias, eam liberauit occisã bellua Gorgonis capite ostenso: omnes in cœlũ sunt translati. Cepheus stellas habet. xix. à tergo minoris vrsæ, à pedibus ad pectus arctico circulo includitur, prẽter humetos nihil eius ỏccidit. Cassiopeia sedẽs in seliquastro, vt Higinus inquit, propter arrogantiam quòd gloriata sit se forma Nereidas præstare, ita vertente mundo resupinato videtur ferri capite: stellas habet. xiij. quã propè mediam secat lacteus circulus. Andromeda in cœlum adducta à Minerua, quod patriæ & parentibus maritum prętulerit: stellas habet. xx. Cassiopeię proxima, cuius caput équi Pegasi vẽtri coniungitur: huius medium pectus & sinistram manum circulus æstiuus diuidit. Perseus. xvij. stellas manu dextra circulum arcticum tangit. dextro pede caput aurigæ. Hęc qui requirit habet apud Iulium Higinũ, & Aratũ Solensem. Mela lib. j. Est in Syria Iope ante diluuiũ, vt ferũt cõdita, vbi Cephea regnasse eo signo accolę affirmant, ꝙ titulum eius fratrísque Phinei vestigiũ belluæ marinæ ossa immania ostentant. Idem Hieronymus & Plinius lib. v. qui lib. ix. hæc scribit, belluę cui dicebatur exposita fuisse Andromeda ossa Romę apportata ex oppido Iudęę Iope ostẽdit inter reliqua miracula ędilitate sua M. Scaurus, longitudine pedũ. xl. altitudine costarũ Indicos elephantes excedente, spinæ crassitudine sesquipedali. Et quũ omnes maximi nominis scriptores consentiãt Iopem Iudęæ esse, vbi Andromeda marinę belluę fuerit exposita, miror Laurẽtio Vallę in. vj. lib. elegantiarum eã opinionẽ non probari, quo loco incessit Hieronymũ tanquam ignoratione loci lapsum, ꝙ hanc Iopem in Iudęa posuerit. Nã ipse in India ponit oblitus tantarũ authoritatũ duobus Ouidij versiculis adductus: quũ fuerit potius in geographia Melę & Plinio assentiendum, quàm Ouidio. Sed nec ipsi Ouidij versus magnopere faciunt ad rem. alter de colore fusco facile potest intelligi de Aegypto &, Palęstina. In altero falsus est Valla ignoratione historię. à Mauritania enim per Aphricæ oram venit Perseus in Aegyptum & Iudæam sibi duxit Andromedam. inde profectus est ad Euphratem & eam quæ mox de illus nomine Persia est à Græcis dicta. ex Persia in Indiam inde rediit Argos cum vxore. t Nec timerent.) Impietatem talibus hominum nominibus cœlum contaminare.

D

De *theologis poetis*. Cap. XIIII.

IEr idem temporis interuallũ extiterunt poëtæ, qui etiam Theologi dicerentur, quoniam de diis carmina faciebant: sed talibus diis quibus libet magni hoies, tamen homines fuerũt: aut mundi huius, quem verus deus fecit elementa sunt, aut * in principatibus & potestatibus pro voluntate creatoris, & non suis meritis ordinati, & si quid de vno vero deo inter multa vana & falsa cecinerunt, colendo cum illo alios, qui dij non sunt, eisq; exhibendo famulatum, qui vni tantum debetur deo, non ei vtiq; rite seruierũt, nec à fabuloso deorum suorum dedecore etiam ipsi se abstinere potuerunt. Ex quorum numero fuisse perhibẽtur Orpheus, Musæus, Linus[a]. Verũ isti theologi deos coluerunt, non pro diis culti sunt: quanuis Orpheum, nescio quomodo, infernis sacris[b] vel potiº sacrilegiis præficere soleat ciuitas impiorum. Vxor autẽ regis Athamantis, quę vocabatur Ino[c], & eius filiº Melicertes præcipitio spontaneo in mari perierũt, & opinione hominum in deos relati sunt: sicut & alij homines eorũ temporum: inter quos fuerunt Castor & Pollux[d]. Illam sanè Melicertis matrem Leucotheã Græci, Matutam Latini vocauerunt: vtriq; tamen putantes deam.

E

ORpheus, Musęus, Linus.) Eodem tẽpore hi tres vixerunt paulo ante Troicum excidiũ. Orpheus, Thrax Aeagri filius, vt alij putãt Apollinis & Calliopes, quod fictum est ob cantus suauitatem. Arrapanus illum in Aegypto doctũ tradit adiutũq; magnopere doctrina Mosaica. Diodorus sacra Bacchi ex Aegypto in Græciam attulisse dicit, dedisseq; Thebanis, quòd ab eis esset honorifice exceptus. Hic cantus suauitate & bestias, & saxa ad se fertur allexisse. Quin & parcas dulcedine suę lyrę flexit, vt sibi sua redderetur Euridice. Sunt pleni harũ rerum poëtarum libri. occisus est à bacchantibus fœminis, causa non constat. Alij quòd viderit Liberi sacra putãt: alij quòd quũ apud inferos deos omnes laudasset, Liberum prætermiserit: alij quòd cũ adiudicasset Adonim dimidio ãno Calliopę, & dimidio Veneri, nec Veneri totum hæc in eum fœminarum furorem immisit. Higinus libro secundo: ita ab illis discerptus est, lyra inter sydera relata nouem stellis, cuius testudo spectat ad arcticum circulum. Aristoteles negat Orpheũ hunc vnquam fuisse. Porrò qui Argonautica scripsit Crotoniata fuit temporibus Pisistrati tyranni Atheniẽsis. Linus, vt Hermodorus ait, Mercurij & Vranię Musę filius fuit. Vergilius Apollinis dicit. Diodorus hunc primũ in Gręcia numeros & melodiam inuenisse ait, scripsit mundi originem, solis & lunę cursus, animalium & fructuum generationes, docuit Herculem citharã: quumq; is ingenio esset tardo & ob id obiurgaretur, ac etiã interim vapularet, in magistrum Linum insurrexit, cumq; confecit ictibus citharæ: alij sagitta Apollinis periisse narrãt. Musæos non vnũ commemorat Suidas: tres enim fuisse ait. Primum Eleusium Antipheni filiũ, Orphei discipulum, qui versibus ad Eumolpum filiũ vitæ instituta composuit. Alterum Thamyra genitum, ante Troicam cladem poetam melicum, scripsisseq; hymnos & cãtica. Tertiũ multo recentiorẽ Ephesium itẽ poëtam, qui vixit Eumene & Attalo regibus, conscripsitq; res Pergamensium. at Musęum illũ Orphei discipulum. vulgo Eumolpo patre faciũt. Diogenes initio operis hunc Athenien. primũmque ait decorum scripsisse genealogias, sphæram inuenisse, & ex vno fieri atque in idipsum resolui omnia dixisse, quẽ Phaleræ Atticæ diẽ obiisse indicio[o] est epigrãma ei[i] sepulchro inscriptum. Hũc ferũt Eleusiniis sacris præfuisse, quũ Hercules initiaretur. Dixi alibi esse authores qui tradant Mosen à Græcis solitũ Musæum dici, si modo nihil est apud Eusebium mendi.

b Infernis sacris.) Propterea ꝙ descendisse putat[p] est, ac incolumis rediisse, etiam præter institutũ Parcarum vxorem recepisse, lachrymásque furiis excussisse, vt Ouid. canit. x. Metamor. Ideo multum apud manes deos posse videtur. c Vxor autẽ regis Athamantis quæ vocatur Ino.) Hæc cum cõperiisset maritum adamare seruam Aetolã Antipherã nomine, dicitur & ipsa filiũm Melicertam deperiisse. Idcirco seruus omnis seruãdi aditu templi Inũs prohibetur. Quin & in Chæronea ædituus lorũ tenens clamabat, ne serua ingrediter, ne seruus, ne Aetolus, ne Aetola. Romæ in ædem Matutæ vnam tantum ancillam matronæ inducebant, quam cædebant alapis. Hęc Plutarchus in Problematis. Ino & Melicertæ vbi se in mare coniecissent mutata sunt nomina, & Ino mater Matuta dicta est Latinis, Græcis Λευκόθεα, id est, alba dea: filius Græcis Palęmon, nobis Portumnus, quod portubus præesse crederetur, & in portu Tyberino eius erat ædes, festúmque portumnalia: vt ait Varro, quod eo die templum ei est sacratum, & feriæ institutæ. In huius honorem ludos Isthmicos Corinthij instituerunt, author Pausanias. d Inter quos fuerunt Castor & Pollux.) Iupiter versus in Cycnũ, quũ Veneré iussisset mutata in aquilæ faciẽ forma se insequi ad Ledam confugit, quæ Cycnũ gaudens excepit, & tutari sibi visa est, quumq; obdormiisset à Cycno cõpressa est, peperitque ouũ, ex quo nati sunt Castor Pollux & Helena. alij gemina oua peperisse dicunt, sicut Horatius ait in arte: Nec gemino bellum

Linus.

Musæus.

F

Portũnus.

Castor & Pollux.

Bellerophon.

Chimæra.

Pegasus.

Perseus.

Andromeda.

Amphion.

Oedipus.

Sphinx.

Dædalus.

K

L

M

H

I

G lum Troianũ orditur ab ouo.ex altero geminos mares Castorẽ & Pollucem,ex altero geminas puellas Helenam & Clitẽnestram natas. Sunt qui tantum ex vno ouo Helenam & Pollucem prodiisse immortales, Castorem vero satu Tyndari mortalem. Isocrates in Panegyrico Helenæ, idcirco ait,existimatam Helenam ab holore genitam, quod collo esset oblongo & candido. Castor & Pollux Tyndaridæ dicuntur, quia Tyndarus Oebali filius Ledæ erat maritus, & haud dubie putantur eius esse, non Iouis. Tametsi Cycnus est in cœlo,concubitus illius sanctæ scilicet rei & imitatu dignæ monimentum,ipsiq; Castor & Pollux signum efficiunt geminorum,quorum vterque alternis solum diebus lucet,cuius rationem Homerus reddit,quod quum Castor & Pollux Lynci & Idæ spõsas eripere tentarent,moto conflictu Idas Castorem interfecit,confecturus & alterum, ni subito à Ioue subuentũ esset, ne lędi quiret. Pollux à patre Ioue petiit,vt liceret sibi de sua vita dimidium fratri impartiri,idque Iuppiter cõcessit. Studiosus fuit equorum Castor,Pollux palęstræ, Dioscuri sunt dicti,id est, θεοὺς κθρους,Iouis pueri. Homerus hos sepultos tradit Lacedæmone:putabantur propitij esse nauigantibus, & periclitantibus in speciem geminarum stellarum adesse,hac de causa quòd dum nauigarent cum cæteris Argonautis orta tempestate,& reliquis misere metuentibus,Orpheus omnes bono esse animo iussit,ac votis diis Samothracibus susceptis cœpit mare mitescere,duabus stellis super Castoris & Pollucis capitibus apparentibus, quo miraculo læti crediderunt se deorum prouidentia liberatos, ac deinceps ipsos geminos implorare mos fuit, & si appareant geminæ stellulæ, credere salutare, non item si solitariæ. Cæterum Romani,quum ambobus idem condidissent templum ad lacum Iuturnæ,ferè non aliter quàm Castoris nominabãt:in quo nimiũ vel erant inciuiles ipsi,vel immodestus & ingratus Castor,qui quũ mortalis esset suapte natura,immortalitatem beneficio fratris nactus,cã gratiam Polluci referebat, vt se præferendo nomen, famam, ac propè vitam eius premeret & obscuraret,futurus ipse alio qui obscur[a],& prorsum ignotus,ni alter subuenisset,sed nimirum prius hoc Pollux peccauerat: nam dum à patre impetrat,vt alternis tantum viuerent diebus,effecit,ne vnquam alter altero frui posset.

H

De occasu regni Argiuorum:quo tempore apud Laurẽtes Picus Saturni filius regnum patris primus accepit. Caput XV.

PEr ea tempora regnum finitum est Argiuorum,translatũ ad Mycenas [a]: vnde fuit Agamemnon [b],& exortum est regnum Laurentum [c]:vbi Saturni filius Picus regnum primus [d] accepit,iudicante apud Hebręos fœmina Delbora [e],sed per illam dei spiritus id agebat:nam & prophetissa erat,cuius prophetia minus aperta est [f], quàm vt possimus eã fine diuturna expositione de Christo demõstrare prolatam. Iam ergo regnabant Laurentes vtique in Italia, ex quibus euidetior ducitur origo Romana [g] post Græcos:& tamẽ adhuc regnum Assyriorum permanebat, vbi erat rex vicesimus tertius Lampares, cum primus Laurentum Picus esse cœpisset. De huius Pici patre Saturno viderint quid sentiant talium deorum cultores, qui eum negant hominem fuisse:de quo & alij scripserunt, quod ante Picum filium suũ in Italia ipse regnauerit [h]:& Vergilius notioribus literis [i] dicit,

Iudic.4.

I

Aeneid.6.

Is genus indocile,ac dispersum montibus altis
Composuit,legesq; dedit, Latiumq; vocari
Maluit:his quoniam latuisset tutus in oris.
Aureaq;,vt perhibent [m],illo sub rege fuere
Secula.

Sed hæc poëtica opinentur esse figmenta, & Pici patrem Stercen [l] potius fuisse asseuerent, à quo peritissimo agricola inuentum ferunt,vt fimo animaliũ agri fœcundarentur [m],quod ab eius nomine stercus dictum est:vnde & hunc quidam Stercutium vocatũ ferunt. Qualibet autem ex causa eum *Saturnum* appellare voluerint:certum est tamen hunc fuisse Stercen siue Stercutium,quem merito agriculturæ fecerunt deum. Picum quoque similiter eius filium in talium deorum numerum receperunt,quem præclarum augurem [n] & belligeratorem fuisse [o] asserunt. Picus Faunũ genuit [p], Laurentum regem secundum,etiam iste deus illis sylueſtris fuit*. Hos ante Troianum bellum diuinos honores mortuis hominibus decuerunt.

*aliàs uel est uel fuit

[a] *Argiuũ regnum.*

TRanslatum ad Mycenas.)Pausanias de hoc regno ad hunc scribit modũ:Iam hic omnes sciunt filiarũ Danaï ia patrueles scelus,& quemadmodum Danao mortuo imperium Lynceus habuerit,quo decedente,Abantis filij eius liberi regnum inter se diuiserunt,& Acrisius Argis mansit:Prœtus vero Ergum,Mideam,ac Tirynthum habuit,& quæcũque ad mare spectant Argeum.relicta sunt Tirynthi argumenta habitationis Prœti.procedẽte tempore Acrisius Perseum superesse audiens,& facta ostẽtare,fecessit in Larissam,quę est circa Peneum:Perseus vero aui sui videndi erat percupidus,illúmque & verbis & operibus præduleibus complecti studebat: itaque ad ipsum Larissam venit,qui vtpote ætate florens & inuentione disci gaudens apud omnes ingenium ostentabat,& vires.Acrisius vero in ictum disci imprudẽs incidit, atque hoc modo dei oraculum circa illum impletum est, neque vim fati potuit à se auertere,quæ de filia & nepote prædicta erant. Perseus vero quum Argos redisset pudore affectus ob rumorẽ cędis à se perpetratæ,regnũ cum Megapentha Prœti filio cõmutauit, Perseúsque Mycenas condidit,sic appellatas, quod μύκην id est,vagina gladij ibi ci decidisset,quod ipse putauit signum condendæ vrbis:& si sunt qui dicant à Mycena Inachi secundi filia dictas vxore Arestoris. Cuius Mycenę meminit Homerus. b Vnde fuit Agamemnon.)Pelops ex Hippodamia Atreũ & Thiestem genuit. Atreus Agamẽnonem & Menelaum ex Aërope ex sententia Homeri. Nam Hesiodus Plisthenis quem Thiestes genuit filios dicit, nisi pro Plisthene legendum sit Thiestes quod est verisimilius. Hic fuit dux Heroum ad Troiam, etsi alij abrogatũ illi quandoq; imperium narrant,& Plamedi traditum,quo occiso fraude Vlyssis imperium ad Agamemnonem redierit. c Et exortum est regnũ Laurentũ.)Laurẽtum vrbs fuit Latij vetustissima, quam Aborigenes tenuere sedem regni à Saturno fundati,Laurentum appellatum à Laureo luco solis indigetis. d Picus regnum primus.)Hunc fuisse filium Saturni ex Fauna,canit Verg.lib.vij.& Ouid.xiiij.Metamor.habuit Circen, à qua, quod Pomonam nympham adamasset,in auẽ sui nominis versus est,quę propterea sacra fuit Marti apud Latinos,& oracula ab ea reddita,author est Dionysius Alexandrinus. Ouidius aliam causam affert, cur sit in auem mutatus,q; scilicet preces Circes,non quidem coniugis, sed quæ cõiunx esse cupiebat,spreuit. Cui Seruius suffragatur. e Apud Hebræos fœmina Belbora.) Vulgo Belbora: Hieronymus tamẽ Bebbora legit,quod interpretatur loquacem,vel apiculã. Huius auspiciis, & prope ductu, sed imperatore belli Barach,tribus Neptalim Israëlitę fuderunt exercitum copiosissimum Sisaar.Iudic.iiij.Et apud Iosephum lib.de antiqui. v.Prę-fuit hæc Belbora populo Iudęo, annos quadraginta,quo toto tẽpore festa pax fuit in Israël. f Cuius prophetia minus aperta est.) Canticũ est eius Iudic.v. g Ex quibus euidẽtior ducitur origo Romana.)Nã successiones sunt certæ à Laurentibus ad Lauiniam Aenęę coniugem, & Syluium Posthumum vtriusque filium, hinc ad cæteros reges Albanos vsque in Numitorem Amulium,Iliam,Romulum & Remum. h In Italia ipse regnauerit.)Vnde Saturnia est dicta, & si aliter opinatur Eusebius poëta peruetustus,cuius sententiam Diony. perscripsit lib.j.ex eo petat,si quis cupit. i Vergilius notioribus literis.)Est enim frequens in manibus hominum Vergilius,& nulli non notus. Versus quos adducit,sunt.viij. Aeneid.persona Euandri. k Aureaque,vt perhibent.)Dixi alibi de ætate aurea,quam Plato in ciuili non aliter describit, ac nos eam,quam primi parentes humani generis ante noxiã in paradiso egerunt.Idq; Platoni ex Mosaïcis literis,vt alia plurima desumptũ contẽdit Euseb.lib.prepa.xij. l Et Pici patrem Stercẽ.)Et hũc,siue Stercẽ siue Stercutiũ Saturnũ dixerunt, quòd agros stercorare docuerit. Macrob.j. Satur.Plinio tamen Stercutus filius est Fauni,ob eius rei vsum immortalitate donatum.Saturnus vero antiquior est multo istis temporibus, quę Theophilus ex Tali sententia trecentis annis fuisse dicit ante bellum Troianum,sed addit æqualem fuisse Belo Babylonio. Alexander Polyhistor ipsum Belum Saturnum nominat:quod si ita est,vel male nobis sunt digesta tempora,vel pluribus,quàm octingentis annis præcessit id bellũ. Cæterum Saturni plures fuerunt. Ac nescio,an verum sit,quod tradit is, qui Xenophontis scripsit æquiuoca,Saturnos dici nobilissimarum familiarum antiquissimos reges,& corũ filios Ioues. m Vt fimo animalium agri fœcundarentur.)Hoc vt fiat,docent Plinius lib. xvj. & Varro, aliíque,qui de rebus rusticis scripsere.Cato senior apud Ciceronem miratur hanc partem agriculturæ prętermissam esse ab Hesiodo , cum eius esset facta mentio iam tum ab Homero. n Quem præclarum augurẽ.) Seruius.vij. Aeneid.dicit,propterea fictum illũ esse in Picum auem versum,quod augur esset,& domi haberet Picum, per quem futura nosceret: quod & pontificales indicant libri.Idcirco lituus, qui est augurum proprius,ei à Vergilio appingitur:Ipse Quirinali lituo, paruaq; sedebat Succinctus trabẽa. o Et belligeratorẽ fuisse.) Talem fingit Ouid. xiiij, Metamor.Et Verg.Picus equũ domitor.quo significat bellator vt Græce ἱππότης & πολεμιστὴς & χαλκόπωλος & αὐλόλοφος & ἱππόδαμος & ἱπποκορυστής. Idcirco & in auem audacem mutatum ferunt,& magni roboris:quercus enim rostro subuertit,& Marti sacra est: quam Romani venerantur,& ab ea vehementer abstinent: quam etiam ferunt expositos Romulum & Remum custodisse , & esse ab iniuria tutatam. p Picus Faunum genuit.)Sic Vergilius.Fauuo Picus pater. Hic Faunus Fatuus etiã est dictus,vt soror Fatua & Fauna. De quis alibi dixi. Dionysius Martis pronepotem fuisse quosdam existimasse scribit, virum simul cum promptitudine prudentem,quem etiam vt geniũ quendam,siue indigetem, sacrificiis & carminibus Romani colunt. Idem & Trogus.Inquiunt Faunum Arcadibus,qui Euãdro duce in Italiam haud magna manu venerant,agros & montem,quem illi postea Palatium appellarunt,assignasse,& post paulũ Trogus. Fauno fuit vxor nomine Fatua,quæ assidue diuino spiritu impleta,velut per furorem futura prœmonebat. Vnde adhuc,qui inspirari solent:fatuari dicuntur.Ea Fatua à Fauno occisa,pro dea culta est,appellatáque bona dea , quod tanta pudicitia fuerit , vt nemo illam quoad vixerit , præter suum virum , mas viderit:author M. Var. Ab hoc Fauno putantur Fauni, Satyri , & Sylvani progeniti.

K

Mycenæ.

Agamẽnõ

Laurentũ.

Picus.

Belbora.

L

Aetas aurea.

Stercutius.

Saturnus.

M

De Diomede

A

De Diomede post Troiæ excidium in deos relato, cuius socii traditi sunt in uolucres esse conuersi. Caput XVI.

IRoïa vero euersa,& excidio illo vsq;quaq; cãtato,pueriq; notissimo:quod & magnitudine sui, & scriptorum excellentibus linguis insigniter diffamatũ,atq; vulgatum est: gestumq; regnante iam Latino [a] Fauni filio,ex quo Latinorum regnum dici cœpit [b]:Laurentumq; dici cessauit:Græci victores,deletam Troïam derelinquentes, & ad propria remeantes,diuersis & horrẽdis cladibus [c] dilacerati, atq; contriti sunt:& tamen etiam ex eis deorum suorũ numerum auxerunt. Nam & Diomedem fecerũt deum [d], quem pœna diuinitus irrogata perhibent ad suos non reuertisse,eiusq; socios in volucres fuisse cõuersos [e], nõ fabuloso poëticoq; mendacio,sed historica attestatione confirmant,quibus nec deus vt putãt factus,humanam reuocare naturam,vel ipse potuit,vel certe à Ioue suo rege tãquam cœlicola nouitius impetrauit. Quin etiam templum eius esse aiunt in insula Diomedæa [f], non longe à monte Gargano, qui est in Apulia, & hoc templum circumuolare,atq; incolere has alites tã mirabili obsequio,vt rostrum aqua impleant & aspergãt, & eò si Græci venerint,vel Græcorum stirpe progeniti,non solum quietas esse,verum & superaduolare,si autem alienigenas viderint subuolare, & capita eorum tã grauibus ictibus , vt etiam perimant vulnerare. Nam duris & grandibus rostris satis ad hæc prælia perhibentur armatæ.

B

Latinus.

[a] GEstúmque regnante iam Latino.)Latinum Vergil.dicit filium Fauni & Maricæ Laurentis,quam plerique Circem putant.Seruius fuisse dicit,qui per Maricam Venerẽ intelligerent, sed Hesiodus Latinum Circes & Vlyssis fuisse filiũ perhibet, quod & Verg.tangit dicendo:Solis aui specimen. sed quia temporum ratio non procedit,illud accipiendum est Higini,qui ait Latinos plures fuisse,vt intelligamus poëtam abuti nominum similitudine.Diony. perhibet Herculem quum esset in Italia,ex Lauinia Euandri filia genuisse Pallantem, ex Hyperboride vero obside Latinum,quam Hyperboridẽ quũ in Græciã traiecturus esset,Fauno collocauit Aboriginum regi.Iustinus ex Trogo Latinum Hercule & Fauni filia stupro genitũ tradit. Hunc regi Græci πλάτφωρ nominant,quasi præclarum seu illustrem. b Ex quo Latinorum regnum dici cœpit.)Hæc est fama vulgatior Aborigenes antea, regnante vero Latino Latinos esse dictos:sic Diony.& alij tradiderũt. Philelphus id vero negat,adducitq; dictũ Orphei,qui ante natum Latinum scripserit,qui iam illos populos Latinos nominet. Sed ipse viderit cuius Orphei sint illa scripta,non modo Argonautica, quæ inter doctos cõuenit nõ esse illi Thracij,sed etiã hymni quos Pythagorici putãt cuiusdam fuisse cordonis. Aristoteles nullũ fuisse Orpheũ poëtã cõtẽdit, cæterum si Latiũ dicitur,vel q; ibi Saturn [a] latuerit,vel q; inter iuga Apenini lateat, profecto Latini à Latio dicẽtur.at M. Varro Latiũ à Latino dictum vult. c Diuersis & horrendis cladibus.)Noti sunt errores Vlyssis. Menelaus iactatus est in Aegyptũ. Aiax Oileus cum Locris Libyam incoluit,classis Græcorum decepta à Nauplio Palamedis patre naufragium fecit ad Euripum Eubœæ insulæ.quæ omnia cõmemorat Vergi.lib.xj. Seruius magnam partem huius calamitatis in iram Mineruæ refert,quæ multũ aceẽsa est in Græcos,seu q; Cassandram violarunt vatem,seu quòd superbi,& successibus elati sacrificare illi cõtempserint. d Nam & Diomedem fecerunt deum.)Diomedes Tydei & Deiphiles filius,qui ad Troiam militauit, cuius virtutẽ mirifice Homerus extollit:tota enim. ι.Rhapsodia de illius est admirãdis in bello facinoribus,tra vt Martem etiam vicerit: eũ Achilli fere æquat. Aetholiæ rex fuit, sed propter adulterium vxoris Aegiales,quæ rem cum Cylleboro Stheleni filio habuit, redire in patriã noluit,concessitq; in Apuleiam,vbi Adriam condidit, & Argiripam, & Siputtem,& Salapiam,ibique sunt Diomedei campi,qui ei cesserunt,regione inter ipsum & Daunum socerum diuisa. Fuit & alter Diomedes vetustior Thraciæ rexęquissimus,solitus equis immanibus obicere hospites,quem illis eisdem obiecit Hercules:huius soror fuit Abdera,quę vrbẽ sibi cognominem posuit in Thracia,Democriti patria,fuit haud procul Diomedis turris.Græci hos equos κιχρῆκο φυγάτρκο ἵππα νομίζουσι,ἅτις μάχυιθα τοὺς ξένους κνέκτασι,ἵππα ἀνέρων.turpes filias,quibus admisceri cogebat hospites,mox tollebat.Palæphatus ad comesa patrimonia refert propter equorũ curã,sicut de Asteone & canibus. e Eiúsque socios in volucres fuisse cõuersos.)Ira Veneris eos mutauit, seu quòd ei maledixisset Agmon Diomedis socius,vt ait Ouid.xiiij. Metamor.seu q; ipsa Venus & Mars sauciati assent ad Troiam à Diomede:quod videtur verisimilius & congruentius sententiæ Homeri in.ι.Has aues earumq; ingeniũ describit Pli.lib.x.vocaríque scribit à Iuba Cataractas, esseq; illis dentes & oculos igneo colore,cæterum corpus candidum: duas semper iis duces, alteram ducere agmen,alteram cogere, has tantum visi in insula nobili Diomedis tumulo,atque delubro contra Apuliæ oram, fulicarum similes. Aduenas barbaros clamore infestant,Græcis tantum adtũlãtur miro discrimine,velut generi Diomedis hoc tribuentes. originem vero fabulæ esse dicit,quod illæ ædem eius quotidie pleno gutture madentibus pennis perluunt,atque purificant.Seruius ij.Georg. ait soctos Diomedis duce suo fublato,impatientia doloris in aues mutatos esse, & memores originis suæ Græcis nauibus læras occurrere,barbaris infestas , quod ab Illyriis Diomedis sit interemptus.Aristoteles tameri in mirabilibus auditis,ab Aenea occisum dicit,has aues Seruius dicit à Græcis vocari ἐρωδιοὺς,sic putat Aelianus.Gaza ἐρωδιὸν ardeam vertit, & quam Aristoteles λευκοπόδιον,ipse albam ardeam.Suidas ἐρωδιὸς,inquit, ὑδρόβιον ἀρνεῦν πτέλαφρος λιγδμενος,ἢ ἔμεινος ἀνιῶν,hoc est,Ciconia vel ei similis. Profecto similis ciconiæ potest esse aut etiam ardeæ, quę aues forma non multum differunt,aut Cycnus,quemadmodũ dicit Ouidius:sed nec ciconię sunt, nec ardeæ,nec Cycni,quę in orbe reliquo sunt frequentes. f In insula Diomedea.)Sic Augustinus vt plerique,qui vnam tantum ponunt insulam Diomedeã,velut Suidas,Festus,& alij. & reuera duę sunt, sed vna tãtum in qua est delubrum & monumẽtum Diomedis.Nec desunt, qui vj.alij quinque statuunt.Plinius & Strabo duas è regione promontorij Gargani,quod in mare Adriaticum se protendit ad stãdia. ccc.altera culta est,altera deserta,in qua Diomedem ferunt subito nõ extitisse, eumq; & in ea insula,& in sua terra diuinis honoribus Veneti prosecuti sunt.

C

De incredibilibus hominum commutationibus quid Varro crediderit. Caput XVII.

D

aliàs tradiderit.

E

IOc Varro vt astruat commemorat alia non minus incredibilia de maga illa famosissima Circe [a],quæ socios quoq; Vlyssis mutauit in bestias,& de Arcadibus [b], qui sorte ducti transnatabãt quoddam stagnum,atq; ibi conuertebãtur in lupos, & cum similibus feris per illius regionis deserta viuebãt. Si vero carne non vescerentur humana:rursus post nouem annos eodẽ renatato stagno reformabãtur in homines. Denique etiam nominatim expressit quendam Demenetum,cum gustasset de sacrificio, quod Arcades immolato puero deo suo Lycæo facere solerent, in lupum fuisse mutatum, & anno decimo in figurã propriam restitutũ,ad pugilatũ [c] sese exercuisse, & Olympiaco vicisse certamine. Nec idem propter aliud arbitratur ab historicis in Arcadia tale nomen affictũ Pani Lycæo & Ioui Lycæo [d],nisi propter hãc in lupos hominum mutationem,quod ea nisi vi diuina fieri non putarent [e]. Lupus enim Græce λύκος dicitur: vnde λυκαίου nomen apparet inflexũ. Romanos etiam Lupercos,ex illorum mysteriorũ veluti semine dicit exortos.

Circe.

F

[a] DE maga illa famosissima Circe.)Hęc Solis fuit filia, Medeæ amita. de matre non cõuenit, Cicero Asteriam Latonę sororẽ dicit:Homerus Persan Oceani filiam. Diodorus aliter fabulã narrat.nam ex Sole Perseum & Aeetem genitos dicit,Perseũ Hecatem genuisse ęquissimam venatricem,homines pro feris solitã configere , spiculis aconito tinctis , cujus vsum ipsa inuenit, & ex patruo Aeetea Medeam & Circẽ peperit fœminas, & Aegiadem matem. Circe peritissima fuit virium herbarũ,& philtra excogitauit, nupsitq; Scythæ Sarmatarum regi,quem venenis sustulit: ideo à ciuibus pulsa in insulam quandam Oceani desertam fugit,seu vt alij tradunt, in promontorium, quod de eius nomine Circeios nominant. Circeum sunt qui insulam putent,sed promontorium est in modum insulæ deformatũ, vt inquit Strabo. Olim insulam fuisse Seruius significat adiunctam tempore continẽti,vt alias pleráque terras in maiore Pharmacussarum sepulchrum Circes ostenditur. Hęc maga, quæ socios Vlyssis in varias bestias mutauit, celebratissima est libris Homeri, Theocriti, Vergilij, & cęterorũ poëtarũ:tũm etiam qui soluta oratione scripserunt. b Et de Arcadibus.)Plinius lib.viij. Enantes inter authores Græcię non spretus tradit Arcades scribere ex gente Anteï cuiusdam sorte familia electum ad stagnũ quoddam regionis eius duci,vestitúque in quercu suspẽso tranare, atque abire in deserta transfigurarique in lupum,& cum cęteris eiusdem generis cõgregari per annos.ix.quo in tempore si homine se abstinuerit,reuerti ad idem stagnum:& quum tranauerit,effigiem recipere ad pristinum habitum,addito nouem annorum senio:addit quoque Fabius eãdem recipere vestem. Mela de Neuris Scythiæ Europicæ gente scribens ait, statum singulis tẽp° esse,quo si velint in lupos,iterũq; in eos, qui fuere, mutẽtur. c Ad pugilatum.)In Gręcis certaminibus erant lucta, cursus,saltus, iactatio disci , pugilatus ; qui clauis fiebat, quos cestus vocant. Greci hos πύκτας dicunt. Ex istis quinque exercitamentis πενταθλοι dicuntur, & quinquertiones Latine. d Panilyceo & Iouilycco.) In Lyceo monte Arcadiæ colebantur tres dij:Iupiter,Pan bicornis,& Bacchus,qui Lycæi sunt dicti à loco,vt puto. Sunt qui à lupis abigẽdis,alij quòd illi mutationi in lupos præsunt,iuuántque homines vt pristinam figuram recuperẽt. e Quod ea nisi vi diuina fieri non putarent.)Putatur legẽdum:aut eã nisi vt diuinam:malleṁ tamẽ,quod ea nisi vi diuina fieri non putaretur.

G *Quid credendum sit de transformationibus, quæ arte dæmonum hominibus uidentur accidere.*

Caput XVIII.

Sed de ista tãta ludificatione dæmonum, nos quid dicamus, qui hæc legent, fortassis expectant, quid Christiani agere debeant [a], quando inter idola gentiũ miracula fieri asserũtur. Et quid dicemus, nisi de medio Babylonis esse fugiendũ? Quod
Hiere.51. præceptum propheticum ita spiritaliter intelligitur, vt de huius seculi ciuitate, quæ profecto & angelorum & hominum societas impiorum est, fidei passibus, quę per
Gala.5. dilectionem operatur, in deum viuum proficiendo fugiamus. Quanto quippe in hæc ima potestatẽ dæmonũ maiorem videmus, tanto tenacius mediatori est inhærendum, per quem de imis ad summa conscendimus. *Si* enim dixerimus ea non esse credenda, non desunt etiam nunc qui eiusmodi quædã, vel certissima audisse, vel etiam expertos se esse asseuerent. Nam & nos cum essemus in Italia, audiebamus talia de quadam regione illarum partium, vbi stabularias mulieres imbutas his malis artibus, in caseo dare solere dicebant, quibus vel-
H lent seu possent viatoribus, vnde in iumenta ilico verterentur, & necessaria quæque portarent, postq; perfuncta opera iterum ad se redirent, nec tamen in eis mẽtem fieri bestialem, sed rationalem humanamq; seruari: sicut Apuleius in libris quos Asini aurei titulo inscripsit [b], sibiipsi accidisse, vt accepto veneno humano animo permanente asinus fieret, aut indicauit, aut finxit. Hæc vel falsa sunt [c] vel tam inusitata, vt merito non credãtur. Firmissime tamen credẽdum est omnipotẽtem deũ omnia posse facere, quæ voluerit, siue iudicando *†, siue præstando, nec dæmones aliquid operari secũdũ naturę suæ potentiã, quia & ipsa angelica creatura est, licet proprio sit vitio maligna, nisi quod ille permiserit, cuius iudicia occulta sunt multa, iniusta nulla. Nec sanè dæmones naturas creant [d], si aliquid tale faciunt, de qualibus factis ista vertitur quęstio, sed specietenus, quæ à vero deo sunt creata cõmutãt, vt videãtur esse quod non sunt. Non itaq; solum animum, sed nec corpus quidem vlla ratione crediderim dęmonum arte vel potestate in membra, vel lineamenta bestialia veraciter posse conuerti, sed phantasticũ hominis, quod
I etiam cogitando siue somniando per rerum innumerabilia genera variatur, & cũ corpus non sit, corporum tamen similes mira celeritate formas capit, sopitis aut oppressis corporeis hominis sensibus, ad aliorum sensum nescio quo ineffabili modo figura corporea posse perduci: ita vt corpora ipsa hominum alicubi iaceant, viuentia quidem, sed multo grauius atq; vehementius quàm somno suis sensibus obseratis. Phantasticũ autem illud [e] veluti corporatum in alicuius animalis effigie appareat sensibus alienis, talisq; etiam sibi homo esse videatur, sicut talis sibi videri posset in somnis, & portare onera, quæ onera si vera sunt corpora, portantur à dæmonibus, vt illudatur hominibus: partim vera corpora onerum, partim iumentorum falsa cernentibus. Nam quidam nomine Præstantius patri suo contigisse indicabat, vt venenum illud per caseum in domo sua sumeret, & iaceret in lecto suo quasi dormiẽs, qui tamen nullo modo poterat excitari. Post aliquot autem dies eũ velut euigilasse dicebat, & quasi somnia narrasse, quæ passus est, caballũ se scilicet factũ, annonam inter alia iumenta baiulasse militibus, quę dicitur retica, quoniã ad retia deportabatur [f]. Quod ita vt narrauit factum fuisse cõpertũ est: quæ tamen ei sua somnia videbantur. Indicauit & alius se domi suę per noctem antequàm requiesceret vidisse venientem ad se quendam philosophum sibi notissimũ, sibiq; exposuisse nonnulla Platonica, quæ antea rogatus exponere noluisset. Et cum ab eodem philosopho quæsitum fuisset, cur in domo eius fecerit, quod in domo sua petenti negauerat: nõ feci, inquit, sed me fecisse somniaui. Ac per hoc alteri per imaginem phantasticã exhibitum est vigilanti, quod alter vidit in somnis. Hæc ad nos nõ quibuscunque qualibus credere putaremus indignum, sed eis referentibus peruenerũt, quos nobis non existimaremus fuisse mentitos. Proinde quod homines dicuntur, mãdatumq; est literis à diis, vel potius dæmonibus Arcades in lupos solere conuerti: & quod carminibus Circe [g] socios mutauit Vlyssis, secundum istum modũ mihi videtur fieri potuisse, quem dixi: si tamen factum est. Diomedeas autem volucres, quandoquidem genus earum per successionẽ propaginis durare perhibetur, nõ mutatis hominibus factas, sed subtractis credo fuisse suppositas, sicut cerua pro Iphigenia [h] regis Agamẽnonis filia. Neq; enim dæmonibus iudicio dei permissis huiusmodi præstigię difficiles esse potherũt, sed quia illa virgo postea viua reperta est, suppositam pro illa ceruam esse facile cognitum est. *Socij* vero Diomedis, quia nusquam subito comparuerunt, & postea nullo loco apparuerunt, perdentibus eos vltoribus angelis malis, & pro eis aues occulte [i] ex aliis locis, vbi est hoc genus auium, ad ea loca perductæ sunt, ac repente suppositæ: ideo credũtur esse conuersi. Quod autem Diomedis in templum aquam rostris afferunt & aspergũt, & quod blandiuntur Græcigenis, alienigenas persequuntur, mirandum non est fieri dæmonum instinctu: quorum interest, id est, ad quos persuadere pertinet [k] deũ factũ esse Diomedẽ, ad decipiendos homines, vt falsos deos cũ veri dei iniuria multos colant, & hoĩbus mortuis, qui nec cum viuerent, vere vixerũt [l], templis, altaribus, sacrificiis, sacerdotibus, quæ omnia cũ recta sunt, non nisi vni deo viuo & vero, cui debentur, inseruiant.

K *De cura pro mortuis gerẽda. cap. II.*

Quid Christiani ag.deb.) Alibi hoc totum deest: quid Christiani agere debeant, quando inter idola gentium miracula fieri asseruntur. b Sicut Apuleius in libris quos Asini aurei titulo inscripsit.) Apuleium Magũ fuisse constat, versum tamen in asinum putandum non est: nec id videbat Augustinus satis esse verisimile, sed librorum Græcorum lectione parum adiutus diuinare non potuit, vnde id argumentum de transfiguratione in asinũ Apuleius sumpsisset, quũ ipse nullius scriptoris meminerit, quẽ saltẽ profiteatur sequi se, vt in de Cosmographia fecerat. Scripsit ergo Lucianus, quum esset in Thessalia Magiæ noscẽdæ causa se in asinũ mutatũ, dũ in auẽ cuperet: nũ φ hoc ei contigerit, sed quia huiusmodi argumentis delectabatur, nec veris, nec verisimilibus: id opus sic Latinũ fecit Apuleius vt ad verbum expresserit pleraque omnia, additis plurimis, quo iucundior esset lectio iis, qui Milesiis fabulis delectantur, & conduiit sua illa partim antiquaria, partim nimis audaciter nouata dictione rẽ aliquo futuram subinsulsam, atque subfatuã. At nũc iuuat legere, quia phrasi illa cõplura dixit, quæ nec appositius dici, nec maiore cũ gratia poterãt: quẽ nonnulli quũ imitari conantur, in ridiculas ineptias incidunt. Puto enim gratiã illam esse propè inimitabilẽ. Nõ ergo factus est asinus Apuleius, sed ficto casu tam mirabili narratio magis tenet animos vel legentium, vel audientium, quod in fabulis cũ primis captatur. c Hæc vel falsa sunt.) Plinius lib. viij. falsum esse non dubitat, nisi credere libeat omnia, quæ fabulosa tot seculis cõperim [m], sed Græca credulitas eò processit, vt nullũ tam impudens mendaciũ sit, quod reste careat. d Nec sanè dæmones naturas creãt.) Creare vocat aliquid de nihilo facere: hoc modo nihil aliud quàm deus potest creare, idq; Theologi omnes magno cõsensu affirmant: disputant tamen an potentia hæc creandi possit cõmunicari creaturæ, [illegible]

a *Apuleius.*

Creare.

e Phãtasticũ autẽ illud.) Hæc Augustini sentẽtia in numeris est experimẽtis omni æuo cõprobata. f Quoniã ad retia deportabatur.) Retia & reticulum genus est sacculi, quo viatores panem, carnes, & poma gestare consueuerant. Horatius lib. j. Sermonum:

Retia.

Reticulum

A Reticulum panis venales inter onustos
Forte vehas humero, nihilo plus accipias quàm,
Qui nil portarit.

Acron, reticulũ rete, quo in vrbe panis inter venales seruos portari solet: cõiectura adducor. g Et quod carminib' Circe.) Versus est Vergi. in Pharmaccutria. h Sicut cerua pro Iphigenia.) Iphigenia filia fuit Agamẽnonis & Clytẽnestręquumq; classis Græcorũ in Aulide Bœotiæ, quę est contra Eubœam insulã staret, Agamẽnon cerium Dianæ occidit, ob quod factum dea aduersos ventos flare iussit, tum & pestem immisit in copias: diis consultis, renunciauit Chalcas placandam esse Dianam sanguine Agamẽnonis. Vlysses Mycenas missus specie nuptiarũ Iphigeniã à matre abduxit: quumq; ad aram sub ictu staret, miseratione Diuæ subtracta est, & cerua substituta, ipsaq; virgo in Tauricam Chersonesum ad Thoanthem regem adducta prefecta est sacerdotio Dianæ Tauricæ, cui homines mactabantur: eò quum Orestes venisset frater eius, ambo consilio cõmunicato regem occiderunt, migrarunt q; Aritiam Italiæ.

Iphigenia.

i Et pro eis aues occulte.) Alij libri scriptum habent: & in eas aues, quę pro illis sunt occulte, ex aliis locis, & post: perductæ ad rep. supp. credun tur. k Quorum interest, id est, ad quos persuadere pertinet.) Scholium est ab aliquo additum, qualia temporibus auorum erãt ineptissima non sanè pauca, vt dilexit, id est, amauit: loquutus est, id est, dixit: asinus, id est, animal sic vocatum: charta, id est, papyrus: tacui, id est, nihil locutus sum: legendum ergo, quorum interest persuadere. l Qui nec quum viuerent, vere vixerunt.) Nam vera animæ vita deus est, à qua si anima discedat, moritur: nec hoc tantum dicimus sanctæ religioni dediti Christiani, sed philosophi etiam Gẽtiles, qui eo minus & viuere & esse res arbitrantur, quo longius à deo abscesserint: tanto vero magis viuere, ac esse quanto propius accesserint. Pleni sunt Platonis libri eiusmodi sententiarum. Apud Aristotelem quoque nõnullæ. Stoici solum sapientem vere viuere, ac esse hominem putant, cæteros nihil à simiis abesse, vt dicebat Socrates.

B *Quod eo tempore Aeneas in Italiam uenerit, quo Labdon iudex præsidebat Hebræis.* *Caput* XIX.

Eo tempore post captam Troïam atq; deletã, Aeneas cum viginti nauibus [a], quibus portabantur reliquiæ Troïanorum in Italiam venit, regnãte ibi Latino, & apud Atheniẽses Mnestheo [b], apud *Sicyonios* Polyphide [c], apud Assyrios Tautane *[d], apud Hebręos autem Iudex Labdon fuit [e]. Mortuo autem Latino regnauit Aeneas tribus annis eisdem in supradictis locis manẽtibus regibus, nisi quod *Sicyoniorum* iam Pelasgus erat [f], & Hebræorũ iudex Sanson [g]. Qui cum mirabiliter fortis esset, putatus est Hercules. Sed Aeneam, quoniam quando mortuus est [h] non cõparuit, deum sibi fecerunt Latini [i]. Sabini etiam regem suum primum Xanthum, siue vt aliqui appellant Xãthium [k], retulerunt in deos. Per idem tempus Codrus rex Atheniensium [l] Peloponnensibus eiusdẽ hostibus ciuitatis se interficiendum ignotus obiecit: Et factũ est. Hoc modo eum prædicant patriam liberasse. Responsum enim acceperant [m] Peloponnenses tũc demum se
C superaturos, si eorũ regem nõ occidissent. Fefellit ergo eos habitu pauperis apparendo, & in suam necem per iurgia prouocãdo. Vnde ait Vergilius: Aut iurgia Codri. Et hunc Athenienses tanquam deum [n] sacrificiorum honore coluerunt. Quarto Latinorum rẽge Sylvio Aeneæ filio: non de Creüsa, de qua fuit Ascanius [o], qui tertius ibi regnauit, sed de Lauinia Latini filia, quẽ posthumum Aeneas dicitur habuisse: Assyriorum autẽ vicesimo & nono Aeneo *, & Melantho Athenienssiũ sextodecimo [p], iudice aut Hebræorumẽ Heli sacerdote, regnum Sicyoniorum consumptũ est, quod per annos nongentos quinquaginta & nouem traditur fuisse porrectum.

*aliâs Antane.

Iudicum.12

Iudic. 14.

Aeglo.6.

*aP. Oneo.

1.Reg.1.

a Aeneas cum, xx. nauibus.) Quo modo euaserit Aeneas ex Ilio capto varias scriptorũ sententias refert Diony. lib. primo. nã vt alij tradiderũt, ipse occupata arce dũ in se impetũ Graiorum conuertit, præmisit ad naues impedimenta, & imbellem multitudinẽ, pueros, senes, mulieres, deinde arce deserta, ex vrbe se propriuit, nactũque suos, qui præcesserant, munitissima Idæ tenuit, quò ex Troade tota, qui Græcorum imperia exhorrebant, cõfugẽre: ita manus non contemnenda breui coacta est, mansitq; ibi plus paulo quàm annũ, sed quum in eos Græci pararent arma, conditionibus pacis oblatis iussi sunt agro Troiano excedere, data fide fore illos cum suis rebus tutos omni Graïa ditione, dũ sedes sibi quærerent, sic Hellanicus scriptor aliqui fabulosus, sed multi nominis. Meucerates vero Xanthius liberatũ dicit Aeneã à Græcis, quòd vrbẽ prodidisset: prodendi vero causam fuisse Alexandrum, qui illũ cõtemnebat, aliisque proceribus Troianis præbebat contemnendũ. Sunt qui putent, eum in portu fuisse, dum Ilium caperetur: alii missum à Priamo scribũt ad opus militare. Latini seruatũ cum à Graiis perhibẽt, cum Antenore vetusti iure hospitij, & quia semper authores fuerũt reddendæ Helenæ. quomodo vero in Italiam venerit, multis verbis Vergilius canit, veris falsa miscens, qui mos est poëticus. Ego nec opiniones adducam aliorũ, sed verisimiliora sequar. Primũ in Thraciam vectus est, ibiq; hyemem totam egit, recipiens qui ad se ex Asia fugiebant, condita vrbe de suo nomine, quam Aeneam Dionysius, Mela Aenõ vocat, itidẽ Plin. vbi Polydori dicit tumulũ fuisse Verg. iij. Aeneid.

Feror huc, & littore curuo,
Mœnia prima loco, fatis ingressus iniquis:
Aeneadẽsque meos nomen de nomine fingo.

Quo loco, Seruius ait Aenum esse eam vrbem vocatã à Salustio, & si Homerus dicit auxilia illinc ad Troïam venisse. Euphorion & Callimachus à socio Vlyssis cognominant ibi sepulto, quum frumẽtatum missus esset. Hæc vrbs vsque ad Macedonicũ principatum mansit, quo tempore à Cassandro Macedoniæ rege deleta est, conditáque Thessalonica in quam Aenei commigrarunt. Tum Aeneas in Delũ venit, hinc in Gytheram insulã, tũ in Arcadiam veteres hospites & cognatos, ex Arcadia in Zacinthum insulam, postea in Leucadiam, inde in Ambraciam, vbi erat vrbs Aenea ad Acheloum amnem, postea deserta: deinde Butrotũ Epiri Anchises, Aeneas cũ expeditiss. & acerrimo quoque Dodonam ad consulendum numen, tum recepto patre in Drepanum Siciliæ, vbi cũ amisit. Strabo tamen ingressum Anchisam scribit in Italiam, & Diony. annoante mortẽ Aeneæ Anchisam obiisse narrat. Aeneas vero ex Sicilia Italiæ applicuit, descendítque in agrum Laurẽtum, quinto & tricesimo anno regni Latini, secundo postquam ex Asia soluerat. Nec tota eius classis Latio appulit: alię enim naues in Apuliam concessere, aliæ in alia Italiæ loca, extántque adhuc signa aduentus illius gentis. nonnulli vbi Aeneã in Italia statuissent, antiquam patriã repetierunt. locus ipse in Latio, quẽ primũ Aeneas tenuit, Troiam posteritas nominauit, stadiis à mari quatuor. b Apud Athenien. Mnestheo.) Hic Petensi tribu fuit nepos Erechthei regis ex Ornio filio, qui Theseo absenti, multam inuidiam nobilitatis concitauit, tanquam is Atticæ terræ populos in vrbẽ, ceu in custodiam inclusisset. Porrò Theseus apud Orchum Molossorum regem in arctiss. custodia asseruabatur, reliquérátque raptam Helenam Aphydnæ, quam vrbem Castor & Pollux bello ceperunt, vt Helenam sororem recuperarent. Atticæq; terræ Mnestheũ regem fecere, cuius opera dicuntur adiuti. Theseus vero per Herculem liberatus, quum opes ad recipiendum regnum pararet, profectus in Scyrum insulam, à Lycomede rege occisus est. Ita imperium Athenien. nullo vindicante Mnestheo stetit. nã Thesei liberi parui adhuc apud Elpenorẽ Euboicum educabãtur, eorumq; Mnestheus nullã habuit rationẽ: hinc cõflato Troiano bello, quũ ex tota Grecia cõcurreretur, filij Thesei cũ Elpenore militarunt. Mnestheus vero alias copias ad Ilium duxit. Vnde quum rediret in Melo insula diẽ obiit, cui Demophon successit Thesei filius. hæc ex Plutarcho, Pausania, & Eusebio. ita aliquanto posterior fuit aduentus Aeneæ in Italiam, quàm regnũ Mnesthei. quid quod Appion Polyhistor, Demophontem tradit regnasse Athenis, quũ Troia à Græcis excinderetur. c Apud *Sicyonios* Polyphide.) Sic Eusebius: at Pausanias aliter, qui ad hũc scribit modum:

Σικυῶνος γίνετο ἐχθονοφίλης, ἐχθονοφίλης δὲ καὶ ἐρμῶ πόλυβον γενέσθαι λέγουσι. ὕστερον δ' αὐτῶν φλίας ὁ Διονύσου γαμεῖ. καὶ οἱ παῖς Ἀνδροδάμας γίνεται. πόλυβος δὲ ταλαοῦς βίαιος βασιλεύουσι τῶν ἀργείων λυγιάναξαν τῶν θυγατέρα ἔδωκε: εἰ ὅτι ἄδραστος ἔφυγεν δεῦρο ἀργεῖος πρὸς πόλυβον, ἦλθεν ἐς σικυῶνα, καὶ ὕστερον ἀποθανόντος πολύβου, τῶν σὺν σικυῶνι ἀρχῶν ἔλαχε. Ἀδράστου δὲ ἐς ἄργος κατελθόντος ἰωνίκου, ἀπόγονος κλυτίου, τοῦ λαμέδοντος κηδεύσαντος, ἐλθὼν ἐκ τῆς ἀττικῆς ἐβασίλευσεν, ἀποθανόντος ἰωνίκου, φασὶ σὺν ἡρακλέους λεόμβῳ παῖδων καὶ οὗτος εἶναι, φασὶ δὲ καὶ μαντείαν μετοικήσαντος ἐς κρήτην, βασιλεῦσαι λέγεται ξενίου πατρὸς Ἀπόλλωνος ἡδὲ νύμφης συλλίδος, μετὰ δὲ ξενίου πατρὸς τελευτήσαντα, ἀναμένων σφας τὸν ἥκαιν ἐπὶ σικυῶνα, εἰ τὴν βασιλέα ἱππόλυτον φοπάλου παῖδα τὴν φασὶ, δεῖσας δὲ τὴν σφᾶς ἐπιόντα ἱππόλυτος σωμεν χώρισεν ἀναμέμονος κατήκοος καὶ μυκαναίων εἶναι. ἱππολύτου δὲ τότε λακεδαίμονος, φάλκης, τισαμένου δὲ τιμένου καταλαβὼν νύκτωρ σικυῶνα σὺν δωριεῦσι κακὸν μὲν ἄτε ἡρακλείδων καὶ αὐτὸ ἐποίησεν οὐδὲν, κοινῶν δὲ ἔχε τὴν ἀρχῶν, καὶ δωριῆς μὲν σικυώνιοι γεγόνασιν ἀπὸ τότου καὶ μοῖρα τῆς ἀρετείας.

Sicyonis filia fuit Ecchthonophyle, ex qua & Mercurio genitus est, vt ferunt Polybus. eam postea Phlias Dionysij filius duxit, ex qua Androdamam genuit filium. Polybus vero Talao Biantis filio Argiuorum regi Lysianassam filiam nuptui dedit: hoc tempore Adrastus ex Argis ad Polybum perfugit, in Sicyonem, ac Polybo vita functo imperiũ Sicyonis penes Adrastum fuit: quo in Argos reuerso, Ianisicus de Clytij Lomedõtis affinis posteris, quum ex Attica terra Sicyonem venisset, regnum ibi obtinuit. Ianisico mortuo, Phęstus regnauit, qui de filiis Herculis fuisse dicitur. Hic quum ex vaticinio in Cretam migrasset, ferunt regnasse Xeusippũ Apolline, & Syllide Nympha genitũ, quo fato functo, Agamẽnon bellum Sicyoni fecit, & Hippolyto qui, Rhopalo Phęsti filio natus erat, quique veritus aduentantem exercitum pactus est, cum Agamemnone se illius & Mycenęorum subditum fore. Hyppoliti huius filius fuit Lacestades

Aeneas.

G stades, Phalces Tamphalces vero Temeni filius noctu cum Doriensibus vrbem cepit: non tamen regi quicquam mali fecit, nempe nato etiam ex Heraclidarum gente, sed socium regni habuit. ab eo tẽpore Sicyoni ipsi Doriense s sunt facti, & in partem cesserunt Argiuæ ditionis. d Apud Assyrios Tautane.) Hunc ferunt temporibus Iliaci belli regnasse. sic Eusebius, & Diodorus, qui narrat Priamũ, quum bello premeretur misisse, qui ab hoc Assyriorum rege, cuius imperio & ipse Priamus parebat, subsidium suo nomine peteret. Assyrium. x. mil. Aethiopum, totidem Susianorum, ac currus ducentos misisse, præfecto illis Memnone Tithoni Satrapæ, apud regem gratiosissimi filio, cuius Homerus meminit. nam in eo bello occidit, iuuenis corporis atque animi dotibus præstantissimus, quiq; pugnando multa ædiderat egregia facinora. e Iudex Labdon fuit.) Eusebius Labdon vocat, vulgo Abdon dicitur. Iudic. xij. & apud Iosephum li. v. Hylonis filius è tribu Effraïm, cui filij fuerunt quadraginta, & ex his nepotes quinquaginta equis exercitati. omnésque reliquit superstites. f Sicyoniorum iam Pelasgus erat.) In antiquis exemplaribus legitur, pelagus. Admonuit me Hieronymus Ruffaldus meus, iuuenis pectore vt mulis deditissimo, sic & candidissimo, & ad amicitiã cum bonis iucundam, seruandamq; ficto & cõcinnato, legisse se in quodã Augustini codice Pelassũ. Ex Pausania nihil hic adiuuari possumus, quippe qui alios ponit reges. g Et Hebræorum iudex Samson.) Iudic. xiij. & Iosephus libro. v. cui' facta maiora sunt & admirabiliora, quàm quæ gẽtiles de Hercule, vel Hectore, vel Milone fabulantur. Quæ, quia sunt omnibus notissima, iusius non persequar. h Sed Aeneam, quoniã quãdo mortuus est.) Mezentius rex Ethruscorum bellum cũ Latinis, quibus Aeneas imperabat, gessit, cõmissoq; prælio iuxta Lauinium, graui, & ambiguo, quod nox sola diremit, in eo Aeneas cuauit, alij in deos translatũ existimarunt, alij submersum in Numico crediderunt amne. Templũ est ei constructũ à Latinis, hac inscriptione, vt Dionysius prodit, interprete Lapo: patris diui terrestris, qui fluuij Numici vndas gubernat. Sunt, qui dicant, ab Aenea ipso constructum templum. Festus ab Ascanio tradit.

Hieronymus Ruffaldus.

Mezentius

Aeneas deus.

H Obiit ergo tertio anno post Latini socerí mortem, quo tempore ipse regnum tenuit: septimo vero anno post captum Ilium. Sepulchra eius varia in variis regionibus visuntur, sed honoraria, quæ Graeci κενοτάφια nominant, & vt Vergil. vertit, inanes tumulos: Vnum tamen verum, plenúmque aiunt ad Numicum fluuium. Liuius: Situs est, quencunque eũ appellare fas, iúsque est, ad Numicum amnem. Iouem indigetẽ appellant. hoc nomine ab Ascanio filio dictus est, relatusq; in deorum numerum. Indigetes dij vocantur, een in diis agentes, qui ex hominibus cò peruenere. Sunt, qui putant indigetes esse, quos indigitari, hoc est, vocari, & nominari, nefas est. iiij; sunt dij, in quorũ custodia sunt vrbes, gentésque sed si indigitare sit inuocare, dici poterunt, quod inuocati, faciles sint, & præsto adsint: Cæterum putò indigetes appellari, quasi in eo loco, vel geniti, vel degentes, & propitiores sint, tum loco velut patrię, tum hominibus velut ciuibus. Hos intelligit Lucanus, cum dicit bello ciuili ob eladem venturam:

Indigetes.

Indigetes ciuisse deos, vrbísque laborem
Testatos sudore Lares.

Ideo & Aeneas, qui Iupiter Indiges, Iupiter quoq; Latialis existimatur. Illud non prætermittã Aeneam habere oscillationẽ in Italia: vt in Græcia Erigonem Icari filiam. Apud Festum enim Pöpeium sic legitur, mẽdose quidẽ, sed nos lectionem, vt poterimus, restituemus: vt intelligi saltẽ possit: Causa, inquit, cius iactationis oscillorum proditur, quod Aeneas Latinus rex, prælio quod ci fuit aduersus Mezentium Ceritum regem, nusquam apparuerit, iudicàtúsque sit Iupiter factus Latialis. Itaque per sex eos dies feriatos Ascanius rex. liberos seruosq; requirere iussit, non solum in terris, sed etiã quà videretur cœlum posse adiri, per oscillationem, velut imaginem quandam vitæ humanæ, in qua altissima interdũ ad infimum, infima ad summum efferuntur. Hæc Festus. Porrò oscillũ ab ore dimunitiuum est, vt Columella oscilla lupinorum dicit, imagunculę sunt hominum. Santra ab oscello deducit vetere verbo, quod est inclinare, q̃ præcipites in os ferantur. i Deum sibi fecerunt Latini.) Colitur & in Sicilia in Elyma vrbe, quã ipse condidit. Ouid. xiiij. Metamor.

Oscillatio.

I Aeneæ paruum esse numen subsignificat. k Sabini etiam regem suũ primum Xanthum, siue vt aliqui appellant, Xanthium.) In variis exemplaribus varie habetur: in aliis Xanthum, in aliis sanctum, in aliis sancũ, aliquo vestigio melioris lectionis. Sangum enim est legendum. Dionysius libro secundo, Portium Catonem ait scriptum reliquisse Sabinorũ gentem esse nominatam à Sabino filio Sangi dei gentilis, qui etiam dictus est Pistius. Et Lactantius. Sabini, inquit, colunt Sangum, vt Romani Quirinum, & Attici Mineruam. De hoc plurima habet apud Anniũ, si cui, vel vacat, vel libet illa cõsectari. Sangi genij meminit sequester Vibius in vrbis regionibus. l Per idem tempus Codrus rex Athenien.) Codrus Melanthi Messenij filius fuit, quo rege Heraclidę, qui in Peloponesso imperabant, bellum mouerunt Athenien. quod abundãte ibi exulũ multitudine, & regnante Codro Melanthij filio, timere cœperũt, & Corinthiis propter vicinitatem loci: nam Megara Isthmum contigit, in quo est Corinthus: & Messeniis, quorum rex fuerat Melanthus Codri pater. Consultum igitur à Laconibus oraculum, respondit victoriam & mortem regis eandem in partem inclinare. Heraclidæ hoc audito, simul dissimulandam dei vocem curabant, simul edictum in castris proposuerũt, ne quis Codri corpus violaret. Verũ diuini responsi rumor ad Athenien. peruenit. Codrus vt erat, & patriæ amans, & gloriæ appetens, posito regio cultu, castra Laconum ingressus, pronocatis iurgio militibus, se interficiẽdũ prębuit. Ita Lacones prælio fusi, reliqua exacti Atticæ solã Megaricã terrã tenuerũt. m Responsum enim acceperãt.) Seruius redditũ oraculũ tradit in eã sententiã, quã dixi. Trogus scribit, respõsum esse superiores fore Lacones, ni regẽ Athe. occidissent. Cicc. primo Tusc. quæstio. Si rex interfectus esset, victrices Athenas fore. n Hunc Athenien. tanquàm deum.) Cicero tertio de natura deorũ inquit: sed si sunt hi dij, est certe Erichtheus, cuius Athenis & delubrum vidimus, & sacerdotem:

Codrus.

Erichtheus.

quem, si deum facimus, quid, aut de Codro dubitare possumus, aut de cẽteris, qui pugnantes pro patriæ libertate ceciderunt? Quod si probabile non est, nec illa quidem superiora, vnde hæc manant, probãda sunt. Hoc dicto Ciceronis in dubium venit, an Athenien. Codrum, vel deum putarint, vel diuinis coluerint honoribus. o Non de Creusa, de qua fuit Ascanius.) Creusa Priami & Hecubæ filia, Aeneæ peperit Ascanium, Ilio incolumi. Idem Aeneas in Italia ex Lauinia Latini filia Sylviũ procreauit, qui posthumus est natus, hoc est, patre mortuo. Sunt qui putẽt Aeneã sublato imperium Latinorum penes Lauiniam fuisse, cõseruatúmque ab ea, quoad filius ætate fuit imperio idonea. Tunc ei traditum à matre regnum. Alij ditionem Aeneæ Ascaniũ accepisse, tametsi genitus non erat ex Lauinia; cuius nomine ad Aeneam Latium regnum peruenerat, sed quia nec dum Aeneæ filius quisquam erat ex Lauinia, nec bellum difficile, quod cum Ethruscis duce Mezentio illorũ rege & Lauso filio gerebatur, à fœmina administrari poterat, Lauiniámque quũ videret priuignũ imperantem, secessisse in rura, ac in sylvis extructa; domo egisse, ibique edidisse filium, quem Sylvium nominauit, quia in sylvis, & posthumum, quia mortuo patre natus esset. Ascanius ex sylvis nouercam cũ fratre eduxit, habuitque apud se liberaliter. quámque Ascanius diem obuisset, reliquit Iulum filium, inter quem & Sylvium patruum controuersia fuit de regno, quam populus disceptator ita diremit, vt quoniã Sylvius & natu maior erat, ac perinde rebus administrandis commodior: & Liuiæ filius regni hærede, regnaret: penes Iulum vero sacrorum esset potestas, quę est secũdum regiam maxima. De his sacris loquitur Cęsar, & apud Lucanũ: Phrygíque penates gentis Iulęę: & in laudatione amitę Marij coniugis apud Suetoniũ, à Venere, inquit Iulij, cuius gentes familia est nostra. Est ergo in genere ceremonia deorũ. Nam Dionysius etiam ętate sua scribit Iuliam gentẽ illa sacra habere. Memini scripsisse me alio volumine huius operis, propter vaticinium Neptuni, quod est apud Homerum, credidisse nonnullos Aeneam condita sociis vrbe in Italia, rediisse in Phrygiam, atque ibi dominatum Troianis, nescio an prælio cum Ethruscis se subduxerit, & nauigio redierit in patriã. sed existimarim potius, si quid de Troia Phrygia Homerus sentit, illud esse quod Ascanium in Phrygia regnasse ferè conuenit. Dionysius illum scribit, quum in ea regione imperasset, reductis ab Heleno Hectoris filiis in Iliũ, & Ascanium eò reuersum, expulsis Antenoris liberis, quos ibi Agamẽnon discedẽs præfecerat. Tũ & vrbs est in Phrygia, quã Antandron nominãt, in qua regnum tenuisse Ascanium proditur, & sic nominatã, q̃ cũ esset à Pelasgis captus, ea se redemit, ideo Antandrus. q. ἀντὶ ἀνδρὸς, hoc est, pro Ascanio. itaque dubitari potest, an Ascanius relictus sit in patria ab Aenea, nec comes fuerit paternæ fugæ. an patre mortuo, vbi res penes nouercam fuere, cõcessit in Asiam. Ascaniam vrbem Nesychius ponit in Phrygia conditam ab Ascanio, vt Stephanus asserit. Ac fieri potest, vt alius sit is Aeneæ filij, qui in Asia dominatus est, quàm hic Italiensis Ascanius: neque enĩ duos tantum fuisse Aeneæ filios crediderim etiam Ascanios dictos, quod puto cognomen illorum potius fuisse, quàm proprium cuiusquam nomen. Nam is ipse Ascanius, qui in Italia dicitur patri successisse, Euryleõ proprio nomine vocabatur. p Melantho Athenień. xvj.) Melanthus pater fuit Codri, vt diximus. regnum Athenień. quomodo sit nactus, referunt, quum alij permulti, tum vero Suidas in voce Ἀκτάνδριον. Festum hoc inquit, est populo celebre, agebatur ab Athenień. per tres dies, in quo donatus est ciuitate filius Sitalci regis Thraciæ. vocãt quidem primum diem δόρπειον cœnę diem, quo sodales vespere conuenientes epulabãtur Alterum verò ἀνθήδοσιν, hoc est, Luxum, à sacrificando. sacrum verò fiebat διὶ φρατρίῳ Ioui sodali, & Mineruæ. Tertium verò κουρεῶτιν, id est puellarem, quòd tunc pueros & puellas in sodalitates adscriberent. Fuit autem causa festi hæc: bellum erat Athenień. cum Bœotiis de Celænis, quæ est regio in Methoriis, Xanthius Bœotius prouocauit regem Athenień. Thymetum, quo non recipiente certamen, Melanthus qui tum ibi erat peregrinus, Messenius genere à Periclymeno Nelei filio præfectus est regno, certamine suscepto. quum verò pugnarent, visus est Melantho quidam à tergo Xanthij consistere, nigram capræ pellem indutus, ex clamauit ergo inique cum agere, qui comitatus in pugnam veniret. Bœotius, quum se conuertisset occisus est à Melantho. Hinc festum deceptoris, & Dionysij μελανθίδος, hoc est, nigræ caprinæ pellis templum extruxerunt. sunt qui dicant apaturia nominata à patribus simul conuenientibus ad adscriptiones liberorum inter viros, id est, ad sumendam togam virilem. Sic apaturia & homopatoria dici, vt vxor dicitur, ὁμοπατρία ὁμόκοιτος. Hæc Suidas.

K

L

M

De *successione ordinis regni apud Israelitas post iudices.* Caput XX.

MOx eisdem per loca memorata regnantibus Israëlitarum regnum, finito tempore iudicũ, à Saüle rege sumpsit exordium: quo tempore fuit Samuel propheta. Ab illo igitur tempore hi reges Latinorum esse cœperunt, quos cognominabant Sylvios, ab eo qui filius Aeneæ primus dictus est Sylvius: cæteris subsecutis & propria nomina imponebãtur. & hoc nõ defuit cognomentũ, sicut longè postea Cæsares cognominati sunt, qui successerũt Cęsari Iulio[a]. Reprobato autẽ Saüle, ne quisquã ex eius stirpe regnaret, eoq; defuncto[b] Dauid successit in regnũ post annos à Saülis imperio quadraginta[c]. Tũc Athenięses habere deinde reges[d] post Codri interitum destiterũt, & magistratus

1. Reg. 13. & 15.
2. Reg. 5.
Acto. 13.

habere

A habere cœperunt administrandæ Reipublicæ. Post Dauid, qui etiam ipse quadraginta regnauit annos, filius eius[e] Salomon rex Israëlitarum fuit, qui templũ illud nobilissimum dei Hierosolymitanum condidit. Cuius tempore apud Latinos condita est Alba, ex qua deinceps nõ Latinorum sed Albanorum reges appellari in eodẽ tamen Latio cœperunt. Salomoni successit filius Roboam,[f] sub quo in duo regna populus ille diuisus est, & singulę ptes suos singulos reges habere cœperũt,

3. Reg. 2.

3. Reg. 12.

a QVi successerunt Cęsari Iulio.) Alibi habetur, Cæsari Augusto. & haud dubie propter Augustum cæteri Romani principes & Cæsares & Augusti sunt dicti: & si Augustus nominatus est Cæsar, qui prius C. Octauius, quòd testamento erat à Iulio Cæsare maiore auunculo adoptatus. b Eóque defuncto. Erat iam multis annis antea vnctus à Samuele sacratúsque rex Israël, sed non cœpit imperare, quoad vitæ concessit Saul, cum Dauid consulto oraculo venit in Ebron secundo. Reg. cap. ij. c Post annos à Saulis imperio quadraginta.) Tot enim annos regnauit Saul ex sacris literis, & Iosepho. Eupolemus verò, qui Hebræorum conscripsit historias tantum. xxj. ponit. d Tunc Athenięses habere deinde reges.) His successere quos ipsi vocant ἄρχοντας, hoc est, principes. Hieronymus magistratus vertit, & Plinius libro tricesimo tertio. Cicero in de fato Græco verbo vsus, quod parum commode Latinis posse exprimi videbat: Archonte, inquit, Pytharato. idem fecit Spartianus in Adriano: Athenis, inquit, Archon fuit. Velleius Paterculus sic: Codri fuit filius Medon: primus archon Athenis fuit, ab hoc posteri, apud Atticos dicti Medontidę, sed hi, insequentes vsque ad Charopedum viuerent, eum honorem vsurparunt, postea decennales fuere magistratus, instituti paulo ante primam Olympiadem. Post Eryxiam fuerunt annui, id est, Olympiade vicesimasexta. Pollux libro octauo: Ἀρχόντων Ἀθήνησι ὀνόματα, οἱ ἐννέα ἄρχοντες. εἰσὶ δὲ ὅ, τὸ ἑναυτοῦ ἐπώνυμος ἄρχων, βασιλεύς, πολέμαρχος, καὶ θεσμοθέται ἕξ. ἐκ τούτων γοῦν οἱ ἐννέα ἄρχοντες συμπληροῦν. ἐκαλοῦτο δέ τις θεσμοθετῶν ἀνάκρισις. & mox, ὁ δὲ ἄρχων διατίθησι μὲν διονύσια καὶ θαργήλια μετὰ θεῶν ἐπιμελήθεν. δίκας δὲ πρὸς αὐτὸν λαγχάνουσι κακώσεως, παροικίας, εἰς διαιτητὴν εἴρεσιν ἐπιτροπῆς ὀρφάνων, ἐπιτρόπων καταστάσεις, κλήρων καὶ ἐπικληρῶν ἐπιδικασίαι, ἐπιμελεῖται δὲ καὶ τῶν γυναικῶν εἰ ἐν φανοῖσιν αὐτὸν ἀνδρὸς τελευτῆς κύειν καὶ τοὺς οἴκους ἐκμισθοῦν τῶν ὀρφάνων. ὀνομάζεται δὲ ἐπώνυμος διότι καὶ ἀπ' αὐτοῦ ὁ χρόνος ἀριθμεῖται, id est, Nomina magistratuum Athenis. Nouem magistratus qui sunt primum is, qui annis singulis Archon nominatur: tum rex: inde Polemarchus siue belli princeps, & thesmothetæ siue legumlatores sex, ex quibus nouem conficiuntur magistratus. idque thesmothetarum vocatur forum & cognitio. Archon vero disponit Dionysia & ludos Apollinis in vere cum aliis, qui ei adhibentur curæ socij. iudicia apud illũ exercentur hæc, malæ tractationis, iniuriarum, de eligẽdis qui orphanis dent curatores, & curatorũ constitutio, aduocatio hæredum, & fœminarũ, quæ solæ sunt hæredes ex asse, curatores mulierum, quæ à mariti morte deprehenduntur ferre vterum, locatio ędium orphanorum. Hic vero præcipue Archõ dicitur, & ab eo signantur fasti. Sic ille. Iudicabant olim ante Solonis leges separatim. nec aliter licębat. Rex sedebat ad Bucoleum non procul à Prytanæo, Polemarchus in Lycæo, Thesmothetę in Thesmosio. Archon ad statuas æneas, qui eponymi dicebantur, vbi & figebantur leges, antequam essent approbatæ, ceu quis dicat pro rostris. e Post Dauid qui etiam ipse quadraginta regnauit annos filius eius.) Non fuit non modo inter reges, sed nec inter priuatos homines tale par, quales hi pater & filius Dauid, & Salomon. Pater mãsuetudine & probitate deo charissim', insignis vaticinio, filius sapiẽtia cunctos mortales antecẽllens. Huius Salomonis & tẽpli ab eo constructi meminerunt profani scriptores Eupolemus, & Thimocares, Lactã. lib. iiij. diui. insti. Salomonẽ scribit regnasse ante Troiana tẽpora annis. cxl. cũ totidem annis posterior fuerit clade Illij, vel erratum est à librariis, vel author ipse lapsus memoria, & pro post dixit ante. f Salomoni successit filij' Roboam.) Hic plànè, quod dici solet Heroum filij noxæ, ex patre sapientissimo stultiss. filius & arrogantissimus, qui quod populum se arctius habiturum, quàm fecisset pater palàm professus esset, decẽ tribus amisit, quarũ qui electus rex, dictus est rex Israël: ipsi vero cui duæ reliquæ superfuerũt nominatus rex Iuda: nã ei tribus Iuda & proxima illi Beniamin parebãt. Leuitica cum Iudaica mansit propter templum domini, quod erat Hierosolymis Iudæis.

Cæsares.

Archontes

Dauid.

Roboam.

De *regibus Latij, quorum primus Aeneas & duodecimus Auentinus dij facti sunt.* Caput XXI.

LAtium post Aeneam quem deum fecerant xj. reges habuit, quorũ nullus deus factus est. Auentinus autẽ, qui duodecimo loco Aeneã sequitur, cum esset prostratus in bello, & sepultus in eo monte, qui etiam nunc eius nomine nuncupatur, deorum talium quales sibi faciebant numero est additus.

Alij sanè noluerũt eum in prælio scribere occisum, sed non cõparuisse dixerũt, nec ex eius vocabulo appellatũ montem[a], sed ab aduentu auium dictum Auentinum. Post hunc non est deus factus in Latio, nisi Romulus conditor Romæ. Inter istũ autem & illum reges reperiuntur duo, quorum primus est, vt Vergiliano eũ versu eloquar: Proximus ille Procas Troianę gloria gẽtis. Cuius tempore quia iam quodammodo Roma parturiebatur, illud omnium regnorum maximum Assyriorum finem tantæ diuturnitatis accepit. Ad Medos quippe translatum est post annos ferme mille trecentos quinq; vt etiam Beli, qui Ninũ genuit, & illic paruo contentus imperio primus rex fuit, tempora computentur. Procas autem regnauit ante Amulium. Porrò Amulius fratris sui Numitoris filiam Rheam nomine, quæ etiam Ilia vocabatur, Romuli matrem Vestalem virginem fecerat, quam volunt de Marte geminos concepisse, isto modo stuprum eius honorãtes, vel excusantes, & adhibentes argumentum, q̃ infantes expositos lupa nutriuerit. Hoc enim gen' bestiæ ad Martem existimant pertinere, vt videlicet ideo lupa credatur admouisse vbera paruulis, quia filios domini sui Martis agnouit: quãuis non desint, qui dicant, cum expositi vagientes iacerẽt, à nescio qua primum meretrice fuisse collectos, & primas ei' suxisse mamillas. Meretrices autem lupas vocabant: vnde etiam nunc turpia loca earum lupanaria nuncupantur. Et eos postea ad Faustulum peruenisse pastorem, atque ab eius Acca vxore nutritos. quanquam si ad arguẽdum hominem regem, qui eos in aquam proiici crudeliter iusserat, eis infantibus per quos tanta ciuitas condenda fuerat de aqua diuinitus liberatis, per lactantem feram deus voluit subuenire, quid mirum est? Amulio successit in regnum Latiale frater eius Numitor, auus Romuli, cuius Numitoris primo anno condita est Roma, ac per hoc cum suo deinceps, id est, Romulo nepote regnauit.

D

Aeneid. 7.

E

NEc ex eius vocabulo appellatum mõtem.) Varro libro. iiij. de lingua Latina: Auentinum aliquot de causis dicunt. Nęuius ab auibus, q̃ cò se ab Tyberi ferrẽt aues. alij à rege Auentino Albano, q̃ ibi sit sepultus. Alij Auentinum ab aduentu hominum, q̃ commune Latinorum ibi Dianæ templum sit constitutum. ego maxime puto ab aduectu. nam olim paludibus mõs erat ab reliquis discluisus, itaque eò ex vrbe aduehebantur ratibus. Et quandoquidem bene curiosioribus ingeniis volumen hoc. xviij. paulo fusius extendimus, illud non pigebit quoque annotare Auentinum mõtem extra pomerũ fuisse Romę, propter alterã ex duabus causis, aut quod plebs eò secessisset, aut q̃ Remo auspicante illo loco aues non addixissent.

a Auẽtinus.

F

Quòd eo tempore Roma sit condita, quo regnum Assyriorum intercidit, quo Ezechias regnauit in Iudæa. Caput XXII.



NAm altissima tunc condita est ciuitas Roma[a] velut altera Babylon & velut prioris filia Babylonis, per quam deo placuit orbẽ debellare terrarum, & in vnam societatẽ Reipublicæ legumq; perductum longe lateq; pacare. Erãt enim iam populi validi, & fortes, & armis gentes exercitatæ, quæ nõ facile cederẽt, & quas opus esset ingẽtibus periculis, & vastatione vtinq; non parua atq; horrendo labore superari. Nam quando regnum Assyriorum totã penè Asiam subiugauit, licet bellando sit factum, non tamen multum asperis, & difficillibus bellis fieri potuit, quia rudes adhuc ad resistendum gentes erant, nec tam multæ, vel tam magnę. Siquidem post illud maximũ atque vniuersale diluuium, cum in arca Noẽ octo soli homines euaserunt, anni non multo amplius quàm mille transierant, quando Ninus Asiam totã, excepta India subiugauit. Roma vero tot gẽtes, & Orientis, & Occi-

Gene. 7.

G dentis,quas imperio Romano subditas cernimus, non ea celeritate ac facilitate perdomuit, quoniã paulatim crescẽdo robustas eas & bellicosas quaquauersum dilatabatur inuenit. Tempore igitur quo Roma condita est,populus Israël habebat in terra promissionis annos septingentos decem & octo. Ex quibus vigintiseptem pertinẽt ad Iesum Naue,deinde ad tempus iudicũ trecenti vigintinouem. Ex quo autem ibi reges esse cœperant,anni erant trecenti sexagintaduo. Et rex tũc erat
4.Reg.16. in Iuda,cuius nomen erat Achaz, vel sicut alij computant,qui ei successit Ezechias,quem quidẽ constat optimum & piissimum regem Romuli regnasse temporibus.
4.Reg.18. In ea vero [b] his temporibus Hebraïci populi parte,
4.Reg.17 quæ appellabatur Israël regnare cœperat Osee.

†In Victoriano idem legimus.

a NAm altissima tunc cõdita est ciuitas Roma.) In quodã libro sic legitur: ne multis morer cõdita est ciuitas Roma.† vt annotauit mihi Nicolaus Vottonius meus, acri iudicio & suauissimo ingenio iuuenis. Porrò Petrus Apostolus Romã Babylonem appellat,vt etiam Hierony. in vita Marci interpretatur,qui ad Marcellam scribens non aliam existimat describi à Ioãne in Apocalypsi Babylonem,quãm vrbẽ Romam. [illegible]

b In ca vero.) Alibi sic, In ea Hebræi populi parte.

H De *Sibylla Erythræa, quæ inter alias Sibyllas cognoscitur de Christo euidentia multa cecinisse.* Cap. XXIII.

EOdem tempore nonnulli Sibyllam Erythreã vaticinatam ferunt. Sibyllas [a] autem Varro prodit plures fuisse,nõ vnam. Hæc sanè Erythræa Sibylla [b] quædam de Christo manifesta cõscripsit,quæ etiam nos prius in Latina lingua versibus male Latinis & non stantibus legimus, per nescio cuius interpretis imperitiam sicut pòst cognouimus. Nam vir clarissimus Flaccianus, qui etiam proconsul fuit, homo facillimæ facundiæ multæq; doctrinæ, cum de Christo colloqueremur, Græcum nobis codicem protulit,carmina esse dicens Sibyllæ Erythrææ,vbi ostendit quodam loco in capitibus versuum [c] ordinem literarum, ita se habentem, vt hæc in eo verba legerentur ἰησοῦς χριστὸς θεοῦ υἱὸς σωτήρ, quod est Latine: Iesus Christus dei filius saluator. Hi autem versus, quorum primæ literæ istum sensum, quem diximus, reddunt, sicut eos quidam Latinus [d] extantibus versibus est interpretatus,hæc continent:

Iudicij signum [e] tellus sudore madescet.
E cœlo rex aduenie per secla futurus:
Scilicet in carnem [f] præsens vt iudicet orbem.
I Vnde deum cernent incredulus atque fidelis
Celsum cum sanctis,æui iam termino in ipso.
Sic animæ cum carne aderunt [g],quas iudicet ipse.
Cum iacet incultus densis in vepribus orbis.
Reiicient simulachra viri,cunctam quoque gazam.
Exuret terras [h] ignis,pontumq; polumq;
Inquirens,tetri portas effringet Auerni.
Sanctorum sed enim [i] cunctæ lux libera carni
Tradetur,fontes æterna flamma cremabit.
Occultos actus retegens [k],tunc quisque loquetur
Secreta,atq; deus reserabit pectora luci.
Tunc erit,& luctus,stridebunt dentibus omnes,
Eripitur solis iubar [l],& chorus interit astris.
Soluetur cœlum,lunaris splendor obibit.
Deiiciet colles [m],valles extollet ab imo.
Non erit in rebus hominum [n] sublime vel altum.
Iam æquantur campis [o] montes & cærula ponti.
Omnia cessabunt,tellus confracta peribit.
Sic pariter fontes torrentur,fluminaq; igni.
Et tuba tunc sonitum tristem demittet ab alto
Orbe,gemens [p] facinus miserum variosq; labores, K
Tartareumq; chaos monstrabit terra dehiscens.
Et coram hic domino reges sistentur ad vnum.
Decidet è cœlis,ignisq; & sulphuris amnis.

In his latinis versibus de Græco vtcunq; translatis ibi non potuit ille sensus occurrere,qui fit cum literæ, quæ sunt in eorum capitibus connectuntur, vbi.ὑ. litera in Græco posita est,quia non potuerunt Latina verba inueniri [q],quæ ab eadẽ litera inciperent, & sententiæ cõuenirẽt. Hi autẽ sunt versus tres, quintus & octauusdecimus & nonusdecimus. Deinde literas,quæ sunt in capitibus omnium versuum connectentes,harum trium, quæ scriptæ sunt non legamus,sed pro eis.ὑ. literã tanquam in eisdem locis ipsa sit posita recordemur,exprimitur in quinque verbis,Iesus Christus dei filius saluator:sed cum Græce hoc dicitur nõ Latine. Et sunt versus viginti & septem,qui numerus quadratum ternarium solidum [r] reddit. Tria enim ter ducta fiunt nouem. Et ipsa nouem si ter ducantur,vt ex lato in altum figura consurgat,ad viginti septem perueniunt. Horũ autẽ Græcorum quinque verborũ,quẽ sunt,ἰησοῦς χριστὸς θεοῦ υἱὸς σωτήρ,quod est Latine: Iesus Christus dei filius saluator:si primas literas iũgas,erit ἰχθύς,id est, piscis, L
in quo nomine mystice intelligitur Christus, eo quod in huius mortalitatis abysso, velut in aquarum profundate viuus,hoc est,sine peccato esse potuerit. Hęc autẽ Sibylla siue Erythræa, siue vt quidam magis credunt, Cumana,ita nihil habet in toto carmine suo, cuius exigua ista particula est, quod ad deorũ falsorũ siue fictorum cultum pertineat,quinimmo ita etiam contra eos, & contra cultores eorum loquitur,vt in eorum numero deputanda videatur,qui pertinent ad ciuitatem dei. Inserit etiam Lactantius operi suo [s] quẽdam de Christo vaticinia Sibyllæ,q̃uis non exprimat cuius. Sed quę singillatim ipse posuit,ego arbitratus sum coniunctim esse ponenda,tanquam vnũ sit prolixum,quæ ille plura comemorauit & breuia. In manus iniquas [t],inquit, infidelium postea veniet. Et dabunt deo alapas manibus incestis,& impurato ore expuẽt venenatos sputos. Dabit vero ad verbera simpliciter sanctum dorsum. Et colaphos accipiens [u] tacebit,ne quis agnoscat, quod verbum,vel vnde venit vt inferis loquatur,& corona spinea coronetur. Ad cibum autem fel [x],& ad sitim acetũ dederũt,inhospitalitate [y] hanc monstrabũt mẽsam. M
Ipsa enim insipiens gens [z] tuũ deũ non intellexisti, ludentẽ mortaliũ mẽtibus, sed & spinis coronasti,& horridũ fel miscuisti. Tẽpli vero velũ scidetur [a],& medio die nox erit tenebrosa nimis in tribus horis. Et morte morietur trib [b] diebus [b] somno suscepto. Et tũc ab inferis regressus ad lucẽ lętam veniet, primus resurrectionis principio [c] reuocatis ostenso. Ista Lactantius carptim per interualla disputationis suæ,sicut ea poscere videbãtur,quæ probare intẽderat,adhibuit testimonia Sibyllina,quæ nos nihil interponentes, sed in vnam seriem connexa ponẽtes,solis capitibus,si tamen scriptores deinceps ea seruare non negligant distinguenda curauimus. Nonnulli sanè Erythræam Sibyllã non Romuli, sed belli Troiani tempore fuisse scripserunt.

Lib.4. institu.cap.6

Iodn.19.

Matth.27.

a Sibyllas.) Mulieres sunt vates deo plenæ,vt inquit Diodorus lib.v. Seruius.iiij.Aeneid.& Lactantius primo diui.instituc.ex Varrone Sibyllam nominatã dicunt.q.dei consiliũ,nam Aeoles αἴσυς deos vocant,& βουλὴν consiliũ Suidas λέγειν ῥαψῳδικὴν esse dicit ἐρμηνευομένη προφῆτιν,Romanam vocẽ,interpretariq; prophetissam,hoc est,vatem.quæ vero & quot Sibyllæ,quibus tẽporibus,quibus locis fuerint, nõ conuenit. nobilium sententias aliquot colligemus. Martianus Capella duas tantũ esse dicit,non decem, Erophilam Troianã Marmesi filiã,quã eandem putat esse Phrygiam,& Cumæam:alteram Symmachiam Hipporensis filiam,quæ Erythræ progenita etiam Cumis vaticinata est. Plinius est

A nius est author Romæ trium Sibyllarum fuisse statuas iuxta rostra, vnã quam Pacuuius Taurus ædil.pleb.instituit,duas quas M.Messala. Solin° eas nominat Cumanam,Delphicam,& Erythræam Heriphilem. Aelianus in varia historia quatuor ponit, Erythræam, Samiam, Ægyptiam, Sardianam.istis alij duas addunt Iudæam, & Cumæam. Varro in libris rerum diuinarum ad C.Cæsarem,quatuor adiungit, vt sint decem.nonnulli Græcorum conati ex Sibyllis facere,quod de Ioubus, Herculibus & aliis,qui cum multi fuerint vnicum tantum prodidere,varia de Sibylla scribunt,& multum inter se discrepãtia. Alij eam Apollinis & Lamiæ filiam volunt:alij Aristocratis & Hydolis,alij Crinagoræ,alij Theodori. Tum de patria non minus dissidetur. Sunt qui Erythręã tradunt,sunt qui Siculam,sunt qui Sardinicam,sunt qui Gergethicã,sunt qui Rhodiã, sunt qui Libycam,sunt qui Leucanam,sunt qui Samiam.quæ omnia magna ex parte de Erythræa opinati sunt, quam dicunt ante Troiana tẽpora fuisse. Cæterum decem Sibyllas Varronis percensebo,vt à Lactantio ponuntur,additis quæ mihi videbuntur partim ex Latinis scriptoribus,partim ex Græcis, vt res tota planior fiat. Prima Sibylla fuit Persica,cuius mentionem fecit Nicanor,qui res gestas Alexandri Macedonis scripsit. Hanc eandem Chaldæam esse dicunt,ab aliis Hebræa nominatur,cui proprium nomẽ Sambetha. Noẽ,quæ vrbs est prope mare rubrũ, nata,patre Berosso,& matre Erymantha, cuius libri fuerunt quatuor & viginti,ac de Christo domino innumera cecinit, decq; eius aduentu, cui cæteræ quoque Sibyllæ concinunt. Versus huius passim legebantur imperfecti:& interdum parum cohęrẽtes vitio non vatis, sed exscribentiũ festinanter,ita vt multa coniectura sit opus, quod non sine numine cõtigit,ne ab indignis illa vaticinia intelligerentur. Altera Sibylla fuit Libyca,cuius meminit Euripides in Lamiæ prologo. Tertia Delphica,de
B qua Chrysippus loquitur in eo libro, quem de diuinatione composuit. hanc putant Delphis natã dictamq; Athemim, & vixisse ante Troicũ excidium,cuius plurimos versus operi suo Homerum inseruisse crediderunt. Hanc Diodorus Daphnem Tiresiæ filiam fuisse refert,quã Argiui quum Thebas vicissent Delphos misẽre, ibiq; peritior diuinandi Apollinis vaticiniis facta,dei oracula consulentibus edidit,idcirco Sibylla est ab omnibus cognominata. Fertur & Daphne altera Ladonis Arcadis filia, Apollini adamata,quæ in laurum est versa cum deum auersaretur, & fugeret. Quarta Cumæa in Italia, quã Nævius in libris belli Punici, Piso in annalibus nominat. Hanc alij Italicam nuncupant, ex Cimerio Campaniæ vicino Cumis oppido. Quinta Erythræa,quam Apollodorus Erythreius affirmat suam fuisse ciuem, eamq; Graiis Ilium petentibus vaticinatam & perituram esse Troiam, & Homerum mẽdacia scripturum. Hanc vulgatior opinio est fuisse ante obsidium Ilij. at Eusebius in primam ætatem vrbis Romæ regnumq; Romuli refert. Strabo vero non vnam ponit Erythræam Sibyllam,nam priscam quandam facit, & aliam recentiorem Athenaïn nomine, quæ fuerit Alexandri tẽporibus. Lactantius Sibyllam Erythræam Babylone natam esse ait, & sese Erythræam appellare maluisse. Sexta Samia, de qua scripsit Eratosthenes in antiquis annalibus Samiorũ se reperisse scriptum,dicta est nomine Phyto. Septima Cumana nomie Amalthæa, quæ ab aliis Herophile vel Demophile nominatur. Suidas Hierophilem dicit,eamq; nouem libros attulisse ad regem Tarquinium Priscum, ac pro eis trecentos Philippæos postulasse,regemq; aspernatum precij magnitudinem, & mulieris insaniam dersisse, illam in conspectu regis tres combussisse, ac pro rẽliquis idem precium postulasse. Tarquinium multo magis mulierem insanire putasse,quæ denuo tribus aliis exusstis, cũ in eodem precio perseueraret motum esse regem ac residuos trecentos aureis emisse. Iuniis facti meminerunt plerique scriptores, Plinius, Dionysius, Solinus, Gellius, Seruius, qui Tarquinio Superbo libros oblatos nõ Prisco tradunt: & Plinius tres libros non nouem ponit, ac combustis duobus tertium superfuisse. Suidas nouem libros scribit eam attulisse peculiarium oraculorum, hoc est,
C ad certum aliquem populum spectantium, sed combustos tantum duos. Solinus huius sepulchrum dicit visi in Sicilia. Cæterum non hãc nominat Heriphilem, Erythræ namque nomen hoc dat, quam antiquiorem facit Cumana. Eusebius Herophilẽ nec Erythræam, nec Cumanam autumat, sed Samiam, vixisseq; Numa rege, Leocrate Athenis archonte. Fuit & Eriphile Marpaisai cõiunx Adrasti soror. Octaua Hellespontiacã in agro Troiano nata vico Marmisso circa oppidũ Gergetiũ, quã scribit Heraclides Ponticus Solonis & Cyri fuisse temporibus. Nona Phrygia,quæ vaticinata sit Ancyræ. Decima Tyburs nomine Albunea, quæ Tyburi colitur vt dea, iuxta ripas amnis Anienis, cuius in gurgite simulachrum eius inuentum esse dicitur,tenens in manu librum. Has Sibyllas tradit Varro. Feruntur & aliæ nonnullæ, vt Colophonia,quæ dicta est Lãpusia Calchante nata, cuius vaticinia & respõsa carmine sunt olim lecta. & Sibylla Elissa,cuius etiã vaticinia extiterunt carmine. venit etiam in numerum Sibyllarum Cassandra Priami filia, quæ ruinam patriæ cecinisse dicitur, & dedisse responsa consulentibus. & Epirotica Sibylla, Thesprotiæ nata,quæ oracula scripsit. & Thessalica Mãtho Tiresiæ Thebani filia.posset & Sibylla dici Carmẽtis Archas Euandri mater: & Fauna Fatua Fauni regis soror & coniunx. Dubitauit Didius Grãmaticus an Sappho Sibylla fuerit,vt est apud Senecam in studiis liberalibus,& si alij eo loco non Sibyllam sed publicam legunt. verum quæ nã fuerit Sibylla,cui [c] carminibus fata Romana cõtinebãtur,requisisse Varronem ipsum ferunt. multi Cumanam putant vt Verg. qui eam vocat Deiphoben Glauci filiam. Glaucus enim vates fuit, qui eam ariẽ Apollinem ipsum docuit,nisi quis Deiphilem malit dicere:nam & hanc aiũt libros attulisse ad Tarquinium Priscum, quos ipse in Capitolio condiderit,quam Solinus dicit quinquagesima Olympiade rebus Romæ interfuisse. quod si ita est,regi Prisco vendidit libros non Superbo. nam in quinquagesimam Olympiadem victore Olympiorum Epitelide Laconе,& archonte Athenis Archestratide incurrerunt & mors Prisci anno iiij. & initium regni Seruij generi eius. ita congruentius est, quod Varro & Suidas dicunt de Tarquinio Prisco,quãm quod alij de Superbo, si modo Solino constat sua computatio. Visebatur huius Sibyllæ sacellum Cumis,sed Varroni non videtur verisimile, vatẽm illam quam Aeneas cõ- D
suluerit potuisse pertingere Romana regna, etiam post quinque reges: ideo Erythræam potius fuisse putat, quæ de Romanis cecinerit:quarto tamen eam Dionysius facit consultam ab Aenea. Varro etiam illo argumento vtitur, quod post incensum Apollinis templum, apud Erythræã Ioniæ ipsa inuenta sunt carmina. Verg. hanc eandem, vt puto, Cumęam vocat:nam sicut Capella dicit, Cumis vaticinata est, Italicis credo, quippe sunt & Cumæ Ionicæ, vbi & Erythræ. & Aristoteles in libello de naturæ miraculis speluncam narrat esse Cumis vrbe Italiæ Sibyllæ domicilium, quam multi & Erythræam putant, incolæ Cumæam nominant, haud dubie patriæ fauore, aut certe de alia sentientes. Non enim Vergiliana ea Cumana est, quæ libros Tarquinio vendidit. Neque Verg. affirmat, neque vero vnius Sibyllæ putanda sunt carmina, quæ fuerunt in Capitolio, quod signat Tacitus, inquiens, quod Augustus Cęsar indicauit. Nam cum eo tempore multa vana nomine Sibyllarum ferrentur, iussit conquisitas Samo, Erythræa, Ilio, Aphrica, & per Italicas colonias carmina intra certum diem ad præfectum vrbis afferri, & iudicium cẽsurámque xv. virorum adhiberi, ne haberi priuatim liceret, quod iam à maioribus erat cautum. Lactantius ex Varrone Capitolio refecto ex omnibus ciuitatibus, & Italicis & Græcis & præcipue Erythræis coacti allatique sunt Romam, cuiuscunque Sibyllæ nomine fuerunt: & paulopòst Fenestella, inquit, diligentissimi scriptor de.xv. viris dicens, ait, restituto Capitolio retulisse ad Sena. C. Curionem cõsulem, vt legati Erythras mitterentur, qui carmina Sibyllæ conquisita Romam deportarent. itaque missos esse P. Gabinium, M. Octacilium, L. Valerium, qui descriptos à priuatis versus circa mille Romam deportauerunt. idem supra ostendimus dixisse Varronem. tantum Firmianus. Stilico Honorij Cæsaris socer concitaturus in generum seditionem, versus omnes Sibyllinos curauit abolendos, de quo facto loquens Rutilius Claud. inquit:

Nec tantum Geticis crassatus proditor armis,
Ante Sibyllinæ fata cremauit opis. E
Hæc de Sibyllis.

b Hæc sane Erythræa Sibylla.) At Lactantius aliquot ex his versibus nomine aliarum Sibyllarum citat, sed nõ refert cuius Sibyllæ sint. Sibyllæ esse constat, & pleraque aliarum vaticinia Erythræę ceu nobilissimę assignabantur. c In capitibus versuum.) Solitas Sibyllas aliquid per initia versuum significare, docet Cic. ij. de diuina. De Sibyllis enim loquens, sic scribit: non esse autem illud carmen furentis, tum ipsum poëma declarat. Est enim magis artis & scientiæ, quàm vaticinationis, & motus, tum vero ea quæ acrostichis dicitur, cum deinceps versus literis connectitur, vt in quibusdam Ennianis, quæ Ennius fecit. id certe magis est attenti animi, quàm furentis, atque in Sibyllinis ex primo versu cuiuscunque sententiæ primis literis illius sententiæ carmen omne prętextitur. ad hunc modum ille. Hoc etiam subsignificat Vergilius. iiij. ægloga, cum dicit: Vltima Cumæi venit iam carminis ætas. scilicet tempus etiam quo vaticinium tendebat, certis erat literis insertum.

d Quidam Latinus.) Alibi sic, quidam Latinis & extantibus versibus alias, & stantibus. e Iudicij signum.) Versus Græci, vt ab Eusebio ἐν τῷ λόγῳ βασιλικῷ ponuntur, sunt hi:

Ἰδρώσει γαῖα χθών, κρίσεως σημεῖον ὅτ' ἔσται.
Ἥξει δ' οὐρανόθεν βασιλεὺς ἀθάνατος, καὶ κόσμον ἅπαντα.
Σάρκα πεδὼν κρίναι πᾶσαν, καὶ κόσμον ἅπαντα.
Ὄψονται δὲ θεὸν μέροπες πιστοί, καὶ ἄπιστοι.
Ἥλιος μετὰ τῶν ἁγίων ἐπὶ τέρμα χρόνοιο
Σαρκοφόρον, ψυχὰς δ' ἀνθρώπων ἐπὶ βήμαθ' κρίνῃ.
Κέρσει θ' ὅτ' ἂν ποτε κόσμος ὅλος, καὶ ἄκανθαι γήνται.
Εἴδωλα βροτοί, καὶ πάντ' ἄπαντα
Ἐχνεύων, ῥήξει τε πύλας εἴρκτης ἀΐδαο.
Σάρξ τότε πᾶσα νεκρῶν ἐς ἐλευθέριον φάος ἥξει.
Τοὺς ἁγίους ἀνόμασε τοὺς αἰῶσιν ἐλέγξει.
Ὁ πρόσθ' τις πραΰς ἔλαθεν, τότε πάντα λαλήσει.
Σιγήθεα γὰρ ζαφόεντα θεὸς φανερῶν ἀνοίξει.
Θρῆνος δὲ ἐκ πάντων ἔσται, καὶ βρύγμος ὀδόντων.
Ἐκλείψει σέλας ἠελίου, ἄστρων τε χορεῖαι.
Οὐρανὸν ἐλείξει, μήνης δέ τε φέγγος ὀλεῖται.
Ἐκπώσει δὲ φάραγγας, ὀλεῖ δ' ὑψώματα βενῶν.
Ἔλπος δ' οὐκ ἔτι λύγρον τῷ ἀνθρώποισι φανεῖται.
Ἠδ' τ' ὄρη πεδίοις ἔσται, καὶ πᾶσα θάλασσα
Οὐκ ἔτι πλεῖν ἥξει, γῆ γὰρ φυχθεῖσ' κεραυνῷ
Σὺν πήγαις ποταμοὶ καχλάζοντες λείψουσι.
Σάλπιγξ δ' οὐρανόθεν φωνὴν πολύθεσπιν ἀφήσει.
Ὠρύσεται μύσος μέλλον, καὶ πύματα κόσμου.
Τῆτηδόεν δὲ χάος τότε δείξει γαῖα χανοῦσα.
Ἥξουσι δὲ ἐπὶ βῆμα θεοῦ βασιλῆες ἅπαντες.
Θεύσει δ' οὐρανόθεν ποταμὸς πυρός, ἠδέ γε δεῖσι.

e Iudicij signũ.) Mallẽ vertisset iudici, signo. Græce sic est, ἱδρώσει terra, iudicij signũ cũ erit. f Scilicet in carnẽ.) Alibi legitur: scilicet, vt carnem præsens diiudicet orbẽ. maluissem, scilicet vt carnẽ præsens & iudicet orbẽ. Græce habet: Et veniet cũctã carnẽ cõsurus & orbẽ. g Sic animę cũ carne aderunt.) Secus Græce: videbunt eum carniferum, & iudicabit hominũ animas pro tribunali: hoc est in corpore videbitur iudex, vt visus est, cũ iudicaretur, quẽadmodũ primo Actuũ habetur, Hic Iesus qui assumptus est vobis in cœlũ, sic veniet, quemadmodũ vidistis eũ euntẽ in cœlum

G cœlum.Si quis tamen in Græco versu malit legere, σαρκοφόρους, aut σαρκοφόρους, tũ erit, animas corporibus indutas iudicabit. h Exuret terras.) Hic versus non est in Græco, nec est tamen in Latino addititius, hoc loco: nam oportet esse septem & viginti. i Sanctorum sedem.) In alio codice sanctorum, sed enim: verum Græce est, caro tunc omnis mortuorũ in liberum veniet cœlum: tum sequitur, sanctos & iniquos ignis inæternum corripiet: sed quia hæc aspera & absurda est sententia, malim legere non τοὺς ἀγίους, sed τῶν ἀγίων, vt concordet cum eo, quod Latine interpretatum est. k Occultos actus retegens.) Conscientiarũ libri aperientur, vt est in Apocalypsi, de quo sequentibus libris. l Eripitur solis iubar.) Potius in futuro, eripietur, ἐκλείψει. m Deiiciet colles.) Sic Esaiæ. xl. & omnis vallis exaltabitur, & omnis mons & collis humiliabitur, & erunt plana in directa & aspera in vias planas. n Non erit in rebus hominum.) Hic versus parum constat: nam tertio loco pro dactylo ponitur tribrachus: & Græce sic habetur, sublime non amplius molestum in hominibus apparebit: aut, videbitur. poterat verti, nõ erit in nobis post hac sublime molestum. Nescio vtrum intelligendum, perinde futura hominibus alta, vt humilia, quod neutra illis erunt laboriosa: an quod æqualitas erit in genere humano tanta, vt istæ vel opũ, vel nobilitatis, vel honorum celsitudines non amplius graues, & molestæ sint humano generi futuræ, & vt Apostolus Corinthiis scribit: Euacuetur omnis principatus & potestas humana, & sit deus omnia in omnibus. Nihil est enim granius aut difficilius, quàm istos tolerare, quorum falsa aliqua magnitudinis opinio animos imbuit: hunc insolentem faciunt opes nimiæ, hic nihil non sibi putat licere, quod sit ex maioribus prognatus nescio quibus, quos sine fine habet in ore, inclytis videlicet multis & sæuis latrociniis. Alius adorari vult propter dignitatẽ, nec vllus videtur ipsi honor honori suo satisfacere. Alius robustus nebulo militem se esse iactat, & H propugnatorem Reip. & patronum ac defensorem cæterorum, ideo licere sibi humana & diuina polluere: ibi verba præferocia, ibi minæ excindendæ ciuitatis, si quis obuiam eat. Et hæc aguntur in Christiano populo, in quo gentis author Christus disertis verbis omnem inæqualitatẽ sustulit, honoresque & principatus vniuersos ad Gentilium insanias reiecit, nihilq; esse voluit, quod nobis spiritus attolleret. o Iam æquãtur campis.) Græce sic: æquales erunt campis montes, & cunctum mare innauigabile fiet. Terra enim incensa fulmine. p Orbe gemens.) Græce orbis facinus. q Quia non potuerunt Latina verba inueniri.) Nullum enim Latinum verbũ habet ὀτταβῆ, & Græca omnia quæ ab ea incipiũtur litera sunt aspirata: quo fit vt cum ad Latinos transeant nullum eorum incipiat ab. o. leui sine aspiratione h, in quo passim labuntur imperiti. r Quadratum ternarium solidum.) Planum quadratum fit ex reductione numeri in se, vt ter tria, si hoc rursus in primum ducatur, vt dicamus ter tria, ter erit solidum, prior illa summa est nouem, tum ter nouem est posterior. xxvij. dixi de his alibi. f Inserit etiam Lactantius
Lactantius operi suo.) Lactantius Firmianus secut' Arnobij præceptoris sui exẽplũ contra gentes septem volumina conscripsit elegantissima & acutissima, nec est vllus inter Christianos scriptores tam vicinus dictioni Tullianę. t In manus iniquas.) Lactantius lib. iiij. c. xviij.

Ἐις ἀνόμους χεῖρας, καὶ ἀπίστων ὕστερον ἥξει.

Δώσουσι δὲ θεῦ ἁμαρτίσματα χρυσὶν ἀνάγνοις.

Καὶ σόμασι μιαροῖσι τὰ πῆ ὑσματα φαρμακόεντα.

Δώσει δὲ ἐις μάστιγας ἀπλῶς ἀγνὸν τόπε νῶτον.

u Et colaphos accipiens.)

Καὶ κολαφιζόμενος σιγήσει, μηδὲ ἐπιγνῶ

Τίς λόγος, ἢ πόθεν ἦλθεν, ἵνα φθιμένοις λαλήσῃ.

Καὶ σέφανον φορέσει τὸν ἀκάνθινον.

I x Ad cibum autem fel.) Ibidem,

Ἐις δὲ τὸ βρῶμα χολὴν, ἢ ἐις δίψαν ὄξος ἔδωκαν,

Τῆς ἀμελοξενίης τούτῳ δ' εἴξουσι τράπεζαν.

y Inhospitalitate.) Græce est, inhospitalitatis hanc ostendent mẽsam.

z Ipsa enim insipiens gens.) Hæc alius Sibyllæ esse dicit:

Αὐτὴ γὰρ σὺ ἄφρων τὸν σὸν θεὸν οὐκ γνόησας

Παίζοντα σὺ νυκτοῖσι νοήμασιν, ἀλλὰ κακούνδας

Ἔσβεψας σεφάνῳ, φοβερώτε χολὴν ἐκέρασας.

a Templi vero velum scindetur.) Sequenti capite:

Ναὸς δὲ χιθίσε τρέτασμα, καὶ ἡμαὶ μέσῳ

Νυξ ἔσαι σκοτόεσσα πελώρε θ' ὧν τρισὶν ὥραις.

b Et morte morietur tribus diebus.) Ibidem:

Καὶ θάνατ' μοῖραν τελέσει τρίτον ἡμας ὑπνώσας.

Καὶ τότ' ἀπὸ φθιμένων ἀνακύψας ἐις φάος ἥξει.

Πρῶτ' ἀνασάσεως κλιτοῖς ἀρχὴν ὑποδέξας.

c Primus resurrectionis principio.) Græce est: primus ostendens vocatis initium resurrectionis: vel, primus ostendens Apostolis à se vocatis initium & spem resurrectionis: vel, primus resurgens, & quasi faciens viã vocatis & electis: vt sit quemadmodum Paulus, inquit, primogenitus in multis fratribus, & primitiæ dormientium.

Quòd regnante Romulo septẽ sapientes claruerint, quo tempore decem tribus, quæ Israël dicebãtur, in captiuitatẽ à Chaldæis ductæ sunt, idemq; Romulus mortuus diuino honore donatus est. Cap. XXIIII.

Rodẽ Romulo regnãte Thales Milesius fuisse perhibetur, vnus è septem sapientibus, qui post theologos poëtas, in quibus Orpheus maximè omniũ nobilitat[o] est, Sophi appellati sunt, quod est Latine sapientes. Per idem tempus decem tribus [a], quæ in diuisione populi vocatæ sunt Israël, debellatæ à Chaldæis, & in eas terras captiuę ductæ sunt, remanẽtibus in Iudæa terra duabus illis tribubus, quæ nomine Iudæ vocabantur, sedemq; regni habebant Hierusalẽ. Mortuum Romulum cum & ipse nusquam cõparuisset, in deos, quod & vulgo notissimum est, retulere Romani, quod vsqueadeo iã fieri desierat, nec postea nisi adulando, non errando [b] factum est temporibus Cęsarum, vt Cicero magnis Romuli laudibus tribuat, quod non rudibus & indoctis temporibus, quando facile homines fallebãtur, sed iam expolitis & eruditis meruit hos honores, quanuis nondum efferbuerat, ac pullulauerat philosophorum subtilis & acuta loquacitas. Sed etiam si posteriora tẽpora deos homines mortuos non instituerũt, tamẽ ab antiquis institutos colere vt deos, & habere non destiterunt: quin etiam simulachris, quæ veteres non habebant auxerunt vanæ atque impiæ superstitionis illecebram, id efficientibus immundis in eorũ corde dæmonibus, per fallacia quoq; oracula decipientibus, vt fabulosa etiam crimina deorũ, quæ iam vrbaniore seculo non fingebantur, per ludos tamen in eorundem falsorum numinum obsequium turpiter agerentur. Regnauit deinde Numa post Romulum, qui cum illam ciuitatem putauerit deorum profecto falsorum numerositate muniendam, in eandem turbam referri mortuus ipse non meruit, tanquam ita putatus sit cœlum multitudine numinum constipasse, vt locũ ibi reperire non posset. Hoc regnante Romæ & apud Hebręos initio regni Manasse, à quo impio rege [c] propheta Esaias phibetur occisus, Samiã fuisse Sibyllam [d] ferunt.

K L

4. Reg. 17

Per idem tempus decem tribus.) Hoc factum est rege Israël Osea à Senacherib, qui & Salmasar nominatur Chaldæorũ rege, trãslatiq; sunt in Medorum montes. regnatumq; est in Samaria annis. CCL. à regibus Israël. idem Senacherib ad custodiendam Iudæam incolas misit ex Assyria, qui æmulatores Iudææ legis facti, Samaritani nũcupati sũt, quod Latine custodes sonat, author Eusebi°. b Nec postea nisi adulando, non errando.) Nam Cicero in Philippicis diuinitatem Cæsaris dictatoris proscindit, & Seneca diuinitatem Claudij irridet, & Lucanus omnium Cæsarum diuinitatem conculcat. c A quo impio rege.) Sic Eusebius. Manasses impius Esaiam interfecit, statuamq; suam posuit quinque facies habentem. De Esaia sic Hieronymus: Esaias in Hierusalem nobili genere ort° est, ibiq; propheratuit sub Manasse rege sectus in duas partes occubuit. sepultusq; est sub quercu Rogel iuxta transitum aquarum, quas olim Ezechias rex iacto obstruxerat puluere. d Samiam fuisse Sibyllam.) Eusebius de eisdem temporib°: Sibylla Samia, quæ Herophila appellatur, in Samo insignis habetur.

a

Esaias

M

Qui philosophi enituerint regnãte apud Romanos Tarquinio Prisco, apud Hebræos Sedechia cũ Hierusalẽ capta est, templumq; subuersum. Cap. XXV.

Regnante vero apud Hebræos Sedechia [a], & apud Romanos Tarquinio Prisco, q̃ successerat Anco Martio, ductus est captiuus in Babyloniam populus Iudæorum, euersa Hierusalẽ & tẽplo illo à Salomone constructo. Increpantes enim eos prophetæ [b] de iniquitatibus & impietatibus suis, hæc eis ventura prædixerant, maxime Hieremias, qui etiã numerum definiuit annorum [c]. Eo tempore [d] Pittacus Mityleneus [e] vnus è septem sapientibus fuisse perhibetur. Et quinq; cæteros qui vt septẽ numerẽtur, Thaleti, quem supra cõmemorauimus, & huic Pittaco adduntur, eo tẽpore fuisse scribit Eusebius [f], quo captiuus dei populus in Babylonia tenebatur. Hi sunt autẽ, Solon Atheniensis [g], Chilo Lacedæmonius [h], Periander Corinthius [i], Cleobolus Lindius [k], Bias Prienæus [l]. Omnes hi septẽ appellati sapiẽtes post poëtas theologos claruerunt, quia genere vitæ quædã laudabilia præstabant [m] hominibus cæteris, & morũ nõnulla præcepta [n]

sententiarum

A sententiarum breuitate complexi sunt. Nihil autem monimentorum quod ad literas attinet [o] posteris reliquerunt, nisi quod Solon quasdam leges Atheniensibus dedisse perhibetur. Thales vero physicus fuit, & suorum dogmatum libros reliquit. Eo captiuitatis Iudaicæ tempore, & Anaximander, & Anaximenes, & Xenophanes physici claruerunt. Tunc & Pythagoras, ex quo cœperunt appellari philosophi.

a Regnante vero apud Hebræos Sedechia.) Nabocodrosorus, qui in sacris literis Nabugodonosor dicitur, cũ tribus regibus Iudæ bellum gessit, cum Ioachim primum, quem tributariũ sibi fecit. Deinde cum Iechonia Ioachim filio, qui etiam patris nomine sæpe nuncupatur, quem tertio regni mense in Babylonem transtulit spoliata Iudæa præfectóque regioni Matathia patruo Iechoniæ, eumq; Matathiam Sedechiam appellauit, ceu quis dicat domini iustitiam, vt vel iustitiæ in rebus administrandis admoneretur, vel iustitiæ illius & vltionis diuinæ: sed hic cum Nabocodonosorõ parum esset dictis audiens, magnum in se bellum concitauit. Ipse enim Chaldæus ingenti exercitu fines Iudææ ingressus, omniáque ferro atque igni longe latéque perpopulatus, vrbem Hierosolymas corona cinxit, pressõsque diu intoleranda fame Iudæos cepit, ac regem ipsum occisis prius ante eius ora liberis luminibus priuauit, catenisque religatum in Babyloné cum toto populo pertraxit, vniuersamq; vrbem funditus euertit. b Increpantes enim eos prophetæ.) Hieremias prophetæ vaticinari cœpit
Hieremias. decimo tertio anno Iosiæ filiæ Amon regis Iuda, vt idem ipse initio sui
B operis profitetur. Eusebius in decimum annum reiicit initium prophetiæ illius, prædixítque venturam cladem Iudæ, vt ipse in voluminę suorũ vaticiniorum declarat. De Hieremia, & captiuitate, excidióque Iudææ gentis, ad hunc modum scribit Alexander Polyhistor: Temporibus, inquit, Ioachim Hieremias prophetauit, qui missus à deo, cum Iudæos aureo simulachro, cui nomen erat Baal, sacrificantes reperisset, futuram eis propter hoc calamitatem prædixit: vnde Ioachim viuum iussit cremari. Illum autem dixisse foueas ipsos à rege Assyriorum captos iuxta Tigridem, atque Euphratem, eisdem lignis facturos. Hæc Nabucodrosorum Babyloniæ regem audiuisse, ac Stibare Medorum rege in auxilium adducto, centum & octoginta peditum, equitum centum & viginti millia ducentem, ac decem millia curruum, primo Samaritanas omnes vrbes, Galilæam, Scythopolim, & Galatidem euertisse: deinde Hierosolymã, & Iudæorum regem Ioachim viuum cepisse, & aurum, argentum, æs, cæteráque omnia, quæ in templo fucrant, arca excepta, & tabulis, in Babylonem asportasse. Arcam enim, inquit Hieremias, detinuit. Sic ille.

c Qui etiam numerum definiuit annorum.) Hieremiæ. xxv. Septuaginta annos duraturam seruitutem Iudaicam prædicitur. d Eo tempore Pittacus Mitylen.) Eusebius lib. x. præparationis Euangelicæ, septẽ Græciæ sapientes temporibus fuisse Cyri scribit, sed æras eorum non potest vno semel verbo definiri: nam alij inter eos iuniores, alij seniores fuerunt. Constat Thalem cum Cyro esse congressum: & Soloné, ac Pittacum cum Cræso, qui bellum cum Cyro gessit, sed vltimis suis temporibus, prima Cyri tempora attigerunt. Floruerunt enim à quadragesima ad quinquagesimam Olympiadem. Nonnulli ad quinquagesimam primam, & secundam, & tertiam, vsque ad octauam. Eusebius in chronicis
Thales. Thalem in prima tempora Romuli regis confert, insigni errore, vel ipsius authoris, vel librarij, sed quem Augustinus est secutus. Quis enim potuisset Cyri tempora pertingere, hoc est, ab Olympiade octaua ad quinquagesimamquintam vixisse, annis fere ducentis? Qui longissimam vitã
C dant Thaleti. xc. non excedunt annos, vt Sosicrates. Nam vulgo septuagintasẽptem tantum attribuũt, quemadmodum Laërtius refert, & Eusebius ipse primo anno Seruij Romani regis septimi, septem sapientes statuit. Et primo Anci Martij Thalem Milesium, hoc est, Olympia. xxxv: quem ait ad octauã & quinquagesimam Olympiadem peruenisse. & in huius regis tempora debuit referri initium Thaletis, nõ Romuli. Ac de septem quidem sapientibus, qui fuerint, maxima est inter Græcos dissensio, ambitiose suis vnoquoque fauente. Prisci homines omnes, qui aliqua præstarent arte, vt nos gnarum, aut scium illius, ita illi σοφὸν vocabant, hoc est, sapientem. Tum Poëtæ sapientes sunt dicti, vt Hesiodus, & Homerus. Hinc Thales dictus est sapiens, & Bias, & Pittacus, & Solon. De his enim Dicæarchus constare ait. Qui nam vero his sint adiungendi, cõtrouersissimum est. Neque enim de parua re agitur. nihil maius in rebus humanis, neque præstabilius est quàm hoc. Vulgo illi tres adduntur, quos hic Augustinus, sic etiam Laërtius. Plato in Prothagora Periandrũ sustulit, pro eoq; Mysonem reposuit, de cuius patria non conuenit. Plato Cheneum facit, quem ferunt fuisse etiam μισανθρωπον, hoc est, hominũ oforem, vt Timonem & Apemantum. Leandrius nec Mysonem relinquit, nec Cleobulum, sed Leophantum Ephesium, & Epimenidem Cretensem. Ephorus Periãdro substituit Scytham Anacharsin, alij alios adduint Aristodemum Pamphilum, & Scabram Argiuũ. Hermippus. xvij. sapientes tradit, Solonem, Thalem, Pittacum, Biantem, Cleobulũ, Chilonem, Periandrum, Anacharsin, Acusilaum, Epemenidem, Leophantũ, Pherecydem, Aristodemum, Pythagoram, Lasium, Hermionem, Anaxagorã. e Pittacus Mitylenæus.) Hic natus est Hirrhadio patre Thrace, vt fama est, Mitylenis vrbe Lesbi insulæ, vir & amans libertatis, propter quam Melanchrum patriæ tyrannum expulit. & fortissimus: Nam singulari certamine cõgressus cum Phrinone imperatore Atheniẽsi. Pãcratiaste, qui etiam Olympia vicerat, eum confecit. & iustissimus: Nam cum iure de agri possessione inter Athenienses & Mitylenæos agereetur, electus iudex pro Atheniẽsi. pronunciauit. Quo circa Mitylenæi principatum ei detulerunt, quem ipse tenuit, quo ad res ciuitatis suæ constituerentur, & in meliorem adducerentur statum, postea deposuit. Obiit anno ætatis suæ septuagesimo, Olympiade prima & quinquagesima, decem annis postquam se in ordinem redegerat. f Eo tempore fuisse scribit Eusebius.) Et in præpa. Euan. & in chronicis, quod opus in digestione temporum multum hic Augustinus sequitur. nam rege Cyro solutus est populus, sub cuius principatu floruerunt septem sapientes. g Solon Athenienses.) Solon in Salamina natus insula, iuris & ditionis Atheniẽsi. patre Excestide nobilissimo viro, nempe ex Codro genus ducẽte, Leges Draconis sanguinarias mitigauit, latis humanioribus toto orbe inclytis. Nam ille priores, vt Demades orator solitus erat dicere, non atramento scripserat Draco, sed humano sanguine. omnibus erat idẽ paratum vltimum supplicium quàmlibet leui crimine conuictis; etiam occij. Solon aduersatus est semper Pisistrati propinqui sui tyrannidi latenter obrepẽti. quam vbi inuasisse ciuitatem vidit, in Aegyptum abiit, hinc ad Crœsum regem Lydiæ: tum in Ciliciam, vbi Solos cõdidit, quæ postea fuit Pompeiopolis piratis à Pompeio victis: Deinde in Cyprum insulam, vbi mortem obiit, anno vitæ suæ. lxxx. Fuit Archon Atheniẽsi, tertio anno Olympia. quadragesimæ sextæ. Nam iam tunc annui erãt principatus, non decennales, vt antea. Atheniẽsi. ei tyrannidem obtulerunt, quam ipse magno animo respuit, adhortatus potius ciues suos, vt in libertate permanerent. Solonis leges aliquot recensent Laërtius & Plutarchus in eius vita. eas Romani in suas. xij. tab. transtulerunt.

D

Soloit.

h Chilo Lacedæmonius.) Hic natus est Lacedæmone Damagete patre. Ephorus fuit, qui magistratus non admodum à tribunatu plebis Romano differt. Ipse enim instituit vt Ephori regibus adiungerentur. Fuit pauciloquus, & in sermonibus perbreuis, quod ipsi patrium erat, nã Laconismum vulgo vocant. Aristagoras Milesius Chilonium loquendi morem nominat. Obiit Pisæ dum filium Olympionicam complectitur. ipsius imagini elogium inditum est, fuisse inter septem sapientissimum.

Chilo.

i Periander Corinthius.) In hoc homine nihil inuenio tanto dignum. nomine: nam tyrannus fuit suæ ciuitatis, quem magistratum sęue & crudeliter exercuit, & iracundia fuit tam insensa, vt etiam insanierit, & incestus perpetuaire haud nominandos, & suam ciuitatem auro spoliauit, vt votum solueret. Quis inter hæc locus sapientiæ? idcirco ex sapientũ numero à plurimis reiectus est. Cæterum Sotion, & Heraclides, & Pãphila non hunc Corinthiorum tyrannum, sed alterum quendam Periãdrum aiunt fuisse sapientem, Ambraciæ natum. Aristoteles etiam hunc sapientem Corinthi esse natum perhibet, & quidem tyranni patruelẽ, quidam putant. Plato Corinthium negat fuisse. k Cleobulus Lindius.) Hic ex Lindo fuit, quæ vrbs est Rhodi insulæ. Alii Carem volunt, vt Duris fuit patre Euagora viribus formáque cunctos ætatis suæ antecellens. in Aegypto didicit, cuius filia Cleobulina insignis fuit vates ænigmatum heroïcis versibus cõscriptorum. l Bias Prienæus.) Natus est Priemiæ vrbe Ioniæ Teutamo patre. hunc ferunt delatum ad se tripodem aureum ad Herculem Thebanum mississe, quod Prienne patria Thebanorum esset colonia. Consiliis & prudentia sua patriam grauiter ab Halyatte Lydorum rege Crœsi, patre obsessam liberauit. Huius ferũt illud esse vulgatum: Omnia bona mea mecum porto, vt Cicero in Paradoxis scribit. miror Græcos tam insignis dicti nullã in vita Biantis fecisse mentionem: sed nec Priennem tradunt Biante viuo captam esse. Profectò nihil dubitem memoria falsum hic fuisse maximum virũ, nec esset hoc vnicum exemplum. Seneca verisimilius, qui Stilponi Megarensi dictum attribuit, libro, quod in sapientem non cadit iniuria, secundo: nam Megaram tunc cepit Demetri° Poliorcetes: Obiit Bias morte suauissima, dormiens capite in signum nepotuli ex filia reclinato. Prienenses sacellum ei erexerunt. Satyrus septem reliquis hunc prætulit.

Periander.

E

Cleobulus.

m Quia genere vitæ quædam laudabilia præstabant.) Dicæarchus Peripateticus eos, qui septem sapientes vocantur, sapientes fuisse aut philosophos negat, sed cordatos tantum, & legum latores: ex cuius sententia Cicero in Lælio, inquit, qui septem appellantur, eos qui ista subtilius quæruntur, in numero sapientium non habent. n Et morum nonnulla præcepta.) Circunferuntur Græcæ aliquot sententiolæ septem sapiẽtum, & ex eis Ausonius quędam vertit carmine: tum respersi sunt omnes & Græcorum & Latinorum libri sapienter dictis, & γνώμαις eorum, velut Thalis: Eadem à filiis expecta, quæ parentibus feceris. Optime ac iustissi. viuemus, si ipsi non fecerimus, quæ in aliis reprehẽdimus. Huius erat ceu symbolum, vt putant, nosce te. Pittaci: principatum viros declarare: prudentium esse dare operam, ne quid contingeret aduersi: fortiũ, si contigisset, magno animo ferre: symbolum, nosce occasionem. Solonis erat: nihil nimis. Chilonis: præstare damnum turpi lucro: aurum cotibẽ explorari, mentes hominum auro: symbolum eius sponsioni non deesse iacturam. Periandri: stipandum esse eum, qui velit diu imperare, non armis, sed beneuolentia. Cleobuli: cauendas insidias inimicorum, & amicorum inuidiam. Biantis: indignum hominem diuitiarum gratia non laudandum, persuadendo accipiendum, nõ cogendo, symbolum plures mali. Congruit cum sententia Augustini, & Eusebius in. x. præparationis, inquiens: nihil aliud ab istis sapientibus esse compertum, quàm sententias commodas, & breuiter dictas, ad vtilitatem humanæ vitæ.

F

o Nihil autem monimentorum quod ad literas attinet.) At nonnulli eorum carmina dicuntur reliquisse, vt Solon, & Bias.

Quod eo tempore, quo impletis septuaginta annis, Iudæorum est resoluta captiuitas, Romani quoque à dominatu sunt regio liberati. Caput XXVI.

Per idem tempus Cyrus rex Persarum [a], qui etiã Chaldæis & Assyriis imperabat, relaxata aliquanta captiuitate Iudæorum, quinquaginta milia hominum ex eis ad instaurandũ, templũ regredi fecit. A quibus tantũ prima cœpta fundamẽta, & altare constructũ est. Incursantibus autem hostibus

nequaquam

G nequaquam progredi ædificando valuerunt: dilatũq; opus est vsque ad Darium. Per idem tempus etiam illa sunt gesta, quæ conscripta sunt in libro Iudith [b]: quẽ sanè in Canone scripturarum Iudæi non recepisse dicuntur. Sub Dario ergo rege Persarũ impletis septuaginta annis, quos Hieremias propheta prædixerat [c], reddita est Iudæis soluta captiuitate libertas: regnante Romanorum septimo rege Tarquinio. Quo expulso etiam ipsi à regum suorũ dominatione liberi esse cœperunt. Vsque ad hoc tempus prophetas habuit populus Israël: qui cum multi fuerint, paucorum, & apud Iudæos, & apud nos canonica scriptura retinentur. De quibus me aliqua positurum esse promisi in hoc libro, cum clauderem superiorem: quod iam video esse faciendum.

Cyrus. a PEr idem tempus Cyrus rex Persarum.) Cyrus Persarũ rex, filius fuit Mandanes Astyagis Medorum regis filiæ, & Cambysis obscuro loco nati. Cyrus dictus à Cyro, vt ferunt, Albaniæ & Iberię amne, iuxta quem est educatus. Bellum auo fecit, quo victo, imperium ex Medis transtulit ad Persas. Idem Chaldæam Persarum imperio adiunxit. Nam Sardanapalo mortuo, Medi cum ipsi sibi imperium constituissent, Chaldæi & suos reges habuerunt Babylone, inter quos
H Nabucodrosorus, quem Chaldæi Herculi rebus gestis anteponunt, duxisseq; tradũt victorem exercitum vsque ad columnas, vt Strabo ex Megasthene scribit. Alphæus de rebus Assyriorũ loquens, inquit: Megasthenes vir priscus Nabocodrosorum Hercule robustiorem fuisse dicit, vniuersamq; Libyam, Asiamq; vsque ad Armenios subegisse, quem Chaldæi dicunt, quum in regnum rediisset, furore diuinitus captum, magna voce exclamasse, ô Babylonij, futuram vobis calamitatem magna voce prænuncio, quam neque Belus ille, nec vlla vis deorũ auerteret: veniet Persa mulus, qui vobis afferet seruitutem. Hæc, aliisq; eiusmodi dictis, subito euanuit. Cui filius Milina Rudocus successit, quem Iglisares interfecit, ac loco eius regnauit, cui Babaso Arascus filius suffectus est: quo insidiis interempto, Nabiuidocus regnauit. Hunc Cyrus capta Babylone Carmaniæ principem fecit. Hæc Alphæus. Præterea, quæ Alexander Polyhistor de successoribꝰ Nabocodrosori scribit paulo diuersius quàm Alphæus, sed summa ferè est eadem. Iosephus tamen libro decimo, duos Nabugodonosores recenset, & filium dicit Herculi à Megasthene præferri in quarto libro rerum Indicarũ, sed patrem esse, qui Hierosolymã eperit. Nabucodonosori filio dicit filium etiam successisse Amilmadapacum, siue Abimatadocum, qui Iechoniam regem solut, habuitq; inter primores aulæ. Amilmadapaco, cum xviij. regnasset annos, hæres fuit Egressarius filius. Huic post. xl. annos regni Labosordacus filius, cui post nonum principatus mensem Balthasar, qui & Naboar, quem Cyrus regno Chaldæo expulit, vbi xvij. annis imperasset. Quæ annorum computatio, si vera est, plures quàm centum anni sunt à calamitate Iudaica, ad Cyrum Persam: Non dubiũ, quin sit error, cuius authoris ne an scribæ, haud facile pronunciarim. Cyrus vero commotus vaticinio Esaiæ qui ducentis & decem annis ante ipsum de regno eius, etiã nominatim prædixerat, Iudæos soluit, vt in patriam redirent, vrbem, templumq; restituerent, redditis templi vasis, quæ Nabocodrosorus in Babyloniam adueserat. Idq; factum est, anno postquam in Babyloniam Iudæi erant ducti quadragesimo, authore Eusebio. Itaque profecti sunt, qui templum ædificarent, & vrbem. Sed quum vicinarum gentiũ incursibus opus impediretur, intermissum est vsque ad secundum annum Darij Histaspis filij, qui expulsis Magis, regnauit. Hic enim propter Zorobabel, redire Iudæos in patriam permisit, prohibuitque, ne quis constructionẽ vrbis & templi interturbaret. Ita septuagesimo anno post captiuitatem Iudaïcam, diruptumq; templũ, populus in antiquas sedes remigrauit. Hæc ex computatione Eusebij, qui etiam Clementem authorem sententiæ suæ adducit, in hunc modum: Clemens quoque, inquit, his congruit in primo stromate, ita scribens: Et perseuerauit captiuitas annis septuaginta vsque ad secundum annum Darij Histaspis, qui Persis, Assyriis, & Aegypto regnauit, sub quo Aggeus, & Zacharias, & vnus de duodecim, qui vocatur Angelus, prophetauerunt, sacerdotioq; functus est Iesus filius Iosedec. Hæc suprad ctus vir. Quod autem septuagesimus annus desolationis templi altero anno Darij fuerit expletus domesticus, testis est Zacharias Propheta, secundo anno Darij dicens: Domine omnipotẽs, quo vsque non misereberis Hierusalem, & ciuitatibus Iuda, quas despexisti? iste septuagesimus annus est. ita Eusebius. Nã Iosephus libro vndecimo à captiuitate Iudæę gentis vsque ad Cyrum lxx. annos numerat. b Per idem tempus etiam illa sunt gesta. q.c. sunt in lib. Iudith.) Iudith vidua Bethuliam ciuitatẽ suam obsidione Holophernis ducis Nabucodonosoris liberauit, vt in eius libro fusè narratur. qui liber Chaldæo scriptus sermone, sicut Hieronymus inquit, minꝰ authoritatis habet ad ea roboranda, quæ in contentionem veniunt. Sed sanctus Nicenus conuentus, inter sacrarum scripturarum volumina, & hunc librum computauit. Beda in temporibus ait, Cambysem Cyri maioris filium, ab Hebræis secũdum Nabucodonosorem vocari, & sub eo contigisse, quæ de Iudith narrantur. c Quos Hieremias Propheta prædixerat.) Hieremiæ vigesimo quinto: Et seruient omnes gentes istæ regi Babylonis septuaginta annis.

De temporibus Prophetarum, quorum oracula habentur in libris: qui ꝛ, tunc de uocatione gentiũ multa cecinerunt, quando Romanorum regnum cœpit, Assyriorumq; defecit. Cap. XXVII. K

TEmpora igitur eorum vt possimus aduertere, in anteriora paululum recurramus. In capite libri Osee Prophetæ, qui primus in duodecim ponitur, ita scriptum est: Verbum domini quod factum est ad Osee in diebus Oziæ, & Ioathan, & Achaz, & Ezechiæ regum Iuda [a]. Amos quoque [b] in diebus Oziæ regis prophetasse se scribit. Addit etiã Hierobam regem Israël [c], qui per eosdem dies fuit. Necnõ Esaïas filius Amos siue supra dicti Prophetę, siue quod magis perhibetur alterius, qui non Propheta, eodẽ nomine vocabatur, eosdem reges quatuor quos posuit Osee in capite libri sui ponit, quorũ diebus se prophetasse præloquitur. Michæas etiam [d] eadem suæ prophetiæ commemorat tempora post dies Osee †. Nam tres qui sequuntur reges nominat, quos & Osee nominauit: Ioatham, & Achaz & Ezechiam. Hi sunt quos eodem tẽpore simul prophetasse ex eorum literis inuenitur. His adiungitur Ionas [e] eodẽ Ozia rege regnante & Iohel [f] L cum iam regnaret Ioathã, qui successit Oziæ. Sed istorum Prophetarum duorum tempora in chronicis non in eorum libris potuimus inuenire, quoniã de suis diebus tacent. Tenduntur autem hi dies à rege Latinorũ Proca [g] siue superiore Auentino vsque ad regem Romulum iam Romanum, vel etiam vsque ad regni primordia successoris eius Numæ Põpilij. Ezechias quippe rex Iuda eo vsque regnauit, ac per hoc per ea tempora isti velut fontes prophetiæ pariter eruperunt, quando regnum defecit Assyriorum, cœpitq; Romanorum: vt scilicet quemadmodum regni Assyriorũ primo tẽpore extitit Abrahã, cui promissiones apertissimæ fierent in eius semine benedictionis omnium gentium, ita in occidentalis Babylonis exordio, qua fuerat Christus imperante venturus, in quo implerentur illa promissa oracula Prophetarum, non solum loquentium, verumetiam scribentium in tantæ rei futuræ testimonium soluerentur. Cum enim Prophetæ nunquam ferè defuissent populo Israël, ex quo ibi reges esse cœperunt, in vsum tantummodo eorum fuere, non gentiũ. Quando autem ea scriptura manifestius prophetica [h] M condebatur, quæ gentibus quandoque prodesset, tunc oportebat incipere, quando cõdebatur hæc ciuitas, quæ gentibus imperaret.

Osee.1. Amos.1. Michæas.1. †al. Oziæ 4.Reg.20 Gene.22.

IN diebus, Oziæ, & Ioathã & Achaz, & Ezechiæ regũ Iuda.) Nusquã certius colliguntur tempora, quàm ex ipsis eisdem Prophetis, si quibus scripserint, testificẽtur. ideo cum eorum testimonia, ac velut syngraphas habuerimus, aliorum adducere superuacãneum fuerit. Ait ergo se sub illis tribus regibus duarum tribuum vaticinatum, qui pater filius, & nepos fuere, & vltimo eorum imperante ductæ sunt decem tribus Israël in Chaldęam à Salmanasar rege. Itaque sicut Hieronymus docet, & ante captiuitatẽ, & pòst Osee prophetatus est, & tam vicinã quàm præsentem, quàm etiam præteritam, & denunciasse venturam, & luxisse ingruentem. Porrò Ozias vixit quo tempore magnum illud & vastũ Assyriorum imperium concidit, rebellantibus Medis. Hunc alij Azariã nominant, ne quem varietas fallat nominũ. b Amos quoque.) De hoc Hieronymus: Amos Propheta, qui sequitur Ioëlem, & est tertius. xij. Prophetarum, non est ipse, quem patrem Esaiæ Prophetæ legimus. Ille enim אמץ scribitur per primam & vltimam nominis sui literam א & ץ, & interpretatur fortis atq; robustus: hic vero אמוס per א & ם & ס interpretatur populus auulsus. Medię literæ, מ, & ו vtrique cõmunes sunt. apud nos autem, qui tantum vocalium literarum &, s, literæ, quæ apud Hebræos triplex est, differentiam non habemus, hæc & alia nomina videntur esse communia, quæ apud Hebræos elementorum diuersitate, & suis proprietatibus distinguuntur. Hic igitur Propheta, quem nunc habemus in manibus, fuit de oppido Thecue, quod sex millibus ad meridianam plagam abest à sancta Bethleem, quę mundi genuit saluatorem, & vltra nullus est viculus, ne agrestes quidem casæ & furnorum similes, quas Aphri appellant Mapalia. Tanta est eremi vastitas, quæ vsque ad mare rubrum Persarũmque, & Aethiopum, atque Indorum terminos dilatatur, & quia humi arido, atque arenoso nihil omnino frugum gignitur, cuncta sunt plena pastoribus, vt sterilitatem terræ compensent pecorum multitudine. Ex hoc numero pastorum & Amos Propheta fuit imperitus

Ozias. Amos.

A imperitus sermone, sed non scientia. Idem enim qui per omnes Prophetas spiritussanctus loquebatur. Tantum Hieronymus. Quo magis miror cum prologus, qui vulgo in nostris sacris literis huic Prophetæ præponitur, hoc ex loco sit desumptus, legi expresse in eo etiam Amos patrem Esaiæ Prophetam fuisse, forsan ex Hebræorum dogmate, qui vt Hieronymus in Sophoniam scribit, tradunt cuiuscunque Prophetę pater, aut auus ponatur in titulo, ipsos quoque Prophetas fuisse. c Addit etiam Hieroboam regem Israël.) Non illum qui temporibus Roboam filij Salomonis author secedendi fuit. x. decem tribubus, qui centum & sexaginta annis præcessit hunc filium Ioas. d Michæas etiam.) Hunc Hieronymus tradit non vaticinatum esse temporibus Oziæ, sed eius filij Ioathan, quem Lxx. fecerunt tertium. Hebræi sextum habent in. xij. minores. e His adiungitur Ionas.) Eusebius in temporibus Azariæ, qui idem est Ozias, prophetabant apud Hebræos, inquit, Amos, Esaïas, & Ionas. & Hieronymus in Osee, ex quo perspicuum est, inquit, prophetante Osee, Esaïa, & Iohel, & Amos, & Abdia, & Iona, & Michęa, qui σύγχρονοι eius fuere, hoc est, contemporanei, regnum decem tribuum esse finitum. Et in prologo in Ionam sic ait: Tradunt Hebræi, Osee, Amos, & Esaiam, ac Ionam, eisdem prophetasse temporibus. in quo codẽ prologo, opinionem quorundam refert, qui existimarunt Amathi patrem Ionam esse filium illum viduæ Sareptanæ, quem Helias vitæ reddidit, matre postea dicente, Nũc cognoui, quia vir dei es tu, & verbum dei in ore tuo est veritas, & ob hanc causam, etiam ipsum puerum sic vocatum. Amathi enim in nostra lingua veritatem sonat. f Et Iohel.) Interpretatur δέρκων, inquit, Hieronymus, id est, incipiens. Vulgo legimꝰ, hunc eisdem temporibus afflatum deo, quo prophetas superiores. g Tenduntur autem hi dies à rege Latinorum Proca.) Auentinus regnauit annos triginta septem. Huius tricesimoseculo, vt Euseb. digerit, cepit Azarias regnum in Iuda. Eutropius Azariam in tempora Procæ reduci, quòd vltimis annis Auentini cœperit imperare. Ezechiæ vero regnum prima tempora Numæ pertigit. h Quando autem ea scriptura manifestius prophetica.) Isti enim Prophetæ, quos percensuit, gentium vocationem prænunciarunt, vt pòst aperiet.

Iohel. Michæas.

De his, quæ ad Euangelium Christi pertinent, quid Osee, & Amos prophetauerint. Caput XXVIII.

SEe igitur Propheta, quanto profundius quidem loquitur, tãto operosius penetratur. Sed aliquid inde sumendum est, & hic ex nostra promissione ponendum. Et erit, inquit, in loco, quo dictum est eis: Non populus meus vos, vocabuntur & ipsi filij dei viui. Hoc testimonium propheticum de vocatione populi gentium, qui prius non pertinebat ad deum, etiam Apostoli intellexerũt. a Et quia ipse quoque populus gentium spiritaliter est in filiis Abrahæ, ac per hoc recte dicitur Israël b, propterea sequitur, & dicit: Et congregabuntur filij Iuda & filij Israël in idipsum, & ponent sibimet principatum vnum: & ascendent à terra. Hoc si adhuc velimus exponere, eloquij prophetici obtundetur sapor. Recolatur tamen lapis
C ille angularis, & duo illi parietes: vnus ex Iudæis, alter ex gentibus: ille nomine filiorum Iuda, iste nomine filiorum Israël, eidẽ vni principatui suo in idipsum innitentes, & ascendentes agnoscantur in terra. Istos autẽ carnales Israëlitas, qui nunc nolunt credere in Christum postea crediturosꝛ, id est, filios eorum: nam vtique isti in suum locum moriendo transibunt: idẽ Propheta testatur, dicens: Quoniam diebus multis sedebunt filij Israël sine rege, sine principe, sine sacrificio, sine altari, sine sacerdotio, sine manifestationibus c. Quis nõ videat, nunc sine istis esse* Iudæos? Sed quid adiungat audiamus. Et postea, inquit, reuertentur filij Israël, & inquirent dominum deum suum: & Dauid regem suũ: & stupescent in domino, & in bonis ipsius, in nouissimis diebus. Nihil est ista prophetia manifestius, qua Dauid regis nomine significatꝰ intelligitur Christus, qui factus est, sicut dicit Apostolus, ex semine Dauid secundum carnem. Prænunciauit iste Propheta etiam tertio die Christi resurrectionem futuram, sicut eam prophetica altitudine prænunciari oportebat, vbi ait: Sanabit nos post biduum: & in die tertio resurgemus. Secundum hoc enim nobis dicit Apostolus: Si consurrexeritis cum Christo, quæ sursum sunt quærite. Amos quoque de rebus talibus sic prophetat: Præpara, inquit,

Osee.1. Roma.9. 1.Petri.2. Osee.1. Osee.3. *als nunc sic esse Roma.1. Osee.6. Col.3. Amos.4.

te, vt inuoces deum tuum Israël: quia ecce ego firmans D tonitruum, & creans spiritum, & annuncians in hominibus Christũ suum. Et alio loco: In illa die, inquit, resuscitabo tabernaculum Dauid [d], quod cecidit: & reædificabo, quæ cediderunt eius: & destructa eius resuscitabo: & reædificabo ea, sicut dies seculi: ita vt exquirant me residui hominum: & omnes gentes, in quibus inuocatum est nomẽ meum super eos: dicit dominus faciens hæc.

ETiam Apostoli intellexerunt.) In priore enim epistola Petri capite secundo, Qui aliquando, inquit, non populus dei, nunc populus dei. b Ac per hoc recte dicitur Israël.) Cũcti enim homines possunt pertinere ad spiritalem promissionem Abrahæ, si eius pietatem & iustitiam fuerint sectati. Idcirco qui ex semine carnali ab eo descendunt, per Iudam intelliguntur, quę tribus in sacris ritibusq; maiorum, cum sacerdotibus & templo mansit, qui non ab Abrahã progeniti sunt corpore, sed animo, per Israël. Nam decem tribus, quę à rege Iuda defecerunt, Israël sunt à Iudæis nominatæ, quę à gentili populo nõ multum aberant. Nam priscis patrum institutis desertis, idola coluerunt more gentium. Ideo Iudaicis, & Leuitis, non longe secus erant abominabiles, quàm gentes, quæ prouthorem seminis non noscebant, Abraham. c Sine manifestationibus.) ἐφόδοις vertunt septuaginta, quod est Hebraice ephod, ἐπωμίδα superhumerale. Significant septuaginta perituram è senioribus prophetiam, doctrinam & sapientiam, quo maius malum ciuitati contingere non poteſt. Hebraica veritas denotat, nec sacerdotalem futuram dignitatem, neq; cultum eius, atque ornamenta. E d In die illa, inquit, resuscitabo tabernaculũ Dauid.) Hunc locum ad vocationem gentium pertinere, præterquàm quod verba ipsa aperte testantur, etiam Iacobus frater domini inter pretatus est Act. xv. quũ ij qui ex Iudaismo Pharisaico ad baptismum venerant, negocium facesserent Barnabæ & Tito, quod in Ecclesia dei cum præputio versarẽtur, & sine ceremoniis sabbatismorum. Itaque cum apostolica declaratio huic dicto accesserit, quis audeat aliam quærere?

Quæ ab Esaia, de Christo & Ecclesia sint prædicta. Caput XXIX.

ESaïas a ppheta nõ est in libro duodecim prophetarum: qui propterea dicuntur minores, quia sermones eorum sunt breues, in eorum comparatione, qui maiores ideo vocantur, quia prolixa volumina cõdiderunt. Ex quibus est hic Esaïas, quẽ propter eadem prophetiæ tempora subiungo supradictis duobus. Esaïas ergo inter illa, quæ iniqua arguit & Esa.1. iusta præcepit, & peccatori populo mala futura prædixit, etiam de Christo & ecclesia, hoc est, de rege, & ea, quã cõdidit ciuitatem, multo plura, quàm cæteri prophetauit: ita, vt à quibusdam b Euangelista, quàm propheta, potius diceretur. Sed propter rationẽ operis terminandi, vnum de multis hoc loco ponam. Ex persona quippe dei patris loquẽs: Ecce, inquit, intelliget puer F meus c, & exaltabitur, & glorificabitur valde. Quemadmodum stupescent super te multi, ita gloria priuabitur ab hominibus species tua, & gloria tua ab hominibus: ita mirabuntur gentes multæ super eum: & continebunt reges os suum: quoniam quibus non est annunciatum de illo, videbunt: & qui non audierunt, intelligent. Domine quis credidit auditui nostro: & brachium domini, cui reuelatum est? Annunciabimus coram illo, vt infans, vt radix in terra sitienti: nõ est species illi, neque gloria: & vidimus eum, & non habebat speciem, neq; decorem: sed species eius sine honore deficiens præ omnibus hominibus. Homo in plaga positus, & sciens ferre infirmitatem: quoniam auersa est facies eius: inhonoratus est nec magni existimatus est. Hic peccata portat: & pro nobis dolet: & nos existimauimus illum esse in dolore, & in plaga, & in afflictione. Ipse aũt vulneratus est propter iniquitates nostras: & infirmatus est propter peccata nostra. Eruditio pacis nostræ in eo: liuore eius nos sanati sumus. Omnes vt oues errauimus: homo à via sua errauit: & dominus tradidit illũ pro peccatis nostris: & ipse propter quod afflictus est, non aperuit os suum. Sicut ouis ad immolandum ductus est: & vt agnus ante eum qui se tõdet, Esa.52. Roma.15.

sine voce:

G sine voce: sic non aperuit os suum. In humilitate iudicium eius sublatum est: generationem eius quis enarrabit? Quoniam tolletur de terra vita eius. Ab iniquitatibus populi mei ductus est ad mortem: & dabo malignos pro sepultura eius, & diuites p morte eius: quoniam iniquitatem non fecit: nec dolus inuentus in ore suo [d]: & dominus vult purgare eum de plaga. *Si dederitis* [e] pro peccato animam vestram, videbitis semen longæuum, & dominus vult auferre à dolore animam eius: ostẽdere illi lucem, & formare intellectum, iustificare iustum bene seruientem pluribus, & peccata eorum ipse portauit. Propterea ipse hæreditabit plures: & fortium diuidet spolia, propter quod tradita est ad mortem anima eius: & inter iniquos æstimatus est: & ipse peccata multorum portabit: & propter peccata eorum traditus est. Hæc de Christo. Iam vero de ecclesia, quod sequitur, audiamus. Lætare sterilis, inquit, quæ
Esa.54. non paris: erumpe & clama, quæ non parturis: quoniã
Gala.4. multi filij desertæ magis, quàm eius, quæ habet virum. Dilata locum tabernaculi tui, & palos caularum [f] tuarum fige. Noli parcere: prolonga funiculos tuos, & pa-
H los tuos conforta. Adhuc in dexteram, & sinistrã partẽ extende: & semen tuum hæreditabit gẽtes: & ciuitates desertas inhabitabis. Ne timeas, quoniam confusa es: neq; reuerearis, quia exprobrata es: quoniam confusionem æternam obliuiseris: & opprobrij viduitatis tuæ non eris memor: quoniam dominus faciens te, dominus Sabaoth nomẽ eius, & qui eruit te, ipse deus Israël vniuersæ terræ vocabitur. & cætera. Verum ista sint satis, & in eis exponenda sunt nõnulla. Sed sufficere arbitror, quia ita sunt aperta, vt etiam inimici intelligere cogantur inuiti.

a Esaias.) Hieronymus ad Paulam, & Eustochium, Esaiam nobilẽ fuisse virum scribit, disertum, & vrbanæ eloquentiæ, nec habentẽ quicquam in eloquio rusticitatis admistum: nec eũ tam prophetam dicendum, quàm Euangelistam. Prophetauit in Hierusalem & Iudæa. Serratus est à Manasse rege Iuda socero suo, vt Hebrei ferunt, serra linea. Vnde quod ad Hebræos .xj. de sanctorum suppliciis legitur, serrati sunt, ad Esaiam referri solet. Causas cur sit occisus, recenset Hierony. lib. j. commenta. in hunc prophetam. b Ita vt à quibusdam.) A Hieronymo ad Paulam, & Eustochium, vt dixi. Videtur enim nõ vẽtura prædicere inuolucris & ambiguis verbis, ac obscuritate velatis, qui mos est vatum: sed aperte, detecteq; præterita enarrare. c Ecce, inquit, intelliger puer meus.) Hæc Esaiæ. lij. cap. quibus addũtur verba capitis sequentis illo in loco: Dominc quis credidit auditui nostro. &. liiij. Lætare sterilis, quæ non paris. Discrepant interdum versio Septuaginta, quam Augustinus sequitur, & Hebraica veritas: sed summa rei atque argumenti eadem est, de passione Christi domini. Quæ omnia persequi,
I nõ huius temporis esset, nec loci: præsertim quum Augustinus ceu aperta, atque manifesta referare supersedeat. Credo etiã, ne volumen in immensum excresceret. d Nec dolus inuentus est in ore suo.) Septuaginta habent: Quia iniquitatem non fecit, neque dolũ in ore suo. δόλον οὐκ ἐγένετο ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ. e Si dederitis.) In. lxx. sic: Si detis pro peccato anima vestra videbit semen longæuũ. f Et palos caularũ.) δείρετε τῶν αὐλείων, pelles tabernaculorum, & vulgo legimus. ab Augustino indubie scriptũ est, pelles aularum vel aulearum.

Quæ Michæas, & Ionas, & Iohel nouo testamento congruentia prophetauerint. Cap. XXX.

MIchæas propheta Christũ in figura ponẽs cuiusdam magni montis, hæc loquitur: Erit in nouissimis diebus manifestus [a] mons domini, præparatus super vertices montium, & exaltabitur super colles: & festinabunt ad eũ plebes, & gentes multæ ibunt, & dicent: Venite ascendamus in montem domini, & in domum dei Iacob, & ostendet nobis viam suam, & ibimus in semitis eius: quia ex Sion procedet lex, & verbum domini ex Hierusalem: & iudicabit inter plebes multas, & redarguet gentes potentes vsq; in longinquum. Prædicẽs iste propheta: & locum, in quo natus est Christus: Et tu, inquit, Bethleem domus [b] E-
Matth.2. phrata [c], nequaquã minima es, vt sis in milibus Iuda [d]: ex te mihi prodiet dux [e], vt sit in principem Israël: & egressus eius ab initio: & ex diebus æternitatis [f]: ppterea dabit eos vsq; ad tempus, quo parturiens pariet [g]: & residui fratres eius [h] conuertentur ad filios Israël: & stabit, & videbit, & pascet [i] gregẽ suũ in virtute domini, & in honore nominis domini dei sui erunt: quoniam nunc magnificabitur vsq; ad summũ terræ. Ionas autẽ propheta [k], non tam sermone Christũ, quàm sua quadam passione prophetauit: profecto apertius, quàm si eius mortem & resurrectionẽ voce clamaret: Vt quid enim exceptus est ventre belluino, & die tertio reddi-
Matth. 12. tus, nisi vt significaret Christum de profundo inferni die tertio rediturũ? Iohel autem omnia quæ prophetat, multis verbis cõpellit exponi: vt quę pertinẽt ad Christum & ecclesiam, dilucescãt. Vnum tamen, quod etiã Apostoli commemorauerunt [l], quando in cõgregatos credentes, spiritus sanctus, sicut à Christo p missus fuerat, desuper venit, non prætermittam. Et erit, inquit, post hæc, & effundam de spiritu meo super omnẽ carnem: & prophetabunt filij vestri, & filiæ vestræ: & seniores vestri somnia somniabunt, & iuuenes vestri visiones videbunt: & quidem in seruos meos, & ancillas meas, in illis diebus effundam de spiritu meo. L

a ERit in nouissimis diebus manifestus.) Eadem etiam verba sunt Esaiæ secundo. b Et tu, inquit, Bethleem domus Ephrata.) Sic Septuaginta, vt Augustinus hic καὶ σὺ Βηθλεὲμ οἶκος Ἐφραθὰ ὀλιγοστὸς εἶ, τοῦ εἶναι ἐν χιλιάσι Ἰούδα. ἐκ σοῦ μοι ἐξελεύσεται τοῦ εἶναι εἰς ἄρχοντα τῷ Ἰσραήλ. In Hebræo vero, Hieronymo sterprete, hoc modo: Et tu Bethleẽ Ephrata paruulus es in milibus Iuda, Ex te mihi egredietur, qui sit dominator in Israël, & egressus ei ab initio à diebus æternitatis. Matthæus capite secundo Euangelij, respondisse narrat pontifices, & scribas Herodi quærenti patriã Messiæ: καὶ σὺ Βηθλεὲμ γῆ Ἰούδα, οὐδαμῶς ἐλαχίστη εἶ ἐν τοῖς ἡγεμόσιν Ἰούδα. ἐκ σοῦ γὰρ μοι ἐξελεύσεται ἡγούμενος, ὃς ποιμανεῖ τὸν λαόν μου τὸν Ἰσραήλ. Et tu Bethleem terra Iuda nequaquã es minima in principibus Iuda: ex te enim mihi prodibit, qui regat populum meũ Israëlem. Hieronymus libro secũdo in Michæam, dictum hoc Matthei, nec cum Septuaginta, nec cũ Hebræis ait congruere. Cuius quæstionis exitum vir sanctus quum non inueniret, eò delabitur, vt aut non è libro petiisse Apostolos testimonia, sed è memoria, quæ nonnunquam fallitur: aut hunc locum sic Matthæum adduxisse aiat, quo modo est ab Scribis & pontificibus Herodi responsum, vt illorum in sacris literis ostenderet negligentiam. Primam autem illam responsionem, non ex sua sententia ponit, sed aliorum: & durum profecto videatur concedere cõtrarium sensum esse redditum ab Apostolo: quod, vbi non refert eius vtercunque sit, nec Porphyrius, nec Celsus credat: diuersum vero modo summa in idem propẽ recidat, tolerabile etiam nobis videretur. Sacerdotes vero ita respondisse, coniectura est parum firma: non quod fieri ab scriptoribus, pragmaticis præcipuè, sit insuetum, vt imperitum quid, & ineptum, & frigidum dicant, dum ad verum conantur assumptam personã referre. Cuiusmodi sunt apud Terentium, & Plautum haud sanè pauca, etiam in Bucolicis Vergilij, & Theocriti. Cæterum priusquam huiusmo di error Euangelistæ, immo spiritui dei impingatur, quod religiosorũ M hominum aures exhorrent, valeat sanè illa coniectura, aut alia quæuis imbecillior, dum maior ingeniorum nostrorum imbecillitas eruere verius quicquam, & certius nequit. Quod si & nobis quoque post Hieronymum heroa in sacris tractandis literis tantum aliquid suspicari permittitur, vt donem [m] & Septuaginta, & in Hebræo, prophetã scripsisse absq; negatione, & Euangelistam cum negatione: nam vel huius, vel illius cõtrarium contigisse potest, etiamnũ non modo non pugnant Propheta, & Euangelista, sed maxime consentiunt, si prophetæ verba per interrogationem legantur. Erit enim prophetæ mens: Quid tu Bethleem exiguus es? non es certe, quippe ex quo prodibit princeps rectorus populũ meum Israëlẽ. Hoc dictum per interrogationem maiorem habet vim, & propheticis illis ardentibus affectibus congruentiorem, quàm simpliciter. Quod schema prophetis est haud sanè rarum: & sunt eius sexcenta exempla. At à sacerdotibus & Euangelista narrante omittenda fuit figura, & sensus tamen reddendus nudus, ac simplex. Potest & hic alter esse sensus: vt propheta paruum quidem dixerit esse Bethleem, sed ingentem magnitudinem inde nasciturum: nempe eternũ ducem Israëliticĩ populi non carnalis, sed dominici: ita vt ex infirmitate nasci videatur potentia, & ex humilitate sublimitas. Verum tanti filij magnitudo non ãplius sinit natale suum solum exiguum censeri, vt etiam Propheta amplitudinem illius, quam animo cõcipiebat, in exiguitate, quam oculis habebat subiectam, venerareturEphrata. Quocirca sacerdotes & scribæ quasi sensum interpretantes magnum dixerunt, aut certe nõ paruulum Messiæ tanti regis patriam, quod ipsi potius in responso spectarunt quàm oppiduli positum: sensusq; illorum à sensu Prophetæ nihil abhorrebat: vtrique enim maximam iudicarunt vrbem non muris atque ædificiis, de quo nõ agebatur, sed partu, de quo quærebatur. Iam cætera sit faciliora. c Ephrata.) Regio est, in qua Bethleẽ ciuitas Dauid in tribu Iuda, quod nomen vt pote priscum, & minus ad vulgum notum, sacerdotes prętermiserunt, cum Herodi alienigenæ loquerentur, subiecto quod notius erat Iuda. Tum, nec interesse prophetæ existimabat Euangelista, vel Iudã dicere, vel Ephrata, ceu quis Romã Latij, & alius Romam Italiæ dicat. Atque obiter

A obiter sub monebat, de Iuda esse dominum nostrum. Est etiã altera Bethleem in Galilæa, vt scribitur in libro Iesu Naue. Adnotauit Hieronymus apud Matthęum, pro Iudæ scriptum fuisse Iudæę, librarij vitio. Nã non est alibi Bethleem, quàm in Iudæa. Ea enim quæ sita est in Galilea, nihilominus est Iudæa: nempe Galilæa & ipsa Iudæę parte. Simile forsan mendum paulo post. Verum cum audisset Archelaum regnare in Iudæa, pro in Iuda, nisi quod procedente tempore post reditum ex Babylone Iudæę nomen veteres fines non seruauit, maxime apud gẽtiles, & coarctatum est indies ad regionem Hierosolymis vicinam, vbi templũ & principum sedes. d Vt sis in millibus Iuda.) Hoc ad eandem interrogationis emphasim spectat: an vero minima es: Etiam si diis placet in milibus oppidorum, pagorumq; Iuda? non es, ne inter metropoles quidem, & vrbes, quæ aliis principes & duces sunt. Atque hunc sensum expressit Euangelista. e Ex te mihi prodiet dux.) In codice Brugensi nõ est, dux, nec in Lxx. apud Hiero. Apud Euãgelistã est dux quod de sententia nihil variat. f Ab initio & ex diebus æternitatis.) Hoc dicto mortales omnes à sensu vaticinij huius excluduntur, ac solus eo claudit, qui immortalis & æternus est dei filius Christus Iesus coæternus & æqualis patri, cui à patre in illo sine vllis exordiis, finibusq; dicitur die: Filius meus es tu, ego hodie genui te. g Dabit eos vsque ad tempus, quo parturiens pariet.) Sinet populum gentilem regnare, quo ad sterilis gentilis, sed conata aliquid ædere, enitetur tandem. & gratulantes dicẽt ei: Lætare sterilis, quæ non paris. Lxx. tamen verterunt vsque ad tempus parturientis: pariet. & sic est in veteribus codicibus Augustini. h Et residui fratres eius.) Gẽtilis populus frater Israëlitici, seu ex patre Abraham spiritali, quum ad meliorem mentem conuertentur, siue ex Adam, siue ex deo, per quem genus humanum sanguine inter se totum deuinctum est, atque adeo germanitate quadam, Gẽtes ergo id credẽt, quod
B veri Israëlitæ, quibus vetustus erat Christus promissus. i Et stabit, & videbit, & pascet.) Hic erit quies, hic statio, tum oues suas spectabit dominus: & præsentes intuens pascet eas bonus ille pastor, non quouis pabulo, sed virtute domini. k Ionas autem Propheta.) Hic à nautis in mare eiectus velut hostia piacularis ventis & tẽpestati, exceptus est hiatu
Ionas. ceti, in q; vtero tribus diebus ceti in cubiculo adseruatus, tertio die littori redditus est, Ionæ secundo, expressissima sepulti & resurgentis domini imago, quam ipse importunis Iudæis, & signum aliquid efflagitantibus, pro certissimo ac manifestissimo signo obiecit, Matthæi duodecimo. l Quod etiam Apostoli commemorauerunt.) Actũ secũdo.

Quæ in Abdia, in Naum, & Abacuc de salute mundi in Christo prænunciata reperiantur.
Cap. XXXI.

TRes Prophetę de minorib[o], Abdias [a], Naüm [b], & Abacuc [c], nec sua tempora dicunt ipsi, nec in chronicis Eusebij & Hieronymi, quando
C prophetauerint, inuenitur. Abdias enĩ positus est quidẽ ab eis [d] cum Michæa, sed non eo loco, vbi notantur tẽpora, quando Michæam prophetasse ex eius literis cõstat: quod errore negligenter describentium [e] labores alienos, existimo contigisse. Duos vero alios commemoratos in codicibus chronicorũ, quos habuimus, non potuimus inuenire: tamen quia canone cõtinentur, nec ipsi oportet prætereantur à nobis. Abdias quantum ad scripturam eius attinet, omnium breuissimus Prophetarum aduersus Idumæam gentem loquitur, scilicet Esaü [f] vnius ex duobus geminis filiis Isaac, nepotibus
†al. maioris illius Abrahæ: minores illius † reprobati. Porrò, si Idumæã modo loquutionis, quo intelligitur à parte totum accipiamus positam esse pro gẽtibus [g]: de Christo agno-
Abdiæ.1. scere possimus, quod ait inter cætera: In montem autẽ
Ibidem. Sion erit salus, & erit sanctum. Et paulopòst in fine ipsius prophetiæ: Et ascendent, inquit, resaluati ex monte Sion, vt defendant montem Esaü, & erit domino regnum. Apparet quippe, id esse completum, quũ resaluati ex monte Sion [h], id est, ex Iudæa credẽtes in Christum, qui præcipue agnoscuntur Apostoli, ascenderũt, vt defenderent montem Esaü. Quomodo defenderũt, nisi per Euãgelij prædicationem, saluos faciendos eos,
Colo.1. qui crediderunt, vt eruerentur de potestate tenebrarũ, & transferrentur in regnum dei? Quod consequenter expressit addendo. Et erit domino regnũ. Mons enim Sion, Iudæam significat: vbi futura prædicta est salus, & sanctũ, quod est Christus Iesus. Mõs vero Esaü [i] Idumæa est, per quam significata est Ecclesia gentium, quã defenderunt, sicut exposui. Resaluati ex monte Sion, vt esset domino regnum. Hoc obscurũ erat, ante quàm fieret: sed factum, quis non fidelis agnoscat? Naüm vero Propheta, imò per illum deus, Exterminabo, inquit, sculptilia, & conflatilia: ponam sculpturam † tuã: †aliàs sepulturam
quia ecce veloces super montes [k] pedes euangelizantis, & annunciantis pacem. Celebra Iuda dies festos tuos: redde vota tua: quia iam non adiicient vltra, vt transeant in vetustatem: consummatum est, consumptum est. Ascendit, qui insufflat in faciem tuam, eripiens te ex tribulatione. Quis ascenderit ab inferis, & insufflauerit in faciem Iudæ, hoc est, Iudæorum discipulorum, spiritum recolat sanctum, qui meminit E-
Ioan.20. uangelium. Ad nouum enim testamentum pertinent, quorum dies festi ita spiritaliter innouantur, vt in vetustatem transire non possint. Porrò per Euangelium exterminata sculptilia, & conflatilia, id est, idola deorum falsorum: & obliuioni tanquam sepulturæ tradita iam videmus: & hanc etiam in hac re prophetiam
Abacuc.2. completam esse cognoscimus. Abacuc, de quo alio, quàm de Christi aduentu, qui futurus erat, intelligitur dicere: Et respondit dominus ad me, & dixit: Scribe visum & aperte in buxo, vt assequatur qui legit ea: E quia adhuc visio ad tempus: & oriętur in fine, & non in vacuum: si tardauerit, sustine eum: quia veniens veniet, & non morabitur?

a Abdias.) Hieronymus super hoc Propheta: hunc, inquit, esse aiũt Hebræi, qui sub rege Samariæ Achab, & impiissima Iezabel pauit centum Prophetas in specubus, qui non curuauerunt genu ante Baal, & de septem milibus erant, quos Helias arguitur ignorasse, sepulchrumq; eius vsque hodie cum Mausoleo Heliæi Prophetæ, & Baptistæ Ioannis in Sebasta venerationi habetur, quæ olim Samaria dicebatur. Hic igitur, quia centum prophetas aluerat, accepit gratiam prophetalem, & de duce exercitus, fit dux ecclesiæ. Hęc ille. Fuit ergo vetustior quouis superiorum ætate Iosaphat regis Iuda, rege Latinorum Tiberino. b Naum.) Iosephus libro nono, Naum scribit fuisse temporibus Ioathan regis Iuda. c Abacuc.) [redacted] Porrò Abacuc vaticinatus est, vt Hieronymus, inquit, quum iam Iuda & Beniamin in captiuitatem iissent à Nabocodrosoro ductæ, in quam, & Babylonem, diriguntur vaticinia Abacuc. d Abdias enim positus est quidem ab eis.) Hic locus non caret mendo, etsi sensus non sit difficilis. Significat enim Augustinus non eo loco esse ab illis positum Michæam, quo recte eius notentur tempora. Abdiam Eusebius Michææ coniungit, regno Iosaphat. De Abdia recte: de Michæa vero contra suum Michææ ipsius testimonium, quod Augustinus annotauit. Quippe Michæas, se visionem vidisse perhibet sub regibus, Ioathan, Achaz, & Ezechia, multo posterioribus Iosaphat. e Quod errore negligenter describentium.) In eo Eusebij opere, vt si in quo alio, tales errores sunt creberrimi, haud paruo periculo legentium, etiam interdum eruditorum. f Aduersus Idumæam gentem loquitur, scilicet Esau.) Idumæam Plinius statim post Arabiam subiicit, Palæstinæ proximam. Sic etiam Iosephus, & Hieronymus. Nabathæos etiam hos vocant Græci, Latinij; scriptores, qui Petram vrbem dicuntur incolere. Hieronymus circa Petram Idumęam esse ait. Nominata est ab Esau, qui & Edom vocatus est, quasi ruffus, vel ex pulmento, quod primogenituram vendidit colore, vt scribit Iosephus, rubeo: vel, quod verisimilius, & haud dubie verius est, ex corporis habitu, vt sacræ docent literæ.
g Positam esse pro gentibus.) Non est Idumæa ex Israël, & si propinquitate teneantur, vtpote populi ex duobus geminis progeniti: tamen aduersaria est Idumæa terræ promissionis, & eius nomine Iudæi Romanos intelligunt. Estq; Idumæa, caro, quæ pugnat aduersus spiritum.
h Quum saluati ex monte Sion.) In antiquis libris legitur resaluati, ἀνασωζόμενοι. i Mons vero Esau.) Seir vocantur montes Idumææ, vt Iosephus, & Hieronymus: sed & Iesu Naue. xxiiij. docet. Seir dicitur, id est, hispidus, & pilosus, nam talis Esau. k Quia ecce veloces super mõtes.) In Septuaginta ex Hieronymo habetur: Ἰδοὺ ἐπὶ τῶν ὀρέων πόδες εὐαγγελιζομένου καὶ ἀναγγέλλοντος εἰρήνην. quia in honoratus es, ecce super montes. In Hebręo vero: Ponã sepulchrũ mũ, quia inhonoratus es, ecce sup mõtes. In Greco sic habet codex qdẽ me: καὶ θήσομαι τάφῳ σου, ὅτι ταχεῖς ἰδὲ ἐπὶ τὰ ὄρη οἱ πόδες εὐαγγελιζομένου καὶ ἀναγγέλλοντος εἰρήνην. Et ponam sepulchrum tuum, quia veloces ecce super montes pedes euãgelizantis, annunciantis pacem. Paulus ad Roma. x. non hinc sumpsit prophetiam, sed ex Esaia. lij.

De prophetia, quæ in oratione Abacuc, & Cantico, continentur.
Cap. XXXII.

In oratione

G IN oratione autem ſua cum Cantico, cui niſi
Chriſto domino dicit, Domine audiui audi-
Abacuc. 3. tionem tuam, & timui: domine conſideraui
opera tua, & expaui? quid enim hoc eſt, niſi præcogni-
tæ, nouæ, ac repentinę ſalutis hominum ineffabilis ad-
miratio? In medio duorum animalium cognoſceris:
quid eſt, niſi, aut in medio duorum teſtamẽtorum, aut
Matth. 17. in medio duorum latronum: aut in medio Moyſi &
Heliæ, cum eo in monte ſermocinantiũ? Dum appro-
pinquant anni cognoſceris: in aduentum temporis o-
ſtenderis: hoc quia per ſe patet, non eſt exponendum.
Abacuc. 3. Quod vero ſequitur, in eo dum conturbata fuerit ani-
ma mea, in ira miſericordiæ memor eris: quid eſt, niſi
quòd Iudæos in ſe tranſſigurauit, de quorum gẽte fuit:
qui cum magna ira turbati, crucifigerent Chriſtum: il
le miſericordiæ memor, dixit, Pater ignoſce illis: quia
Lucæ. 23. neſciunt quid faciunt? Deus de Theman veniet, & ſan
Abacuc. 3. ctus de monte vmbroſo, & condenſo. Quod hic dictũ
eſt, de Theman veniet [a]: alij interpretati ſunt, ab Au-
ſtro, vel ab Aphrico: per quod ſignificatur meridies [b]:
id eſt, feruor charitatis, & ſplendor veritatis. Montem
H vero vmbroſum [c] atque cõdenſum: quanuis multis mo
dis poſſit intelligi, libentius acceperim ſcripturarum
altitudinem diuinarum: quibus prophetatus eſt Chri-
ſtus. Multa quippe ibi vmbroſa, atque condenſa ſunt,
quæ mentem quærentis exerceant. Inde autem venit:
quum ibi eũ, qui intelligit, inuenit. Operuit cœlos vir-
tus eius, & laudis eius plena eſt terra: quid eſt niſi quod
etiam in Pſalmo dicitur, Exaltare ſuper cœlos deus: &
ſuper omnem terram gloria tua? Splendor eius, vt lu-
men erit: quid eſt, niſi fama eius credẽtes, illuminabit?
Cornua in manibus eius: quid eſt, niſi trophæũ crucis?
Et poſuit charitatem firmam fortitudinis ſuæ: nec ex-
ponendũ eſt. Ante faciem eius ibit verbum, & prodiet
in campum poſt pedes eius: quid eſt, niſi quod & ante
q̃ huc veniret, prænunciatus eſt: & poſtea quam hinc
reuerſus eſt, annunciatus eſt? Stetit, & terra commota
eſt: quid eſt, niſi quod ſtetit ad ſubueniendum: & terra
commota eſt, ad credendũ? Reſpexit, & tabuerunt gen-
tes: hoc eſt, miſertus eſt, & fecit populos pœnitentes.
Contriti ſunt montes violentia: hoc eſt, vim facienti-
I bus miraculis, elatorũ contrita eſt ſuperbia. Defluxerũt
colles æternales: hoc eſt, humiliati ſunt ad tempus, vt
erigerentur in æternum. Ingreſſus æternos eius pro la-
boribus vidi: hoc eſt, non ſine mercede æternitatis la-
borem charitatis aſpexi. Tabernacula Aethiopum ex-
paueſcent: & tabernacula terræ Madian: hoc eſt, gentes
repente perterritæ nuncio mirabilium tuorum, etiam
quę non ſunt in iure Romano [d], erunt in populo Chri-
ſtiano. Nũquid in fluminibus iratus es domine: aut in
† aliàs indi fluminibus furor tuus: vel in mari impetus tuus †? Hoc
gnatio tua. ideo dictũ eſt: quia nõ venit nũc, vt iudicet mundũ, ſed
vt ſaluetur mundus per ipſum. Quia aſcendes ſuper e-
quos tuos, & equitatio tua ſalus: hoc eſt, Euãgeliſtę tui
portabunt te, quia reguntur à te: & Euangelium tuũ ſa-
lus eſt eis, qui credunt in te. Intendens intendes arcum
tuum ſuper ſceptra, dicit domin[o]: hoc eſt, cõminaberis
iudicium tuũ, etiam regibus terræ. Fluminibus ſcinde-
tur terra: hoc eſt, influentibus ſermonibus prædicantiũ
te, aperientur ad confitendum hominum corda: quibus
dictum eſt, Scindite corda veſtra, & non veſtimenta
Abacuc. 5. veſtra. Quid eſt: videbunt te, & dolebunt populi: niſi vt
lugendo ſint beati? Quid eſt: diſpergens aquas inceſſu:
niſi ambulando in eis qui te vſquequaq; annunciant,
hac atq; illac diſpergis fluenta doctrinæ? Quid eſt: a-
byſſus dedit vocem ſuam? An profunditas cordis hu- K
mani quid ei videretur, expreſſit? Altitudo phantaſiæ
ſuæ, tãquam verſus ſuperioris eſt expoſitio: altitudo e-
nim eſt abyſſus. Quod autem ait, phantaſiæ ſuæ, ſubau-
diendum eſt, vocem dedit: hoc eſt, quod diximus, quid
ei videretur, expreſſit. Phantaſia quippe viſio eſt, quam
non tenuit, non operuit, ſed confitendo eructauit. Ele-
uatus eſt ſol, & luna ſtetit in ordine ſuo: hoc eſt, aſcen-
dit Chriſtus in cœlum, & ordinata eſt eccleſia ſub rege
ſuo. In lucem iacula tua ibunt, hoc eſt, non in occultũ,
ſed in manifeſtum verba tua mittuntur. In ſplendorẽ
coruſcationis armorum tuorum: ſubaudiendum eſt, ia
cula tua ibunt. Dixerat enim ſuis: Quæ dico vobis in
tenebris, dicite in lumine. In comminatione minora-
bis terram, id eſt, comminando humiliabis homines.
Et in furore deiicies gẽtes: quia eos qui ſe exaltant, vin
dicando collides. Exiſti in ſalutem populi tui, vt ſaluos
faceres Chriſtos tuos: miſiſti in capita iniquorũ †mor- faliàs ini-
tem: nihil horum eſt exponendum. Excitaſti vincula micorum.
vſque ad collum. Et bona hic poſſunt intelligi vincu- L
la ſapientiæ, vt vinciantur pedes in compedes eius: &
collum in torquem eius. Præcidiſti in ſtupore mentis
tuæ: ſubaudiamus vincula. Excitauit enim bona, præ-
cidit mala. De quib[o] ei dicitur, Dirupiſti vincula mea:
& hoc in ſtupore mentis: id eſt, mirabiliter. Capita po
tentium mouebuntur in ea, ſcilicet admiratione. Ad-
aperient morſus ſuos, ſicut edens pauper in abſconſo.
Potentes enim quidam Iudæorum veniebant ad do-
minum facta eius & verba mirati: & eſuriẽtes panem
doctrinæ manducabant abſconſe, propter metum Iu-
dæorum: ſicut eos prodit Euangelium. Et immiſiſti in
mare equos tuos turbantes aquas multas: quæ nihil
ſunt aliud, quàm populi multi. Non enim alij timore
conuerterentur, alij furore perſequerentur, niſi omnes
turbarentur. Obſeruaui, & expauit venter meus à vo-
ce orationis labiorum meorum. Et introiuit tremor
in oſſa mea: & ſubtus me turbata eſt habitudo mea.
Intendit in ea quæ dicebat: & ipſe ſua in oratione eſt
perterritus, quam prophetice fundebat: & in qua futu-
ra cernebat. Turbatis enim populis multis, vidit im- M
minentes eccleſiæ tribulationes, continuóque ſe mem-
brum eius agnouit, atque ait, Requieſcam in die tri-
bulationis: tanquam ad eos pertinens, qui ſunt ſpe gau Roma. 12.
dentes: in tribulatione patientes. Vt aſcendam, inquit,
ad populum peregrinationis meæ. Recedens vtique à
populo maligno carnalis cognationis ſuæ, non pere-
grinante in hac terra, neque ſupernam patriam re-
quirente: quoniam ficus, inquit, non afferet fructus:
& non erunt natiuitates in vineis: mentietur opus oliuæ:
& campi non facient eſcam. Defecerunt ab eſca oues:
& non ſuperſunt in præſepibus boues. Vidit eam gen-
tem, quæ Chriſtum fuerat occiſura, vbertatem copia-
rum ſpiritalium perdituram, quas per terrenam fœ-
cunditatem more prophetico figurauit. Et quia iram
dei talem propterea paſſa eſt illa gens, quia dei igno-
rans iuſtitiam, ſuam voluit conſtituere, iſte continuo: Roma. 10.
Ego autẽ, inquit, in domino exultabo: gaudebo in deo
ſalutari meo. Dominus deus meus virtus mea, ſtatue Abacuc. 3.
pedes meos in conſummationem: ſuper excelſa impo-
net me, vt vincam in Cantico eius: ſcilicet illo canti-
co, de quo ſimilia quædam dicuntur in Pſalmo: Statuit
ſupra petrã pedes meos, & direxit greſſus meos: & im- Pſal. 39.
miſit in os meum canticum nouum, hymnum deo no
ſtro. Ipſe ergo vincit in cantico dñi, qui placet in eius
laude, nõ ſua: vt qui gloriatur, in dño glorietur. Melius 2. Cor. 10.
autem

A autẽ mihi videtur quidam codices habere: gaudebo in
Abacuc. 3. deo Ieſu meo [e], quàm hi qui volentes id Latine ponere:
nomen ipſum non poſuerunt, quod eſt nobis amicius
& dulcius nominare.

Themã. 2 QVod hic dictũ eſt de Theman veniet.) Et Aquila, inquit Hie-
ronym[o], & Symmach[o], & quinta æditio, ipſum Hebraicũ po
fuerunt. Solus Theodotio, quid ſignificaret Theman, inter-
pretatus eſt dicẽs: Ab Auſtro veniet, & ſanctus de monte Pha
ran. Idem Hieronym. in locis Hebraicis, Themam regio
principũ Edom in terra Gebalitica, à Themam filio Eliphaz, filij Eſaũ,
ſortita vocabulũ: ſed & vſque hodie eſt villa nomine Theman, diſtãs ab
vrbe Petra quinque milibus: vbi & Romanorum militũ preſidium ſedet,
de quo loco fuit Eliphaz rex Themanorũ. Vnus quoque filiorũ Iſraël ap
pellabatur Theman. Sciendũ autẽ, quòd omnis auſtralis regio Hebræis
Themã dicitur. b Per quod ſignificatur meridies.) Simile quod in Cã
ticis quærit ſponſa, vbi paſcat in meridie, in quo maximus eſt diei & ca-
lor & ſplendor. c Montem vero vmbroſum.) Soli Septuaginta verte-
runt, τὸ ὄρος κατάσκιον δασύ, & monte vmbroſo, & cõdenſo. Cæteri, vt
eſt in Hebraica ex Pharan, quod eſt oppidum trans Arabiã, junctũ Sara-
cenis, per quod iter fecerunt filij Iſraël, quũ de Sina mouiſſent. Ideo Se-
ptuaginta, quoniam vicinum eſt ſaltui, habitum loci potius reddiderũt,
quàm nomen. d Etiam quæ non ſunt in iure Romano. Indi & Per-
ſæ. & hac ætate inſulæ in oceano Occidentali. e Gaudebo in deo Ie
ſu meo.) Sic in Hebræo, pro quo Septuaginta verterunt τῷ σωτῆρί μου,
hoc eſt, ſeruatore meo. Et hæc tria idem ſunt: Ieſus Hebraïce, σωτὴρ Gre-
ce, ſeruator Latine: quanquam Cicero act. iiij. in Verrem negat σωτῆρα
vno verbo Latino poſſe reddi, eſſeq; eum qui ſalutem dederit: ſaluatoris
nomen recentius eſt: ſed eo vtuntur Lactantius, Auſonius, & reliqui ſacri
ſcriptores. Qui latius carmen hoc auct expoſitum videre, habet in id ge-
minam Hieronymi enarrationem.

De Chriſto & uocatione gentium, quæ Hieremias & Sophonias prophetico ſpiritu ſunt præfati.
Caput XXXIII.

B HIeremias [a] propheta de maioribus eſt, ſicut &
Hiere. 1. Eſaias: non de minoribus, ſicut cęteri, de quo-
rum ſcriptis nonnulla iam poſui. Prophetauit
autem regnãte Ioſia in Hieruſalem: & apud Romanos
Hiere. 52. Anco Martio: iam propinquante captiuitate Iudæorũ.
Tetendit autẽ prophetiã ſuã vſq; ad quintũ menſem
Sopho. 1. captiuitatis: ſicut in eius literis inuenitur. Sophonias [b]
autẽ vnus de minoribus adiungitur ei. Nam & ipſe in
diebus Ioſiæ prophetaſſe ſe dicit: ſed quouſq; non dicit.
Prophetauit ergo Hieremias, non ſolum Anci Martij,
verum etiã Tarquinij Priſci temporibus, quẽ Romani
habuerunt quintũ regem. Ipſe enim quando eſt illa ca-
Threno. 4 ptiuitas facta, regnare iã cœperat. Prophetans ergo de
Chriſto Hieremias: Spiritus, inquit, oris noſtri domi-
nus Chriſtus [c] captus eſt in peccatis noſtris: ſic breuiter
C oſtendẽs, & dominũ noſtrũ Chriſtũ, & paſſum eſſe pro
Baruch. 3. nobis. Itẽ alio loco: Hic de[o] meus, ĩquit, & nõ æſtimabit
alter ad eũ: qui inuenit omnẽ viã prudẽtiæ, & dedit eã
Iacob puero ſuo, & Iſraël dilecto ſuo: poſt hæc in terris
viſus eſt, & cũ hominibus cõuerſatus eſt. Hoc teſtimo-
nium quidã, non Hieremiæ, ſed ſcribæ eius attribuunt,
qui vocabatur Baruch: ſed Hieremiæ celebratius habe-
tur. Rurſus idem propheta de ipſo: Ecce, inquit, dies ve
Hiere. 23. niunt, ait dominus: & ſuſcitabo Dauid germen iuſtũ, &
regnabit rex, & ſapiens erit: & faciet iudiciũ & iuſtitiã
in terra. In diebus illis ſaluabitur Iuda, & Iſraël habita-
bit cõfidenter: & hoc eſt nomen quod vocabunt eum,
dominus iuſtus noſter. De vocatione etiam gentium,
quæ futura fuerat, & eã nunc impletã cernimus, ſic lo-
Hiere. 16. cutus eſt: Domine deus meus & refugium meũ in die
malorũ: ad te gentes venient ab extremo terræ, & di-
cent: Vere mẽdacia coluerũt patres noſtri ſimulachra,
& non eſt in eis vtilitas. Quia vero non erãt eũ agni-
turi Iudæi, à quibus eũ & occidi oportebat: ſic idẽ pro-
Hiere. 17. pheta ſignificat, Graue cor per omnia, & homo eſt, &
Supra lib. quis cognoſcet eum [d]? Huius eſt etiã illud quod in libro
17. cap. 3. decimo ſeptimo poſui de teſtamento nouo, cuius eſt
Hiere. 31. mediator Chriſt[o]: ipſe quippe Hieremias ait: Ecce dies
veniunt, dicit dominus: & cõſummabo ſuper domum
Iacob teſtamentum nouum: & cætera quæ ibi legũtur. D
Sophoniæ autẽ prophetæ, qui cum Hieremia prophe-
tabat, hęc prędicta de Chriſto interim interponã: Ex- Sopho. 3.
pecta me, dicit dominus: in die reſurrectionis meæ, in
futurum: quia iudicium meum, vt congregem gentes,
& colligam regna. Et iterum: Horribilis, inquit domi- Sopho. 2.
nus ſuper eos: & exterminabit omnes deos terræ: & a-
dorabit eũ vir de loco ſuo, omnes inſulæ gẽtiũ. Et pau-
lo poſt: Tunc, inquit, trãſuertam in populos linguam, & Sopho. 3.
progenies eius, vt omnes inuocent nomen domini: &
ſeruiant ei ſub vno iugo, à finibus fluminũ Aethiopiæ
afferent mihi hoſtias: in illo die non cõfunderis ex o-
mnibus adinuentionibus tuis, quas impie egiſti in me:
quia tunc auferã abs te prauitates iniuriæ tuæ: & iã nõ
adiicies, vt magnificeris ſuper montem ſanctum meũ,
& ſubrelinquã in te populum manſuetum & humilẽ:
& verebuntur à nomine domini, qui reliqui fuerint
Iſraël. Hæ ſunt reliquiæ, de quibus alibi prophetãtur:
quod Apoſtolus etiam commemorat: Si fuerit nume- Roma. 9.
rus filiorũ Iſraël, ſicut arena maris, reliquiæ ſaluæ fiẽt. Eſa. 10.
Hæ quippe in Chriſtũ illius gẽtis reliquiæ crediderũt. E

a HIeremias.) De hoc ſæpe alibi. b Sophonias.) Hũc Hebræi Sophonias
prophetam, & prophetarum filium, neporẽ, & abnepotẽ fuiſſe
tradunt. Pater enim fuit Chuſi, auus Godolias, proauus Amã-
rias, atauus Ezechias, prophetæ omnes: nam aiunt omnes ma
iores, quos in titulo nominat propheta aliquis, etiam prophetas fuiſſe.
c Spiritus, inquit, oris noſtri, dñs Chriſtus.) Sunt Chriſti multi, & dñi
multi. At Chriſtus dñs ſpiritus oris noſtri: vnictus eſt Ieſus deus, dei filius,
per quem ſpiramus, & viuimus, & ſumus: qui ſi à nobis abſcedat, minus
adhuc victuri ſumus, quàm ſi diſcedat anima. d Sed ſcribæ eius attri-
buunt, qui vocabatur Baruch.) Hieremias in libro ſuorum vaticiniorũ,
Baruch ſcribã, & miniſtrũ fuiſſe ſuũ ſignificat, cui[o] extat breuis ęphetia,
quam eccleſia recepit, quoniã de Chriſto & poſtremis temporibus ple-
raque continet. e Graue cor per omnia, & homo eſt, & quis cogno-
ſcet eũ.) Septuaginta eſt hæc interpretatio. In Hebræo vero ſic ex Hie-
ronymo: Prauum eſt cor omnium & inſcrutabile, quis cognoſcet illud?
Symmachus verba Septuaginta apertius poſuit: Inſcrutabile cor omniũ,
vir autẽ quis eſt, qui inueniat illud? Lxx. enim βαθὺς ἡ καρδία dixerunt:
quod eſt profundum cor.

De prophetia Danielis, & Ezechielis, quæ in Chriſtũ eccleſiamq; concordat. *Caput* XXXIIII.

IN ipſa porrò captiuitate Babyloniæ Daniel [a], Danie. 1.
& Ezechiel [b] prophetauerunt prius, alij ſcili- Ezechie. 1.
cet duo ex prophetis maioribus. Quorũ Da-
niel etiã tempus, quo venturus fuerat Chriſtus, atque
paſſurus, numero definiuit annorum: quod longum eſt F
cõputando monſtrare: & ab aliis factitatum eſt ante
nos. De poteſtate eius & gloria*, ſic loquutus eſt: Vide- Daniel. 7.
bam, inquit, in viſu noctis: & ecce cum nubibus cœli & * aliàs ec-
filius hominis veniens erat: & vſque ad veteſtum die- cleſia.
rum peruenit: & in conſpectu eius prælatus eſt: & ip-
ſi datus eſt principatus, & honor, & regnum: & om-
nes populi, tribus, & linguæ ipſi ſeruient. Poteſtas
eius, poteſtas perpetua, quæ non tranſibit: & regnũ eius
non corrumpetur. Ezechiel quoq; more prophetico per
Dauid Chriſtum ſignificãs, quia carnem de Dauid ſe-
mine aſſumpſit: propter quã formã ſerui, qua factus eſt
homo, etiã ſeruus dei dicitur idem dei filius: ſic eũ pro-
phetando prænunciauit ex perſona dei patris: Et ſuſci- Ezechi. 34
tabo, inquit, ſuper pecora mea paſtorem vnũ, qui paſcat
ea: ſeruum meũ Dauid: & ipſe paſcet ea: & ipſe erit eo-
rum paſtor. Ego autẽ dominus ero eis in deũ, & ſeruus
meus Dauid princeps in medio eorũ: ego dominus lo-
quutus ſum. Et alio loco: Et rex, inquit, vnus erit omni- Ezech. 37
bus imperãs: & non erũt vltra duæ gentes: nec diuidẽ-
tur amplius in duo regna: neq; polluẽtur vltra ĩ idolis
ſuis, & abominationib[o] ſuis, & in cũctis iniquitatibus
ſuis: & ſaluos eos faciã de vniuerſis ſedib[o] ſuis, in quib[o]
peccauerunt: & mũdabo eos, & erunt mihi populus: &
Y ego

G ego ero illis deus: & seruus meus Dauid rex super eos, & pastor vnus erit omnium eorum.

a Daniel. DAniel.) De filiis fuit Iuda, qui ex Daniele Balthasar vocat[a] est, ab eunucho regio, cui puerorum erat demandata cura. Maximo in precio habitus est sapientiæ nomine à Balthasare vltimo Chaldæorum rege, & deinde apud Darium Medum gratiosissimus, vt in libro Danielis ipsius, & Iosephi de antiquitatibus decimo legimus. Calumniis Porphyrij in librũ huius vatis responderunt Methodius, & Apollinaris, & Eusebius Cæsarien. præsul. b Et Ezechiel.) Hic sacerdos fuit, & simul cum Daniele in captiuitate populi Iudaici Babylone: quod ex eius scriptis aperte colligitur.

Ezechiel.

De trium prophetarum uaticinio, id est, Aggæi, Zachariæ, & Malachiæ. Caput XXXV.

1. Esdræ. 5. REstant tres minores prophetę, qui prophetauerunt in fine captiuitatis: Aggæus, Zacharias[a], Malachias[b]. Quorũ Aggæus Christũ & ecclesiam hac apertius breuitate prophe-

Aggæi. 2. tat. Hæc dicit dominus exercituũ: Adhuc vnũ modicũ, & ego cõmouebo cœlum, & terrã, & mare, & aridã: & mouebo omnes gentes, & veniet desideratus cunctis gentibus. Hæc prophetia partim iam cõpleta cernitur: partim speratur in fine cõplenda. Mouit enim cœlum, angelorũ & syderũ testimonio, quando incarnatus est Christus. Mouit terram ingenti miraculo, de ipso vir-

H ginis partu. Mouit mare & aridã, quum & in insulis, & in orbe toto Christus annunciatur. Ita moueri omnes gentes videmus ad fidẽ. Iam vero quod sequitur: Et veniet desideratus cunctis gẽtibus, de nouissimo eius expectatur aduentu. Vt enim desideratus esset expectantibus, prius oportuit eum dilectũ esse credentibus.

Zacha. 9. Zacharias de Christo & ecclesia: Exulta, inquit, valde[c] filia Sion, iubila filia Hierusalem: ecce rex tuus veniet tibi iustus, & Saluator: ipse pauper & ascẽdẽs super asinam, & super pullũ filiũ asinæ[d], & potestas eius à mari vsq; ad mare: & à fluminibus vsq; ad fines terræ. Hoc quãdo factũ sit, vt dominus Christus in itinere iumẽ-

Matth. 21. to hui⁹ generis vteretur, in Euãgelio legitur: vbi & hæc prophetia cõmemoratur ex parte, quãtũ illi loco sufficere visum est. Alio loco ad ipsum Christũ in spiritu prophetię loquẽs de remissione peccatorũ per eius san-

Zacha. 9. guinẽ: Tu quoq;, inquit, in sanguine testamẽti tui emisisti vinctos tuos de lacu, in quo nõ est aqua. Quid per hũc lacũ velit intelligi, possunt diuersa sentiri, etiã secundum rectã fidẽ. Mihi tamen videtur non eo significari melius, nisi humanæ miseriæ siccã profunditatẽ quodãmodo, & sterilẽ: vbi nõ sunt fluenta iustitiæ, sed

Psal. 39. iniquitatis lutũ. De hoc quippe lacu etiã in Psalmo dicitur: Et eduxit me de lacu miseriæ, & de luto limi*.

*al. fecis.

I Malachias prophetans ecclesiam, quã per Christũ iam cernimus propagatã, Iudæis apertissime dicit ex persona dei: Non est mihi voluntas in vobis: & munus non

Malac. 1. suscipiã de manu vestra. Ab ortu enim solis vsq; ad occasum, magnũ est nomen meũ in gentibus, & in omni loco sacrificabitur, & offeretur[e] nomini meo oblatio munda: quia magnũ nomen meũ in gentibus, dicit dominus. Hoc sacrificiũ per sacerdotiũ Christi secundũ ordinẽ Melchisedech, cũ in omni loco à solis ortu vsq; ad occasum deo iã videamus offerri: sacrificiũ autẽ Iudæorũ, quibus dictũ est: Nõ est mihi voluntas in vobis, nec accipiã de manibus vestris munus, cessasse negare non possunt: quid adhuc expectãt aliũ Christũ, quum hoc quod prophetatũ est legunt, & impletũ videt, impleri nõ potuerit, nisi per ipsum? Dicit enim paulo post

Malach. 2. de ipso ex persona dei: Testamentũ meũ erat cũ eo vitæ & pacis: & dedi ei vt timore me timeret, & à facie nominis mei reuereretur. Lex veritatis erat in ore ipsius, in pace dirigens ambulabit mecũ: & multos conuertet ab iniquitate: quoniã labia sacerdotis custodiẽt

K scientiã, & legem inquirent ex ore eius: quoniã angelus domini omnipotentis est. Nec mirandum est, quia omnipotẽtis dei ãgel⁹ dictus est Christus Iesus. Sicut enim seruus propter formã serui, in qua venit ad homines: sic & angelus propter Euangeliũ, quod nunciauit hominibus. Nam si Græca ista ita interpretemur, & Euangeliũ bona nunciatio est, & angelus nuncius est.

Malach. 3. De ipso quippe iterum dicit: Ecce mittam angelũ meũ

Matth. 11. & prospiciet viam ante faciem meã: & subito veniet in templũ suum dominus, quem vos quæritis: & angelus testamẽti, quẽ vos vultis. Ecce venit, dicit dominus deus omnipotens: & quis sustinebit diẽ introitus eius? aut quis resistet in aspectu eius? Hoc loco, & primũ, & secundũ Christi prænunciauit aduentũ. Primum scilicet, de quo ait: Et subito veniet in templũ suum do-

Ioan. 2. minus, id est, in carnem suã: de qua dicit in Euangelio, Soluite templũ hoc, & in triduo resuscitabo illud. Secundũ vero, vbi ait: Ecce veniet, dicit dominus omnipotens, & quis sustinebit diem introitus eius, aut quis

Malach. 3. L resistet in aspectu eius? Quod autẽ dicit dominus: Quẽ vos quęritis, & angelus testamenti, quem vos vultis: significauit vtiq; Iudæos secundũ scripturas quas legũt, Christum quęrere, & velle. Sed multi eorũ, quem quęsierunt, & noluerunt, venisse nõ agnouerunt: excæcati in cordibus suis, præcedẽtibus meritis suis. Quod sanẽ

Malachiæ 2. & 3. hic nominat testamentũ, vel supra, vbi ait: Testamentũ meum erit cũ eo: vel hic, vbi eũ dixit angelũ testamenti: nouum proculdubio testamentũ debemus accipere: vbi sempiterna, nõ vetus, vbi tẽporalia sunt promissa: quæ pro magno hic habentes plurimi infirmi, & deo vero taliũ rerum mercede seruientes, quãdo vident impios abũdare, turbãtur. Propter quod idem Propheta, vt noui testamenti beatitudinẽ æternã, quæ nõ dabitur nisi bonis, distingueret à veteris terrena fœlicitate, quæ plerunque datur & malis. Ingrauastis, inquit, super me

Malach. 3. verba vestra, dicit dominus, & dixistis: in quo detraximus de te? Dixistis: vanus est omnis, qui seruit deo: & quid plus, quia custodiuim⁹ obseruationes eius, & quia ambulauimus supplicãtes ante faciẽ domini omnipotentis? Et nunc nos beatificamus alienos: & reędificantur omnes, qui faciunt iniqua: & aduersati sunt deo & salui facti sunt. Hæc oblocuti sunt, qui timebant dominum, vnusquisq; ad proximũ suũ: & animaduertit dominus, & audiuit: & scripsit librũ memoriæ in conspe-

M ctu suo, eis qui timent dominũ, & reuerentur nomen

Malach. 3. eius. In isto libro significatũ est testamẽtũ nouum. Deniq; quod sequitur, audiamus: Et erũt mihi, dicit dominus omnipotens, in die, quã ego facio, in acquisitionẽ: & eligã eos, sicut homo eligit filiũ suum seruientẽ sibi: & cõuertemini, & videbitis inter iustũ & iniustum: & inter seruientẽ deo, & non seruientem. Quoniam ecce

Malach. 4. dies venit ardens sicut clibanus, & concremabit eos: & erunt omnes alienigenæ, & omnes facientes iniquitatẽ stipula: & incendet illos dies, qui aduenit: dicit dominus omnipotens, & nõ derelinquetur eorũ radix, neq; sarmentum, & orietur vobis timentibus nomen meũ, sol iustitię, & sanitas in pennis eius, & exibitis, & exultabitis sicuti vituli ex vinculis resoluti, & cõculcabitis iniquos, & erũt cinis sub pedibus vestris in die, in quo ego facio, dicit dominus omnipotens. Hic est, qui dicitur dies iudicij, de quo suo loco, si deus voluerit, loquemur vberius.

a AGgæus, Zacharias) Horũ meminit Esdras primi libri quinto capite. In superiore nanque quum dixisset, tunc intermissum est opus domini in Hierusalem, & non fuit vsque ad annum secundũ Darij regis Persarũ: Addidit, Prophetarunt autẽ Aggæus

A Aggæus propheta, & Zacharias filius Addo, prophetãtes ad Iudæos, qui erant in Iuda & Hierusalẽ. Tunc surrexerunt Zorobabel filius Salathiel, & Iosue filius Iosedech, & cœperunt ædificare templum domini in Hierusalem, & cum eis prophetæ dei adiuuantes eos. & ipsi se tẽporibus Dárij vaticinatos testantur etiã eodem secundo Darij anno. Cæterum, Zacharias non se Addo filium, sed nepotẽ scribit, ex filio Barachia. Nec dubitãt, inquit Hieronymus, quin hic sit Addo, qui iuxta Paralipomenon librum missus est ad Hieroboam filium Nabath, sub quo alcare diruptũ est, & manus regis aruit. Rursũmque ad preces illius restituta est, secundo Paralipo. xij. & tertij Reg. xiij. sed in neutro sacrarũ literarum loco nominatur Addo, in libro Reg. subticetur prophetę nomẽ, in Paralip. nũcupatur Semeius, & Propheta, qui illis temporibus vixerit, nõ potuit ne atauus quidem esse hominis Iudaici Babylone captiui. Iam illud ne admonendum quidẽ est, non hunc esse Zachariã illum Ioiadæ filiũ, quem occidit Ioas rex Iuda, secundi Paralipomenon vigesimo quarto, cuius meminit Christus dominus, Matthæi vigesimo tertio, dicens, illum occi-

Malachias sum inter templũ, & altare. b Malachias.) Hic est, quem Septuaginta vocarunt ἄγγελόν αὐτου, hoc est, angelum eius. Hebraice nanque nuncium meum sonat. Quam ob causam Origenes, quum in hunc Prophetã scriberet, significationem dedit, putare se angelum fuisse, qui prophetarit, si Hieronymo credimus, cæteri Malachiã nominarũt. Neque enim nomina cũ in alias linguas veniunt, ex etymologia mutãda sunt. Nemo enim Platonem vocat latum: aut Aristotelem optimũ perfectũ: vel Iosue seruatorem, vel Athenas Mineruas. Relinquuntur enim nomina, vt cuique in proprio sunt imposita sermone. Alioqui non lux adderetur iis, quorum verterentur in alienas linguas nomina, sed obscuraretur claritas quã habebãt prius. quo magis miror esse, qui sibi peregrina & Græca nomina ascifcunt iuxta etymon suorum patria lingua, qui dum sibi famã parare student, plus media illius parte sese fraudant. quanto simplicius, & prudẽtius, addẽ etiam ad rerum naturam accommodatius Cæsar, qui Gallos omnes & Germanos suis ipsorum appellauit nominibus, inflexis tãtum finibus in formam Latinorum. Cæterum Malachiã non desunt, præsertim ex Hebræis, qui putent Esdram esse propter consonantiam librorum, & sub Dario Histaspis filio prophetasse credẽtur. De Esdra proximo capite. c Exulta, inquit valde.) Hic locus depranatus est, vt cætera, ab eo qui nostram editionem voluit sequi. Lxx. sic habent:

B χαῖρε σφόδρα θύγατερ σιὼν κήρυσσε θύγατερ ἱερουσαλὴμ. ἰδοὺ ὁ βασιλεύς ἔρχεται σοι δίκαιος, καὶ σώζων ἐυτους. πραΰς, καὶ ἐπιβεβηκὼς ἐπὶ ὑποζύγιον, καὶ πῶλον νέον,

id est, Lætare vehementer filia Sion, prædica filia Hierusalem: ecce rex tuus venit tibi iustus & seruans eos, mãsuetus & vehens subiugali & pullo nouo. Illud quoque χαῖρε σφόδρα posset esse salutantis, ſalue multum.

d Et super pullum filium asinæ.) In Hebræo legitur, super asinam, & super pullum filium Asinæ. Matthæus sic in vigesimoprimo capite sui Euãgelij: καὶ ἐπιβεβηκὼς ἐπὶ ὄνον, καὶ πῶλον ὑπὸ ὑποζύγιου, sedens super asinam & pullum filium subiugalis. Subiugalis vero erat Iudaïcus populus iugo tot ceremoniarum pressus. Pullus vero nouus & liber, populus gentium. In vtroque populo sedet dominus, vt vtrunque purget, & trahat ad se.

e Sacrificabitur & offeretur.) Apud Lxx. est in præsenti sic: θυμιᾶται προσφέρεται τῷ ὀνόματί μου καὶ θυσία καθαρά: sed prophetæ futura, quia vident tanquam præsentia enunciant sæpe etiam vt præterita, sicut ea quæ sequuntur, in quibus quædam sunt mutata à traditione Lxx.

De Esdra, & Machabæorum libris. Cap. XXXVI.

1. Esdræ. 5. POst hos tres prophetas, Aggæum, Zachariã, Malachiam, per idem tempus liberationis populi ex Babylonica seruitute, scripsit etiã Esdras[a], qui magis rerum gestarum scriptor est habitus,

C quàm propheta: sicuti est liber, qui appellatur Hester[b]:

Hester. 1. cuius res gesta in laudem dei non longe ab his tempo-

3. Esdræ. 3. ribus inuenitur: nisi forte Esdras in eo Christum prophetasse intelligẽdus est, quod inter iuuenes quosdam orta quæstione, quid amplius valeret in rebus: cũ reges vnus dixisset: alter vinum: tertius mulieres, quę plerũq; regibus imperarent: idem tamen tertius veritatẽ[c] super omnia demonstrauit esse victricem. Consulto au-

Ioan. 14. tem Euãgelio, Christum cognoscimus esse veritatem, Ab hoc tempore apud Iudęos restituto templo, non reges, sed principes fuerũt vsq; ad Aristobolum[d]: quorũ supputatio temporũ, non in scripturis sanctis, quæ canonicæ appellãtur: sed in aliis inuenitur, in quibus sunt

Machab. 7 & Machabæorũ libri[e]: quos non Iudæi, sed ecclesia pro canonicis habet, propter quorũdam martyrum passiones[f] vehementes, atq; mirabiles: qui ante quàm Christus venisset in carnem, vsq; ad mortẽ pro dei lege certauerunt, & mala grauissima atq; horribilia pertulerũt.

a Esdras. SCripsit etiam Esdras.) Hic fuisse dicitur scriba legis peritissimus, quem Hierony. tradit fuisse Iosedech, cuius filius fuit Iesus sacerdos magnus, quem ferunt incensos à Chaldæis legis libros memoriter restituisse, nõ sine numine, commutasseq; literas Hebraïcas, ne cum Samaritanis, qui ex gentibus in Iudæam venerant, Iudæi miscerentur. Author Eusebius. Eis postea literis vsi sunt Iudæi figura tantũ & D apicibus à Samaritanicis, quæ fuerunt priscæ illæ à Mose datæ, discrepãtes. b Sicuti est liber, qui appellatur Hester.) Hester hystoriam Iosephⁿ Hester. refert in tempora Artarxerxis, quẽ Cyrum dicit vocatum esse. Darij enim Histaspe geniti filius fuit Xerxes huius Artarxerxes, cognominat⁹ μακρόχειρ: quo regnante, periculum tantum fuit Iudæo nomini ab Amã, propter Mardochęum patruum Hester, vt in libro Hester narratur. Eiusdem est sentẽtiæ Nicephorus Græcus scriptor. At Eusebius nõ posse per hæc tempora Hester: & discrimen Iudęorum contigisse, videlicet Esdra, qui sub hoc Artarxerxe rege, suæ gẽtis acta perseqnit⁹ est, à de tantis reb⁹ non taciturio. Itaque illa omnia posteriora facit, statuitque in regno Artarxerxis μνήμονα, hoc est memoris Darij nothi filij, quem ab Hebręis Assuerum vocari solitũ perhibet: astipulatorem sibi habet Bedam in tem poribus. Cæterum vereor, ne non tã Eusebio constet sua ratio, quàm Iosepho. Nos hic in plerisque alienas potius sententias referimus, quam aperimus nostram. c Idem tamen tertius veritatẽ.) Hic est Zorobabel, qui veritatẽ cæteris præstare, vi ac vitare dicit, tertio Esdræ tertio capite. Et Iosephus. xj. lib. Antiqui. sed tertius & quartus libri Esdræ inter aprocrypha reiiciuntur, quos Hieronymus vocat somnia. d Vsque Aristobo- ad Aristobolũ.) Eusebius sic inquit, Aristobolus filius Ionathæ rex pari- lus. ter & pontifex, primus apud Iudæos diadematis sumpsit insigne: post ccccl xxiiij. annos Babylonicæ captiuitatis, intellige ex quo Nabuchodonosor populum in Chaldæam trãstulit. e Et Machabæorũ libri.) Machabæorũ liber prior Hebraïce lectus est ab Hieronymo, alter Græce tantum, aitq; ex ipsa phrasi probari posse à primo esse Græce cõscriptũ. Idem aduersus Pelagianos Iosephũ nominat Machabæorum historiæ scriptorem. Nescio an authorem significet horum duorum voluminum Machabææ historiæ, quã inter sacra habemus, an libelli cuiusdam, qui separatim Græcus circũfertur ἰωσήππου περὶ τοῦ μακκαβάιων. est & tertiⁿ Machabæorũ Græcus itidem, nondũ, quòd sciam, versus in linguã Latinam: hunc non videtur ecclesia recepisse in canonem. f Propter quorũdã martyrum passiones.) Nam septem fratres cum matre iussi ab Antiocho rege patrias leges violare maximo animo se potius excarnificari passi E sunt, quàm vt in legem dei peccarent.

Quòd prophetica authoritas omni origine gentilis philosophiæ inueniatur antiquior. Cap. XXXVII.

1. Esdræ. 1. TEmpore igitur nostrorum prophetarũ[a], quorum iam scripta ad notitiam ferè omnium gentium peruenerunt, philosophi gentium nondum erant, qui hoc etiam nomine vocarentur, quod cœpit à Samio Pythagora[b], qui eo tempore quo Iudæorum soluta est captiuitas cœpit excellere atq; cognosci. Multo ergo magis cæteri philosophi post prophetas reperiuntur fuisse. Nam ipse Socrates[c] Athenienſis magister omnium, qui tunc maxime clarũerunt, tenens in ea parte, quæ moralis, vel actiua dicitur, principatum, post Esdram in Chronicis inuenitur. Nõ multo post etiam Plato natus[d] est, qui longè cæteros Socra- Li. 2. de tis discipulos anteiret. Quibus si addamus etiam superiores, qui nondum philosophi vocabantur, septem scilicet sapientes, ac deinde physicos, qui Thaleti succesſe doctrina runt in perscrutanda natura rerum studium eius imitati, Anaximandrum scilicet & Anaximenem, & Ana Christiana ca. 28. F xagoram, aliosq; nonnullos, antequam Pythagoras se philosophum primus profiteretur*, nec illi prophetas nostros vel vniuersos temporum antiquitate pręcedũt: quandoquidem Thales, post quem cæteri fuerunt, regnante Romulo eminuisse fertur, quando de fontibus Israël in eis literis, quæ toto orbe manarent prophetiæ flumen erupit. Soli igitur illi theologi poëtę, Orpheus, Linus, Musæus, & si quis alius apud Græcos fuit, his prophetis Hebræis, quorum scripta in authoritate habemus, annis reperiuntur priores. Sed nec ipsi verum Theologum nostrum Moysen, qui vnum verum deum Exod. 2. veraciter prædicauit, cuius nũc scripta in authoritatis canone prima sunt, tẽpore præuenerũt, ac per hoc quãtum ad Græcos attinet, in qua lingua literæ huius secuſi maximè floruerunt*, nihil habent vnde sapientiam *aliâs fera suam iactent, quò religione nostra, vbi vera sapientia buerunt. est, si nõ superior, saltẽ videatur antiquior. Verùm quod fatendum est, non quidem in Græcia, sed in barbaris gẽtibus, sicut in Aegypto iã fuerat ante Moysen nonnulla doctrina, quæ illorũ sapientia diceretur, alioquin nõ scriptũ esset in libris sanctis, Moysen eruditũ fuisse

G omni ſapientia Aegyptiorũ:tunc vtiq; quando ibi natus eſt,& à filia Pharaonis adoptatus [e] atq; nutritus, etiam liberaliter educatus eſt. Sed nec ſapientia Aegyptiorum ſapientiam prophetarum noſtrorũ tempore antecedere potuit,quandoquidẽ & Abraham Propheta fuit. Quid autem ſapientiæ eſſe potuit in Aegypto, antequàm eis Iſis,quam mortuã tanquam deã magnã colendã putauerunt,literas traderet? Iſis porrò Inachi filia fuiſſe proditur, qui primus regnare cœpit Argiuis,quando Abrahæ iam nepotes reperiuntur exorti.

Exod.2.

Supra eodem cap.3. Gene.25.

a TEmpore igitur noſtrorum prophetarũ.) Auguſtinus hoc capite colligit ſcripta veteris teſtamenti eſſe antiquiora ſapiẽtibus, & philoſophis Græciæ,quod multis argumentis oſtendunt Ioſephus contra Appionem,Euſebius in Euange. præpara.& Iuſtinus martyr ad gẽtes. Cæterum hoc ex iis,quæ à nobis ſuperioribus huius libri capitibus ſunt adducta, ſatis ſuperque poteſt liquere. b Quod cœpit à Samio Pythagora.) Pythagoram Cicero dicit fuiſſe ſuo regnãte gentili,hoc eſt,Seruio Tullio,idẽ Liuius libro.j. haud dubie vixit tẽporibus Cyri Perſæ,& Tullij Romani regis,ſed vltimis.floruit enim ſexageſima olympiade,quæ in regnũ Tarquinij Superbi incurrit.Euſebius mortem eius in.lxx.olympiade locat,quo tẽpore iam Hieroſolymis Iudæi captiuitate ſoluti tranquille degebant. c Nam ipſe Socrates.) Socrates,vt Apollodor[o] inquit.lxxvij.olymp.anno quarto quadragẽta ferè annis,poſtquam Iudæi à Dario iuſſi ſunt templum & vrbem reparare. d Nõ multo põſt etiam Plato natus.) Octogeſima octaua Olymp. eodem authore. e Et à filia Pharaonis adoptatus.) Artapanus, vt tradit Euſebius lib.ix.prepa.ait Mœrin Chenephris Aegyptiorũ regis filiam, quum ipſa non pareret,adoptaſſe puerum Iudæum, quem Hebræi Moſen,Græci Muſæum vocant:

Pythagoras.

H

Quod quædam ſanctorum ſcripta eccleſiaſticus canon propter nimiam non receperit uetuſtatem, ne per occaſionem eorum falſa ueris inſererentur.

Caput XXXVIII.

Gene.6.& 7.

IAm vero ſi lõge antiquiora repetam, & ante illud grãde diluuiũ noſter erat vtiq; Noë patriarcha, quẽ prophetã quoq; non immerito dixerim. Siquidẽ ipſa arca quam fecit, & in qua cum ſuis euaſit,prophetia noſtrorum temporum fuit. Quid Enoch ſeptimus ab Adam? Nónne etiam in canonica epiſtola Apoſtoli Iudæ prophetaſſe prædicatur? quorũ ſcripta,vt apud Iudæos,& apud nos in authoritate nõ eſſent,nimia fecit antiquitas, propter quam videbantur habenda eſſe ſuſpecta,ne proferrẽtur falſa pro veris. Nam & proferuntur quædã quæ ipſorum eſſe dicuntur ab eis,qui pro ſuo ſenſu paſſim, quod volũt credunt. Sed ea caſtitas canonis non recepit: nõ quod eorum hominũ qui deo placuerunt, reprobetur authoritas,ſed quod iſta eſſe non credãtur ipſorũ. Nec mirum debet videri,quod ſuſpecta habeãtur,quæ ſub tãtæ antiquitatis nomine proferũtur,quandoquidẽ in ipſa hiſtoria regum Iudæ & regum Iſraël, quæ res geſtas continet, de quibus eidẽ ſcripturæ canonicæ credimus,cõmemorantur plurima, quæ ibi non explicantur, & in libris aliis inueniri dicuntur [a], quos prophetæ ſcripſerunt,& alicubi eorũ quoq; prophetarũ nomina non tacentur:nec tamen inueniuntur in canone, quem populus dei recepit. Cui[o] rei fateor cauſa me latet, niſi quod ego exiſtimo etiam ipſos quibus ea, quæ in authoritate religionis eſſe deberent, ſanctus vtiq; ſpiritus reuelabat,alia ſicut homines hiſtorica diligentia, alia ſicut prophetas inſpiratione diuina ſcribere potuiſſe, atque hæc ita fuiſſe diſtincta,vt illa tanquam ipſis, iſta vero tanquam deo per ipſos loquenti iudicarentur eſſe tribuenda:ac ſic illa pertinerent ad vbertatẽ cognitionis, hæc ad religionis authoritatem,in qua authoritate cuſtoditur canon: præter quem ſi qua iam etiam ſub nomine verorum prophetarum ſcripta proferuntur, nec ad ipſam copiam ſcientię valẽt, quoniã vtrũ eorũ ſint, quorum eſſe dicuntur,incertum eſt : & ob hoc eis non adhibetur fides,maxime his,in quibus etiam contra fidem librorum canonicorum quædam leguntur, propter quod ea prorſus illorum non eſſe apparet.

Iudæ.1.

1.Para.29. 1.Parali.9. 13.20. & 31.

K

a ET in libris aliis inueniri dicuntur.) Nam in fine primi lib. Paralipomenon geſta Dauid dicuntur cõſcripta à Samuẽle & Nathã, & Gad Prophetis:tum in cap.ix.poſterioris lib. Paralipomenon acta Salomonis perſecutus dicitur Nathan vates, & Athias Sylonita,& Addo Aropheta,qui etiã retuliſſe diligẽtiſſime fertur Acta Abia regis Iuda.geſta quoque Ioſaphat perſcripſit Iehu filius Anani.ij. Paralipomenon.xx.

De Hebraicis literis,quæ nunquam in ſuæ linguæ proprietate non fuerunt. *Caput* XXXIX.

NOn itaq; credendũ eſt, quod nonnulli arbitrantur,Hebræam tantũ linguam, per illum qui vocabatur Heber,vnde Hebræorum vocabulũ eſt,fuiſſe ſeruatã, atq; inde perueniſſe ad Abraham:Hebræas autẽ literas à lege cœpiſſe [a],quæ data eſt per Moyſen,ſed potius per illam ſucceſſionem patrum,memoratã linguã cum ſuis literis cuſtoditam. Deniq; Moyſes in populo dei conſtituit, qui docendis literis præeſſent, priuſquam diuinæ legis vllas literas noſſent.Hos appellat ſcriptura grammatõ iſagogos [b], qui Latine dici poſſunt literarũ inductores, vel introductores,eo quòd eas inducant,id eſt,introducãt quodammodo in corda diſcentium,vel in eos potius ipſos quos docent. Nulla igitur gens de antiquitate ſapientiæ ſuæ ſuper Patriarchas & Prophetas noſtros,quibus inerat diuina ſapientia, vlla ſe vanitate iniqua iactauerit,quando nec Aegyptus inuenitur, quæ ſolet falſo & inaniter de ſuarũ doctrinarũ antiquitate gloriari, qualicunq; ſapientia ſua Patriarcharum noſtrorũ tempore præueniſſe ſapientiã. Neq; enim quiſquam dicere audebit mirabiliũ diſciplinarũ eos peritiſſimos fuiſſe, antequàm literas noſſent,id eſt,antequàm Iſis eò veniſſet eaſq; ibi docuiſſet.Ipſa porrò eorũ memorabilis doctrina,quæ appellata eſt ſãpientia, quid erat niſi maxime aſtronomia, & ſi quid aliud taliũ diſciplinarum [c] magis ad exercenda ingenia,quàm ad illuminãdas vera ſapientia mentes valere ſolet? Nam quod attinet ad philoſophiã,quæ ſe docere aliquid profitetur, vnde fiãt homines beati,circa tẽpora Mercurij,quẽ Triſmegiſtũ vocauerunt, in illis terris eiuſmodi ſtudia claruerunt. Longe quidẽ ante ſapientes quàm philoſophos habuit Græcia [d]:ſed tamen poſt Abraham,& Iſaac,& Iacob,& Ioſeph:nimirum etiam poſt ipſum Moyſen. Eo quippe tempore,quo Moyſes natus eſt, fuiſſe reperitur Atlas ille magnus aſtrologus Promethei frater, maternus auus Mercurij maioris, cuius nepos fuit Triſmegiſtus ille Mercurius.

Gene.10. Supra lib. 16.cap.11.

L

M

a HEbræas autem literas à lege cœpiſſe.) Vulgaris & noſtrorum & Hebræorum opinio literas Hebræas Moſen habuiſſe authorem,quod Eupolemus,& Artapanus aliiq; prophani ſcriptores aſſerunt,qui Moſen ſapientiſſimũ fuiſſe hominem tradunt,literarũque inuentorẽ,quas Iudæis tradidit,à quibus vicini Phœnices acceperunt,à Phœnicibus Græci per Cadmum. Quin & Aegyptiis quoque dediſſe Moſen literas Artapanus idem credit: Moſenq; eſſe Mercurium illũ(ſic enim eũ vocauerũt Aegyptij) quem apud Græcos omnes Latinoſq; ſcriptores literas gentẽ Aegyptiam docuiſſe conſtat. Quod ſi quis inquirat,quibus ergo ſapientia illa Aegyptiorum continebatur literis,qua Moſen inſtitutũ eſſe legimus,inueniet forſan voce tantum eã ſolitam tradi percipique,& docentium diſcentiũque memoria aſſeruari, literarũ,ſi quæ tũc erãt,formas,imagines fuiſſe animaliũ, quæ ἱερογλυφικὰ γράμματα,hoc eſt,literas in ſacris ſculptas nominabant. Philo vero Iudæus ad Abraham inuentionem literarũ Hebraicarum refert: ſed multis ante Abraham annis literæ videntur fuiſſe.nã Ioſephus primo antiquitatum narrat à filiis Seth filij Adam duas erectas columnas,lapideã vnã, alteram lareritiam,inſcriptãſque in eis artes,quas ipſi inueniſſent, quarũ lapidea etiam ætate ſua maneret in Syria.Has literas videtur Auguſtin[o] hoc loco Hebræas nominare. b Grammatos Iſagogos.) Alibi grammaton iſagogos. legendum grammatoiſagoges, γραμματοισαγωγοὺς:ſic vocantur apud Lxx. ij,quos Hierony.vertit doctores.Deutero. xxix.& xxxj.Numeri vero γραμματεῖς nominãtur,quòd vertit magiſtros. ſunt etiã γραμματεῖς Scribæ,de quibus multa mentio in Euãgelio.hi erãt, qui ſacrorũ librorũ literã tantũ docebãt,nec ab ea recedebãt, vel culmũ latũ: qui vero maius quiddã profitebãtur,Phariſæi noũati ſunt,à Phares,quod eſt diuiſio.q.ſe velut meliores à multis diuidẽtes ſeparanteſq;, & vtrique tam

Moſes.

Scribæ.

Phariſæi.

A tam Scribæ,quàm Phariſæi in cathedra Moſis ſedebant populo legem enarrantes:Scribæ ad cognitionem literę,ſenſuq; hiſtorici,ac velut introductionem rerum altiorum,ac ſecretarum,quas phariſæi explicabãt. c Quid erat niſi maxime aſtronomia,& ſi quid aliud talium diſciplinarum.) Geometria,arithmetica,& aſtronomia, nam in his plurimũ veteres ſeſe Aegyptij exercuerunt:quarum geometriã neceſſitate excoluerunt,quippe qua in primis egebant,quũ turbatis increſcente Nilo agrorum finibus, poſtquàm amnis in ſuum alueum redierat,ſua cuique eſſent reſtituenda,nec alia ratione conſtare poſſent argrorum dimẽſus, niſi adhibita,quæ ex certis coalita principiis fallere peritos menſores nequirent:ideo geometria eſt nominata.q.terræ mẽſio. aſtronomiæ vero ſeſe dediderunt commoditate,vt qui ſerenas ſemper haberẽt noctes, aſpicerẽtque tractum cœli late patentẽ nullis nubibus,nullis nebulis turbatũ, facile ortus,occaſus,progreſſus regreſſũſque ſyderum animaduertere poterunt,quæ res & ad cognitionem erat iucũdiſſima,& ad vitã fructuoſiſſima,& humani ingenij:exercitatione digna, tum his duabus geometriæ & aſtrologiæ addita eſt illa veluti ſubſeruiens , & cuius miniſterio hæ carere non poſſunt,cognitio numerorum, quæ arithmetica dicitur. d Longe quidẽ antè ſapientes quàm philoſophos habuit Græcia.) Alibi ſic,longe quippe ante ſapientes vel philoſophos Græciæ.

De Aegyptiorum mẽdaciſſima uanitate,quæ antiquitati ſcientiæ ſuæ centum millia adſcribit annorum.

Caput XL.

ERuſtra itaque vaniſſima præſumptione gariunt quidam dicentes , ex quo rationem ſyderum cõprehendit Aegyptus amplius quàm centum annorum millia numerari.In quibus enim libris iſtum numerum collegerunt,qui non multum ante annorum duo millia literas magiſtra Iſide didicerunt?Non enim partus author eſt in hiſtoria Varro, qui hoc prodidit,quod à literarum etiam diuinarum veritate non diſſonat.Cùm enim ab ipſo primo homine,qui eſt appellatus Adam,nondum ſex milia annorum compleantur , quomodo non iſti ridendi potius, quàm refellendi ſunt,qui de ſpatio temporum tam diuerſa,& huic exploratæ veritati tam contraria perſuadere conãtur?Cui enim narranti melius præterita credimus,quàm qui etiam futura prædixerit,quæ præſentia iam videmus?Nam & ipſa hiſtoricorũ inter ſe diſſonantia copiam nobis prębet,vt eis potius credere debeamus, qui diuinæ,quam tenemus,non repugnant hiſtoriæ. Porrò autem ciues impię ciuitatis,diffuſi vſquequaque per terras , cum legunt doctiſſimos homines, quorum nullius contemnẽda videatur authoritas , inter ſe de rebus geſtis ab ætatis noſtræ memoria remotiſſimis diſcrepantes , cui potius credere debeant, non inueniũt. Nos verò in noſtræ religionis hiſtoria,fulti authoritate diuina,quicquid ei reſiſtit non dubitamus eſſe falſiſſimum,quomodolibet ſeſe habeant cætera in ſecularibus literis,quæ ſiue vera ſeu falſa ſint, nihil momenti afferunt,quo rectè beateq; viuamus.

B

C

De philoſophicarum opinionum diſſenſionibus,& canonicarum apud Eccleſiam concordia ſcripturarum. *Caput* XLI.

VT autem iam cognitionem omittamus hiſtoriæ,ipſi philoſophi à quibus ad iſta progreſſi ſumus,qui non videntur laboraſſe in ſtudiis ſuis,niſi vt inuenirent,quomodo viuendum eſſet accõmodate ad beatitudinem capeſcenda m,cur diſſenſerũt & à magiſtris diſcipuli,& inter ſe cõdiſcipuli,niſi quia vt homines humanis ſenſibus & humanis ratiocinationibus iſta quæſierũt? Vbi quanuis eſſe potuerit & ſtudium gloriandi [a], quo quiſque alio ſapientior & acutior videri cupit,nec ſententię quodammodo addictus alienæ,ſed ſui dogmatis & opinionis inuentor: tamen vt nonnullos vel etiam plurimos eorum fuiſſe concedam,quos à ſuis doctoribus vel diſcẽdi ſociis, amor veritatis abruperit,vt pro ea certarent,quam veritatẽ putarent,ſiue illa eſſet,ſiue nõ eſſet:quid agit, aut quò, vel quã vt ad * beatitudinẽ peruenianturhumana ſe porrigit infœlicitas,ſi diuina non ducit authoritas?Denique authores noſtri,in quibus non fruſtra ſacrarũ literarũ figitur,& terminatur canon,abſit,vt inter ſe aliqua ratione diſſentiãt. Vnde non immerito cũ illa ſcriberẽt, eis deũ vel per eos locutũ:nõ pauci in ſcholis atq; gymnaſiis litigiõſis diſputationibus garruli,ſed in agris atque in vrbibus cũ doctis atq; indoctis tot tantiq; populi crediderunt.Ipſi ſanè pauci eſſe debuerunt,ne multitudine vileſceret,quod clarũ * religione eſſe oporteret, nec tamen ita pauci, vt eorũ non ſit mirãda cõſenſio. Neq; enim in multitudine philoſophorum, qui labore etiam literario monimenta ſuorũ dogmatum reliquerũt,facile quis inuenerit,inter quos cuncta quę ſenſere cõueniant,quod oſtẽdere hoc opere lõgũ eſt. Quis autẽ ſectæ cuiuſlibet author ſic eſt in hac dæmonicola ciuitate approbatus,vt cæteri improbarentur, qui aduerſa & diuerſa ſenſerunt?Nónne apud Athenas & Epicurei claruerũt aſſerentes res humanas ad deorum curã non pertinere: & Stoici , qui contraria ſentientes eas regi atq; muniri diis adiutoribus atq; tutoribus diſputabãt? Vnde miror cur Anaxagoras reus factus ſit, quia ſolẽ eſſe dixit lapidẽ ardentem [b], negans vtiq; deum, cũ in eadem ciuitate gloria claruerit, floruerit Epicurus, vixeritq; ſecurus,non ſolum ſolem,vel vllum ſyderũ deũ eſſe non credens,ſed nec Iouem , nec vllum deorũ [c] omnino in mundo habitare cõtendens ad quem precẽs hominũ ſupplicationeſq; peruenianT. Nónne ibi Ariſtippus in voluptate corporis ſummũ bonũ ponens: ibi Antiſthenes virtute animi potius hominem fieri beatum aſſeuerãs,duo philoſophi nobiles & ambo Socratici in tam diuerſis atq; inter ſe contrariis finibus vitæ ſummã locantes,quorũ etiã ille fugiendã, iſte adminiſtrandã ſapienti dicebat eſſe Rempublicã, & ad ſuam quiſq; ſectã ſectãdam diſcipulos congregabat? Nempe palam in conſpicua & notiſſima porticu [d] in gymnaſiis [e],in hortulis [f],in locis publicis, ac priuatis cateratim pro ſua quiſq; opinione certabant. Alij aſſerentes vnum [g],alij innumerabiles mũdos: ipſum autẽ vnum, alij ortum eſſe,alij vero initiũ nõ habere: alij interiturum,alij ſemper futurũ:alij mente diuina, alij fortuitu & caſibus agi. Alij immortales eſſe animas,alij mortales:& qui immortales,alij reuolui ĩ beſtias, alij nequaquam: qui vero mortales, alij mox interire poſt corp[o], alij viuere etiã poſtea vel paululũ,vel diutius, nõ tamẽ ſemper. Alij cõſtituentes in corpore finẽ boni, alij in animo,alij in vtroq;,alij extrinſecus poſita etiã bona ad animã & corpus addẽtes,alij ſenſibus corporis ſemper, alij nõ ſemper, alij putantes nunquàm eſſe credẽdum. Has & alias penè innumerabiles diſſenſiones philoſophorum,quis vnquàm populus,quis ſenatus,quæ poteſtas,vel dignitas publica impiæ ciuitatis diiudicandas, & alias probãdas,ac recipiendas, alias improbãdas repudiandaſq; curauit,ac nõ paſſim ſine vllo iudicio cõfuſeq; habuit in gremio ſuo tot cõtrouerſias hominum diſſidẽtium,nõ de agris,& domibus, vel quacunq; pecuniaria ratione,ſed de his rebus,quibus aut miſere viuitur,aut beate? Vbi etſi aliqua vera dicebantur, eadẽ licẽtia dicebantur & falſa prorſus, vt non fruſtra talis ciuitas myſticum vocabulum Babylonis acceperit. Babylon quippe interpretatur confuſio,quod nos iam dixiſſe meminim[o]. Nec intereſt diaboli regis eius, quàm contrariis inter ſe rixẽtur erroribus,quos merito multæ variæq; impietatis pariter poſſidet. At vero gens illa, ille populus , illa ciuitas , illa Reſpublica , illi Iſraëlitæ, quibus credita ſunt eloquia dei , nullo modo pſeudoprophetas cum veris prophetis pari licentia *

D

L

M

Gene.11.

*quũ aiunt quò, uel quã ad. &c.

*aliàs cha rum.

*aliàs pa rilitate li centiæ.

confu-

G confuderunt, sed concordes inter se atque in nullo dissentientes, sacrarũ literarũ veraces ab eis agnoscebãtur & tenebãtur authores. Ipsi eis erãt philosophi, hoc est, amatores sapientiæ, ipsi sapiẽtes, ipsi theologi, ipsi prophetæ, ipsi doctores probitatis atque pietatis. Quicunq; secundum illos sapuit, & vixit, non secũdum homines, sed secũdum deum, qui per eos locutus est, sapuit & vixit. Ibi si prohibitum est sacrilegiũ, deus prohibuit. Si
Exod. 20. dictum est, Honora patrem tuum & matrẽ tuam: deus iussit. Si dictum est: Non mœchaberis, nõ homicidium facies, non furaberis, & cætera huiusmodi: nõ hæc ora humana, sed oracula diuina fuderũt. Quicquid philosophi quidam [h] inter falsa, quę opinati sunt, verum videre potuerunt, & laboriosis disputationibus persuadere moliti sunt, quod mundũ istum fecerit deus, eumq; ipse prouidentissimus administraret, de honestate virtutum, de amore patriæ, de fide amicitiæ, de bonis operibus, atque omnibus ad mores probos pertinentibus rebus, quanuis nescientes ad quem finem, & quo nã modo essent ista omnia referenda, propheticis, hoc est, diuinis vocibus, quanuis per homines in illa ciuitate populo commendata sunt, non argumentationum concertationibus inculcata, vt nõ hominis ingenium, sed
H dei eloquiũ cõtẽnere formidaret, qui illa cognosceret.

a QVanuis esse potuerit & studium gloriandi.) Ea res transuersos agit quàm plurimos scriptores, affértque in disciplinas memorabiles errores, & perniciosos, dum mauult quisque author esse suæ sententiæ, quàm assertor alienæ, cęci non videt quanta sit laus, & paruisse bene monenti, & benedicenti assensisse. Hominem noui non tam doctũ quàm arrogantem iactabũdumq;, qui se & scripturum multa profitebatur, & non secus vitaturum, quæ quis antea dixisset, quàm Aspides, vel Basliscos: longe enim malle se
Anaxagoras. scientem prudẽtémque falsum pro vero affirmare, quàm alienę opinioni acquiescere. b Anaxagoras reus factus sit, quia solem esse dixit lapidem ardentem.) Quum olim lapis in Aegos Thraciæ amnem ẽ cœlo cecidisset, Anaxagoras, quẽ etiã prædixisse ferũt id futurũ, affirmauit cœlum omne ex lapidibus constare, solemq; ipsum candens esse saxum. Idcirco Euripides eius discipulus in Phaëthonte tragœdia solem auream glebam nominauit, eam ob causam, vt Sotion in successionibus narrante Laërtio Diogene scribit, Anaxagoras à Cleone impietatis accersitus,
Epicurus. defensũq; à Pericle discipulo, talentisque quinque atque exilio mulctatus est. Alij aliter. Inter omnes penè constat, capitali supplicio, cui addictus erat sententiis iudicũ subtractum à Pericle, qui opibus & gratia plurimum in ciuitate poterat, ideo à Poëtis fictum Iouem irritatum impietate Anaxagoræ iaculatum graue fulmen in eum, sed Anaxogoram protectum à Pericle, fulmen diuersum abiisse. c Sed nec Iouem, nec vllũ deorum.) Epicurus deos quidem dixit esse, sed ad illos nihil spectare de nostris rebus, nec gratia, nec ira moueri, aut tangi: itaque neuera deos sustulit, metu autem Areopagi & ciuium suorum reliquit, sed tales, quales si ipsi sunt, nihil opus est eis, atque vt dicit apud Ciceronem Cotta, valeãt. d In conspicua & notiss. porticu.) Stoici in porticu, quæ pœcila, id est, varia dicebaẽ. e In gymnasiis.) Vt Peripatetici in Lyceo. f In hortulis.) Vt Epicurei. g Alij asserentes vnum.) Hæc omnia dicta nobis
I sunt lib. viij. & latius exposita. g Quicquid philosophi quidam.) Eusęb. aliquot libris præparationis Euangelicæ multis argumentis colligit optima quęq; quæ Plato in suis libris conscripsit, hausisse eũ ex sacris literis veteris testamenti.

Qua dispensatione prouidentiæ dei scripturæ sacræ ueteris testamenti ex Hebræo in Græcum eloquium translatæ sint, ut uniuersis gentibus innotescerent.
Caput XLII.

1. Macha. 1. HAs sacras literas etiam vnus Ptolemæorũ regum Aegypti [a] nosse studuit & habere. Nam post Alexandri Macedonis, qui etiã magnus cognominatus est, mirificentissimam minimeq; diuturnam potentiam, quã vniuersam Asiam, imò penè totum orbem, partim vi & armis, partim terrore subegerat: quando inter cætera Orientis regna, etiam Iudæam ingressus obtinuit, eo mortuo comites eius cum regnum illud amplissimũ nõ pacifice inter se possessuri diuisissent, sed potius dissipassent, bellis omnia vastaturi, Ptolemęos reges habere cœpit Aegyptus. Quo-
De hoc uide in fo. eo dẽ cap. 45. rum primus Lagi filius, multos ex Iudæa captiuos in Aegyptũ transtulit. Huic autem succedens alius Ptolemæus, qui est appellatus Philadelphus, omnes quos ille K adduxerat subiugatos, liberos redire permisit: insuper & dona regia in tẽplum dei misit, petiuitq; ab Eleazaro tunc pontifice, dari sibi scripturas, quas profecto audierat fama prædicante diuinas: & ideo concupiuerat habere in bibliotheca, quam nobilissimã fecerat. Has ei cum idem pontifex misisset Hebræas: pòst etiam ille interpretes postulauit, & dati sunt ei septuagĩta duo, de singulis duodecim tribub⁹ seni homines, liguæ vtriusq; doctissimi, Hebrææ scilicet atq; Gręcę. Quorum interpretatio vt Septuaginta vocetur, iam obtinuit consuetudo. Traditur sanè tam mirabilem [b] ac stupendũ planeq; diuinum in eorũ verbis fuisse consensum, vt cum ad hoc opus separatim singuli sederint: ita enim eorum fidem Ptolemæo regi placuit explorare, in nullo verbo, quod idem significaret, & tantumdẽ valeret, vel in verborum ordine alter ab altero discreparet, sed tanquam si vnus esset interpres, ita quod omnes interpretati sunt, vnum erat, quoniam reuera spiritus erat vnus in omnibus. Et ideo tam mirabile dei munus acceperant, vt illarum scripturarũ, non tanquã humanarum, sed sicut erant tanquam diuinarum etiam isto modo cõmendaretur authoritas, crediturís quandoq; gentibus profutura, quod iam videmus effectum. L

a Ptolemæi. VNus Ptolemæorum regum Aegypti.) Reges Aegypti vsque ad Cambysem Cyri filium; qui eam regionem imperio Persarũ bello adiunxit, Pharaones conmuni dicebantur cognomine. Post Alexandrũ vero à Ptolemæo Lagi filio, Ptolemæi vsque in Cæsarem Augustum, qui Aegyptum in prouinciæ formã redegit. Alexãder Macedo. xxj. natus annos è patria cum exercitu egressus Asiã domuit, tenuitq; perpaucis annis. nam. xxxij. ętatis anno naturæ concessit: quo mortuo velut cõfracta arca nũmis referta, & pecuniis resilientibus. ad prædam tanti iacentis imperij vndique à purpuratis accursum est, rapuitq; quisque quantum potuit: nec vllus tam immodicæ fortunæ hęsit, qui non cũ regno discederet. Antigonus Asiam arripuit: Seleucus Chaldęam, Cassander Mrcedoniam, alij alias regiones, Ptolemæus Aegyptũ Phœnicen & Cyprũ, homo natus loco humili atque obscuro, nempe Lago patre satellite Alexandri, euectus ex gregario milite ad gratiam regis ob indolem egregiam, fortitudinem animi, & peritiã rei militaris: qui quum in senecta tranquillius viuere statuisset, rerum curam filio mandauit, qui Philadelphus est dictus, vel ob amorem primum Arsinoës sororis, vel ob odium postremũ per antiphrasim. Hic Iudæos, quos pater frequentes in Aegyptũ duxerat liberos esse iussit, grauique tributo Iudæam soluit: quumq; in maturiore ætate morbis afflictaretur, procúlque à bellis gerendisque rebus esse cogeretur, authore Demetrio Phalerao, qui patria Athenis vir nobilissimus maximísque functus magistratibus, ciuiũ inuidia pulsus ad eum confugerat, studiis se tradidit, accitis vndique ingeniis: & constructa illa nobili Alexãdrina Bibliotheca, in qua & statuit libros veteris testamenti. Nam legatos ad Eleazarum misit, qui pro beneficiis à se in Iudęã gentẽ largiter collatis libros Mosaïcę legis, & interpretes poscerent, qui eos in Græcam linguam transferrent, quod Eleazarus regi concessit, vt par erat, misitq; ex vnaquaque tribu senos viros, & ætate, & authoritate, & eruditione in primis commendabiles, Hebraicè Græcèq; peritissimos, qui quum essent duo & septuaginta, dicuntur tamen vulgo septuaginta interpretes, vt breuius atq; expeditius loquamur: quemadmodũ iudices illi Romani, qui ad hastã de rebus minoribus iudicabant, centum viri appellantur quum essent centũ & quinque, ex singulis tribubus terni. Extant apud Iosephũ li. anti. xij. epistolæ Ptolemæi ad Eleazarũ pontĩ. & Eleazari ad regem super ea re ex Aristæa nõ Proconnesio illo, sed quodã Ptolemæi satellite, qui se ex legatis à Ptolemæo in Aegyptum missis ait fuisse. Circũfertur libellus eius nomine de Lxx. interpretibus, conficẽtus, vt puto, ab aliquo recentiore. b Traditur sanè tam mirabilem.) Magno in honore hos lxxij. viros Ptolemæus habuit, sapientiámque eorum admiratus est. Iustinus narrat in Apologetico ad gentes, regem, quò fidem certius interpretum experiretur, & ex cõsensu veritatem colligeret, domunculas, iussisse duas & septuaginta construi, secedereque vnumquemque in suam quum versurus esset, postea cõtulisse omnium interpretationes, & per omnia inter se consensisse. Vestigia domuncularum Iustinus profiteur se vidisse in Phari arce Alexandriæ. Tertullianus itidem aduersus gentes: Menedemus, inquit, Philosophus prouinciæ Iudææ septuaginta duos interpretes de sententiæ communione suspexit. Hieronymus interdum Lxx. interpretibus plurimum defert, & spiritusanẽto plenos fuisse dicit: sæpe male atque imperite vertisse affirmat, vt erat in quod intenderat vehemens: de cellulis vero planè irridet. sic enim in prologo pentateuchi scribit, & nescio quis primus author septuaginta cellulas Alexandrię mendacio suo extruxit, quibus diuisi eadem scriptitarẽt, quum Aristęas eiusdem Ptolemęi ἱστοριογράφος, & multo post tempore Iosephus nihil tale retulerint, sed in vna basilica congregatos cõtulisse scribant, nõ prophetasse. Aliud est enim vatẽ, aliud est esse interpretem: ibi spiritus ventura prædicit, hic eruditio & verborum copia ea, quæ intelligit transfert. Sic ille.

Philadelphus.

M

Septuaginta interpretes.

De au-

A *De authoritate septuaginta interpretum, quæ saluo honore Hebraicæ linguæ, omnibus sit interpretibus præferenda.* *Cap.* XLIII.

NAm cũ fuerint & alij interpretes, qui ex Hebræa lingua in Græcã sacra illa eloquia transtulerũt, sicut Aquila, Symmachus, Theodotion, sicut etiam illa est interpretatio, cuius author non apparet, & ob hoc sine nomine interpretis quinta editio nũcupatur: hanc tamen quæ septuaginta est tanquam sola esset, sic recepit ecclesia, eaq; vtuntur Græci populi Christiani, quorum plerique vtrum alia sit aliqua, ignorant. Ex hac septuaginta interpretatione etiam in Latinã linguam interpretatũ est, quod ecclesiæ Latinæ tenent. Quanuis non defuerit temporibus nostris presbyter Hieronymus homo doctissimus & omnium trium linguarum peritus, qui non ex Græco, sed ex Hebræo in Latinum eloquiũ easdem scripturas
*aliâs tam literatum. conuerterit. Sed eius tantũ literarum * laborem, [a] quãuis Iudæi fateantur esse veracem, septuaginta vero interpretes in multis errasse contendant: tamen ecclesiæ Christi tot hominum authoritati ab Eleazaro tũc põtifice, ad hoc tantum opus electorum, neminẽ iudicãt
B præferendum, quia etsi non in eis vnus apparuisset spiritus sine dubitatione diuinus: sed inter se verba interpretationis suæ septuaginta docti more hominũ cõtulissent, vt quod placuisset omnib⁹, hoc maneret, nullus eis vnus interpres debuit anteponi. Cũ vero tantum in eis signum diuinitatis apparuit, profecto quisquis alius illarum scripturarum ex Hebræa in quamlibet aliam linguã interpres est verax, aut congruit illis septuaginta interpretibus, aut si congruere non videtur, altitudo ibi prophetica esse credenda est. Spiritus enim qui in
Li. 2. de doctrina Christiana. c. 15 Prophetis erat quando illa dixerunt, idẽ ipse erat etiã in septuaginta viris, quando illa interpretati sunt. Qui profecto authoritate diuina & aliud dicere potuit, tãquàm Propheta ille vtrũq; dixisset, quia vtrũq; idẽ spiritus diceret, & hoc ipsum aliter, vt si non eadem verba, idem tamen sensus bene intelligentibus dilucesceret, & aliquid prętermittere, & aliquid addere: etiã vt hinc ostẽderetur non humanã fuisse in illo opere seruitutem, quam verbis debebat interpres, sed diuinam potius potestatẽ, quæ mentẽ replebat, & regebat interpretis. Nonnulli codices Græcos interpretationis Septuaginta ex Hebræis codicibus emendãdos putarũt: nec tamen ausi sunt detrahere, quod Hebræi nõ habebãt, & Septuaginta posuerunt, sed tantũmodo addiderunt, quæ in Hebræis inuenta, apud Septuaginta nõ e-
C rant, eaq; signis quibusdam in stellarũ modum factis [b], ad capita eorũdẽ versuum notauerunt, quæ signa asteriscos vocant [c]. Illa vero, quæ non habent Hebræi, habent autem Septuaginta, similiter ad capita versuũ iacentibus virgulis sicut scribuntur vnciæ [d] signauerunt. & multi codices Græci has notas habentes vsquequaq; diffusi sunt & Latini. Quæ autem non prætermissa, vel addita, sed aliter dicta sunt, siue alium sensum faciant etiã ipsum non abhorrentẽ, siue alio modo eundẽ sensum explicare monstrẽtur, nisi vtrisq; codicibus inspectis nequeunt reperiri. Si igitur vt oportet, nihil aliud intueamur in scripturis illis, nisi quid per homines dixerit dei spiritus, quicquid est in Hebræis codicibus, & nõ est apud interpretes Septuaginta, noluit hoc per istos, sed per illos prophetas dei spiritus dicere. Quicquid vero est apud Septuaginta, in Hebræis autẽ codicibus non est, per istos maluit, quàm per illos idem spiritus dicere, sic ostẽdens vtrosque fuisse prophetas. Isto enim modo, alia per Esaïam, alia per Hieremiam, alia D per alium, atq; alium prophetam, vel aliter eadem per hunc, ac per illũ dixit, vt voluit. Quicquid porrò apud vtrosque inuenitur, per vtrosq; dicere voluit vnus atq; idem spiritus, sed ita vt illi præcederent prophetando, isti sequerentur prophetice illos interpretando: quia sicut in illis vera, & cõcordantia dicentibus vnus pacis spiritus fuit, sic & in istis non secum conferentibus, & tamen tanquam vno ore cuncta interpretãtibus, idem spiritus vnus apparuit.

a SEd eius tantum literarũ laborẽ.) Nullus error simul ostensus est, & relictus. non tam bene agitur cũ rebus humanis: ad hæc multis rebus tempus parit authoritatem, interim nihil aliud quàm tempus, sed laudandus vehementer candor, quo vir sanctus de Hieronymo loquitur, à quo dissentiebat in re tanta, vtinã cum hoc tẽpore imitaremur. b Eaq; signis quibusdã in stellarum modũ factis.) De hac re Hieronymus sic scribit in prœmio Paralip. vbicũque asteriscos, id est, stellas hoc in volumine radiare videritis, ibi sciatis de Hebręo additum, quod in Latinis codicibus non habetur, vbi vero obelus transuersa scilicet virga præposita est, illic signatur quod Lxx. interpretes addidẽtunt, vel ob decoris gratiã, vel ob spiritus sancti authoritatẽ, licet in Hebræis voluminibus non legatur. Hęc Hiero. quẽ laborẽ sic cõferendi interpretationes, & annotãdi primus sumpsit Origenes, collata versione Septuaginta cum Theodotionica, vt Hiero. est author scribens ad Augustinũ: qui quum hoc Origenis studiũ alibi vehementer probet, in epistola ad Augu. incessit, non sic emendatos codices dicens, sed per obelos & asteriscos deprauatos, quod vt diceret, transuersus est affectu impulsus, quòd E interpretationem eius August. nollet attingere, apud quem sacrosancta erat Septuaginta, adeo vel in sanctiss. viris affectus sępe humani dominantur. c Asteriscos vocant.) Hoc est stellulas. d Iacentibus virgulis sicut, scribuntur vnciæ.) Vncia duodecima est cuiusuis integri pars. videtur solita esse obelo signari, hoc est veru. Isidorus, si modo idoneus est is author, gãnate Græco, & o nostro in fine sic ro vnciã dicit signari. linea vero in trãsuersum porrecta —— obolũ. quid si legerẽ nõ vncię, sed vnci vel vncini. Cęterũ obelo seu veru vteãbtur annotando, vt videretur transfodi & iugulari dictum illud ceu nothũ & institiũ. tractũ hoc à prisco Grammaticorum more, quum de versibus libriq; censuram faciebant, Aristarchi grammatici instituto. Quint. li. primo. Quo quidem ita sunt seuere vsi veteres grammatici, vt non versus modo censoria quadã virgula notare, & libros qui falso viderentur inscripti tãquam subdititios, submouere familia premiserint sibi, sed authores alios in ordinem redegerint, alios omnino exemerint numero. Hęc ille. Seneca festiue Aristarchi notas inquit, quibus aliena carmina compunxit.

Vncia.

Quid intelligendum sit de Niniuitarum excidio, cuius denunciatio in Hebræo quadraginta dierum spatio tẽditur, in Septuaginta autem tridui breuitate conclu ditur. *Caput* XLIIII.

SEd ait aliquis: Quomodo sciam quid Ionas propheta dixerit Niniuitis, vtrũ triduum & Niniue euertetur, an quadraginta dies [a]? Quis enim non videat non potuisse vtrũq; tunc dici à Propheta, qui missus fuerat terrere cõminatione imminẽtis exitij † ciuitatem? Cui si tertio die fuerat futurus in-
* aliâs excidij. teritus, nõ vtiq; quadragesimo die: si autem quadragesimo, nõ vtiq; tertio. Si ergo à me quæritur, quid horũ F Ionas dixerit, hoc puto potius quod legitur in Hebræo, Ionæ. 3. quadraginta dies & Niniue subuertetur. Septuaginta quippe longe posterius interpretati aliud dicere potuerunt, quod tamen ad rem pertineret, & in vnũ eundẽq; sensum, quãuis sub altera significatione cõcurreret, admoneretq; lectorem, vtraq; authoritate non spreta ab historia sese attollere, ad ea requirenda propter quę significãda historia ipsa conscripta est. Gesta sunt quippe illa in Niniue ciuitate [b], sed aliquid etiam significauerunt quod modum illius ciuitatis excedat sicut gestũ est, quod ipse Propheta in ventre ceti triduo fuit, & ta- Ionæ. 2.
mem alium significauit in profundum inferni triduo Matth. 12. futurum, qui dominus est omnium prophetarũ. Quapropter si per illam ciuitatem recte accipitur ecclesia gentium prophetice figurata, euersa scilicet per pœnitentiã, vt qualis fuerat iam non esset hoc quoniam per Christum factum est in ecclesia gentium, cuius illa Niniue figuram gerebat, siue per quadraginta dies, siue per triduum, idem ipse significatus est Christus, per quadraginta, scilicet, quia tot dies peregit cum discipulis

G suis post resurrectionem suam, & ascendit in cœlũ: per
Act.1. triduum vero, quia die tertio resurrexit, tanquã lectorẽ
nihil aliud quàm historiæ rerum gestarũ inhærere cu-
pientem, de somno excitauerint septuaginta interpre-
tes, iidemq; prophetæ, ad perscrutandã altitudinẽ pro-
phetiæ, & quodammodo dixerint, in quadraginta die-
bus ipsum quære, in quo & triduum poteris inuenire:
illud in ascensione, hoc in eius resurrectione reperies.
Propter quod vtroq; numero significari conuenientis-
sime potuit, quorum vnum per Ionam prophetam: al-
terum per Septuaginta interpretum prophetiam: tamẽ
vnus atq; idem spiritus dixit. Longitudinẽ fugio, vt nõ
hæc per multa demonstrem, in quibus ab Hebraïca ve
ritate putantur Septuaginta interpretes discrepare, &
bene intellecti inueniuntur esse cõcordes. Vnde etiam
ego pro meo modulo vestigia sequens Apostolorum,
quia & ipsi ex vtrisq;, id est, ex Hebræis, & ex Septua-
ginta testimonia prophetica posuerunt, vtraq; autho-
ritate vtẽdũ putaui, quoniã vtraq; vna atq; diuina est.
Sed iam quæ restant, vt possumus exequamur.

a H A N quadraginta dies.) Miratur Hieronymus. lxx. vertisse. qua-
draginta, pro tribus, quum in Hebræo, nec syllabarũ, nec ac-
centuum, nec verbi sit vlla cõmunitas. in quibus angustiis ver
satur nunc excellens Augustini ingeniũ nec se extricare valet.
b In Niniue ciuitate.) Assyrię quã cõdidit Ninus. Dixim⁹ de hac aliãs.

Quod post instaurationem templi, prophetas Iudæi habere desiterunt�, & exinde usque ad natiuitatem Christi continuis aduersitatibus sint afflicti, ut prohaberetur alterius templi ædificationẽ prophetiis uocibus fuisse promissam. Caput XLV.

POsteaquam gens Iudæa cœpit nõ habere prophetas, proculdubio deterior facta est, eo scilicet tempore, quo se sperabat instaurato tem
plo post captiuitatem, quæ fuit in Babylonia, futuram
esse meliorẽ. Sic quippe intelligebat populus ille car-
nalis, quod prænũciatum est per Aggæum prophetam,
Aggæi.1. dicentem: Magna erit gloria domus istius nouissimæ,
plus quàm primæ. Quod de nouo testamento dictum
esse paulo superius demonstrauit, vbi ait aperte Chri-
stum promittens: Et mouebo omnes gentes, & veniet
desideratus cunctis gentibus. Quo loco Septuaginta
interpretes alium sensum magis corpori quàm capiti,
hoc est magis ecclesiæ quàm Christo cõuenientẽ pro-
phetica authoritate dixerunt. Venient quæ electa sunt
I domini [a] de cunctis gentibus, id est homines, de quibus
Mat.20. ipse Iesus in Euangelio: Multi, inquit vocati pauci vero
electi. Talibus enim electis gentium, domus dei ædifi-
catur per testamentum nouum lapidibus viuis, longe
3. Reg.6. gloriosior, quàm templum illud fuit, quod à rege Salo-
2. Esdræ.3 mone constructum est, & post captiuitatem instaura-
tum. Propter hoc ergo nec prophetas ex illo tempore
habuit illa gens, sed multis cladibus afflicta est ab alie-
nigenis regibus ipsisq; Romanis, ne hanc Aggæi pro-
phetiã in illa instauratione templi opinaretur imple-
tam. Non multo enim pòst aduenientе Alexandro [b],
subiugata est, quando etsi nulla facta est vastatio, quo-
niam non sunt ausi ei resistere, & ideo placatum facil-
lime subditi receperunt, non erat tamen gloria tanta
domus illius, quanta fuit in suorum regum libera po-
testate. Hostias sanè Alexãder immolauit in dei tem-
plo, non ad eius cultum vera pietate conuersus, sed im-
pia vanitate cum diis eum falsis colendum putãs. De-
Supra eo- inde Ptolemæus Lagi filius [c], quod supra commemo-
dẽ cap.42 raui, post Alexandri mortem captiuos inde in Aegy-
ptum transtulit, quos eius successor Ptolemæus Phila-
delphus beneuolentissime inde dimisit, per quem fa-
ctum est, quod paulo ante narraui, vt Septuaginta in- K
terpretum scripturas haberemus. Deinde contriti sunt
bellis, quę in Machabęorum libris explicãtur. Post hęc
capti à rege Alexandriæ Ptolemæo, qui est appellatus
Epiphanes [d], inde ab Antiocho rege Syriæ [e] multis & 2. Macha.
grauissimis malis ad idola colenda compulsi, tẽplumq; 6.&.7.
ipsum repletum sacrilegis superstitionibus getiũ, quod 1. Mach.4
tamen dux eorum strenuissimus Iudas, qui etiam Ma- &.2.10.
chabęus dictus est, Antiochi ducib⁹ pulsis ab omni illa
idololatriæ cõtaminatione mundauit. Non autẽ mul- 1.Mach.7.
to post Alchimus quidam per ambitionem, cum à ge &.2.14.
nere sacerdotali esset alienus, quod nefas erat, pontifex
factus est. Hinc iam post annos fermẽ quinquaginta,
in quibus eis tamen pax non fuit, quãuis aliqua & pro-
spere gesserint, primus apud eos Aristobolus assumpto
diademate, & rex, & pontifex factus est. Antea quippe
ex quo de Babyloniæ captiuitate reuersi sunt tẽplumq;
instauratum est, non reges sed duces, vel principes ha-
buerũt, quãuis & qui rex est, possit dici princeps à prin
cipatu imperandi, & dux, eo ꝙ sit ductor exercitus: sed
non continuo quicũq; principes vel duces sunt, etiã re-
ges dici possunt [f], quod iste Aristobolus fuit. Cui suc-
cessit Alexander [g] etiam ipse rex & pontifex, qui cru- L
deliter in suos regnasse traditur. Post hunc vxor eius
Alexandra regina Iudæorũ fuit, ex cuius deinceps tẽ-
pore mala sunt eos secuta grauiora. Filij quippe huius
Alexandræ Aristobolus & Hircanus [h] inter se de im-
perio dimicantes, vires aduersus Israëliticam gentem
prouocauere Romanas. Hircanus namq; ab eis contra
fratrem poposcit auxilium. Tunc iam Roma subiuga-
uerat Aphricã, subiugauerat Græciam, lateq; etiam a-
liis orbis partibus imperans, tanquam seipsam ferre nõ
valens [i], se sua quodammodo magnitudine fregerat.
Peruenerat quippe ad seditiones domesticas graues,
atq; inde ad bella socialia, moxq; ciuilia, tantumq; se
comminuerat atq; attriuerat, vt ei mutãdus Reipubli-
cæ status, quo regeretur, regibus immineret. Pompeius
ergo populi Romani præclarissimus princeps, Iudæam
cum exercitu ingressus ciuitatem capit, templũ reserat
cũ deuotione supplicis, sed iure victoris, ad sancta san-
ctorum [k] quo nisi summum sacerdotem non licebat
intrare, non vt venerator, sed vt prophanator accedit.
Confirmatoq; Hircani pontificatu [l], & subiugatæ gẽti Hebræ. 9.
imposito custode Antipatro, quos tũc procuratores vo
cabant, vinctum secum Aristobolũ ducit. Et ex illo die
Iudæi * etiam tributarij Romanorum esse cœperunt. M
Postea Cassius etiam templũ expoliauit. Deinde post * aliãs ex
paucos annos, etiam Herodem [m] alienigenam regẽ ha illo Iudæi.
bere meruerunt, quo regnante natus est Christus. Iam Matth.2.
enim venerat plenitudo temporis significata prophe-
tico spiritu per os Patriarchæ Iacob, vbi ait: Non defi- Gene. 49.
ciet princeps ex Iuda neq; dux de femoribus eius, do-
nec veniat cui repositũ est, & ipse expectatio gentium.
Non ergo defuit Iudæorũ princeps ex Iudæis, vsq; ad
istum Herodem, quem primum acceperunt alienigenã
regem. Tempus ergo iam erat, vt veniret ille, cui repo-
situm erat, quod nouo promissum est testamẽto, vt ipse
esset expectatio gentium. Fieri autẽ non posset, vt ex-
pectarent gentes eum venturum, sicut eum cernimus
expectari, vt veniat, ad faciendũ iudiciũ in claritate po
tentiæ, nisi prius in eum crederent, cũ venit ad patien-
dum iudicium in humilitate patientiæ.

VEnient quæ electa sunt domini.) Græce ἥξει τὰ ἐκλεκτὰ τοῦ κόσμου a
τῶν ἐθνῶν. venient electa omnium gentium. b Non mul-
to post enim adueniente Alexãdro.) Tẽporibus Darij Arsami
filij Olymp. cẽtesima. xij. hoc est plus paulo ducẽtis annis. nã
quum Ale-

A quum Alexander Tyrum obsideret, subsidiaq; Iudæorum à Iaddo pontifice maxi. petiisset, omniaq; iure victoris ab eo exigeret, quæ Dario solerent exhiberi, velut Dario profligato ipse iam dominus esset Asię, Põti. negauit Dario viuo, se cuiquam alteri pariturum, cum illo icta esse fœdera. sapiens responsum, & quòd fidem Iudæorum declararet: iuuenem victorem accendit ardentem iam alioqui suapte natura, ita expugnata Tyro, Palæstinam cum infesto exercitu ingressus Gazam cepit, & Hierosolymæ phalanges admouebat, cum progressi ei obuiam Pontifex, sacerdotes omnes & Leuitæ sacerdotali ritu ornati regem illum ad scopulum salutarunt: ita Alexandri animus mitigatus est, & pontificem adorauit dicens, sacerdotem esse eum dei naturæ: quem ipse deum iam tũ in Macedonia per quietem eodem cultu viderit imperium Asiæ pollicẽtem. Hinc Iudæam gentem in fidem & tutelam suam recepit: hæc ex Iosepho lib. xj. anti. c Deinde Ptolemæus Lagi filius.) Hic quum sabbato quodam diceret se Hierosolyma velle ad sacrificãdum ingredi, hoc dolo vrbem cepit. Ioseph. d Capti à rege Alexandriæ Ptolemæo, qui est appellatus Epiphanes.) Hic Philopatori patri successit, dictúsque est ἐπιφανὴς, ceu quis dicat illustris. is cum Antiocho etiam Epiphane bellum gessit, quum vtrunque belli teneret in præsens satietas, vt conciliarentur, Cleopatra Antiochi filia Ptolemæo denupsit, data Iudæa dotis nomine, cui regioni bellum Ptolemæus fecit, propter motus fratrũ Hircani. e Inde ab Antiocho rege Syriæ.) Hęc secundo Maccabæorum vj. & .vij. capitibus, in quo libro & alia narrantur, quæ hic Augustinus recenset, & apud Iosephum li. xiij. f Etiam reges dici possunt.) Grauius est enim & augustius regis imperium, quàm ducis, tũm vt in eo licentia maior, ita in subditis seruitus deterior. g Cui successit Alexãder.) Aristobolus fratres suos vinctos tenebat, quo mortuo vxor eius Salomoni, quam Græci Alexandram nominant leuiros soluit, ac Alexandrum vnum ex illis regno præfecit, qui à Ptolemæo, & Demetrio, & Antiocho, variis pugnis est victus, tandem diuturna affectus valetudine ex
B crapula contracta fato functus est, vir sæuus, acer, impiger, sed parũ fœlix, parumq; sapiens, regnum Alexandræ coniugi reliquit, quæ illud administrauit annis nouem, permissa Pharisæis summa rerum omnium licentia, vt par erat fœminam facere. h Filij quippe huius Alexandrę Aristobolus & Hircan⁹.) Bellum inter hos motum est plus quàm ciuile, nempe fraternum, quod Iosephus confert in annum Quinti Hortensij & Q. Metelli Cretici consulum, olympiadémque centesimam octogesimamtertiam. erat Idumææ ab Alexandro & Alexãdra præfectus An-
Antipatẽr. tipas Idumæus, qui postea nominatus est Antipater diues, factiosus, manu promptus, rerum Hircani quàm Aristoboli studiosior, qui Arethe regem Arabum induxit, vt cum exercitu Hircanum aduersus Aristobolũ in regnum restitueret: quod rex etiam occasionibus imminens libens fe-
Gn. Pompeius. cit, Aristobolũque Hierosolymis obsedit. per id tempus Gn. Põpeius Magnus res in Asia gerebat, legatusq; eius Scaurus Aemylius in Syriam cum parte copiarum venit, ab hoc auxilium afflictis suis rebus Aristobolus petiit. Scauri opera soluta est obsidio: deinde quum fratres apud Pompeium Damasci de regno litigassent, ab eo in Iudęam dimissi sunt. Postea ab Aristobolo offensus legiones in Iudæam duxit, Aristobolum vinxit, & totã Iudæam Romano adiecit imperio. M. Tullio Cicerone, & C. Antonio consulibus. hæc ex Iosepho libro xiiij. i Tanquam seipsam ferre non valens.) Liuij sentẽtia de Roma. quæ ab exiguis profecta initiis eo creuerit, vt iam magnitudine laboret sua. k Ad sancta sanctorum.) Magna enim tenebat Romanos cupiditas videndi, quẽ nam deum Iudæi colerent. nam credebant illius aliquam esse in eorum templo imaginem. Idcirco Pompeius paucis comitatus vsque ad adytũ penetrauit, quod Iudæi sancta sanctorum vocant, quò, nefas est alios ingredi quàm sacerdotes, nihilque ibi inuenit præter mensam auream, & circa eandem candelabra, vel libatoria non pauca, nec non & aromatũ multitudinem, in thesauris vero sacras pecunias duo millia talentorum. tantum Iosephus. Tacitus lib. xxj. Romanorum, inquit, primus Gn. Põpeius Iudæos domuit, templumq; iure victoriæ ingressus est. Inde vulgatum nullas intus deũm effigies, vacuam sedem, & inania arcana. l Cõfirmatóque Hircani põtificatu.) Aulus Gabinius deducto Hierosolymã Hircano, eiq; sani cura mandata, cæteris Reip. partibus optimates præfecit, omnemq; Iudæorum gentem in conuentus quinque diuisit. Iosephus primo de bello Iudaïc. & in anti. refert bello Alexãdrino quod C. Cæsar cum puero Ptolemæo gessit, Hircanum & Antipatrum auxilia misisse Cæsari, ita confecto bello Cæsar Hircanum principem sacerdotum ordinauit. Antipatro vero potestatem dedit, quam ipse elegerat, tutorémque eum totius prouinciæ constituit. m Deinde post paucos
Herodes annos etiam Herodem.) Antipater moriens filium natu maiorem inertem & segnem Hircanum ducem Hierosolymis testamento reliquit: Herodem vero vix annos quindecim natum Galilęæ tutorem, qui prudentia supra ætatem prædius multis præclaris facinoribus patratis, virtutémque ostentando breui effecit vt Syris omnibus esset chariss. itaque pecunia ab illis numerata dux inferioris Syriæ à Sex. Cæsare, qui prouinciæ prẽerat, constitutus est: bello deinde ciuili Brutiano & Cassiano, quũ strenuã operam. Antonio & Octauio Cæsari nauasset, per istos effectũ est, vt à senatu rex Iudææ nominaretur, homo ex Idumæa gente. ita expletum est vaticinium de venturo Christo Iacob morientis, quod vnum satis haud dubie esset ad ostendendam sole clariorem veritatem Iudææ genti, nisi arcanis dei iudiciis offusam haberent præ oculis densissimam nubem.

De ortu saluatoris nostri secundum quod uerbum caro factum est, & de dispersione Iudæorum per omnes gentes sicut fuerat prophetatum. Cap. XLVI.

Matth.2. REgnãte ergo Herode in Iudæa, apud Romanos autem iam mutato Reipublicæ statu, imperante Cæsare Augusto [a], & per eũ orbe pacato, natus est Christus secundum præcedentem pro- D
phetiam in Bethleem Iudæ, homo manifestus ex ho- Lucæ.2.
mine virgine, deus occultus ex deo patre. Sic enĩ Pro-
pheta prædixerat: Ecce virgo [b] in vtero cõcipiet, & pa- Esa.7.
riet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuël, quod
est interpretatum nobiscum deus. Qui vt lin. se cõmẽ-
daret deum miracula multa fecit, ex quibus quædam
quantum ad eum prædicãdum satis visum est esse, scri
ptura euangelica continet. Quorum primum est quod
tam mirabiliter natus est, vltimum autem quod cum
suo resuscitato à mortuis corpore ascendit in cœlum.
Iudæi autem, qui eum occiderũt, & in eum credere no- Lucæ.2.
luerunt, quia oportebat eum mori & resurgere, vastati Actorũ. 1.
infœlicius à Romanis funditusq; à suo regno, vbi iam
eis alienigenæ dominabantur, eradicati sunt, dispersiq;
per terras. Quandoquidem vbique non desunt, & per
scripturas suas testimonio nobis sunt prophetias nos
non finxisse de Christo, quas plurimi eorum conside-
rantes, & ante passionem, & maxime post eius resur-
rectionem crediderunt in eum, de quibus prædictum
est: Si fuerit numerus filiorum Israël sicut arena ma- E
ris, reliquiæ saluæ fient. Cæteri vero excæcati sunt, de
quibus prædictum est: Fiat mensa eorum coram ipsis Esa.10.
in laqueum, & in retributionem, & in scandalum. Ob-
scurentur oculi eorum ne videant, & dorsum eorũ sem Psal.68.
per incurua. Proinde cum scripturis nostris non cre-
dunt, complentur in eis suæ, quas cæci legunt: nisi for-
te quis dixerit illas prophetias Christianos finxisse [c]
de Christo, quæ Sibyllæ nomine, vel aliorum proferũ-
tur, si quæ sunt, quæ non pertinent ad populum Iudęo-
rum. Nobis quidem illæ sufficiunt, quæ de nostrorum
inimicorum codicibus proferuntur, quos agnoscimus
propter hoc testimonium, quod nobis inuiti perhibent
eosdem codices habendo atq; seruando per omnes gẽ-
tes etiam ipsos esse dispersos, quaquaversum Christi
ecclesia dilatatur. Nam prophetia in Psalmis, quos e-
tiam legunt, de hac re præmissa est, vbi scriptum est:
Deus meus misericordia eiᵒ præueniet me. Deus me- Psal.58.
us demonstrauit mihi de inimicis meis, ne occideris
eos, nequando obliuiscantur legem tuam. Disperge il-
los in virtute tua. Demonstrauit ergo deus ecclesiæ in F
eius inimicis Iudæis gratiam misericordiæ suę, quoniã
sicut dicit Apostolus: delictum illorum salus est in gẽ- Roma.11.
tibus. Et ideo non eos occidit, id est, nõ in eis perdidit,
quod sunt Iudæi, quanquam à Romanis fuerint deuic-
ti & oppressi, ne obliti legem dei, ad hoc de quo agi-
mus testimonium nihil valeret. Ideo parum fuit, vt di
ceret: Ne occideris eos, nequando obliuiscantur legem Psal.58.
tuam: nisi etiam adderet, disperge illos: quoniam si cũ
isto testimonio scripturarum in sua tantummodo ter-
ra non vbique esset, profecto ecclesia, quæ vbique est,
eos prophetiarum quę de Christo præmissæ sunt testes
in omnibus gentibus habere non posset.

a I Mperante Cæs. Augusto.) Euseb. natum dominum scribit. xlij. anno imperij Augusti, mundi vero. 5199. Cæsare Augusto. xij. M. Plautio Coss. Cassiodorus vero ortum illius confert in priores Coss. Gn. Lẽtulum, & M. Messalam. b Ecce virgo.) Græce ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται καὶ τέξεται υἱὸν καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ. Ecce virgo in vtero accipiet & vocabis nomẽ eius Emmanuël. c Illas prophetias Christianos finxisse.) Non esse conficta hinc apparet, quod Lactan. & Euseb. eas citant, quorum tempore Sibyllini libri in manib⁹ omnium erant. nec ipsi fuissent tam impudentes, qui ea dixissent esse in Sibyllinis libris, quæ nusquam erant: addẽ quòd plus sic obfuissent Christianæ causæ, quàm aliis omnibus argumentis potuissent prodesse, quum homines aperte cernerent eos fictis in rem suam authoritatibus inniti, quumq; hoc falsum & impudens deprehendissent, cætera omnia suspecta haberent, & tanquam similia repudiassent reiecissentq;. quid quod Verg. & Ouidius manifestò in poẽmata sua de Sibyllinis carminibus versus mutuantur, quos nemo ita cæcus est, quin esse de Christo dicta perspiciat,

G perspiciat, qualis est tota quarta ægloga Vergilij, & digressus de morte Cæsaris in fine primi Georg. apud Ouidium vero illa sunt, Et deus humana lustro sub imagine terras: tum, Esse quoque in fatis reminiscitur affore tẽpus Quo mare, quo tellus, correptaq; regia cœli Ardeat, & mũdi moles operosa laboret. primo transfer. item apud Lucanũ de iis, quæ præcedent iudicium domini primo Pharsa. Sic quum compage soluta, Secula tot mundi suprema coëgerit hora, Antiquum repetens chaos &c. quod si nostra quæ magni authores tradiderunt dicunt commentitia, ostendant ipsi quæ possint dici sine vlla controuersia vera, & afferemus Academicum aliquẽm, qui se dubitare respondeat.

An ante tempora Christi aliqui fuerint extra Israeliticum genus, qui ad cœlestis ciuitatis consortium pertinerent. Caput XLVII.

QVapropter quisquis alienigena, id est, non ex Israël progenitus, nec ab illo populo in canonem sacrarum literarum receptus, legitur aliquid prophetasse de Christo, si in nostram notitiã venit, aut venerit, ad cumulum à nobis cõmemorari potest, non quod necessarius sit etiam si desit, sed quia nõ incongrue creditur fuisse & in aliis gẽtibus homines, quib[9] hoc mysterium reuelatũ est, & qui hoc etiã prædicere impulsi sunt, siue participes eiusdem gratiæ fuerint, siue expertes, siue per malos angelos docti sunt, H
Matth.8. quos præsentem Christum, quem Iudæi non agnoscebant scimus fuisse confessos. Nec ipsos Iudæos existimo audere contendere, neminem pertinuisse ad deum præter Israëlitas [a], ex quo propagatio Israël cœpit esse,
Gene.25. reprobato eius fratre maiore. Populus enim reuera, qui proprie dei populus diceretur, nullus alius fuit. Homines autem quosdam non terrena, sed cœlesti societate ad veros Israëlitas supernæ ciues patriæ pertinentes etiam in aliis gentibus fuisse negare non possunt: quia si negant, facillime conuincuntur de sancto & mirabili viro Iob [b], qui nec indigena, nec proselytus [c], id est, aduena populi Israël fuit: sed ex gente Idumæa genus ducens, ibi ortus, ibidem mortuus est: qui diuino sic laudatur eloquio [d], vt quod ad iustitiam, pietatemq; attinet, nullus ei homo suorum temporũ coæquetur. Quæ tempora eius, quanuis non inueniamus in chronicis, colligimus tamen ex libro eius, quem pro sui merito Israëlitæ in authoritatem canonicam receperunt, tertia generatiõe posteriorem [e] fuisse quàm Israël. Diuinitus autem prouisum fuisse nõ dubito, vt ex hoc vno I
sciremus etiam per alias gentes esse potuisse, qui secũdum deum vixerunt, eiq; placuerunt, pertinentes ad spiritalem Hierusalem. Quod nemini cõcessum fuisse credendum est, nisi cui diuinitus reuelatus est vnus
1.Tim.2. mediator dei & hominum homo Christus Iesus, qui venturus in carne: sic antiquis sanctis prenunciabatur, quemadmodum nobis venisse nũciatus est, vt vna eademq; fides per ipsum omnes in dei ciuitatem, in domum dei, in dei templum prædestinatos perducat ad deum. Sed quæcunque aliorum prophetiæ de dei per Christum Iesum gratia proferuntur, possunt putari à Christianis esse confictæ. Ideo nihil est firmius ad cõuincendos quoslibet alienos, si de hac re contenderint, nostrosq; fulciendos, si recte sapuerint, quàm vt diuina prædicta de Christo ea proferantur, quæ in Iudæorum scripta sunt codicibus. Quibus auulsis de sedibus propriis, & propter hoc testimonium toto orbe dispersis, Christi vsquequaque creuit ecclesia.

a NEminem pertinuisse ad deum præter Israëlitas.) Potuerunt enim qui ex gentibus naturam sequebantur ducem, illam nõ pravis iudiciis opinionibusq; iniquitatem & corruptam tam grati esse deo, quàm qui legem Mosaicam seruauerunt: quod enim hi consequuti sunt per legem, illi consequuti essent sine lege: & qui tales fuere sine lege, eõdem quo Iudæi peruenerunt, quum eõdem contenderent: nec inter eos aliud discrimẽ fuit quàm est: ceu quis viator mãdatam gerat chartæ itineris rationem, ac veluti formam alter memoriæ fidat, aut iudicio. Idem etiam nostro tempore continget ei, qui quũ nihil de Christo audierit in remotissimis Oceani terris natus, duo illa maxima seruarit mandata, in quis veritas ipsa legem totam, prophetasq; constitutos affirmauit, de deo, & proximo diligendis, huic sua conscientia est lex. Et iuxta Psalmistam memor est in nocte nominis domini, & custodit legem eius. Hæc fit ei, quia iustificationes domini exquirit: tanti est videlicet voluisse bonum esse, etiam si non habeas, à quo virtutem edoceare. Et in hoc hominum genere quid deest præter aquam? quũ spiritum sanctum non secus quàm Apostoli meruerint, & acceperint. Testante Petro repleri etiã nõnullos diuino illo afflatu, quos mystica nõdum attigit aqua. ita gentes, quæ legem non habent, & naturaliter ea quæ legis sunt faciunt, ipsæmet sibi sunt lex. & ea lux ita viuendi donum dei est, & à filio proficiscitur. de quo scriptum est, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. b De sancto & mirabili viro Iob.) Habemus librum inter sacros, in quo Iob acta continentur, in eo Iob se ex terra Huz profitetur fuisse. Hieronymus, Huz Traconitidis & Damasci conditorem tradit, qui inter Palæstinam & Cœlen Syriam tenuit principatum. A quo septuaginta interpretes in libro Iob, vbi in Hebræo scribitur, terra Huz regionem Ausitide, quasi Husitidem transtulerunt. Fuit hic Huz ex filiis Aram fratris Abraham: fuit & alter Vz ex minoribus Esau: sed non in hunc refert Hieronymus genus Iob, sed in Aram: nam quod, inquit, habetur in fine voluminis eius, & quarti est ab Esau: fit quoniam de Syro sermone trãslatus est, quod in Hebrẽis voluminibus non habetur. Philippus presbyter, qui paulo post Hieronymum scripsit in hunc Prophetam, sic ait: Chus & Buz filij fuere Nachor fratris Abrahæ iuxta fidem Geneseos libri, nati de Melcha sorore Sarræ credibile videri potest, vt in terra quę ex parentum nomine dicta est, vir ille sanctus habitauerit: & esse illum potius de genere Nachor nõ de Esau origine procreatum, sicut quidam opinione dubia suspicantur. Illi autem tres reges de genere fuerunt Esau, sic ille ita erit Iob & de Nachor & de Aram per Melcham. Origenes vulgarem editionem, ac opinionem secutus, sic ait de Iob loquens: In regione Ausitide morabatur, illic natus ex ipsis fuit, & inter eos vixit. Ausitide genus sunt Esau, posteritas Edom. Nam Ausitide, & Minei, & Euchæi, & Themanitæ, & cæteri omnes tribus erãt ex cognatione & prosapia Esau filij Isaac, qui Edõ cognominatus est. Et tunc vniuersæ tribus Idumæi vocitatæ sunt ex nomine Esau: nunc vero omnes vno nomine Arabi appellantur: non solũ Idumæi, sed & Amanitæ, & Moabitæ. Hæc sentẽtia Origenis, cui vulgo ferè suffragantur. Et quidem ex gentilibus, vt Aristæus in Iudaïca historia, qui Iob etiam filium fuisse refert Esau, habitasseq; in Idumæa, & Arabiæ finibus, iustitia & diuitiis præcipuum, tentatumq; diuinitus magnis calamitatibus, ac cætera ordine, vt nos in sacris legimus libris.

c Nec proselytus.) Aduentitius ex aliis gentibus ad legem à προσήλυτος.

d Qui diuino sic laudatur eloquio.) In ipso libro Iob. & in prophetia Ezechielis. xiiij.

e Tertia generatione posteriorem.) Sunt qui Iob putẽt nominatum in Genesi: alij Iasũb dictum, alij Iobab: nulli quicquã satis certum afferunt. Hieronymus Eliphaz quem Ada peperit, Esau tradit illum esse, cuius meminit ipse Iob: quod si ita est, cum pronepotibus Abrahæ vixit Iob.

Prophetiam Aggæi, qua dixit maiorem futuram gloriam domus dei, quàm primum fuisset, non in reædificatione templi, sed in Ecclesia Christi esse completam. Caput XLVIII.

MAec domus dei maioris est glorię, quàm fuerat illa prima lignis, & lapidibus, cæterisque preciosis rebus, metallisq; constructa. Nõ itaque Aggæi prophetia in tẽpli illius instauratione cõ- M
pleta est. Ex quo enim instauratum est, nunquam ostẽditur habuisse tantam gloriam, quantam habuit tempore Salomonis: immo potius ostẽditur primum cessatione prophetiæ fuisse domus illius gloriam diminutam, deinde ipsius gentis cladibus tantis vsque ad vltimum excidium, quod factum est à Romanis: sicut ea quæ supra sunt commemorata testantur. Hæc autem domus ad nouum pertinens testamentum, tanto vtiq; maioris est gloriæ, quanto meliores sunt lapides viui, quibus credentibus, renouatisq; construitur. Sed ideo per instaurationem templi illius significata est, quia ipsa renouatio illius ædificij significat eloquio prophetico alterum testamentum, quod appellatur nouum. Quod ergo deus dixit per memoratum Prophetam: Et dabo pacem in loco isto, per significantem locum ille, qui eo significatur intelligendus est: vt quia illo loco instaurato, significata est Ecclesia, quæ fuerat ædificanda per Christum, nihil aliud accipiatur, quod dictũ est: dabo pacem in loco isto: nisi dabo pacẽ in loco, quẽ significat locus iste: quia quodammodo omnia significantia videntur earum rerum, quas significant sustinere personas, sicut dictum est ab Apostolo, Petra erat Christus: quoniam petra illa de qua hoc dictum est, si- I.Cor.10.
Aggæi.2.

gnificabat,

A gnificabat vtique Christum. Maior est itaque gloria domus huius noui testamẽti, quàm domus prioris veteris testamenti: & tunc apparebit maior, cum dedicabitur. Tunc enim veniet desideratus cunctis gentibus,
Aggæi. 2. sicut legitur in Hebræo. Nam prior eius aduentus nõdum erat desideratus omnibus gentibus. Non enim quem deberent desiderare, sciebant, in quem non crediderant. Tũc etiam secundum septuaginta interpretes, quia & ipse propheticus sensus est: venient quę electa sunt domini de cunctis gentibus. Tunc enim vere
Ephe.1. non venient, nisi electa, de quibus dicit Apostolus: Sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem. Ipse
Matth.20. quippe architectus, qui dixit: Multi sunt vocati, pauci vero electi. Non de his dixit, qui vocati sic venerunt, vt de conuiuio proiicerentur: sed de electis demõstraturus est ædificatam domum, quę nullam deinceps for
Matth.3. midabit ruinam. Nũc autem & hi quando replent ecclesias, quos tanquam in area ventilatio separabit, non apparet tanta gloria domus huius, quanta tunc apparebit, quando quisquis ibi erit, semper erit.

De incerta multiplicatione Ecclesiæ, qua in hoc seculo multi reprobi miscentur electis.

B Caput XLIX.

IN hoc ergo maligno seculo in his diebus malis, vbi per humilitatem præsentem futuram comparat Ecclesia celsitudinem, & timorum stimulis, dolorum tormentis, laborum molestiis, tẽtationum periculis eruditur: sola spe gaudens, quoniam
quando sanum sanẽ gaudet, multi reprobi miscentur bonis, & vtriq; tanquam in sagenam euangelicam colliguntur: & in
Matth.13. hoc mundo tanquam in mari vtrique inclusi retibus, indiscrete natant, donec peruenianturad littus, vbi mali segregentur à bonis, & in bonis tanquam in templo
1.Cor.15. suo sit deus omnia in omnibus. Proinde vocem nunc agnoscimus eius impleri, qui loquebatur in Psalmo,
Psal.39. atque dicebat: Annunciaui, & locutus sum, multiplicati sunt super numerum. Hoc fit nunc, ex quo primum per os præcursoris sui Ioannis, deinde per os proprium
Matth.3. annunciauit, & locutus est, dicens: Agite pœnitentiam, appropinquabit enim regnum cœlorum. Elegit discipulos, quos & Apostolos nominauit, humiliter natos, inhonoratos, illiteratos: vt quicquid magnum essent, & facerent, ipse in eis esset, & faceret. Habuit inter eos vnum, quo malo vtens bene, & suę passionis dispositum
C impleret, & Ecclesiæ suæ tolerandorum malorum pręberet exemplum. Seminato quantum per eius oportebat præsentiam corporalẽ sancto Euangelio passus est, mortuus est, resurrexit: passione ostendens quid sustinere pro veritate, resurrectione quid sperare in æternitate debeamus, excepta altitudine sacramenti [a], qua
Act.1. sanguis eius in remissionem peccatorum fusus est. Cõuersatus est in terra quadraginta dies cum discipulis suis, atque ipsis videntibus ascendit in cœlum, & post
Acto.2. dies decem promissum spiritum sanctum misit patris suis: cuius aduenientis in eos qui crediderant, tũc signũ erat maximum, & maxime necessarium, vt vnusquisque eorum linguis omnium gentium loqueretur: ita significans vnitatem catholicæ Ecclesiæ per omnes gẽtes futuram, ac sic linguis omnibus locuturam.

a EXcepta altitudine sacramenti.) In vita enim & passione Christi non solum est maximum illud bonum virtutibus sacramentorũ paratum, sed etiam exemplum, quomodo cuique mores, totáque vita instituenda sit.

De prædicatione Euangelii, quæ per passiones prædicantium clarior & potentior facta est Caput L.

DEinde secundum illam prophetiam: Ex Sion lex prodiet, & verbum domini de Hierusalẽ: Esa.2.
D
& secundum ipsius domini Christi prædicta, vbi post resurrectionem stupẽtibus eum discipulis suis aperuit sensum, vt intelligerent scripturas, & dixit eis, quoniam sic scriptum est: Et sic oportebat Christũ pa- Lucæ.24.
ti, & resurgere à mortuis tertio die, & prædicari in nomine eius pœnitentiam & remissionem peccatorum per omnes gentes, incipientibus ab Hierusalem. Et vbi rursus eis de aduentu eius nouissimo requirentibus respondit, atque ait: Non est vestrum scire tempora vel Actorũ. 1.
momenta, quæ pater posuit in sua potestate: sed accipietis virtutem spiritussancti superuenientis in vos, & eritis mihi testes in Hierusalem, & in tota Iudæa, & Samaria, & vsque in fines terræ. Primum se ab Hierusalem diffudit Ecclesia, & cum in Iudæa atque Samaria plurimi credidissent, & in alias gẽtes seminatum* *aliâs, itiũ
est, eis annunciantibus Euangelium, quos ipse sicut luminaria & aptauerat verbo, & accenderat spiritusancto. Dixerat enim eis: Nolite timere eos, qui corpus oc- Matth.10.
cidunt, animam autem non possunt occidere. Qui vt frigidi timore non essent, igne charitatis ardebãt. Denique per ipsos non solum, qui eum & ante passionem, & post resurrectionem viderant, & audierant: verum- E
etiam & post obitum eorum per posteros eorum inter horrendas persecutiones, & varios cruciatus, ac funera martyrum prædicatum est toto orbe Euangelium, cõtestante domino signis, & ostentis, & variis virtutibus & spiritussancti muneribus: vt populi gentium credentes in eum, qui pro eorum redemptione crucifixus est, Christiano amore venerarẽtur sanguinem martyrũ, quem diabolico furore fudertint: ipsiq; reges, quorum legibus vastabatur Ecclesia, ei nomini salubriter subderentur, quod de terra crudeliter auferre conati sunt: & falsos deos inciperent persequi, quorum causa cultores dei veri fuerant antea persecuti.

Quod etiam per hæreticorum dissensiones fides catholica roboretur. Cap. LI.

MIdens autem diabolus templa dæmonum deseri, & in nomen liberantis mediatoris currere genus humanum: hæreticos mouit, qui sub vocabulo Christiano doctrinæ resisterẽt Christia- F
nę, quasi possent indifferenter sine vlla correptione haberi in ciuitate dei, sicut ciuitas cõfusionis indifferenter habuit philosophos inter se diuersa & aduersa sentientes. Qui ergo in Ecclesia Christi morbidũ aliquid, prauumq; sapiunt, *si correpti vt sanum [a] rectumq; sa- *aliâs, sentiunt
piant, resistunt contumaciter, suaq; pestifera, & mortifera dogmata emendare nolunt, sed defensare persistunt: hæretici fiunt, & foras exeuntes, habentur in exercentibus inimicis, etiam sic quippe veris illis catholicis membris Christi malo suo prosunt, dum deus vtitur & malis bene, & diligentibus eum omnia coope- Roma.8.
rantur in bonum. Inimici enim omnes Ecclesiæ quolibet errore cæcentur, vel malitia deprauentur: si accipiunt potestatem corporaliter affligendi, exercent eius patientiam: si tantummodo male sentiendo aduersantur, exercẽt eius sapientiam: vt autem etiam inimici diligantur, exercent eius beneuolentiam, aut etiam beneficentiam, siue suasibili doctrina cũ eis agatur, siue terribili doctrina vel disciplina. Ac per hoc diabolus princeps impiæ ciuitatis, aduersus peregrinantem in hoc mundo ciuitatem dei vasa propria commouendo, nihil ei nocere permittitur. Cui proculdubio et reb' pro-
speris

G sperisconsolatio, vt non frangatur aduersis: & rebus aduersis exercitatio, vt non corrumpatur prosperis, per diuinam prouidẽtiam procuratur: atque ita temperatur vtrunq; ab alterutro, vt in Psalmo illam vocẽ non aliunde agnoscamus exortam, Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ iocundauerunt animam meam. Hinc est & illud Apostoli: Spe gaudentes, in tribulatione patientes. Nã & id quod ait idem doctor: Quicunq; volunt in Christo pie viuere, persecutionem patiuntur, nullis putandũ est deesse posse temporibus: quia & cum ab eis qui foris sunt, non sæuientibus videtur esse tranquillitas: & reuerad vtile θ est, plurimumq; consolationis affert maxime infirmis: non tamen desunt, imò multi sunt intus, qui corda pie viuentium suis perditis moribus cruciant: quoniam per eos blasphematur Christianum & catholicum nomen. Quod quanto charius est eis, qui volunt pie viuere in Christo, tãto magis dolent, quod per malos intus positos fit, vt minus quàm piorũ mentes desiderant, diligatur. Ipsi quoque hæretici, cũ Christianũ cogitantur habere nomen, & sacramenta Christiana, & scripturas, & professionem, magnum dolorẽ faciunt in cordibus piorum: quia & multi volentes esse Christiani, propter eorum dissensiones hæsitare cogntur, & multi maledici etiam in his inueniunt materiã blasphemandi Christianum nomen: quia & ipsi quoquo modo Christiani appellantur. His atque huiusmodi prauis moribus, & erroribus hominum persecutionem patiuntur, qui volunt in Christo pie viuere, etiam nullo infestante, neque vexante corpus illorum. Patiuntur quippe hanc persecutionem non in corporibus, sed in cordibus. Vnde illa vox est: Secundũ multitudinem dolorum meorum in corde meo. Nõ enim ait, in corpore meo. Sed rursus quoniã cogitantur immutabilia diuina promissa, & quod ait Apostolus: Nouit dominus, qui sunt eius: quos enim præsciuit, & prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui [b], ex eis perire nullus potest: ideo sequitur in illo Psalmo: Consolationes tuæ iocundauerunt animam meam. Dolor autem ipse, qui fit in cordibus piorum, quos persequũtur mores Christianorum malorũ siue falsorum, prodest dolentibus: quoniam de charitate descendit, qua eos perire nolunt, nec impedire salutem aliorum. Denique I magnæ consolationes fiunt etiam de correctionibus eorum, quæ piorum animas tãta iocunditate perfundunt, quantis doloribus de sua perditione cruciauerãt. Sic in hoc seculo θde numero persecutionum [c] θ in his diebus malis, non solum à tempore corporalis præsentiæ Christi & Apostolorum eius, sed ab ipso Abel, quẽ primum iustum impius frater occidit, & deinceps vsque ad huius seculi finem, inter persecutiones mundi, & consolationes dei peregrinando procurrit Ecclesia.

Psal. 93. Rom. 12. 2. Timo. 3. Rom. 2. 1. Timo. 3. Psal. 93. 2. Timo. 2. Rom. 8. Psal. 93. Gene. 4.

a SI correpti vt sanum.) Admonẽdi sunt hæretici, vt melius sapiant: & ab Eccesia ex doctrina sana docendi, parũ esse Christiana quæ affirmẽt: quod si audire nolint Ecclesiam, non minus ipsi contumacia sua sibi oberunt, quàm scelestis opinionibus. b Cõformes fieri imaginis filij sui.) Fieri, non habetur in aliis exemplaribus, nec est apud Paulum, Græce ὅτι οὗς προέγνω καὶ προώρισε, συμμόρφους τῆς εἰκόνος τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. c De numero persecutionum.) Hoc in aliis libris non habetur: & plane apparet ex annotatione marginis inductum fuisse in contextum.

An credendum sit quod quidam putant, impletis decẽ persecutionibus, quæ fuerunt, nullam superesse præter undecimam, quæ in ipso Antichristi tempore sit futura. Caput LII.

PRoinde nec illud quidem temere puto esse dicendum siue credendum, quod nonnullis visum est, vel videtur nõ amplius ecclesiam passuram persecutiones vsque ad tempus Antichristi, quàm quot iam passa est, id est decẽ: & vndecima eademq; sit ab Antichristo nouissima †. Primam quippe computant à Nerone, quæ facta est [a], secundam à Domitiano [b], tertiam à Traiano, quartam ab Antonino [c], quintam à Seuero [d], sextam à Maximino [e], septimam à Decio [f], octauam à Valeriano [g], nonam ab Aureliano [h], decimam à Diocletiano & Maximiano [i]. Plagas enim Aegyptiorum, quoniam decem fuerunt [k], antequàm inde exire inciperet populus dei, putant ad hũc intellectum esse referendas, vt nouissima Antichristi persecutio similis videatur vndecimæ plagæ, qua Aegyptij, dum hostiliter persequerentur Hebræos, in mari rubro populo dei per siccum transeunte, perierunt. Sed ego illa re gesta ĩ Aegypto, istas persecutiões prophetice significatas esse non arbitror: quamuis ab eis, qui hoc putant, exquisite, & ingeniose illa singula his singulis comparata videantur: non prophetico spiritu sed coniectura mentis humanæ, quẽ aliquando ad verum peruenit, aliquando fallitur. Quid enim, qui hoc sentiunt, dicturi sunt de persecutione, qua ipse dominus crucifixus est? In quo eam sunt numero posituri? Si autem hac excepta existimant computandum, tanquã illæ numerandæ sint, quæ ad corpus pertinent, nõ qua ipsum caput est appetitum & occisum: quid agent de illa, quæ posteaquàm Christus ascendit in cœlum, Hierosolymis facta est, vbi beatus Stephan° lapidatus est, vbi Iacobus frater Ioannis gladio trucidatus est, vbi Apostolus Petrus vt occideretur inclusus est, & per angelum liberatus: vbi fugati, atque dispersi de Hierosolymis fratres: vbi Saulus, qui postea Paulus Apostolus factus est, vastabat Ecclesiam: vbi ipse quoque iam fidem, quam persequebatur euangelizans, qualia faciebat, est passus, siue per Iudæã, siue per alias gentes, quacunque Christum feruentissime prædicabat? Cur ergo eis à Nerone videtur ordiendum, cum ad Neronis tẽpora inter atrocissimas persecutiones, de quibus nimis longum est cuncta dicere, Ecclesia crescendo peruenerit? Quod si à regibus factas persecutiones in numero existimant esse debere, rex fuit Herodes [l], qui etiã post ascensum domini grauissimam fecit. Deinde quid respondent etiam de Iuliano [m], quem non numerant in decem? An ipse non est Ecclesiam persecutus, qui Christianos liberales literas docere [n] ac discere vetuit? Sub quo Valentinianus maior°, qui post eum tertius imperator fuit, fidei Christianæ confessor extitit, militiaq; priuatus est. Vt omittam quæ apud Antiochiam [p] facere cœperat, nisi vnius fidelissimi, & constãtissimi iuuenis, qui cum multis, vt torquerẽtur apprehensis, per totum diẽ primus est tortus, inter vngulas cruciatúsque psallentis libertatem atq; hilaritatem miratus exhorruisset, & in cæteris deformi° erubescere timuisset. Postremo nostra memoria Valens [q] supradicti Valẽtiniani frater Arrianus, nónne magna persecutione per orientis partes catholicã vastauit Ecclesiam? Quale est autem non considerare Ecclesiam per totũ mundum fructificantem atque crescentem, posse in aliquibus gentibus persecutionem pati à regibus, & quando in aliis non patitur? Nisi forte nõ est persecutio computanda, quando rex Gothorum in ipsa Gothia [r] persecutus est Christianos crudelitate mirabili, cum ibi nõ essent nisi catholici, quorum plurimi martyrio coronati sunt, sicut à quibusdam fratribus, qui tunc illic pueri fuerant, & se ista vidisse incunctanter recordabantur, audiuimus. Quid modo in Perside [s] Nónne ita in

K † al. ut undecima eademq; nouissima sit ab Antichristo

Exo. 7. Exo. 14. Acto. 7. Acto. 12. Acto. 8. & 9. Acto. 12.

M

A ita in Christianos ferbuit persecutio, si tamen iã quieuit, vt fugientes inde nonnulli vsque ad Romana oppida peruenerint? Hæc atque huiusmodi mihi cogitãti, non videtur esse definiendus numerus persecutionũ, quibus exerceri oportet Ecclesiã, Sed rursus affirmare aliquas futuras à regibus, præter illam nouissimam, de qua nullus ambigit Christianus, non minoris est temeritatis. Itaque hoc in medio relinquimus, neutram partem quæstionis huius astruentes siue destruentes, sed tantummodo ab affirmandi quodlibet horum audaci præsumptione reuocantes.

a PRimã quippe computant à Nerone, quæ facta est.) De his persecutionibus Ecclesiæ Euseb. in ecclesiastica historia. Huius sub Nerone meminerunt Suetonius Tranquillus, & Tacitus. Ille sic inquit in Nerone: Afflicti suppliciis Christiani, genus hominũ superstitionis nouæ, ac maleficæ. Tacitus sic li. xv. Ergo abolendo rumori Nero subdidit reos, & exquisitissimis pœnis affecit, quos per flagitia inuisos vulgus Christianos appellabat. Author nominis eius Christus, qui Tyberio imperitante per procuratorem Põtium Pilatum supplicio affectus erat: repressaque in præsens exitiabilis superstitio rursus erumpebat, non modo per Iudęam originem eius mali, sed per vrbem etiam, quo cuncta vndique atrocia, aut pudenda confluunt, celebrantúrque. Igitur primo correpti, qui fatebantur: deinde indicio eorum multitudo ingens haud perinde in crimine incendij, quàm odio humani generis cõuicti sunt: & pereuntibus addita ludibria, vt ferarum tergis contecti laniatu canum interirent, aut crucibus affixi, aut flammandi: aut vbi defecisset dies, in vsum nocturni luminis vrerentur. Hortos suos ei spectaculo Nero obtulerat. Et Circense ludicrum edebat habitu aurigæ permistus plebi, vel circulo insistens. Vnde, quamquam aduersus sontes, & B nouissima exempla meritos, miseratio oriebatur, tanquam nõ vtilitate publica, sed in sæuitiam vnius absumerentur. Hæc Tacitus. O vesanos Tacite & Tranquille: an vero vobis parricida Iuppiter, & flagitiis omnibus impuratus deus videtur, non videtur sanctissimus Christus, & ad innocentiam conspirare maleficium vocatis dignósque odio ducitis, & quibus noceatur, qui in leges iurarunt. quorum caput est nemini nocere, bene & velle & facere vniuersis. Si nostras leges non legistis, cur damnatis inauditos? sin legistis, cur improbatis eas virtutes, quas vos scriptis vestris in cœlum admirabundi vehitis? b Secundam à Domitiano.) Persecutio cœpta à Nerone cessauit Vespasiano principe, qui Christianos quietos permisit agere. Patris exemplum secutus est Titus. At Domitianus ille Caluus Nero, vt per omnia esset Neronis similis, ne hoc quidem eius voluit prætermittere. Ira Ioannem in Pathmos insulam ex Sporadibus relegauit. Hæc Domitiani, & tertia Traiani eadem sunt: nã cœpta sub Domitiano vsque ad Traianum peruenerat, qui Neruæ successit, quum hic Domitiano, fuisséque in imperio plus paulo quàm annum. Extat Plinij Iunioris Asiam regentis ad Traianum epistola, qua illum consulit, quid censeat Christianis faciendum, in quis nullum videret crimen tantis suppliciis dignum: operæpreciũ est verba ipsius Plinij audire. Affirmabant hanc fuisse summam vel culpæ suæ, vel erroris, quód essent soliti stato die ante lucẽ cõuenire, carmẽque Christo quasi deo dicere secum inuicem: séque sacramento nõ in scelus aliquod obstringere, sed ne furta, ne latrocinia, ne adulteria committerent, ne fidẽ fallerent, ne depositum appellati abnegarent. Quibus peractis morem sibi discedendi fuisse, rursus coẽundi ad capiendum cibum, promiscuum tamen & innoxium. Quod ipsum facere desiisse post edictum meum, quo secundum mandata tua hæterias esse vetueram. Tum commemorat quàm late serpat sensim, peruagetúrque Christianum nomen, & quàm incipiant deseri ac frigere templa, parúmque ad victimarios redire lucri. Huic Traianus sic respondet: Traianus Plinio. S. Actum, quem debuisti mi Secunde, in excutiendis causis eorum, qui Christiani ad te delati fuerant, secutus es: neque enim in vniuersum aliquid, quod quasi certam formam habeat, constitui potest: conquirendi non sunt, si deferantur, & arguantur, puniendi sunt: ita tamẽ, vt qui negauerit se Christianũ esse, idq; re ipsa manifestum fecerit, id est, supplicando diis nostris, quãuis suspectus in præteritum fuerit, veniam ex pœnitentia imperet. Sine authore vero propositi libelli nullo crimine locum habere debent: nam & pessimi exempli, nec nostri seculi est. Vale. ~~[illegible]~~ s. c Quartam ab Antonino.) Hadrian° enim ex animo Christianis fauit, sed occulte. Quin & molitum ferunt, vt Christus pro deo reciperetur, templáque in eum vsum erexisse: deterritum tamen consilio quorundam, qui affirmabant fore, vt cultus omnis deorũ periret, si id fieret, quod de Christo cogitabat. Tũ & Antoninus Pi° epistola & decreto suo Christianos subleuauit. Itaque Antoninus hic, qui Ecclesiã vexari siuit, fuit philosophus is, qui cum Antonino Vero imperauit. De hoc tẽpore sic Euseb. in temporibus: Persecutione orta in Asia Polycarp° & Pionius fecere martyrium: quorũ scriptæ quoque passiones feruntur. Plurimi in Gallia gloriose ob Christi nomen interfecti: quorum vsque in præsentem diẽ cõdita libris certamina perseuerant. Admotus est per idem tempus extremo supplicio Iustinus philosophus, vt idem Euseb. li. 4. eccle. histo. narrat. d Quintam à Seuero.) Septimius Seuerus Aphrica oriundus ad imperium sola fœlicitate peruenit: homo asper & fæu°: Christianos fieri sub graui pœna vetuit, vt Aelius Spartianus scribit. Affixit Christianos per Aegyptum totam, & præcipue in Thebaïde, vt inquit Euse. li. 5. eccle. histo. Occisus est hac tempestate Alexander Hierosolymita. Episcopus. e Sextam à Maximino.) Maximinus Thrax patre Gotho, & matre Alana barbarus fuit natione, barbarus & corpore, moribus, animo. Ex gregario milite ob corporis robur nactus honores castrenses. Dehinc fauore militari occiso Alexandro Mammeæ filio ad imperium eucẽtus est, homo superbia & crudelitate maxima. De hoc Euseb. Maximinus aduersus ecclesiarum sacerdotes persecutionẽ facit, velut ipsi causa essent Christianæ religionis. f Septimam à Decio.) Decius è Bubalia inferioris Pannoniæ, bello ciuili, quod cum Philippo imperatore gessit, eo victo princeps factus, odium in Christianos auxit, quod eis fauere videbatur Philippus. Ideo illos exquisitis suppliciis affecit: in qua persecutione diuus Laurentius igne excoctus est, vt ait Eutropius: & tamen vno tãtum imperauit anno: quid facturus, si diutius? Martyr etiã tunc fuit Fabianus Pont. Ro. g Octauam à Valeriano.) Tribus annis post Decium, principatum obtinuit Valerianus infœlicissimus Imperator, quem Sapor rex Persarum in Mesopotamia cepit: & eo vsus est velut scamno ad conscendendum equum. Cæsar cũ Valeriano fuit Gallienus: sub quibus vt fuerunt inertes & segnes, mirum est non concidisse Ro. imperium. In hac persecutione martyrio ornatus est diuus Cyprianus Carthaginensis episcopus. h Nonam ab Aureliano.) Gallieno Claudius, huic Quintilius, Quintilio Aurelianus successit Dacus, magna in bellis fœlicitate, sed immani animo, & cruoris humani sitiẽtissimo, necessarius imperio, cætera inamabilis, ne suis quidem charus, à quibus occisus est iter faciens inter Byzantium & Heraclæã. i Decimam à Diocletiano & Maximiano.) Diocletianus Dalmata Salonis natus bellis principum ad imperium ascendit. Maximianum Herculeũ Augustum fecit, vt bella commodius administrarentur, quæ vndique erumpebant varia, & grauia. Astutus vir Diocletianus, & quũ natura esset in sæuitiem propensa, animum suum explebat, reiecta in alium inuidia. Maximinus aperte barbarus, & ingenio inciuili, asperitatem animi etiam vultu ostendebat, minister sæuitiæ Diocletiani. Diocletianus eò impotentiæ venit, vt adorari se vt deum iusserit, pedémque suum osculari, quum antea manum mos esset: ecclesiam persecutus est, & decimonono anno imperij sui in diebus Paschæ templa omnia subuerti iussit, & Christianos occidi. Persecutio Decij fuit maxima, sed hæc sæuissima. k Plagas enim Aegyptiorum quoniam decem fuerunt.) Sic Horosius putat lib. vij. l Rex fuit Herodes.) Non hic est, sub quo natus est dominus, sed eius filius, sub quo mortem obiit. m Quid respondent etiam de Iuliano.) Hunc vulgo apostatam vocãt, quasi desertorem: nam prima ætate, quum Christi sacris esset imbutus, mox princeps ad idola se vertit, & Christianos astutissime insectatus est: nã à cruore abstinuit, & non Christianorum corpora occidere, sed ex corum animis Christũ reuellere miris artibus techuisq; attentabat, quod est genus persequendi omnium efficacissimum, & perniciosissimum. Ita effectum est, vt plures hac calamitate abscesserint ab ecclesia, quàm vlla alia superiore. n Qui Christianos liberales literas docere.) Libellus est Senecæ de studiis liberalibus, in quo sic esse illa dicta ait, quòd hominem liberum faciant, hoc est, fortem, & magnanimum, quod proprium est sapientiæ, quæ tamen inter liberalia studia numerari non solet: itaque studia liberalia virtutẽ dare non possunt, sed animum ad eam accipiendam præparare. Possidoniũs quatuor artium genera ponebat: sunt vulgares & sordidæ, sunt ludicræ, sunt pueriles, sunt liberales: genera omnium rationes ac species enumerat docte Poltianus in Panepistemonte. Seneca grammaticam & mathematicas artes inter liberales ponit. Cicero & veteres dicendi artem, in qua sunt dialectica, & rhetorica, inter præcipuas statuerunt. Vera est ars scientia bonorum & malorum, cui quæ artes seruiunt, liberales dicuntur: idcirco nec pictura liberalis est ars, non magis quàm statuaria, vel marmoraria, ac cæteræ luxuriæ administræ: æque luctatrix & tota oleo lutóque constans scientia ab hac sede liberalitatis expellitur. Sallustius agriculturam & venationem, quam nunc nõ modo inter liberas, sed inter nobiles & patritias prima in sede nobiles nostri locãt, seruiles vocat. Sed de his hactenus. Porrò Proharesius Cæsariensis sophista, quum maxima gloria venisset Athenas, exceptus ingenti multitudinis plausu, frequentissimo theatro orationem habuit extemporalẽ: cui Iulianus concessit, vt ipse solus Christianos docere posset: sed eruditus homo indignatus tam atrox & iniquum principis edictum, scholã reiecit non sine studiosorum permagno dolore. o Sub quo Valentinianus maior.) Iuliano Iouianus, huic Valentinianus successit, Panno nus ex Tribuno Scutariorum, Augustus à militibus salutatus: qui quum sub Iuliano, inquit Eutropius, Christianitatis integram fidem gereret, iussus ab Imperatore sacrilego, aut immolare idolis, aut militia excedere, sponte discessit: nec mora Iuliano interfecto Iouianóque mortuo Valentinianus, qui pro nomine Christi amiserat tribunatum, in locũ persecutoris sui accepit imperium. Eutropius hæc. Maior Valentinianus dicitur, quód alter fuit minor eius filius, qui cum Gratiano fratre imperauit, postea cum Theodosio magno. p Vt omitta quæ apud Antiochiam.) Quum iussi à Iuliano Christiani sepulchrum Babylæ martyris aliò transferre, psalmum audiente principe canerent, cuius est initium, In exitu Israël de Aegypto, accensus Iulianus duci eos frequẽtes postridie ac torqueri iussit. Sallustius erat præfectus, cui negocium mandauerat, primúmque Theodorum quendam iuuenem arripuit, cui variis tormentorum generibus admotis, iuuenis fronte alacri atque hilari ab initio lucis ad horam vndecimam perstitit, hymnum psalmúmque suauissime cantillans, quem pridie cecinerat ecclesia: quod vbi Sallustius vidit, reddi custodiæ imperauit, & ipse ad principem admirabũdus peruenit, dehortans ne torquere Christianos pergeret, illis gloriæ, ipsi principi ignominiæ ac dedecoris plenum futurum: & ordine re audita Iulianus ab incepto destitit. Eum Theodorum Eusebius testificatur se Antiochiæ conuenisse, quæsissé que an in eculeo doleret: minime vero inquit ille: nã pone me assistebat iuuenis in alba veste, qui subinde frigidam mihi suffundebat, & sudorem sudario candidissimo detergebat, ita vt graue potius fuerit, quum illinc detraherer. Macte esto tam admiranda virtute iuuenis memoria seculorum omnium dignissime, nobisque propitiis & benignus esto, vt æmulari te & iuuenes, & senes exoptemus. q Nostra me-

Tranquilli & Tacti de Christianis uerba.

Liberales artes.

G stra memoria Valens.) Augustino iuuene Valens Arrianæ hæresis fautor, lege lata, vt monachi militarent, nolentes per tribunos & milites fustibus iussit interfici, quorum tum erat ingens numerus in solitudinibus Aegypti. Eusebius, Eutropius, & Horosius. r Quando rex Gothorũ in ipsa Gothia.) Hæc post Valentis necem ardente illic Arriana factione. s Quomodo in Perside.) Augustini temporibus fœuitũ est in Christianos atrociter à rege Persarum Gororane: cuius initium dedit Abdas Episcopus sanctissimus, diruti ignis maximi apud Persas dei templis: vt Cassiodorus li. x. histo. tripar. narrat. Fuit & ante non parua Sapore rege Persarum, Constantino vero principe Romano.

De tempore nouissimæ persecutionis occulto.

Caput LIII.

ILlam sanè nouissimam persecutionem, quæ ab Antichristo futura est, præsentia sua ipse extinguet Iesus. Sic enim scriptum est, quod eum interficiet spiritu oris sui, & euacuabit illuminatione præsentiæ suæ. Hic quęri solet, quando istud erit? importune omnino. Si enim hoc nobis nosse prodesset, à quo melius quàm ab ipso deo magistro interrogantibus discipulis diceretur? Non enim siluerunt in-
Act.1. de apud eum, sed à præsente quæsierunt dicentes: Domine, si hoc in tempore repręsentabis [a] regnum Israël? At ille: Non est, inquit, vestrum nosse [b] tempora, quæ pater in sua posuit potestate. Non vtique illi de hora vel die vel anno, sed de tẽpore interrogauerant, quan-
H do illud accepere responsum. Frustra igitur annos, qui huic seculo remanẽt, computare ac definire conamur, cum hoc scire nõ esse nostrum ex ore veritatis audiamus. Quos tamen alij quadringentos, alij quingentos, alij etiam mille ab ascẽsione domini vsque ad eius vltimum aduentum compleri posse dixerunt. Quemadmodum autem quisque eorum astruat opinionem suã, longum est demonstrare, & non necessarium. Coniecturis quippe vtuntur humanis, non ab eis certum aliquid de scripturę canonicę authoritate profertur. Omnium vero de hac re calculantium digitos resoluit, &
Actorũ. 1. quiescere iubet ille qui dicit: Non est vestrum scire tẽpora, quæ pater in sua posuit potestate. Sed hæc quia euangelica sententia est, [c] mirum non est nõ ea repressos fuisse deorum multorum falsorumq; cultores, quo minus fingerent dæmonum responsis, quos tanquàm deos colunt, definitum esse quanto tempore mansura esset religio Christiana. Cum enim viderent, nec tot tantisq; persecutionibus eam potuisse consumi, sed his
I potius mira incrementa sumpsisse, excogitauerunt, nescio quos versus Græcos tanquam consulenti cuidam diuino oraculo effusos, vbi Christum quidem ab hui° tanquam sacrilegij crimine faciunt innocentem: Petrum autem maleficia fecisse subiungunt, vt coleretur Christi nomẽ per trecentos sexagintaquinque annos: deinde completo memorato numero annorum, sine mora sumeret finem. O hominum corda doctorum, ô ingenia literata digna credere ista de Christo, quæ credere non vultis in Christum, quod eius discipulus Petrus ab eo magicas artes nõ didicerit: sed ipso innocẽte, tamen eius discipulus maleficus fuerit, nomenq; illius, quàm suum coli maluerit magicis artibus suis, magnis laboribus & periculis suis, postremo etiã effusione sanguinis sui. Si Petrus maleficus fecit, vt Christũ sic diligeret mundus, quid fecit, innocens Christus, vt eum sic diligeret Petrus? Respondeant igitur sibiipsi, & si possunt intelligant illa superna gratia factum esse, vt propter æternam vitam Christum diligeret mũdus: qua gratia factum est, vt propter æternam vitam ab illo accipiendam, & vsque ad temporalem mortem pro illo patiẽdam Christum diligeret Petrus. Deinde isti dij qui sunt, qui possunt ista prædicere, nec possunt auertere ita succumbentes vni malefico & vni sceleri magico, quo puer, vt dicunt, anniculus occisus [d], & dilaniatus, & ritu nefario sepultus est, vt sectam sibi aduersariam tam prolixo tempore conualescere, tot tantarumq; persecutionum horrendas crudelitates nõ resistendo, sed patiendo superare, & ad suorum simulachrorum, templorum sacrorum oraculorum euersionẽ peruenire permitterent? Quis postremo est deus, non noster vtique, sed ipsorum, qui vel illectus tanto scelere, vel impulsus est ista præstare? Non enim alicui dæmoniõhoc adscribitur, ẽsed deo dicũt illi versus, hæc Petrum arte magica definisse. Talem deum habent, qui Christum non habent. K

Domine si hoc in tempore repræsentabis.) Vulgo restitues, & sic ipse alibi citat. Græce ἀποκαταστήσεις. b Non est inquit vestrum nosse.) Curiositates superuacaneas, & nihil profutura hominibus refellit, sibiq; soli futurorum cognitionem reseruat. Eant nunc siue Mathematici, siue diuinaculi quilibet, & pauidæ pleb eculæ, crassisq; purpuratis admirabundis definiant tempora, & articulos, quibus hic cursus rerum ordoq; cessaturus est: atque etiam si diis placet, Christo ipso docente, se id profiteantur facere, qui charissimis discipulis sæuere responderit, nihil hominibus cum scientia negocij tam reconditi & arcani. Et tamen nulla res est, de qua liberius homines mentiantur, quàm de venturis: quoniam nihil nos audimus libentius, etiam si mentiri sciamus, ita fauor in eos noster, qui futura iactant prædicere, licentiam eorum irritat, & alit. Vsqueadeo in re mirabili vel voluisse dicere, mirandum ducimus. c Quia euãgelica sententia est.) Nam est Christi, & ab Euangelista conscripta: ideo ad Euangelium videtur pertinere. Et profecto ascensio domini ad Euangelium pertinet: & fuisset illud caput actuum Apostolorum reliquo Lucæ Euangelio additum, nisi ipse idem præfatione sua sciunxisset. d Quo puer, vt dicunt, anniculus occisus.) Infanticidia solita obiici Christianis ostendit Tertullianus in apologetico, qui id crimen falsissimum atque impudentissimũ purgat: quanquam Cataphryges & Pepuziani duo hominũ genera hæresis cum primis perditæ ac desperatæ, infantis tenellum corpus soliti erant per omnia membra compungere, vt sic expresso sanguine farina maceraretur, qua conficerent panem in eucharistiæ vsum, vt Augustin° ad Quoduultdeum narrat. Simile quiddam Euchetæ & Gnostici faciebant, ad dæmones pellendos, vt legitur apud Michaëlem Psellum. Sed hæc tam sunt semper habita Christiana quàm magicæ artes, & dæmonum colendorum ritus. L *Infanticidia olim Christianis obiecta.*

De stultissimo mẽdacio Paganorum, quo Christianam religionem nõ ultra trecentorum sexagintaquinque annorum mansurã spatium esse finxerunt. Cap. LIIII.

HAec atque huiusmodi multa colligerẽ, si nõdum annus iste transisset, quem diuinatio ficta promisit & decepta vanitas credidit. Cũ vero ex quo nominis Christi cultus per eius in carne præsentiã, & per Apostolos institutus est ante aliquot annos, anni trecenti sexagintaquinque completi sint, M
quid aliud quærimus vnde ista falsitas refellatur? Vt enim in Christi natiuitate huius rei nõ ponamus initium, quia infans & puer discipulos non habebat, tamen quando habere cœpit, proculdubio tunc innotuit per eius corporalem præsentiam doctrina & religio Christiana, id est, posteaquàm in fluuio Iordane ministerio Ioannis est baptizatus. Propter hoc enim de illo prophetia illa pręcesserat: Dominabitur à mari vsq; *Matth.3.* *Psal.71.*
ad mare, & à flumine vsque ad terminos orbis terræ. Sed quoniam priusquam passus esset, & resurrexisset à mortuis, nondum fides fuerat definita, in resurrectione quippe Christi definita est. Nam sic apostolus Pau-
lus Athenienſibus loquitur, dicens: Iam nunc annunciat hominibus, omnes vbique agere pœnitentiam: eo, *Acto.17.*
quod statuit diem iudicare orbem in æquitate, in viro, in quo definiuit fidem omnibus, resuscitans illum à mortuis: melius in hac quæstione soluenda inde initiũ sumimus: præsertim quia tũc datus est etiam spiritus-
sanctus, sicut eum dari post resurrectionem Christi o- *Acto.2.*
portebat in ea ciuitate, ex qua debuit incipere lex secũda, hoc est, testamẽtum nouum. Prima enim data fuit *Exo.19.*
lex in monte Sina per Moysen, quod testamentum vocatur vetus. De hac autem quæ per Christum data est, prædictum est: Ex Sion lex prodiet, & verbum domi- *Esa.2.*
ni ex

A ni ex Hierusalem. Vnde & ipse per omnes gentes di-
Lucæ.24. xit prædicari oportere in nomine suo pœnitẽtiam, sed tamen incipientibus ab Hierusalem. Ibi ergo exorsus est huius nominis cultus, vt in Christũ Iesum, qui crucifixus fuerat, & resurrexerat, crederetur. Ibi hæc fides tam insignibus initiis incanduit, vt aliquot hominum
**al. nomẽ* millia in Christi nomine *mirabili alacritate conuersa, venditis suis rebus, vt egenis distribuerentur, propo sito sancto, & ardentissima charitate ad paupertatem voluntariam peruenirent, atq; inter frementes & sanguinem sitientes Iudæos se vsque ad mortem pro veritate certare, non armata potentia, sed potentiore patiẽtia præpararent. Hoc si nullis magicis artibus factum est, cur credere dubitãt eadem virtute diuina per totũ mundum idem fieri potuisse, qua hoc factum est? Si autem vt Hierosolymis, sic ad cultum nominis Christi accenderetur tanta hominum multitudo, quæ illum
Matth.27 in cruce, vel fixerat prensum*†, vel riserat fixum, iam
**aliâs pensum.† al. pressum.* maleficium illud fecerat Petrus, ex ipso anno quærendum est, quando trecenti sexagintaquinque completi
B sint. Mortuus est ergo Christus duobus geminis consulibus [a], octauo calendas Aprilis. Resurrexit tertia die,
Lucæ.24. sicut Apostoli suis etiam sensibus probauerunt. Deinde post quadraginta dies ascendit in cœlum: post decẽ
Acto.1. dies, id est, quinquagesimo post suam resurrectionem die misit spiritum sanctum. Tunc tria millia hominũ
Acto.2. Apostolis eum prædicantibus crediderunt. Tunc itaq; nominis illius cultus exortus est, sicut nos credimus, & veritas habet, efficacia spiritussancti: sicut autem fin xit vanitas impia vel putauit, magicis artibus Petri. Paulo post etiam signo mirabili facto, quando ad ver-
Acto.3. bum ipsius Petri quidam mendicus ab vtero matris ita claudus, vt ab aliis portaretur, & ad portam templi vbi stipem peteret, poneretur, in nomine Iesu Christi saluus exiliuit, quinque millia hominum crediderunt.
Acto.4. Ac deinde aliis atque aliis accessibus credentium creuit ecclesia. Ac per hoc colligitur etiã dies, ex quo annus ipse sumpsit initium, scilicet quando missus est spiritussanctus, id est, per idus Maïas. Numeratis proinde consulibus, trecenti sexagintaquinque anni reperiuntur impleti, per easdem idus Maïas, consulatu Honorij
**aliâs Eutychiani.* & Euticiani [b]*. Porrò sequenti anno cum socium accepisset Honorius consulem Manlium Theodorum [c],
C quando iam secundum illud oraculum dęmonum, aut figmentum hominum nulla esse debuit religio Christiana, quid per alias terrarum partes forsitan factum sit, nõ fuit necesse perquirere. Interim quod scimus, in ciuitate notissima & eminẽtissima Carthagine Aphricæ Gaudentius & Iouius comites Imperatoris Honorij, quartodecimo calendas Aprilis falsorum deorum templa euerterunt, & simulachra fregerũt. Ex quo vsque ad hoc tempus per triginta ferme annos [d], quis non videat quantum creuerit cultus nominis Christi, præsertim posteaquàm multi eorum Christiani facti sunt, qui tanquàm vera illa diuinatione reuocabantur à fide, eamq; completo eodem annorum numero inanem irridendamq; viderunt? Nos ergo qui sumus vocamurq; Christiani, non in Petrum credimus, sed in quem credidit Petrus [e]: Petri de Christo ædificati sermonibus, non carminibus venenati: nec decepti maleficiis, sed beneficiis ei° adiuti. Ille Petri magister Christus in doctrina, quæ ad vitam ducit æternam, ipse est & magister noster. Sed aliquando iam claudamus hũc librum, hucusque differentes, & quantum satis visum est demõstrantes, quis nam sit duarum ciuitatum cœlestis atque terrenæ ab initio vsque in finem permixtarũ mortalis excursus. Quarum illa quæ terrena est, D
fecit sibi quos voluit, vel vndecunque, vel etiam ex hominibus falsos deos, quibus sacrificando seruiret. Illa autem, quæ cœlestis peregrinatur in terra, falsos deos nõ facit, sed à vero deo ipsa fit, cui° verũ sacrificiũ ipsa
sit*. Ambæ tamẽ tẽporalibus, vel bonis pariter vtũtur, **aliâs fit.*
vel malis pariter affliguntur, diuersa fide, diuersa spe, diuerso amore, donec vltimo iudicio separẽtur, & percipiat vnaquæque suum finem, cuius nullus est finis. De quibus ambarum finibus deinceps disserendũ est.

Mortuus est ergo Christus duobus geminis consulibus.) Principio constat Christum mortuum imperio Tyberij Cæsaris. Lucas Euangelista baptisma Ioannis, & initium prædicationis domini in quintumdecimum Tyberij Cęsaris annum refert. Erit ergo eius mors anno. xviij. aut etiã. xix. nam tribus annis dominus Iesus ad populos de regno dei disseruit. Idem Hieronymus & Eusebius in Chronicis, qui etiam testimonia affert Ethnicorum de terræmotu & defectu solis eodem ipso anno: nam Phlegon Olympiadũ scriptor sic ait: Quarto autem anno ducentesimæ secundæ Olympiadis, qui fuit principat° Tyberij. xviij. magna & excellens inter omnes, quæ ante eam acciderant, defectio solis est facta. Dies hora sexta ita in tenebrosam noctem versus, vt stellæ cœlo visæ sint, terræq; motus in Bithynia, Nycenæ vrbis multas ædes subuertit. At duo Gemini scilicet Rubelius geminus & Fufius geminus, quibus consulibus Augustinus ex Lactãtij sententia dicit dominũ esse crucifixum, nõ decimooctauo, sed quin- E
todecimo principatus Tyberij consules fuerunt: idq; præterquam quod ex. v. Taciti volumine facile colligi potest: ipse etiam Lactantius fatetur lib. iiij. cap. x. cui suffragant Orosius, Eutropius, & Tertullianus, eo quintodecimo anno Christum affixum esse cruci narrantes: quod si. xviij. annus magis placet, obierit mortem Christus Serg. Galba, qui pòst imperauit, & Lucio Sylla coss. nã sextodecimo anno consules fuerunt Trio & Regulus. xvij. Gn. Domitius, & Camillus Scribonianus. b Consulatu Honorij & Euticiani.) His consulibus Gothi & Alani, & cæteræ feræ gentes in Italiam Stilicone impulsore sunt ingressæ. Fuit enim quartus consulatus Honorij Augusti. Hoc factum in sequentem annum Prosper reiicit, Stilicone & Aureliano coss. c Socium accepisset Honorius consulẽ Manlium Theodorum.) Alibi sic: porrò sequenti anno cõsule Manlio Theodoro. apud Aurelium Cassiodorum in digestione cõsulum, quanuis mendosa, post annum Honorij. iiij. & Eutychiani coss. sequitur annus Manlij & Theodori coss. Claudianus vnum hominem facit, vt hic Augustinus Manlium Theodorum, in cuius consulatum elegantissimum cecinit panegyricum, & significat illum non tum primum factum consulem. Prosper huius consulatum ante Honorium. iiij. consulem ponit, puto in tempore esse mendum quemadmodum in scriptura, sic est enim legendus is locus: Manlio Theodoro secundùm consule cũ hoc consulatũ inierat Eutropius Eunuchus, qui mox honore & vita exutus est. Sic ille. Itaque fieri potest, vt & Eutropij nomen sit ex fastis expunctum, & collega non sit Manlio suffectus: quanquam per illa tempora cœpit creari vnus consul. d Per triginta ferme annos.) vsque tertiũ annum imperij Theodosij iunioris. e Sed in quem credidit Petrus.) Paulus primæ ad Corinthios. iij. Quis est enim Paulus? quis Apollos? ministri per quos credidistis.

FINIS.

ELENCHVS

CAPITVM IN LIB. XIX.

Diui Aurelij Augustini de Ciuitate dei.

1 Quòd in quęstione, quam de finibus bonorum & malorum philosophica disputatio ventilauit, ducentas octoginta & octo sectas esse Marcus Varro perspexerit.

2 Quomodo remotis omnibus differẽtiis, quæ non sectæ, sed quæstiones sunt, ad tripertitam summi boni definitionem Varro peruenìat, quarum tamen vna sit eligenda.

3 De tribus sectis summum hominis bonum quęrentibus, quam eligendam Varro definiat, sequẽs veteris academiæ Antiocho authore sentẽtiam.

4 De summo bono & summo malo quid Christiani sentiant contra philosophos, qui summum bonum in se ipsi esse dixerunt.

5 De sociali vita, quæ cum maxime expetenda sit, multis offensionibus sæpe subuertitur.

6 De errore

G 6 De errore humanorum iudiciorum cum veritas latet.
7 De diuersitate linguarum, qua societas hominũ dirimitur: & de miseria bellorum etiam quæ iusta dicuntur.
8 Quòd amicitia bonorum secura esse non possit, dũ à periculis præsentis vitæ trepidari necesse sit.
9 De amicitia sanctorum angelorum, quæ homini in hoc mundo non potest esse manifesta propter fallaciam dæmonum, in quos inciderũt, qui multos sibi deos colendos putauerunt.
10 Quis fructus sanctis de superata huius vitę tẽtatione paratus sit.
11 De beatitudine pacis æternæ, in qua sanctis finis est, id est vera perfectio.
12 Quòd etiam bellantium sæuitia, omnesq; hominum inquietudines ad pacis finem cupiant peruenire, sine cuius appetitu nulla natura sit.
13 De pace vniuersali, quę inter quaslibet perturbationes priuari non potest lege naturæ, dũ sub iusto iudice ad id quisq; peruenit ordinatiõe, quod
H meruit voluntate.
14 De ordine ac lege siue cœlesti, siue terrena, per quam societati humanæ etiam dominando consulitur, & consulendo seruitur.
15 De libertate naturali, & de seruitute, cuius prima causa peccatum est, qua homo malæ voluntatis etiam si non est mancipium alterius hominis, seruus est propriæ libidinis.
16 De æquo iure dominandi.
17 Vnde cœlestis societas cum terrena ciuitate pacem habeat, & vnde discordiam.
18 Quàm diuersa sit Academiæ nouæ ambiguitas à constantia fidei Christianæ.
19 De habitu & moribus populi Christiani.
20 Quòd ciues sanctorum in huius vitę tempore spe beati sint.
21 An secundum definitiones Scipionis, quæ in dialogo Ciceronis sunt, vnquã fuerit Romana Respublica.
I 22 An verus sit deus, cui Christiani seruiunt, cui soli debeat sacrificari.
23 Quæ Porphyrius dicat oraculis deorum responsa de Christo.
24 Qua definitione constet populi & Reipublicæ nuncupationem recte sibi non solum Romanos, sed etiam regna alia vendicare.
25 Quod non possint ibi veræ esse virtutes, vbi non est vera religio.
26 De pace populi alienati à deo, qua vtitur ad pietatem populus dei, dum in hoc peregrinus est mundo.
27 De pace seruientium deo, cuius perfecta tranquillitas in hac tẽporali vita non potest apprehendi.
28 In quem finem venturus sit exitus impiorum.

D. AVRELII AVGVSTINI
Episcopi, de Ciuitate dei
Liber. XIX.

Quòd in quæstione, quam de finibus bonorum & malorum philosophica disputatio uentilauit, ducentas octoginta & octo sectas esse Marcus Varro perspexerit. Caput I.

QVoniam de ciuitatis vtriusq; K terrenæ scilicet & cœlestis debitis finibus deinceps mihi video disputandum, prius exponenda sunt, quantum operis huius terminãdi ratio patitur, argumẽta mortalium, quibus sibiipsi beatitudinẽ facere in huius vitæ infœlicitate moliti sunt, vt ab eorum rebus vanis spes nostra quid differat, quam deus nobis dedit, & res ipsa: hoc est, vera beatitudo quam dabit, non tantum authoritate diuina, sed adhibita * etiam ratione, qualem propter infideles possumus adhibere, clarescat. De finibus enim bonorum & malorum multa & multipliciter inter se philosophi disputarunt. Quam quæstionem maxima intentione versantes, inuenire conati sunt, quid efficiat hominem beatum. Illud enim est finis boni nostri, propter quod appetenda sunt cætera, ipsum autem propter seipsum: & illud finis mali, propter quod vitãda sunt cætera, ipsum autem propter seipsum. Finem ergo boni nunc dicimus, non quo cõ- L summatur, vt non sit, sed quo perficiatur *, vt plenum sit: & finem mali nõ quo esse desinat, sed quousque nocendo perducat. Fines itaque isti sunt, summum bonũ, & summum malum. De quibus inueniendis atque in hac vita summo bono adipiscendo, vitando autẽ summo malo, multum, sicut dixi, laborauerũt, qui studium sapientiæ in huius seculi vanitate professi sunt: nec tamen eos, quanuis diuersis errãtes modis, naturæ limes intantum ab itinere veritatis deuiare permisit, vt non alij in animo, alij in corpore, alij in vtroque fines bonorum ponerent & malorum. Ex qua tripertita velut generalium distributione sectarum, Marcus Varro in libro de philosophia tam multam dogmatum varietatem diligenter & subtiliter scrutatus aduertit, vt ad cclxxxviij. sectas, non quæ iam essent, sed quę esse possent, adhibens quasdam differentias, facillime peruenireret. Quod vt breuiter ostendam, inde oportet incipiam, quod ipse aduertit, & posuit in libro memorato: Quatuor esse quædam, quæ homines sine magistro, sine vllo doctrinę adminiculo, sine industria vel arte vi M uendi, quæ virtus dicitur, & proculdubio discitur [a], velut naturaliter appetunt: aut voluptatem, qua delectabiliter mouetur corporis sensus: aut quietem, qua fit vt nullam molestiã quisque corporis patiatur: aut vtranque, quam tamen vno nomine voluptatis Epicurus [b] appellat: aut vniuersaliter prima naturæ [c], in quibus & hæc sunt, & alia: vel in corpore, vt membrorum integritas, & salus atque incolumitas eius: vel in animo, vt sunt ea quæ vel parua, vel magna in hominum reperiuntur ingeniis. Hæc igitur quatuor, id est voluptas, quies, vtrunque prima naturæ, ita sunt in nobis, vt vel virtus, quam postea doctrina inserit, propter hæc appetẽda sit: aut ista propter virtutem, aut vtraque propter seipsa: ac per hoc fiunt hinc duodecim sectæ. Per hanc enim rationem singulæ triplicãtur: quod cum in vno demonstrauero, difficile non erit id in cæteris inuenire. Cum ergo voluptas corporis, animi virtuti aut subditur, aut præfertur, aut iungitur, tripertita variatur diuersitate sectarum. Subditur autem virtuti, quando in vsum virtutis assumitur. Pertinet quippe ad virtutis officium, & viuere patriæ, & propter patriã filios procreare, quorum neutrum fieri potest sine corporis voluptate. Nam sine illa nec cibus potusq; sumitur, vt viuatur, nec concumbitur, vt generatio propagetur. Cum

*aliàs indubitata.

*aliàs peueniatur.

vero

A vero præfertur virtuti, ipsa appetitur propter seipsam. Virtus autem assumenda creditur propter illam, id est vt nihil virtus agat, nisi ad consequendam vel conseruandam corporis voluptatem: quæ vita deformis est quidem, quippe vbi virtus seruit dominæ voluptati, quanuis nullo modo hæc dicenda sit virtus. Sed tamen etiam ista horribilis turpitudo habuit quosdã philosophos patronos, & defensores suos. Virtuti porrò voluptas iungitur, quãdo neutra earum propter alteram, sed propter seipsas ambæ appetuntur. Quapropter sicut voluptas vel subdita, vel prælata vel iuncta virtuti tres sectas facit, ita quies, ita vtraque, ita prima naturæ alias ternas inueniuntur efficere. Pro varietate quippe humanarum opinionum virtuti aliquãdo subduntur, aliquando præferuntur, aliquando iunguntur, ac sic ad duodenarium sectarum numerum [d] peruenitur. Sed iste quoq; numerus duplicatur adhibita vna differẽtia, socialis videlicet vitæ: quoniã quisquis sectatur aliquã istarum duodecim sectarum, profecto aut propter se tãtum id agit, aut etiam propter socium, cui debet hoc
B velle, quod sibi. Quocirca duodecim sunt eorum, qui propter se tãtummodo vnamquãq; tenendam putant: & aliæ duodecim eorum, qui nõ solũ propter se sic vel sic philosophandum esse decernunt: sed etiam propter alios, quorũ bonũ appetũt sicut suum. Hę autẽ sectę vigintiquatuor iterum geminantur, addita differẽtia ex Academicis nouis [e], & fiunt quadragintaocto. Illarum quippe vigintiquatuor, vnamquamq; sectarum potest quisq; sic tenere ac defendere vt certam, quemadmodum defenderunt Stoici, quod hominis bonum, quo beatus esset, in animi tantummodo virtute consisteret. Potest aliusvt incertam, sicut defenderunt Academici noui: quod eis etsi non certum, tamen verisimile videbatur. Vigintiquatuor ergo fiunt per eos, qui eas velut certas propter veritatem: & alię vigintiquatuor per eos qui easdem velut incertas propter verisimilitudinem sequẽdas putant. Rursus, quia vnamquamq; istarum quadragintaocto sectarum potest quisq; sequi habitu cæterorum philosophorum. Itemq; potest alius habitu Cynicorum [f]. Ex hac etiam differentia duplicantur, & nonagintasex fiũt. Deinde quia earum singulas
C quasq; ita tueri homines possunt atque sectari, vt aut ociosam deligant vitam, sicut hi qui tantummodo studiis doctrinæ vacare voluerunt, atq; valuerunt: aut negociosam, sicut hi, qui cum philosopharentur, tamen administratione Reipublicæ, regendisq; rebus humanis occupatissimi fuerunt: aut ex vtroq; genere temperatam, sicut hi qui partim erudito ocio, partim necessario negocio: alternantia vitæ suæ tempora tribuerũt. Propter has differentias potest etiam triplicari numerus iste sectarum, & ad ducentas octogintaocto perduci. Hæc de Varronis libro quantum potui breuiter, ac dilucide posui, sententias eius meis explicans verbis. Quomodo autem refutatis cæteris [g] vnam eligat, quã vult esse Academicorum veterum, quos à Platone institutos vsq; ad tertium Polęmonem, qui ab illo quartus [h] eius scholam tenuit, quæ Academia dicta est, habuisse certa dogmata vult videri: & ob hoc distinguit ab Academicis nouis, quibus incerta sunt omnia, quod philosophiæ genus ab Archesilao * cœpit [i] successore Polæmonis: eamq; sectam, id est veterum Academicorum sicut dubitatione, ita omni errore carere arbitretur: longum est per omnia demonstrare, nec tamẽ omni ex pte res omittẽda est. Remouet ergo prius illas omnes differentias, quæ numerum multiplicauere sectarum: quas ideo remouendas putat, quia non in eis D est finis boni. Neq; enim existimat vllam philosophię sectam esse dicendam, quæ nõ eo distet à cæteris, quod diuersos habeat fines [k] bonorum & malorum: quandoquidem nulla est homini causa philosophandi, nisi vt beatus sit. Quod autem beatũ facit, ipse est finis boni. Nulla est igitur causa philosophandi, nisi finis boni. Quamobrem quæ nullum boni finem sectatur, nulla philosophiæ secta dicenda est. Cum ergo quæritur de sociali vita, vtrum sit tenenda sapiẽti vt summum bonũ, quo fit homo beatus, ita velit, & curet amici suii, quemadmodum suum, an suæ tantummodo beatitudinis causa faciat quicquid facit nõ de ipso summo bono quæstio est, sed de assumẽdo vel nõ assumẽdo socio ad huius participationem boni, non propter seipsum, sed propter eundem socium, vt eius bono ita gaudeat, sicut gaudet suo. Item cum quęritur de Academicis nouis, quibus incerta sunt omnia, vtrum ita sint res habendæ, in quibus philosophandũ est, an sicut aliis philosophis placuit certas eas habere debeamus: non quę- E ritur, quid in boni fine sectandum sit, sed de ipsius boni veritate, quod videtur sectandum, vtrum sit, nec ne dubitandum: hoc est, vt id planius eloquar, vtrum ita sectandum sit, vt qui sectatur, dicat esse verum: an ita, vt qui sectatur dicat verum sibi videri, etiam si forte sit falsum, tamen vterq; sectetur vnum atq; idem bonum. In illa etiam differentia, quæ adhibetur ex habitu & consuetudine Cynicorũ, non quæritur quisnam sit finis boni, sed vtrum in illo habitu & consuetudine sit viuendum ei, qui verum sectatur bonum, quodlibet ei verum videatur esse atq; sectandum. Denique fuerunt, qui cum diuersa sequerentur bona finalia, alij virtutem, alij voluptatem, eundem tamen habitũ & consuetudinem tenebant, ex quo Cynici appellabantur. Ita illud quicquid est, vnde philosophi Cynici discernuntur à cæteris, ad eligendum ac tenendum bonum, quo beati fierent, vtiq; nil valebat. Nam si aliquid ad hoc interesset, profecto idem habitus eundem finem sequi cogeret, & diuersus habitus eundem sequi finem non sineret.

*aliàs, Archesila.

IOANNIS LODOVICI VIVIS
Valentini commentarij in. XIX. librum de Ciuitate dei diui Aurelij Augustini. F

QVæ virtus dicitur, & proculdubio discitur.) Magna est inter a veteres disceptatio, discatúrne virtus? aliis natura dari bonis, negari malis affirmantibus: aliis eam vsu doctrináque percipi. Plato interdum his accedere: interdum illis videtur: sed haud dubium quin virtutem & natura ex se non praua, & præcepta, & exercitatio & instituant: quæ veteres dixerunt φύσιν, λόγον, καὶ ἄσκησιν. quæ sic sunt in virtute necessaria, vt in artibus, vt etiam in frugibus, in quibus opus est pingui solo, bonis seminib[a], & agricolę diligentia. Plutarchi libell[a] est, vel poti[a] schedula γνῶσι σωκτέον ἀρετή. b Quam tamen vno *nomine voluptatis* Epicurus.) Non solum iucundum illum & delectabilem sensum nominat Epicurus voluptatem, sed etiam aduersi illius asperi & molesti vacuitatem. Cicero primo de finibus, verbis Torquati Epicuræi: Nam quoniam quum priuamur dolore, ipsa liberatione & vacuitate omnis molestiæ gaudemus. Omne autem id, quo gaudemus, voluptas est, vt omne quo offendimur, dolor: doloris omnis priuatio recte est nominata voluptas. c Vniuersaliter prima naturæ.) Ista sunt Stoicis frequentia, & pene *propria*, de quis multa variis locis apud Ciceronem mentio. d Ac sic ad duodenarium sectarum numerum.) Multo plures conficerentur sectæ, si omitteretur in aliqua ratione summi boni virtus: *tum voluptas* conferretur quieti, & primis naturæ, deinde quies primis naturæ: sed nullus fuit tam perditæ philosophus frontis, vt tametsi voluptatem in fastigio locaret bonorum, virtutem tamen ab illa velut sede fœlicitatis excluderet. e Ex Academicis nouis.) Sequitur vulgatam hac de re opinionem: nam ipse Varro apud Ciceronem dicit hanc Archesilæ academiã videri sibi veterem à Socrate institutam, à Platone confirmatam, & literis mandatam. Eusebius lib. xiiij. præpa. Euang. tertiam Carneadis academiam addit, quæ media vocatur: aliter Laërtius, qui veterem acade-

Voluptas.

z miam

G miam Platoni,mediam Archesilæ, nouam Lacydæ huius discipulo attribuit. f Iremq; potest alius habiri Cynicorum.) Huius sectæ fundator Antisthenes discipulus fuit Socratis, homo in primis à voluptate auersus,quales ferè fuerunt qui dicti sunt Cynici: & si nonnulli cultu simili voluptatibus dediti fuere,de quibus Origenes sentit,quum in Exodum scribens,Cynomiam Cynicorum sectæ comparat,quæ ad reliquas deceptiones suæ improbitatis etiam voluptatem & libidinem summum prædicant bonum. quod miror si de tota Cynicorum secta in vniuersum dicat: illa præsertim antiqua,cui erat illud prouerbium in ore frequens: Malim insanire quàm voluptate perfrui.& fieri potest vt Hieronymus Origenem secutus, Aristippum & Cynicos faciat assertores voluptatis in Ecclesiasten:quo loco nos pro Cynicis Cyrenaicos emendauimus,certe veriore sensu, quàm si Cynicos legas. Illud annotandum, quòd Cynicam vitæ rationem Diogenes Laërtius non sectæ modum quendam esse ait,vt quidam putarunt, sed veram & iustam sectam.

g Quomodo autem refutatis cæteris.) Hos autem solos Cicero.v.de fini.probauit,aliis reiectis,quorum sententia non multum ab Aristotelica abest, imò ferè est eadem: quippe Aristoteles in libris moralibus, optima quæque ex Platone magistro sumpsit. h Vsque ad Polæmonem,qui ab illo quartus.) Platoni successit Speusippus sororis eius filius: huic viuenti adhuc,sed morbis conuiso,& fracto Xenocrates,Xenocrati Polæmo,qui Atheniensis fuit prima adolescentia luxui & libidini dediti,vnica oratione à Xenocrate ad meliorem frugē adductus, magnúsque sapientiæ assectator factus. Valerius Maximus hunc in exemplum affert mutationis morum. Fuit & Polæmo Helladicus Iliqus,cuius historiam interdum citauimus. Fuit etiam Polæmo Laodiceæus Sophista.

i Ab Archesilao cœpit.) Hic fuit ex Pitane ciuitate Aeoliæ, quem more Socratis disputasse semper in vtranque partem ferunt,nullúmque reliquisse suorum studiorum monumētum,& in hoc quoque Socratem imitatum.Cicero Archesilam nominat:& sic est in antiquis Augustini codicibus. k Quę non eo distet à cæteris,quod diuersos habeat fines.) In
H ter veteres philosophos sic cōstabat, vt de tota philosophiæ ratione dissentiret,qui de summo bono non assentiretur.

Quomodo remotis omnibus differentiis,quæ non sectæ,sed quæstiones sunt, ad tripertitam summi boni definitionem Varro perueniat,quarum tamen una sit eligenda. Caput II.

IN tribus quoq; illis vitæ generibus, vno scilicet non seguiter,sed in contemplatione vel inquisitione veritatis ocioso,altero in gerendis rebus humanis negocioso,tertio ex vtroque genere temperato, cum quæritur quid horum sit potius eligendum,non finis boni habet controuersiam:sed quid horum trium difficultatem, vel facilitatem afferat ad consequendùm,vel retinendum finem boni,id in ista quæstione versatur.Finis enim boni,cū ad eum quisq; peruenerit, protinus beatū facit.In ocio autem literato,vel in negocio publico,vel quando vtrunq; vicibus agitur,non continuo quisq; beatus est. Multi quippe in quolibet horum trium possunt viuere,& in appetendo boni fine, quo fit homo beatus,errare. Alia est igitur
I quæstio de finibus bonorum & malorum, quæ vnamquamq; philosophorum sectam facit,& alię sunt quęstiones de sociali vita, de cūctatione Academicorum, de vestitu & victu Cynicorum, de tribus vitæ generibus,ocioso,actuoso,& ex vtroque modificato, quarum nulla est in qua de bonorum & malorum finibus disputatur.Proinde quoniā Marcus Varro has quatuor adhibens differentias, id est, ex vita sociali,ex Academicis nouis,ex Cynicis, ex isto vitæ genere tripertito ad sectas ducentas octogintaocto peruenit, & si quæ aliæ possunt similiter adiici,remotis eis omnibus:quoniam de sectando summo bono nullā inferunt quæstionem [a],& ideo sectæ nec sunt,nec vocandæ sunt: ad illas duodecim,in quibus quæritur quid sit bonū hoīs, quo assecuto fit beatus,vt ex eis vnā verā,cęteras falsas ostēdat esse,reuertit. Nā remoto illo triptito genere vitę,duę ptes huius numeri detrahūtur,& sectę nonagintа sex remanēt. Remota vero differētia ex Cynicis addita,ad dimidiū rediguntur,& quadragintaocto fiunt. Auferamus etiā quod ex Academicis nouis adhibitū est,rursus dimidia pars remanet,id est vigintiquatuor. De sociali quoq; vita quod accesserat similiter auferatur,& duodecim sunt reliquæ, quas ista differentia, vt vigintiquatuor fierent,duplicauerat.De his ergo duo- K
decim nihil dici potest,cur sectæ nō sint habendæ. Nihil quippe aliud in eis quæritur, quàm finis bonorum & malorum. Inuentis autem bonorum finibus,profecto econtrario sunt malorum.Hę autem vt fiant duodecim sectæ,illa quatuor triplicantur, voluptas, quies, vtrumq;,& prima naturæ, quæ primigenia Varro vocat [b].Hæc quippe quatuor dum singillatim virtuti aliquando subduntur, vt non propter seipsa, sed propter officium virtutis appetenda videantur:aliquando prę-
ferūtur,vt nō propter seipsa,sed propter hæc adipiscenda vel conseruanda necessaria virtus putetur: aliquando iunguntur,vt propter seipsa & virtus, & ista appetenda credantur: quaternarium numerū triplum reddunt,& ad duodecim sectas peruenīunt. Ex illis autē quatuor rebus Varro tres tollit,voluptatem scilicet,& quietem,& vtrunq;:non quod eas improbet, sed quod primigenia illa naturæ, & voluptatem in se habeant, & quietē. Quid ergo opus est ex his duabus tria quædam facere,duo scilicet cum singillatim appetūtur voluptas aut quies,& tertium cum ambæ simul,quandoquidem prima naturæ,& ipsas,& præter ipsas alia mul
ta contineant? De tribus ergo sectis ei placet diligen- L
ter esse tractandum,quæ nam sit potius eligenda. Non enim veram plusquam vnam vera ratio esse permittit,siue in his tribus sit,siue alicubi alibi, quod pòst videbimus.Interim de his tribus quomodo vnam Varro eligat,quantum breuiter aperteq; possumus,disseramus.Istæ nempe tres sectæ ita fiunt:cum vel prima naturæ propter virtutem,vel virtus propter prima naturæ,vel vtraq;,id est,& virtus, & prima naturæ propter seipsa sunt expetenda.

NVllam inferunt quæstionem.) Nam & si adminiculari videntur summo bono vsu suo recto vel secus, de ratione tamē illius neutiquam sunt. b Et prima naturæ,quæ primigenia Varro vocat.) Hæc Cicero dicit esse incolumitatem conseruationemq; omnium partium,valetudinem,sensus integros, doloris vacuitatem,vires,pulchritudinem,cæteraq; generis eiusdem,quorum similia sunt prima in animis,quasi virtutum igniculi & semina:quæ adolescere si liceret, nec à prauis opinionibus ceu spinis succrescētibus præfocarentur,ipsa nos ad beatam vitam perducerent. a Prima naturæ.

De tribus sectis summum hominis bonum quærentibus, quam eligendam Varro definiat, sequens ueteris Academiæ Antiocho authore sententiam. Caput III.

Vid ergo istorum trium sit verum atque sectandum,isto modo persuadere conatur. Primum,quia summum bonum in philosophia non arboris,non pecoris, non dei,sed hominis quæritur, quid sit ipse homo quærendum putat.Sentit quippe in eius natura duo esse quædam,corpus & animam, & horum quidem duorum melius esse animam, longeq; pręstabilius omnino non dubitat.Sed vtrum anima sola sit homo, vt ita sit ei corpus tanquam equus equiti, quærendum putat. Eques enim non homo & equus, sed solus homo est [a]: ideo tamen eques dicitur, quod aliquo modo se habeat ad equum. An corpus solum sit homo,aliquo modo se habens ad animam, sicut poculum ad potionem: non enim calix & potio, quam continet calix,simul dicitur poculum [b],sed calix solus, ideo tamen quod potioni continendæ sit accommodatus.An vero nec anima sola,nec solum corpus,sed simul vtrunq; sit homo,cuius pars sit vna, siue anima, siue corpus: ille autem totus ex vtroque constet vt homo sit, sicut duos equos iunctos bigas vocamus, quorum siue dexter,siue sinister pars est bigarū, vnum vero eorum quoquo modo se habeat ad alte-

A rum,bigas non dicimus,sed ambos simul.Horum autem trium hoc eligit tertium, hominemq; nec animā solam,nec solum corpus,sed animam simul & corpus esse arbitratur. Proinde summū bonum hominis,quo fit beatus,ex vtriusque rei bonis constare dicit,& animæ scilicet & corporis. Ac per hoc prima illa naturæ propter seipsa existimat esse expetenda, ipsamque virtutem,quam doctrina inserit velut artem viuendi, quæ in animæ bonis est,excellentissimum bonū. Quapropter eadem virtus,id est,ars agendæ vitæ [c],cum acceperit prima naturæ,quæ sine illa erant,sed tamen erant etiam,quando eis doctrina adhuc deerat, omnia propter seipsam appetit,simulq; etiam seipsam, omnibusq; simul & seipsa vtitur,eo fine vt omnibus delectetur atque perfruatur,magis minusq;, vt quæque [d] inter se maiora atque minora sunt,tamen omnibus gaudēs & quædam minora,si necessitas postulat, propter maiora vel adipiscenda vel tenenda contemnens. Omnium autem bonorum vel animi vel corporis [e] nihil sibi virtus omnino præponit. Hæc enim bene vtitur & seipsa,& cæteris quæ hominem faciunt beatum bonis.
B Vbi verò ipsa non est,quamlibet multa sint bona, non bona eius sunt,cuius sunt:ac per hoc nec eius bona dicenda sunt,cui male vtenti vtilia esse nō possunt. Hæc ergo vita hominis,quæ virtute,& aliis animi,& corporis bonis,sine quibus virtus esse non potest,fruitur,beata esse dicitur.Si verò & aliis,sine quibus esse virt[9] potest,vel vllis vel pluribus,beatior. Si autem prorsus omnibus,vt nullum omnino bonū desit,vel animi vel corporis,beatissima. Non enim hoc est vita quod virtus: quoniam non omnis vita, sed sapiens vita virtus est: & tamen qualiscunque vita sine vlla virtute potest esse, virtus verò sine vlla vita non potest esse. Hoc & de memoria dixerim atque ratione, & si quid aliud tale est in homine.Sūt enim hæc & ante doctrinam, sine his autem non potest esse vlla doctrina: ac per hoc nec virtus,quæ vtique discitur.Bene autē currere,pulchrum esse corpore,viribus ingentibus præualere,& cętera huiusmodi talia sunt,vt & virtus sine his esse possit,& ipsa sine virtute bona sunt:tamen & secūdum istos etiam ipsa propter seipsam diligitur virtus, vtiturq; illis & fruitur,sicut virtutem decet.Hanc vitā
C beatam etiam socialem [f] perhibent esse, quæ amicorū bona propter seipsa diligat sicut sua, eisq; propter seipsos hocvelit quod sibi:siue in domo sint,sicut coniūx, & liberi,& quicunque domestici:siue in loco, vbi domus eius est,sicuti est vrbs,vt sunt hi, qui ciues vocantur:siue in orbe toto,vt sunt gentes,quas ei societas humana coniungit:siue in ipso mundo, qui censetur nomine cœli & terræ,sicut esse dicunt deos, quos volunt amicos esse homini sapienti,quos nos familiarius angelos dicimus.De bonorum autem & econtrario malorum finibus negant vllo modo esse dubitandum, & hanc inter se & nouos Academicos affirmāt esse distātiam:nec eorum interest quicquam, siue Cynico, siue alio quolibet habitu & victu,in his finibus quos veros putant,quisque philosophetur.Ex tribus porrò illis vitæ generibus,ocioso,actuoso,& quod ex vtroque compositum est, hoc tertium sibi placere asseuerant. Hæc sensisse atq; docuisse Academicos veteres Varro asserit,authore Antiocho [g] magistro Ciceronis & suo,quē sanè Cicero in pluribus fuisse Stoicum,quàm veterem Academicum vult videri. Sed quid ad nos, qui potius de rebus ipsis iudicare debemus, quàm pro magno de hominibus quid quisque senserit,scire?

EQues enim non homo & equus,sed solus homo est.) At Gellius, Marcellus,Macrobius,& Seruius,docent equitem pro equo accipi, afferuntq; Ennium,An nō quadrupedes equites equitare. vij. annalium: & ibidem, Deniq; vi magna quadrupes eques, atque elephanti proiiciunt sese:& Vergilius lib.iij.Atque equitem docuere sub armis insultare solo. Omnes enim antiqui scriptores, ait Macrobius lib. vj.Saturn.vt hominem equo insidētem,ita & equum quum portaret hominem,equitem vocarunt: & equitare non hominem tantum, sed & equum quoque dixerunt. b Simul dicitur poculum.) Est etiam poculum id quod potatur,præsertim apud poëtas:vt apud Vergil.j. Georgi. Poculaq; inuentis Acheloïa miscuit vuis. a D Eques. Poculum.

c Quapropter eadem virtus,id est,ars agendæ vitæ.) Hæc ex igniculis illis,& velut seminibus nascitur & adolescit,quæ indita nobis esse dicuntur à natura,quæ virtus,quum vel perfecta est,vel adulta,adiungit secum illa prima naturæ corporis, animíque, & iis velut comitibus instructa efficit beatitudinem, per se expetendam, vt est sententia Academicorū, rationémque vitæ bonorum omnium cumulatione absolutam: quæ omnia si quis fuisse cupit videre explicata,Aristotelem adeat in libris moralibus:aut si apertius atque elegantius,Ciceronem.v.de finibus, nisi ex Platone istorum omnium fonte malit petere, maiore quidem labore, sed certè purius & vberiore fructu. d Magis minúsque, vt quæque.) Magis enim expetenda sunt animi bona quàm corporis, & inter bona corporis magis valetudo,quàm robur,magis integritas sensuum, quàm pernicitas pedum. e Omnium autem bonorum vel animi vel corporis.) Probè enim se nouit ipsa virtus, nec arrogantia hæc est eius, sed sapientia,qua videt id,quod est,nihil se præstantius inueniri. f Hanc vitam beatam etiam socialem.) Stoici beatam vitam versaturam in republica dicunt:sed quomadmodum hoc intelligēdum sit, explicat Seneca in libello de vita beata:nam quum respublicas duas Stoici faciant:alteram magnam & verè publicam,qua dij atque homines continentur, qui est mundus vniuersus:alteram, cui nos adscripsit conditio nascendi, vt Athenienses,aut Carthaginēses:sunt qui reipublicæ maiori dent operam,vt qui in contemplatione rerum pulchertimarum sunt toti: alij minori,vt qui in actione vitæ,quæ ad illam ciuitatem pertinet, in qua sumus nati:alij vtrique:addę quod vir sapiens beatúsque ad rempublicam non accedet,si vel ipsa eum nō admittat,seu propter fortunam,seu propter dignitatē, vel corruptiores sint eius mores,quàm vt emendari possint,quæ causa fuit Platoni homini nobili,ne rempublicam attingeret, prior illa fuit Zenoni,& Chrysippo,aliisq; compluribus. g Antiocho.) Hic Ascalonita fuit,docuítque Ciceronem,Varronem,Lucullum, & alios plerosque nobiles Romanos,sequebaturq; veterem Academiā, sed ita vt ad Zenonicam sectam inclinaret,eamq; non tam Stoicam disciplinam nouam vocandam autumabat,quàm antiquæ Academiæ correctionem: idcirco eius Antiochi,& de aliis rebus permultis, & in primis de summo bono sententia Bruto,qui eius fratrem Aristium audiebat,cæterísque Stoicis vehementer probabatur:ac profectò eādem prope esse Stoicorum & Academicorum hæresim diximus aliis libris, verbis tantum inter se distare,mutatis perpaucis quibusdam, quam Antiochus correctionem veteris disciplinæ nominabat. e E Antiochus

De summo bono & summo malo quid Christiani sentiant contra philosophos,qui summum bonum in se sibi esse dixerunt. Caput IIII.

SI ergo quæratur à nobis, quid ciuitas dei de his singulis interrogata respōdeat, ac primū de finibus bonorū, malorumq; quid sentiat, F
respondebit æternam vitam esse summum bonum,æternamverò mortem summum malum:propter illam proinde adipiscendam,istamq; vitandam,rectè nobis esse viuendum. Propter quod scriptum est:Iustus ex fide viuit. Quoniam neque bonum nostrum iam videmus,vnde oportet,vt credēdo quęramus:neque ipsum rectè viuere nobis ex nobis est, nisi credentes adiuuet & orātes,qui & ipsam fidem dedit,qua nos ab illo adiuuādos esse credamus.Illi autem qui in ista vita fines bonorum & malorum esse putauerunt,siue in corpore, siue in anima *,siue in vtroque:ponentes summum bonum:atque vt id explicatius eloquar,siue in voluptate, siue in virtute,siue in vtraq;,siue in quiete,siue in virtute,siue in vtraq;:siue ī voluptate simul & quiete, siue in virtute,siue in vtrisq;:siue in primis naturæ,siue in virtute,siue in vtrisq;:hinc beati esse,& à seipsis beati fieri mira vanitate voluerūt.Irrisit hos veritas per prophetā dicētē:Nouit dominus cogitatiōes hominū, quoniā vanæ sunt. Vel sicut hoc testimoniū posuit Apostolus Paulus:Dominus nouit cogitatiōes sapiētiū,quoniā vanæ sunt. Quis enim sufficit quātouis eloquētiæ flumine vitæ huius miserias explicare? Quam lamētatus est Cicero [a] in cōsolatione de morte filiæ,sicut potuit.Sed

Habacuc.2. *als. animo Psal.93. 1.Cor.3.

G quantum est quod potuit? Ea quippe quæ dicuntur prima naturæ, quando, vbi, quomodo tam bene se habere in hac vita possunt, vt nõ sub incertis casibus fluctuẽt? Quis enim dolor contrarius voluptati, quæ inquietudo contraria quieti, in corpus cadere sapientis non potest? Membrorum certè amputatio vel debilitas, hominis expugnat incolumitatem, deformitas pulchritudinem, imbecillitas sanitatem, vires lassitudo, mobilitatem torpor, aut tarditas. Ecquid horum est, quod nequeat in carnem sapientis irruere? Status quoque corporis atque motus, cum decentes atque congruentes * sunt, inter naturæ prima numerantur. Sed quid si aliqua mala valetudo membra tremore concutiat? Quid si vsque ad ponẽdas in terram manus, dorsi spina curuetur, & hominem quodammodo quadrupedem faciat? Nonne omnem statuendi corporis, & mouendi speciem decúsque peruertet: Quid ipsius animi primigenia, quæ appellantur bona, vbi duo prima ponunt propter comprehensionem, perceptionemq; veritatis, sensum & intellectum? Sed qualis quantuscunq;* sensus remanet, vt si alia taceam, fiat homo surdus & cæcus? Ratio vero & intelligentia quò recedet, vbi sopietur, si aliquo morbo efficiatur insanus? Phrenetici multa absurda cùm dicunt, vel faciunt, plerunque à bono suo proposito, & moribus aliena, immo suo bono proposito moribúsque contraria, siue illa cogitemus, siue videamus, si digne consideremus, lachrymas tenere vix possumus, aut forte nec possumus. Quid dicam de his, qui dęmonum patiuntur incursus? Vbi habent absconditam vel obrutam intelligentiam suam, quando secundum suam voluntatem, & anima eorum & corpore malignus vtitur spiritus? Et quis confidit hoc malum in hac vita euenire non posse sapiẽti? Deinde perceptio veritatis in hac carne qualis aut quãta est, quãdo sicut legimus in veraci libro Sapiẽtiæ: Corpus corruptibile aggrauat animam: & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem? Impetus porrò vel actiõis appetitus, si hoc modo rectè latinè appellatur, ea quam Græci vocant ὁρμὴν [b], quia & ipsam primis naturæ deputant bonis: [c] nonne ipse est, quo geruntur, etiam insanorum illi miserabiles motus, & facta quæ horremus, quando peruertitur sensus, ratióque sopitur? Porrò ipsa virtus, quæ nõ est inter prima naturæ, quoniam eis postea doctrina introducẽte superuenit, cùm sibi bonorum culmen vendicet humanorum, quid hic agit, nisi perpetua bella cum vitijs: nec exteriorib^o, sed interioribus: nec alienis, sed planè nostris, & proprijs: & maximè illa, quæ Græce σωφροσύνη [d], Latine temperantia nominatur, qua carnales frenantur libidines, ne in quæ flagitia mentem consentiẽtem trahant? Neque enim nullum est vitiũ, cum sicut dicit Apostolus, Caro cõcupiscit aduersus spiritum: cui vitio cõtraria virtus est, cum sicut idem dicit: Spiritus concupiscit aduersus carnẽ. Hæc enim, inquit, sibi inuicem aduersantur, vt non ea quę vultis faciatis. Quid autem facere volumus, cum perfici volumus fine summi boni, nisi vt caro aduersus spiritum non concupiscat, nec sit in nobis hoc vitium, contra quod spiritus cõcupiscat? Quod in hac vita quanuis velimus, quoniã facere non valemus, id saltem in adiutorio dei faciamus, ne carni concupiscenti aduersus spiritum, spiritu succumbente cedamus, & ad perpetrandum peccatum nostra consensione pertrahamur. Absit ergo vt quamdiu in hoc bello intestino sumus, iam nos beatitudinem, ad quam vincendo volumus peruenire, adeptos esse credamus.

*aliâs uegetes & congruentes.

*aliquantusq;.

Sapien. 9.

Galat. 5.

H

I

Et quis est vsqueadeo sapiens, vt contra libidines nullum habeat omnino conflictum? Quid illa virtus, quæ prudentia dicitur? nonne tota vigilantia sua bona discernit à malis, vt in illis appetendis, istisq; vitandis nullus error obrepat? Ac per hoc & ipsa in nos malis, vel mala in nobis esse testatur. Ipsa enim docet nos malum esse ad peccandũ consentire, bonumq; esse ad peccandum nõ consentire libidini. Illud tamen malũ, cui nos non consentire docet prudẽtia, facit temperantia. Nec prudentia, nec temperantia tollit huic vitæ. Quid iustitia [e], cuius munus est sua cuique tribuere? Vnde fit in ipso homine quidam iustus ordo naturæ, vt anima subdat deo, & animæ caro, ac per hoc deo & anima & caro. Nonne demonstrat in eo se adhuc opere laborare potius quàm in huius operis [f] iam fine requiescere? Tanto quippe minus anima subditur deo, quanto minus deum in ipsis suis cogitationibus concipit: & tanto minus animæ subditur caro, quanto magis aduersus spiritũ concupiscit. Quamdiu ergo nobis inest hęc infirmitas, hæc pestis, hic languor, quomodo nos iam, saluos, etsi nõdum saluos quomodo iam beatos illa finali beatitudine dicere audebimus? Iam vero illa virtus, cuius est nomen fortitudo, in quantacunq; sapientia euidentissima testis est humanorum malorum, quę compellitur patientia tolerare. Quæ mala Stoici Philosophi miror qua fronte mala nõ esse contendant: quibus fatentur, si tanta fuerint, [f] vt ea sapiens vel non possit, vel nõ debeat sustinere, cogi eum mortem sibimet inferre, atque ex hac vita emigrare. Tantus autem superbię stupor est in his hominibus, hic se habere finem boni, & à seipsis fieri beatos putantibus, vt sapiens eorum, hoc est qualẽ mirabili vanitate describũt, etiamsi excæcetur, obsurdescat, [g] obmutescat, membris debilitetur, doloribus crucietur: & si quid aliud talium malorum dici aut cogitari potest, incidat in eum, quo sibi mortem cogatur inferre: hanc in his malis vitam cõstitutam, eos non pudeat beatam vocare. O vitam beatam, quæ vt finiatur, mortis quærit auxilium. Si beata est, maneatur in ea: si verò propter ista mala fugitur ab ea, quomodo est beata? aut quomodo ista non sunt mala, quæ vincunt fortitudinis bonum? eandémque fortitudinem non solum sibi cedere, verumetiam delyrare * compellunt, vt & eandem vitam dicant beatam, & persuadeant esse fugiẽdam. Quis vsqueadeò cæcus est, vt non videat, quod si beata esset, fugienda non esset? Sed si propter infirmitatis [h] pondus, qua premitur: hanc fugiendam fatentur: quid igitur causæ est, cur nõ etiam miserã fracta superbiæ ceruice, fateantur? Vtrũ obsecro Cato ille patientia, an potius impatientia se peremit? Non enim hoc fecisset, nisi victoriam Cæsaris impatiẽter tulisset. Vbi est fortitudo? Nempe cessit, nempe succubuit, nempe vsqueadeò superata est, vt vitam beatam derelinqueret, desereret, fugeret. An non erat iam beata? Misera ergo erat. Quomodo igitur mala non erant, quæ vitam miseram, fugiendamq; faciebant? Quapropter etiam ipsi, qui mala ista esse confessi sunt, sicut Peripatetici, sicut veteres Academici, quorũ sectam Varro defendit, tolerabilius quidem loquũtur, sed eorum quoque mirus est error, quod in his malis, etsi tam grauia sint, vt morte fugienda sint, ab ipso sibimet illata, qui hæc patitur, vitam beatam tamen esse contendunt. Mala sunt, inquit, tormenta atque cruciatus corporis: & tanto sunt peiora, quanto potuerunt esse maiora: quibus vt careas, ex hac vita fugiendum est. Qua vita obsecro? Hac, inquit, quæ tantis aggrauatur

K

L

*aliâs deliberare.

M

malis

A malis. Certè ergo beata est in eisdem ipsis malis, propter quæ dicis esse fugiendã: an ideo beatam dicis, quia licet tibi ab his malis morte discẽdere? Quid si ergo in eis aliquo iudicio diuino tenereris, nec permittereris mori, nec vnquam sine illis esse sinereris? Nempe tunc saltem miseram talem diceres vitam. Non igitur propterea misera non est, quia cito relinquitur: quandoquidem si sempiterna sit, etiam abs teipso misera iudicatur. Non itaque propterea quoniam breuis est, nulla miseria debet videri: aut quod est absurdius, quia breuis miseria est, ideo etiam beatitudo appellari. Magna vis est in eis malis, quæ cogunt hominem secundum ipsos etiam sapientem, sibimet auferre quod homo est: cum dicant, & verum dicant hanc esse naturæ primam quodammodo, & maximam vocem [i], vt homo concilietur sibi, & propterea mortem naturaliter fugiat: ita sibi amicus, vt esse se animal, & in hac coniunctione corporis atq; animæ viuere velit, vehementerq; appetat. Magna vis est in eis malis, quibus iste naturæ vincitur sensus, quo mors omnimodo omnib^o viribus, conatibusq; vitatur: & ita vincitur, vt quę vitabatur, opte-

B tur, appetatur: & si non potuerit aliunde contingere, ab ipso homine sibimet inferatur. Magna vis est in eis malis, quæ fortitudinem faciunt homicidam, si tamen adhuc dicẽda est fortitudo: quæ ita his malis vincitur, vt hominem quem sicut virtus regendum tuendumq; suscepit, non modo non possit per patientiam custodire, sed insuper cogatur occidere. Debet quidem etiam mortem sapiens ferre patienter, sed quæ accidit aliunde. Secundum istos autem si eam sibiipse inferre compellitur, profecto fatendum est eis, nõ solum mala, sed intolerabilia etiam mala esse, quæ hoc eum perpetrare compellunt. Vita igitur, quæ istorum tam magnorum tamq; grauium malorum aut premitur oneribus aut subiacet casibus, nullo modo beata diceretur, si homines, qui hoc dicunt, sicut victi malis ingrauescentibus, cum sibi ingerunt mortem, cedunt infœlicitati: ita victi certis rationibus, cum quærunt beatam vitam, dignarentur cedere veritati, & non sibi putarent in ista mortalitate fine summi esse boni gaudendum: vbi virtutes ipsæ, quibus hic certe nihil melius atq; vtilius in homine reperitur, quanto maiora sunt adiutoria cõtra vim periculorum, laborum, dolorũ, tanto fideliora testimonia miseriarum. Si enim veræ virtutes sunt, quæ

C nisi in eis, quibus vera inest pietas, esse non possunt: nõ se profitẽtur hoc posse, vt nullas miserias patiantur homines, in quibus sunt. Neque enim mendaces sunt veræ virtutes, vt hoc profiteantur: sed vt vita humana, quæ tot & tãtis huius seculi malis esse cogitur misera, spe futuri seculi sit beata, sicut & salua. Quomodo enim beata est, quæ nondũ salua est? Vnde & Apostolus Paulus non de hominibus imprudentibus, impatientibus, intemperantibus, & iniquis, sed de his qui secundũ veram pietatem viuerent, & ideo virtutes quas haberent, veras haberẽt, ait: Spe enim salui facti sumus. Spes autem quæ videtur, non est spes. Quod enim quis videt, quid sperat? Si autem quod nõ videmus, speramus, per patientiã expectamus. Sicut ergo spe salui, ita spe beati facti sumus: & sicut salutem, ita beatitudinem, non iam tenemus præsentem, sed expectamus futuram, & hoc per patientiam: quia in malis sumus, quæ patienter tolerare debemus, donec ad illa veniamus bona, vbi omnia erunt, quibus ineffabiliter delectemur: nihil erit autem quod iam tolerare debeamus. Talis salus, quæ in futuro erit seculo, ipsa erit etiam finalis beatitudo.

Roma. 8.

Quam beatitudinem isti philosophi, quoniam nõ videntes nolunt credere, hic sibi conantur falsissimã fabricare, quanto superbiore, tanto mendaciore virtute.

D

a QVam lamentatus est Cicero.) M. Cic. liberos habuit duos, M. filiũ, & Tulliã filiã: quę primum Pisoni Frugi Crassipedi denupsit, pòst Cornelio Dolabellæ, apud quem è partu interiit: cuius mortem impotentissime Tullius accepit. Consolari sunt eum per epistolas Gn. Pompeius, C. Cæsar, Seruius Sulpitius, & præsentes alij magni viri quáplurimi: sed quum illi nihil Cicer. viderentur prodesse, ipse se decreuit consolari. Scripsitq; librum, quem consolationem dixit de filiæ morte: hic inter eius multos desideratur: meminit tamen ipse illius sæpe, & alij citant non pauci. Porrò in. j. Tuscul. quæstio. dicit se luxisse vitam hominum in eo lib. in quo seipsum quantum potuit consolatus est. b Quam Græci vocant ὁρμὴν.) ὁρμάω est impetu aliquid aggredior, & ὁρμὴ impetus, aggressio: quod transfertur ad animales appetitus. Súntque ὁρμαὶ in animis appetitiones, in quas naturæ impulsu ferimur, vt aliquid vel persequamur, vel vitemus: qualis est illa maxima, & prima, vt vnumquodque animal seipsum diligat, cupiátque se conseruare. Idcirco inquirat ea quæ sunt ad viuendum necessaria, & ea quę nocitura videntur, declinet. Stoici has ὁρμὰς non ad quiduis appetendum esse à natura inditas existimabãt, sed ad ea quæ naturæ conformia sunt, nempe bona, & expetenda. Sic Cato Stoicus apud Cic. Atque vt mẽbra, inquit, nobis ita data sunt, vt ad quãdam rationem viuendi data esse appareat: sic appetitio animi, quæ ὁρμὴ græce vocatur, nõ ad quoduis genus vitæ: sed ad quãdã formã viuẽdi videtur data. c Quia & ipsam primis naturæ deputant bonis.) Non enim minoris æstimanda est appetitio illa, qua conseruationem nostri omni ratione quærimus, quàm ingeniũ, ac memoria. Quippe si illa abesset, difficile foret animalia diutius viuere. d Σωφροσύνη.) Dixi de hac alibi. e Quid iustitia.) Illa iustitia quæ reddit vnicuique quod suũ est. Nec solum capit distributionẽ illam, & cõmutationem fortunarum, latissimeq; patet, atque omnes complectitur virtutes: quippe quæ suis quæque locis reddit, & appetitus nimium efferentes se imperio rationis subdit, & religionem omnem, pietatemq; docet. f Quibus fatentur, si tanta fuerint.) Sic Cic. ex sentẽtia Stoicorum. iij. de finib. & j. Tuscul. quæst. g Etiam si excæcetur obsurdescat.) Cato Stoicus apud Cic. Sæpe, inquit, officium est sapiẽtis deficere à vita, quum sit beatissima. Idem multis verbis variis in locis Seneca. h Sed si propter infirmitatis.) In codice Burgen. sic: sed si aperta infirmitatis voce fugiendam fatentur. i Hanc esse naturæ primam quodammodo & maximã vocem.) Cic. j. Officiorum: &. iij. &. v. de Finib.

E

De sociali uita, quæ cum maxime expetenda sit, multis offensionibus sæpe subuertitur. Caput V.

QVod autem socialem vitam volunt esse sapiẽtis, nos multo amplius approbamus. Nam vnde ista dei ciuitas, de qua hui^o operis ecce iam vndeuicesimũ librum versamus in manibus, vel inchoaretur exortu, vel progrederetur excursu, vel apprehenderet debitos fines, si nõ esset socialis vita sanctorũ? Sed in huius mortalitatis erumna, quot & quãtis abundet malis societas humana, quis enumerare valeat? quis estimare sufficiat? Audiãt apud Comicos suos hominem cum sensu atq; cõsensu omnium hominum dicere: Duxi vxorem [a], quam ibi miseriam vidi [b]? nati filij, alia cura. Quid itidem illa, quæ in amore vitia cõmemorat idem Terẽtius: Iniuriæ, suspitiones [c], inimicitiæ, bellũ, pax rursus: nonne res humanas vbiq; impleuerunt? Nonne hæc & in amicorum honestis amoribus plerunq; contingunt? Nonne his vsquequaq; plenæ sunt res humanæ, vbi iniurias, suspitiones, inimicitias, bellum mala certa sentimus? Pacem vero incertũ bonum, quoniam corda eorum, cũ quibus eam tenere volumus, ignoramus: etsi nosse hodie possemus, qualia cras futura essent, vtiq; nesciremus. Qui porrò inter se amiciores solent esse, vel debent, quàm qui vna etiam cõtinentur domo? Et tamen quis inde securus est, cum tanta sæpe mala ex eorum occultis insidiis extiterint: tanto amariora, quãto pax dulcior fuit: quæ vera putata est, cũ astutissime fingeretur. Propter quod omniũ pectora sic attingit, vt cogat in gemitum, quod ait Tullius: Nullæ sunt occultiores insidiæ, quàm hæ quæ latent in simulatione officij, aut in aliquo necessitudinis nomine. Nam eum qui palàm est aduersarius, facile cauendo vitare possis. Hoc vero occultum intestinum ac domesticum malum non solum existit, verumetiam

F

Terẽtius in Adelphis.

Idem in Eunucho.

Tullius in li. de Amicitiã.

z iij oppri-

G opprimit: antequam prospicere, atq; explorare potue-
Matth. 7. ris. Propter quod etiam diuina vox illa: Et inimici ho
minis domestici eius[d], cum magno dolore cordis au-
ditur: quia etsi quisq; tam forris sit, vt æquo animo per-
ferat: vel tam vigilans, vt prouido consilio caueat, quæ
aduersus eum molitur amicitia simulata: eorum tamẽ
*aliâs, quo hominũ perfidorum malo, cum * eos esse pessimos ex-
peritur, si ipse bonus est, grauiter excrucietur necesse
est: siue semper mali fuerint, & se bonos finxerint: siue
in istam malitiam ex bonitate mutati sint. Si ergo do-
mus cõmune perfugium in his malis humani generis
tuta non est, quid ciuitas, quæ quanto maior est, tanto
forum eius litibus & ciuilibus, & criminalibus plenius,
etiã si quiescant non solũ turbulentæ, verumetiã sæpius
aliâs, euẽtis. & cruẽtę seditiones, ac bella ciuilia: à quorũ euentibus
sunt aliquando liberæ ciuitates, à periculis nunquam.

a DVxi vxorem.) Hæc loquitur secum Demea in Adelphis Te-
rentij. b Quam ibi miseriam vidi.) Dicendũ, quam ibi mi
seriam non vidi? Hæc enim interrogatio per negationẽ me-
lius sensum Demeæ exprimit: & sic legitur apud Terent.
c Iniuriæ, suspiciones.) Verba sunt serui Parmenonis ad Phædriam. Sic
enim ait: In amore hæc omnia insunt vitia, iniuriæ, suspitiones, inimi-
citiæ, induciæ, bellum, pax rursum. d Et inimici hominis domestici
eius.) Micheæ. vij. & eadem verba seruator noster dixit, Matth. x.

H *De errore humanorum iudiciorum, cum ueritas latet.*
Caput VI.

QVid ipsa iudicia hominũ de hominibus, quæ
ciuitatibus in quantalibet pace manentibus,
deesse non possunt, qualia putamus esse quàm
misera, quàm dolenda: quandoquidem hi iudicant, qui
conscientias eorũ, de quibus iudicãt, cernere nequeunt?
Vnde sepe coguntur tormentis innocentium testium[a]
ad alienam causam pertinentem quærere veritatem.
quid eum in sua causa quisque torquetur: & cum quæ-
ritur vtrum sit nocens cruciatur: & innocens luit pro
incerto scelere[b] certissimas pœnas: nõ quia illud com-
misisse detegitur, sed quia non commisisse nescitur. Ac
per hoc ignorantia iudicis plerunq; est calamitas in-
nocẽtis. Et quod est intolerabilius, magisq; plangendũ,
rigandumq;, si fieri posset, fontibus lachrymarum: cum
propterea iudex torqueat accusatum, ne occidat nesci-
ens innocentem, fit per ignorantię miseriam, vt & tor-
tum, & innocentem occidat, quem ne innocentem oc-
cideret, torserat. Si enim secundum istorum sapientiã
delegerit ex hac vita fugere, quàm diutius illa sustine-
I re tormenta: quod non commisit, commisisse se dicit.
Quo damnato, & occiso, vtrum nocentem an innocẽ-
tem iudex occiderit, adhuc nescit: quem ne innocẽtem
nesciens occideret, torsit: ac per hoc innocentem, & vt
sciret torsit, & dum nesciret, occidit. In his tenebris vi-
*aliâs, sedebit. tæ socialis, sedebit iudex ille sapiens, an non audebit †?
Sedebit plane. Constringit enim eum, & ad hoc offi-
cium pertrahit humana societas, quam deserere nefas
ducit. Hoc enim nefas esse nõ ducit, quod testes inno-
centes in causis torquẽtur alienis: quod hi qui arguun-
*aliâs, nocentes. tur vl doloris plerunq; superati, & de se falsa confessi
etiam puniũtur innocentes*, cum iam torti fuerint in-
nocentes: & si non morte puniantur, in ipsis vel ex ipsis
tormentis plerunque moriuntur. Quid quod aliquan-
do & ipsi qui arguunt[c], humanæ societati, fortasse ne
crimina impunita sint, prodesse cupientes, & mentien-
tibus testibus, reoq; ipso contra tormenta durante im-
*aliâs, qui si. maniter, nec fatente, probare quod obiiciunt non va-
lentes, quanuis* vera obiecerint, à iudice nesciente da-
mnãtur. Hæc tot & tanta mala nõ deputat esse pecca-
ta. Non enim hæc facit sapiẽs iudex nocendi volũtate,
sed necessitate nesciendi: & tamen quia cogit humana
societas, necessitate etiã iudicandi. Hæc est ergo quã di K
cimus miseria, certe hominis, & si non malitia sapien-
tis. An vero necessitate nesciendi atque iudicandi tor-
quet insontes, punit insontes: & parum est illi quod nõ
est reus, si non sit insuper & beatus? Quanto conside-
ratius[d], & homine dignius, & hominẽ agnoscit in ista
necessitate, eamq; miseriam in se odit: & si pie sapit, cla
mat ad deum: De necessitatibus meis erue me. Psal. 24.

a TOrmentis innocentium testium.) Serui enim plerunq; in quæ-
stionem poscebantur: quum de criminibus dominorum age-
retur, vt veritas per tormenta eorum exprimeretur, qui nihil
cõmiserant. De hoc genere quæstionis crebra apud Cic. men-
tio, velut pro Milone, & pro Cluentio. Fuit hoc interdum vetitum, vt Ci
cero significat de more maiorũ pro Deiotaro. & Tacitus lib. ij. vetere.
S.C. quæstio de seruis in caput domini prohibebatur. b Et innocens
luit pro incerto scelere.) Vere Superbi Tarquinij, aut etiam tyranni hoc
immanioris inuentum, tormentis inquiri veritatem: quam nec qui pati
poterit, proferet, nec qui pati non poterit. Nam vt ait prudens mimus:
Etiam innocẽtes cogit mentiri dolor. Miror Christianos homines tam
multa gentilia, & ea non modo charitati & mansuetudini Christianæ
contraria, sed omni etiam humanitati, mordicus [illegible] cauta legitur
retinere. Augustinus necessitate societatis humanæ dicit tormenta adhi-
beri: sed cum gentilibus eum, & de gentilibus loqui, quis non videt? Quę
est enim ista necessitas tam intolerabilis, & tam plangenda, etiam fieri si
posset, fontibus lachrymarum irriganda, si nec vtilis est, & sine damno
rerum publicarum tolli potest? Quomodo viuunt tam multæ gentes, &
quidem barbaræ, vt Græci & Latini putant, quæ ferum & immane ar-
bitrantur torqueri hominem, de cuius facinore dubitatur? Nos homines
omni videlicet humanitate præditi, sic torquemus homines, ne insontes
moriantur, vt magis eorum nos misereat, quàm si morerentur: vtq; adeo
grauiora sunt sæpe tormenta, quàm mors. An nõ frequentes quotidie vi-
demus, qui mortem perpeti malint, quàm tormenta? Et fateantur fictum
crimen de supplicio certi, ne torqueantur. Profecto carnifices animos
habemus, qui sustinere possumus gemitus, & lachrymas tanto cũ dolore
expressas hominis, quem nescimus sit ne nocens. Quid quod acerbam,
& perquàm iniquam legem sinimus in capita nostra dominari, quum
suspitiones tormentis armamus, & inimicis delationibus? Si vitas no-
stras, quas cupiunt, non impẽdimus, saltem quod proximum est, intole-
randis doloribus nostris non parum gaudij damus, ac fructus. Mihi non
vacat, ac ne libet quidũ de tormentis hic loqui copiosius, quum possem,
ne declamare magis videar, quàm commentaria scribere. Locus est apud
Rhetores communis de tormentis, & contra tormenta. Fortissima sunt,
quæcunque contra tormenta dicunt: quæ vero pro tormentis, futilia &
imbecilla. c Quid quòd aliquando & ipsi qui arguunt.) Per legem il-
lam, Accusator idem patiatur, quod reus esset passurus, si nõ eum conui-
cerit. d Quanto consideratius.) Alibi sic: quanto consideratius & ho-
mine dignius agnoscit in ista necessitate miseriam, eamq; odit in se, &
si pie sapit.

De diuersitate linguarum, qua societas hominum diuimitur: & de miseria bellorum, etiam quæ iusta dicuntur.
Caput VII.

POst ciuitatem vel vrbem sequitur orbis ter-
ræ, in quo tertium gradum ponunt societatis
humanę, incipientes à domo, atq; inde ad vr-
bem, deinde ad orbem terræ progrediendo venientes. M
Qui vtiq; sicut aquarum congeries, quanto maior est,
tanto periculis plenior. In quo primum linguarum diu-
ersitas hominem alienat ab homine[a]. Nam si duo si-
bimet inuicem fiant obuiam, neq; præterire, sed simul
esse aliqua necessitate cogantur, quorum neuter norit
linguam alterius: facilius sibi animalia muta, etiam
diuersi generis, quàm illi, cum sint homines ambo, so-
ciantur. Quando enim quæ sentiunt inter se commu-
nicare non possunt, propter solam linguarum diuersi-
tatem, nihil prodest ad cõsociandos homines tanta si-
militudo naturæ: ita vt libentius homo sit cũ cane suo,
quàm cum homine alieno. At enim opera data est, vt
imperiosa ciuitas non solum iugum verumetiam lin-
guam[b] suam domitis gentibus per pacem societatis
imponeret: per quam non deesset, imò & abundaret
etiam interpretũ copia. Verum est. Sed hoc quàm mul
tis, & quàm grandibus bellis, quãta strage hominum,
quanta effusione humani sanguinis comparatum est:
quibus transactis, non est tum † eorum malorum finita †aliâs, tamen.
miseria. Quanuis enim non defuerint, neq; hostes de-
sint, exteræ nationes, contra quas semper bella gesta
sint,

A sunt, & gerũtur: tamẽ etiã ipsa imperij latitudo peperit
peioris generis bella, socialia scilicet & ciuilia: quibus
miserabilius quatitur genus humanum, siue cum belli-
geratur, vt aliquando conquiescant: siue cum timetur,
ne rursus exurgant. Quorum malorũ multas, & mul-
tiplices clades duras, & diras necessitates, si vt dignum
est, eloqui velim: quanquam nequaquam sicut res po-
stulat, possim: quis erit prolixæ disputationis modus?
Sed sapiens, inquiunt, iusta bella gesturus est[c]. Quasi
non, si se hominem meminit, multo magis dolebit iu-
storum necessitatem sibi extitisse bellorum: quia nisi
iusta essent, ei gerenda non essent, ac per hoc sapienti
nulla bella essent. Iniquitas enim partis aduersæ iusta
bella ingerit gerenda sapienti. Quæ iniquitas vtique
homini est dolenda, quia hominum est, & si nulla ex
ea bellandi necessitas nasceretur. Hæc itaq; mala tam
magna, tam horrenda, tam sæua, quisquis cum dolore
cõsiderat, miseriam necesse esse fateatur. Quisquis au-
tem vel patitur ea sine animi dolore, vel cogitat, mul-
to vtiq; miserius; ideo se putat beatum, quia & huma-
num perdidit sensum.

a B LInguarum diuersitas hominẽ alienat ab homine.) Plinius libro
septimo: Tanta loquendi varietas, vt externus alieno non sit ho
minis vice. b Vt imperiosa ciuitas non solum iugum, verum-
etiam linguã.) Roma vel imperij plena, vel imperij rigidi atque
immodici. Allusit ad illud de Manlio Torquato, qui ob cæsum filium di
ctus est imperiosus. Curabãt ergo Romani, vt & in prouinciis plurimi
Latine loquerẽtur, ita vt Hispanias & Gallias latinas prorsum fecerint,
veteribus illarum gentium linguis abolitis. Et in senatu nullos audie-
rint legatos, nisi latine verba facientes. Rem profecto conabantur pul-
cherrimam, & toti humano generi vtilissimam, quacunque id fine face-
rent, vt esset vna aliqua lingua, qua se gentes omnes mutuo intelligerẽt.
c Sed sapiens, inquiunt, iusta bella gesturus est.) Cum gentilibus ex eo-
rum moribus disputat.

Quod amicitia bonorum secura esse non possit, dum à periculis præsentis uitæ trepidari necesse sit.
Caput VIII.

SI autem non contingat quædam ignorantia
similis dementiæ, quæ tamen in huius vitæ
misera conditione sæpe contingit, vt creda-
tur vel amicus esse, qui inimicus est: vel ini-
micus, qui amicus est: quid nos cõsolaẽ in hac humana
societate erroribus, erumnisq; plenissima, nisi fides nõ
ficta, & mutua dilectio verorum, bonorumq; amicorũ?
quos quanto plures, & in locis pluribus[a] habemus, tãto
C longius latiusq; metuimus, ne quid eis contingat mali
de tantis malorum aggeribus huius seculi. Non enim
tãtummodo soliciti sumus, ne fame, ne bellis, ne mor-
bis, ne captiuitatibus affligantur: ne in eadem seruitute
talia patiantur, qualia nec cogitare sufficimus: verum-
etiam vbi timor est multo amarior, ne in perfidiã, ma
litiam, nequitiamq; mutentur. Et quando ista contin-
gunt, tanto vtiq; plura, quanto illi sunt plures, & in plu
ribus locis, & in nostram notitiam perferũtur, quibus
cor nostrum flagris vratur, quis potest, nisi qui talia sen
tit aduertere? Mortuos quippe audire mallemus: quan-
uis & hoc sine dolore non possemus audire. Quorum
enim nos vita propter amicitię solatia delectabat, vn-
de fieri potest, vt eorum mors nullam nobis ingerat
mæstitudinem? Quam qui prohibet prohibeat, si po-
*aliâs, amicalem. teſt, amica colloquia: interdicat amicabilem * societa-
tem, vel intercidat affectum omnium humanarũ ne-
cessitudinum, vincula mentis immiti stupore dirum-
pat: aut sic eis vtendum censeat, vt nullo ex eis animũ
dulcedo perfundat. Quod si fieri nullo modo potest,
etiam hoc quo pacto futurum est, vt eius nobis amara
mors non sit, cuius dulcis est vita? Hinc est enim & lu-
ctus quidã[b] in humano corde quasi vulnus, aut vlcus, D
cui sanando adhibentur officiosæ consolationes. Non
enim propterea non est quod sanetur: quoniã quanto
est animus melior, tanto in eo citius faciliusq; sanatur.
Dum igitur etiam de charissimorum mortibus, maxi-
me quorum sunt humanæ societati officia necessaria,
nunc mitius, nunc asperius affligatur vita mortalium:
mortuos tamen eos, quos diligimus, quàm vel à fide,
vel à bonis moribꝰ lapsos, hoc est, in ipsa anima mor-
tuos audire seu videre mallemus. Qua ingenti mate-
ria malorum plena est terra: propter quod scriptũ est:
Nunquid non tentatio est vita humana super terrã[c]? Iob. 7.
Et propter quod ipse dominus ait: Vę mundo ab scan- Matth. 18.
dalis. Et iterum: Quoniam abundauit, inquit, iniquitas, Matt. 24.
refrigescet charitas multorum. Ex quo fit, vt bonis a-
micis mortuis gratulemur: & cum mors eorum nos
contristet, ipsa nos certius consoletur: quoniã malis ca
ruerunt, quibus in hac vita etiã boni homines vel con-
teruntur, vel deprauantur, vel in vtroq; periclitantur.

a QVos quanto plures, & in locis pluribus.) Hoc est Aristotelis
argumentum, cur multitudinem amicorum non probet.
b Et luctus quidam.) Alibi, luctus quoddam non inhumani
cordis quasi vulnus. c Tentatio est vita humana super ter- E
rã.) Vulgo Iob septimo legimꝰ: Militia est vita hominis
super terrã. Quasi semper hostis cauendus sit, nec securi sinimur agere:
quippe astutum, versipellem, strenuum, grauem, crudelẽ, fortiti hostem.

De amicitia sanctorum angelorum, quæ homini in hoc mundo non potest esse manifesta propter fallaciam dæmonum, in quos inciderunt, qui multos sibi deos colendos putauerunt.
Caput IX.

IN societate vero sanctorum angelorum, quã
philosophi illi, qui nobis deos amicos esse vo
luerunt, quarto constituerunt loco: velut ad
mundum venientes ab orbe terrarum, vt sic quodam-
modo complecterentur & cœlum: nullo modo quidẽ
metuimus, ne tales amici vel morte nos sua, vel depra-
uatione contristent. Sed quia nobis non ea qua homi-
nes familiaritate miscentur: quod etiam ipsum ad ær-
umnas huius pertinet vitæ: & aliquando satanas, sicut
legimus, transfigurat se in angelum lucis ad tentandos 1. Cor. 11.
eos, quos ita vel erudiri opus est, vel decipi iustum est.
Magna dei misericordia necessaria est, ne quisquam
cum bonos angelos amicos se habere putat, habeat ma
los dæmones amicos fictos, eósque tanto nocentiores, F
quanto astutiores ac fallaciores patiatur inimicos. Et
cui magna ista dei misericordia necessaria est, nisi ma
gnæ humanę miseriæ, quæ ignorantia tanta premitur,
vt facile istorum simulatione fallatur? Et illos quidem
philosophos in impia ciuitate, qui deos sibi amicos
esse dixerunt, in dæmones malignos incidisse certissi-
mum est, quibus tota ipsa ciuitas subditur, æternum cũ
eis habitura supplicium. Ex eorum quippe sacris vel
potius sacrilegiis, quibus eos colendos, & ex ludis im-
mundissimis, vbi eorum crimina celebrantur: quibus
eos placandos putauerunt, eisdem ipsis authoribus &
exactoribus talium tantorúmque dedecorum, satis ab
eis qui colantur apertum est.

Quis fructus sanctis de superata huius uitæ tentatione paratus sit.
Caput X.

SEd neq; sancti & fideles vnius veri dei sum-
mique cultores, ab eorum fallaciis & multi-
formi tentatione securi sunt. In hoc enim lo-
co infirmitatis & diebus malignis etiam ista solicitu-
do non est inutilis: vt illa securitas, vbi pax plenissima

G atque certissima est, desiderio feruentiore queratur. Ibi enim erũt naturæ munera, hoc est, quæ naturæ nostræ ab omnium naturarum creatore donantur: non solum bona, verum etiam sempiterna: non solum in animo, qui sanabitur per sapientiam, verum etiam in corpore, quod resurrectione renouabitur. Ibi virtutes non contra vlla vitia vel mala quæcunq; certantes, sed habentes victoriæ præmium æternam pacem, quam nullus aduersarius inquietet. Ipsa est enim beatitudo finalis; ipsa perfectionis finis, qui consumentem non habet finem. Hic autem dicimur quidem beati, quando pacem habemus; quantulacunq; hic haberi potest in vita bona. Sed hæc beatitudo illi, quam finalem dicimus, beatitudini cõparata, prorsus miseria reperitur. Hanc ergo pacem, qualis hic potest esse, mortales homines in rebus mortalibus quando habemus, si rectè viuimus bonis eius rectè vtitur virtus: quando verò eam nõ habemus, etiam malis quæ homo patitur, bene vtitur virtus. Sed tunc est vera virtus, quando & omnia bona, quibus bene vtitur, & quicquid in bono vsu bonorum & malorum facit, & seipsam ad eum finem
H refert, vbi nobis talis & tanta pax erit, qua melior & maior esse non possit.

De beatitudine pacis æternæ, in qua sanctis finis est, id est, uera perfectio. Caput XI.

Vapropter possumus dicere, finem bonorum nostrorum esse pacem, sicut æternam diximus vitam: præsertim quia ipsi ciuitate dei, de qua nobis est ista operiosissima disputatio in sancto dicitur Psalmo: Lauda Hierusalem dominum, lauda deum tuum Sion: Quoniam confortauit * seras portarum tuarum, benedixit filios tuos in te. Qui posuit fines tuos pacem. Quando enim confirmatæ fuerint seræ portarum eius, iam in illam nullus intrabit, nec ab illa vllus exibit. Ac per hoc fines eius eam debemus hic intelligere pacem, quam volumus demonstrare finalem. Nam & ipsius ciuitatis mysticum nomen, id est Hierusalem: quod, vt ante iam diximus, visio pacis interpretatur. Sed quoniam pacis nomen etiam in his rebus mortalibus frequentatur, vbi vtique non est vita æterna: propterea finem ciuitatis huius, vbi
I erit summum bonum eius, æternam vitam maluimus commemorare quàm pacem. De quo fine Apostolus ait: Nunc vero liberati à peccato, serui autẽ facti deo, habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem vero vitam æternam. Sed rursus quia vita æterna ab eis qui familiaritatem non habent cum scripturis sanctis, potest accipi etiam malorum vita: vel secundum quosdam etiam philosophos propter animæ immortalitem: vel etiam secundum fidem nostram propter pœnas interminabiles impiorum, qui vtique in æternum cruciari non poterunt, nisi etiam vixerint in æternum, profecto finis ciuitatis huius, in quo summum habebit bonum, vel pax in vita æterna, vel vita æterna in pace dicendus est, vt facilius ab omnibus possit intelligi. Tantum est enim pacis bonum, vt etiam in rebus terrenis[a] atque mortalibus nihil gratius soleat audiri: nihil desiderabilius concupisci, nihil postremo possit melius inueniri. De quo si aliquanto diutius loqui voluerimus, non erimus quantum arbitror onerosi legentibus, & propter finem ciuitatis huius, de qua nobis sermo est, & propter ipsam dulcedinem pacis, quæ omnibus chara est.

Psal.147.
* aliàs, cõfirmauit.

Roma.6.

TAntum est enim pacis bonum, vt etiam in rebus terrenis.) Nihil enim excogitari potest neque iucundius, neque gratius. Εἰρήνη δοκεῖ μέγα ἀγαθὸν εἶναι τοῖς ἀνοιξιπόλεμῳ μέγα κακόν. Pax videtur maximum esse hominibus bonum: bellum, maximum malum, inquit Xenophon ἐν τῷ ἱερῷ. Et eadem pax animi est illa ipsa ἀοχλησία, hoc est, animi trãquillitas, quam Democritus dixit summã fœlicitatem: cæteræq; philosophorũ nationes eam esse vitam beatam consenserunt. Stoici inter bona illa beatitudinis concordiam statuunt de primis. a K

Quod etiam bellantium sæuitia omnesq; hominum inquietudines ad pacis finem cupiant peruenire, sine cuius appetitu nulla natura sit. Caput XII.

Vod quisquis mecũ res humanas naturamq; communem vtcunque intuetur[a] agnoscit. Sicut enim nemo est qui gaudere nolit, ita nemo est qui pacem habere nolit. Quandoquidem & ipsi qui bella volunt, nihil aliud quàm vincere volunt: ad gloriosam ergo pacem bellando cupiunt peruenire. Nam quid est aliud victoria, nisi subiectio repugnantium? Quod cum factum fuerit, pax erit. Pacis igitur intentione geruntur & bella: ab his etiam qui virtutem bellicam student exercere imperando atque pugnando. Vnde pacem constat belli esse optabilem L finem. Omnis enim homo etiam belligerando pacem requirit, nemo autem bellum pacificando. Nam & illi qui pacem in qua sunt perturbari volunt, non pacem oderunt, sed eam pro arbitrio suo cupiunt commutari. Non ergo vt sit pax nolunt, sed vt ea sit, quam volunt. Denique & si per seditionem se ab aliis separauerint, cum eis ipsis conspiratis vel coniuratis suis, nisi qualemcunque pacis speciem teneant, non efficiunt quod intendunt. Proinde latrones ipsi vt vehementius & tutius infesti sint paci cæterorum, pacem volunt habere sociorum. Sed & si vnus sit tam prepollens viribus & consocios ita cauens, vt nulli socio se committat, solusq; insidians & præualens, quibus potuerit oppressis & extinctis prædas agat, cum eis certe quos occidere non potest, & quos vult latere quod facit, qualemcunque vmbram pacis tenet. In domo autem sua cum vxore & cum filiis, & si quos alios illic habet, studet profecto esse pacatus: eis quippe ad nutum obtẽperantibus sine dubio delectatur. Nam si non fiat, indignatur, corripit, vindicat: & domus suæ pacem, si ita necesse sit etiam sæuiendo componit: quam sentit esse non posse, nisi cuidam principio, quod ipse in domo sua est, cætera in eadem domestica societate subiecta sint. Ideóque si offerretur ei seruitus plurium vel ciuitatis vel gentis, ita vt sic ei seruirent, quemadmodũ sibi domi suæ seruiri volebat: non se iam latronem latebris conderet, sed regem conspicuum sublimaret, cũ eadem in illo cupiditas & malitia permaneret. Pacem itaque cum suis omnes habere cupiunt, quos ad suum arbitrium volunt viuere. Nam & cum quibus bellum gerunt suos facere si possunt, volunt, eisq; subiectis leges suæ pacis imponere. Sed faciamus aliquem qualem[b] canit poëtica & fabulosa narratio: quem fortasse propter ipsam insociabilem feritatem semihominem, quàm hominem[c] dicere maluerunt. Quanuis ergo huius regnum diræ speluncæ fuerit solitudo, tamq; malitia θ fuerit θ singularis, vt ex hac ei nomen inuentum sit[d]: nam malus Græce κακὸς dicitur: quod ille vocabatur, vt nulla coniunx ei blandum ferret referretq; sermonẽ: nullis filiis vel alluderet paruulis, vel grandiusculis imperaret, nullo amici colloquio frueretur, nec Vulcani patris[e]: quo vel hinc tantũ non parũ fœlicior fuit[f]: quia tale monstrũ ipse non genuit, nihil cuiquam

Aeneid.8.

daret:

A daret: sed à quo posset quicquid vellet, & quando posset, & quantũ vellet auferret[g]. Tamen in ipsa sua spelunca solitaria, cuius vt describitur, semper recenti cede tepebat humus, nihil aliud quàm pacem volebat. In qua nemo illi molestus esset, nec eius quietẽ vis vllius terrórve turbaret. Cum corpore suo denique pacem habere cupiebat: & quantum habebat, tantum illi bene erat. Quandoquidem membris obtemperantibus imperabat: & vt suam mortalitatem aduersum se ex indigentia rebellantem, ac seditionem famis ad dissociandam atque excludendam de corpore animam concitantem, quanta posset festinatione pacaret, rapiebat, necabat, vorabat: & quanuis immanis ac ferus, paci tamen suę vitæ ac salutis immaniter & ferociter consulebat. Ac per hoc si pacem quam in sua spelunca atq; in seipso habere satagebat*, cum aliis etiam habere vellet, nec malus, nec monstrum, nec semihomo vocaretur. Aut si eius corporis forma, & atrorum ignium vomitus[h] ab eo deterrebat hominum societatem: forte non nocendi cupiditate, sed viuẽdi necessitate seuiebat. Verum iste non fuerit, vel quod magis credendũ est, talis non fuerit, qualis vanitate poëtica describitur. Nisi enĩ
B nimis accusaretur Cacus, parum Hercules laudaretur[i]. Talis ergo homo, siue semihomo melius, vt dixi, creditur non fuisse: sicut multa figmenta Poëtarum. Ipsæ enim seuissimæ feræ, vnde ille partem habuit feritatis, nam & semiferus dictus est, genus proprium quadam pace custodiunt[k] coëundo, gignẽdo, pariendo, fœtus fouendo, atq; nutriendo, cum sint pleræq; insociabiles & soliuagæ: non scilicet vt oues, cerui, columbæ, sturni, apes, sed vt leones, vulpes, aquilæ, noctuæ. Quæ enim Tigris[l] non filiis suis mitis[m] immurmurat, & pacata feritate blanditur? Quis miluus, quantumlibet solitarius[n] rapinis circumuolet: non coniugium copulat, nidum congerit, oua confouet, pullos alit, & quasi cum sua matrefamiliâs societatem domesticam quanta potest pace cõseruat? Quanto magis homo fertur quodãmodo naturę suæ legibus, ad ineundã societatem pacemq; cum hominibus, quantũ in ipso est omnibus obtinendam: cum etiam mali pro pace suorum belligerent, omnesq; si possint suos facere velint, vt vni cuncti & cuncta deseruiant: quo pacto, nisi vt in eius pacem vel amando, vel timendo consentiant? Sic enim superbia
C peruersę imitatur deum. Odit nanq; cum sociis, æqualitatem sub illo: sed imponere vult sociis dominationẽ suam pro illo. Odit ergo iustam pacem dei, & amat iniquam pacem suam. Non amare tamẽ qualemcunq; pacem nullo modo potest. Nullum quippe vitium ita contra naturam est, vt naturæ deleat etiã extrema vestigia. Itaque pacem iniquorum in pacis comparatione iustorum, ille videt, nec pacem esse dicendã, qui nouit preponere recta prauis, & ordinata peruersis. Quod autem peruersum est, hoc etiã necesse est, vt in aliqua, & ex aliqua, & cum aliqua rerum parte pacatum sit: in quibus est, vel ex quibus constat alioquin nihil esset omnino. Velut si quisquã capite deorsum pendeat, peruersus est vtiq; situs corporis, & ordo membrorũ: quia id quod desuper esse natura postulat, subter est: & quod illa subter vult esse, desuper factũ est. Cõturbabit carnis pacem ista peruersitas, & ideo est molesta. Veruntamen anima corpori suo pacata est, & pro eius salute satagit, & ideo est qui doleat. Quæ si molestiis eius exclusa discesserit, quãdiu membrorum manet cõpago, non est sine quadam partium pace, quod remanet: & ideo adhuc est qui pendeat. & quod terrenum corpus

* aliàs, satis agebat.

in terram nititur, & vinculo quo suspẽsum est renititur, in suæ pacis ordinẽ tendit: & locũ quo requiescat, quodammodo põderis voce poscit, iamq; exanime ac sine vllo sensu, à pace tamen naturali sui ordinis non recedit: vel cum tenet eam, vel cum fertur ad eam. Si enim adhibeantur medicamenta, atq; curatio, quæ formam cadaueris dissolui dilabiq; non sinat: adhuc pax quędam partes partibus[o] iungit, totamq; molem applicat terreno & conuenienti, ac per hoc loco pacato. Si autem nulla adhibeatur cura condiendi[p], sed naturali cursui relinquatur, tamdiu quasi tumultuatur dissidẽtibus exhalationibus, & nostro incõuenientibus sensui. Idem enim est, quod in putore sentitur[q], donec mundi conueniat elementis, & in eorum pacem particulatim paulatimq; discedat. Nullo modo tamen inde aliquid legibus summi illius creatoris ordinatorisq; subtrahitur, à quo pax vniuersitatis administratur. Quia &, si de cadauere maioris animantis animalia minuta nascantur eadem, lege creatoris quęq; corpuscula in salutis pace suis animulis[r] * seruiunt. Et si mortuorum carnes ab aliis animalibus deuorentur, easdem leges per cuncta diffusas ad salutem generis cuiusq; mortalium congrua congruis pacificantes quaquauersum trahãtur, & rebus quibuscunque iungantur, & in res quaslibet conuertantur, & commutentur, inueniunt.

* aliàs, animalibus.

NAturámque communem vtcunque intuetur.) Clamant isti, & magno tumultu negant in re philosophica & theologica curanda esse verba. At magnus quidam illorum iudicio vir, quum Parrhisiis de naturis communibus specierum ac generum ageret, inter cætera argumenta & hoc attulit Augustini dictum ad confirmandas naturas communes, cœptas Occanistarum machinis labefactari. Vt multi quoties Cicero, Seneca, Hieronymus, Augustinus, Plinius, & alij loquuntur de sensu communi, de illo intelligi sensu iubẽt, quem Aristoteles in priore cerebri parte statuit iudicem, ac velut præsidem quinq; sensuum corporis humani: quum sit sensus communis apud Latinos authores, id quod omnes ferè sentiunt, & iudicant: vt matrem diligere filios. Et natura communis, ratio atque inclinatio naturæ, quæ est in vniuersis hominibus eadem. Ex his prauis vocabulorum interpretationibus nata est omnium bonarum artium pestis, quæ illas corrupit primum, deinde peremit. b Sed faciamus aliquem qualem.) Hic est Cacus, quem Vergilius describit octauo Aeneid. cuius versus particulas hic Augustinus interserit. De hoc Caco sic apud Dionysium scribitur: In his igitur qui ab Hercule victi sunt pugna, fuit etiam Cacus ille apud Romanos fabulosus præpotens quidem barbarorum, vt dicitur, atque immanium hominum princeps. Hunc q; aiunt discordem hominem in munitis locis habitasse, ac per ea fuisse grauem semper finitimis accolã. Vt Herculem vero in propinquo campo castra habentem sensit, latronum more præparatus incursione vsus est subita, atque prædam abegit, quantam incustoditã reperit: deinde autem inclusus est à Græcis. Apud Solinum vero sic: Cacus habitauit locum cui Salinæ nomen est, vbi trigemina nũc porta: hic, vt Gellius tradit, quum à Tarchone Tyrrheno, ad quem legatus venerat Marsiæ regis socio Megale Phryge custodiæ foret datus, frustratus vincula, vnde venerat, rediit: præsidiis amplioribus occupato circa Vulturnum & Campaniam regno, dum attrectare etiã ea auderet, quæ concesserat in Arcadum iura, duce Hercule, qui tum forte aderat, oppressus est. Sic apud istos. Seruius ad hunc modum: Cacus secundum fabulam Vulcani filius fuit, ore ignem ac fumum vomẽs, qui vicina omnia populabatur. Veritas tamen secundum philosophos & historicos hoc habet, hunc fuisse Euandri nequissimum seruum, ac furem. hunc soror sua eiusdem nominis Caca scilicet prodidit: vnde etiam sacellum meruit, in quo ei per virgines Vestæ sacrificabatur. Idem Lactantius. Quæ vero Seruius de accẽtu dicit mutato pro κοινῇ κάκῃ, non perinde ad Arcadicæ linguæ vel vetustatem vel proprietatem pertinere, vt Aeolicæ, crediderim: cuius plurima Latinus sermo retinuit, sicut Dionysius narrat, propter Troianos puto, qui Aeolicè loquebantur. At Aeoles, vt Ioannes Grammaticus τῶν ἀτελῶν docet, multa pronunciabant paroxytona, quæ communiter erant oxytona, vt ipsi πότναμμι, vbi communiter πότνα μοι: & κάλῳ pro καλῷ. c Semihominem quàm hominem.) Vergilius: Semihominis Caci facies. Seruius: Semihominis feritate corrupti. d Vt ex hac ei nomen inuentum sit.) Nam Diodorus libro quinto, nomen eius proprium ponit Lacinium, nisi mendosus est codex, quem fuisse furem tradit. e Vulcani patris.) Sic Vergilius, & Ouidius primo Fastorum, & cæteri poëtæ. Sed Vulcani creditus est filius, & ore ignes vomere, quòd agros igne vastaret. f Quo vel huic tantum nõ parum fœlicior fuit.) Alibi habetur quo vel hinc tantum. ait Cacum fuisse patre suo Vulcano fœliciorem, quòd quã Vulcanus genuerit Cacum tale monstrum, Cacus ipse nihil genuit. g Et quantum vellet, auferret.) Iam antea dixit, quantũ in aliis libris habetur, & quem vellet. Nam homines rapiebat, quorum capita affigebat pro foribus spelancæ: vt Vergilius & Ouidius dicunt. h Et atrorum ignium

Cacus.

G ignium vomitus.) Vergilius: Illius atros ore vomens ignes. i Parum Hercules laudaretur.) Vnus enim ex laboribꝰ Herculis fuit in Caco opprimendo, qui partem boum, quas Hercules agebat ex Hispania, in suã speluncam per caudam traxit, ne vestigia Herculem, vbi furtum erat, ducerent. Hercules mugitu admonitus ibi esse boues, in speluncam vi irrupit, Cacumq; ipsum obtruncauit. Sic Liuius, Diony. Verg. Ouid. Res est vulgaris, & omnibus obuia. k Genus proprium quadã pace custodiunt.) Hoc nostri iuris consulti dicũt esse ius naturale, quod natura cuncta edocuit animalia: sicut est apud Vlpianũ. j. lib. Pand. l Que enim Tigris.) Hoc animal insigne est feritate. Verg. Hyrcanæq; admorunt vbera Tigres. Et Ouid. Non genitrix Europa tibi, sed inhospita Syrtis, Armenieve Tigres. m Non filiis suis mitis.) Ardẽtissime diligit suos catulos. Pliñ. lib. viij. n Quis Milius, quãtumlibet solitarius.) Rapacissima & famelica auis. Hybernis latet mensibus, solstitiis podagra affligitur. Pliñ. lib. x. Mirum est quod de Aquilarũ genere Aristoteles in naturæ admirandis narrat. Nam ex Aquilinis pullis alter à patre degenerat: & fit ex Aquila Haliætus: ex hoc iam nõ Haliętos gigni, sed Phenas: ex Phenis Milios: nec Milios aues sui generis procreare, sed diuersi: atque hic demum sisti, & fieri degenerandi modum: has steriles, & absque vlla prole consenescere, atque interire. o Adhuc pax quædam partes partibus.) Empedocles Agrigentinus omnia iungi cõcordia & amicitia dicebat: disiungi vero & separari discordia & lite. Ideo quatuor primis naturæ elementis has duas potentias addebat, amicitiam & dissidium. p Nulla adhibeatur cura cõdiendi.) Condiuntur aromatis cadauera, vt diutius integra seruentur, ne breui putrefiant: & absumpto quod erat humidiusculum, ac glutinosum, & quo velut vinculo compago illa cõtinebatur frientur, abeantq; in puluerem minutum & tenuem. q Idem enim est quod in putore sentitur.) Nam vt gratus odor est exhalatio sensui congruens, ita fœtor sensui aduersus halitus & incõgruens. Est enim conuenientia quędam naturæ, in qua est iucunditas, voluptásque: & disconuenientia, in qua insuauitas, dolor, molestia. r Suis animalibus.) In vetere: animulis, quod videtur appositius sensui.

H

De pace uniuersali, quæ inter quaslibet perturbationes priuari non potest lege naturæ, dum sub iusto iudice ad id quisque peruenit ordinatione quod meruit uolũtate.

Caput XIII.

PAx itaq; corporis [a], est ordinata temperatura partiũ. Pax animæ irrationalis, ordinata requies appetitionũ. Pax animæ rationalis, ordinata cognitionis* actionisq; consensio. Pax corporis & animę, ordinata vita & salus animantis. Pax hominis mortalis, & dei immortalis ordinata in fide sub æterna lege obedientia. Pax hominũ, ordinata concordia. Pax domus, ordinata imperãdi atq; obediendi concordia cohabitantium. Pax ciuitatis, ordinata imperandi atq; obediendi cõcordia ciuium. Pax cœlestis ciuitatis, ordinatissima & concordissima societas, fruendi deo, & inuicem in deo. Pax omnium rerum trãquillitas ordinis. Ordo est parium dispariumq; rerum sua cuique loca tribuens dispositio. Proinde miseri inquantum miseri, vtiq; in pace nõ sunt. Trãquillitate quidẽ ordinis carẽt, vbi perturbatio nulla est. Verum tamen quia merito iusteq; miseri sunt, in ea quoq; ipsa sua miseria præter ordinem esse nõ possunt. Non quidem coniuncti beatis, sed ab eis tamen ordinis lege seiuncti. Qui cum sine perturbatione nonũ sint, rebus in quibus sunt, quantacunq; congruentia coaptantur. Ac per hoc est in eis ordinis nonnulla tranquillitas: inest ergo nonnulla pax. Verum ideo miseri sunt, quia & si in aliqua securitate non dolent, nõ tamen ibi sunt, vbi securi esse ac dolere non debeant. Miseriores autem si pax eis cum ipsa lege non est, qua naturalis ordo administratur. Cum autem dolent, ex qua parte dolent, pacis perturbatio facta est. In illa vero adhuc pax est, in qua nec dolor vrit, nec compago ipsa dissoluitur. Sicut ergo est quædam vita sine dolore: dolor autem sine aliqua vita esse non potest: sic est pax quędam sine vllo bello, bellum vero esse sine aliqua pace nõ potest: non secundum id quod bellum est, sed secundum id, quod ab eis vel in eis geritur: quæ aliquæ naturæ sunt: quod nullo modo essent, si non qualicunqne pace subsisterent. Quapropter natura est, in qua nullum malũ est, vel etiam in qua nullum potest esse malum. Esse autem natura in qua nullum bonum sit, non potest. Proinde nec ipsius diaboli natura, inquantum natura est, malum est, sed peruersitas eam malam facit. Itaque in veritate non stetit, sed veritatis iudicium non euasit: quia in ordinis tranquillitate non mansit, nec ideo tamen à potestate ordinatoris effugit. Bonum dei, quod illi est in natura, nõ eum subtrahit iustitiæ dei, qua ordinatur in pœna: nec ibi deus bonum insequitur quod creauit, sed malum quod ille cõmisit. Neq; enim totũ aufert, quod naturæ dedit: sed aliquid adimit, aliquid relinquit, vt sit qui doleat quod ademit. Et ipse dolor testimoniũ est boni adempti, & boni relicti. Nisi enim bonum relictum esset, bonũ amissum dolere non posset. Nam qui peccat peior est, si lætatur in damno æquitatis. Qui vero cruciatur, si inde nihil acquirat boni, dolet damnum salutis. Et quoniam æquitas ac salus vtrunque bonum est, boniq; amissione dolendum est potius quàm lætandum, si tamen non sit compensatio melioris. Melior est autem animi æquitas, quàm corporis sanitas. Profecto conuenientius iniustus dolet in supplicio, quàm lętatus est in delicto. Sicut ergo lętitia deserti boni in peccato testis est volũtatis malæ: ita dolor amissi boni in supplicio testis est naturę bonæ. Qui enim dolet amissam naturæ suæ pacẽ, ex aliquibus reliquiis pacis id dolet, quibus fit vt sibi amica natura sit. Hoc autem in extremo supplicio rectè fit, vt iniqui & impij naturalium bonorum damna in cruciatibus defleant, sentientes eorum ablatorem iustissimum deum, quem cõtempserunt benignissimum largitorem. Deus ergo naturarum omnium sapientissimus conditor, & iustissimus ordinator: qui terrenorum ornamentorum maximum instituit mortale gẽnus humanum, dedit hominibus quædam bona, huic vitæ congrua, id est, pacem temporalem pro modulo mortalis vitæ, in ipsa salute & incolumitate ac societate sui generis: & quæque huic paci vel tuendæ vel recuperandæ necessaria sunt, sicut ea quæ apte ac cõuenienter adiacent sensibus, lux ista visibilis, auræ spirabiles, aquæ potabiles, & quicquid ad alendum, tegendum, curandum, ornandumq; corpus congruit: eo pacto æquissimo, vt quicunq; mortalis talibus bonis paci mortalium accommodatis[b] recte vsus fuerit, accipiat ampliora atque meliora ipsam scilicet immortalitatis pacem, eiq; conuenientem gloriam & honorem in vita æterna ad fruendum deo, & proximo in deo: qui autem perperam, id est, iniuste [c], nec illa accipiat, & hæc amittat.

I

K

Ioan. 8.

L

M

PAx itaque corporis.) In hoc capite ostendit Augustinus omnia bona pace constare. quod si ita est, mala omnia in discordia & dissensione sita erũt. Quo magis demiror, esse homines tam peruersæ naturæ, vt dissidia, bellum, pugnas nõ secus ac vitas & animas suas diligant, pacis nomen ceu maximum & perniciosissimum malum exhorreant: digni profecto, qui extrinsecus & intrinsecus habeant, sentiant, perpetiantur, quod tantopere expetunt bellum. b Paci mortalium accõmodatis.) Atqui isti hæc omnia in vsus bellicos transferunt: nec in alios parata esse putant, quos etiam post vitam egregium & æternum manet bellum, vt re optata sempiternũ perfruantur. Cæterum nos iam olim ex tota pace, & in primis illa, quam solidum hæreditatis suæ assem Christus reliquit: nomen tantum, & inanem quandam imaginationem retinemus. Cætera omnia nostra culpa amissa sunt: qui illa videntes, prudentes, libentes, ac læti procul eiecimus. Tum demum arbitrati nos rem nactos præclariss. si omnia bellis seruerent. Hinc iactatio vna est, quot viros cęcidimus, quas villas incẽdimus, quos agros vastauimus, quas arces, oppida, vrbes, euertimus: ac glorię propè hoc solum datum est plurimum cladis humano generi attulisse. Sed si hic incipiam querelam hanc, quando finis? c Qui autem perperam, id est, iniuste.) In aliis libris deest hæc interpretatio, id est, iniuste, addita forsan ab aliquo, qui parum intellectum iri suspicabatur aduerbium illud perperam.

a

De ordine ac lege siue cœlesti siue terrena, per quam societati humanæ etiam dominando consulitur, & consulendo seruitur. *Caput* XIIII.

Omnis

A OMnis igitur vsus rerum temporaliũ refertur ad fructum terrenæ pacis in ciuitate terrena: in cœlesti autem ciuitate refertur ad fructum pacis æternæ. Quapropter si irrationalia essemus animantia, nihil appeteremus præter ordinatam temperaturam partium corporis, & requiem appetitionum: nihil ergo præter quietem carnis & copiam voluptatũ, vt pax corporis prodesset paci animæ. Si enim desit pax corporis, impeditur etiam irrationalis pax animæ: quia requiem appetitionum consequi non potest. Vtrunq; autem simul paci prodest, quam inter se habent anima & corpus, id est, ordinatæ vitæ ac salutis. Sicut enim pacẽ corporis amare se ostendunt animãtia, cum fugiunt dolorem: & pacem animæ, cum propter explendas indigentias appetitionum voluptatem sequuntur: ita mortem fugiendo satis indicant quantũ diligant pacem, qua sibi conciliantur anima & corpus. Sed quia homini rationalis anima inest, totum hoc quod habet cõmune cum bestiis subdit paci animę rationalis, vt mente aliquid contempletur: & secundum hoc aliquid agat, vt sit ei ordinata cognitionis actionisq; cõsensio: quam pacem rationalis animæ dixeramus. Ad hoc enim velle debet nec dolore molestari, nec desiderio perturbari, nec morte dissolui vt aliquid vtile cognoscat: & secũdum eam cognitionem, vitam moresq; cõponat. Sed ne ipso studio cognitionis propter humanæ mentis infirmitatem in pestem alicuius erroris incurrat, opus habet magisterio diuino, cui certus obtemperet, & adiutorio vt liber obtemperet. Et quoniam quandiu est in isto mortali corpore, peregrinatur à domino, per fidem ambulat, nõ per speciem: ac per hoc omnem pacem vel corporis, vel animæ, vel simul corporis & animæ: refert ad illam pacem, quæ homini mortali est cum deo immortali: vt ei sit ordinata in fide sub æterna lege obedientia. Iam vero quia duo pręcipua pręcepta, hoc est, dilectionem dei, & dilectionem proximi, docet magister deus: in quibus tria inuenit homo quæ diligat: deum, seipsum, & proximũ: atq; ille in se diligendo non errat qui diligit deum: consequens est, vt etiam proximo ad diligendum deum cõsulat, quem iubetur sicut seipsum diligere. Sic vxori, sic filiis, sic domesticis, sic cęteris quibus potuerit hominibus: & ad hoc sibi à proximo, si forte indiget, cõsuli velit: ac per hoc erit pacatus, quantũ in ipso est omni homini, pace hominum, id est, ordinata concordia. Cuius hic ordo est: primum vt nulli noceat, deinde vt etiam prosit[a], cui poterit. Primitus ergo inest ei suorum cura: ad eos quippe habet opportuniorem faciliorem q; aditum consulendi, vel naturę ordine, vel ipsius societatis humanæ. Vnde Apostolus dicit: Quisquis autem suis & maxime domesticis nõ prouidet, fidem denegat, & est infideli deterior. Hinc itaque etiam pax domestica oritur, id est, ordinata imperandi obediendiq; concordia cohabitantium. Imperãt enim qui consulunt: sicut vir vxori, parentes filiis, domini seruis. Obediũt autẽ quibus cõsulitur: sicut mulieres maritis, filij parẽtibus, serui dominis. Sed in domo iusti viuẽtis ex fide, & adhuc ab illa cœlesti ciuitate peregrinãtis, etiã qui imperãt, seruiũt eis, quibus videtur imperare. Neq; enim dominandi cupiditate imperãt, sed officio cõsulendi: nec principandi superbia, sed prouidendi misericordia.

B

2. Cor. 5.

Matth. 22.

1. Timo. 5.

a

PRimum, vt nulli noceat, deinde vt etiã prosit.) Et nocere, & non nõ nocere procliuius est, ac facilius, quàm prodesse. Nemo enim vt nocere non potest, ita si abstineat ab iniuria, nocebit. At prodesse, hoc demum vires ostendit. Quocirca legibus diuinis, quod potest quisque, iubetur præstare, vt innocue viuat. Deinde, si adsit facultas benefaciendi, vt eam in iuuandis mortalibus exerceat.

De libertate naturali, & de seruitute, cuius prima causa peccatum est, qua homo malæ uoluntatis, etiam si nõ est mancipium alterius hominis, seruus est proprię libidinis. *Caput* XV.

D

POc naturalis ordo præscribit, ita deus hominem cõdidit. Nam dominetur, inquit, pisciũ maris, & volatilium cœli, & omnium repentium, quæ repũt super terram. Rationalem factum ad imaginem suam, noluit nisi irrationalibus dominari: non hominem homini, sed hominẽ pecori. Inde primi iusti, pastores pecorum magis quàm reges hominũ constituti sunt: vt etiam sic insinuaret deus, quid postularet ordo creaturarum, & quid exigat meritũ peccatorum. Conditio quippe seruitutis iure intelligitur imposita peccatori. Proinde nusquam scripturarum legimus seruum, ante quàm hoc vocabulo Noë iustus [a] peccatum filij vindicaret. Nomen itaque istud culpa meruit, non natura. Origo autem vocabuli seruorum [b] in Latina lingua inde creditur ducta: quod hi qui iure belli possent occidi, à victoribus cum seruabãtur, serui fiebant: à seruando appellati, quod etiã ipsum sine peccati merito non est. Nam & cum iustum geritur bellũ, pro peccato contrario * dimicatur: & omnis victoria cum etiã malis prouenit, diuino iudicio victos humiliat[c]: vel emendans peccata, vel puniens. Testis est homo dei Daniel, cum in captiuitate positus peccata sua, & peccata populi sui cõfitetur deo: & hanc esse causam illius captiuitatis pio dolore testatur. Prima ergo seruitutis causa peccatũ est: vt homo homini conditionis vinculo subderetur: quod nõ fit nisi deo iudicãte, apud quem nõ est iniquitas: & nouit diuersas pœnas meritis distribuere delinquentiũ. Sicut autem supernus dominus dicit. Omnis qui facit peccatum, seruus est peccati: ac per hoc multi quidem religiosi dominis iniquis, nõ tamen liberis seruiunt[d]: à quo enim quis deuictus est, huic & seruus addictus est. Et vtique fœlicius seruitur homini, quàm libidini, cũ sæuissimo dominatu vastet corda mortalium, vt alias omittam, libido ipsa dominandi. Hominibꝰ autem illo pacis ordine, quo aliis alij subiecti sunt: sicut prodest humilitas seruiẽtibus, ita nocet superbia dominantibus. Nullus autẽ natura in qua prius deus hominem condidit, seruus est hominis, aut peccati. Verum & pœnalis seruitus ea lege ordinatur, qua naturalem ordinem cõseruari iubet, perturbari vetat: quia si contra eam legem non esset factũ, nihil esset pœnali seruitute coërcendũ. Ideoq; Apostolus etiã seruos monet subditos esse dominis suis: & ex animo eis cũ bona voluntate seruire: vt scilicet si nõ possunt à dominis liberi fieri, suã seruitutẽ ipsi quodãmodo liberã faciant: nõ timore subdolo, sed fideli dilectione seruiẽdo, donec trãseat iniquitas, & euacuetur omnis principatus & potestas humana: & sit deus oía in omnibus.

Gene. 1.

Gene 46.

Gene. 9.

E

*aliàs, ecõtrario.

Danie. 9.

Ioan. 8.

2. Petri. 2.

F

Ephe. 6.

1. Cor. 15.

a

ANecquã hoc vocabulo Noë iustus.) Gene. ix. de quo superius. b Origo autem vocabuli seruorum.) Sic Florentinus iurisconsultus lib. iiij. institutorum. Serui, inquit, ex eo appellati sunt, quòd Imperatores captiuos vendere iubent, ac per hoc seruare, nec occidere solent. Mancipia vero dicta sunt, quòd ab hostibus manu capiuntur, quæ verba sunt in libro Pandectarũ Iustiniani primo. hic mos à Lacedęmoniis manauit, teste Plinio lib. vij. c Diuino iudicio victos humiliat.) Quo fit vt sæpe bella gerantur consiliis prouidentiæ vtraque parte in hoc inuita prodeunte. d Non tamen liberis seruiunt.) Nam seruiũt affectibus & perturbationibus suis, qui peiores sunt domini, quàm ipsi homines.

De æquo iure dominandi. *Caput* XVI.

VOcirca etiam si habuerũt seruos iusti patres nostri, sic administrabãt domesticam pacem: vt secundũ hæc temporalia bona filiorũ sortem à seruorum conditione distinguerent: ad deum

autem

G autem colendum, in quo æterna bona ſperanda ſunt, omnibus domus ſuæ membris pari dilectione conſulerent. Quod naturalis ordo ita præſcribit, vt nomen patrumfamiliâs hinc exortum ſit,& tam late vulgatũ, vt inique,etiam dominãtes hoc ſe gaudeant appellari. Qui autẽ veri patreſfamiliâs ſunt, omnibus in familia ſua tanquam filiis ad colendum, & promerendum deum cõſulunt: deſiderantes atque optantes venire ad cœleſtem domum,vbi neceſſarium non ſit officiũ imperãdi mortalibus:quia neceſſarium non erit officium conſulendi iã in illa immortalitate fœlicibus,quò donec veniatur, magis debent patres, quod dominantur, quàm ſerui tolerare[a],quod ſeruiunt. Si quis autẽ in domo per inobediẽtiam domeſticæ paci aduerſatur,corripitur, ſeu verbo, ſeu verbere, ſeu quolibet alio genere pœnæ iuſto atq; licito,quantum ſocietas humana concedit pro eius qui corripitur vtilitate,vt paci vnde diſſiluerat coaptetur. Sicut enim non eſt beneficentię adiuuando efficere, vt bonum quod maius eſt amittatur: ita non eſt innocentię parcendo ſinere,vt in malũ graiius incidatur. Pertinet ergo ad innocẽtis officium:nõ ſolum nemini malum inferre, verum etiam cohibere à peccato,vel punire peccatũ: vt aut ipſe qui plectitur, corrigatur experimento, aut alij terreantur exemplo. H Quia igitur omnis* domus initium ſiue particula debet eſſe ciuitatis, omne autem initium ad aliquem ſui generis finem,& omnis pars ad vniuerſi cuius pars eſt integritatem refertur:ſatis apparet eſſe conſequens, vt ad pacẽ ciuicam pax domeſtica referatur, id eſt,vt ordinata imperandi obediendiq; concordia cohabitantium, referatur ad ordinatam imperandi obediendiq; concordiam ciuium. Ita fit, vt ex lege ciuitatis præcepta ſumere patremfamiliâs oporteat, quibus domum ſuam ſic regat,vt ſit paci accommodata ciuitatis.

* *aliâs hominis.*

a MAgis debent patres quod dominantur, quàm ſerui tolerare,) Nihil enim difficile[a],nec perinde laborioſius,quàm bene imperare: nihil moleſtius,quàm malis imperare.

Vnde cœleſtis ſocietas cum terrena ciuitate pacem habeat,& unde diſcordiam. Cap.XVII.

SEd domus hominum, qui non viuunt ex fide pacem terrenam ex huius temporalis vitæ rebus commodisq; ſectatur. Domus autẽ hominum ex fide viuẽtium,expectat ea,quæ in futurum æterna promiſſa ſunt, terrenisq; rebus ac temporalibus tanquam peregrina vtitur:nõ quibus capiatur & auertatur,quò tendit in deum, ſed quibus ſuſtentetur,ad facilius tolerãda,minimeq; augenda onera corporis corruptibilis,quod aggrauat animam. Idcirco rerum vitæ huic mortali neceſſariarum vtriſq; hominibus fidelibus & infidelibus, & vtrique domui cõmunis eſt vſus:ſed finis vtendi cuique ſuus proprius, multumq; diuerſus. Ita etiam terrena ciuitas,quæ non viuit ex fide,terrenã pacem appetit,in eoq; defigit imperandi obediendiq; concordiam ciuium, vt ſit eis de rebus ad mortalem vitam pertinentibus humanarum quædam compoſitio voluntatum. Ciuitas autem cœleſtis,vel potius pars eius,quę in hac mortalitate peregrinatur,& viuit ex fide:etiam iſta pace neceſſe eſt vtatur, donec ipſa cui talis pax neceſſaria eſt,mortalitas trãſeat. Ac per hoc dum apud terrenam ciuitatem, velut captiuam vitam ſuæ peregrinationis agit:iam promiſſione redemptionis & dono ſpiritali tanquam pignore accepto,legibus terrenæ ciuitatis,quibus hæc adminiſtrantur,quæ ſuſtentandæ mortali vitæ accommodata ſunt,obtemperare non dubitat. Vt quoniam communis eſt ipſa mortalitas,ſeruetur in rebus ad eã pertinentibus inter ciuitatem vtranque cõcordia. K Verum quia terrena ciuitas habuit quoſdã ſuos ſapientes,quos diuina improbat diſciplina:qui vel ſuſpicati vel decepti à dæmonibus, crederent multos deos conciliandos eſſe rebus humanis: ad quorum diuerſa quodammodo officia diuerſa ſubdita pertinerent, ad alium corpus, ad alium animum,ſinque ipſo corpore ad alium caput, ad aliã ceruicẽ,& cætera ſingula ad ſingulos. Similiter in animo, ad aliũ ingeniũ, ad alium doctrinã, ad aliũ iram, ad alium concupiſcentiam: inq; ipſis rebus vitæ adiacẽtibus, ad alium pecus,ad alium triticum, ad aliũ vinum,ad alium oleum,ad alium ſyluas,ad aliũ nummos,ad alium nauigationem,ad alium bella atque victorias,ad alium coniugia, ad alium partum ac fœcũditatem,& ad alios alia cætera. Cœleſtis autem ciuitas vnum deum ſolum colendum noſcet,eiq; tantummodo ſeruiendum ſeruitute illa,quæ Græce λατρεία dicitur:& non niſi deo debetur,fideli pietate cenſeret,factũ eſt vt religionis leges cum terrena ciuitate non poſſet habere cõmunes,proq; his ab ea diſſentire haberet neceſſe: L atq; oneri eſſe diuerſa ſentientibus,eorumq; iras & odia & perſecutionum impetus ſuſtinere, niſi cum animos aduerſantium aliquando terrore ſuæ multitudinis,& ſemper diuino adiutorio propulſaret. Hæc ergo cœleſtis ciuitas dum peregrinatur in terra, ex omnibus gentibus ciues euocat, atque in omnibus linguis peregrinam colligit ſocietatem:non curãs quicquid in moribus,legibus,inſtitutisq; diuerſum eſt: quibus pax terrena vel cõquiritur,vel tenetur:nihil eorum reſcindens vel deſtruens,imò etiam ſeruans ac ſequẽs: quod licet diuerſum ſit in diuerſis nationibus,ad vnũ tamen eundemq; finem terrenæ pacis intẽditur:ſi religionem qua vnus ſummus & verus deus colendus docetur, nõ impedit. Vtitur etiam ergo cœleſtis ciuitas in hac ſua peregrinatione pace terrena,& de rebus ad mortalem hominum naturam pertinentibus, humanarũ voluntatum compoſitionem quantum ſalua pietate ac religione cõceditur,tuetur atque appetit, eamq; terrenam pacem refert ad cœleſtem pacem: quæ vere ita pax eſt, vt rationalis duntaxat creaturæ ſola pax habenda atq; dicẽda ſit,ordinatiſſima ſcilicet & cõcordiſſima ſocietas fruendi deo,& inuicẽ in deo:quò cum ventũ fuerit, M nõ erit vita mortalis,ſed plane certeq; vitalis[a]:nec corpus animale,quod dum corrumpitur,aggrauat animã: ſed ſpiritale ſine vlla indigentia ex omni parte ſubditum voluntati. Hanc pacem dum peregrinatur in fide,habet:atque ex hac fide iuſte viuit, cum ad illam pacem adipiſcẽdam refert,quicquid bonarum actionum gerit,erga deum & proximum, quoniam vita ciuitatis vtique ſocialis eſt.

Abacuc.8. I *Sapien. 9.* *Sapien.9.* *Abacuc.2.*

a PLane certéque vitalis.) Vita vitalis verbum erat Ennij, vt ait Cicero. Ad id Auguſtinus alluſit.

Quod diuerſa ſit Academiæ nouæ ambiguitas à conſtantia fidei Chriſtianæ. Caput. XVIII.

QVod autẽ attinet ad illam differẽtiam, quam de Academicis nouis Varro adhibuit,quibus incerta ſunt omnia: omnino ciuitas dei talẽ dubitationem tanquã dementiam deteſtatur:habẽs de rebus quas mẽte atq; ratione cõprehendit,etiamſi paruam, propter corpus corruptibile, quod aggrauat animam:quoniam ſicut dicit Apoſtolus, Ex parte ſcimus, tamen certiſſimam ſcientiã,creditq; ſenſibus in rei cuiuſq; euidẽtia, quibus per corpus animus vtitur:quoniã miſerabilius fallitur, qui nunquam putat eis eſſe credendum.

Sapien.9. *1. Cor.13.*

A dendum. Credit etiam ſcripturis ſanctis & veteribus & nouis,quas canonicas appellam[a],vnde fides ipſa cõcepta eſt, ex qua iuſtus viuit:per quam ſine dubitatione[a] ambulamus,quãdiu peregrinamur à domino, qua ſalua atque certa de quibuſdam rebus,quas neque ſenſu, neque ratione percipimus,neque nobis per ſcripturam canonicam claruerunt,nec per teſtes, quibus non credere abſurdum eſt, in noſtram notitiam peruenerunt,ſine iuſta reprehenſione dubitamus.

Abacuc.2. *2.Cor.5.*

a PEr quam ſine dubitatione.) Euidenter non ſciuit, ſed non certiũ creditur,quàm quod ſenſibus vtiur pamus.

De habitu & moribus populi Chriſtiani. Caput XIX.

NIhil ſanè ad iſtam pertinet ciuitatem, quo habitu vel more viuendi, ſi nõ eſt contra diuina præcepta, iſtam fidem qua peruenitur ad deum,quiſque ſectetur:vnde ipſos quoque philoſophos quando Chriſtiani fiunt,non habitũ vel conſuetudinẽ victus, quæ nihil impedit religionẽ,ſed falſa dogmata mutare compellit. Vnde illam quam Varro adhibuit B ex Cynicis differentiam,ſi nihil turpiter atque intemperanter agant, omnino non curat. Ex tribus vero illis vitæ generibus,ocioſo,actuoſo,& ex vtroq; compoſito: quanuis ſalua fide quiſq; poſſit in quolibet eorum vitã ducere,& ad ſempiterna præmia peruenire:intereſt tamen quid amore teneat veritatis,quid officio charitatis impendat. Nec ſic quiſque debet eſſe ocioſus, vt in eodem ocio vtilitatem non cogitet proximi: nec ſic actuoſus,vt cõtemplationem non requirat dei. In ocio nõ iners vacatio delectare debet,ſed aut inquiſitio aut inuentio veritatis:vt in ea quiſq; proficiat, & quod inuenerit alteri non inuideat. In actione vero nõ amandus eſt honor in hac vita ſiue potentia: quoniã omnia vana ſub ſole:ſed opus ipſum quod per eundem honorem vel potentiam fit,ſi rectè atque vtiliter fit, id eſt, vt valeat ad eam ſalutem ſubditorum, quæ ſecundum deum eſt: vnde iam ſuperius diſputauimus. Propter quod ait Apoſtolus: Qui epiſcopatum deſyderat,bonũ opus deſyderat. Exponere voluit quid ſit epiſcopatus: quia nomen eſt operis,non honoris. Græcum eſt enim, atque inde ductum vocabulum[a],quòd ille qui præficitur,eis quibus præficitur ſuperintendit,curam eorũ ſcilicet gerens. ἐπὶ quippe ſuper, σκοπὸς verò intentio eſt: C ergo ἐπισκοπῶμεν ſi velimus, Latinè ſuperintendere poſſumus dicere: vt intelligat non ſe eſſe Epiſcopum, qui præeſſe dilexerit,non prodeſſe. Itaque à ſtudio cognoſcendæ veritatis nemo prohibetur: quod ad laudabile pertinet ocium. Locus verò ſuperior,ſine quo regi populus non poteſt: & ſi ita teneatur atq; adminiſtretur vt decet,tamen indecenter appetitur[b]. Quamobrem ocium ſanctum quærit charitas veritatis: negocium iuſtum ſuſcipit neceſſitas charitatis. Quam ſarcinam ſi nullus imponit,percipiendæ atque intuendæ vacandũ eſt veritati. Si autem imponitur,ſuſcipiẽda eſt propter charitatis neceſſitatẽ. Sed nec ſic omnimodo veritatis[c] delectatio deſerenda eſt,ne ſubtrahatur illa ſuauitas,& opprimat iſta neceſſitas.

Ecclesiastes.1. *1.Timo.5.* *8.q.1. Qui epiſcopatũ* *Et 4. ſent. d.24.cap. Sũt & alia*

Episcopi.

a GRecum eſt enim, atque inde ductum vocabulum.) Vnde ductũ ſit Epiſcopi nomen,dixi alibi. Eſt enim vel ab ἐπισκέπτω, quod eſt conſidero, vel ἐπισκέψομαι, quod idẽ eſt & viſitare: vnde illi ἐπίσκοποι ἀθηναῖοι εἰς τὰς ἐποικίδας πόλεις ἐπισκέψαθαι τὰ παρ' ἑκάστοις πεμπόμενοι. οἱ δ' φύλακες ἐκαλοῦντο, οὓς οἱ λακώνες ἁρμοστὰς ἐλέγοντο, vt inquit Suidas, quod in alijs libris explicui. Mittebantur enim ab Athenienſibus ad ſubditas ciuitates qui res illorum inſpicerent: & hi vocabantur Epiſcopi, quaſi inſpectores, vel viſitatores, & obſeruatores. Lacones nominabant harmoſtas. In ſacris literis epiſcopus vulgò ſpeculator dicitur: vt in Ezechiele, in Oſee, D [redacted]

Quod ciues ſanctorum in huius uitæ tempore ſpe beati ſint. Caput XX.

QVamobrem ſummum bonum ciuitatis dei, cum ſit æterna pax atque perfecta:nõ per quã mortales tranſeant naſcendo atque moriendo,ſed in qua immortales maneant nihil aduerſi omnino patiendo,quis eſt qui illam vitam vel beatiſſimã neget, vel in eius comparatione iſtam, quæ hic agitur quantiſlibet animi & corporis externarumq; rerũ bonis plena ſit, non miſerrimam iudicet? Quam tamen quicunque ſic habet,vt eius vſum referat ad illius finẽ, E quem diligit ardentiſſime,ac fideliſſime ſperat: nõ abſurde dici etiã nunc beatus poteſt,ſpe illa potius,quàm re iſta. Res verò iſta ſine ſpe illa beatitudo falſa & magna miſeria eſt. Non enim veris animi bonis vtitur: quoniam non eſt vera ſapientia,quæ intentionem ſuã in his,quæ prudenter diſcernit, gerit fortiter, cohibet temperanter,iuſteq; diſtribuit:non in illum dirigit finem,vbi erit deus omnia in omnibus æternitate certa *1.Cor.15.* & pace perfecta.

An ſecundum diffinitiones Scipionis,quæ in dialogo Ciceronis ſunt, unquam fuerit Romana reſpublica. Caput XXI.

QVapropter nũc eſt locus,vt quàm potero breuiter ac dilucide expediam, quod in ſecundo huius operis libro me demonſtraturum eſſe promiſi: ſecundum diffinitiones,quibus apud Ciceronem vtitur Scipio in libris de Republica, nunquam Rempublicam fuiſſe Romanã. Breuiter enim Rempublicã diffinit eſſe rẽ populi. quæ diffinitio ſi vera eſt, nunquam fuit Romana reſpublica: quia nũquam fuit res populi:quam diffinitionem voluit eſſe Reipublicæ. F Populum enim eſſe diffiniuit cœtũ multitudinis, iuris conſenſu & vtilitatis cõmunione ſociatum. Quid autẽ dicat iuris cõſenſum, diſputãdo explicat:per hoc oſtẽdens geri ſine iuſtitia non poſſe Rempublicã. Vbi ergo iuſtitia vera nõ eſt,nec ius poteſt eſſe. Quod enim iure fit, profecto iuſte fit. Quod autem fit iniuſte, nec iure fieri poteſt. Non enim iura dicenda ſunt,vel putanda iniqua hominũ conſtituta,cum illud etiam ipſi ius eſſe dicãt,[a] quod de iuſtitiæ fonte manauerit:falſumq; eſſe, quod à quibuſdã non rectè ſentiẽtibus dici ſoleat:id eſſe ius,quod ei,qui plus poteſt,vtile eſt[b]. Quocirca vbi nõ eſt vera iuſtitia, iuris conſenſu ociatus cœtus hominum non poteſt eſſe,& ideo nec populus: iuxta *illã* Scipionis vel Ciceronis diffinitionem. Et ſi non populus, nec res populi:ſed qualiſcunque multitudinis,quæ populi nomine digna non eſt:ac per hoc ſi reſpublica res populi eſt,& populus non eſt,qui conſenſu non ſociatus eſt iuris. Non eſt autem ius, vbi nulla iuſtitia eſt: proculdubio colligitur,vbi iuſtitia non eſt,nõ eſſe rempublicam. Iuſtitia porrò ea virtus eſt, quæ ſua cuique diſtribuit. Quæ igitur iuſtitia eſt hominis,quæ ipſũ hominem

G minem deo vero tollit, & immundis dæmonibus subdit? Hoccine est sua cuiq; distribuere? An qui fundum aufert eius, à quo emptus est, & tradit ei, qui nihil in eo habet iuris, iniustus est: & qui seipsum aufert dominãti deo, à quo factus est, & malignis seruit spiritibus, iustus est? Disputatur certe acerrimè atque fortissimè, in eisdem ipsis de republica libris aduersus iniustitiam pro iustitia. Et quoniam cum prius ageretur pro iniustitiæ partibus contra iustitiam, & diceretur nisi per iustitiam † rem publicam stare, augeríque non posse: hoc veluti validissimum positum erat iniustum esse, vt homines hominibus dominantibus seruiant: quam tamẽ iniustitiã nisi sequatur imperiosa ciuitas, cuius est magna respublica, nõ eam posse prouinciis imperare. Responsum est à parte iustitiæ, ideo iustum esse, quod talibus hominibus sit vtilis seruitus, & pro vtilitate eorum fieri, cùm rectè fit, id est, cum improbis aufertur iniuriarum licentia: & domiti se melius habebũt, quia indomiti deterius se habuerunt. Subditumq; est vt ista ratio firmaretur: veluti à natura sumptum nobile exemplum atque dictum est: Cur igitur deus homini, animus imperat corpori, ratio libidini, cæterisq; vitiosis animi partibus? Plane hoc exemplo satis edoctum est, quibusdam esse vtilem seruitutem: & deo quidem vt seruiatur vtile esse omnibus. Seruiens autem deo animus, rectè imperat corpori, inq; ipso animo ratio domino deo subdita rectè imperat libidini vitiisq; cæteris. Quapropter vbi homo deo non seruit, quid in eo putandum est esse iustitiæ: quandoquidem deo nõ seruiens, nullo modo potest iustè animus corpori, aut humana ratio vitiis imperare? Et si in homine tali nõ est vlla iustitia, proculdubio nec in hominum cœtu, qui ex hominibus talibus constat. Non est hic ergo iuris ille consensus, qui hominum multitudinem populũ facit, cuius res dicitur esse respublica. Nam de vtilitate quid dicam, cuius etiam communione sociatus cœtus hominum, sicut se habet ista definitio, populus nuncupatur? Quanuis enim si diligenter attendas, nec vtilitas sit vlla viuentium, qui viuunt impie: sicut viuit omnis qui non seruit deo, seruitq; dæmonibus: tanto magis impiis, quanto magis sibi cùm sint immundissimi spiritus, tanquàm diis sacrificari volunt. Tamen quod de iuris consensu diximus, satis esse arbitror, vnde appareat per hanc definitionem non esse populum, cuius respublica esse dicatur, in quo iustitia non est. Si enim dicunt non spiritibus immundis, sed diis bonis atque sanctis in sua republica seruisse Romanos, nũquid eadem toties repetenda sunt, quæ iam satis, imò vltra quàm satis est, diximus? Quis enim ad hunc locum per superiores hui⁹ operis libros peruenit, qui dubitare adhuc possit malis & impuris dæmonibus seruisse Romanos, nisi vel nimium stolidus, vel impudentissime cõtentiosus? Sed vt taceam quales sunt, quos sacrificiis colebant, in lege veri dei scriptum est: Sacrificans diis eradicabitur, nisi deo tantum. Nec bonis igitur, nec malis diis sacrificari voluit, qui hoc cum tanta comminatione præcepit.

† alias iniustitiam.

Exod. 22.

Lex.

a QVum illud etiam ipsi ius esse dicant.) Cicero in primo de leg. ius & legem non populorum iussis, nec principum decretis, nec sententiis constitui iudicium ait, sed naturæ norma. Et in secundo: Hanc igitur video, inquit, sapientissimorum fuisse sententiam, legẽ neque hominum ingenuis excogitatam, nec scitum aliquod esse populorum: sed æternum quiddã, quod vniuersum mundum regeret imperandi prohibendíque sapientia. Ita principem legem illam vltimam mentem esse dicebant omnia ratione aut cogentis, aut vetantis dei. Sic ille, ex Plato. suo. Quam Stoici sententiam secuti sunt contra Epicurum, qui nihil iustum dixit esse natura, sed metu. De quo Seneca lib. epist. xvj. hanc diuinam legem, quæ non libris inscripta, nec in æs incisa, sed pectoribus nostris est à natura indita, æquum ac bonum à iureconsultis dicitur. Idcirco ius ab Vlpiano finitur ars æqui & boni: vt hi demum sint iurisperiti, qui huius æquitatis ac naturæ legis tractandæ sunt gnari: quíque, vt de Sulpitio dicit Cicero, ad æquitatem facilitatémque omnia referunt, & tollere controuersias malunt, quàm constituere, vt pax illa & inter homines, & in vniuersiusque seruetur animo: qua nil magis natura ipsa gaudet. Et plane in hũc vsum paratos olim apud innocentius illud seculum prius iuris consultos arbitror, vt lites quàm citissime prudentia sua dirimerent, ac finirẽt. Id quod puer penè audisse me de Henrico Marco auunculo meo memini, quum acutissimus ille iurisperitus Iustiniani Cæsaris institutiões in patria mihi prælegeret. Et his paucis diebus de hac ipsa re multa plerunque disseruimus ego & Franciscus Cranueldius, iuris & iustitiæ consultissimus, quum fraudes, dolos, versutias, huius seculi per professores iuris æquitatisque excitatas & altas esse sapientissime deploraret homo incredibili ingenij, ac iudicij vi, miráque integritate vitæ, & suauitate morum tam iucunda, tam leni, vt nihil vnquam, etiam si multos cum eo agas annos inuenias vel asperi, vel acerbi, vel quod vlla te prorsus ex parte offendat, & auertat. Aderántque interdum Marcus Laurinus, decanus S. Donatiani Brugensis: cui similes amicos si literę haberent plerosque, fœlicius certè cum illis ageretur: & Ioannes Feuinus ex eodem D. Donatiani collegio, iuuenis pectore, & in primis cordato, & ad musas earumq; studiosos omnes amandos à natura factus, studio educatus atque appositus. b Id esse ius quod ei qui plus potest, vtile est.) Sic iustum finiuit Thrasymachus apud Platonem in primo de repu. Quam Socra. definitionem refutat: & haud dubiè tale est maxima ex parte ius, quo nunc in ciuitatibus vtimur.

Hericus Marcus. Franciscus Cranueldius.

Marcus Laurinus. Ioannes Feuinus.

An uerus sit deus, cui Christiani seruiant, cui soli debeat sacrificari. Caput XXII.

SEd responderi potest: Quis iste deus est, aut vnde dignus probatur, cui deberent obtemperare Romani, vt nullum deorum præter ipsum colerent sacrificiis? Magnæ cæcitatis est adhuc quærere, quis iste sit deus. Ipse est deus, cuius Prophetæ prædixerũt ista, quæ cernimus. Ipse est deus, à quo responsum accepit Abraham: In semine tuo benedicentur omnes gentes. Quod in Christo fieri, qui secundum carnem de illo semine exortus est, idem ipsi qui remanserũt huius nominis inimici velint nolintve cognoscunt. Ipse est deus, cuius diuinus spiritus per eos locutus est: quorum prædicta atque completa per Ecclesiam, quam videmus toto orbe diffusam, in libris superioribus posui. Ipse est deus, quem Varro doctissimus Romanorum Iouem putat, quanuis nesciens quid loquatur. Quod tamen ideo commemorandum putaui, quoniam vir tantæ scientiæ, nec nullum istum deũ potuit existimare, nec vilem. Hunc enim eum esse credidit, quem summum putauit deum. Postremo ipse est deus, quem doctissimus philosophorum, quanuis Christianorum acerrimus inimicus, etiam per eorum oracula, quos deos putat, deũ magnũ Porphyrius cõfitetur.

Gene. 22.

Quæ Porphyrius dicat oraculis deorum responsa de Christo. Caput XXIII.

NAm in libris, quos θεολογίων φιλοσοφίας * appellat, in quibus exequitur, atque conscribit rerum ad philosophiam pertinentium, velut diuina responsa, vt ipsa verba eius, quemadmodum ex lingua Græca in Latinam interpretata sunt, ponam. Interroganti, inquit, quem deum placando reuocare possit vxorem suam à Christianismo: Hæc ait versibus Apollo. Deinde verba velut Apollinis ista sunt: Fortè magis poteris in aqua impressis literis scribere, aut inflans pennas leues per aëra vt auis volare, quàm semel pollutæ reuoces impiæ vxoris sensum. Pergat quomodo vult inanibus fallaciis perseuerans, & lamentationibus fallacissimis mortuum deum cantans, quem à iudicibus recta sentientibus perditum, pessima in speciosis ferro iũcta mors interfecit. Deinde post hos versus Apollinis, qui non stante metro Latinè interpretati sunt, subiunxit atque ait: In his quidem tergiuersationem irremediabilis sententiæ eorum manifestauit, dicens: Quoniam Iudæi suscipiunt deum magis quàm isti. Ecce vbi decolorans Christum, Iudæos præposuit

A posuit Christianis: cõfitens quòd Iudæi suscipiant deũ. Sic enim exposuit versus Apollinis, vbi à iudicibus recta sentiẽtibus Christum dicit occisum, tanquàm illis iustè iudicantibus meritò sit ille punitus. Viderit quid de Christo vates mendax Apollinis dixerit, atque iste crediderit: aut fortasse vatem, quod non dixit, dixisse iste ipse cõfinxerit: quàm verò sibi constet, vel ipsa oracula inter se faciat conuenire, postea videbimus. Hic tamen Iudæos tanquàm dei susceptores rectè dicit iudicasse de Christo, quòd eum morte pessima excruciandum esse censuerint. Deus itaque Iudæorum, cui perhibet testimonium, audiendus fuit, sic dicens: Sacrificans diis eradicabitur, nisi deo tãtum. Sed ad manifestiora veniamus, & audiam[a] quàm magnum deum dicat esse Iudæorum. Ita ad ea quæ interrogauit Apollinem, quid melius, verbum siue ratio[b], an lex? Respondit, inquit, versibus hæc dicens. Ac deinde subiicit Apollinis versus, in quibus & isti sunt, vt quantum satis est inde decerpam: In deum verò, inquit, generatorem, & in regem ante omnia: quem tremit cœlum & terra atq; mare & infernorum abdita, & ipsa numina perhorrescũt: quorum lex est pater, quem valde sancti honorant He

Exod. 22.

B braei. Tali oraculo dei sui Apollinis, Porphyrius tam magnum deum dixit esse Hebræorum, vt eum & ipsa numina perhorrescant. Cùm ergo deus iste dixerit, Sacrificãs diis eradicabitur: miror quod ipse Porphyrius non perhorruerit, & sacrificans diis eradicari non formidauerit. Dicit etiam bona philosophus iste de Christo, quasi oblitus illius, de qua paulo ante locuti sumus, contumeliæ suę: aut quasi in somnis dij eius maledixerint θ in θ Christo, & euigilantes eum bonum esse cognouerint, digneq; laudauerint. Denique tanquam mirabile aliquid atque incredibile prolaturus: præter opinionem, inquit, profectò quibusdã videatur esse quod dicturi sumus. Christum enim dij piissimum pronunciauerũt, & immortalem factum, & cum bona prædicatione eius meminerunt. Christianos autem pollutos inquit & contaminatos, & errore implicatos esse dicũt: & multis talibus aduersus eos blasphemiis vtũtur. Deinde subiicit, velut deorum oracula blasphemantium Christianos. Et post hæc: de Christo autem, inquit, interrogãtibus si est deus, ait Hecate: Quoniam quidem

C immortalis anima post corpus vt incedit, nosti: à sapiẽtia autem abscisa semper errat, viri pietate præstantissimi est illa anima, hanc colunt aliena à se veritate. Deinde post verba eius quasi oraculi sui ipse contexẽs: Piissimum igitur virum, inquit, eum dixit, & eius animam sicut & aliorum piorũ post obitum immortalitate donatam, & hanc colere Christianos errantes. Interrogantibus autem inquit: Cur ergo damnatus est, oraculo respondit dea: Corpus quidem debilitantibus tormentis semper oppositum est: anima autem piorũ cœlesti sedi insidet. Illa vero anima aliis animabus fataliter dedit, quibus fata nõ annuerunt deorũ obtinere dona, neq; habere Iouis immortalis agnitionem errore implicari. Propterea ergo diis exosi: quia quibus fato nõ fuit nosse deũm, nec dona à diis accipere, his fataliter dedit iste errore implicari. Ipse vero pius, & in cœlum sicut pij incessit.* Itaq; hunc quidem non blasphemabis, miraberis autem hominum dementiam[c], ex eo in eis facile præcepsq; periculum. Quis ita stultus est, vt non intelligat aut ab homine callido eóque Christianis inimicissimo, hæc oracula fuisse conficta, aut consilio simili ab impuris dæmonibus ista fuisse responsa, vt scilicet quoniam laudãt Christum, propter-

** aliâs, concessit.*

ea credantur veraciter vituperare Christianos: atque D ita si possint intercludant viam salutis æternæ, in qua fit quisq; Christianus? Suæ quippe nocẽdi astutiæ milleformi sentiunt non esse contrariũ, si credatur eis laudantibus Christum, dum tamen credatur etiam vituperantibus Christianos: vt eum qui vtrunq; crediderit, talem Christi faciant laudatorem, ne velit esse Christianus. Ac sic quanuis ab illo laudatus, ab istorum tamen dæmonum dominatu eum non liberet Christus: præsertim quia ita laudant Christum, vt quisquis in eũ talem crediderit, qualis ab eis prædicatur, Christianus verus non sit, sed Fotinianus hæreticus[d], qui tantummodo hominem non etiam deum nouerit Christum: & ideo per eum saluus esse non possit: nec istorũ mendaciloquorum dæmonum laqueos vitare vel soluere. Nos autem neq; Apollinem vituperantem Christum, neq; Hecaten possumus approbare laudantẽ. Ille quippe tanquam iniquum Christum vult credi, quem à iudicibus recta sentientibus dicit esse occisum: ista hominem piissimum, sed hominem tantum. Vna est tamen & illius & huius intentio, vt nolint homines esse Christianos: quia nisi Christiani erunt, ab eorum erui potestate non poterũt. Iste vero philosophus, vel potius qui talibus aduersus Christianos, quasi oraculis credunt, E prius faciant si possunt, vt inter se de ipso Christo Hecate atq; Apollo concordent, eumq; aut ambo vituperent, aut ambo collaudent. Quod si facere potuissent, nihilominus nos & vituperatores & laudatores Christi, fallaces dæmones vitaremus. Cũ vero eorũ deus & dea inter se de Christo, ille vituperando, ista laudando dissentiãt: profecto eis blasphemãtibus Christianos nõ credunt homines, si recte ipsi sentiant. Sanè Christum laudãs vel Porphyrius vel Hecate, cũ dicat eum ipsum dedisse fataliter Christianis, vt implicarentur errore, causas tamen eiusdem, sicut putat, pãdit erroris. Quas ante quàm ex verbis eius exponã, prius quæro, si fataliter dedit Christus Christianis erroris implicationẽ: vtrũ volens, an nolens dederit. Si volens, quomodo iustus? si nolens, quomodo beatus? Sed iam causas ipsius audiamus erroris. Sunt, inquit, spiritus terreni minimi loco θ terreno θ quodam malorum dæmonum potestati subiecti ab his sapiẽtes Hebræorum, quorũ vnus iste etiam Iesus fuit, sicut audisti diuina Apollinis oracula, quæ superius dicta sunt: ab his ergo Hebręi dæmonibus pessimis, & minoribus spiritibus vetabant religiosos, & ipsis vacare prohibebant: venerari autem magis cœlestes deos, amplius autem venerari deũ patrem. Hoc autem, inquit, & dij præcipiunt, & in superioribus ostendimus quemadmodum animaduertere ad deum monent, & illum colere vbiq; imperant. Verum indocti & impię naturæ, quibus vere fatum non concessit à diis dona obtinere, neq; habere Iouis immortalis notionẽ, non audientes & deos & diuinos viros: deos quidem omnes recusauerunt, prohibitos autem dæmones, non solũ nullis odiis insequ, sed etiã reuereri delegerũt. Deum autem simulantes se colere, ea sola per quę deus adoratur, non agunt. Nam deus quidem vtpote omniũ pater nullius indiget: sed nobis est bene, cum eum per iustitiã & castitatem aliasq; virtutes adoramus, ipsam vitam precem ad ipsum facientes, per imitationem & inquisitionem de ipso. Inquisitio enim purgat, inquit[e]; imitatio deificat affectionem ad ipsum operando. Bene quidem prædicauit deum patrem, & quibus sit colendus moribus dixit. Quibus præceptis prophetici libri pleni sunt Hebræorum, quando sanctorum vita F

siue

G siue vituperatur, siue laudatur [f]. Sed in Christianis tãtum errat, aut tantum calumniatur, quantum volunt dæmones, quos opinatur deos, quasi cuiquam difficile sit recolere, quæ turpia, quæ dedecora erga deorum obsequium in theatris agebantur & templis: & attendere quæ legantur, dicantur, audiantur in ecclesiis, vel deo vero quid offeratur: & hinc intelligere vbi ædificium, & vbi ruina sit morum. Quis autem huic dixit vel inspirauit, nisi diabolicus spiritus tam vanum apertumq; mẽdacium, quod dæmones ab Hebræis coli prohibitos reuereantur potius, quàm oderint Christiani? Sed deus ille, quem coluerunt sapientes Hebræorum, etiam cœlestibus sanctis angelis & virtutibus dei, quos beatissimos tanquam ciues in hac nostra peregrinatione mortali veneramur & amamus, sacrificari vetat, intonans in lege sua, quã dedit populo suo Hebræo & valde minaciter dicens: Sacrificãs diis eradicabitur. Et ne quisquã putaret dæmonibus pessimis terrenisq; spiritibus, quos iste dicit minimos vel minores, ne sacrificetur ẽs se præceptũ: quia & ipsi in scripturis sanctis dicti sunt

H dij [g], non Hebræorum, sed gentium. Quod euidẽter in

Psal.95. psalmo. Lxx. interpretes posuerũt, dicentes: Quoniam omnes dij gẽtium dæmonia. Ne quis ergo putaret istis quidem dæmoniis prohibitum esse, cœlestibus autẽ vel omnibus, vel aliquibus sacrificari esse permissum, mox

Exod. 22. addidit, Nisi domino soli, id est, nisi domino tãtum, ne fortè in eo quod dicit, nisi domino soli, dominum solẽ credat esse quispiam, cui sacrificãdum putet. Quod nõ ita esse intelligendum in scripturis Græcis facillimè [h] reperitur. Deus igitur Hebræorum, cui tam magnum tantus etiam iste philosophus perhibet testimonium, legem dedit Hebræo populo suo, Hebræo sermone conscriptam: non obscuram & incognitam, sed omnibus iam gentibus diffamatam: in qua lege scriptum est: Sacrificans diis eradicabitur, nisi domino tantum. Quid opus est in hac eius lege, eiusq; prophetis de hac re multa perquirere, immò non perquirere? Non enim abstrusa vel rara sunt, sed aperta & crebra colligere, & in hac disputatione mea ponere: quibus luce clariùs appareat,

I nulli omnino, nisi tantùm sibi, deum verum & summũ voluisse sacrificari. Ecce hoc vnum breuiter: imò granditer, minaciter, sed veraciter dictũ ab illo deo, quem tam excellenter eorum doctissimi prędicant, audiatur, timeatur, impleatur, ne inobedientes eradicatio consequatur. Sacrificans, inquit, diis eradicabitur, nisi domino tantum: non quo rei egeat alicuius, sed quia nobis

Psal.15. expedit [i], vt res eius simus. Hinc enim canitur in sacris literis Hebręorum: Dixi domino deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges. Huius autem præclarissimum atque optimum sacrificium nos ipsi sumus. Hęc est ciuitas eius, cuius rei mysteriũ celebramus

Mala.1. oblationibus nostris, quæ fidelibus notæ sunt, sicut in libris præcedentibus disputauimus. Cessaturas enim victimas, quas in vmbra futuri offerebant Iudæi: & vnũ sacrificium gentes à solis ortu vsque ad occasum, sicut iam fieri cernimus oblaturas per prophetas Hebræos oracula increpuere diuina. Ex quibus quãtum satis visum est, nonnulla protulimus, & huic iam operi aspersimus. Quapropter vbi non est ista iustitia, vt secundũ suam gratiam ciuitati obedienti deus imperet vnus & summus, ne cuiquam sacrificet nisi tantum sibi: & per hoc in omnibus hominibus ad eandem ciuitatem pertinentibus, atque obedientibus deo, animus etiam corpori, atque ratio vitiis ordine legitimo fideliter imperet: vt quemadmodum iustus vnus, ita cœtus populusq; iustorum viuat ex fide, quæ operatur per dilectionẽ [k], K

Abacuc. 2. qua homo diligit deum, sicut diligendus est deus, & *Gala.5.* proximum sicut seipsum. Vbi ergo nõ est ista iustitia, *Matth.22.* profecto non est cœtus hominum iuris consensu, & vtilitatis communione sociatus. Quod si non est, vtiq; populus non est: si vera est hæc populi definitio, ergo nec Respublica est: quia res populi non est, vbi ipse populus non est.

NAm in libris quos Θεολογίων φιλοσοφίας.) Hoc est, de philosophia a responsorum à diis: in quo opere oracula Apollinis ponit, & cæterorum deorum, ex quis citauimus nonnulla. b Verbum siue ratio.) Vtrunque est λόγος. c Miraberis autem hominum dementiam.) In antiquis habetur: miserereberis, vt viliores & contemptiores faceret. d Sed Fotinianus hæreticus.) *Fotinianus* Hic damnatus est in cõcilio Syrinico: vt Cassiodorus in tripartita narrat historia, conuictúsque à Sabino pontifice Ancyrrhensi. Secutus est dogma Pauli Samosateni hæretici, ita vt quidam eandem esse hæresim existimẽt & tradant. e Inquisitio enim purgat, inquit.) Est enim inquisitio, quę spectat ad illustrationem animi, qua ipse purgatur tenebris & obscuritate: & postquam inuenerit ac cognouerit deum, studet eum imitari, fieriq; similis eius, hoc est, planè deus. f Siue vituperatur, siue laudatur.) In Brugensi & Colonienśi libris non vituperatur legitur, sed imperatur, integriore sensu: nec vllus erit si dicas, vituperatur. Prophetæ enim sanctorum vitam non vituperant, sed aut sancte viuere hortantur & iubent, aut sancte viuentes commendant, & laudibus euehunt. g Et ipsi in scripturis sanctis dicti dij sunt.) Origenes in Cantica: Deus nomen principaliter in eo est, ex quo omnia, & per quem omnia, & in quo omnia: quod à parte virtutem & naturam trinæ singularitatis denũciat. Secundo vero in loco, & vt ita dixerim abusiue, deos dicit scriptura etiã illos, ad quos sermo dei fit, sicut confirmat Saluator in Euangeliis. Sed & cœlestes virtutes sub hoc nomine appellari videtur, dum dicitur: Deus stetit in synagoga deorum: in medio autem deus diiudicat. Tertio vero in loco iam non abusiue sed falsò dij gentium dæmones appellantur, quum dicitur: Omnes dij gentium dæmonia. Tantum Origenes. Augustinus in hoc psalmo nonagesimoquinto euidenter Septuaginta interpretes posuisse dicit: Omnes dij gentium dæmonia. Ὅτι πάντες οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν δαιμόνια. Nam in Hebræo in Psalmo nonagesimosexto, hoc enim numero apud eos legitur, Hieronymus vertit: Omnes dij populorum sculptilia. h In scripturis Græcis facillime.) Εἰς μὲν τὸν κύριον μόνον. Neque id inepte Augustinus addit: nam pleriq; populi solem tantum pro deo colebant, & multi philosophorum hunc tantum deum arbitrati sunt, ac cæterorum deorum virtutes in hunc retulerunt: vt docet Macrobius. i Sed quia nobis expedit.) Nihil nos deo damus quum recte viuimus: neq; ipse maior aut beatior fit, sed bene nobiscum agitur: ita non nobis debetur gratia, quod boni sumus: sed eam nos potiùs deo debemus, cuius beneficio sumus boni. k Quæ operatur per dilectionem.) Caret actione ac motu suo, & velut vita, quum in operã charitatis non exit, iacet, languet, mortua est.

Qua definitione constet populi & Reipublicæ nuncupationem recte sibi: non solum Romanos, sed etiam regna alia uendicaree Cap. XXIIII.

SI autem populus non isto, sed alio definitur M modo, velut si dicatur: Populũ est cœtus multitudinis rationalis, rerum quas diligit concordi communione sociatus: profectò vt videatur qualis quisq; populus sit, illa sunt intuenda quæ diligit. Quęcunq; tamen diligat, si cœtus est multitudinis non pecorum, sed rationalium creaturarum, & eorum quę diligit, communione concordi sociatus est, non absurde populus nuncupatur: tanto vtiq; melior, quanto in melioribus: tantoq; deterior, quanto est in deterioribus concors. Secundum istam definitionẽ nostram Romanus populus, populus est: & res eius sine dubitatione respublica. Quid autem primis temporibus suis, quídve sequentibus populus ille dilexerit: & quibus moribus ad cruentissimas seditiones, atq; inde ad socialia, atq; ciuilia bella perueniens, ipsam concordiam, quæ salus est quodammodo populi, ruperit atq; corruperit, testatur historia: de qua in præcedentibus libris multa posuimus. Nec ideo tamen vel ipsum non esse populũ, vel eius rem dixerim nõ esse rẽpublicam, quandiu manet qualiscunq; multitudinis rationalis cœtus, rerum quas diligit concordi communione sociatus. Quod autem de isto populo, & de ista Republica dixi, hoc de Atheniensium, vel quorumcunq; Græcorum: hoc de Aegyptiorum, hoc de illa Babylone

Assyrio-

A Assyriorum, quando in rebus suis publicis imperia vel parua vel magna tenuerunt: & de alia quacunq; aliarũ gentium intelligar dixisse atque sensisse. Generaliter quippe ciuitas impiorum, cui non imperat deus obedienti sibi, vt sacrificium nõ offerat, nisi tantummodo

Exod.22. sibi: & per hoc in illa & animus corpori, ratioq; vitiis recte ac fideliter imperet, caret iustitiæ veritate.

Quòd non possint ibi ueræ esse uirtutes, ubi non est uera religio. Cap. XXV.

QVàmlibet enim videatur animus corpori & ratio vitiis laudabiliter imperare: si tamen deo animus & ratio ipsa non seruit, sicut sibi seruiendum esse ipse deus præcepit, nullo modo corpori vitiisq; recte imperat. Nam qualis corporis atque vitiorum potest esse mens domina, veri dei nescia, nec eius imperio subiugata, sed vitiosissimis dæmonibus corrumpentibus prostituta? Proinde virtutes, quas sibi habere videtur, per quas imperat corpori & vitiis ad quodlibet adipiscendum vel tenendum, nisi ad deum retulerit, etiã ipsæ vitia sunt potius quàm virtutes. Nã

Aliàs uerè honestæ licet à quibusdam tunc veræ & honestæ putentur esse virtutes, cum ad seipsas referuntur [a]: nec propter aliud

B expetuntur, etiam tunc inflatæ ac superbæ sunt: & ideo non virtutes, sed vitia iudicanda sunt. Sicut enim nõ est à carne, sed super carnem, quod carnem facit viuere: sic non est ab homine, sed super hominem, quod hominẽ facit beate viuere: nec solum hominem, sed etiã quamlibet potestatem virtutemq; cœlestem.

Virtus propter se amanda. a QVum ad seipsas referuntur.) Stoici virtutes propter se amãdas putarunt, ex quorum sententiis illa sunt: virtutem seipsa esse contentam, ipsamq; precium esse sibi: & eam vnam satis esse ad bene beateq; viuendum. Apud Senecam & Ciceronẽ Stoicis sic tentem: quam opinionem videri vult Platonis dogmatis adstipulari. Cice. v. de finì. duo genera ponit, propter se expetendorum. Vnum, quod est in his, in quibus completur summum bonũ: quę sunt animi aut corporis. Alterũ, cum quę sunt extrinsecus, id est, quæ neq; animis insunt, neque corporibus: vt parentes, liberi, vt propinqui, vt ipsa patria. Sunt illa quidem sua sponte chara: sed eodem in genere, in quo illa non sunt. In sententiis theologicis disputatur, an virtutes propter se amandæ sint. Nam Ambrosius affirmare videtur in epistolã ad Galatas, Augustinus vero. xiij. de trinitate negare. Collector sententiarum & amandas propter se ait virtutes, quod possessores sui sancta & syncera delectatione delectent, & tamen referendas ad sempiternã beatitudinem. Verum ita sunt virtutes cum præceptis dei coniunctæ, vt amare illas nemo possit, quin summo & primo amoris loco deũ habeat. Neque virtutes sic amabit propter ipsas, quin parentem authorẽ & magistrum earum deum plus amet. Nam hæ semper oculos amantis sui ad illum attollunt: ita fiet, vt quum se virtutes credat habere charas propter seipsas, ad illasq; toto ferri pectore, in finem omnium deum peruenìat.

C Sed Augustinus hoc loco de gentilibus loquitur, quibus virtutes si externum precium peterent, sordidæ & mercenariæ videbantur: sin conciẽtia acquiescerent, pulcherrimæ & veræ virtutes. Sed is erat illis primus gradus ad arrogantiam, quum alios præ se contemnerent.

De pace populi alienati à deo, qua utitur ad pietatem populus dei, dũ in hoc peregrinus est mũdo. Cap. XXVI.

QVocirca vt vita carnis anima est, ita beata vita hominis deus est. De quo dicunt sacrę literæ Hebræorum: Beatus populus, cuius est do-

Psal.145. minus deus ipsius [a]. Miser igitur populus ab isto alienatus deo: diligit tamen ipse etiam quandam pacem suam non improbandam, quam quidem non habebit in fine, quia non ea bene vtitur ante finem. Hanc autẽ vt interim habeat in hac vita, nostra etiam interest [b]: quoniam quãdiu permixtæ sunt ambæ ciuitates, vtimur & nos pace Babylonis: ex qua ita per fidem dei populus liberatur, vt apud hãc iterim peregrinetur. Pro-

1.Timo.2. pter quod & Apostolus admonuit Ecclesiam, vt oraret pro regibus eius atq; sublimibus, addens & dicens, vt quietam & trãquillam vitam agamus cum omni pie-

Hiere.29. tate & charitate [c]. Et Propheta Hieremias cum populo veteri dei venturã prænunciaret captiuitatẽ, & diuinitus imperaret, vt obedienter in Babyloniã irẽt, deo suo etiã ista patiẽtia seruientes, monuit & ipse vt oraretur pro illa, dicẽs: quia in pace eius erit pax vestra, vtiq; interim tẽporalis pax, quæ bonis malisq; cõmunis est. D

BEatus populus cuius est dominus deus ipsius.) Psalmo. cxliij. in a quo enumeratis fortunę bonis, quę quidem in primo beatitudinis loco statuũt, numerosa prole, auro, argẽto, fœcũdis pecoribus prędiis & possessionibus amplissimis, atq; vberrimis, cũ fructibus istarũ rerũ omniũ pacatis, cũ quiete ac lętitia ad extremũ concludit: beatũ dixerũt populũ, cui hæc adsunt, imò vero beatus populus cuius est dominus deus eius. b Nostra etiam interest.) Alibi, nostri. q. in rem nostram est. c Et charitate.) Alibi, castitate. melius σεμνότητι.

De pace seruientiũ deo, cuius perfecta trãquillitas in hac tẽporali uita nõ potest apprehendi. Cap. XXVII.

PAx autẽ nostra propria, & hic est cũ deo per fidẽ, & in æternũ erit cũ illo per speciẽ [a]. Sed hic siue illa cõmunis, siue nostra propria talis est pax, vt solatiũ miseriæ sit potius quàm beatitudinis gaudiũ. Ipsa quoq; nostra iustitia quãuis vera sit, propter veri boni finem, ad quẽ refertur: tamen tãta est in hac vita, vt potius peccatorũ remissione cõstet [b], quàm perfectione virtutũ. Testis est oratio totius ciuitatis dei, quæ peregrinatur in terris. Per omnia quippe mẽbra sua clamat ad deũ: Dimitte nobis debita nostra, sicut *Matth.6.* & nos dimittimus debitoribus nostris. Nec pro eis est efficax hæc oratio [c], quorũ fides sine operibus mortua *Iaco.2.* est: sed pro eis quorũ fides per dilectionem operatur. Quia enim deo quidẽ subdita, in hac tamen cõditione *Gala.5.* E mortali, & corpore corruptibili, quod aggrauat animã: *Sapi.9* nõ perfecte vitiis ratio imperat: ideo necessaria est iustis talis oratio. Nã profecto quãquam imperetur nequaquã sine cõflictu vitiis imperatur. Et vtiq; aliquid subrepit in hoc loco infirmitatis etiã bene confligenti, siue hostibus talibus victis subditisq; dominanti. Vnde si non facili operatione, certe labili locutione aut volatili cogitatione peccetur. Et ideo quãdiu vitiis imperatur, plena pax nõ est: quia & illa, quæ resistũt, periculoso debellantur prælio: & illa quæ victa sunt, nondũ securo triũphantur ocio, sed adhuc solicitò premũtur imperio. In his ergo tentationibus, de quibus omnibus in diuinis eloquiis breuiter dictũ est: Nunquid nõ ten- *Iob.7.* tatio est vita humana [d] super terram? quis ita viuere se præsumat, vt dicere deo, Dimitte nobis debita nostra, *Matth.6.* nõ necesse habeat, nisi homo elatus? Nec vero magnus: sed inflatus ac tumidus: cui per iustitiã resistit, q; gratiã largitur humilibus. Propter quod scriptũ est: Deus su- *Iacobi. 4.* perbis resistit, humilibus autẽ dat gratiam. Hic itaq; in vnoquoq; iustitia est, vt obebienti deus homini, animus *1.Petri.5.* corpori, ratio autẽ vitiis etiã repugnantibus imperet, F vel subigendo vel resistendo: atq; vt ab ipso deo petatur, & meritorũ gratia, & venia delictorũ, ac de acceptis bonis gratiarũ actio persoluatur. In illa vero pace finali quò referenda, & cuius adipiscẽdæ causa habẽda est ista iustitia: quoniam sanata immortalitate atq; incorruptione natura vitia nõ habebit: nec vnicuiq; nostrũ vel ab alio vel à seipso quicquã repugnabit: non opus erit, vt ratio vitiis, quæ nulla erũt imperet: sed imperabit deus homini, animus corpori, tãtaq; obediendi ibi erit suauitas & facilitas, quãta viuendi regnandiq; fœlicitas. Et hoc illic in oibus hominibus atq; in singulis ęternũ erit, ęternũq; esse certũ erit: et ideo pax beatitudinis hui^o, vel beatitudo pacis huius sũmũ bonũ erit.

PEr speciẽ.) q. per spectationẽ & visionẽ. b Vt potius peccatorũ a remissione cõstet.) Magna enim ex parte sumus boni: nõ q; bene viuim^o, sed quòd cõmissorũ scelerũ nobis fit à deo gratia. c Nec pro eis est efficax hæc oratio.) Nõ aliter q̃ quod salubre sumitur à corpore nihil, prodest emortuo mẽbro corporis: & hæc orationis particula, dimit. no. de. no. fi. & n. di. deb. no. interpretatio est ei, qui illã dicit fratri suo inimicus & iratus. d Nunquid non tentatio est vita humana.) Iob. vij. Vulgo legimus: Militia est vita hominis super terram. Sed Lxx. vtitur Augustinus vt assolet πειραστηρίῳ, quasi tentatorius locus. Seneca libro. xvj. Epistolarum: Atqui viuere mi Lucilli militare

A est.

G est. Itaq; hi, qui iactantur, & per operosa atque ardua sursum atque deorsum eunt, & expeditiones periculosissimas obeunt, fortes viri sunt, prioresq; castrorũ. Isti quos publica quies aliis laborantibus molliter habet, turturillæ sunt, tuti contumeliæ causa.

In quem finem ueniturus sit exitus impiorum.

Caput XXVIII.

FOrum autem qui non pertinent ad istam ciuitatẽ dei, erit ecõtrario miseria sempiterna,
Apoca. 20 quæ etiam secunda mors dicitur: quia nec anima ibi viuere dicẽda est, quæ à vita dei alienata erit: nec corpus, quod æternis doloribus subiacebit. Ac per hoc ideo durior ista secunda mors erit: quia finiri mor te non poterit. *Sed quoniam sicut miseria beatitudini, & mors vitæ, ita bellum paci videtur esse contrarium:* merito quæritur: sicut pax in bonorum finibus prædicata est atq; laudata, quod vel quale bellum in finibus malorum econtrario possit intelligi. Verum qui hoc quærit, attendat quid in bello noxium perniciosumq; sit: & videbit nihil aliud esse quàm inter se rerum aduersitatem atque conflictum. Quod igitur bellum gra uius & amarius cogitari potest, quàm vbi voluntas sic aduersa est passioni, & passio voluntati, vt nullius earũ victoria tales inimicitiæ finiantur: & vbi sic confligit
H cum ipsa natura corporis vis doloris, vt neutrũ alteri cedat? Hic enim quando contingit iste conflictus, aut dolor vincit & sensum mors adimit: aut natura perdu rans vincit, & dolorem sanitas tollit. Ibi autem & dolor permanet, vt affligat: & natura perdurat, vt sentiat: quia vtrunq; ideo non deficit, ne pœna deficiat. Ad hos autem fines bonorum & malorum, illos expetendos, istos cauendos: quoniam per iudicium transibunt ad *illos* boni, ad *istos* mali: de hoc *iudicio* quantũ deus donauerit, in consequenti volumine disputabo.

FINIS.

ELENCHVS
CAPITVM IN LIB. XX.
Diui Aurelij Augustini de Ciuitate dei.

1 Quòd quànuis omni tẽpore deus iudicet, in hoc tamẽ libro de nouissimo eius iudicio est proprie
I disputandum.
2 De varietate rerum humanarum, cui non potest dici deesse iudiciũ dei, quãuis nequeat inuestigari.
3 Quid in libro Ecclesiaste Salomon de his quæ in hac vita & bonis et malis sũt cõmunia, disputarit.
4 Quòd ad differendum de nouissimo iudicio dei, noui primum testamenti, ac deinde veteris testimonia prolaturus sit.
5 Quibus sententiis domini Saluatoris diuinũ iudicium futurum in fine seculi declaretur.
6 Quæ sit prima resurrectio, quæ secunda.
7 De duabus resurrectionibus, & de mille annis, quid in Apocalypsi Ioannis scriptum sit, & quid de eis rationabiliter sentiatur.
8 De alligatione & solutione diaboli.
9 Quid sit regnum sanctorum cum Christo per mille annos: & ĩ quo discernatur à regno æterno.
10 Quid respõdendum sit eis, qui putãt resurrectionem ad sola corpora non etiam ad animas pertinere.
11 De Gog & Magog, quos ad persequendam ecclesiam dei, solutus prope finem seculi diabolus incitabit.
12 An ad vltimum supplicium pertineat impiorũ, K quòd descendisse ignis de cœlo & eosdem comedisse memoratur.
13 An ante tempus persecutionis Antichristi mille anni annumerandi sint.
14 De damnatione diaboli cum suis, & per recapitulationem de resurrectione corporum omnium mortuorum, & de iudicio vltimæ retributionis.
15 Qui sint mortui, quos ad iudicium exhibuit mare, vel quos mors & inferi reddiderint.
16 De cœlo nouo & terra noua.
17 De ecclesiæ glorificatione sine fine post mortem.
18 Quid apostolus Petrus de nouissimo dei iudicio prædicare docuerit mortuorum.
19 Quid apostolus Paulus Thessalonicensibus scripserit: & de manifestatione Antichristi, cuius tẽpus dies domini subsequetur.
20 Quid idem Apostolus in prima ad eosdem epistola de resurrectione mortuorum docuerit.
21 Quid Esaïas propheta de mortuorũ resurrectione & retributione iudicij sit locutus.
22 Qualis futura sit egressio sanctorum ad videndas L pœnas malorum.
23 Quid prophetauerit Daniel de persecutione Antichristi, & de iudicio dei regnoq; sanctorum.
24 In psalmis Dauidicis, quæ de fine seculi huius, & quæ de nouissimo dei iudicio prophetantur.
25 De prophetia Malachiæ, qua dei iudicium vltimum declaratur: & quorum dicitur per purificatorias pœnas facienda mundatio.
26 De sacrificiis quæ sancti offerent deo sic placitura, quomodo in diebus pristinis & annis prioribus placuerunt.
27 De separatione bonorum & malorum, per quam nouissimi iudicij discretio declaratur.
28 De lege Moysi spiritaliter intelligenda, ne in dãnabilia murmura carnalis sensus incurrat.
29 De aduentu Heliæ ante iudicium, cuius prædicatione scripturarum secreta reserante Iudæi conuertentur ad Christum.
30 Quòd in libris veteris testamenti, cum deus legitur iudicaturus, non euidenter Christi persona
M mõstretur: sed ex quibusdam testimoniis, vbi dominus deus loquitur, non dubie appareat quod ipse sit Christus.

D. AVRELII AVGVSTINI
Episcopi, de Ciuitate dei, Liber. XX.

Quod quanuis omni tempore deus iudicet, in hoc tamen libro de nouissimo eius iudicio est proprie disputandum. *Caput* I.

DE die vltimi iudicij dei, quod ipse donauerit locuturi, eumq; asserturi aduersus ĩpios & incredulos, tanquam in ædificij fundamẽto prius ponere testimonia diuina debemus. Quibus qui nolunt credere humanis ratiunculis falsis atque fallacibus contrauenire conantur: ad hoc vt aut aliud significare contendant, quod adhibetur testimonium de literis sacris, aut omnino diuinitus esse dictum negẽt. Nam nullum existimo esse mortaliũ, qui cum ea sicut

A dicta sunt intellexerit: & à summo ac vero deo per animas sanctas dicta esse crediderit, non eis cedat atq; consentiat: siue id etiam ore fateatur, siue aliquo vitio fateri erubescat, aut metuat: vel etiã peruicacia simillima insaniæ, id quod falum esse nouit, aut credit, ĩcõtra id quod verum esse nouit aut credit, etiam contẽtiosissime defendere moliatur. Quod ergo in confes-
2. Timo. 4 sione ac professiõe tenet omnis ecclesia dei veri, Christum de cœlo esse venturum ad viuos ac mortuos, iudicandos, hunc diuini iudicij vltimum diem dicimus, id est, nouissimum tempus. Nam per quot dies hoc iudicium tendatur, incertum est: sed scripturarum more sanctarum diem poni solere pro tempore, nemo qui illas literas quàmlibet negligenter legerit, nescit. Ideo autem cum diẽ iudicij dei dicimus, addimus vltimũ, vel nouissimum: quia & nũc iudicat, & ab humani ge-
Gene. 3. neris initio iudicauit: dimittens de paradiso, & à ligno vitæ separans primos homines peccati magni perpe-
2. Petri. 2. tratores, immo etiam quando angelis peccantibus nõ pepercit: quorum princeps homines à seipso subuersus inuidendo subuertit, procul dubio iudicauit. Nec sine il
B lius alto iustoq; iudicio, & in hoc aëreo cœlo & in terris, & dæmonum & hominum miserrima vita est erroribus erumnisq; plenissima. Verum etsi nemo peccasset, non sine bono rectoq; iudicio deus vniuersam rationalem creaturam perseuerantissime sibi domino suo cohærentem in æterna beatitudine retineret. Iudicat etiam, non solum vniuersaliter de genere dæmonũ atq; hominum, vt miseri sint propter primorum meritum peccatorum: sed etiam de singulorum operibus
Matth. 8. propriis, quæ gerunt arbitrio voluntatis. Nam & dæmones ne torqueantur, precantur: nec vtique iniuste vel parcitur eis, vel pro sua quiq; improbitate torquen
†aliàs semper tur. Et homines plerunq; aperte, plerunq;† occulte luũt pro suis factis diuinit° pœnas: siue in hac vita, siue post mortem: quãuis nullus hominum agat recte nisi diuino adiuuetur auxilio: nullus dæmonum aut hominum agat inique, nisi diuino eodemq; iustissimo dei iudicio
Roma. 9. permittatur. *Sicut* enim ait Apostolus: Nõ est iniqui-
Roma. 11. tas apud deũ. Et sicut ipse alibi dicit: Inscrutabilia sunt iudicia dei, & inuestigabiles viæ eius. Nõ igitur in hoc libro de illis primis, nec de istis mediis dei iudiciis, sed
C de ipso nouissimo iudicio, quantum ipse tribuerit, disputabo: quãdo Christus de cœlo vẽturus est viuos iu-
2. Timo. 4 dicaturus & mortuos. *Iste* quippe *dies* iudicij proprie iam vocatur, eo quòd nullus ibi erit imperitæ querelæ locus [a], cur iniustus ille sit fœlix, & cur iustus ille infœlix. Omnium nanq; tunc non nisi bonorũ vera & plenissima fœlicitas, & omnium non nisi malorum digna & summa infœlicitas apparebit.

IOANNIS LODOVICI VIVIS in.xx. Lib. de Ciuitate dei D. Aurelij Augustini commentarij.

a IMperitæ querelę locus.) Nam in hac vita quærunt homines, cur mali sunt diuites, sani, læti: contrà boni inopes, ægri, mœsti. Hæc miratur, qui ignorant ea non esse bona, quæ ipsi maxime credunt. Neque enim vnquã malis vera contingunt bona, nec bonis vera mala: quod etiam si bona illa & mala vocanda sint, quæ ipsi putant, id non sine maximis caussis fit: quas ipsi quum nesciant, rerum ordinem insani iudiciis suis damnant: *in iudicio Christi ibi demum nec vera nec ficta bona* euenient, nisi bonis: nec vlli malis vllis prementur, præter malos: idq; aperte, vt omnes conspiciant.

De uarietate rerum humanarum, cui non potest dici deesse iudicium dei, quanuis nequeat inuestigari. *Cap.* II.

NVnc autem & mala ęquo animo ferre discimus, quę patiuntur & boni: & bona non magnipendere, quæ adipiscũtur & mali. Ac per hoc etiã in his rebus, in qb° nõ apparet diuina iustitia, D
salutaris est diuina doctrina. Nescim° enĩ quo iudicio dei bonus ille sit pauper, malus ille sit diues: iste gaudeat, quẽ pro suis perditis moribus cruciari debuisse mœroribus arbitramur: contristetur ille, quem vita laudabilis gaudere debuisse* persuadet: exeat de iudicio non *aliàs meruisse.
solum inultus, verum etiam damnatus innocens, aut iniquitate iudicis pressus, aut falsis obrut° testimoniis. Econtrario scelestus aduersarius ejus, non solum impunitus, verumetiã vindicatus insultet: impius optime valeat, pius languore tabescat. Latrocinentur sanissimi iuuenes: & qui nec verbo quẽquam lædere potuerunt, diuersa morborũ atrocitate affligantur: infantes vtiles rebus humanis immatura morte rapiãtur: & qui videntur nec nasci debuisse, diutissime insuper viuant: plenus criminibus sublimetur honoribus, & hominẽ sine querela tenebræ ignobilitatis abscondant: & cætera huiusmodi, quæ quis colligat, quis enumeret? Quæ si haberent in ipsa velut absurditate cõstantiam, vt in
hac vita in qua homo, sicut sacer psalmus eloquitur, va- Psal. 143.
nitati similis factus est, & dies eius velut vmbra præ-
tereunt: non nisi mali adipiscerentur transitoria bona E
ista atque terrena: nec nisi boni talia paterentur mala, posset hoc referri ad iudiciũ iustũ dei, vel etiã benignũ: vt qui non erant assecuturi bona æterna, quæ faciunt beatos, his temporalibus vel deciperentur pro malitia sua, vel pro dei misericordia cõsolarentur bonis: & qui non erant passuri æterna tormenta, temporalibus vel pro suis quibuscunq; vel quantuliscunq; peccatis affligerentur, vel propter implendas virtutes [a] exercerentur malis. Nunc vero quando nõ solũ in malo sunt boni, & in bono mali, quod videtur iniustũ: verũetiã plerunq; & malis mala eueniũt, & bonis bona proueniũt: magis inscrutabilia fiunt iudicia dei, & inuestigabiles Roma. 11.
viæ illius. Quãuis ergo nesciam° quo iudicio deus ista vel faciat vel fieri sinat: apud quem summa virtus est, & summa sapiẽtia, summaq; iustitia: nulla infirmitas, nulla temeritas, nulla iniquitas: salubriter tamen discimus non magnipendere seu bona seu mala, quæ videmus esse bonis malisq; cõmunia: & illa bona quærere, quę bonorũ: atq; illa mala maxime fugere, quę propria sunt malorũ. Cũ vero ad illud dei iudiciũ venerimus, E
cuius tẽpus iam proprie dies iudicij, & aliquando dies domini nuncupatur: non solũ quæcunq; tunc iudicabuntur, verũ etiam quæcunq; ab initio iudicata, & quęcunq; vsq; ad illud tẽpus adhuc iudicãda sunt, apparebũt esse iustissima. Vbi hoc quoq; manifestabitur, q̃ iusto iudicio dei fiat, vt nunc tam multa ac penè omnia iusta iudicia dei sensus mentesq; mortaliũ lateãt, cũ tamen in hac re piorũ fidẽ nõ lateat, iustũ esse quod latet.

a VEl propter ĩplendas virtutes.) Vt haberẽt quo virtus exercita vires, neruos, & robur sumeret. Actuosa enĩ est virt°, quę si cessat, lãguescit, & ceu ignis, qui nisi quod agat, suenit, extinguitur. Sin exerceatur aduersio fortunæ flatu, habet quo absoluatur.

Quid in libro Ecclesiastes Salomõ de his quæ in hac uita & bonis & malis sunt cõmunia disputarit.

Cap. III.

NEmpe Salomon sapiẽtissimus rex Israël, qui regnauit in Hierusalẽ, librũ q̃ vocatur Ecclesiastes [a], & à Iudæis quoq; habetur in sacrarũ canone literarũ, sic exorsus est: Vanitas vanitatũ [b]†, dixit Ecclesiastes: Vanitas vanitatũ, & oía vanitas. Quæ †al. uanitantiũ. & sic deinceps
homini abũdantia ex* oĩ labore suo quo laborat sub so- *aliàs. in.
le? Et cũ ex hac sentẽtia cõnecteret cætera, cõmemorãs Eccle. 1.
erũnas, erroresq; vitę hui°: & euanescẽtes iterea tẽporũ lapsi°, vbi nihil solidũ, nihil stabile retinet: ĩ ea rerũ va-

G nitate ſub ſole, illud etiam deplorat quodãmodo, quòd cum ſit abundantia ſapientiæ ſuper inſipientiam, ſicut eſt abundantia lucis ſuper tenebras [c], ſapientisq; oculi ſint in capite ipſius, & ſtultus in tenebris ambulet: vnũ tamẽ incurſus incurrat omnibus vtiq; in hac vita, quæ ſub ſole agitur: ſignificans videlicet ea mala*, quæ bonis & malis videmus eſſe communia. Dicit etiam illud quod & boni patiantur mala tanquam mali ſint, & mali tanquam boni ſint adipiſcantur bona, ita loquens: Eſt, inquit, vanitas quæ facta eſt ſuper terram: quia ſunt iuſti, ſuper quos venit quaſi factũ impiorũ: & ſunt impij, ſuper quos venit ſicut factum iuſtorum. Dixi quoniã hoc quoque vanitas. In hac vanitate, cui quantum ſatis viſum eſt, intimandæ, totum iſtum librum vir ſapientiſſimus deputauit: non vtiq; ob aliud, niſi vt eam vitam deſideremus, quæ vanitatem nõ habet ſub hoc ſole, ſed veritatem ſub illo, qui fecit hunc ſolem. In hac ergo vanitate [d], nunquid niſi iuſto dei rectoq; iudicio ſimilis eidem vanitati factus vaneſceret homo? In diebus tamen vanitatis ſuæ intereſt plurimum, vtrũ reſiſtat, an obtemperet veritati, & vtrum ſit expers veræ pietatis, an particeps: non propter vitæ huius vel bona acquirenda, vel mala vitãda vaneſcendo trãſeuntia, ſed propter futurum iudicium, per quod H erunt & bonis bona, & malis mala, ſine fine manſura. Denique iſte ſapiẽs hunc librum ſic concluſit, vt diceret: Deum time, & mandata eius cuſtodi, quia hoc eſt, omnis homo: quia omne hoc opus deus adducet in iudicium in omni deſpecto, ſiue bonum ſiue malũ. Quid breuius, verius, ſalubrius dici potuit? Deum, inquit, time, & mandata eius cuſtodi: quia hoc eſt omnis homo. Quicunque enim eſt hoc, eſt cuſtos vtiq; mandatorum dei: quoniam qui hoc non eſt, nihil eſt. Non enim ad veritatis imaginem reformatur, remanens in ſimilitudine vanitatis. Quia omne hoc opus, id eſt, quod ab homine fit in hac vita, ſiue bonum, ſiue malũ, deus adducet in iudicium, in omni deſpecto, id eſt, in omni etiam qui contemptibilis hic videtur, I & ideo nec videtur: quoniam deus & ipſum videt, nec eum deſpicit: nec eum cum iudicat, præterit.

*aliâs, multa.

Eccle. 2.

Eccle. 1.

Pſal. 143.

Eccle. 12.

Rom. 3.

a Librum qui vocatur Eccleſiaſtes.) Hoc eſt, concionator, quẽ multi Hebræorum conſcriptum ab eo ferunt in pœnitentia vitæ flagitioſe actæ ac impiæ. Alij dicunt, quũ ſpiritu prophetico præuideret diuiſionem regni ſui, ſub Roboam filio ſuo, adductum in contemptum inſtabilis vanitatis. b Vanitas vanitatum.) Sic Septuaginta interpretati ſunt: cæteri vero, vt Hieronym° ait, ἀτμὸς ἀτμῶν, hoc eſt, vapor fumi & aura tenuis, quæ cito reſoluitur. c Sicut eſt abundantia lucis ſuper tenebras.) Tantum ab ſtultitia ſapientia abeſt, quantum à tenebris dies & ſol. d In hac ergo vanitate.) In tanta vanitate mens hominum niſi à deo edoceretur, vaneſceret, falſaq; ſumeret pro veris, aut profecto peccatis abſumeretur, & velut fumus in mortem ſecundam euanida contabeſceret.

Quòd ad diſſerendum de nouiſſimo iudicio dei, noui primum teſtamenti, ac deinde ueteris teſtimonia prolaturus ſit. Cap. IIII.

VIus itaq; vltimi iudicij dei teſtimonia de ſcripturis ſanctis quæ ponere inſtitui, prius eligenda ſunt de libris inſtrumenti noui, poſtea de veteris. Quanuis enim vetera priora ſint tempore, noua tamen anteponenda ſunt dignitate: quoniã illa vetera præconia ſunt nouorũ. Noua igitur ponenda ſunt prius, quæ, vt firmius probemus, aſſumentur & vetera. In veteribus habẽtur lex & prophetæ; in nouis Euangelium & Apoſtolicæ literæ. Ait autem Apoſtolus: Per legem enim cognitio peccati. Nunc autem ſine lege iuſtitia dei manifeſtata eſt, teſtificata per legẽ & prophetas: iuſtitia autem dei per fidem Ieſu Chriſti in omnes qui credunt in eum. Hæc autem iuſtitia dei ad nouum pertinet teſtamentum, & teſtimonium habet à veteribus libris, hoc eſt, à lege & prophetis. Prius K ergo ipſa cauſa ponenda eſt, & poſtea teſtes introducẽdi. Hunc & ipſe Ieſus Chriſtus ordinem ſeruandũ eſſe demonſtrans: Scriba, inquit, eruditus in regno dei, ſimilis eſt viro patrifamiliãs proferenti de theſauro ſuo noua & vetera. Non dixit vetera & noua: quod vtique dixiſſet, niſi maluiſſet meritorum ordinem ſeruare, quàm temporum.

Matth. 13.

Quibus ſentẽtiis domini Saluatoris diuinũ iudicium futurum in fine ſeculi declaretur. Cap. V.

ERgo ipſe Saluator cum obiurgaret ciuitates, in quibus virtutes magnas fecerat, neq; crediderant, & eis alienigenas anteponeret: Veruntamen, inquit, dico vobis, Tyro & Sidoni [a] remiſſius erit in die iudicij quàm vobis. Et paulo poſt alteri ciuitati: Amen, inquit, dico tibi*, quia terræ Sodomorum remiſſius erit in die iudicij quàm tibi. Hic euidẽtiſſime prædicat diem iudicij eſſe venturum. Et alio loco: Viri Niniuitæ, inquit, ſurgent in iudicio cum generatione iſta, & condemnabunt eam: quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ: & ecce plus quàm Iona hic [b]. Regina Auſtri ſurget in iudicio cum generatione iſta, & condemnabit eam: quia venit à finibus terræ audire ſapiẽtiam Salomonis, & ecce plus quàm Salomon hic. Duas hoc loco res diſcimus: & venturũ eſſe L iudicium, & cum mortuorum reſurrectione venturũ. De Niniuitis enim & regina Auſtri quãdo hæc dicebat, de mortuis ſine dubio loquebatur, quos tamen in die iudicij reſurrecturos eſſe prædixit. Nec ideo dixit condemnabunt [c], quia & ipſi iudicabũt: ſed quia ex ipſorum comparatione iſti merito dãnabuntur. Rurſus alio loco, cum de hominum bonorum & malorũ nũc permixtione, poſtea ſeparatione, quæ vtique in die iudicij futura eſt, loqueretur, adhibuit ſimilitudinem de tritico ſeminato, & ſuperſeminatis zizaniis, eamq; ſuis exponens diſcipulis: Qui ſeminat, inquit, bonũ ſemen, eſt filius hominis: ager autem eſt hic mundus: bonum vero ſemen hi ſunt filij regni: zizania autẽ hi filij ſunt nequam. Inimicus autẽ qui ſeminauit ea, eſt diabolus. Meſſis autem conſummatio ſeculi, meſſores vero angeli ſunt. Sicut ergo colliguntur zizania, & igni comburuntur: ſic erit in cõſummatione ſeculi. Mittet filius hominis angelos ſuos, & colligent de regno eius omnia ſcandala, & eos qui faciunt iniquitatem, & mittẽt M eos in caminum ignis, ibi erit fletus & ſtridor dentiũ. Tunc iuſti fulgebunt ſicut ſol in regno patris eorum. Qui habet aures audiendi, audiat. Hic quidem iudiciũ vel diem iudicij nõ nominauit, ſed multo eum clarius, ipſis rebus expreſſit, & in fine ſeculi futurum eſſe prædixit. Itẽ diſcipulis ſuis: Amen, inquit, dico vobis, quod vos qui ſecuti eſtis me, in regeneratione, cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſraël. Hinc diſcimus cum ſuis diſcipulis iudicaturũ Ieſũ. Vnde & alibi Iudæis dixit: Si ego in Beelzebub eiicio dæmonia, filij veſtri in quo eiiciunt? Ideo ipſi iudices veſtri erunt. Nec quoniam ſuper duodecim ſedes ſeſſuros eſſe ait, duodecim ſolos homines cum ipſo iudicaturos putare debemus. Duodenario quippe numero, vniuerſa quædam ſignificata eſt iudicantium multitudo propter duas partes numeri ſeptenarij, quo ſignificatur plerunque vniuerſitas: quæ duæ partes, id eſt, tria & quatuor, altera per alteram multiplicatæ duodecim faciunt. Nam & quatuor ter, & tria quater duodecim ſunt: & ſi qua alia huius duodenarij numeri,

Matth. 11.

*aliâs uobis.

Matth. 12.

Matth. 19.

Matth. 12.

Lucæ. 11.

Matth. 19.

quæ

A quæ ad hoc valeat, ratio reperitur. Alioquin quoniam in locum Iudæ traditoris Apoſtolum Matthiam legimus ordinatum: Apoſtolus Paulus, qui plus illis omnibus laborauit, vbi ad iudicandum ſedeat, non habebit: qui profecto cum aliis ſanctis ad numerũ iudicum ſe pertinere demonſtrat, cum dicit: Neſcitis quia angelos iudicabimus? De ipſis quoq; iudicandis in hoc numero duodenario ſimilis cauſa eſt. Non enim quia dictũ eſt, Iudicantes duodecim tribus Iſraël: tribus Leui, quæ tertiadecima eſt ab eis iudicanda non erit: aut ſolum illum populum, non etiam cæteras gentes iudicabunt? Quod autem ait, in regeneratione, proculdubio mortuorum reſurrectionem nomine voluit regenerationis intelligi. Sic enim caro noſtra regenerabitur per incorruptionẽ, quemadmodũ eſt anima noſtra regenerata per fidem. Multa prætereo, quæ de vltimo iudicio ita dici videntur, vt diligenter conſiderata reperiãtur ambigua, vel magis ad aliud pertinentia: ſiue ſcilicet ad eum ſaluatoris aduentum, quo per totum hoc tempus in eccleſia ſua venit, hoc eſt, in membris ſuis, B particulatim atque paulatim: quoniam tota corpus eſt eius, ſiue ad excidium terrenæ Hieruſalem: quia & de illo cum loquitur, plerunq; ſic loquitur, tanquam de fine ſeculi, atque de illo die iudicij nouiſſimo & magno loquatur; ita vt dinoſci non poſſit omnino, niſi ea quę apud tres Euangeliſtas, Matthæum, Marcum, & Lucam de hac re ſimiliter dicta ſunt, inter ſe omnia conferãtur. Quædam quippe alter obſcurius, alter explicat planius: vt ea quæ ad vnam rem pertinentia dicuntur, appareat vnde dicantur. Quod facere vtcunque curaui in quadam epiſtola, quam reſcripſi ad beatæ memoriæ virum Heſychium Solonitanæ vrbis Epiſcopum, cuius epiſtolæ titulus eſt de fine ſeculi. Proinde iam illud hic dicam quod in Euangelio ſecundum Matthæum de ſeparatione bonorum & malorum legitur per iudicium præſentiſſimum atque nouiſſimũ Chriſti. Cũ autem venerit, inquit, filius hominis in maieſtate ſua, & omnes angeli cum eo, tunc ſedebit ſuper ſedem maieſtatis ſuæ: & congregabuntur ante eum omnes gentes, & ſeparabit eos ab inuicem, ſicut paſtor ſegregat C oues ab hœdis. Et ſtatuet oues quidem à dextris ſuis hœdos autem à ſiniſtris. Tunc dicet rex his, qui à dextris eius erũt: Venite benedicti patris mei poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi. Eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare: ſitiui, & dediſtis mihi bibere. Hoſpes eram, & collegiſtis me. Nudus, & cooperuiſtis me. Infirmus, & viſitaſtis me. In carcere erã, & veniſtis ad me. Tunc reſpondebunt ei iuſti, dicentes: Domine, quando vidimus te eſurientem, & pauimus: ſitientẽ, & dedimus tibi potum? Quando autem te vidimus hoſpitem, & collegimus te? Aut nudũ, & cooperuimus te? Aut quando te vidimus infirmum, aut in carcere, & venimus ad te? Et reſpondens rex dicet illis: Amen dico vobis, quàmdiu vni feciſtis de his fratribus meis minimis, mihi feciſtis. Tunc dicet, inquit, & his, qui à ſiniſtris eius erunt: Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius. Deinde ſimiliter etiam his enumerat, quod illa non fecerint, quæ dextros feciſſe memorauit. Similiterq; interrogantibus, quando eum viderint in horum indigentia conſtitutum: quod minimis ſuis non factum eſt, ſibi factum non fuiſſe reſpõdet: ſermonẽq; concludens, Et hi, inquit, in ſupplicium æternum ibũt, iuſti autem in vitam æternam. Ioannes vero Euangeliſta apertiſſime narrat eum in reſurrectione mortuorum futurum prædixiſſe iudicium. Cũ enim dixiſſet: D Neque enim pater iudicat quẽquam, ſed iudicium omne dedit filio: vt omnes honorificent filium, ſicut honorificant patrem. Qui non honorificat filium, nõ honorificat patrem, qui miſit illum: protinus addidit, Amen amen dico vobis: quia qui verbum meum audit, & credit ei qui me miſit, habet vitam æternam: & in iudicium non veniet, ſed tranſiet à morte in vitam. Ecce hic dixit fideles ſuos in iudicium non venire. Quomodo ergo per iudicium ſeparabuntur à malis, & ad eius dextram ſtabunt, niſi quia hoc loco iudicium pro damnatione poſuit? In tale quippe iudicium nõ veniẽt, qui audiũt verbum eius, & credunt ei qui miſit illum.

Act. 1.

1. Cor. 15.

1. Cor. 6.

Matth. 19.

Ioan. 2.

a Veruntamen &c. Tyro & Sidoni.) Tyrus & Sidon vrbes ſunt maritimæ in Phœnicia. b Et ecce plus quàm Iona hic.) Hic non eſt pronomen, ſed aduerbium, quaſi hoc loco, & &c. c Nec ideo dixit condẽnabunt.) Et cõdemnare dicuntur accuſatores reum, quum per eorum accuſationem condemnatur. Imago eſt hæc ſumpta de foro.

Quæ ſit prima reſurrectio, quæ ſecunda. Cap. VI.

DEinde adiungit & dicit: Amen amen dico vobis, quia venit hora, & nunc eſt, quando mortui audient vocem filij dei: & qui audierint, viuent. Sicut enim pater habet vitam in ſemetipſo, ſic dedit & filio habere vitam in ſemetipſo. Nondum de ſecunda reſurrectione, id eſt, corporum loquitur, quæ in fine futura eſt, ſed de prima, quæ nũc eſt. Hanc quippe vt diſtingueret, ait: Venit hora & nunc eſt. Non autem iſta corporum, ſed animarum eſt. Habẽt enim & animæ mortem ſuam in impietate, atq; peccatis. Secũdum quam mortem mortui ſunt, de quibus idem dominus ait: Sine mortuos ſepelire mortuos ſuos: vt ſcilicet in anima mortui, in corpore mortuos ſepelirent. Propter iſtos ergo impietate & iniquitate in anima mortuos: venit, inquit, hora, & nunc eſt, quando mortui audient vocẽ filij dei: & qui audierint, viuent. Qui audierint, dixit: qui obedierint, qui crediderint, & vſq; in finem perſeuerauerint. Nec fecit hic vllam differẽtiam bonorum & malorum. Omnibus enim bonũ eſt audire vocem eius, & viuere ad vitam pietatis ex impietatis morte tranſeundo. De qua morte ait apoſtolus Paulus: Ergo omnes mortui ſunt, & pro omnibus mortuus eſt vnus: vt qui viuunt, iam non ſibi viuant, ſed ei qui pro ipſis mortuus eſt, & reſurrexit. Omnes itaq; mortui ſunt in peccatis, nemine prorſus excepto: ſiue originalibus, ſiue etiam voluntate additis: vel igno rando, vel ſciendo, vel faciẽdo quod iuſtum eſt: & pro omnibus mortuis, viuus mortuus eſt vnus, id eſt, nullũ haberis omnino peccatum: vt qui per remiſſionem peccatorum viuunt, iam non ſibi viuant, ſed ei qui pro omnibus mortuus eſt propter peccata noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtram: vt credentes in eum, qui iuſtificat impium, ex impietate iuſtificati, tãquam ex morte viuificati ad primam reſurrectionem, quæ nunc eſt animarum [a], pertinere poſſimus. Ad hãc enim primam non pertinent, niſi qui beati erunt in æternum: ad ſecundam vero, de qua mox locuturus eſt, & beatos pertinere docebit, & miſeros. Iſta eſt miſericordiæ, illa iudicij. Propter quod in Pſalmo ſcriptum eſt: Miſericordiam & iudicium cantabo tibi domine. De quo iudicio conſequenter adiunxit, atq; ait: Et poteſtatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis eſt. Hic oſtendit, quod in ea carne veniet iudicaturus, in qua venerat iudicandus. Ad hoc enim ait: quoniam filius hoís eſt. Ac deinde ſubiungẽs vnde agimus: Nolite, inquit, mirari hoc: quia veniet hora, in qua oẽs qui

Ioan. 5.

E

Matth. 8.

Ioan. 5.

2. Cor. 5.

F

Rom. 4. 10.

Pſal. 100.

Ioan. 5.

 in mo-

G in monumentis ſunt,audient vocem filij dei:& procedent qui bona fecerunt in reſurrectionē vitæ: qui vero mala egerunt,in reſurrectionem iudicij. Hoc eſt illud iudicium, quod paulo ante ſicut nunc pro damnatione poſuerat,dicens: Qui verbum meū audit, & credit ei qui miſit me, habet vitam æternam:& in iudiciū
Ioan.5. non venit,ſed tranſit à morte in vitam,id eſt,pertinendo ad primam reſurrectionē,qua nūc tranſitur à morte animarum ad vitam virtutum, in damnationē non veniet, quam ſignificauit appellatiōe iudicij: ſicut etiā in hoc loco,vbi ait: Qui vero mala egerunt,in reſurrectionem iudicij,id eſt,damnationis. Reſurgat ergo in prima, qui nō vult in ſecunda reſurrectione damnari. Venit ergo hora, & nunc eſt, quando mortui audient vocem filij dei:& qui audierint viuent, id eſt, in damnationem non venient, quæ ſecunda mors dicitur: in quam mortem poſt ſecundam, quæ corporūm futura eſt,reſurrectionem præcipitabuntur,qui in prima,quæ animarum eſt, non reſurgunt, Veniet enim hora, vbi
H non ait,& nūc eſt:quia in fine ſeculi erit,hoc eſt,in vltimo & maximo iudicio dei,quādo omnes qui in monumentis ſunt,audient vocem eius,& procedent. Non dixit,quemadmodū in prima:& qui audierint,viuent. Non enim omnes viuent,ea ſcilicet vita, quæ quoniā beata eſt,ſola vita dicenda eſt. Nā vtiq; ſine qualicūq; vita non poſſent audire,& de monumentis reſurgente carne procedere. Quare autem nō omnes viuent, in eo quod ſequitur,docet: Qui bona, inquit, fecerunt,in reſurrectionem vitæ, hi ſunt qui viuent: qui vero mala egerunt,in reſurrectionem iudicij,hi ſunt qui non viuent:quia ſecunda morte morientur. Mala quippe egerunt, quoniam male vixerunt: male autem vixerunt, quia in prima,quæ nunc eſt animarū reſurrectione nō reuixerunt,aut in eo quod reuixerant,non in finē vſq; mā ſerunt. Sicut ergo duæ ſunt regenerationes, de quibus iam ſupra locutus ſum:vna ſecundum fidem, quæ nunc fit per baptiſmum: alia ſecundum carnem, quæ
I fiet in eius incorruptione atque immortalitate per iudicium magnum,atque nouiſſimum: ita ſunt & reſurrectiones duæ,vna prima,quæ nūc eſt,animarum,quæ venire non permittit in mortem ſecundam. Alia ſecunda quæ nunc nō eſt,ſed in ſeculi fine futura eſt:nec animarum, ſed corporum eſt: quæ per vltimum iudicium alios mittet in ſecundam mortem: alios in eam vitam,quæ non habet mortem.

a AD primam reſurrectionem,quæ nunc eſt animarum.)In aliis libris nō adſcribitur,animarum: & forſan additum eſt, vt intelligeretur, quæ eſt hæc noſtra reſurrectio. Nam illa poſtrema eſt corporum, hæc prima eſt animarum, quū ex caſu peccatorum ſurgunt. Sic paulo poſt:à morte animarum ad vitam virtutum: in antiquis libris tantum legitur,à morte ad vitam. Sed illa videntur addita exponendi gratia.

De duabus reſurrectionibus, & de mille annis, quid in Apocalypſi Ioannis ſcriptum ſit, & quid de eis rationabiliter ſentiatur. Cap. VII.

DE his duabus reſurrectionibus idem Ioannes Euāgeliſta in eo libro qui dicitur Apocalypſis,eo modo locutus eſt: vt earū prima à quibuſdam noſtris non intellecta,inſuper etiam in quaſdam ridiculas fabulas verteretur. Ait quippe in libro
Apoca. 20 memorato Ioannes apoſtolus: Et vidi angelum deſcendentem de cœlo,habentem clauem abyſſi, & catenam in manu ſua,& tenuit draconem illum ſerpentem antiquum,qui cognominatus eſt diabolus,& Satanas, & alligauit illum mille annis,& miſit illum in abyſſum, & clauſit:& ſignauit ſuper eum, vt non ſeduceret iam gentes,donec finiantur mille anni:poſt hæc oportet eū ſolui breui tempore. Et vidi ſedes, & ſedētes ſuper eas, K
& iudicium datum eſt illis: & animas occiſorum propter teſtimonium Ieſu,& propter verbum dei. Et ſi qui non adorauerunt beſtiam,nec imaginem eius: nec acceperunt inſcriptionem in fronte,aut in manu ſua, & regnauerunt cum Ieſu mille annis: reliqui eorum non vixerunt,donec finiantur mille anni. Hæc reſurrectio prima eſt. Beatꝰ & ſanctus eſt, qui habet in hac prima reſurrectione partem. In iſtis ſecunda mors non habet poteſtatem, ſed erunt ſacerdotes dei & Chriſti, & regnabunt cum eo mille annis. Qui propter hæc huius libri verba primam reſurrectionem futuram ſuſpicati ſunt corporalem,inter cætera maxime numero annorum mille [a] permoti ſunt, tanquam oporteret in ſanctis eo modo velut tanti temporis fieri ſabbatiſmum, vacatione ſcilicet ſancta poſt labores annorum ſex milium,ex quo creatus eſt homo: & magni illius peccati merito in huius mortalitatis erūnas de paradiſi fœlicitate dimiſſus eſt,vt quoniam ſcriptum eſt: Vnus dies Gene.3.
apud dominū ſicut mille anni, & mille anni ſicut dies
vnus:ſex annorum milibus tanquam ſex diebus imple L
tis, ſequatur velut ſabbati ſeptimus in annis mille poſtremis, ad hoc ſcilicet ſabbatum celebrandum reſurgentibus ſanctis. Quæ opinio eſſet vtcunq; tolerabilis, ſi aliquæ delitiæ ſpiritales in illo ſabbato affuturæ ſanctis per domini præſentiā crederentur. Nā etiam nos hoc opinati fuimus aliquando. Sed cum eos qui tunc reſurrexerint,dicāt immoderatiſſimis carnalibus epulis vacaturos,in quibus cibus ſit tantus ac potus [b],vt nō ſolū nullam modeſtiam teneant, ſed modum quoq; ipſius incredulitatis excedant: nullo modo iſta poſſunt niſi à carnalibus credi. Hi autē qui ſpiritales ſunt,iſtos iſta credētes χιλιάσταις appellāt Græco vocabulo:quod verbum è verbo exprimentes, nos poſſumus miliarios nuncupare. Eos autē longū eſt refellere ad ſingula, ſed potius quemadmodū ſcriptura hæc accipienda ſit,iam debemus oſtēdere. Ait ipſe dominus noſter Ieſus Chri Matth. 12.
ſtus: Nemo poteſt introire in domū fortis,& vaſa eius M
eripere,niſi prius alligauerit fortem,diabolū volēs intelligi fortē: quia ipſe genus humanū potuit tenere captiuū,vaſa vero eius quæ fuerat erepturus, fideles ſuos futuros, quos ille in diuerſis peccatis atq; impietatibus poſſidebat. Vt ergo alligaretur hic fortis,propterea vidit iſte Apoſtolus in Apocalypſi angelū deſcendentē
de cœlo,habentem clauē abyſſi,& catenā in manu ſua. Apoca. 20
Et tenuit,inquit, draconem illū ſerpentem antiquum, qui cognominatus eſt diabolus & Satanas: & alligauit eū mille annis,hoc eſt, eius poteſtatē ab eis ſeducendis ac poſſidendis,qui fuerant liberandi,cohibuit atq; frenauit. Mille autem anni,duobus modis poſſunt,quantum mihi occurrit, intelligi: aut quia in vltimis annis mille iſta res agitur, id eſt, ſexto annorum miliario [d] tanquàm ſexto die, cuius nunc ſpatia poſteriora voluuntur: ſecuturo deinde ſabbato, quod non habet veſperam, requiem ſcilicet ſanctorum, quæ non habet finem:vt huius miliarij tanquam diei nouiſſimam partem, quæ remanebit vſque ad terminum ſeculi, mille annos appellauerit:eo loquendi modo, quo pars ſignificatur à toto: aut certe mille annos pro annis omnibus huius ſeculi poſuit, vt perfecto numero notaretur ipſa temporis plenitudo. Millenarius enim numerus denarij numeri quadratum ſolidū reddit. Decē quippe decies ducta,fiunt centū: quæ iā figura quadrata,ſed plana eſt. Vt autē in altitudinē ſurgat, & ſolida fiat,rurſus centū decies multiplicantur, & mille fiunt.

Porrò

A Porrò ſi centū ipſa aliquo modo pro vniuerſitate aliquando ponuntur,quale illud eſt, quod dominus omnia ſua dimittenti & eum ſequenti promiſit,dicēs: Ac
Matth.19. cipiet in hoc ſeculo centuplum. Quod exponens quo-
2.Cor.6. dammodo Apoſtolus,ait: Quaſi nihil habentes, & omnia poſſidentes: quia & ante iam dictum erat: Fidelis hominis totus mundus diuitiarum eſt: quanto magis mille pro vniuerſitate ponuntur,vbi eſt ſoliditas ip
†al's. nec ſius denariæ quadraturæ? Vnde & † illud melius intelligitur,quod in Pſalmo legitur: Memor fui in ſeculum
Pſal.104. teſtamenti ſui, verbi quod mandauit in mille generationes,id eſt in omnes. Et miſit illū, inquit, in abyſſum:
Apoca.20. vtiq; diabolum miſit in abyſſum. Quo nomine ſignificata eſt multitudo innumerabilis impiorum, quorū in malignitate aduerſus Eccleſiam dei multū profunda ſunt corda: non quia ibi diabolus ante non erat, ſed ideo dicitur illuc miſſus, quia excluſus à credentibus plus cœpit impios poſſidere. Plus namq; poſſidetur à diabolo,qui non ſolum alienatus eſt à deo, verumetiā gratis odit ſeruientes deo. Et clauſit, inquit, & ſignauit ſuper eum, vt iam non ſeduceret gentes, donec finiantur mille anni. Clauſit ſuper eum, dictum eſt, interdi-
B xit ei ne poſſit exire,id eſt,vetitum tranſgredi. Signauit autem quod addidit: ſignificaſſe mihi videtur, quòd occultum eſſe voluit,qui pertineant ad partem diaboli & qui non pertineant. Hoc quippe in ſeculo iſto prorſus latet: quia & qui videtur ſtare, vtrum ſit caſurus: & qui videtur iacere, vtrum ſit ſurrecturus, incertum eſt. Ab eis autē gentibus ſeducendis huius interdicti vinculo & clauſtro diabolus prohibetur atque cohibetur, quas pertinentes ad Chriſtum ſeducebat antea, vel te-
Ephe.1. nebat. Has enim deus elegit ante mundi conſtitutionē
Colo.1. eruere de poteſtate tenebrarum, & tranſferre in regnū filij claritatis ſuæ: ſicut Apoſtolus ait, Nam ſeducere illum gentes etiam nunc, & ſecum trahere in æternam pœnam: ſed non prædeſtinatas in æternam vitam, quis fidelis ignorat? Nec moueat, quod ſæpe diabolus ſedu-
2.Timo. 2. cit etiam illos qui iam regenerati in Chriſto, vias ingrediuntur dei. Nouit enim dominus qui ſunt eius: ex his in æternam damnationem neminem ille ſeducit. Sic enim nouit eos dominus, vt deus: quem nihil latet etiam futurorum, non vt homo, qui hominem ad prę-
C ſens videt, ſi tamen videt, cuius cor non videt: qualis autē poſtea ſit futurus, nec ſeipſum videt. Ad hoc ergo ligatus eſt diabolus, & incluſus in abyſſo: vt iam nō ſeducat gentes, ex quibus conſtat Eccleſia, quas antea ſeductas tenebat, antequam eſſet Eccleſia. Nec enim dictum eſt, vt non ſeduceret aliquem, ſed vt nō ſeduceret, inquit, iam gētes: in quibus Eccleſiam proculdubio
Apoca. 20 voluit intelligi. Donec finiantur mille anni, id eſt, aut quod remanet de ſexto die, qui conſtat ex mille annis: aut omnes anni, quibus deinceps hoc ſeculum peragēdum eſt. Nec ſic accipiendum eſt quod ait: vt non ſeduceret gentes donec finiātur mille anni: quaſi poſtea ſeductūrus ſit eas duntaxat gentes, ex quibus prędeſtinata conſtat Eccleſia: à quibus ſeducendis illo eſt vinculo clauſtroq; prohibitus. Sed aut illa locutione dictū
Pſal.122. eſt, quæ in ſcripturis aliquoties inuenitur, qualis eſt in Pſalmo: Sicut oculi noſtri ad dominum deum noſtrū, donec miſereatur noſtri. Neq; enim cum miſertus fuerit, non erunt oculi ſeruorum eius ad dominum deum ſuum. Aut certe iſte eſt ordo verborum: Et clauſit, & ſignauit ſuper eum, donec finiantur mille anni. Quod vero interpoſuit, vt non ſeduceret iam gentes: ita ſe habet, vt ab huius ordinis connexione ſit liberum: & ſeorſum intelligendum, velut ſi poſt adderetur, vt ſic ſe D
haberet tota ſentētia: Et clauſit, & ſignauit ſuper eum, donec finiantur mille anni, vt non ſeduceret iam gentes: id eſt, ideo clauſit, donec finiātur mille anni, vt iam non ſeduceret gentes.

INter cætera maxime numero annorū mille.) Quoniā Ioannes hoc a
loco meminit mille annorum, & Chriſtus in Euangelio: Non bibā amodo de hoc genimine vitis vſque in diem illum, quo bibam illud nouum in regno patris mei. Et prophetę multa dicunt de regno Chriſti in Hieruſalem: idcirco exiſtimarunt quidam Chriſtum excitatis corporibus ſanctorum ſuorum rediturum in mundum, manſurumq; hic annos mille in ſumma pace, affluente vndique fœlicitate incredibili, aureoq; ſeculo maiore & mirabiliore, quàm eſt à Poëtis deſcriptū, aut etiam ab Eſaia & Sibylla prædictum. Cuius opinionis author fuit Papias Hieropolitanus præſul, qui vixit temporibus Apoſtolorum. Eum ſecuti ſunt Irenæus, & Apollinarius, Tertullianus quoque in libro de ſpe fidelium, & Victorinus Pictauienſis, & Lactantius libro ſeptimo diuinarum inſtitutionum. Hoc commentum & ſi inane Hieronymus eſſe oſtendit, ac ridet ſæpenumero, atque inceſſit, tamen libro in Hieremiā quarto non audere ſe damnare ait, quòd multi eccleſiaſticorum virorū & martyrum id dixerint, tantum eſt in dicto vel fidei vel reuerētiæ plerunque propter authorem ſolum: diſſentiendúmque eſt à magnis viris modeſte ac prudenter, ita vt multum eorum authoritati detuliſſe videaris. Haud crediderim illorum ſanctorum eandem fuiſſe ea de re ſententiam, quam Cherinthi hæretici, de quo ſic Euſebius libro eccleſiaſticæ hiſtoriæ tertio: Cherinthus poſt reſurrectionem terrenum dicit futurū eſſe regnum Chriſti in Hieruſalem. Et homines in carne iterum concupiſcentiis & vitiis ſubiectam conuerſationem habituros. Contra fidem quoque ſcripturarum quoſdam mille annos deſignat, in quibus multa
quidem & alia corruptionum opera, & nuptiarum feſtiuitates dicit fu- E
turas, ad eos qui libidini ſunt dediti decipiendos. Sed & Dionyſius quū de Ioannis reuelatione diſſereret, quædam ſecundum ea, quæ antiquitus Eccleſię tradita fuerant, diſputaret, mentionem facit huius ipſius viri in his verbis: Cherinthus, inquit, à quo & Cherinthiana hęreſis oborta eſt, figmenti ſui authoritatem magni nominis acquirere ſecūdum ſcripturæ huius prauam intelligentiam geſtiebat. Quippe cuius hæc erat hæreſis, vt affirmaret terrenum futurum eſſe Chriſti regnum. Et quia erat vētri, gulæ, ac libidini deditus, ea futura decernebat, quæ ſibi propria libido dictabat. Ventris, & eorum quæ ſub ventre ſunt incitamenta, cibis, potibus, nuptiis prædicabat explenda. Et vt aliquid ſacratius dicere videretur, legales aiebat feſtiuitates rurſum celebrandas, & hoſtias carnales iterum iugulandas. Irenæus vero ſecretiora ipſius hæretici in primo operis ſui libro publicauit. Quæ inde diſcat, ſi quis plenius ſcire vult. Hæc Euſebius. Non eſt ergo hæc Papiæ opinio, cuius originem Hieronymꝰ Cherintho potius attribuiſſet natu maiori Papia ipſo: tam etſi eodem vixerint tempore: tum nec Irenæus in Cherinthum ſcripſiſſet, qui Papię ſententiam eſt ſequutus: tametſi non omnes ſectæ eādē de illis mille tradiderunt annis. Vnuſquiſque, vt ſibi animo confingebat, ita affirmabat: nec mirum in re commentitia & vana. Dionyſius Alexandrinæ Eccleſiæ pontifex, vt Hieronymus li. in Eſaiam. xviij. narrat, eleganté ſcripſit librum, irridens mille annorum fabulam, & auream atque gemmatam in terris Hieruſalem, inſtaurationem templi, hoſtiarum ſanguinē, ociū ſabbati, circuncíſionis iniuriam, nuptias, partus, liberorum educationē, epularum delitias, & cunctarum gentium ſeruitutem: rurſuſq; bella, exercitus, ac triumphos, & ſuperatorum neces, mortemq; centenarij peccatoris. Hæc Hierony. b In quibus cibus ſit tantus ac potus.) Sic Lactantius: Terra vero aperiet fœcunditatem ſuam, & vberrimas fruges
ſua ſponte generabit. Rupes montiū melle ſudabunt: per riuos vina de- F
current, & flumina lacte inundabunt. Vt præteream Cherinthiana, quę ſunt multo fœdiora. c χιλιάσασθαι.) Quaſi millenarios. χίλιοι enim ſunt mille. d Id eſt ſexto annorū milliario.) Ferunt in libris Heliæ Prophetæ inueniri ſex mille annos mundum duraturum: quorū prima duo milia deputantur vanitati, vſque ad Abraham. Altera duo legi, ad Chriſtum. Tertia duo milia Meſſiæ, vſque ad finem ſeculi: idq; ex computatione Hebræorum. Nam ex ſeptuaginta plura ſunt quàm tria millia ab Adam ad Abraham. Et ætate Auguſtini nō aberant ſex millia à fine ſuo quadringentis annis. Itaque nūc plures quàm ſex mille & ſeptingentos vulgo computamus. Nempe à nato domino mille quingentos viginti duos: cuius ortum Euſebius & qui Lxx. ſequuntur in quinto milleſimum & plus paulo quàm centeſimum cōferunt. Idcirco Auguſtinus huius ſexti annorum milliarij, volui ſua ætate ſpatia poſteriora, dixit. Lactantiꝰ, qui ante Auguſtinum vixit, nempe ſub Conſtantino, tantum ſupereſſe ex illis ſex millibus annorum ducentorum annorū expectationē ſcribit.

De alligatione & ſolutione diaboli. Caput VIII.

POſt hæc, inquit, oportet eum ſolui breui tem- Apoca. 20
pore. Si hoc eſt diabolo ligari, & includi, Eccleſiam non poſſe ſeducere: hæc ergo erit ſolutio eius, vt poſſit? Abſit. Nunquā enim ab illo Eccleſia ſeducetur prædeſtinata, & electa ante mundi con- Ephe.1.
ſtitutionē: de qua dictum eſt: Nouit dominus, qui ſunt 2.Timo.2.
eius: & tamen hic erit Eccleſia illo tempore etiam quo ſoluēdus eſt diabolus: ſicut ex quo eſt inſtituta, hic fuit

A iiij & erit

G & erit omni tempore, in ſuis vtique qui ſuccedunt na-
Apoca. 20 ſcendo morientibus. Nam paulo pòſt dicit, quòd ſolu-
tus diabolus ſeductas gẽtes toto orbe terrarum, attrahet in bellum aduerſus eam: quorum hoſtium nume-
Ibidem. rus erit vt arena maris. Et aſcẽderũt, inquit, ſuper terræ latitudinem, & cinxerunt caſtra ſanctorum, & dilectam ciuitatem: & deſcendit ignis de cœlo à deo, & comedit eos: & diabolus qui ſeducebat eos, miſſus eſt in ſtagnum ignis & ſulphuris, vbi & beſtia & pſeudoprophetæ: & cruciabuntur die ac nocte in ſecula ſeculorum. ſed hoc iam ad iudicium nouiſſimum pertinet, quod nunc propterea commemorandũ putaui, ne quis exiſtimet eo ipſo paruo tempore, quo ſoluetur diabolus in hac terra Eccleſiam non futuram, illo hic eã vel non inueniente, cum fuerit ſolutus, vel abſumẽte, cum fuerit modis omnibus perſecutus. Non itaque per totũ hoc tempus, quod liber iſte complectitur à primo ſcilicet aduentu Chriſti vſque in ſeculi finẽ, quo erit ſecundus eius aduentus: ita diabolus alligatur, vt eius hęc ipſa ſit alligatio: per hoc interuallũ, quod mille annorũ
Apoca. 20 numero appellat non ſeducere Eccleſiam, quandoquidem illam nec ſolutus vtiq; ſeducturus eſt. Nam pro-
H fecto ſi ei alligari eſt, non poſſe ſeducere, ſiue non permitti: quid erit ſolui, niſi poſſe ſeducere ſiue permitti? Quod abſit vt fiat. ſed alligatio diaboli, eſt nõ permitti exercere totam tentationem, quam poteſt vel vi vel dolo ad ſeducendos homines in partem ſuam cogendo violenter, fraudulentérve fallendo. Quod ſi permitteretur in tam longo tẽpore, & tanta infirmitate multorum, plurimos tales, quales deus id perpeti non vult, & fideles deiiceret, & ne crederẽt, impediret. Quod ne faceret, alligatus eſt. Tunc autem ſoluetur, quando &
Danie. 12. breue tempus erit. Nam tribus annis & ſex menſibus legitur totis ſuis ſuorũq; viribus ſæuiturus: & tales erunt, cum quibus ei belligerandum eſt, vt vinci tanto eius impetu inſidiisq; non poſſint. Si autem nunquam ſolueretur, minus appareret eius maligna potentia, minus ſanctæ ciuitatis fideliſſima patientia probaretur: minus deniq; perſpiceretur, quàm magno eius malo tã bene fuerit vſus omnipotens deus, qui eum nec omnino abſtulit à tentatione ſanctorum, quanuis ab eorum
I interioribus hominibus vbi in deũ creditur, foras miſſum: vt forinſecus eius oppugnatione proficerent, & in eis qui ſunt ex parte ipſius alligauit: ne quantam poſſet effundendo & exercendo malitiã innumerabiles infirmos, ex quibus eccleſiam multiplicari & impleri oportebat: alios credituros, alios iam credentes à fide pietatis hos deterreret, hos frangeret. Et ſoluetur in fine, vt quàm fortem aduerſarium dei ciuitas ſuperauerit, cũ ingenti gloria ſui redemptoris, adiutoris, liberatoris,
*al. eorũ. aſpiciat. In quorum * ſanè, qui tunc futuri ſunt, ſanctorum atq; fidelium comparatione quid ſumus? Quando quidem ad illos probandos tantus ſoluetur inimicus, cum quo nos ligato tantis periculis dimicamus: quanuis & hoc temporis interuallo, quoſdam milites Chriſti tam prudentes & fortes fuiſſe atque eſſe non dubiũ eſt, vt etiam ſi tunc in iſta mortalitate viuerent, quando ille ſoluetur, omnes inſidias eius atq; impetus & cauerent prudentiſſime, & patientiſſime ſuſtinerent. Hęc autem alligatio diaboli non ſolũ facta eſt, ex quo cœpit eccleſia præter Iudæam terram in nationes alias, aliásque dilatari: ſed etiam nunc fit, & fiet vſq; ad terminum ſeculi, quo ſoluendus eſt: quia & nũc homines ab infidelitate, in qua ipſe eos poſſidebat, conuertuntur ad fidem, & vſq; in illum finem ſine dubio conuertentur.

Et vtiq; vnicuiq; fideliũ iſte fortis tunc alligatur, quã- K
do ab illo tanquam vas eius eripitur, & abyſſus vbi in- Matth. 12.
cluſus eſt non in eis conſumpta eſt, quando ſunt mortui, qui tunc erant quando eſſe cœpit incluſus, ſed ſucceſſerunt eis alij naſcendo, atq; ſuccedunt donec finiatur hoc ſeculũ, qui oderint Chriſtianos: in quorũ quotidie velut in abyſſo cæcis & profundis cordibus inclu
datur. Vtrum autẽ etiam illis vltimis tribus annis & Danie. 12.
menſibus ſex, quãdo ſolutus totis viribus ſęuiturus eſt, aliquis in qua non fuerat ſit acceſſurus ad fidem, nonnulla quæſtio eſt. Quomodo enim ſtabit quod dictũ
eſt: Quis intrat in domum fortis, vt vaſa eius eripiat, Matth. 12.
niſi prius alligauerit fortem, ſi etiam ſoluto eripiuntur? Ac per hoclad hoc cogere videtur iſta ſentẽtia, vt credamus illo licet exiguo tempore neminem acceſſurum eſſe populo Chriſtiano, ſed cum eis, qui iam Chriſtiani reperti fuerint diabolum pugnaturum. Ex quibus etiã ſi aliqui victi ſecuti eum fuerint, non eos ad prædeſtinatum filiorum dei numerum pertinere. Neq; enim
fruſtra idem Ioannes Apoſtolus, qui & hanc Apoca- L
lypſim ſcripſit, in epiſtola ſua de quibuſdam dixit: Ex 1. Ioan. 2.
nobis exierunt, ſed nõ erant ex nobis. Nam ſi fuiſſent ex nobis, permanſiſſent vtiq; nobiſcũ. Sed quid fiet de paruulis? Nimium quippe incredibile eſt, nullos iã natos & nondum baptizatos, præoccupari Chriſtianorũ filios illo tempore infantes: nullos etiam ipſis naſci iã diebus: aut ſi erunt, nõ eos à parentibus ſuis ad lauacrũ regenerationis modo quocunq; perduci. Quod ſi fiet, quo pacto ſoluto iam diabolo vaſa iſta eripientur, in cuius domũ nemo intrat, vt vaſa eius eripiat, niſi prius alligauerit eum? Imò vero id potius eſt credendum, vt nec qui cadant de eccleſia, nec qui accedant ad eccleſiã illo tempore defuturos, ſed profecto tam fortes erunt & parentes pro baptizandis paruulis ſuis: & hi qui tũc primitus credituri ſunt, vt illum fortem vincãt etiam non ligatum, id eſt, omnibus, qualibus antea nũquam, vel artibus inſidiantem, vel vrgentem viribus, & vigilanter intelligant, & toleranter ferant: ac ſic illi etiam non ligato eripiantur. Nec ideo falſa erit Euangelica
illa ſententia: Quis intrat in domũ fortis, vt vaſa eius Matth. 12.
eripiat, niſi prius alligauerit fortem? Secundum enim M
ſententię eius veritatem, ordo iſte ſeruatus eſt, vt prius alligaretur fortis, ereptiſq; vaſis eius, longe lateq; in omnibus gentibus ex firmis & infirmis ita multiplicaretur eccleſia, vt ex ipſa rerum diuinitus prædictarum & impletarum robuſtiſſima fide, etiã ſoluto vaſa poſſet auferre. Sicut enim fatendum eſt, multorum refrigeſcere charitatem, cum abundat iniquitas: etiam inuſitatis maximisq; perſecutionibus. atq; fallaciis diaboli iam ſoluti, eos qui in libro vitæ ſcripti nõ ſunt, eſſe mul Matth. 14.
tos ceſſuros, hinc cogitandum eſt, non ſolum quos bo- Apoca. 20
nos fideles illud tempus inueniet, ſed nonnullos etiam qui foris adhuc erunt, adiuuante dei gratia per conſiderationem ſcripturarum: in quibus & alia & finis ipſe prænunciatus eſt, quem venire iam ſentiunt: ad credendum, quod non credebant, futuros eſſe firmiores: & ad vincendum etiam non ligatum diabolum fortiores: Quod ſi ita erit, propterea præceſſiſſe credenda* eſt
*aliâs dicẽda. eius alligatio, vt & ligati & ſoluti expoliatio ſequeretur: quoniam de hac re dictum eſt: Quis intrabit in do Matth. 12.
mum fortis, vt vaſa eius eripiat, niſi prius alligauerit fortem?

Quid ſit regnum ſanctorum cum Chriſto per mille annos, & in quo diſcernatur à regno æterno.

Caput IX.

Interea

A INterea dum mille annis ligatus eſt diabolus,
Apoca. 20 ſancti regnant cum Chriſto etiam ipſis mille annis eiſdem ſine dubio, & eodem modo intelligendis, id eſt, iſto iam tẽpore prioris eius aduentus. Excepto quippe illo regno, de quo in fine di-
Matth. 25. cturus eſt: Venite benedicti patris mei, poſſidete paratum vobis regnum. Niſi enim alio aliquo modo longe quidem impari iam nũc regnarent cũ illo ſancti eius, quibus ait: Ecce ego vobiſcũ ſum vſq; in cõſummationẽ
Matth. 28. ſeculi: profecto non etiam nunc diceretur Eccleſia re-
Matth. 13. gnum eius, regnúmve cœlorum. Nam vtiq; iſto tẽpore in regno dei eruditur ſcriba ille, qui profert de theſauro ſuo noua & vetera: de quo ſupra locuti ſumus. Et de Eccleſia collecturi ſunt zizania meſſores illi, quæ permiſit cum tritico ſimul creſcere vſq; ad meſſem. Quod
Ibidem. exponẽs ait, Meſſis eſt finis ſeculi: meſſores autem angeli ſunt. Sicut ergo colliguntur zizania, & igni cõburuntur, ſic erit in cõſummatione ſeculi: mittet filius hominis angelos ſuos, & colligent de regno eius omnia ſcandala. Nunquid de regno illo, vbi nulla ſunt ſcãdala? De iſto ergo regno eius, quod eſt hic Eccleſia, colli-
B gentur. Item dicit: Qui ſoluerit vnum de mãdatis iſtis
Matth. 5. minimis, & docuerit ſic homines, minimus vocabit in regno cœlorum: qui autem fecerit & ſic docuerit, magnus vocabitur in regno cœlorum. Vtrũq; dicit in regno cœlorum, & qui non facit mandata quę docet: hoc eſt enim ſoluere, non ſeruare, nõ facere: & illum qui facit & ſic docet: ſed iſtũ minimum, illum magnũ. Et cõtinuo ſecutus adiungit: Dico enim vobis, quia niſi abũdauerit iuſtitia veſtra ſuper Scribarum & Phariſæorũ, id eſt, ſuper iuſtitiã eorũ, qui ſoluunt quod docent. De
Matth. 23. Scribis enim & Phariſæis dicit alio loco: Quoniam di-
Matth. 5. cunt & non faciunt. Niſi ergo ſuper eos abũdauerit iuſtitia veſtra, id eſt, vt vos non ſoluatis, ſed faciatis potius quod docetis: non intrabitis, inquit, in regnum cœlorum. Alio modo igitur intelligendum eſt regnũ cœlorum, vbi ambo ſunt: & ille ſcilicet qui ſoluit quod docet, & ille qui facit: ſed ille minimus, iſte magnus. Alio modo autem regnum cœlorum dicitur, quò nõ intrat niſi ille qui facit. Ac per hoc vbi vtrunq; genus eſt, Eccleſia eſt, qualis nunc eſt: vbi autẽ illud ſolum erit, Eccleſia eſt, qualis tunc erit, quando malus in ea non erit. Ergo Eccleſia & nunc eſt regnũ Chriſti, regnumq; cœlorum. Regnant itaq; cum illo etiam nunc ſancti eius,
Apoca. 20. aliter quidem quàm tunc regnabunt: nec tamen cũ illo
Matth. 13. regnant zizania. quãuis in eccleſia cum tritito creſcãt.
C Regnant enim cũ illo qui faciunt quod Apoſtolus ait:
Collo. 3. Si conſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt ſapite,
Philip. 3. vbi Chriſtus eſt in dextera dei ſedens: quæ ſurſum ſunt quærite, non quæ ſuper terram. De qualibus item di-
Apoca. 20. cit, quòd eorum conuerſatio ſit in cœlis. Poſtremo regnant cum illo, qui eo modo ſunt in regno eius, vt ſint etiam ipſi regnum eius. Quomodo autem ſunt regnum Chriſti, qui, vt alia taceam, quanuis ibi ſint donec colligantur in fine ſeculi de regno eius omnia ſcãdala: tamen illic ſua quærũt, non quæ Ieſu Chriſti? De
Philip. 2. hoc ergo regno militiæ, in quo adhuc cum hoſte confligitur, & aliquando repugnatur repugnantibus vitiis, aliquando cedẽtibus imperatur donec veniatur ad illud pacatiſſimũ regnũ, vbi ſine hoſte regnabitur. Et de hac prima reſurrectione, quæ nunc eſt, liber iſte ſic loquitur. Cũ enim dixiſſet alligari diabolũ mille annis,
Apoca. 20 & poſtea ſolui breui tempore, mox recapitulando quid in iſtis mille annis agat Eccleſia, vel agatur in ea. Et vidi, inquit, ſedes & ſedentes ſuper eas, & iudicium datũ

D eſt. Non hoc putandum eſt de vltimo iudicio dici, ſed ſedes præpoſitorũ, & ipſi præpoſiti intelligẽdi ſunt, per quos Eccleſia nunc gubernatur. Iudicium autem datũ, nullum melius accipiendum videtur, quàm id quod di
Matth. 18. ctum eſt: Quæ ligaueritis in terra, ligata erũt & in cœlo: & quæ ſolueritis in terra, ſoluta erũt & in cœlo. Vn-
1. Corin. 5. de Apoſtolus: Quid enim mihi eſt, inquit, de his qui foris ſunt iudicare? Nónne de his qui intus ſunt, vos iudicatis? Et animæ, inquit, occiſorum propter teſtimoniũ
Apoca. 20. Ieſu, & propter verbum dei: ſubauditur quod poſtea dicturus eſt, & regnauerunt cum Ieſu mille annis, animæ ſcilicet martyrum nondum ſibi corporibus ſuis reddi-
tis. Neq; enim piorum animæ mortuorum ſeparantur ab Eccleſia, quæ etiam nũc eſt regnũ Chriſti. Alioquin nec ad altare dei fieret eorũ memoria in cõmunione*
*aliâs cõmunicatione. corporis Chriſti: nec aliquid prodeſſet ad eius in pericu-
lis baptiſmum currere, ne ſine illo finiatur hæc vita: nec ad reconciliationem ſi forte per pœnitentiam malámve conſcientiam quiſque ab eodem corpore ſeparatus eſt. Cur enim fiũt iſta, niſi quia fideles, etiam de-
E functi membra eius ſunt? Quanuis ergo cum ſuis corporibus nondum ſunt, iam tamen eorũ animæ regnãt cum illo, dum iſti mille anni decurrunt. Vnde in hoc
Apoca. 14. eodem libro, & alibi legitur: Beati mortui, qui in domino moriuntur, amodo iam etiam dicit ſpiritus, vt requieſcant à laboribus ſuis: nam opera eorum ſequuntur
Romã. 14. illos. Regnat itaq; cum Chriſto nunc primum Eccleſia in viuis & mortuis. Propterea enim, ſicut dicit Apoſtolus, mortuus eſt Chriſtus, vt & viuorum, & mortuorum dominetur. Sed ideo tantũmodo martyrum animas cõmemorauit: quia ipſi præcipue regnant mortui,
Apoca. 20. qui vſq; ad mortẽ pro veritate certauerunt. Sed à parte totum, etiã cæteros mortuos intelligimus pertinentes ad Eccleſiam, quod eſt regnum Chriſti. Quod vero ſequitur: Et ſi qui non adorauerunt beſtiam, nec imaginẽ
aliâs, ſimul de. eius: nec acceperunt inſcriptionẽ in fronte, aut in manu ſua: ſimiliter & de viuis, & mortuis debemus accipe-
re. Quæ ſit porrò iſta beſtia, quãuis ſit diligẽtius inquirendum, non tamen abhorret à fide recta, vt ipſa impia ciuitas intelligatur, & populus infidelium contrarius populo fideli & ciuitati dei. Imago vero eius ſimulatio eius mihi videtur: in eis videlicet hominibus, qui
velut fidem profitentur, & infideliter viuunt. Fingunt enim ſe eſſe quod non ſunt, vocanturq; nõ veraci effigie, ſed fallaci imagine Chriſtiani. Ad eandem nanq;
F beſtiam pertinent non ſolum aperti inimici nominis
Matth. 13. Chriſti, & eius glorioſiſſimę ciuitatis: ſed etiã zizania, quæ de regno eius, quod eſt eccleſia, in fine ſeculi colligenda ſunt. Et qui ſunt qui beſtiam non adorant, nec
2. Corin. 6 imaginem eius, niſi qui faciunt quod ait Apoſtolus: Ne
Apoca. 20. ſitis iugum ducentes cũ infidelibus? Non adorãt enim, id eſt, non conſentiunt, non ſubiiciuntur: neq; accipiũt inſcriptionem, notam ſcilicet criminis in fronte, propter profeſſionẽ: in manu propter operationes. Ab his
aliâs mortalitate ergo malis alieni ſiue adhuc in iſta mortali carne viuentes, ſiue defuncti regnant cum Chriſto, iam nunc quodammodo huic tempori congruo per totũ hoc interuallum, quod numero mille ſignificatur annorum.
Ioan. 5. Reliqui eorum, inquit, non vixerunt. Hora enim nunc eſt; cum mortui audient vocẽ filij dei: & qui audierint, viuent: reliqui vero eorum non viuẽt. Quod vero ſub-
Apoca. 20. didit: Donec finiantur mille anni: intelligendum eſt, quod eo tempore non vixerunt, quo viuere debuerunt, ad vitam ſcilicet de morte tranſeũdo. Et ideo cũ dies venerit, quo fiet & corporum reſurrectio, non ad vitã

de monu-

G de monumentis procedent, sed ad iudicium: ad dãnationem scilicet, quæ secũda mors dicitur. Donec enim finiantur mille anni, quicunq; non vixerit, id est, isto toto tempore, quo agitur prima resurrectio, nõ audierit vocem filij dei, & ad vitam de morte nõ transierit: profecto in secunda resurrectione, quæ carnis est, in mortẽ secundã cũ ipsa carne trãsibit. Sequitur enim & dicit: Hæc resurrectio prima est. Beatus & sanctus qui habet ĩ hac prima resurrectione partẽ, id est, particeps eius est. Ipse aũt particeps eiº, qui nõ solũ à morte quæ in peccatis est reuiuiscit, verũ etiã ĩ eo quod reuixerit, permanet. In istis, inquit, secũda mors non habet potestatẽ. Habet autẽ in reliquis, de quibus superius ait: Reliqui eorum non vixerunt, donec finiantur mille anni: quoniam isto toto temporis interuallo, quod mille annos vocat, quantũcunq; in eo quisq; eorũ vixit in corpore, nõ reuixit à morte: in qua eum tenebat impietas: vt sic reuiuiscendo primæ resurrectionis particeps fieret, atq; in eo potestatem secunda mors non haberet.

Quid respondẽdum sit eis, qui putant resurrectionem ad sola corpora, non etiam ad animas pertinere.

Caput X.

H SVnt qui putant resurrectionem dici nõ posse nisi corporum, ideo istam quoq; in corporibus primam futurã esse contendunt. Quorũ enim est, inquiunt, cadere, eorum esse resurgere. Cadũt autem corpora moriendo: nam & à cadendo cadauera nuncupantur. Non ergo animarum, inquiunt, resurrectio potest esse, sed corporum. Sed quid contra Apostolum dicũt, qui eam resurrectionẽ appellat? Nam secũdum interiorem, non secundum exteriorem hominem
Col.3. vtiq; resurrexerant, quibus ait: Si cõsurrexistis cũ Christo, quæ sursum sunt sapite. Quem sensum verbis aliis
Roma.6. alibi posuit, dicens: Vt quemadmodũ Christus à mortuis resurrexit per gloriam patris, sic & nos in nouitate vitæ ambulemus. Hinc est & illud: Surge qui dormis, &
Ephe.5. exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Quod autem dicunt, nõ posse resurgere nisi qui cadũt: & ideo putant resurrectionem ad corpora, non ad animas pertinere: quia corporum est cadere, cur nõ audiũt,
Ecclesia.2. Nõ recedatis ab illo ne cadatis: &, suo domino stat, aut
Roma.14. cadit: &, qui putat se stare, videat ne cadat? Puto enim
1. Corin.10 quòd in anima, non in corpore casus iste cauendus est,
I Si igitur cadentiũ est resurrectio, cadunt autem & animæ: profecto & animas resurgere cõfitendũ est. Quod autẽ cum dixisset: In istis secunda mors non habet po-
Apoca. 20 testatem, adiunxit atq; ait: Sed erunt sacerdotes dei & Christi, & regnabunt cum eo mille annis: non vtiq; de solis Episcopis & presbyteris dictum est, qui proprie iã vocantur in ecclesia sacerdotes: sed sicut omnes Christianos [a] dicimus propter mysticũ chrisma: sic omnes sacerdotes, quoniam mẽbra sunt vnius sacerdotis. De
1.Petri 2. quibus Apostolus Petrus: Plebs, inquit, sancta, regale sacerdotium. Sanè licet breuiter atq; transeunter insinuauit deum esse Christum [b], dicendo sacerdotes dei & Christi, hoc est, patris & filij: quanuis propter formam serui sicut filius hominis, ita etiam sacerdos Christus
Psal.109. effectus sit in æternum, secundum ordinem Melchisedech. De qua re in hoc opere non semel diximus.

a OMnes Christianos.) Aliãs, Christos. allusit ad illud Psal. Nolite tangere Christos meos. b Deum esse Christum.) Nefas est enim si alius habet sacerdotẽ quàm deus, quod nec gentiles ignorabant, vt Cicero. ij. Philip.

De Gog & Magog, quos ad persequendam ecclesiam dei solutus prope finem seculi diabolus incitabit.

Caput XI.

K IT cum finiti fuerint, inquit, mille anni, soluetur Satanas de custodia sua, & exibit ad seducendas nationes, quæ sunt in quatuor angulis *Apoca.20.*
terræ Gog & Magog, & trahet eos in bellum, quorum numerus est vt arena maris. Ad hoc ergo tũc seducet, vt in hoc bellũ trahat. Nam & antea modis quibus poterat, per mala multa & varia seducebat. Exibit autem dictum est, in apertam persecutionem: de latebris erũpet odiorum. Hæc enim erit nouissima persecutio nouissimo imminente iudicio, quam sancta ecclesia toto terrarũ orbe patietur: vniuersa scilicet ciuitas Christi ab vniuersa diaboli ciuitate quantacunq; erit vtraque super terram. Gentes quippe istæ, quas appellat Gog & Magog, non sic sunt accipiẽdæ, tanquam sint aliqui in aliqua parte terrarũ Barbari [a] constituti: siue quos quidam suspicantur Getas & Massagetas, propter literas horum nominũ primas, siue aliquos alios alienigenas, & à Romano iure seiunctos. Toto nanq; orbe terrarũ significati sunt isti esse, cum dictum est: Nationes, quæ sunt in quatuor angulis terræ, easq; subiecit esse Gog & Magog. Quorum interpretationem nominum esse cõ
L perimus [b] Gog tectum, Magog detectũ,* tanquam domus, & ipse qui procedit de domo. Gẽtes igitur sunt, in *†aliãs, de tecto, ut mox aliquoties.*
quibus diabolum velut in abysso superius intelligebamus inclusum: & ipse de illis quodãmodo sese efferens & procedens, vt ille sit tectum, ipsæ de tecto. Si autem vtrũq; referamus ad gẽtes, non vnum horum ad illas, alterum ad diabolum, & tectum ipsæ sunt, quia in eis nunc includitur, & quodãmodo tegitur inimicus antiquus, & de tecto ipsæ erunt, quando in apertum odium de operto erupturæ sunt. Quod vero ait: Et ascenderũt *Apoca.20.*
super terræ latitudinem, & cinxerunt castra sanctorũ, & dilectam ciuitatẽ: non vtiq; ad vnũ locum venisse, vel venturi esse significati sunt, quasi aliquo vno loco futura sint castra sanctorũ, & dilecta ciuitas, cum hæc non sit nisi Christi ecclesia toto terrarũ orbe diffusa: ac per hoc vbicunq; tunc erit, quæ in omnibus gentibus erit, quod significatum est nomine latitudinis terræ: ibi erũt castra sanctorum, ibi erit dilecta deo ciuitas eius, ibi ab omnibus inimicis suis: quia & ipsi in omnibus gentibus cum illa erũt persecutionis illius immanitate cingetur, hoc est, in angustias tribulationis artabitur, vrgebitur, concludetur: nec militiam suam deseret, quæ M
vocabulo est appellata castrorum.

a Gog & Magog.

TAnquam sint aliqui in aliqua parte terrarum barbari.) Hieronymus libro vndecimo super Ezechielem illo dicto: Ecce ego ad te Gog principẽ capitis Mossoch & Thubal, & circũagam te. Iudæi & nostri Iudaizantes, inquit, putant Gog esse gentes Scythicas immanes & innumerabiles, quæ trãs Caucasum mõtẽ & Mæotidem paludem, & prope Caspium mare ad Indiam vsque tendantur: & has post mille annorum regnum esse à diabolo cõmouendas, quæ veniãt in terram Israël, vt pugnent contra sanctos multis secum gẽtibus congregatis, primum Mossoch: quos Iosephus interpretatur Cappadocas: deinde Thubal, quos idem Iberos vel Hispanos, Hebræi Italos suspicantur. Habẽtes secũ in exercitu Persas, Aethiopas, & Lybias, Gomer quoq; & Thogorma, quos Galatas & Phrygas interpretantur. Sabæos quoque & Dedan, & Carthaginẽses, siue Tharsis. Sic Hieronymus. b Quorũ interpretationem nominum esse competimus.) Hieronymus Gog Græco sermone τέγος, Latino tectum dicitur. Porrò Magog interpretatur de tecto. Omnis igitur superbia & falsi nominis scientia, quæ erigit se contra noticiam veritatis, his nominibus demonstratur.

An ad ultimum supplicium pertineat impiorum, quod descendisse ignis de cœlo, & eosdem comedisse memoratur.

Caput XII.

G VOd vero ait, Et descendit ignis de cœlo & comedit eos: non extremum putãdum est id *Apoca.20.*
esse supplicium, quod erit cũ dicetur: Discedite à me maledicti in ignem æternum. Tunc quippe *Matth. 25.*
in ignem mittẽtur ipsi, non ignis de cœlo veniet super ipsos.

A ipsos. Hic autem bene intelligitur ignis de cœlo de ipsa firmitate sanctorum, qua non cessuri sunt sæuientibus, vt eorum faciant volũtatem. Firmamentum enim est cœlum, cuius firmitate illi cruciabuntur ardentissimo zelo: quoniam non potuerũt attrahere in partes Antichristi sanctos Christi. Et ipse erit ignis qui comedet eos, & hoc à deo: quia dei munere insuperabiles fiũt sãcti, vnde excruciabuntur inimici. Sicut enim zelus in bono positum est, vbi legitur, Zelus domus tuæ come-
Psal.78. dit me: Ita econtrario in malo, vbi dicitur: Zelus occupauit plebem ineruditam. Et nunc ignis contrarius comedet, vt nunc vtiq; excepto scilicet vltimi illius igne
2.Thess.2. iudicij. Aut si ipsam plagam, qua percutiẽdi sunt eccle-
Esa.11. siæ persecutores veniente iam Christo, quos viuentes inueniet super terram, quãdo interficiet Antichristum spiritu oris sui, ignem appellauit descendentem de cœlo, eosq; comedentem, neq; hoc vltimum supplicium *
** aliãs, iudicium.* erit impiorum, sed illud quod facta corporum resurrectione passuri sunt.

An ante tempus persecutionis Antichristi mille anni annumerandi sunt. Caput XIII.

B HAec persecutio nouissima, quæ futura est ab Antichristo, sicut iam diximus: quia & in hoc libro superius, & apud Danielẽ prophetã po-
Danie.12. situm est, tribus annis & sex mensibus erit. Quod tempus quãtis exiguum, vtrum ad mille annos pertineat, quibus & diabolum ligatum dicit, & sanctos regnare
Apoca.20. cum Christo: an eisdem annis hoc paruum spatiũ superaddatur, atq; sit extra, merito ambigitur: quia si dixerimus ad eosdem annos hoc pertinere, non tanto tẽpore, sed prolixiore cum Christo regnum sanctorũ reperietur extẽdi, quàm diabolus alligari. Profecto enim sancti cum suo rege etiã in ipsa præcipue persecutione regnabunt mala tanta vincentes, quando iam diabolus nõ erit alligatus, vt eos persequi omnibus viribus possit. Quomodo ergo ista scriptura eisdem mille annis vtrunq; determinat, diaboli scilicet alligationem regnumq; sanctorum: cum trium annorũ & sex mẽsium interuallo prius designat alligatio diaboli, quàm regnum sanctorum in his mille annis cum Christo? Si autem dixerimus paruum persecutionis huius hoc spatium nõ cõputandũ in mille annis, sed eis impletis potius adiiciendũ, vt proprie possit intelligi, quod cum di
Apoca.20. C xisset, Sacerdotes dei & Christi regnabunt cũ eo mille annis: adiecit, Et cum finiti fuerint mille anni, soluetur Satanas de custodia sua. isto enim modo & regnũ sanctorum, & vinculum diaboli simul cessatura esse significat, vt deinde persecutionis illius tempus nec ad sanctorum regnum, nec ad custodiã Satanæ, quorũ vtrũq; in mille annis est, pertinere, sed superadditum & extra computandum esse credatur: cogemur fateri sanctos in illa persecutione regnaturos non esse cum Christo. Sed quis audeat dicere, tunc cũ illo non regnatura sua mẽbra, quando ei maxime atq; fortissime cohærebunt: & quo tempore quãto erit acrior impetus belli, tãto maior gloria nõ cedenti,* tanto densior corona martyrij? **aliãs cedendi.*
Aut si propter tribulationes, quas passuri sunt, non dicẽdi sunt regnaturi, cõsequens erit vt etiam superioribus diebus in eisdem mille annis quicunq; tribulabantur sanctorum eo ipso tempore tribulationis suæ cũ Christo non regnasse dicantur: ac per hoc & illi quorũ animas author libri huius vidisse se scribit occisorũ propter testimonium Iesu, & propter verbum dei: non regnabant cum Christo, quando patiebantur persecutionem: & ipsi regnũ Christi non erãt, quos Christus excellentius possidebat. Absurdissimũ id quidẽ est, & omnino aduersandum. Sed certe animæ victrices gloriosissimorum martyrum, omnibus doloribus, ac laboribus superatis atq; finitis, postea quàm mortalia membra posuerunt: cũ Christo vtiq; regnauerunt & regnãt, donec finiantur mille anni, vt postea receptis etiã corporibus iam immortalibus regnent. Proinde tribus il- D
Danie.12. lis annis atq; dimidio animæ occisorum pro eius martyrio, & quæ antea de corporibus exierunt, & quæ ipsa nouissima persecutione sunt exituræ, regnabunt cũ illo, donec finiatur mortale seculum, & ad illud regnũ vbi mors non erit, transeatur. Quocirca cum Christo regnantium sanctorum, plures anni erunt, quàm vinculi diaboli, & custodiæ: quia illi cum suo rege dei filio, iã diabolo nõ ligato etiã per tres illos annos, ac semissem
Apoca.20 regnabunt. Remanet igitur, vt cum audimus, Sacerdotes dei & Christi regnabunt cum illo mille annis: & cũ finiti fuerint mille anni, soluetur Satanas de custodia sua: aut nõ regni huius sanctorum intelligamus annos mille finiri, sed vinculi diaboli atq; custodiæ. Aut annos mille, id est, annos omnes suis quoq; horis diuer- E
sis *ac propriis prolixitatibus finiendos, ampliores san- *aliãs, Vt suos quæque pars habeat diuersis.*
ctorũ regno, breuiores diaboli vinculo: aut certe quoniam trium annorum & sex mensium breuissimũ spatium est, computari noluisse credatur: siue quod minus Satanæ vinculum, siue quod amplius videtur regnum habere sanctorum: sicut de quadringentis annis in se- *capite.24.*
xtodecimo huius operis volumine disputaui: quoniam plus aliquid erant, & tamen quadringenti sunt nuncupati: & talia sæpe reperiuntur in literis sacris, si quis aduertat.

De damnatione diaboli cum suis, & per recapitulationem de resurrectione corporum omnium mortuorũ, & de iudicio ultimæ retributionis. Cap. XIIII.

POst hãc autem cõmemorationem nouissimæ persecutionis, breuiter complectitur totum, quod vltimo iã iudicio diabolus, & cum suo *Apoca.20.*
principe ciuitas inimica passura est. Dicit enim: Et diabolus qui seducebat eos missus est in stagnum ignis & sulphuris, quo & bestia & pseudoprophetæ excruciabũtur die ac nocte in secula seculorum. Bestiam bene intelligi ipsam impiam ciuitatem, supra iam diximus. Pseudo vero propheta eius, aut Antichristus est, aut imago illa, id est, figmentum illud, de quo ibi locuti sumus. Post hæc ipsum nouissimũ iudicium, quod erit in F
secunda resurrectione mortuorum, quæ corporum est, recapitulando narrat, quomodo fuerit sibi reuelatũ: Et vidi, inquit, thronum magnum & candidũ, & sedentẽ super eum cuius à facie fugit cœlum, & terra [a], & locus eorum non est inuẽtus. Non ait, vidi thronum magnũ & candidum, & sedentem super eũ, & ab eius facie fugit cœlum & terra: quoniam nõdum factum est, id est, antequam esset de viuis & mortuis iudicatum: sed eum se vidisse dixit in throno sedentem, à cuius facie fugit cœlum & terra: sed postea. Peracto quippe iudicio tunc esse desinet hoc cœlum & hæc terra, quãdo incipiet esse *Apoca. 21.*
cœlum nouum & terra noua. Mutatione nanq; rerum non omnimodo interitu transibit hic mũdus. Vnde & Apostolus ait: Præterit enim figura huius mundi, volo *1.Corin.7.*
vos sine solicitudine esse. Figura ergo præterit, non natura. Cum ergo se Ioannes vidisse dixisset sedẽtem super thronum, à cuius facie, quod postea futurũ est, fugit cœlum & terra. Et vidi, inquit, mortuos magnos & *Apoca.20.*
pusillos, & aperti sunt libri: & alius liber apertus est, qui est vitæ vniuscuiusq;, & iudicati sunt mortui ex ipsis scripturis

G ſcripturis librorum ſecundum facta ſua. Libros dixit
eſſe apertos, & librum. Sed librum cuiuſmodi ſit, non
tacuit: qui eſt, inquit, vitæ vniuſcuiuſq; Ergo illi libri,
quos priore loco poſuit, intelligendi ſunt ſancti, & ve-
teres, & noui, vt in illis oſtenderetur, quæ deus fieri ſua
mandata iuſſiſſet: in illo aũt qui eſt vitæ vniuſcuiuſq; [b],
quid horũ quiſq; nõ feciſſet, ſiue feciſſet. Qui liber ſi car
naliter cogitetur, quis eius magnitudinẽ, aut lõgitudi-
nẽ valeat eſtimare? Aut quãto tẽpore legi poterit liber,
in quo ſcriptæ ſunt vniuerſæ vitæ vniuerſorũ? An tan-
tus angelorũ numerus aderit, quantus hominũ erit:
vt & vitam ſuam quiſque ab angelo ſibi adhibito au-
diat recitari? Non ergo vnus liber erit omnium, ſed ſin
guli ſingulorum. Scriptura vero iſta vnum volens in-
telligi: Et alius, inquit, liber apertus eſt. Quædam igitur
vis eſt intelligenda diuina: qua fiet, vt cuiq; opera ſua,
vel bona, vel mala cũcta in memoriã reuocẽtur, & mẽ-
tis intuitu mira celeritate cernantur: vt accuſet, vel ex-
cuſet ſcientia conſciẽtiã: atq; ita ſimul, & omnes, & ſin-
guli iudicẽtur. Quę nimirũ vis diuina, libri nomen ac-
cepit. In ea quippe quodãmodo legitur, quicquid à fa-
ciente recolitur. Vt autem oſtẽdat, qui mortui ſint iu-
H dicandi, id eſt, puſilli cum magnis, recapitulando dicit
tanquam ad id rediens, quod præterierat, potiúſve di-
Apoca. 20 ſtulerat: Et exhibuit mare mortuos, qui in eo erant: &
mors, & infernus reddiderunt mortuos, quos in ſe ha-
bebant. Hoc proculdubio prius factum eſt, quàm eſſent
mortui iudicati: & tamen illud prius dictum eſt. Hoc
ergo eſt quod dixi recapitulãdo eũ ad id rediiſſe, quod
*alis, Nũc. intermiſerat. Hunc * autẽ ordinem tenuit atque vt ex-
plicaretur ipſe ordo, cõmodius etiam de iudicatis mor-
tuis, quod dixerat, ſuo repetiuit loco. Cũ enim dixiſſet:
Et exhibuit mare mortuos, qui in eo erant, & mors, &
infernus reddiderunt mortuos, quos in ſe habebant:
*aliâs, post fuerat. mox addidit, quod paulo ante dixerat *: Et iudicati ſũt
ſinguli ſecundum facta ſua. Hoc eſt enim quod ſupra
dixerat: Et iudicati ſunt mortui ſecundum facta ſua.

a FVgit cœlum & terra.) Prima longa. nam præteritum eſt ἱστορικῶς. Poſteaquam enim iudicauit, fugerunt cœlum & terra, Apoſtolus tum velut iam facta narrat more Prophetarũ. b Qui eſt vitæ vniuſcuiuſque.) Alibi, vita vni. Græce ὁ τῆς ζωῆς, quod eſt vitæ. vniuſcuiuſque non legitur.

Qui ſint mortui, quos ad iudicium exhibuit mare, uel quos mors & inferi reddiderint. Caput XV.

I SEd qui ſunt mortui, quos exhibuit mare, qui
in eo erant? Neq; enim qui in mari moriun-
tur, non ſunt in inferno, aut corpora eorum
ſeruantur in mari: aut, quod eſt abſurdius, mare habe-
bat bonos mortuos, & infernus malos? Quis hoc puta-
uerit? Sed profecto conuenienter quidã hoc loco, mare
pro iſto ſeculo poſitum accipiunt. Quum ergo, & quos
hic inueniet Chriſtus in corpore conſtitutos, ſimul ſig-
nificaret cum iis, qui reſurrecturi ſunt, iudicãdos: etiã
Colo.3. ipſos mortuos appellauit, & bonos, quibus dicitur: Mor
tui enim eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chri-
Matth. 8. ſto in deo. Et malos, de quib? dicitur: Sine mortuos, ſe-
pelire mortuos ſuos. Poſſunt mortui etiã propter hoc
Roma.8. dici, quòd mortalia gerunt corpora. Vnde Apoſtolus:
Corpus quidem, inquit, mortuum eſt propter peccatũ,
ſpiritus aũt vita eſt propter iuſtitiam. vtrũq; in homi-
ne viuente, atq; in hoc corpore conſtituto eſſe demon-
ſtrans: & corpus mortuũ, & ſpiritum vitam. Nec tamẽ
dixit corpus mortale, ſed mortuũ, quanuis eadẽ paulo
*aliâs homines. poſt etiã mortalia corpora ſicut vſitatiũ vocãtur appel
let. Hos * ergo mortuos exhibuit mare, qui in eo erant,
id eſt, exhibuit homines hoc ſeculũ, quicũq; in eo erãt,
qui nondũ obierant. Et mors, & infernus, inquit, reddi- Apoca. 20.
derunt mortuos, quos in ſe habebant. Mare exhibuit: K
quia ſicut inuenti ſunt, affuerũt: Mors vero & infernus
reddiderunt: quoniã vitæ, de qua iam exierant, reuoca-
uerunt. Nec fruſtra fortaſſe non ſatis fuit, vt diceret:
mors: aut infernus: ſed vtrunq; dictum eſt: Mors, pro-
pter bonos, qui tantummodo mortem perpeti potue-
runt, non & infernum: infernus autem propter ma-
los, qui etiam pœnas apud inferos pendunt. Si enim
non abſurde credi videtur, antiquos etiam ſanctos, qui
venturi Chriſti tenuerunt fidem, locis quidẽ à tormen
tis impiorum remotiſſimis, [a] ſed apud inferos fuiſſe, do
nec eos inde ſanguis Chriſti, & ad ea loca deſcenſus
erueret: profecto deiceps boni fideles effuſo illo precio
iam redempti, prorſus inferos neſciũt, donec etiam re-
ceptis corporibus, bona recipiant, quæ merentur. Cum
autem dixiſſet: Et iudicati ſunt ſinguli ſecundum facta
ſua: breuiter ſubiecit, quemadmodum fuerint iudicati:
Et mors, & infernus, inquit, miſſi ſunt in ſtagnũ ignis:
his nominibus ſignificans diabolum, quoniam mortis
eſt author & infernarum pœnarũ: vniuerſamq; ſimul
dæmonum ſocietatem. Hoc eſt enim quod ſupra euidẽ
tius præoccupando iam dixerat: Et diabolus, qui ſedu- L
cebat eos, miſſus eſt in ſtagnũ ignis & ſulphuris. Quod
ibi vero obſcurius adiunxerat, dicens: Quò & beſtia, &
pſeudopropheta: hic apertius: Et qui non ſunt inuenti,
inquit, in libro vitæ ſcripti, miſſi ſunt in ſtagnũ ignis.
Non deum liber iſte cõmemorat [b], ne obliuione falla-
tur: ſed prædeſtinationem ſignificat eorũ, quibus æter-
na dabitur vita. Neq; enim neſcit eos deus: & in hoc li-
bro legit, vt ſciat: ſed potius ipſa eius præſciẽtia de illis
quæ falli non poteſt liber eſt vitæ: in quo ſunt ſcripti,
id eſt, præcogniti.

LOcis quidem à tormentis impiorũ remotiſſimis.) Sinum Abrahę hunc locum nominãt, in quo ſine pœnis fuiſſe Chriſtus ſatis indicat, Lucę decimoſexto: vbi Lazarũ dicit, in ſolatio eſſe, quẽ ſinũ ab inferis, loco ſceleratorum, oſtendit magno ſeparatum hiatu. vbi ſit, aut quomodo intelligatur, neſcire ſe Auguſtinus libro ſuper Gen. octauo fatetur. Occulta ſunt omnia hęc, quia nec ſciri attinet, nec vt ſcia mus, digni ſumus. b Nondum liber iſte com.) Alibi melius, nõ deũ. Senſus eſt, liber iſte apertus vitæ non admonet deum, qui ſint ſeruandi.

De cœlo nouo, & terra noua. Caput XVI.

INito autẽ iudicio, quo prænunciauit iudican-
dos malos, reſtat vt etiam de bonis dicat. Iam
enim explicauit quod breuiter à domino di-
ctum eſt: Ibunt iſti in ſupplicium æternum: ſequitur, vt Matth. 25.
M
explicet, quod etiam ibi cõnectitur: iuſti autem in vitã
æternam. Et vidi, inquit, cœlum nouum, & terram no-
uam. Nam primum cœlum, & terra prima receſſerũt: Apoca. 21.
& mare iã nõ eſt. Iſto fiet ordine, quod ſuperius præoc-
cupando iam dixit: vidiſſe ſe ſuper thronum ſedentẽ: à
cuius facie fugit cœlũ & terra. Iudicatis quippe his, qui
ſcripti non ſunt in libro vitæ, & in æternũ ignẽ miſſis:
qui ignis cuiuſmodi, & in qua mũdi, vel rerũ parte fu-
turus ſit, hominem ſcire arbitror neminem [a], niſi forte
cui ſpiritus diuinus oſtendit. Tunc figura huius mũdi 1. Corin. 7.
mundanorum ignium conflagratione præteribit: ſicut
factum eſt mundanarum aquarum inundatione dilu-
uij. Illa itaq;, vt dixi, conflagratione mundana * elemẽ- Gene. 7.
torum corruptibilium qualitates, quæ corporibus no- *aliâs mũdanæ.
ſtris corruptibilibus congruebant, ardendo penitus in-
teribunt: atq; ipſa ſubſtantia eas qualitates habebit, quæ
corporibus immortalibus mirabili mutatione conue-
niant: vt ſcilicet mundus in melius innouatus, apte ac-
commodetur hominibus, etiam carne in melius inno-
uatis. Quod autẽ ait: Et mare iam non eſt: vtrum ma- Apoca. 21.
ximo illo ardore ſiccetur, an & ipſum vertatur in me-
lius

A lius, non facile dixerim. Cœlum quippe nouũ, & terrã
nouam futuram legimus. De mari autẽ nouo aliquid
me vſpiam legiſſe, non recolo: niſi quod in hoc eodem
Apoca. 14 libro reperitur: tanquam mare vitreũ ſimile cryſtallo.
Sed tunc non de iſto fine ſeculi loquebatur: nec proprie
dixiſſe videtur mare, ſed tanquam mare. Quanuis &
†aliâs dormat. nunc ſicut clamat † prophetica locutio [a] propriis ver-
bis tranſlata miſcere: ac ſic quodammodo velare quod
Apoca. 21. dicitur: potuit de illo mari dicere, Et mare iam nõ eſt:
Apoca. 20. de quo ſupra dixerat: Et exhibuit mare mortuos, qui in
eo erant. Iam enim tunc non erit hoc ſeculũ vita mor-
talium turbulentum, & procelloſum: quod maris no-
mine figuratuit.

a HOminem ſcire arbitror neminem.) Nemine vero? non interfuiſti digladiationibus ſcholaſticis: ibi nullus eſt, vel batalarius, vel magiſtellus, qui ignoret ignem fore elemẽtarem illũ, cuius domicilium eſt inter aẽrem & lunæ globum, deſcenſurũ eum ſcilicet, & incendio ſuo reliqua tria purgaturum elementa. Quod ſi hoc parum probas, non deerunt, qui perſanctẽ deierent, futurum ignem ex incendio radiorum ſolis in media plaga aẽris excitato coãuntibus eò denſiſſimis & ardentiſſimis radiis, velut in ſpeculum cauum, & calybeũ. Sed non eſt mirum, tuo tempore non tantus erat ignis vſus, quantus nũc, quum, vt theologos omittam, philoſophi, ſiue Decembri medio, ſiue medio Iulio, nihil aliud ore, manibus, pedibũſque tractant, & verſant, quàm ignem. Ex philoſophis fiunt theologi, & hanc philoſophandi rationem etiam in ſcholas ſanctiores tranſferunt propterea iſtis longe eſt de igne
B facilius definire, quàm tibi, & tui æqualibus, vel maioribus. b Quãuis & nunc ſicut clamat proph. loc.) Videtur legẽdum, Sicut amat, pro ſolet: more Græco φιλῶ interdum Latinis recepto. Solet prophetica locutio propriis verbis metaphoras admiſcere, hic eſt Prophetarũ mos, vel quia ipſi ſic vident, vel quia ſic tradi expedit.

De eccleſiæ glorificatione ſine fine, poſt mortem. Caput XVII.

IT ciuitatẽ, inquit, magnam Hieruſalem no-
uam vidi deſcendentẽ de cœlo, à deo aptatam
quaſi nouam nuptam, ornatã marito ſuo. Et
Apoca. 21. audiui vocem magnam de throno dicẽtẽ. Ecce taber-
naculum dei cũ hominibus, & habitabit cum eis: & ipſi
erunt populus eius: & ipſe deus erit cum eis. Et abſter-
get ab oculis eorum omnẽ lachrymã: & mors iam non
erit, neq; luctus, neq; clamor: ſed nec vllus dolor, quia
priora abierunt. Et dixit ſedens in throno: Ecce noua
facio omnia. De cœlo deſcendere iſta ciuitas dicitur:
quoniã cœleſtis eſt gratia, qua deus eam fecit. Propter
Eſa. 44. quod ei dicit etiã per Eſaïam: Ego ſum dominus faciẽs
te. Et de cœlo quidẽ ab initio ſui deſcendit: ex quo per
C huius ſeculi tempus, gratia dei deſuper veniẽte per la-
uacrum regenerationis in ſpiritu ſancto miſſo de cœ-
lo, ſubinde ciues eius accreſcunt. Sed per iudicium dei,
quod erit nouiſſimũ per eius filiũ Ieſum Chriſtũ: tanta
eius & tam noua de dei munere claritas apparebit, vt
nulla remaneant vetuſtatis veſtigia: quãdoquidem &
corpora ad incorruptionem, atque immortalitatẽ no-
uam ex vetere corruptione atq; mortalitate tranſibũt.
Apoca. 20 Nam hoc de iſto tempore accipere, quo regnat cũ rege
ſuo mille annis, impudentiæ nimiæ mihi videtur: cum
Apoca. 21. apertiſſime dicat, Abſterget deus omnem lachrymam
ab oculis eorũ: & mors iam non erit, neque luctus, neq;
clamor: ſed nec vllus erit dolor. Quis enim tam ſit ab-
ſurdus, & obſtinatiſſima contentione veſanus, qui au-
deat affirmare in huius mortalitatis erumnis: nõ dico
populum ſanctum, ſed vnũquenq; ſanctorũ, qui hanc,
vel ducat, vel ducturus ſit, vel duxerit vitã, nullas ha-
bentẽ lachrymas, & dolores: cum potius quanto quiſq;
eſt ſanctior, & deſiderij ſancti plenior, tanto ſit eius in
orando fletus vberior? An non eſt vox [a] ciuitatis ſuper-
Pſal. 41. næ Hieruſalem, quæ dicit: Factæ ſunt mihi lachrymæ
Pſal. 6. meæ panes die, ac nocte? Et, Iauabo per ſingulas noctes
lectum meum: in lachrymis meis ſtratum meũ rigabo.
Pſal. 37. Et, Gemitus meus nõ eſt abſcõditus à te. Et, dolor meus
renouatus eſt. Aut vero non eius filij ſunt, qui ingemi- D
ſcunt grauati, in quo nolunt expoliari: ſed ſuperueſtiri, Pſal. 38.
vt abſorbeatur mortale hoc à vita? Nõnne ipſi ſunt, qui 2. Cor. 5.
primitias habentes ſpiritus in ſemetipſis ingemiſcunt, Roma. 8.
adoptionem expectantes, redemptionem corporis ſui?
An ipſe Apoſtolus Paulus non erat ſupernus Hieroſo-
lymitanus, vel non multo magis hoc erat, quando pro
Iſraëlitis fratribus carnalibus ſuis triſtitia illi erat ma- Roma. 9.
gna, & continuus dolor cordi eius? Quando autẽ mors
non erit in iſta ciuitate [b], niſi quando dicetur: Vbi eſt 1. Corin. 15
mors cõtentio tua [c]: vbi eſt mors aculeus tuus? Aculeus
autem mortis, eſt peccatum. Quod tunc vtiq; non erit,
quando dicetur: vbi eſt? nunc vero nõ quilibet infimus
ciuis illius ciuitatis, ſed idem ipſe Ioannes in epiſtola
ſua clamat, Si dixerimus, quia peccatum nõ habemus, 1. Ioan. 1.
noſipſos ſeducimus, & veritas in nobis nõ eſt. Et in hoc
quidẽ libro, cuius nomẽ eſt Apocalypſis, obſcure multa
dicuntur, vt mẽtẽ legentis exerceãt: & pauca in eo ſunt,
ex quorum manifeſtatione indagentur cætera cum la-
bore: maxime quia ſic eadem multis modis repetit, vt
alia, atq; alia dicere videatur: cum aliter, atq; aliter, hæc
ipſa dicere inueſtigetur. Verum in his verbis, vbi ait: E
Abſterget deus omnem lachrymam ab oculis eorũ: & Apoca. 21.
mors iam non erit, neque luctus, neque clamor: ſed nec
vllus dolor: tãta luce dicta ſunt de ſeculo futuro, & im
mortalitate, atq; æternitate ſanctorum: tunc enim ſolũ,
atque ibi ſolum iſta nõ erunt, vt nulla debeamus in li-
teris ſacris quærere, vel legere manifeſta, ſi hęc putaue-
rimus obſcura.

AN non eſt vox.) Alibi, an non eſt vox ciuis ſupernæ Hieruſa- a
lẽ: Factæ ſunt &c. b Quando autem mors non erit in iſta ciuitate.) Nunquam deerit mors in ciuitate dei, quoad idem, quod de Chriſti corpore beatitudine donato, dictum eſt: Vbi eſt mors victoria tua? dicatur de noſtrum omniũ corporibus poſt reſurrectionem, quum corpora noſtra ſimilia erũt corpori claritatis filij dei.
c Vbi eſt mors cõtentio tua?) Vulgo, victoria tua νῖκος. quod ſi νῖκος. ſcribatur, erit cõtentio. Et ſic Ambroſius & Hieronymus interim legũt. Dictũ hoc ex Oſee capite decimotertio affertur à Paulo primæ Corin. decimoſexto.

Quid Apoſtolus Petrus de nouiſſimo dei iudicio prædicare docuerit mortuorum. Caput XVIII.

NVnc iam videamus, quid etiã Apoſtolus Pe-
trus de hoc iudicio ſcripſerit. Veniẽt, inquit, 2. Petri 3.
in nouiſſimo dierum illuſione illudentes: ſe-
cũdũ proprias cõcupiſcentias ſuas euntes, &
dicentes: Vbi eſt promiſſum præſentiæ ipſius? Ex quo
enim patres dormierunt, ſic omnia perſeuerãt ab ini- F
tio creaturæ: Latet enim illos hoc volentes: quia cœli
erant olim & terra de aqua: & per aquam cõſtituta dei
verbo: per quæ, qui tunc erat mundus, aqua inundatus
deperiit. Qui autem nunc ſunt cœli & terra, eodẽ ver- Gene. 7.
bo repoſiti ſunt, igni reſeruandi in diem iudicij, & per-
ditionis hominũ impiorũ. Hoc vnũ vero nõ lateat vos
chariſſimi, quia vnus dies apud dominum, ſicut mille
anni, & mille anni, ſicut dies vnus: non tardat dominus
promiſſum, ſicut quidam tarditatẽ exiſtimant: ſed pa-
tienter fert propter vos, nolens aliquem perire, ſed o-
mnes in pœnitentiam cõuerti. Veniet autem dies do- 2. Petri 3.
mini vt fur, in quo cœli magno impetu tranſcurrent:
elementa autem ardentia reſoluentur: & terra, & quæ
in ipſa ſunt opera, exurentur. His ergo omnibus per-
euntibus, quales oportet eſſe vos in ſanctis cõuerſatio-
nibus expectantes: & properantes ad præſentiã dei do-
mini, per quam cœli ardentes ſoluentur, & elementa
ignis ardore decoquẽtur? Nouos vero cœlos, & terram
nouam ſecundũ promiſſa ipſius, expectamus: in quibus
iuſtitia inhabitat. Nihil hic dixit de reſurrectione
mortuorum

G mortuorum:ſed ſane de perditione mundi huius ſatis: vbi etiam cõmemorans factum ante diluuium, videtur admonuiſſe quodãmodo, quatenus in fine huius ſeculi mundum iſtum periturum eſſe credamus. Nam & illo tempore periiſſe dixit, qui tunc erat, mundũ: nec ſolum orbẽ terrę, verũ etiã cœlos, quos vtiq; iſtos aëreos intelligimus, quorũ locum, ac ſpatium, tunc aqua creſcẽdo ſuperauerat [a]. Ergo totus, aut penè totus aër iſte ventoſus, quod cœlum vel potiùs cœlos vocat: ſed iſtos vtiq; imos, non illos ſupremos, vbi ſol, & luna, & ſydera cõſtituta ſunt, conuerſus fuerat in humidam qualitatem: atq; hoc modo quum terra perierat: cuius terræ vtique prior facies fuerat deleta diluuio. Qui autem nũc ſunt, inquit, cœli & terra, eodem verbo repoſiti ſunt, igni reſeruandi in diem iudicij & perditionis hominum impiorum. Proinde, qui cœli [b], & quæ terra, id eſt, qui mũdus, pro eo mũdo, qui diluuio periit ex eadem aqua repoſitus eſt: ipſe igni nouiſſimo reſeruatur in diem iudicij, & perditionis hominũ impiorum. Nam & hominum propter magnam quandã cõmutationem, non dubitat dicere perditionem futuram, cum tamen eorũ, quanuis in æternis pœnis ſit manſura natura. Quærat forſitan aliquis, ſi poſt factum iudicium mũdus iſte ardebit, antequam pro illo cœlum nouum, & terra noua reponantur, eo ipſo tempore conflagrationis eius: vbi erunt ſancti, quum eos habẽtes corpora in aliquo corporali loco eſſe neceſſe ſit? poſſumus reſpõdere, futuros eos eſſe in ſuperioribus partibus, quò ita non aſcendet flamma illius incendij: quemadmodũ nec vnda diluuij. Talia quippe illis inerunt corpora, vt illic ſint, vbi eſſe voluerint: ſed nec ignem cõflagrationis illius pertimeſcent immortales, atq; incorruptibiles facti: ſicut virorum trium corruptibilia corpora [c], atq; mortalia, in camino ardenti viuere illæſa potuerunt.

Genę. 7.

Daniel. 3.

a Vnc aqua creſcẽdo ſuperauerat.) Omne enim hoc, quo imbres, grandines, fulgura, fulmina, niues, rores gignuntur, quóq; aues ſpirant, & nudant cœlum, circulo per montium cacumina circunducto continetur. Itaque quum aqua etiam æditiſſimos mõtes cubitis quindecim ſuperarit, omne hoc, quod cœlum, & aërem vocamus, exceſſiſſe neceſſe eſt, vt etiam alitum omnium regionem obruerit, quas Poëtæ per cœlum volitare, & liquidum cœlum pennis ſecare dicũt. b Proinde qui cœli.) Non tam obſcurus ſenſus, quàm contextus verborum. cœli & terra qui cõflagrabunt olim iidem ſunt qui aliàs parti fuerũt aquis & obruti. c Sicut virorũ triũ corruptibilia corpora.) Sidrach, Miſach, & Abdenago Babylone, quùm ſtatuam Nabocodroſori auream ſpreuiſſent. Daniel. iij.

I

Quid Apoſtolus Paulus Theſſalonicenſibus ſcripſerit, & de manifeſtatione Antichriſti, cuius tempus dies domini ſubſequetur. Caput XIX.

MVltas euangelicas, apoſtolicaſq; ſententias de diuino iſto iudicio nouiſſimo video mihi eſſe prætereundas, ne hoc volumen in nimiã longitudinem prouolatur: ſed nullo modo eſt prætereundus Apoſtolus Paulus, qui ſcribẽs ad Theſſalo. Rogamus, inquit, vos fratres per aduentũ domini noſtri Ieſu Chriſti, & noſtræ congregationis in ipſum, vt non cito moueamini mente, neq; terreamini, neque per ſpiritũ, neque per verbum, neque per epiſtolam tanquam per nos missam, quaſi inſtet dies domini. Ne quis vos ſeducat vllo modo: quoniam niſi venerit refuga primũ, & reuelatus fuerit homo peccati, filius interitus, * qui aduerſatur, & ſuperextollitur ſupra omne quod dicitur deus, aut quod colitur: ita vt in templo dei ſedeat, oſtẽtans ſe, tanquam ſit deus. Non retinetis in memoria, quod adhuc quum eſſem apud vos, hæc dicebam vobis? Et nunc quid detineat ſcitis, vt reueletur in ſuo tẽpore. Iam enim myſterium iniquitatis operatur. Tantũ qui modo tenet, teneat, donec de medio fiat. Et tunc reuelabitur iniquus ille, quem dominus Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui: & euacuabit illuminatione præſentiæ ſuæ, eũ, cuius eſt præſentia ſecũdũ operationẽ Satanę, in omni virtute, & ſignis, & prodigiis mẽdacij, & in omni ſeductione iniquitatis, his, qui pereũt: pro eo quòd dilectionẽ veritatis non receperunt, vt ſalui fierẽt. Et ideo mittet illis deus operationem erroris, vt credant mendacio: & iudicentur omnes qui non crediderunt veritati, ſed cõſenſerunt iniquitati. Nulli dubium eſt, eum de Antichriſto iſta dixiſſe, dieq; iudicij. Hunc enim appellat diem domini non eſſe venturum, niſi ille prior venerit, quem refugam vocat [a]: vtique à domino deo. Quòd ſi de omnibus impiis merito dici poteſt, quanto magis de iſto? Sed in quo tẽplo dei, vt deus ſit ſeſſurus incertum eſt: vtrũ in illa ruina templi quod à Salomone rege conſtructum eſt, an vero in Eccleſia. Non enim templũ alicuius idoli, aut dæmonis, templum dei Apoſtolus diceret. Vnde nonnulli, nõ ipſum principẽ, ſed vniuerſum quodammodo corpus eius, id eſt, ad eũ pertinentem hominum multitudinem ſimul cum ipſo ſuo principe hoc loco intelligi Antichriſtum volunt. Rectiuſq; putant etiam Latine dici ſicut in Græco eſt: non in templo dei, ſed in templum dei ſedeat [b], tanquã ipſe ſit templum dei, quod eſt Eccleſia: ſicut dicimus: ſedet in amicum, id eſt, velut amicus [c]: vel ſi quid aliud iſto locutionis genere dici ſolet. Quod autẽ ait: Et nũc quid detineat ſcitis, id eſt, quid ſit in mora, quę cauſa ſit dilationis eius, vt reueletur in ſuo tempore, ſcitis: quoniam ſcire illos dixit, aperte hoc dicere noluit. Et ideo nos qui neſcimus, quod illi ſciebant, peruenire cum labore ad id quod ſenſit Apoſtolus cupimus, nec valem [d]: præſertim quia & illa quæ addidit, hunc ſenſum faciũt obſcuriorem. Nam quid eſt: Iam enim myſterium iniquitatis operatur. Tantum qui modo tenet, teneat, donec de medio fiat: & tunc reuelabitur ille iniquus? Ego prorſus quid dixerit, me fateor ignorare. Suſpitiones tamen hominum, quas, vel audire, vel legere de hac re potui, non tacebo. Quidam putant hoc de imperio dictum fuiſſe Romano [d]: & propterea Paulum Apoſtolum, non id aperte ſcribere voluiſſe, ne calũniam videlicet incurreret, quòd Romano imperio male optauerit, cum ſperaretur ęternum [e]: vt hoc quod dixit: Iam enim myſterium iniquitatis operatur, Neronem voluerit intelligi: cuius iam facta velut Antichriſti videbantur. Vnde nonnulli ipſum reſurrecturum, & futurũ Antichriſtum ſuſpicantur. Alij vero, nec eum occiſum putant [f], ſed ſubtractum potius, vt putaretur occiſus: & viuum occultari in vigore ipſius ætatis, in qua fuit, cũ crederetur extinctus, [g] donec ſuo tempore reueletur, & reſtituatur in regnum. Sed multum mihi mira eſt hæc opinantium tanta præſumptio. Illud tamen quod ait Apoſtolus: Tãtũ qui modo tenet, teneat, donec de medio fiat: nõ abſurde de ipſo Romano imperio creditur dictum, tanquam dictum ſit: Tantum qui modo imperat, imperet: donec de medio fiat, id eſt, de medio tollatur: Et tunc reuelabitur iniquus: quem ſignificari Antichriſtum, nullus ambigit. Alij vero, & quod ait: quid detineat, ſcitis: & myſterium operatur * iniquitatis, nõ putãt dictum, niſi de malis & fictis, qui ſunt in Eccleſia: donec perueniant ad tantum numerum, qui Antichriſto magnum populum faciat: & hoc eſſe myſteriũ iniquitatis, quia videtur occultum. Hortari autẽ Apoſtolum fideles, vt in fide quam tenent tenaciter perſeuerent, dicẽdo: Tantum qui modo tenet, teneat, donec de medio fiat, hoc eſt, donec exeat de medio Eccleſiæ

2. Theſſ. 2.

* als, perditionis.

Ibidem.

K

L

2. Theſſ. 2

* aliàs, operari.

A myſterium iniquitatis, quod nunc occultũ eſt. Ad ipſum enim myſteriũ pertinere arbitrantur, quòd ait in epiſtola ſua Ioannes Euangeliſta. Pueri nouiſſima hora eſt: & ſicut audiſtis, quòd Antichriſtus ſit venturus: nunc autẽ Antichriſti multi facti ſunt. Vnde cognoſcimus, quòd nouiſſima ſit hora. Ex nobis exierunt: ſed non erant ex nobis. Quòd ſi fuiſſent ex nobis, permanſiſſent vtique nobiſcũ. Sicut ergo ante finem in hac hora, inquiunt, quam Ioannes nouiſſimam dicit: exierunt multi hæretici de medio Eccleſiæ, quos multos dicit Antichriſtos, ita oẽs tunc inde exibũt, qui nõ ad Chriſtũ, ſed ad illũ nouiſſimũ Antichriſtum pertinebunt, & tunc reuelabitur. Alius ergo ſic, alius autẽ ſic Apoſtoli obſcura verba coniectat: quod tamen eum dixiſſe non dubium eſt: non veniet ad viuos & mortuos iudicãdos Chriſtus, niſi prius venerit ad ſeducendos in anima mortuos aduerſarius eius, Antichriſtus, quanuis ad occultum iam iudicium dei pertineat, quod ab illo ſeducentur. Præſentia quippe eius erit, ſicut dictum eſt, ſecundum operationẽ Satanæ in omni virtute, & ſignis, & prodigiis mendacij, & in omni ſeductione iniquitatis, his, qui pereunt. Tunc enim ſoluetur Satanas: & per illum Antichriſtum in omni ſua virtute mirabiliter quidem, ſed mendaciter operabitur. Quod ſolet ambigi, vtrum propterea dicta ſint ſigna & prodigia mendacij: quoniam mortales ſenſus per phantaſmata decepturus eſt: vt quod nõ facit, facere videatur. An quia illa ipſa etiã ſi erunt vera prodigia, ad mẽdacium pertrahent credituros, non ea potuiſſe niſi diuinitus fieri, virtutem diaboli neſcientes: maxime quando tantam quantã nũquam habuit accipiet poteſtatem. Nõ enim quando de cœlo ignis cecidit, & tantã familiã cũ tãtis gregibus pecorũ ſancti Iob, vno impetu abſumpſit, & turbo irruẽs, & domũ deiiciens, filios eius occidit, phãtaſmata fuerũt, quæ tamẽ fuerũt opera Satanæ, cui dederat hãc poteſtatẽ. Propter quid horum ergo dicta ſint prodigia, & ſigna mendacij, tunc potius apparebit. Sed propter quodlibet horum dictũ ſit: ſeducentur eis ſignis, atq; prodigiis, qui ſeduci merebũtur: pro eo quòd dilectionem veritatis, inquit, non receperunt, vt ſalui fierent. Nec dubitauit Apoſtolus addere, & dicere: Ideo mittet illis deus operationem erroris, vt credãt mẽdacio. Deus enim mittet: quia deus diabolum facere iſta permittet iuſto ipſius iudicio: quãuis faciat ille iniquo, malignoq; conſilio. Vt iudicẽtur, inquit, omnes, qui nõ crediderũt veritati, ſed cõſenſerunt iniquitati. Proinde iudicati ſeducentur, & ſeducti iudicabũtur. Sed iudicati ſeducentur illis iudiciis dei occulte iuſtis, & iuſte occultis, quibus ab initio peccati rationalis creaturæ nũquam iudicare ceſſauit. Seducti autẽ iudicabũtur nouiſſimo, manifeſtoq; iudicio per Ieſum Chriſtũ, iuſtiſſime iudicaturum, iniuſtiſſime iudicatum.

1. Ioan. 2.

2. Theſſ. 2.

B

Apoca. 20.

2. Theſſ. 2.

Ibidem.

C

a Qvem refugam vocat.) Græce eſt ἀποστασία, quaſi defectio, ſeu rebellio. b Sed in templum dei ſedeat. ὥστε αὐτὸν εἰς τὸν ναὸν τοῦ θεοῦ καθίσαι, vt in templũ dei tanquam deus ſedeat. c Sedet in amicũ, id eſt, velut amicus.) Loquutio frequens in ſacris literis. Elegit Dauid in regem, eſto mihi in deum protectorẽ, & in locum refugij. d Quidã putant hoc de imperio dictũ fuiſſe, Romano.) Lactantius lib. vij. & Hieronymus in Danielem, omnes hoc dixiſſe ſcriptores ait: futuros circa finem ſeculorũ decem reges, qui Romanum orbem inter ſe diuidant, ſuperueniturum vndecimũ Antichriſtũ. Sed hæc ſunt leues coniecturulæ.

e Quum ſperaretur æternum.) Multa enim Romani veteres de æternitate imperij ſomniabant. Sic enim promittit ille apud Verg. Iuppiter.

His ego nec metas rerum, nec tempora pono,
Imperium ſine fine dedi.

f Alij vero nec eum occiſum putant.) Nam proximo iam vrbi Galbæ exercitu, fugit nocturno tempore, & capite obuoluto, quatuor tantũ comitatus, in ſuburbanum, inter Salariam viam, & Nomentana: atque ibi mortẽ ſibi attulit, adacto ad iugulũ pugione, ſepultus à nutricibus & cõcubina, in monumento gentis Domitiæ, nõ procul à campo. Suetonius. g In qua fuit cum crederetur extinctus.) Triceſimo ſecundo ætatis anno obiit.

D

Quid idem Apoſtolus in prima ad eoſdem epiſtola, de reſurrectione mortuorum docuerit. Cap. XX.

SEd hic Apoſtolus tacuit de reſurrectioẽ mortuorum. Ad eoſdem autem ſcribẽs in epiſtola prima: Nolumus, inquit, ignorare vos fratres, de dormientibus, vt non cõtriſtemini, ſicut & cæteri, qui ſpem non habent. Nam ſi credimus, quòd Ieſus mortuus eſt, & reſurrexit: ita & deus eos, qui dormierunt per Ieſum, adducet cum eo. Hoc enim vobis dicimus in verbo domini, quia nos viuentes, qui reliqui ſumus in aduentũ domini, non præueniemus eos qui antè dormierunt: quoniam ipſe dominus in iuſſu, & in voce archãgeli, & in tuba dei deſcendet de cœlo, & mortui in Chriſto reſurgẽt primò. Deinde nos viuẽtes, qui reliqui ſumus, ſimul cum illo rapiemur in nubibus obuiam Chriſto in aëra: & ſic ſemper cum domino erimus. Hæc verba apoſtolica reſurrectionem mortuorum futurã, quando veniet dominus Chriſtus: vtiq; ad viuos & mortuos iudicandos, præclariſſime oſtendunt. Sed quæri ſolet: vtrum illi, quos hic viuentes inuenturus eſt Chriſtus, quorũ perſonã in ſe, atque illos, qui tunc ſecum viuebãt, trãſſigurabat Apoſtolus, nunquam omnino morituri ſint: an ipſo tẽporis pũcto, quo cum reſurgentibus rapientur in nubibus obuiam Chriſto in aëra, ad immortalitatẽ per mortem mira celeritate tranſibunt. Neque enim dicendũ eſt, fieri nõ poſſe vt dum per aëra in ſublime portantur in illo ſpatio, & moriãtur, & reuiuiſcant. Quòd enim ait, Et ita ſemper cum domino erimus: non ſic accipiẽdum eſt, tanquam in aëre nos dixerit ſemper cum domino eſſe mãſuros: quia nec ipſe vtiq; ibi manebit, qua veniens trãſiturus eſt. Venienti quippe ibitur obuiã, non manenti: ſed ita cum domino erimus, id eſt, ſic erimus ſemper habentes corpora ſempiterna, vbicũq; cum illo fuerimus. Ad hũc autem ſenſum, quo exiſtimemus etiam illos, quos hic viuos inuenturus eſt dominus, in ipſo paruo ſpatio, & paſſuros mortem, & accepturos immortalitatẽ, ipſe Apoſtolus nos videtur vrgere, vbi dicit: In Chriſto omnes viuificabuntur: cum alio loco de ipſa loquens reſurrectione corporũ dicat: Tu quod ſeminas, non viuificatur, niſi moriatur. Quomodo igitur, quos viuentes hic Chriſtus inueniet, per immortalitatem in illo viuificabuntur: & ſi non moriantur, cum videamus propter hoc eſſe dictũ: Tu quod ſeminas non viuificatur, niſi prius moriatur? Aut ſi recte nõ dicimus ſeminari, niſi ea corpora hominum, quæ moriendo quoquo modo reuertuntur in terram: ſicut ſeſe habet etiam illa in tranſgreſſorem patrem generis humani diuinitus prolata ſententia: Terra es, & in terrã ibis: fatẽdũ eſt iſtos, quos nondum de corporibus egreſſos, cum veniet Chriſtus, inueniet: & in iſtis verbis Apoſtoli, & illis de Geneſi, non teneri: quoniam ſurſum in nubibus rapti, non vtiq; ſeminantur: quia nec eunt in terram, nec redeũt: ſiue nullam prorſus experiantur mortem, ſiue paululũ in aëre moriantur. Sed aliud rurſus occurrit: quod idẽ dicit Apoſtolus, cum de reſurrectione corporũ ad Corinthios loqueretur: Omnes reſurgemus: vel ſicut alij codices habent, Omnes dormiemus [a]. Cũ ergo, nec reſurrectio fieri poſſit, niſi mors præceſſerit: nec dormitionem poſſumus illo loco intelligere, niſi mortẽ, quomodo omnes, vel dormient, vel reſurgent, ſi tam multi, quos in corpore inuenturus eſt Chriſtus, nec dormient, nec reſurgent? Si ergo ſanctos, qui reperientur

1. Theſſ. 4.

Ibidem.

1. Cor. 15.

Ibidem.

F

Gene. 3.

1. Corin. 15

1. Theſſ. 4.

G Christo veniente viuentes, eiq; in obuiã rapientur, credi-
derimus in eodem raptu de mortalibus corporibus
exituros, & ad eadẽ mox immortalia redituros, nullas
in verbis Apostoli patiemur angustias: siue vbi dicit:
1.Corin.15 Tu quod seminas, nõ viuificatur, nisi moriatur: siue vbi
Ibidem. dicit: Omnes resurgemus, aut omnes dormiemus: quia
nec illi per immortalitatẽ viuificabuntur, nisi quàmli-
bet paulum tamen antè moriantur: ac per hoc, & à re-
alis dormitione præcedunt surrectione non erũt alieni, quam dormitio præcedit*
quanuis breuissima, non tamen nulla. Cur autẽ nobis
incredibile videatur illam multitudinẽ corporum in
aëre quodãmodo seminari, atq; ibi protinus immorta-
liter, atq; incorruptibiliter reuiuiscere, quũ credamus,
1.Corin.15. quòd idẽ ipse Apostolus alibi apertissime dicit: In ictu
oculi [b] futuram resurrectionem, & in mẽbra sine fine
victura tanta facilitate, tamq; inęstimabili velocitate
redituru antiquissimorum cadauerũ puluerem? Nec ab
Gene.3. illa sententia, qua homini dictũ est: Terra es, & in ter-
ram ibis: futuros illos sanctos arbitremur immunes, si
eorum morientium in terra non recident corpora: sed
sicut in ipso raptu morientur, ita & resurgent dum fe-
runtur in aëra. In terram quippe ibis, est, in hoc ibis a-
H missa vita, quod eras antequam sumeres vitam: id est,
alias examinatus. hoc eris exanimis, quod eras, antequam esses anima-
*alias est. tus, Terræ quippe insufflauit deus in faciem flatũ vitę,
Gene.2. cum factus esset * homo in animam viuam: tanquam
diceretur, Terra es animata, quod non eras: terra eris
exanimis sicut eras. Quod sunt & antequam putrescãt
omnia corpora mortuorum: quod erunt & illa, si mo-
rientur, vbicũq; moriantur, cum vita carebunt, quã cõ-
tinuo receptura sunt. Sic ergo ibunt in terram, quia ex
viuis hominibus terra erũt; quemadmodũ it in cinerẽ,
quod fit cinis: it in vetustatẽ, quod fit vetus: it in testã,
†alias sexcenta. quod ex luto fit testa: & alia arescentia † sic loquimur [c].
Quomodo autem sit futurum, quod nũc exspectamus, ad
pro nostræ ratiunculæ viribus vtcunq; coniicimus: tũc
potius erit, vt nosse possimus. Resurrectionem quippe
1.Timo.4. mortuorum futuram esse in carne [d], quando Christus
venturus est viuos iudicaturus, & mortuos: oportet, si
Christiani esse volumus, vt credamus. Sed non ideo de
hac re inanis est fides nostra: si quemadmodum futura
sit, perfecte comprehendere non valemus. Verũ iam,
sicut supra promisimus, de hoc iudicio dei nouissimo
I etiam prophetici veteres libri, quid prænunciauerint,
quantum satis esse videbitur, debemus ostẽdere. Quæ,
sicut arbitror, nõ tãta mora necesse erit tractari, & ex-
poni, si istis, quę præmisimus, lector curauerit adiuuari.

a Omnes resurgemus: vel sicut alij codices habent, Omnes dormiemus.) Græci codices non omnes hic cõsentiũt, teste diuo Hieronymo ad Minerium. Nam alij habent, Omnes quidem non dormiemus, omnes autem immutabimur, vt Erasmus copiosius ostendit, & in Annotationibus noui testamenti, & in Apologia, qua super hac re calumniatori respondit. Ex hac librorum dissonantia, credo natam cõtrouersiam illã, sintne omnes mori ituri, an aliqui, quos diẽs ille vltimus deprehẽderit viuentes, sine morte transituri ad immortalitatem. Petrus Lombardus sectione sententiarum tertia & quadragesima, quum pugnare inter se Hieronymum, & Ambrosiũ docuisset, inter tantos viros pronunciare non sustinuit. Quid, q̃ Augustinus Ambrosio accedit, sed Hieronymus frequenti Græcorum manu stipatur, Origene, Chrysostomo, Theophylacto, qui legerunt apud Paulum πάντες μὲν οὐ κοιμηθησόμεθα, non omnes dormiemus. Et Ambrosium ostendit Erasmus nutare. Nos interim sequemur, quem enarramus. b In ictu oculi.) Valla putat scriptum ab interprete: In nictu oculi. Nã oculorũ est nuere, & annuere, & nictare: sed postea ex nictu factum ictum, ab iis, qui parũ intelligebant, quid nictus esset. Nam ea res perdidit omnem eruditionẽ. c Et alia arescentia sic loquimur.) In aliis exemplaribus non arescentia, sed sexcenta, quod est cõgruentius sensui. d Resurrectionẽ quippe mortuorum futuram esse in carne.) Hoc est vnum ex dogmatis pietatis, istud credendum, istud tuendũ est. Rationem, qua id futurũ sit, deo relinquamus, & subiiciamus ceruices nostras in iugo suauissimi Christi, in obsequiũ dei. Satis est Christiano credere, hoc, aut illud esse, fore, aut fuisse. Causas & rationes omnium illi noscẽdas dimittat, qui ne in apertissimis quidem, & manifestissimis naturæ rebus voluit nobis claras & apertas esse. K

Quid Esaias propheta de mortuorum resurrectione, & retributione iudicij sit loquutus. Cap. XXI.

Propheta Esaias: Resurgent, inquit, mortui: & Esa.26.
resurgẽt, qui in sepulchris erant, & lætabun-
tur omnes, qui sunt i terra. Ros enim qui abs
te est, sanitas illis est: terra vero impiorum cadet. Totũ
illud superius ad resurrectionẽ pertinet beatorũ. Quod
autem ait: terra vero impiorum cadet, bene intelligitur
dictum: corpora impiorum ruinà dãnationis excipiet.
Iam vero, si de bonorũ resurrectione, quod dictum est,
diligentius & distinctius velimus intueri, ad primam
referendum est, quod dictum est, Resurgent mortui: ad
secundã vero, quod sequitur: Et resurgẽt qui in sepul-
chris erãt. Iam & si illos inquiramus sanctos, quos hic
viuos inuenturus est dominus, eis cõgrue deputabitur,
quod adiunxit: Et lætabuntur omnes, qui sunt in terra:
ros enim qui ab te est, sanitas illis est. Sanitatem loco
isto, immortalitatem rectissime accipimus. Ea nanque
est plenissima sanitas, quę non reficitur alimentis tan-
quam quotidianis medicamentis. Item de iudicij die
spem prius dans bonis, deinde terrẽs malos: idem Pro- L
pheta sic loquitur, Hæc dicit dominus: Ecce ego decli-
no in eos, vt flumen pacis, & vt torrens inundans glo-
riam gentium. Filij eorum super humeros portabũtur,
& super genua consolabuntur. Quemadmodum, si quẽ
mater consoletur, ita ego vos consolabor: & in Hieru-
salem consolabimini: & videbitis, & gaudebit cor ve-
strum, & ossa vestra sicut herba exorientur. Et cogno-
scetur manus domini colentibus eum: & cõminabitur
contumacibus. Ecce enim dominus vt ignis veniet, &
vt tempestas currus eius, reddere in indignatione vin-
dictam, & vastationem in flamma ignis. In igne enim
domini iudicabitur omnis terra: & in gladio eius om-
nis caro: multi vulnerati erunt à domino. In bonorũ
promissionem se declinare dicit, vt flumen pacis, quod
profecto abundantiam pacis illius debemus accipere,
qua maior esse non possit. Hac vtiq; in fine rigabimur:
Supra lib. 19.cap.11. & 12. de qua in præcedenti libro abundanter locuti sumus.
Hoc flumen, se in eos declinare dicit, quibus tantã bea
titudinem pollicetur, vt intelligamus in illius fœlicita-
tis regione, quæ in cœlis est, hoc flumine omnia satia-
ri. Sed quia, & terrenis * corporibus pax incorruptio- M
alias æternis. nis, atq; immortalitatis vim influet, ideo declinare se
dicit hoc flumen, vt de supernis quodãmodo etiam in-
feriora perfundat, & homines æquales angelis reddat.
Hierusalem quoq;, non illam, quæ seruit cum filiis suis,
sed liberam matrẽ nostrã intelligamus, secundũ Apo-
stolum, æternã in cœlis: vbi post labores erũnarũ, cura-
rumq; mortalium cõsolabimur, tanquam paruuli eius
in humeris, genibusq; portati. Rudes enim nos, & no-
uos blandissimis adiutoriis insolita nobis illa beatitu-
do suscipiet: ibi videbimus, & gaudebit cor nostrũ. Nec
expressit, quid videbimus. Sed quid, nisi deũ, vt implea
tur in nobis promissum Euangelicũ: Beati mundi cor- *Matth.5.*
de, quoniam ipsi deum videbũt. Et omnia illa, quæ nũc
non videmus: credentes autem pro modulo capacitatis
humanæ, longe minus, quàm sunt, atq; incõparabiliter
cogitamus? Et videbitis, inquit, & gaudebit cor vestrũ. *Esa.66.*
Hic creditis, ibi videbitis. Sed quoniam dixit: Et gaude
bit cor vestrum, ne putaremus illa bona Hierusalẽ, ad
nostrum tantummodo spiritum pertinere: Et ossa, in-
quit, vestra, vt herba exoriẽtur: vbi resurrectionẽ cor-
porum strinxit: velut quod non dixerat, reddens. Neq;
enim cum viderimus, fient, sed cum fuerint facta, vi-

debimus.

A debimus. Nam & de cœlo nouo, ac terra noua, iam su-
pra dixerat: dum ea quę sanctis promittũtur, in fine sæ-
pe ac multiformiter diceret: Erit, inquit, cœlũ nouũ, &
Esa.65. terra noua: & non erunt memores priorum, nec ascen-
dent in cor ipsorum: sed lætitiam & exultationem in-
uenient in ea. Ecce ego faciam Hierusalem exultatio-
nem, & populum meum lætitiam: & exultabo in Hie-
suralẽ: & lætabor in populo meo: & vltra non audietur
in illa vox fletus: & cætera, quæ quidam carnales ad il-
los mille annos referre conantur. Locutiones enim tro
picæ propriis prophetico more miscentur: vt ad intelle
ctum spiritalẽ intẽtio sobria, cũ quodam vtili, ac salu-
bri labore perueniat. Pigritia vero carnalis, vel inerudi-
tæ, atq; inexercitatæ tarditas mentis contenta literæ
superficie, nihil putat interius requirendũ. Hæc de pro-
phetic is verbis, quę ante istum locum scripta sunt, satis
dixerimus. In hoc autem loco, vnde ad illa digressi su-
Esa.66. mus, cum dixisset: Et ossa vestra vt herba exoriẽtur, vt
resurrectionẽ quidem carnis, sed tantum bonorum, se
Ibidem. nunc cõmemorare monstraret, adiunxit: Et cognosce-
tur manus domini colentibus eum. Quid est hoc, nisi
manus distinguentis cultores suos à cõtẽptoribus suis?
De quibus sequentia contexens: Et cõminabitur, inquit,
B cõtumacib[a]: siue, vt ait alius interpres, incredulis [a]. Nec
tunc comminabitur: sed quæ nunc dicuntur minaciter,
tunc efficaciter implebuntur: Ecce enim dominus, in-
quit, vt ignis veniet, & vt tempestas currus eius, redde-
re in indignatione vindictam, & vastationem in flam
ma ignis. In igne enim domini iudicabitur omnis ter-
ra, & in gladio eius omnis caro, multi vulnerati erunt
à domino: siue igne, siue tempestate, siue gladio: pœnam
iudicij significat: quandoquidem ipsum dominũ quasi
ignem dicit esse venturum eis, profecto quibus pœnalis
eius erit aduẽtus. Currus vero eius, qui pluraliter dicti
sunt, angelica ministeria non inconuenienter accipi-
mus. Quòd autem ait: omnem terrã, & omnem carnẽ,
in eius igne, & in gladio iudicari, non etiam hic spiri-
tales intelligamus & sanctos, sed terrenos, atq; carna-
Philip.3. les: de quibus dictum est, Qui terrena sapiunt: & sapere
Roma.8. secũdũ carnũ, mors est: & quales omnino caro appellã-
Gene.6. tur à domino, vbi dicit: Non permanebit spiritus meus
Esa.66. in hominibus istis, quoniam caro sunt. Quod vero hic
C positum est: Multi vulnerati erunt à domino, isto vul-
Lucæ.12. nere fiet mors secunda. Potest quidem, & ignis, & gla-
Act.2. dius, & vulnus accipi in bono. Nam & ignẽ dominus
velle se dixit mittere in mundum. Et visæ sunt illis lin
dliàs, diuersæ. guæ diuisæ,* velut ignis, quando venit spiritus sanctus.
Matth.10. Et non veni, inquit idem dominus, pacem mittere in
Hebræ. 4. terram, sed gladium. Et sermonem dei, dicit scriptura
Canti.4. gladium bis acutum: propter aciem geminam testamẽ
Esa.66. torum duũm. Et in cantico canticorum, charitate se di
cit sancta Ecclesia vulneratã, velut amoris impetu sa-
gittatam. Sed hic cũ legimus, vel audimus vltorem do
minum esse venturum: quemadmodum hæc intelligẽ-
da sint, clarum est. Deinde breuiter cõmemoratis eis,
qui per hoc iudicium consumentur sub figura ciborum
in lege veteri vetitorum, à quibus se non abstinuerunt:
peccatores, impiosq; significans, recapitulat ab initio
gratiam noui testamenti à primo saluatoris aduentu,
vsq; ad vltimum iudicium: de quo nunc agimus, per-
Ibidem. ducens, finiensq; sermonem. Narrat nanq; dominũ di-
cere se venire, vt congreget omnes gentes: easq; ventu-
Roma.3. ras, & visuras gloriã eius. Omnes enim sicut dicit A-
Esa.66. postolus, peccauerunt, & egent gloria dei. Et relicturũ
se dicit super eos signa, quę vtique mirantes, credant in
eum: & emissurum ex illis saluatos in gentes diuersas, D
& in longinquas insulas, quæ non audierunt nomẽ eius:
neque viderunt gloriam eius: & annunciaturos gloriã
eius in gentibus: & adducturos fratres istorum, quibus
loquebatur, id est, in fide sub deo patre fratres Israëli-
tarum electorum. Adducturos autem ex omnibus gẽ-
tibus munus domino, in iumentis, & vehiculis: quę iu-
menta, & vehicula bene intelliguntur adiutoria esse
diuina, per cuiusq; generis ministeria dei, vel angelica,
vel humana, in ciuitatem sanctã Hierusalẽ: quæ nũc in
sanctis fidelibus est diffusa per terras. Vbi enim diui-
nitus adiuuãtur, ibi credunt: & vbi credunt, ibi veniũt.
Cõparauit autem dominus illos, tanquam per similitu
dinem, filiis Israël, offerentibus ei suas hostias cũ Psal-
mis in domo eius: quod vbiq; iã facit Ecclesia: & pro-
Esa.66. misit ab ipsis se accepturum sibi sacerdotes, & Leuitas:
quod nihilominus fieri nunc videmus. Non enim ex
genere carnis & sanguinis, sicut erat primũ secundum
ordinem Aaron, sed sicut oportebat in testamento no-
Psal.109. uo, vbi secundum ordinem Melchisedech summus sa-
cerdos est Christ[b]: pro cuiusq; merito, quod in eo gratia
diuina cõtulerit, sacerdotes & Leuitas elegit: sicut nũc [b]
videmus, qui non isto nomine, quod sæpe assequuntur
indigni [c], sed ea, quæ non est bonis malisq; communis, E
sanctitate pensandi sunt. Hęc cum de ista, quæ nunc im
pertitur Ecclesię, perspicua, nobisq; notissima dei mise-
ratione dixisset: promisit & fines, ad quos per vltimum
iudicium facta bonorũ, malorumq; discretione venie-
tur: dicens per Prophetam: vel de domino, dicens ipse
Esa.66. Propheta: Quomodo enim cœlum nouum, & terra no
ua manebit coram me, dicit dominus: sic stabit semen
vestrum: & nomen vestrum: & erit mensis ex mense: &
sabbatum ex sabbato: & veniet omnis caro in cõspectu
meo adorare in Hierusalem, dicit dominus: & egrediẽ-
tur, & videbunt membra hominũ, qui præuaricati sunt
in me. Vermis eorum non morietur: & ignis eorum
non extinguetur: & erũt visui omni carni. Ad hoc iste
propheta terminauit librũ, ad quod terminabitur se-
culum. Quidã sanè non interpretati sunt membra ho-
minum, sed cadauera virorum [d], per cadauera significã-
tes sæuientem †* corporum pœnam: quãuis cadauer *aliàs euidentem.*
nisi caro exanimis, non soleat nuncupari: illa vero ani-
mata erunt corpora. Alioquin nulla poterunt sentire
tormenta: nisi forte quia mortuorum erunt corpora, id F
est, eorum, qui in secundam mortẽ cadent: ideo nõ ab-
surde etiam cadauera dici possunt. Vnde est & illud,
quod ab eodẽ propheta dictum iam supra posui: Ter- Esa.26.
ra vero impiorum cadet. Quis autem non videat, à ca-
dendo esse appellata cadauera? Virorum autem pro eo
posuisse illos interpretes [e], quod hominum manifestũ
est. Neque enim quisquam dicturus est, præuaricatri-
ces fœminas in illo supplicio non futuras: sed ex potio-
re præsertim, de quo fœmina facta est, vterq; sexus ac-
cipitur. Verum, quod ad rem maxime pertinet, quum
& in bonis dicitur: Veniet omnis caro: quia ex omni ge Esa.66.
nere hominũ populus ille constabit. Non enim omnes
homines ibi erunt, quando in pœnis plures erũt: sed vt
dicere cœperam, cum & in bonis caro, & in malis mẽ-
bra: vel cadauera nominantur, profecto post resurre-
ctionem carnis, cuius fides his rerum vocabulis omni-
no firmatur illud, quo boni & mali suis finibus dirimẽ
tur, futurum esse iudicium declaratur.

a Siue vt alius interpres, incredulis.) Hieronymus ex Hebræo, & ex Septuaginta, inimicis suis vertit. b Sacerdotes & Leuitas elegit sicut nunc.) Alibi, Sacerd. & Le. eligi nunc videmus. c Qui non isto nomine, quod sæpe assequũtur indigni.) Nõ sacerdotũ, neque vlla

G neque vlla initiatio gratos homines deo reddit, quippe bonos iuxta, & malos ad tractanda sacra videmus admitti: sed puritas cõscientiæ, & integritas vitæ, & castitas morũ: hæc demum sunt, quæ acceptos deo nos faciunt, atque amicos: quippe similia quãtum diuinorum humana possunt, & cognata, illius sanctissimæ, atque optimæ naturæ præpotentis dei.
d Sed cadauera virorũ.) Sic Hieronymus. Animaduerte Augustini candoremmalui Hieronymi versionem benigne interpretari, quàm infixum relinquere aculeum cauilli, præsertim quum Hieronymi interpretationi non omnino faueret. e Illos interpretes.) Hieronymum sentit: nam in LXX. habetur ἀνθρώπων.

Qualis futura sit egressio sanctorum, ad uidendas pœnas malorum. Caput XXII.

Esa.66. SEd quomodo egredientur boni ad videndas[s] pœnas malorũ? Nunquid corporis motu beatas illas relicturi sedes, & ad loca pœnalia perrecturi: vt malorum tormenta cõspiciant præsentia corporali? Absit: sed egredientur per scientiã. Hoc enim verbo significatum est, eos, qui cruciabũtur extra futuros. Propter quod, & dominus ea loca tenebras exteriores vocat, quibus contrarius est ille ingressus, de quo
Matth.8. Matth.25. dicitur seruo bono: Intra in gaudiũ domini tui: nec illic mali putentur ingredi, vt sciantur: sed ad illos potius
H velut egredi per scientiã, qua eos cogniturí sunt boni: quia id quod extra est, cognituri sunt. Qui enim erunt in pœnis, quid agatur intus in gaudio domini, nesciẽt: qui vero erunt in illo gaudio, quid agatur foris in illis tenebris exterioribus, scient. Ideo dictũ est: egrediẽtur: quia eos etiã, qui foris ab eis erunt, vtiq; non latebunt. Si enim hæc prophetæ nondum facta nosse potuerunt, per hoc quod erat deus quantulũcũq; erat in eorũ mor
†Talis facti 1.Cor.15. talium mentibus, quomodo immortales sancti † iã facta tunc nescient: cũ deus erit omnia in omnibus? Stabit ergo in illa beatitudine sanctorũ, semen, & nomen.
1.Ioan.3. Semen, scilicet de quo Ioannes ait: Et semẽ eius in ipso manet. Nomen vero, de quo per hunc Esaiam dictum
Esa.56. est: Nomen æternum dabo eis. Et erit eis mensis ex mẽ
Esa.66. se, & sabbatum ex sabbato, tãquam luna ex luna, & requies ex requie: quorũ vtrũq; ipsi erunt, cum ex his vmbris veteribus & temporalibus in illa lumina noua, ac sempiterna, transibunt. In pœnis autẽ malorũ, & inextinguibilis ignis, & viuacissimus vermis, ab aliis, atque aliis, aliter, atq; aliter est expositus. Alij quippe vtrunq; ad corpus, alij vtrũq; ad animã retulerunt: alij proprie ad corpus ignem: vermẽ vero tropice ad animã: quod credibilius esse videtur. Sed nunc de hac differentia nõ est huius temporis disputare. De iudicio nanq; vltimo
I quo fiet deremptio bonorum & malorum, hoc volumẽ implere suscepim[9]: de ipsis vero præmiis & pœnis, aliãs diligentius differendum est.

Quid prophetauerit Daniel: de persecutione Antichristi, & de iudicio dei, regnoq; sanctorum. Caput XXIII.

DAniel de hoc vltimo iudicio sic prophetat, vt Antichristum prius quoque venturũ esse prẽnunciet: atq; ad ẹternũ regnũ sanctorum perducat narrationem suam. Cum enim visione prophetica quatuor bestias significantes quatuor regna, vidisset: ipsumq; quartum à quodam rege superatũ, qui Antichristus agnoscitur: & post hæc æternum regnũ filij hominis, qui intelligitur Christus: Horruit, inquit, spi
Daniel. 7. †aliãs habitudine mea, & uisus capitis mei conturbabat me. ritus meus: ego Daniel in hebetudine mea, & visus captus mei cõturbabãt me †. Et accessit, inquit, ad vnum de astantibus, & veritatẽ quærebã ab eo de his omnibus: & dixit mihi veritatem. Deinde, quid audierit ab illo, à quo de omnibus his quæsiuit: tanquam eo sibi exponẽte, sic loquitur: Hæ quatuor bestiæ magnę, quatuor regna surgent in terra, quæ auferẽtur, & accipiẽt regnũ sancti altissimi: & obtinebũt illud vsq; in seculũ: & vsq; K in seculũ seculorũ. Et quęrebã, inquit, diligẽter de bestia quarta, quæ erat differẽs præ omni bestia, terribilis am plius: dentes eius ferrei, & vngues eius ærei, mãducans & cõminuens, & reliqua pedibus suis conculcans: & de cornibus eius decẽ, quæ erant in capite eius, & de altero quod ascendit, & excussit de prioribus tria, cornu illud in quo erant oculi, & os loquens magna: & visus eius maior cæteris. Videbam: & cornu illud faciebat bellũ cum sanctis: & prævalebat ad ipsos, donec venit vetustus dierũ: & regnum dedit sanctis altissimi: & tempus peruenit: & regnũ obtinuerũt sanẽti. Hæc Daniẽl quæsisse se dixit. Deinde, quid audierit, cõtinuo subiungẽs: Et dixit, inquit, id est, ille, à quo quæsierat, respondit, &
dixit: Bestia quarta, quartum regnũ erit in terra, quod Daniel. 7. præualebit omnibus regnis: & mãducabit omnẽ terrã: & conculcabit eã, & cõcidet. Et decem cornua eius, decem reges surgẽt: & post eos surget alius, qui superabit suis malis, omnes [a], qui ante eũ fuerũt: & tres reges humiliabit: & verba aduersus altissimum loquetur: & san L ctos altissimi conteret. Et suspicabitur mutare tempora & legem: & dabitur in manu eius vsq; ad tempus, & tempora, & dimidiũ temporis. Et iudicium sedebit: & principatum remouebit ad exterminandum & perden dũ vsq; in finem: & regnum, & potestas, & magnitudo regum, qui sub omni cœlo sunt, data est sanctis altissimi. Et regnum eius, regnũ sempiternũ: & omnes principatus ipsi seruient, & obaudient. Hucusq;, inquit, finis sermonis. Ego Daniel, multum cogitationes meæ conturbabãt me: & forma mea immutata est super me: & verbum in corde meo conseruaui. Quatuor illa regna exposuerunt quidã [b] Assyriorum, Persarũ, Macedonũ, & Romanorum. Quàm vero conueniẽter id fecerint, qui nosse desiderant, legãt presbyteri Hieronymi librũ in Daniẽlem, satis diligenter, eruditeq; cõscriptũ. Antichristi tamen aduersus ecclesiam sæuissimũ regnum, licet exiguo spatio temporis sustinẽdũ, donec dei vltimo iudicio regnum sancti accipiant sempiternum: qui vel dormitans hæc legit, dubitare non sinitur. Tempus quippe, & tempora, & dimidium temporis, annũ vnũ esse, & duos, & dimidiũ: ac per hoc tres annos & semissem, etiam numero dierum posterius posito dilucescit, aliquando in scripturis, ac mensium numero declaratur. Vidẽtur enim tempora indefinite hic dicta lingua M Latina, sed per dualem numerum dicta sunt [c], quẽ Latini non habent. Sicut autem Græci, ita hunc dicuntur habere [d] & Hebræi. Sic ergo dicta sunt tempora, tanquam dicerentur duo tempora. Vereri me sanè fateor, ne in decem regibus, quos tanquam decem homines videtur inuenturus Antichristus forte fallamur, atq; ita ille inopinatus adueniat, nõ existentibus tot regibus in orbe Rom. Quid enim si numero isto denario vniuersitas regũ significata est: post quos ille vẽtur[9] est, sicut millenario, cẽtenario, septenario significat plerũq; vniuersitas, & aliis atq; aliis numeris, quos nunc cõme morare nõ est necesse? Alio loco idẽ Daniẽl: Et erit, inquit, tẽp[9] tribulationis, qualis non fuit ex quo nata est Daniel.12. gẽs super terrã vsq; ad tẽpus illud. Et in tẽpore illo saluabitur populus tuus omnis qui inuentus fuerit scriptus in libro. Et multi dormientium in terræ aggere exurgent. Hi in vitam æternam, & hi in opprobrium, & in confusionem æternam. Et intelligentes fulgebunt, sicut claritas firmamenti, & ex iustis multis, sicut stellæ in secula. Et adhuc sententiæ illi Euangelicæ est locus iste simillimus de resurrectione duntaxat mortuorum

A tuorum corporum. Nam qui illic dicti sunt esse in mo
Ioan.5. Danie.12. Ioan.5. numentis, ipsi hic dormientes in terrę aggere: vel sicut alij interpretati [e] sunt, in terrę puluere. Et sicut ibi procedent dictum est: ita hic exurgent. Sicuti ibi, qui bona fecerunt in resurrectionẽ vitæ, qui autem mala egerũt in resurrectionem iudicij: ita & isto loco, hi in vitam æternam, & hi in opprobrium & in confusionẽ æternam. Non autem diuersum putetur, quod cum ibi positum sit, omnes qui sunt in monumentis, hic non ait Propheta, omnes, sed multi dormientiũ in terræ aggere. Ponit enim aliquando scriptura pro omnibus mul-
Gene.17. tos. Propterea & Abrahæ dictum est: Patrem multarũ
Gene.22. gẽtium posui te. Cui tamen & alio loco: In semine, inquit, tuo benedicentur omnes gentes. De tali autem resurrectione, huic quoque ipsi propheta Daniẽli paulo
Daniel. 12. post dicitur: Et tu veni, & requiesce. adhuc enim dies in completionem cõsummationis, & requiesces, & resurges in sorte tua in fine dierum.

a QVi superabit suis malis omnes.) LXX. sic, ἀνκαθέτει τοὺς ὑστέρους, ἢ ὑπερβήσεται κακοῦ πάντας τοὺς ἐμπροσθέν. surget alius qui superabit malos omnes priores. an κακοῦ dixit accusatiuũ pro nostro ablatiuo vt sic Græce: superabit omnes priores per ma-
B los, quos secum habebit. b Quatuor illa regna ex-
Regna mũdi quatuor posuerunt quidam.) Prima enim bellua similis erat leænæ sæuæ & libidinosæ, & Aquilæ reginæ animum, ac superbæ vinacíq;, quæ omnia habuit imperium Assyriorum. secunda similis vrsæ duræ, ac præferoci, imperiũ fuit Persarũ, cuius initiũ à robusto & forti Cyro. tertia similis pardo alato celeri ac impetuoso, sanguinario, & qui in mortẽ ruit in saltu. tale imperiũ Macedonũ, quod nõ pedibus currere, sed volare pennis visum est. quãta enim celeritate immensam Asiã victoriis suis Alexãder lustrauit? Quarta bestia erat omniũ maxime terribilis, & mirabilis, & fortis dentibus ferreis, ingentibus, vorans, & cõminuens, & pedibus cõculcans, dissimilis cæteris. huiusmodi fuit Romanũ imperium, cuius feritas omniũ belluarum feritatem vicit: ferreũ, quod nulla externa vis consumpsit, sua rubigine bellisque ciuilibus exesum est. totum orbẽ insatiabili vorauit illuuie, vrbes euerrit, & gentes funditus excidit, atrox, sæuum, sanguinis sitiẽtissimũ. c Sed per dualem numerũ dicta sunt.) Antiquissimi Græci duos tantũ habebant numeros, singularẽ & pluralem. Postea sequentes dualem addiderũt, quos Latini sequi noluerũt, vt scribit Diomedes Grãmatic[9], ac sępe Græci Poẽtę plurali, p Duali vtũtur, vt Homer[9] Ἀτρείδαι, inquit, quum de Agamemnone loquatur, & Menelao tantum, de quibus vno, aut altero ante versu per dualem dixerat δύο νεμέσητορε λαῶν.
d Ita hunc dicuntur habere.) Hiero. in Danie. Tempus annum significat. Tẽpora iuxta Hebraïci sermonis proprietatẽ, qui & ipsi dualẽ numerũ habent, duos annos præfigurat. Græce vero καιροὺς habetur nõ καιρῶν.
e Vel sicut alij interpretati sunt.) Hieronymus Daniel. xij.

In Psalmis Dauidicis, quæ de fine seculi huius, & quæ de nouissimo dei iudicio prophetẽtur. Cap. XXIIII.

MVlta de iudicio nouissimo dicuntur in Psalmis, sed eorum plura transeunter & strictim.
C Hoc tamen quod de fine huius seculi apertissi
Psal.101. me dictum est ibi, nequaquam silentio prẽteribo. Principio terrã tu fundasti domine, & opera manuum tuarum sunt cœli. Ipsi peribunt, tu autem permanes, & omnes sicut vestimentũ veterascent, & sicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur: tu autem idẽ ipse es, & anni tui non deficient. Quid est quod Porphyrius, cum pietatem laudet Hebræorum, qua magnus & verus & ipsis numinibus terribilis ab eis colitur deus, Christianos ob hoc arguit maximæ stultitiæ, etiam ex oraculis deorum suorũ, quod istum mundum dicũt esse perituru̇m? Ecce in literis pietatis Hebræorũ dicitur deo, quẽ cõfitente tãto philosopho, etiã ipsa numina perhorre-
Ibidem. scunt: opera, inquit, manuum tuarũ sunt cœli, ipsi peribũt. Nũquid quãdo cœli peribũt mũd[9], cui[9] iidẽ cœli superior pars est, & tutior, nõ peribit? Si hæc sentẽtia Ioui displicet, cui[9] vt scribit iste philosoph[9], velut grauioris authoritatis oraculo ĩ Christianorũ credulitate culpat, cur nõ similiter sapiẽtiã tãquã stultitiã culpat Hebræorũ, in quorũ libris piissimis inuenitur? Porrò si in illa sapientia Iudęorum, quę Porphyrio tam multum placet, vt eam deorum quoque suorum vocibus prędicet, legitur cœlos esse perituros, cur vsq; adeo vana est ista fallacia, vt in fide Christianorũ, vel inter cætera, vel præ D cæteris hoc detestentur, quod in ea periturus creditur mundus, quo vtiq; nisi pereunte, cœli non possunt perire? Et in literis quidẽ sacris, quæ propriæ nostræ sunt, non Hebræis, nobisq; communes, id est, Euangelicis & Apostolicis libris legitur: Prẽterit figura huius mundi. 2.Corin.7 Legitur, mũdus transit: legitur, cœlũ & terra transibũt 1.Ioan.2. Sed puto quod prẽterit, transit, transibũt; aliquanto mi Lucæ.21. tius dicta sunt, quàm peribunt. In epistola quoq; Petri 2.Petri.3. Apostoli, vbi aqua inundatus qui tunc erat perisse dictus est mundus, satis clarum est, & quæ pars mundi à toto significata est, & quatenus perisse dicta sit, & qui cœli repositi igni reseruandi in diem iudicij & perditionis hominum impiorum. Et in eo quod paulo post
Ibidem. ait: Veniet dies domini vt fur, in quo cœli magno impetu transcurrent: elementa autẽ ardentia resoluentur, & terra, & quæ in ipsa sunt opera exurentur: ac deinde subiecit, his omnibus pereuntibus, quales oportet vos esse? Possunt illi cœli intelligi perituri, quos dixit repositos igni reseruandos, & ea elementa accipi arsura, quę in hac ima mũdi parte subsistunt procellosa, & turbulenta, in qua cosdẽ cœlos dixit esse repositos, saluis illis superioribus; & in sua integritate manentibus, in quo- E rum firmamento sunt sydera constituta. Nam & illud
Matth. 24 quod scriptum est, stellas de cœlo esse casuras, præter quod potest multo probabilius, & aliter intelligi, magis ostendit mansuros esse illos cœlos: si tamen stellæ inde casuræ sunt, vel cum tropica sit locutio, quod est credibilius, vel in isto imo cœlo futurum sit vtiq; mirabilius, quàm nunc fit. Vnde & illa Vergiliana, Stella
Aeneid. 2. facem ducens [a] multa cũ luce cucurrit, & Idæa se cõdidit sylua. Hoc aũt quod de Psalmo cõmemoraui nullũ cœlorum videtur relinquere, quod periturũ esse nõ dixerit. Vbi enim dicitur: Opera manuũ tuarum sunt cœ-
Psal.101. li, ipsi peribunt, quàm nullum eorum ab opere dei, tam nullum eorum à perditione secernitur. Non enim dignãbuntur de Petri Apostoli locutione, quẽ vehementer oderunt, Hebræorum defendere pietatem, deorum suorũ oraculis approbatã, vt saltem ne totus mundus periturus esse credatur, sic à toto pars accipiatur, in eo quod dictũ est: Ipsi peribunt, cum soli cœli infimi periturí sint, quemadmodũ in apostolica illa epistola à to- F to pars accipitur, quod diluuio perisse dictus est mun-
2.Petri.3. dus, quãuis sola eius cum suis cœlis pars ima * perierit.
*aliãs und. Sed quia hoc, vt dixi, non dignabuntur; nie vel Apostoli Petri approbent sensum, vel tantũ concedant cõflagrationi nouissimæ, quantũ dicimus valuisse diluuium qui nullis aquis, nullis flãmis totum genus humanum perire posse contendũt. Restat vt dicant, quod propter ea dij eorũ Hebręam sapientiam laudauerunt, quia istũ Psalmũ non legerant. In Psalmo etiam quadragesimo nono de iudicio dei nouissimo intelligitur dictũ: Deus manifeste veniet, deus noster & non silebit. Ignis in cõspectu eius ardebit, & in circũitu eius tẽpestas valida. Aduocabit cœlum sursum, & terrã discernere populũ suum. Cõgregate illi iustos * eius, qui disponunt testã-
*aliãs sanctos. mentum eius super sacrificia. Hoc nos de domino nostro Iesu Christo intelligim[9], quẽ de cœlo speram[9] esse venturũ ad viuos & mortuos iudicandos. Manifestus
2.Timo.4. enim veniet inter iustos & iniustos iudicaturus iuste, qui prius venit occultus, ab iniustis iudicandus iniuste. Ipse, inquam, manifestus veniet, & non silebit, id est, in in voce iudicis euidens apparebit, qui prius cũ venisset, occultus ante iudicem siluit, quando sicut ouis ad immolãdum ductus est, & sicut agnus coram tondẽte fuit si-

G ne voce, quēadmodū de illo per Esaïam legimus prophetatum, & in Euãgelio videmus impletum. De igne
Esa.53. Esa.65. vero & tempestate cū in Esaïæ prophetia tale aliquid tractaremus quomodo essent hęc intelligenda, iam dixi-
Psal.49. mus. Quod vero dictum est: Aduocabit cœlum sursum, quoniam sancti & iusti recte cœlum appellantur:
1.Thess.4. nimirū hoc est, quod ait Apostolus: Simul cum illis rapiemur in nubibus in obuiã Christo [b] in aëra. Nam secundum literæ superficiem, quomodo sursum aduoca-
Psal.49. tur cœlum, quasi posset esse nisi sursum? Quod autē adiunctum est: Et terram discernere populum suũ, si tantummodo subaudiatur aduocabit, id est, aduocabit terram, nec subaudiatur sursum, hunc videtur habere sensum secũdũ rectam fidem *, vt cœlũ intelligatur in eis,
*†al. sensum sanctũ, rectũ, fidelem. qui cũ illo sunt iudicaturi: & terra in eis, qui iudicandi sunt, & aduocabit cœlũ sursum non hic intelligamus rapiet in aëra, sed in iudiciarias sedes eriget. Potest & illud intelligi: Aduocabit cœlũ sursum, aduocabit angelos in supernis & excelsis locis, cũ quibus descendat ad faciendũ iudiciũ: aduocabit & terrã, id est, homines in terra vtiq; iudicãdos. Si autem vtrunq; subaudiendum est, cũ dicitur, & terrã, id est, & aduocabit & sursum: vt
H iste sit sensus, aduocabit cœlum sursum, & terrã aduocabit sursum, nihil melius intelligi existimo, quàm ho-
1.Thess.4. mines qui rapientur in obuiã Christo in aëra, sed cœlũ dictum propter animas, terram propter corpora. Di-
Matth.25. scernere porrò populũ suum, quid est nisi per iudiciũ separare bonos à malis, tanquam oues ab hœdis? Dein-
Psal.49. de conuersio sermonis ad angelos facta est. Cõgregate illi iustos eius. Profecto enim per angelicum ministerium tanta res peragenda est. Si autem quærimus, quos iustos ei congregaturi sint angeli, qui disponũt, inquit, testamentum eius super sacrificia. Hæc est omnis vita iustorum, disponere testamentum dei super sacrificia. Aut enim opera misericordiæ sunt super sacrificia, id est, sacrificiis præponenda, iuxta sententiam dei dicen-
Osee.6. tis. Misericordiam magis volo quàm sacrificium: aut si super sacrificia, in sacrificiis intelligitur dictum, quomodo super terram fieri dicitur, quod fit vtique in terra, profecto ipsa opera misericordiæ sũt sacrificia, quibus placetur deo, sicut in libro huius operis decimo me
Cap.5. disseruisse iam reminiscor, in quibus operibus disponũt iusti testamentum dei, quia propter promissiones, quæ nouo eius testamento cõtinẽtur, hæc faciũt. Vnde
I congregatis sibi iustis suis, & ad suam dexteram cõsti-
Matth.25. tutis, nouissimo vtiq; iudicio dicturus est Christus: Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi: Esuriui enim & dedistis mihi manducare, & cætera quæ ibi proferuntur de bo-
aliàs indicandis. norum operibus bonis, & eorum præmiis sempiternis per vltimam sententiam iudicantis.

a Stella facem ducens.) Vergilius.ij. Aeneid. quum Anchises nollet Troïa egredi, & Aeneas furens in mortem rueret, Iuppiter signũ fugæ misit.

Stella, inquit, facem ducens multa cum luce cucurrit.
Illam summa super labentem culmina tecti
Cernimus Idæa claram se condere sylua.

Aristoteles in.j.lib. Meteororum, has stellas gigni dicit in halitu in media aëris regione à superiore igne accensõ, qui si longitudinem tantũ habeant δαδες dicuntur, id est, lampades: eædem sunt faces Plinio lib.ij. Emicant, inquit, & faces, non nisi quum decidunt visæ: qualis Germanico Cæsare gladiatorum spectaculum edente, præter ora populi meridiano transcurrit: duo genera earum, lampades vocant planè faces: alterum bolidas, quale Mutinensibus malis visum est. Distant, quòd faces vestigia longa faciunt, prior ardente parte, bolis vero perpetua ardens lõgiorẽ trahit limitem, sic Plinius. b Rapiemur in nubibus obuiam Christo.) Veteres libri habẽt omnes in obuiam, ex quibus etiam alibi sic emendaui, non quòd melius non putem dici obuiam ire, quàm in obuiã, sed mihi non tam considerandum fuit, quid purius diceretur, vt quid Augustinus scripsisset: non dubium quin veterem aliquam interpretationem secutus sit, quæ quod Græce ὑπαντήσεις verterit in obuiam.

De prophetia Malachiæ qua dei iudicium ultimum declaratur, & quorum dicitur per purificatorias pœnas facienda mundatio. K *Caput* XXV.

DRopheta Malachiel, siue Malachias, [a] qui & Mala.3.
angelus dictus est, qui etiam Esdras [b] sacerdos, cuius alia in canonẽ scripta recepta sunt, ab aliquibus creditur, nam de illo hãc esse Hebrẽorum opinionem dicit Hieronymus, iudicium nouissimum prophetauit, dicẽs: Ecce venit dicit dominus omnipotẽs. Et quis sustinebit diem introitus eius, aut quis ferre poterit, vt aspiciat eũ? Quia ipse ingreditur quasi ignis conflatorij, & quasi herba lauantium. Et sedebit cõflãs, & emundans sicut aurum, & sicut argẽtũ, & emundabit filios Leui. Et fundet eos sicut aurum & argentum, & erunt domino offerẽtes hostias in iustitia. Et placebit domino sacrificiũ Iuda & Hierusalem sicut diebus pristinis, & sicut annis prioribus. Et accedam ad vos in iudicio, & ero testis velox super maleficos, & super adulteros, & super eos, qui iurant in nomine meo mendaciter, & qui fraudãt mercede mercenariis, & opprimũt per potentiam viduas, & percutiũt pupillos, & peruertunt iudiciũ aduenę, & qui non timent me dicit domi- L
nus omnipotens. Quoniam ego dominus deus vester, & non mutor. Ex his quæ dicta sunt videtur euidẽtius apparere in illo iudicio quasdã quorundã purgatorias pœnas futuras. Vbi enim dicitur: Quis sustinebit diem Mala.3.
introitus eius, aut quis ferre poterit, vt aspiciat eũ, quia ipse ingreditur quasi ignis conflatorij, & quasi herba lauantium, & sedebit cõflans, & emundãs sicut aurum, & sicut argentum, & emundabit filios Leui, & fundet eos sicut aurum, & sicut argentũ: quid aliud intelligẽdũ est? Dicit tale aliquid & Esaïas: Lauabit dominus sor- Esa.4.
des filiorum & filiarum Sion, & sanguinem emundabit de medio eorum spiritu iudicij, & spiritu cõbustionis. Nisi forte sic eos dicendũ est emundari à sordibus, & eliquari quodãmodo cum ab eis mali per pœnale iudicium separantur, vt illorum segregatio atq; damnatio purgatio sit istorum, quia sine talium de cætero cõmixtione victuri sunt. Sed cum dicit: Et emundabit filios Leui, & fundet eos sicut aurum & argẽtum, & erũt Mala.3.
domino offerentes hostias in iustitia, & placebit domino sacrificium Iuda. & Hierusalem, vtique ostendit eos ipsos, qui emundabuntur, deinceps in sacrificiis iustitię domino esse placituros, ac per hoc ipsi à sua iniustitia mundabuntur, in qua domino hostiæ displicebant [c]. M
Porrò in plena perfectaq; iustitia cum mũdati fuerint, ipsi erũt. Quid enim acceptius deo tales offerunt, quàm seipsos? Verum ista quæstio de purgatoriis pœnis, vt di- Infra lib.
ligentius pertractetur, in tẽpus aliud differenda est. Fi- 21. cap. 13.
lios autẽ Leui, & Iuda, & Hierusalẽ, ipsam dei ecclesiã & .14.
debemus accipere, nõ ex Hebrẽis tantũ, sed ex aliis etiã Mala.3.
gẽtibus cõgregatã, nec talẽ, qualis nunc est, vbi si dixerimus, quia peccatũ non habemus, nosipsos seducimus, 1.Ioan.4.
& veritas in nobis nõ est, sed qualis tũc erit velut area per vẽtilationẽ, ita per iudiciũ purgata nouissimum, eis quoq; igne mundatis, quibus talis mundatio necessaria est, ita vt nullus omnino sit, qui offerat sacrificium pro peccatis suis. Omnes enim qui sic offerunt, profecto in peccatis sunt, pro quibus dimittendis offerunt, vt cum obtulerint, acceptumq; deo fuerit, tunc dimittantur.

a PRopheta Malachiel, siue Malachias.) In antiquis exemplaribus legitur Propheta Malachiel, siue Malachi. Profecto Malachiã vocatum esse Malachiel non cõmemini legisse me, & Malachiã aiũt interpretari angelũ eius. Idcirco Malachi dicitur. ná si Malachiel Malach.
esset, puto etymon eius futurum angelum dei, nam el est deus, nisi me fallit illius linguæ imperitia, itaque arbitror sic legendum: Propheta Malachias, siue Malachi. b Qui etiam Esdras.) De hoc libro.xvij.
c In qua dño hostiæ.) Alibi meli°, in qua dño displicebãt. Hostię porrò

De sacri-

A *De sacrificiis quæ sancti offerent deo sic placitura, quomodo in diebus pristinis & annis prioribus placuerunt.* *Caput* XXVI.

VOlens autem deus ostendere ciuitatem suam, tunc in ista consuetudine non futuram, dixit
filios Leui oblaturos hostias in iustitia. Non ergo in peccato. Ac per hoc non pro peccato. Vnde
Mala.3. intelligi potest in eo, quod secutus adiunxit atq; ait: Et placebit domino sacrificium Iuda & Hierusalem, sicut diebus pristinis, & sicut annis prioribus, frustra sibi Iudæos secundum legem veteris testamenti sacrificiorũ suorum præterita tempora polliceri. Non enim tunc in iustitia, sed in peccatis hostias offerebant, quãdo pro peccatis præcipuè ac primitus offerebãt, vsqueadeo, vt sacerdos ipse, quẽ debemus vtiq; credere cæteris fuisse
Hebræ. 7. iustiorem, secundum dei mandatum, soleret primum pro suis offerre peccatis: deinde pro populi. Quapropter exponere nos oportet quomodo sit accipiendum,
Mala.3. quod dictum est: Sicut diebus pristinis, & sicut annis prioribus. Fortassis enim tempus illud commemorat,
Gene.2.& 3. quo primi homines in paradiso fuerunt. Tunc enim puri atq; integri ab omni sorde ac labe peccati, seipsos deo mundissimas hostias offerebant. Cæterum ex quo commissę præuaricationis causa inde dimissi sunt atq;
B humana in eis natura dãnata est, excepto vno media-
1. Timo.2. tore, & post lauacrum regenerationis quibusq; adhuc paruulis, nemo mundus à sorde [a], sicut scriptũ est, nec
Iob.25. infans, cuius est vita vnius diei super terram. Quod si respondetur, etiã eos merito dici posse offerre hostias
Abacuc.2. in iustitia, qui offerũt in fide. Iustus enim ex fide viuit,
1.Ioan.1. quanuis seipsum seducat, si dixerit se peccatum nõ habere: & ideo non dicat, quia ex fide viuit, nunquid dicturus est quispiã hoc fidei tẽpus illi fini esse coæquandum, quando igne iudicij nouissimi mundabuntur, qui offerunt hostias in iustitia? Ac per hoc quoniã post talem mundationem nullum peccatum iustos habituros esse credendum est, profecto illud tempus, quãtũ attinet ad non habere peccatum, nulli tempori cõparandũ est, nisi quãdo primi homines in paradiso ante præuaricationem innocentissima fœlicitate vixerunt. Recte itaque intelligitur hoc significatum esse, cum dictũ est: Sicut diebus pristinis, & sicut annis prioribus. Nam &
Mala.3. per Esaïam postea quàm cœlum nouum & terra noua
C promissa est: inter cætera, quæ ibi de sanctorum beatitudine per allegorias, & ænigmata exequitur, quibus expositionem congruam reddere nos prohibuit vitan-
Esa.65. dæ longitudinis cura, Secundum dies, inquit, ligni vitę erunt dies populi mei. Quis autẽ sacras literas attigit,
Gene.2. & ignorat vbi deus plãtauerit lignum vitæ, à cuius ci-
Gene.3. bo separatis illis hominibus quãdo eos sua de paradiso eiecit iniquitas, eidem ligno circũposita est ignea terribilisq; custodia? Quod si quisquam illos dies ligni vi-
Esa.65. tæ, quos cõmemorauit propheta Esaïas: istos qui nunc aguntur ecclesiæ Christi dies esse contendit, ipsumq; Christum lignũ vitæ propheticè dictũ, quia ipse est sa-
Prouerb.3. pientia dei, de qua Salomon ait: Lignũ vitæ est omnibus amplectentibus eã, nec annos egisse aliquos in paradiso illos primos homines, vnde tam cito eiecti sunt, vt nullum ibi gignerent filium: & ideo non posse illud tempus intelligi, in eo quod dictũ est: Sicut diebus pri-
Mala.3. stinis, & sicut annis prioribus. Istam prætereo quæstionem, ne cogar quod prolixum est cuncta discutere, vt aliquid horum veritas manifestata confirmet. Video quippe alterũ sensum: ne dies pristinos, & annos priores, carnalium sacrificiorum nobis pro magno munere per Prophetam promissos fuisse credamus. Hostię nãq; D
illæ [b] veteris legis, quæ de pecoribus immaculatis, ac Leuiti.3.
sine vllo prorsus vitio iubebantur offerri, significabant homines sanctos, qualis solus inuẽtus est Christus sine 1.Petri 2.
vllo omnino peccato. Proinde quia post iudiciũ cum fuerint etiam igni mundati, qui eiusmodi mũdatione sunt digni, in omnibus sanctis nullum inuenietur omnino peccatũ, atq; ita seipsos offerent in iustitia, vt tales hostiæ omnimodo immaculatæ, ac sine vllo vitio sint futuræ, erũt profecto sicut pristinis diebus, & sicut annis prioribus, quãdo in vmbra huius rei futuræ mũdissimę offerebantur hostiæ. Hęc erit nanq; mũdatio * *aliàs mũditia.
tunc in immortali carne, ac mente sanctorum, quæ figurabatur in illarũ corporibus hostiarũ. Deinde propter eos, qui non mundatione, sed damnatione sunt digni, Et accedam, inquit, ad vos in iudicium, & ero testis Mala.3.
velox super maleficos, & super adulteros, & cętera, quibus dãnabilibus enumeratis criminibus addidit: Quoniam ego dominus deus vester, & non mutor. Tanquã diceret: Cũ vos mutauerit, & in deterius culpa vestra, & in melius gratia mea, ego non mutor. Testem vero
E se dicit futurum, quia in iudicio suo non indiget testibus. Eumq; velocẽ, siue quia repente venturus est, eritq; iudicium ipso inopinato eius aduentu celerrimũ, quod tardissimum putabatur: siue quia ipsas conuincet sine vlla sermonis prolixitate conscientias. In cogitationi- Sapien.1.
bus enim, sicut scriptum est, impij interrogatio erit. Et Apostolus: Cogitationibus, inquit, accusantibus, vel etiã excusantibus, in die qua iudicabit deus occulta ho- Rom.2.
minum secũdum Euangelium meum per Iesum Christum. Etiam sic ergo dominus futurus testis intelligen- Mala.3.
dus est velox, cum sine mora reuocaturus est in memoriam, vnde conuincat, puniatq; conscientiam.

N[redacted]

De separatione bonorum & malorum, per quam nouissimi iudicij discretio declaratur. *Caput* XXVII.

ILlud etiam, quod aliud agẽs in decimooctauo Capite.25.
libro ex isto propheta posui, ad iudicium nouissimũ pertinet, vbi ait: Erunt mihi, dicit do-
minus omnipotens, in die, quam ego facio in acquisi- Mala.3.
tionem: & eligam eos sicut eligit homo filium suũ, qui seruit ei: & conuertar, & videbitis, quid sit inter iustũ, & impium: & inter seruientem deo, & eum, qui nõ seruit ei. Quia ecce dies venit, ardens sicut clibanus, & cõ- Mala.4.
buret eos, & erunt omnes alienigenæ, & vniuersi qui faciunt iniquitatem stipula, & succendet eos dies veniẽs, dicit dominus omnipotens: & non relinquetur in eis radix, neq; ramus. Et orietur vobis, qui timetis nomen meũ, sol iustitiæ, & sanitas in pẽnis eiº, & egrediemini, & salietis sicut vituli de vinculis relaxati: & cõculcabitis iniquos, & erũt cinis sub pedibus vestris, dicit domi nus omnipotẽs. Hæc distantia præmiorũ, atq; pœnarũ iustos dirimẽs ab iniustis, quę sub isto sole in huius vitæ

 vanitate

G vanitate non cernitur, quando ſub illo ſole iuſtitiæ in illius vitæ manifeſtatione clarebit. Tunc profecto erit iudicium, quale nunquam fuit.

De lege Moyſi ſpiritaliter intelligenda, ne in damnabilia murmura carnalis ſenſus incurrat.

Caput XXVIII.

Mala. 4. QVod vero ſubiungit idem propheta: Memẽtote legis Moyſi ſerui mei, quam mandaui ei in Choreb ad omnem Iſraël præcepta & iudicia, opportune cõmemorat, poſt declaratũ tam magnum futurum inter obſeruatores legis, contẽptoreſq; diſcrimẽ, ſimul etiam vt diſcant legem ſpiritaliter intelligere, & inueniant in ea Chriſtũ, per quem iudicem facienda eſt inter bonos & malos ipſa diſcretio. Non
Ioan. 5. enim fruſtra idem dominus ait Iudæis: Si crederetis Moyſi, crederetis & mihi. De me enim ille ſcripſit. Carnaliter quippe accipiendo legem, & eius promiſſa terrena rerum cœleſtium, figuras eſſe neſcientes, in illa
Mala. 3. murmura corruerunt: vt dicere auderent, Vanus eſt, qui ſeruit deo [a]. Et quid ampli? quia cuſtodiuimus mãdata eius, & quia ambulauimus ſupplices† ante faciem
†aliâs ſimplicuer. domini omnipotẽtis? Et nunc nos beatos dicimus alie-
H nos [b], & ædificantur omnes, qui faciunt iniquitatem. Quibus eorum verbis quodãmodo propheta compulſus eſt, nouiſſimum prænunciare iudicium: vbi mali, nec ſaltem falſo ſint beati, ſed apertiſſime appareãt miſerrimi: & boni nulla temporali ſaltẽ miſeria laborẽt: ſed clara, ac ſempiterna beatitudine perfruantur. Dixerat quippe iſtorum talia quædam verba etiam ſuperius dicentium: Omnis qui facit malum, bonus eſt in
Mala. 2. conſpectu domini: & tales ei placent. Ad hæc, inquam, contra deum murmura peruenerũt, legem Moyſi carnaliter accipiẽdo. Vnde & ille in pſalmo ſeptuageſimo ſecundo, penè cõmotos dicit fuiſſe pedes ſuos, & effuſos
Auguſt. ſuper Ioan. Tract. 25. & 28. greſſus ſuos vtique in lapſum, quia zelauit in peccatoribus, pacem peccatorum intuens: ita vt inter cętera di-
Pſal. 72. ceret: Quomodo ſciuit deus, & ſi eſt ſcientia in altiſſimo? Diceret etiam: Nunquid vane iuſtificaui cor meũ, & laui inter innocẽtes [c] manus meas? Vt autem ſolueret hanc difficillimam quæſtionem, quæ fit cum videtur boni eſſe miſeri, & fœlices mali. Hoc, inquit, labor eſt ante me, donec introeam in ſanctuarium dei, & intelligã in nouiſſima. In nouiſſimo quippe iudicio non
I ſic erit: ſed aperta iniquorum miſeria, & aperta fœlicitate iuſtorum, longe, quàm nunc eſt, aliud apparebit.

a VAnus eſt, qui ſeruit deo.) Querela nõ impia modo, verum etiã imperita & ſtulta, hominum non procul à belluarum ingenio diſtantium, quibus præſentia tantum & ante oculos expoſita noſcuntur, & curæ ſunt: in intimos malorum animos intuere, videbis illos conſcientiæ laniatu diſcerptos: aut in ventura tempora oculos attolle, ſpectabis ſeras forſan mortalium opinione, ſed graues certe, & cõdignas pœnas ſceleribus paratas. Itáne Iudæi, vanus eſt, qui ſeruit domino? Venit ergo tempus, in quo, nec vani vobis videamini, nec ſeruiatis domino. b Et nunc nos beatos dicimus alienos.) Dicitis quidem, ſed an ſunt? c Et laui inter innocentes.) In antiquis libris ſcribitur: Et laui in innocentibus, ſeruata proprietate Græca, ἐν, pro inter.

De aduentu Heliæ ante iudicium: cuius prædicatione ſcripturarum ſecreta referante Iudæi conuertentur.

Caput XXIX.

VM autẽ admonuiſſet, vt meminiſſent legis Moyſi: quoniam præuidebat eos, multo adhuc tempore, non eam ſpiritaliter, ſicut oportue-
Mala. 4. rat, accepturos, continuo ſubiecit: Et ecce ego mittã vobis Heliam Thesbiten [a], antè quàm veniat dies domini magnus & illuſtris: qui conuertet cor patris ad filiũ, & cor hominis ad proximum ſuum, ne forte veniens, percutiam terram penitus. Per hũc Heliam magnum, mirabilemq; Prophetã expoſita ſibi lege, vltimo tempore ante iudicium, Iudæos in Chriſtũ verum [b], id eſt, K
in Chriſtum noſtrum eſſe credituros, celeberrimũ eſt in ſermonibus, cordibuſq; fideliũ. Ipſe quippe ante aduentum iudicis Saluatoris non immerito ſperatur eſſe venturus: qui etiam nunc viuere non immerito creditur. Curru namq; igneo raptus eſt de rebus humanis: 4. Reg. 2.
quod euidentiſſime ſancta ſcriptura teſtatur. Cum venerit ergo exponendo legem ſpiritaliter, quam nũc Iudæi carnaliter ſapiunt: conuertet cor patris ad filium, id eſt, cor patrũ ad filios [c]. Singularẽ quippe pro numero plurali interpretes Septuaginta poſuerũt. Et eſt ſenſus, vt etiam filij ſic intelligãt legẽ, id eſt, Iudæi: quẽad- Mala. 4.
modum patres eam intellexerunt, id eſt, Prophetæ, in quibus erat & ipſe Moyſes. Sic enim cor patrum conuertetur ad filios, cum intelligẽtia patrum perducetur ad intelligentiam filiorum, & cor filiorũ ad patres eorum, dum in id, quod ſenſerunt illi, conſentiant & iſti. Vbi & Septuaginta dixerũt: Et cor hominis ad proximũ ſuũ [d], ſunt enĩ inter ſe valde proximi patres & filij. Ibidem.
Quanquam in verbis Septuaginta interpretum, qui prophetice interpretati ſunt, poteſt ſenſus alius, idemq; L
lectioni congruens inueniri †: vt intelligatur Helias †aliâs, idẽq; electior inueniri.
cor dei patris conuerſurus ad filium, non vtique agendo, vt pater diligat filium, ſed docendo, quòd pater diligat filium: vt & Iudæi, quem prius oderant, diligant eundem, qui noſter eſt Chriſtus. Iudæis enim nunc [e] auerſum cor habet deus à Chriſto noſtro: quia nõ putant eum deum eſſe, neque dei filium. Eis ergo tunc cor eius conuertetur ad filium, cum ipſi conuerſo corde didicerint dilectionem patris in filium. Quod vero ſequitur: Et cor hominis ad proximum ſuum, id eſt, conuertet Helias cor hominis ad proximum ſuũ: quid melius intelligitur, quàm cor hominis ad hominẽ Chriſtum? Quum enim ſit in forma dei deus noſter: formã Philip. 2.
ſerui accipiẽs, eſſe dignatus eſt etiam proximus noſter. Mala. 4.
Hæc ergo faciet Helias. Ne forte, inquit, veniã, & percutiam terram penitus. Terra ſunt enim, qui terrena ſapiunt: ſicut Iudæi carnales vſque nunc: ex quo vicio contra deum murmura illa venerũt: quia mali ei placent, & vanus eſt qui ſeruit deo. Mal. 2. & 3.

a Helias. HEliam Theſbiten.) De hoc Propheta tertio regnorum multa, quem viuentem in igneo curru à domino raptum, Iudęi venturũ putant ante Chriſtũ, ex hoc Malachię teſtimonio: quod etiam Apoſtoli ſignificant, cum ex domino quęrunt, Matthęi M
decimo ſeptimo, Quid ergo ſcribæ dicũt, quòd Heliam oporteat primũ venire. quibus dominus cum reſpondet Heliam iam veniſſe, non reprobat, quæ ab ſcribis tradita ſunt, vt docet Origenes, ſed aliũ Heliæ aduentum ante ſe indicat factum, quod ignorauerant ſcribę. Nam & prius dixerat: Helias quidem venturus eſt, & reſtituet omnia. Cęterum, quod ſic opinione publica receptum erat, Heliam pręceſſurum Chriſtũ, nec vtrũ Chriſti aduentũ ſatis diiudicabant, dominus ne hoc videretur obtigiſſe, quo minus veniſſe Chriſtum crederent, & eum agnoſcerẽt iam miſſum, qui mittendus erat, Heliam ait veniſſe, Ioannem ſignificans, de quo ad multitudinẽ teſtificatur, ſi vultis recipere, ipſe eſt Helias. Ne moueat vos, quòd Heliam non putatis vidiſſe vos ante hunc, de quo, an ſit Chriſtus, ambigitis. Quippe, ſi libet credere, nemo falletur: quòd Ioannem, qui me anteceſſit, arbitretur Heliam eſſe, qui venturus eſt, non per tranſanimationem, velut in huius corpus anima migrauerit illius, aut quòd redditus ſit Iudęæ Thesbites ille, qui igneo curru hominibus ereptus eſt, ſed quia præceſſit me in ſpiritu & virtute Heliæ, vt conuerta t corda patris in filios, & incredulos ad prudentiam iuſtorum, parẽtque domino plebem perfectam, ſicut angelus de illo vaticinatus eſt, quum naſciturũ patri nũciauit. Lucæ primo. Quam rem excelſam & myſterij maximi plenã quũ dominus deſignaret, nec plenam apertámque ſententiam promeret, more ſuo auditorum mentes excitauit, ac in ſublime ſuſtulit, dicens: Qui habet aures audiendi audiat. Et profectò Ioannes maxima vitæ parte Heliã referebat, vterque in eremo vixit, vterque zona accinctus pellicea, vterque reges ſceleroſos obiurgans, vterque à regibus inſectatus atq; vexatus, vterque quàm primum dominum venturum prænuncians. Nihil ergo oberat, quo minus Helię nomine Ioannes eſſe cenſeretur, nuncius prioris aduentus Chriſti, ſicut ille poſterioris, & qui venturus eſt in ſecundo ſeruatoris aduentu iuxta corporis ſpeciem, iam per Ioannem venerit ſpiritu & virtute. b Iudæos in Chriſtum verum.) Hoc eſt quod dominus ait: Helias quidem venturus eſt, qui reſtituet omnia. Dum corrigit,

A corrigit, inquit, Chryſoſtomus infidelitatem Iudæorum, qui tunc inuenientur. Quod eſt cõuertere corda patrum ad filios Iudæorum videlicet, hoc eſt, ad Apoſtolos. Quærit poſtea ſi tot bona pariet Heliæ præſentia, quin illum ante ſuum priorem aduentũ dominus miſit? Reſpondet, quia etiam tum Iudæi Chriſtum exiſtimantes Heliam non ei fidem habuerunt, in fine vero mundi Heliæ credent, quia quum poſt tam diuturnam expectationem venerit annuncians Ieſum, facilius recipient, quæ ab eo dicentur. c Id eſt, cor patrum ad filios.) Sic ex Hebræo vertit Hieronymus Malachiæ. iiij. d Et cor hominis ad proximũ ſuũ.) Hieronymus ſic, & cõuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres. e Iudęis enim nunc.) In codice Brugen. ſic legitur: Iudæis enim nunc auerſum cor habet deus à Chriſto noſtro, quia hoc putant. Eſt enim hæc vulgaris locutio, tibi ego non ſum eruditus, q. nõ videor. Quale eſt illud Craſſi: Non es meus conſul, cui ego non ſum ſenator.

Quòd in libris veteris teſtamenti cũ deus legitur iudicaturus, non euidenter Chriſti perſona mõſtretur, ſed ex quibuſdã teſtimoniis, ubi dominus deus loquitur, non dubie appareat, quòd ipſe ſit Chriſtus.

Caput XXX.

MVlta alia ſunt ſcripturarum teſtimonia diuinarũ de nouiſſimo iudicio dei, quæ ſi omnia colligam, nimis lõgũ erit. Satis ergo ſit, quod & nouis & veteribus [a] literis ſacris hoc prænunciatum eſſe probauimus, per Chriſtum futurum eſſe iudicium
B id eſt, iudicem Chriſtum de cœlo eſſe venturum, nõ tã veteribus quàm nouis euidenter expreſſum: propterea quia cum ibi dicitur: dominus deus eſſe venturus, vel dominum deum dicitur eſſe venturum, non conſequẽter intelligitur Chriſtus. dominus enim deus & pater eſt, & filius, & ſpiritus ſanctus, neq; hoc tamẽ inteſtatũ relinquere nos oportet. Primo itaque demõſtrandum eſt, quemadmodum Ieſus Chriſtus tanquam dominus deus loquatur in propheticis libris, & tamẽ Ieſus Chriſtus euidenter appareat: vt & quando ſic non apparet: & tamen ad illud vltimũ iudicium dominus deus dicitur eſſe venturus, poſſit Ieſus Chriſtus intelligi. Eſt locus apud Eſaïam prophetam, qui hoc quod dico euidenter oſtendit: Deus enim per Prophetam: Audi me,
Eſa. 48. inquit, Iacob & Iſraël quẽ ego voco. Ego ſum primus, & ego in ſempiternum: & manus mea fundauit terrã, & dextera mea firmauit cœlum. Vocabo eos, & ſtabunt ſimul, & congregabũtur omnes & audient. Quis eis enunciauit hæc: Diligens te, feci volũtatem tuam ſuper Babylonem, vt auferrem ſemen Chaldæorũ. Et locutus ſum, & ego vocaui. Adduxi eum, & proſperam feci viam eius. Accedite ad me, & audite hæc. Non à prin-
C cipio locutus ſum in abſcondito, quãdo fiebant, ibi erã. Et nunc dominus deus miſit me, & ſpiritus eius. Nẽpe
Li. 2. de trinita. cap. 5. ipſe eſt qui loquebatur ſicut dominus deus: nec tamen intelligeretur Ieſus Chriſtus, niſi addidiſſet, Et nũc dominus deus miſit me, & ſpiritus eius. Hoc enim dixit
Philip. 2. ſecundum formam ſerui de re futura, vtens pręteriti temporis verbo, quemadmodum apud eundẽ Prophetam legitur: Sicut ouis ad imolandum ductus eſt: Non
Eſa. 53. enim ait ducetur, ſed pro eo quod futurum erat præteriti temporis verbũ poſuit. Et aſſidue Propheta ſic loquitur. Eſt & alius locus apud Zachariam, qui hoc euidenter oſtendit, quod omnipotentem miſit omnipotens. Quis quem niſi deus pater, deum filium? Nam ita
Zacha. 2. ſcriptũ eſt, Hæc dicit dominꝰ omnipotens: Poſt gloriã miſit me ſuper gẽtes, quę ſpoliauerũt vos, quia qui tetigerit vos, quaſi qui tãgit pupillam oculi eius. Ecce ego inferam manum meam ſuper eos, & erunt ſpolia his, qui ſeruierant eis, & cognoſcetis, quia dominus omnipotens miſit me. Ecce dicit dominus omnipotẽs, à domino omnipotẽte ſe miſſum. Quis hic audeat intelligere niſi Chriſtũ loquentem, ſcilicet ouibus quæ perie-
Matth. 15. rant domus Iſraël? Ait nanq; in Euangelio: Non ſum miſſus, niſi ad oues quæ perierũt domus Iſraël, quas hic D
comparauit pupillæ oculi dei, propter excellẽtiſſimum dilectionis affectum, ex quo genere ouium, etiam ipſi Apoſtoli fuerũt. Sed poſt gloriam reſurrectionis vtiq; ſuę, quæ antè quàm fieret, ait Euangeliſta θ Ioannes: Nondum erat ſpiritus datus, θ quia Ieſus nondum erat Ioan. 7.
glorificatus: etiam ſuper gentes miſſus eſt in Apoſtolis ſuis: ac ſic impletum eſt quod in Pſalmo legitur, Eruesme de contradictionibus populi, cõſtitues me in caput
gentium: vt qui ſpoliauerãt Iſraëlitas, quibuſq; Iſraëli- Pſal. 17.
tæ ſeruierant, quando ſunt gentibus ſubditi, non viciſſim eodem modo ſpoliarentur, ſed ipſi ſpolia fierent Iſraëlitarum. Hoc enim Apoſtolis promiſerat, dicẽs: Fa- Matth. 4.
ciam vos piſcatores hominum. Et vni eorum: Ex hoc Lucæ. 5.
iam, inquit, homines eris capiens. Spolia ergo fient, ſed Marci. 3.
in bonum tãquam erepta vaſa illi forti, ſed fortius al- Matth. 12.
ligato. Item per eundem Prophetam dominus loquẽs: Zacha. 12.
Et erit, inquit, in die illa, quæram auferre omnes gẽtes, quæ veniunt contra Hieruſalem, & effundam ſuper domum Dauid, & ſuper habitatores Hieruſalem ſpiritũ gratiæ, & miſericordię, & aſpicient ad me pro eo quod inſultauerunt, & plangent ſuper eo planctũ, quaſi ſuper E
chariſſimũ, & dolebũt dolore quaſi ſuper vnigenitum. Nunquid niſi dei eſt auferre omnes gentes inimicas ſanctæ ciuitatis Hieruſalem, quæ veniunt contra eam, id eſt, contrariæ ſunt ei? Vel ſicut alij ſunt interpretati, veniunt ſuper eam, id eſt, vt eam ſibi ſubiiciant, aut ſuper domũ Dauid effundere, & ſuper habitatores eiuſdẽ ciuitatis ſpiritum gratiæ & miſericordiæ? Hoc vtique dei eſt, & ex perſona dei dicitur per Prophetam: & tamen hunc deum hæc tam magna & tam diuina faciẽtem ſeſe Chriſtus oſtendit, adiungendo atq; dicendo: Et aſpicient ad me pro eo quod inſultauerunt b, & plãgent ſuper eo planctum, quaſi ſuper chariſſimum, ſiue dilectum, & dolebunt dolore quaſi ſuper vnigenitum. Pœnitebit quippe in die illa Iudæos etiam eos, qui accepturi ſunt ſpiritum gratię & miſericordię, quòd in eius paſſione inſultauerũt Chriſto, cum ad eum aſpexerint in ſua maieſtate veniẽtem, eumq; eſſe cognouerint, quẽ prius humilem in ſuis parentibus illuſerunt, quanuis & ipſi parentes eorũ tantæ illius impietatis authores reſurgentes videbunt eum, ſed puniendi iam non adhuc corrigendi. Non itaq; hoc loco ipſi intelligẽdi ſunt, vbi F
dictum eſt: Et effundam ſuper domum Dauid, & ſuper habitatores Hieruſalem ſpiritum gratię & miſericor- Ibidem.
diæ, & aſpicient ad me pro eo quod inſultauerunt, ſed tamen de illorum ſtirpe veniẽtes, qui per Heliam illo tempore ſunt credituri. Sed ſicut diximus Iudæis, vos occidiſtis Chriſtum, quanuis hoc parentes eorum fecerint, ſic & iſti ſe dolebũt feciſſe quodãmodo, quod fecerunt illi, ex quorum ſtirpe deſcendunt. Quanuis ergo accepto ſpiritu gratiæ & miſericordię iam fideles non damnabuntur cum impiis parentibus ſuis, dolebũt tamen tanquam ipſi fecerint, quod ab illis factũ eſt. Non igitur dolebũt reatu criminis, ſed pietatis affectu. Sanè Ibidem.
vbi dixerunt ſeptuaginta interpretes: Et aſpicient ad me pro eo quòd inſultauerunt: ſic interpretatum eſt ex Hebręo: Et aſpicient ad me quem confixerunt. Quo quidem verbo euidentius Chriſtus apparet crucifixus. Sed illa inſultatio quam Septuaginta ponere maluerunt, eius vniuerſæ non defuit paſſioni. Nam & de- Matth. 27
tento, & alligato, & adiudicato, & opprobrio ignominioſæ veſtis induto, & ſpinis coronato, & calamo in capite percuſſo, & irridenter flexis genibus adorato, & crucem ſuam portanti, & in ligno iam pendenti

G vtiq; insultauerunt. Proinde interpretationem nõ sequentes vnam,sed vtrãq; iungentes, cum & insultauerunt,& confixerunt legimus,plenius veritatem dominicæ passionis agnoscimus. Cũ ergo in propheticis literis ad nouissimum iudiciũ faciendũ deus legitur esse vẽturus,etsi eius alia distinctio non ponatur:tantũmodo propter ipsum iudiciũ Christus debet intelligi,quia etsi ipse pater iudicabit, per aduentum tamen filij hominis iudicabit. Nam & ipse per suæ præsentiæ manifestationem non iudicabit quenquam, sed omne iudicium dedit filio. Qui manifestabitur homo iudicaturus,sicut homo est iudicatus. Quis est enim ali[9],de quo item deus loquitur per Esaiam sub nomine Iacob & Israël de cuius semine corpus accepit? Quod ita scriptũ est:Iacob puer meus,suscipiam illũ, Israël electus meus, assumpsit eum anima mea. Dedi spiritum meũ in illũ, iudicium gentibus proferet. Non clamabit neq; cessabit,neque audietur foris vox eius. Calamũ quassatum non conteret, & linum fumans non extinguet, sed in veritate proferet iudiciũ. Refulgebit, & nõ confringetur, donec ponat in terra iudiciũ,& in nomine eius gẽtes sperabũt. In Hebræo nõ legitur Iacob [c] & Israël. Sed quod ibi legitur seruus meus:nimirũ Septuaginta interpretes volentes admonere quatenus id accipiẽdum sit,quia scilicet propter formam serui dictũ est, in qua se altissimus humillimum præbuit,ipsius hominis nomen ad eum significandum posuerunt,de cuius genere eadem serui forma suscepta est. Datus est in eum spiritus sanctus,quod & colũbæ specie Euangelio teste mõstratum est. Iudiciũ gentibus protulit,quia prænunciauit futurum:quod gentibus erat occultum. Mansuetudine non clamauit:nec tamen in prædicanda veritate cessauit. Sed non est audita foris vox eius, nec auditur, quandoquidem ab eis qui foris ab eius corpore præcisi sunt,non illi obediturʼ,ipsoſq; suos persecutores Iudęos, qui calamo quassato perdita integritate & lino fumãti amisso lumine [d] comparati sunt,non contriuit,nec extinxit,quia pepercit eis,qui nondum venerat eos iudicare,sed ab eis iudicari. In veritate sanè iudiciũ protulit,prædicens eis quando puniendi essent, si in sua malignitate persisterent. Refulsit in monte facies eius, in orbe fama eius, nec confractus,siue contritus est , quia neq; in se,neq; in Ecclesia sua,vt esse desisteret, persecu I toribus cessit. Et ideo nõ est factum, nec fiet, quod inimici eius dixerunt , vel dicunt: Quando morietur, & peribit nomen eius,donec ponat in terra iudiciũ. Ecce manifestatum est,quod absconditũ quærebamus. Hoc enim est nouissimum iudiciũ,quod ponet in terra,cum venerit ipse de cœlo. De quo iam videmus impletum, quod hic vltimũ positũ est:Et in nomine ei[9] gẽtes sperabũt. Per hoc certe quod negari non potest, etiã illud credatur,quod impudenter negatur. Quis enim speraret,quod etiam hi,qui nolũt adhuc credere in Christũ, iam nobiscum vident:& quoniam negare nõ possunt, dentibus suis frendent,& tabescunt? Quis,inquam speraret gentes in Christi nomine speraturas esse [e],quãdo tenebatur,ligabatur,cædebatur, illudebatur, & crucifigebatur,quando & ipsi discipuli spẽ perdiderant,quam in illo habere iam cœperãt? Quod tunc vix vnus latro sperauit in cruce,nunc sperant gentes lõge lateq; diffusæ. Et ne in æternum moriantur, ipsa in qua ille mortuus est cruce signantur. Nullus igitur, vel negat, vel dubitat per Iesum Christum tale quale istis sacris literis prænunciatur, futurũ esse nouissimũ iudicium, nisi qui eisdẽ literis, nescio qua incredula animositate seu

Ioan.5.
Esa.42.
Matth.12.
Philip.2.
Matth.3.
Esa.42.
Matth.12.
Esa.42.
Matth.12.
Psal.111.
Matth.27
Lucæ.24.
Lucæ.23.
Matth.17.
Esa.42.
Psal.40.

cæcitate non credit: quæ iam veritatem suam orbi demõstrauere terrarum. In illo itaq; iudicio, vel circa illud iudicium, has res didicimus esse futuras. Heliam Thesbiten,fidem Iudæorũ, Antichristũ persecuturum, Christũ venturũ iudicaturum, mortuorũ resurrectionem,bonorum malorumq; diremptionem: mundi cõfragationẽ eiusdemq; renouationẽ. Quæ omnia quidẽ ventura esse credendum est. Sed quibus modis, & quo ordine veniant,magis tunc docebit rerum experiẽtia, quàm nunc valet consequi ad perfectum hominũ intelligentia. Existimo tamen eo quo à me cõmemorata sunt ordine esse ventura. Duo nobis ad hoc opus pertinentes reliqui sunt libri,vt adiuuãte domino promissa compleamus, quorũ vnus erit de malorum supplicio, alius de fœlicitate iustorũ. In quibus maxime sicut de[9] donauerit *,argumenta refellentur humana,quæ cõtra prædicta ac promissa diuina sapienter sibi miseri reddere videntur,& salubris fidei nutrimenta velut falsa & ridenda contemnunt. Qui vero secundum deum sapiunt,omnia quæ incredibilia videntur hominibus, & tamen scripturis sanctis , quarum iam veritas multis modis asserta est,continẽtur,maximum argumentum tenent veracem dei omnipotẽtiam, quem certum habent,nullo modo in eis potuisse mẽtiri,& posse facere, quod impossibile est infideli.

aliàs dictauerit.

a Satis ergo sit,quod & nouis,& veteribus.) Hic contextus non dubium,quin sit depraua tus. In antiquis codicibus aliter legitur, sed etiam parum integro sensu,quem certũ est hunc esse,iudicium dei ex literis vtriusque instrumenti facile colligi, sed ex veteribus iudicium tantũ dei expresse:at iudiciũ Christi filij ex veteribus quoque,cæterum apertius ex nouo testamento. hinc quisque sibi lectionem suo arbitratu & captu restituat:nos sic putamus posse scribi. Satis ergo sit quod & nouis & veteribus literis sacris hoc pronũciatum esse probauimus,sed veteribus:per Christum futurum esse iudicium,id est,iudicem Christum de cœlo esse venturum,non adeo quàm nouis euidenter expressum. Propterea quia quum ibi dicit dominus venturum se esse, vel dominum deũ &c. Lactantius lib.vij. Poëtas ait ex hoc Christi iudicio suos apud inferos effinxisse iudices, quoniam,inquit,rectorem cœli non alium putãt, quàm Iouem,iudicare apud inferos Iouis filium tradiderunt: sed tamen non Apollinem,aut Liberum,aut Mercurium,qui cœlestes putantur,sed deum, qui & mortalis fuerit,& iustus,vel Minoëm,vel Aeacum,vel Rhadamanthum. b Et aspicient ad me, pro eo quod insultauerunt.) Sic verterunt Lxx. ex Hebræo vero Hieronymus,& aspicient ad me, quẽ cõfixerunt:quem sensum secutus est Ioannes apostolus capite.xix. Hieronymus ait,parũ apicẽ fuisse in causa cur Lxx. pro trãsfixerũt, verterint ὤρχησαντο,id est,saltauerunt. c In Hebręo nõ legitur Iacob.) Quod docet Hieronymus Esaiæ xlij.sic vertens: Ecce seru[9] meus,suscipiam eũ, electus meus,cõplacuit sibi in eo anima mea. d Lino fumãti amisso lumine.) Non omittam quod Plutarchus in quæstionibus narrat, veteres olim non solitos ellychnium extinguere,sed ipsum per se languescere,& deficere solitos permitti,cuius aliquot reddit causas, seu, quòd ignis hic cognat[9] esset illi[9] inextinguibilis,& immortalis cœlestis ignis, seu quòd iudicarent non oportere quod animatum esset, nisi noceat, interimere. Porrò ignẽ animal putabant: nec immerito,nã & alimẽto eget,& per se mouetur,& quum extinguitur,velut occidatur, vocem emittit: seu quia eiusmodi docemur more,non oportere,nec ignem,nec aquam,nec corũ quicquam, quæ ad vsum spectant,& si abunde suppetant consumere, aut corrumpere,sed indigentibus vtẽda relinquere,quũ iam nobis illa opus nõ sint. tantum Plutarchus, quarum causa prima ad pietatem & cultum deorum spectat,altera ad mansuetudinem,tertia ad humanitatem benignitatemq;. Potest hoc loco philosophari, si quis volet. e Quis, inquam,speraret gentes in Christi nomine speraturas esse.) Profectò Christus futurarum rerum erat cõscius & certissimus immortalitatis religionis suæ,quippe qui morti propinquus comitatus tantum duodecim imbecillibus & ignauis aduersante genere tota Iudæa nihilominus Euangelium suum diuulgatũ iri orbe toto prædicabat, & quũ discipulos præmonuerat,fore vt ab omnibus caipsa nocte solus ad supplicũ extremũ, deseretur,se tamen pollicebatur secum illis futurũ vsque in finẽ seculorũ.

FINIS.

ELENCHVS
CAPITVM IN LIB. XXI.
Diui Aurelij Augustini de Ciuitate dei.

1 De ordine disputationis , qua prius differendum est de perpetuo supplicio damnatorum cum diabolo,quàm de æterna fœlicitate sanctorum.
2 An possint corpora in vstiõe ignis esse perpetua.
3 An consequens sit,vt corporeum dolorem sequatur carnis interitus.
4 De naturalibus exemplis, quorum consideratio doceat posse inter cruciatus viuẽtia corpora permanere.
5 Quanta sint quæ non recte queant agnosci, & tamen eadem esse non sit ambiguum.
6 Quod nõ omnia miracula naturalia sint,sed pleraque humano ingenio modificata, pleraque autem dæmonum arte composita.
7 Quod in rebus miris summa credendi ratio sit omnipotentia creatoris.
8 Non esse contra naturam,cum in aliqua re,cuius natura innotuit aliquid ab eo quod erat notũ incipit esse diuersum.
9 De gehenna & æternarum qualitate pœnarum.
10 An ignis gehennalis si corporalis est,possit malignos spiritus , id est, dæmones incorporeos tactu suo adurere.
11 An hoc ratio iustitiæ habeat , vt non sint extensiora pœnarum tẽpora quàm fuerint peccatorũ.
12 De magnitudine præuaricationis primæ , ob quã æterna pœna omnibus debeatur qui extra gratiã fuerint saluatoris.
13 Contra opinionem eorum , qui putant criminosis supplicia post mortem causa purgationis adhiberi.
14 De pœnis temporalibus istius vitæ, quibus subiecta est humana conditio.
15 Quod omne opus gratię dei eruentis nos de profunditate veteris mali, ad futuri seculi pertineat nouitatem.
16 Sub quibus gratiæ legibus omnes regeneratorũ habeantur ætates.
17 De his qui putãt nullorum hominum pœnas in æternum esse mansuras.
18 De his qui nouissimo iudicio propter itercessiones sanctorum neminem hominum putant dãnandum.
19 De his qui impunitatẽ omnium peccatorũ promittunt etiam hæreticis , propter participationẽ corporis Christi.
20 De his qui non omnibus , sed eis tantũ,qui apud catholicos sunt regenerati, etiã si postea in multa crimina erroresq; proruperint , indulgentiam pollicentur.
21 De his qui eos qui permanent in catholica fide, etiã si pessime vixerint ,& ob hoc vri meruerint: tamen propter fidei fundamentum saluandos esse definiunt.
22 De his qui putant ea crimina quæ , inter eleemosynarum opera committuntur , ad damnationis iudicium non vocari.
23 Contra opinionem eorum qui dicunt , nec diaboli, nec hominum malorũ perpetua futura supplicia.
24 Contra eorum sensum , qui in iudicio dei omnibus reis propter sanctorum preces putãt esse parcendum.
25 An hi qui inter hæreticos baptizati sunt & deteriores postea male viuẽdo facti sunt : vel hi qui apud catholicos renati , ad hæreses ,ad schismata transierũt:vel hi qui à catholicis,apud quos renati sunt, non recedentes criminose viuere perstiterunt, possint priuilegio sacramentorum remissionem æterni sperare supplicij.
26 Quid sit in fundamento habere Christũ, & quibus spondeatur salus quasi per ignis vsturam.
27 Contra eorum persuasionem,qui putant sibi non obfutura peccata,in quibus cum eleemosynas facerent perstiterunt.

D. AVRELII AVGVSTINI
Episcopi,de Ciuitate dei, ad Marcellinum Liber. XXI.

De ordine disputationis,qua prius differendum est de perpetuo supplicio damnatorum cum diabolo,quàm de æterna fœlicitate sanctorum. Caput I.

CVm per Iesum Christum dominum nostrum iudicem viuorum atque mortuorum ad debitos fines ambæ peruenerint ciuitates , quarum vna est dei , altera diaboli , cuiusmodi supplicium sit futurum diaboli , & omnium ad eum pertinentium,in hoc libro à nobis,quantum ope diuina valebimus,diligentius disputandum est. Ideo autem hũc tenere ordinem malui,vt postea differam de fœlicitate sanctorum, quoniam vtrumq; cum corporibus erit: & incredibilius videtur esse in æternis corpora durare cruciatibus , quàm sine dolore vllo in æterna beatitudine permanere. Ac per hoc cum illam pœnam non debere esse incredibilem demõstrauero , adiuuabit me plurimum,vt multo facilius omni carẽs molestia immortalitas corporum in sanctis futura credatur. Nec à diuinis ordo iste abhorret eloquiis,vbi aliquando quidem bonorũ beatitudo prius ponitur,vt est illud: Qui bona fecerunt in resurrectionem vitæ, qui autem mala egerunt,in resurrectionem iudicij, sed aliquando & posterius,vt est:Mittet filios hominis angelos suos , & colligent de regno eius omnia scandala, & mittent in caminum ignis ardentis : illic erit fletus & stridor dẽtium:tunc iusti fulgebunt , sicut sol in regno patris sui. Et illud:Sic ibunt iniusti in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam. Et in prophetis, quod commemorare longum est,nunc ille,nunc iste ordo si quis inspiciat, inuenitur. Sed ego istum qua causa elegerim dixi.

2.Timo.4
Ioan.5.
Matth.13.
Matth.25.

An possint corpora in ustione ignis esse perpetua. Caput II.

QVid igitur ostendam vnde conuincantur increduli , posse humana corpora animata atq; viuentia, non solum nunquam morte dissolui,sed in æternorum quoque ignium durare tormẽtis? Nolunt enim hoc ad omnipotentis nos referre potẽtiam,sed aliquo exẽplo persuaderi sibi flagitant . Quibus si respondebimus,esse animalia profecto corruptibilia,

G bilia,quia mortalia, quæ tamen in mediis ignibus viuant, nonnullum etiam genus vermium in aquarum calidarum ſcaturigine [a] reperiri, quarum feruorẽ nemo impune contrectat: illos autem nõ ſolum ſine vlla ſui læſione ibi eſſe,ſed extra eſſe non poſſe,aut nolũt credere,ſi oſtendere nõ valemus: aut ſi valuerimus,ſiue oculis demonſtrare res ipſas, ſiue per teſtes idoneos edocere,non ſatis hoc eſſe ad exemplũ rei de qua quæſtio eſt,eadem infidelitate contendunt: quia hæc animalia,nec ſemper viuunt, & in illis feruoribus ſine doloribus viuunt, ſuæ quippe naturæ cõueniẽtibus vegetantur,illis nõ cruciantur elementis: quaſi non incredibilius ſit vegetari, quàm non cruciari talibus rebus. Mirabile eſt enim dolere in ignibus, & tamen viuere, ſed mirabilius viuere in ignibus,nec dolere. Si autem hoc creditur,cur non & illud?

IOANNIS LODOVICI VIVIS Valentini in. XXI. librum de Ciuitate dei D. Aurelij Auguſtini commentarij.

H NOnnullum etiam genus vermium in aquarum calidarũ ſcaturigine.) Sunt enim aquæ plurimæ,quę erumpũt calidæ,quod earum ſubterraneus deflux[b] fiat per venas ſulphureas. Empedocles putat caleſcere eas ignibus, quos multis locis terra opertos tenet, vt Seneca lib.iij.quæſtio.natura. refert, eas pro certo compertoq; tradunt multis morbis præſentaneum eſſe remediũ.ſũt in Italia crebræ,& in Germania nobiliſſi. Aquiſgrani balneis à natura paratis ſine noſtro impendio & artificio, aliiſq; pleriſque in locis, de quis caput eſt apud Plinium libro primo & triceſimo Secundum.

An conſequens ſit, ut corporeum dolorem ſequatur carnis interitus. Cap. III.

SEd nullum eſt, inquiunt, corpus quod dolere poſſit, nec poſſit mori [a]. Et hoc vnde ſcimus? Nam de corporib[b] quis certus eſt dæmonũ [b], vtrum in eis doleant, quando ſe affligi magnis cruciatibus confitentur? Quod ſi reſpõdetur†, terrenum corpus ſolidum, ſcilicet atque cõſpicuum nullum eſſe: atque vt vno potius nomine id explicem, nullã eſſe carnem quæ dolere poſſit, moriq; non poſſit, quid aliud dicitur, niſi quod ſenſu corporis homines & experientia collegerunt? Nullam nanque carnem niſi mortalem ſciunt. Et hæc eſt eorum tota ratio, vt quod experti nõ ſunt, nequaquam eſſe poſſe arbitrentur. Nanque cuius rationis eſt dolorem facere mortis argumentum, cum vitæ potius ſit indicium? Et ſi enim quærimus vtrum ſemper poſſit viuere, certum tamen eſt viuere omne quod dolet, doloremq; omnẽ niſi in re viuente eſſe nõ poſſe. Neceſſe eſt ergo vt viuat dolens, non eſt neceſſe, vt occidat dolor, quia nec corpora iſta mortalia & vtique moritura, omnis dolor occidit. Vt autem dolor aliquis poſſit occidere, illa cauſa eſt, quoniam ſic eſt anima connexa huic corpori, vt ſummis doloribus cedat atque diſcedat, quoniam & ipſa compago membrorũ, atque vitalium ſic infirma eſt, vt eam vim, quę magnũ vel ſummum dolorem facit [c], nõ valeat ſuſtinere. Tũc autem tali corpori anima & eo connectetur modo, vt illud vinculum ſicut nulla temporis longitudine ſoluitur, ita nullo dolore rumpatur. Proinde etiam ſi caro nũc talis nulla eſt, quæ ſenſum doloris perpeti poſſit, mortemq; non poſſit: erit tamẽ tunc talis caro, qualis nunc non eſt, ſicut talis erit & mors, qualis nunc nõ eſt. Non enim nulla, ſed ſempiterna mors erit, quando nec viuere anima poterit deum non habendo, nec doloribus corporis carere moriendo. Prima mors animã nolentem pellit de corpore, ſecunda mors animam nolẽtem tenet in corpore. Ab vtraque morte communiter id habetur, vt quod non vult anima, de ſuo corpore patiatur. Attendunt autem iſti contradictores nullam eſſe nunc carnem quæ dolorem pati poſſit, mortemq; non poſſit, & non attendunt eſſe tamen aliquid tale quod corpore maius ſit. Ipſe quippe animus, cuius præſentia corpus viuit, & regitur, & dolorẽ pati poteſt, & mori non poteſt. Ecce inuenta res eſt, quæ cum ſenſum doloris habeat, immortalis eſt: hoc igitur erit tũc etiam in corporibus damnatorum, quod nunc eſſe ſcimus in animis omnium. Si autem conſideremus diligentius, dolor qui dicitur corporis, magis ad animam pertinet. Animæ enim eſt dolere, non corporis, etiam quando ei dolendi cauſa exiſtit à corpore, cũ in eo loco dolet, vbi læditur corpus. Sicut ergo dicimus corpora ſentientia, & corpora viuẽtia, cum ab anima ſit corporis ſenſus & vita, ita & corpora dicimus dolentia, cũ dolor corporis niſi ab anima eſſe nõ poſſit. Dolet itaq; anima cum corpore in eo loco eius, vbi aliquid cõtingit vt doleat. Dolet & ſola quanuis ſit in corpore, cum aliqua cauſa etiam inuiſibiliter triſtis eſt ipſa corpore incolumi. Dolet etiam non in corpore conſtituta. Nã vtique dolebat diues ille apud inferos, quando dicebat: Crucior in hac flamma. Corpus autẽ nec exanime dolet, nec animatum ſine anima dolet. Si ergo à dolore argumentum recte ſumeretur ad mortẽ, vt ideo mors poſſit accidere, quia potuit accidere & dolor, magis ad animam pertineret mori, ad quam magis pertinet & dolere. Cũ vero illa quæ magis dolere poteſt, non poſſit mori, quid momenti affert cur illa corpora, quoniã futura ſunt in doloribus, ideo etiam moritura eſſe credamus? Dixerunt quidam Platonici [d], ex terrenis corporibus moribundisq; membris eſſe animæ & metuere, & cupere, & dolere, atque gaudere. Vnde Vergilius: Hinc, inquit, id eſt, ex moribũdis terreni corporis mẽbris, metuunt cupiuntq; dolent gaudentq;. Sed conuicimus eos in quarto decimo huius operis libro, habere animas ſecundum ipſos ab omni etiam corporis labe purgatas, diram cupiditatem, qua rurſus incipiunt in corpora velle reuerti. Vbi autem poteſt eſſe cupiditas, profecto etiam dolor poteſt. Fruſtrata quippe cupiditas ſiue non perueniendo, quò tendebat, ſiue amittendo, quò peruenerat, vertitur in dolorem. Quapropter ſi anima, quæ vel ſola vel maxime dolet, habet tamen quandam pro ſuo modo immortalitatem ſuam [e], non ideo mori poterunt illa corpora, quia dolebunt. Poſtremo, ſi corpora faciunt, vt animæ doleant, cur eis dolorem poſſunt, mortẽ vero inferre non poſſunt, niſi quia conſequens non eſt, vt mortem faciat, quod dolorem facit. Cur ergo incredibile eſt, ita ignem illis corporibus dolorem poſſe inferre non mortem, ſicut ipſa corpora dolere animas faciunt, quas tamen non ideo mori cogunt? Nõ eſt ergo neceſſariũ futuræ mortis argumentum dolor.

Matth.8. †al. confitentur.

Lucæ.16.

Aene.6.

Cap.5.

a SEd nullum eſt, inquiunt, corpus quod dolere poſ. nec poſ. mor.) Omnes enim veteres philoſophi, Plato, Ariſtoteles, Epicurus, Zeno, Cicero, Seneca, quicquid doleret, interiturum tandem arguebant. hinc eſt illud Ariſto. tertio librorum moralium, Dolor diſtrahit, ac perimit naturam eius in quo eſt: & Ciceronis. iij. de na. deorum, Quod dolorem accipit, id etiam accipiat interitum neceſſe eſt, ex quo probat animal nullum ſempiternum eſſe. b Nam de corporib[b] quis certus eſt dæmonum.) Diſputatur inter Platonicos an dæmonum corpora ſentiant, doleantq;. ſunt qui in neruis totam vim ſentiendi ſtatuant, quibus carere aiunt dæmones, ideo nec ſentire, nec pati dolorem vlla vi quire: qui iis aduerſantur, non in neruo doloris patientiam ſitam eſſe, ſed in ſpiritu neruum ambiente dicunt, qui ſi neruum deſerat, ſtupeſcat neru[b] protinus, & ſine functione vlla iaceat, extinctum ea eſt enim velut nerui vita. atque hi accommodatius ad naturam rei loquuti exiſtimantur. itaque iſti ſpiritale dæmonum corpus, & tangere & tangi poſſe affirmant, & proinde dolore affici, ſed ſubitario fluxoq;, niſi diutius hęreat prematq; dolorem afferens. nam duriore corpore ſecari ſpiritalia illa poſſunt, cęterum ex templo coire, nec apertam diutius eſſe plagã, ideo quo ſunt, inquiunt, corporibus denſioribus & concretioribus, hoc magis dolori

A dolori perferendo ſunt obnoxij, & diuturnius eo afficiuntur: quo circa minas præcipitiorum, & enſes pauent. Hæc ex Michaẽle Pſello, & Marco illo dæmonicola primario. Qua forſan opinione Verg. vj. Aeneid. Sibyllam inducit præcipientem Aeneæ, vt aduerſus concurſum frequentium dæmonum enſęm diſtringat: Tuq;, in quit, inuade viã, vaginaq; libera ferrum. c Vt eam vim, quæ magnum, vel ſummum dolorem facit.) Eſt enĩ dolor, vt à Cicerone diffinitur. ij. Tuſcu. quæſtio. motus aſper in corpore à ſenſibus alienus, qui ſi ingraueſcat, opprimit vitalia, & perimit hominem: ſeu id fiat aucta ſupra modũ aliqua ex corporis qualitatibus, ſiue ardore, ſiue humore, ſiue ſpiritibus, ſiue excrementis, & terreſtri materia, ſiue imminuta ex iis quapiam, ſeu perpetuitate corporis preſſa ſeu diſiuncta. his enim de cauſis ſolet ferè dolor in corporibus gigni. d Dixerunt quidam Platonici.) Sic & Ariſtoteles libro de anima primo negat animam iraſci, gaudere, timere, nõ ſecus quàm texere, vel ædificare, quoniam vt hæc agit per corpus, ita & illa. quod ſi hoc de ira & gaudio admittamus, profecto & dolor ab anima eadem ratione excludetur, quem & excludunt Alexander, & Themiſtius ab anima ſine corpore. Cæterum hac de re non eſt hic locus diſputandi: nam qui affectibus vniuerſis priuant animã corpore non comitatã, aut nuſquàm à corpore ſeparari volũt, aut torpentẽ & ſine omni prorſus actione relinquent, quũ è corpore diſceſſerit, ac prorſus talẽ, qualẽ ipſi iidẽ ridẽt Epicuri deũ abſque omni actione ac motu. & Ariſtotelis dictum effuſum eſt per ardorẽ diſputandi, dũ totis animis in perennitatẽ illã motus, quam animæ Plato tribuebat inuadens, omni motu animã conatur ſpoliare, quò deformior ſit ornata prius tanta motus copia, ita ne affectus quidẽ permittit, nõ perinde vt ſibi prodeſſet, ac vt obeſſet magiſtro, cui[c] rationem illã de animæ immortalitate per motus originem & perennitatẽ plauſibilẽ Græcia tota videbat eſſe. Sed cõtroueſia eſt hæc in verbo, dolere fortaſſe non poſſit anima ſeiuncta à corpore: triſtari vero poteſt, & mœrere, quũ quod cupit nõ aſſequitur, aut aſſecuta perdit, quod tã eſt a-
B nimæ dolere, quàm corpori cruciari. e Pro ſuo modo immortalitatem ſuã.) Non enim ita immortalis eſt, vt æternum antea vixerit, nec vt extingui nulla vi queat, ſed quod condita ſemel à deo, nunquã ita peribit, vt in nihilum abeat, tametſi mortem pati poſſit, quam ſecundam dicimus ſupplicij perpetuum duraturi.

Dolor.

De naturalibus exemplis, quorũ cõſideratio doceat poſſe inter ignes viuentia corpora permanere. Ca. IIII.

QVapropter ſi, vt ſcripſerũt q naturas animaliũ curioſius indagarũt, Salamãdra in ignibus viuit [a]. Et quidam notiſſimi Siciliæ mõtes [b] qui tanta diuturnitate tẽporis, atq; vetuſtate vſq; nunc & deinceps flammis æſtuant ãtq; integri perſeuerãt, ſatis idonei teſtes ſunt, nõ omne quod ardet abſumi. Et anima indicat, nõ omne quod dolere poteſt, poſſe etiã mori. Quid adhuc à nobis rerum poſcuntur exempla, quibus doceamus nõ eſſe incredibile, vt hominum corpora ſempiterno ſupplicio punitorũ, & in igne animã non amittant, & ſine detrimento ardeãt, & ſine interitu doleant? Habebit enim tunc iſta carnis ſubſtantia qualitatẽ ab illo inditã [c], qui tam miras & varias tot rebus [d] indidit, quas videmus, vt eas, quia multæ ſunt, nõ miremur. Quis enim niſi deus creator omnium dedit carni pauonis mortui ne putreſceret [e]?
C Quod cũ auditu incredibile videretur, euenit vt apud Carthaginem nobis cocta apponeretur hæc auis. De cuius pectore pulparũ quantũ viſum eſt decerptũ ſeruare iuſſimus. Quod poſt dierũ tantũ ſpatiũ quãto alia caro quæcunq; cocta putreſceret prolatũ atq; oblatũ, nihil noſtrũ offendit olfactũ. Itemq; repoſitũ poſt dies amplius quàm triginta, idẽ quod erat inuentũ eſt. Idẽq; poſt annum, niſi quod aliquantũ corpulentiæ ſiccioris, & contractioris fuit. Quis paleæ dedit vel tam frigidã vim, vt obrutas niues ſeruet: vel tam feruidã, vt poma immatura maturet? De ipſo igne mira quis explicet, quo quæq; aduſta nigreſcunt cũ ipſe ſit lucidus, & penè omnia quæ ambit, & lambit colore, pulcherrimus decolorat, atq; ex pruna fulgida carbonẽ teterrimũ reddit? Neq; id quaſi regulariter diffinitũ eſt. Nã econtrario lapides igne candente percocti, & ipſi fiunt candidi, & quanuis ille magis rubeat, illi albido colore niteſcant [f]: congruit tamen illi luci, quod albũ eſt [g], ſicut nigrũ tenebris. Cũ itaq; ignis in lignis ardeat vt lapides coquat, contrarios habet nõ in cõtrariis rebus effectus. Et ſi enim lapides & ligna diuerſa ſunt, contraria tamen nõ ſunt [h], ſicut albũ & nigrũ: quorũ in lapidibus vnũ facit, alterũ in lignis, clarus illos clarificans, hæc obfuſcãs, cũ in illis deficeret, niſi in iſtis viueret. Quid in carbonibus? Nõne miranda eſt, & tanta infirmitas, vt ictu leuiſſimo frangantur, preſſu facillimo cõterãtur, & tãta firmitas, vt nullo humore corrũpantur, nulla ætate vincantur, vſq; adeo, vt eos ſubſternere ſoleãt [i] qui limites ſigunt, ad conuincendũ litigatorẽ, quiſquis poſt quãtalibet tẽpora extiterit, fixumq; lapidẽ limitem nõ eſſe contenderit? Quis eos in terra humida infoſſos, vbi ligna putreſcerẽt, tãdiu durare incorruptibiliter poſſe, niſi rerũ ille corruptor ignis effecit? Intueamur etiã miraculũ calcis, excepto eo de quo iam ſatis diximus, quod igne cãdeſcat, quo alia terra redduntur, etiam occultiſſime ab igne ignẽ cõcipit? Cũq; iam gleba tangentibus frigida tam latenter ſeruat, vt nulli noſtro ſenſui prorſus appareat, ſed cõpertus experimento etiã dũ nõ apparet, ſciatur ineſſe ſopitus. Propter quod eam calcem viuam [k] loquimur, velut ipſe ignis latens anima ſit inuiſibilis, viſibilis corporis. Iam vero quàm mirum eſt, quod cum extinguitur, tunc accenditur? Vt enim occulto igne careat, aquæ infũditur, aquáve perfunditur, & cũ ante ſit frigida, inde feruеſcit, vnde feruentia cuncta frigeſcunt. Velut expirante ergo illa gleba, diſcedens ignis, qui latebat apparet, ac deinde tanquam mortua ſic frigida eſt, vt adiecta vnda nõ ſit arſura, & quam calcem vocabamus viuam, vocemus extinctam. Quid eſt quod huic miraculo addi poſſe videatur? Et tamen additur. Nam ſi non adhibeas aquã, ſed oleum [l], quod magis fomes eſt ignis, nulla eius perfuſione vel infuſione feruеſcit. Hoc miraculũ ſi de aliquo Indico lapide legeremus, ſiue audiremus, & in noſtrum experimentũ venire nõ poſſet, profecto aut mẽdaciũ putaremus, aut certe grãditer miraremur. Quarum vero rerũ ante noſtros oculos quotidiana documenta verſantur, non genere minus mirabili, ſed ipſa aſſiduitate vileſcũt, ita vt ex ipſa India, quæ remota eſt pars orbis à nobis, deſierimus nonnulla mirari, quæ ad nos potuerunt miranda perduci. Adamantem lapidẽ multi apud nos habẽt, & maxime aurifices inſignitoreſq; gemmarum, qui lapis nec ferro, nec igni [m], nec alia vi vlla perhibetur, præterquam hircino ſanguine vinci. Sed qui eum habent atq; nouerunt, nunquid ita mirantur, vt hi quibus primũ potentia eius oſtenditur? Quibus autem nõ oſtenditur, fortaſſe nõ credunt, aut ſi credunt, inexperta mirantur, & ſi contigerit experiri, adhuc quidẽ mirantur inſolita. Sed aſſiduitas experiendi paulatim ſubtrahit admirationis incitamentũ. Magnetẽ lapidẽ [n] nouimus mirabilem ferri eſſe raptorem, quod cũ primũ vidi, vehementer inhorrui. Quippe cernebam à lapide ferreũ annulum raptum atq; ſuſpenſum, deindẽ tanquã ferro quod rapuerat vim dediſſet ſuam communemq; feciſſet, idẽ annulus admotus eſt alteri, eumq; ſuſpendit, atq; vt ille prior lapidi, ſic alter annulus priori annulo cohærebat. Acceſſit eodem modo tertius, acceſſit & quartus. Iãq; ſibi per mutua connexis circulis non implicatorũ intrinſecus, ſed extrinſecus adhęrentium, quaſi catena pependerat annulorum. Quis iſtã vim lapidis non ſtuperet [o], quæ illi non ſolum inerat, verumetiã per tot ſuſpenſa trãſibat & inuiſibilibus ea vinculis ſubligabat? Sed multo eſt mirabilius, quod à fratre & coëpiſcopo meo Seuero Milleuitano de iſto lapide cognoui. * Se ipſum nãq; vidiſſe narrauit, quemadmodũ Bathanus *† quondam comes Aphricæ, cum apud eum conuiuaretur Epiſcopus, eundẽ protulerit lapidẽ, & tenuerit ſub argẽto, ferrũq; ſuper

D

E

F

*aliàs, cõperi

*†al. Bathanarius.

G super argētū posuerit, deinde sicut subter mouebat ma num,qua lapidē tenebat, ita ferrum desuper mouebatur,atq; argento medio nihilq; patiēte, concitatissimo cursu ac recursu infrà lapis ab homine, suprà ferrū rapiebatur à lapide. Dixi quod ipse conspexi, dixi quod ab illo audiui,cui tāquam ipse viderim credidi. Quid etiam de isto magnete legerim,dicam: quādo iuxta eū ponitur adamas p nō rapit ferrum, & si iam rapuerat, vt ei appropinquauerit mox remittit. India mittit hos lapides q. Sed si eos nos cognitos iam desistimus admirari, quanto magis illi,à quibus veniunt,si eos facillimos habent:si forsitan habēt vt nos calcē, quam miro modo aqua feruescentem, qua solet ignis extingui, & oleo non feruescentem,quo solet ignis accendi,quia in promptu nobis est,non miramur.

2 Salamādra

Salamandra in ignibus viuit.) Puto me alibi de Salamandra scripsisse ex Aristote.& Plinio, qui illam dicunt lacerti figura esse animal stellatum, nunquam nisi magnis imbribus prouenienes, & serenitate deficiens,cui tantus rigor, vt ignē tactu extinguat,non alio modo quàm glacies. b Et quidā notissimi Siciliæ mōtes.) Mōtes multis in locis ardēt,vt Aetna in Sicilia,& in Hiera, quæ olim Therasia prope Siciliā Vulcano sacra, in qua est collis nocturnas cuomens flāmas:ītū etiā Aconocauma in Aethiopia:Vesuuius in Cāpania, & Lycia Chimæra,& trans Herculis columnas quædam nocturnis incendiis conspicua,quædam diurnis:alij ardentium faciem ostendunt, vt iuxta Pygmæos,& prope Sybratas in Aphrica. Causam ardorum montium innumeri quæsierunt,mandarúntque literis. plurimorum sententia est, esse venas sulphureas subterraneas,quæ quum latis cauernis spiritum admisere,ex concussione illa generatur ignis sulphure fomenta suppeditāte.Sic Aetna,sic Vesuuius,& Gaurus Campanię ardent,quę maxime regio,vt inquit Seruius,sulphur desudat.Flatu verò agitato incēdia existere,vel hinc deprehendi potest,quòd nō omnibus ventis ardoresjlli prouenianr,sed iis tantum spirantibus,qui subire per aduersas spelūcas possint,vt in Aetna Euro vel Aphrico:quimq; sulphur nō semper supperat, fit vt Aetnæ incendia nō sint continua, quemadmodū nec Liparæ insulæ,cuius ardorē deficere tradit Xenophanes, sed anno septimo redintegrari. c Qualitatē ab illo inditā.)Quid enim aliud sunt rerū naturę, præter ea ingenia, quæ vnicuiq; rei addidit parens vniuersorū, dū eam ipsam rem procreat. Calorē dedit igni, calefacere est huic naturale:dedisset frigus,tā hoc esset ei ex natura,quàm niui est,q̄ glaciei. d Qui tā miras & varias tot rebus.) Et bene miras, quas admirari promptum fit, scrutari atq; cognoscere nō itē. Differentiæ rerū,inquit Aristoteles, hoc est,fixæ singulis rerū proprietates,& naturæ ignoratæ nobis sunt,qui nō modo recognita illa & abstrusa naturæ nō assequimur, sed ad exprōpta hæc,& quæ natura palam proposuit caligamus & hallucinamur, vt non male Socrates affirmasse videatur,nos nihil scire.& tamē nō desunt, qui se nihil nescire profiteantur,vel hoc nomine cæteris imperitiores, quòd nondū eruditione eō progressi sunt, vt intelligāt oīa sic esse à natura inuoluta,& abdita, vt nihil penē detectū apertūq; nostris ingeniis relinquat. Itaq; is mihi demū verū disciplinarū confecisse circulū videtur,qui à rerū omniū ignorātia per artes oēs peregrinatus, ad rerū omniū ignorantiā præterquàm huius ipsius redierit. e Carni pauonis mortui ne

I putrescēret.) Multorū ex iis quæ Augustinus hic ponit, nullo hūano ingenio reddi posse ratio videtur,quorundā potest,coniecturis tantū sæpe infirmis atq; imbecillibus quæsita,quā tamen nos non adscribemus, ne non tā explicare Augustinū,quàm cū eo pugnare videamur. f Illi albido colore nitescant.)In aliis exemplaribus legitur albescant, in aliis albicent. g Quod album est.)Plurimū enim lucis albū retinet, ideo non secus visui officit, quàm ipsa lux:minimū vero nigror idcirco cōfert, & Aristoteles illud disgregatiuum nominat,hunc congregatiuum. h Cōtraria tamen non sunt.)Nā substantiæ nihil contrariū. & cōtraria sunt, quę sub eodē genere maxime distant,vt album & nigrū sub colore,frigidū & calidū,humidū & siccū,sub qualitate prima. i Vt eos substernere soleāt.) Ctesiphon architectus iacturus fundamenta tēpli Dianæ Ephesiæ,quo diuturnius esset loco palustri opus, carbones substrauit. Plinius lib.xxxvj.Non dubitem,quin legendū sit Chersiphron,consentientibus Græcis,& in primis Strabone li. xiiij. πρῶτος μηχανήσασθαι λεκτικόν, ὅνον ἄκανθοις μέλζω,de tēplo illo narrans, pro quo nos vulgo in Latinis codicibus legimus Archiphron, vt alia in eodem opere infinita mendose. k Propter quod eam calcē viuā.)Seneca li.iij.natu.quæst.Viuæ calci aquā infunde,feruebit. l Si nō adhibeas aquā, sed oleum.) Pli. li.xxxiij.Calx aqua accēditur,& Thracius lapis,idemq; oleo restinguitur. m Qui lapis,nec ferro,nec igni.)Pli.li. vltimo ca.iiij.de Adamāte disserit,eum ait in rebus humanis,non solū inter gēmas maximū habere precium,incudibusq; deprehendi, ita respuentē ictū, vt ferrū vtrinq; dissileat:quippe duritia inenarrabilis, simulq; igniū victrix natura, & nunquā incalescens. Vnde & nomen indomita vis Græca interpretatione accepit.sic ille. Porrò δαμάω,est domo, tū accedit α particula priuatiua.idē paulo pōst:illa inuicta vis duarū violentissimæ naturæ rerum ferri ignisq; contemptrix hircino rūpitur sanguine, ac ne aliter,quàm recenti calidoq; macerata,& sic quoq; multis ictibus,tūc etiā præterquàm eximias incudes malleosq; ferreos frangens. Cuius hoc ingenio inuentum,quóve casu repertū?aut quæ fuit coniectura experiendi rē immensi secreti,& in fœdissimo animaliū omniū? profectò mineris talis inuentio hominis est,nec quærenda in vlla parte naturæ ratio,sed volūtas, vt quum fœliciter rumpere contigit,in tā paruas frāgatur crustas, vt cerni vix possit.Tantū Plini?. At superiore anno Bernard? Valdaura festiuissimo adolescens ingenio Adamantes ostendit mihi,quos narrabat malleo fractos à Bernardo patre,dū gēmæ duritiē experitur: sed eos nō Indicos aut Arabicos adamātes esse credo,cęterū quos Plini? seu Cyprios, Seu Siderites vocat.neque enim vnū est Adamantum genus.& Siderites ἀπὸ τοῦ σιδήρου dicuntur,hoc est,à ferro,quòd nō dissimili sint colore,qui ictibus franguntur,& alio Adamāte perforari possunt, quod & Cyprio euenit,qui vt degeneres nominis tantum authoritatē habent. Prætereo quæ hic narrata sunt mihi à plerisq; de Adamātibus fœtificantibus principis Rauastanij. n Magnetē lapidē.)De magnete Plinius li.xxxvj.ca. xvj.Magnetē ait ab inuentore sic dictū,vt author est Nicander,in India repertus lapis,nanq; & passim inuenitur.Lucretius li.sexto à patria nominari dicit Magnesia,sed hoc vnū genus magnetū à cæteris diuersum. Vocatur & siderites à virtute trahendi Sideros,hoc est ferri:& Heracli?, vel à viribus,vel ab Heraclea Ponti vrbe,de qua dixi aliās.sunt qui hunc demū trahere ferrum putent,non magnetē:quod sanē nō negarim,si rectius vel loquantur,vel intelligantur,nēpe Magnesiū lapidē ferrū nō attrahere.quinq; enim genera magnetis posuit Sotacus, Aethiopicū ,Magnesiacū ex Magnesia Macedoniæ,tertiū Echiū Bœotiū, quartū Alexādrinū,Troicū,quintū Magnesiū è Magnesia Asię.Hic magnetē candidū esse narrant,neq; ferrū attrahere similē pumici.atq; hoc est quod Dioge nianus ait,magnetē hunc ita similē argento esse, vt spectantes plerunq; fallat.Nec ferrū huic morē gerere.lapis est cōtrario Magneti ingenio,vt inquit Plinius.Theamenes nomine,qui ferrū omne abiicit,& procul pel lit. o Quis istā vim lapidis nō stuperet.)Miratur Plini? eā esse magneti vim,nec expedire rationē potest.Lucretius in sexto dū eā quærit,mul ta nugatur,& tandē eò deuoluitur,vt secretū esse dicat:non minus Agrigentinus Empedocles, qui ob eam vim animatū esse magnetē affirmauit. p Quando iuxta eū ponitur adamas.) Plinius vltimo volumine. Adamas dissidet cū magnete lapide in tantū, vt iuxta positus ferrum nō patiatur abstrahi,aut si admotus magnes apprehenderit,rapiat, atq; auferat. q India mittit hos lapides.) Sunt & aliis in locis, vt dixi,sed creberrimi in India etiā vasti montes.narrant nautæ nostrates in ima India esse maritimas cautes magneticas, quæ medio cursu nauigia,si quid sit in eis ferri,vel clauus vnus,sistāt,detineant,attrahāt: idcirco qui illac sunt præternauigaturi postes nauium ligneis clauis solitos compingere.

Quanta sint quæ non recte queant agnosci, & tamen eadem esse non sit ambiguum. Cap. V.

Veruntamen homines infideles, quibus cū diuina vel præterita vel futura miracula prædicamus, quæ illis experienda non valemus ostēdere,rationē à nobis earū flagitant rerū,quā quoniā non possumus reddere(excedunt enim vires mētis humanæ)existimāt falsa esse,quæ dicimus:ipsi de tot mirabilibus rebus,quas vel videre possumus vel videmus, deberent reddere rationē. Quod si fieri ab homine nō posse viderint,fatendū est eis, nō ideo aliquid nō fuisse,vel futurum nō esse,quia ratio inde nō potest reddi, quandoquidē sunt ista de quibus similiter non potest. Non itaq; pergo per plurima quæ mandata sunt literis,non gesta atq; transacta,sed in locis quibusque manentia,quò si quisquam ire voluerit & potuerit,vtrum vera sint explorabit.Sed pauca cōmemoro a. Agrigētinum Siciliæ salē b perhibēt cū fuerit admotus igni, M velut in aqua fluescere:cū vero aquę,velut in igne crepitare. Apud Garamātas c quendā fontem tam frigidum diebus,vt non bibatur: tam feruidū noctibus, vt non tangatur. In Epiro aliū fontē d in quo faces vt in cæteris extinguuntur accensæ,sed non vt in cęteris,accenduntur extinctæ. Asbeston Arcadiæ lapidem e propterea sic vocari, quòd accensus semel iam non possit extingui. Lignum cuiusdā ficus Aegyptiæ f non vt ligna cætera in aquis natare, sed mergi, & quod est mirabilius, cum in imo aliquandiu fuerit, inde ad aquæ superficiem rursus emergere, quando madefactū debuit humoris pōdere prægrauari. Poma in terra Sodomorum g gigni quidem,& ad maturitatis faciem peruenire,sed morsu pressūve tentata,in fumum ac fauillam corio fatiscente vanescere. Pyriten lapidem Persicū h tenentis manum si vehementius prematur adurere, propter quod ab igne nomen accepit. In eadem Perside gigni etiam lapidem Selenitē i, cuius interiorem candorem cum luna crescere atq; deficere. In Cappadocia etiā vento equas concipere k, eosdemq; fœtus non amplius triennio viuere. Tilon Indiæ insulam l eo præferri cæteris terris,quòd omnis arbor,quę in ea gignitur

K Bernardus Valdaura.

Magnes

L

A gnitur,nunquam nudatur tegmine foliorū. De his atque aliis innumerabilibus m mirabilibusq; historia nō factorum & transactorum, sed manentium locorum tenet. Mihi autem aliud agenti,ea persequi nimis longum est. Reddant rationē si possunt infideles isti, qui nolunt diuinis literis credere,quid aliud,quàm nō putantes eas esse diuinas, eo quòd res habeant incredibiles,sicuti hoc est,vnde nunc agimus. Non enim admittit,inquiunt,vlla ratio,vt caro ardeat, nec absumatur: doleat,neq; moriatur:ratiocinatores, videlicet magni, qui de oībus rebus quas esse mirabiles constat,possint reddere rationē. Reddāt ergo rationē de his quæ pauca posuimus,quæ proculdubio si esse nescirēt,& futura esse diceremus,multo minus crederēt n, quàm quod nunc dicentibus nobis nolunt credere aliquando esse venturū. Quis enim eorū nobis crederet,si quēadmodū dicimus futura hominū viua corpora,quæ semper arsura atq; dolitura,nec tamen aliquando moritura sint, ita diceremus in futuro seculo futurū salem, quē faceret ignis, velut in aqua fluescere, eundēq; faceret aqua velut in igne crepitare:aut futurū fontē, cuius aqua in

B refrigerio noctis sic ardeat,vt non possit tangi:in ęstibus vero diei sic algeat,vt bibi nō possit:aut futurū lapidem,vel eum, qui suo calore manum cōstringentis adureret, vel eum qui vndecunq; accensus extingui omnino non posset,& cætera quæ prætermissis aliis innumeris cōmemoranda interim duxi?Hęc ergo in illo seculo,quod futurū est,si diceremus futura,nobisq; increduli responderent,si vultis vt ea credamus,de singulis reddite rationē,nos nō posse confiteremur,eo quòd istis & similibus dei miris operibus infirma mortaliū ratiocinatio vincitur, fixā tamē apud nos esse rationē, non sine ratione omnipotentem facere, vnde animus humanus infirmus rationem non potest reddere, & in multis quidem rebus incertum nobis esse quid velit: illud tamen esse certissimū nihil eorū illi esse impossibile,quæcunq; voluerit,eiq; nos credere prędicenti,quem neq; impotentem,neq; mentientem possimus credere. Hi tamē fidei reprehensores,exactoresq; rationis,quid ad ista respōdent de quibus ratio reddi ab homine nō potest, & tamen sunt, & ipsi rationi naturæ videntur esse cōtraria? Quæ si futura esse diceremus, similiter à

C nobis sicut eorū,quæ futura esse dicimus,ab infidelibus ratio posceretur, ac per hoc cū in talibus operibus dei deficiat ratio cordis & sermonis hūani: sicut ista non ideo nō sunt,sic nō ideo etiam illa non erunt,quoniam ratio de vtrisque ab homine non potest reddi.

Sed pauca cōmemoro.) Hæc omnia quū apud alios alia,tum vero apud Pliniū omnia ferē. b Agrigentinū Siciliæ salē.) Pli.li.xxj. flos vero salis non fit nisi aquilonibus. In igne, nec crepitat, nec exilit Tragasceus,neque Achantius ab oppido appellatus, neque vllius spuma,aut ramentum,aut tenuis. Agrigentinus igniū patiens ex aqua exilit. Conficitur sal ex marinæ aquæ spuma, quæ terrestri materia cōrescit, & cen colata per cineres aqua saporē illum trahit: idcirco Aristoteles specię quandā terræ salē esse dicit, quòd ex aqua fit, velut atra bilis ex humoribus corporis animantis. hinc in aqua soluitur, ab igne vero resilit duritie sua & frigore. c Apud Garamantas.)Plinius li.v. Vltra eū deserta Matelgæ,oppidū Garamātū, itemq; Debris affuso fonte à medio die ad mediā noctē aquis feruentibus totidē horis ad mediū diē rigentibus.aut hoc idē,aut certe ab hoc nō multū disiunctus est fons celebratiss.Iouis Hāmonis eiusdē ingenij,cuius etiā Plinius meminit li. ij.ca.cvj.de hoc Lucretius,Herodotus,Diodorus,Mela,Ouidius, Silius, Solinus,Arrianus. d In Epiro alium fontem.) Mela lib.ij.in Epiro Dodonæi Iouis templum & fons,ideo sacer,quòd cum sit frigidus & immersas faces,sicut cæteri extinguat,vbi sine igne procul admouētur, accendit,idem Pli.li.ij.ferè verbis eisdem,vt ex Mela cepit. e Asbeston Arcadiæ lapidem.) Pli.lib.xxxviij; Asbeston in Arcadiæ montibus nasci scribit coloris ferrei.est ἀσβεστος inextinguibilis. nam σβύνυμι, extinguo. f Lignum cuiusdam ficus Aegyptiæ.) Plinius lib.xiij. cap.vij. g Poma in terra Sodomorum.) Quinque vrbes ibi euersas legimus, Sodomam,Gomorrham,Adamam, Seborin, & Segor. Hæc postrema inquit,Orosius parua,reliquæ amplæ, sed primæ nominatissimæ.Solinus in Polyhistore:Duo ibi oppida Sodomum nominatum alterum,alterum Gomorrhum,apud quæ pomum gignitur, quod habeat speciem, licet maturitatis,mandi tamen non potest:nam fuliginem intrinsecus fa uillaceam ambitio tantum eximiæ cutis cohibet,quæ vel leui tactu pressa fumū exhalat,& fatiscit in vagum puluerem. Tacitus li.vlti.haud procul inde campi,quos ferunt olim vberes,magnisq; vrbib? habitatos,fulminis iactu arsisse.& manere vestigia,terramq; specie torridam vim frugiferam perdidisse,nam cuncta sponte edita, aut manu sata siue herbas tenues,aut flores,seu solitam in speciem adoleuere atra, & inania velut in cinerem vanescunt.Ego sicut Iudaicas quondā vrbes igne cœlesti flagrasse concesserim, ita halitu lacus infici terram, corrumpi superfusum spiritum,eoq; fœtus segetum & autumni putrescere reor, solo cœlōque iuxta graui.Sic ille Aegesippus Ambrosio interprete li.iij. quinq; ita vrbes incensæ,quarum vmbra quædam & species in fauillis videtur. Arsere terræ,ardent aquæ,in quibus cœlestis ignis reliquiæ cognoscuntur, atq; adhuc manent,spectes illic specie poma viridantia,formatos vuarum racemos,vt edendi generent spectantibus cupiditatem,si capias,fatiscunt, ac resoluuntur in cinerem,fumumq; excitant.q.adhuc ardeant. h Pyriten lapidem Persicum.) Plin.lib.vlti.Pyrites nigra quidem, sed attritu digitos adurit.dicitur ἀπὸ τοῦ πυρός,ab igne.idem li.xxxvj. Corallīū, inquit,lapidem,quidam Pyritem vocant,quoniam sit plurimus ignis illis sed est alius etiamnum Pyrites similitudine æris. i Lapidem Selenitem.)Pli.li.vltimo,Selenites ex candido translucet melleo fulgore,imaginem lunæ cōtinēs, reddiq; eā in singulos crescentis minuentisq; numero,nasciq; putatur in Arabia.Hæc Pli.ex. Dioscoride, vnde alia permulta dissimulato authore,vel certe ex alio quē Dioscorides quo que secutus est.Porrò luna σελήνη est Græcis. k In Cappodocia etiā vento equas cōcipere.)Sic Solin? in descriptiōe Cappadocię,sed de equab? Hispanię ad Tagū amnē,qui Lusitaniā īterluit plurimorū est opinio Fauonio vento impletas parere,vt Homerus tradidit,cui frequētes sunt assensi scriptores. Varro in secundo de re rust.& hūc secuti Columella,Plini?, & Plinij simia Solinus. Varro non plus triennio tales fœtus viuere existimat.Iustinus lib.vltimo ad maximos equiorū procuentus hoc refert, vt vento generati videantur.an quòd eo potiss. vento spirante cōcipiant.

l Tilon Indiæ insulā.)Plinius li.xij.Tilon in mari rubro ponit, vt etiā Theophrastus,fert & palmas,oleasq;,ac vites & cū reliquo pomorū genere ficos.nulli arborū folia ibi decidunt.idē li.xvj.ait ex ligni huī? insulæ si fiant naues,inuentū esse durare eas.cc.annis. m De his atque aliis innumerabilibus.)Sūt apud Pliniū,Aristotelē,Theophrastū, quæ numero cōprehendi nequeunt istis etiā admirabiliora. n Multominus crederēt.) Hoc est eni ingeniū multorū,vt tantū credāt quæ ipsi ratione assequuntur:cætera pro fictis repudient. quin & eō vesaniæ quidā processerunt,vt cordatos se habitū iri, & circunspectos homines existimēt, si fortiter nihil credāt, nisi quod videant: secreta vl naturæ,vel dei irrisū & aspernatione vultus prosequantur.ideo non imprudenter, qui monet miracula naturæ non passim,nec omnibus narranda.

Quod nō omnia miracula naturalia sint, sed pleraque humano ingenio modificata, pleraque autem dæmonum arte composita. Cap. VI.

Hic ergo fortē respōdeāt, prorsus nec ista sunt, nec ista credimus,falsa de his dicta,falsa cōscripta sunt, & adiiciant ratiocinantes, atq; dicentes:Si talia credenda sunt,credite & vos quod in easdē literas est relatū, fuisse vel esse quoddā Veneris phanū,atq; ibi cādelabrū,& in eo lucernā a sub diuo sic ardentē,vt eā nulla tēpestas,nullus imber extingueret. F Vnde sicut ille lapis,ita ista λύχνος ἄσβεστος, b id est,lucerna inextinguibilis nominata est. Quod propterea poterūt dicere,vt respōdendi nobis angustias ingerāt: quia si dixerimus nō esse credendū,scripta illa miraculorum infirmabimus: si autē credendum esse cōsenserimus,cōfirmabimus numina paganorū.Sed nos,sicut iam in lib.duodeuigesimo huius operis dixi, nō habemus necesse oīa credere, quæ historia continet gentiū, cū et ipsi inter se historici,sicut ait Varro,quasi data opera,& quasi ex industria permulta dissentiant: sed ea si volumus credimus quę nō aduersantur libris,quibus nō dubitamus oportere nos credere. De his autē miraculorū locis, nobis ad ea quæ futura persuadere incredulis volumus,satis illa sufficiant, quæ nos quoq; possumus experiri, & eorū testes idoneos non difficile est inuenire.De isto autē phano Veneris,& lucerna inextinguibili,non solū in nullas coartamur angustias, verumetiā latitudinis nobis cāpus aperitur. Addimus enim ad istā lucernam inextinguibilē & humanarū & magicarū,id est,per homines dæmōnicarū artiū & ipsorū per seipsos dæmonū multa miracula. Quæ si negare voluerimus,eidē ipsi cui credimus sacrarū literarū aduersabimur veritati. Aut ergo i lucerna illa mechanicum

D

E

Pyrites.

Selenites

Cherſiphron.

Adamas

Asbestos

Sodomæ incendium

G nicum aliquid de lapide Asbesto[c] ars humana molita
est, aut arte magica factũ est, [d] quod homines illo mi-
rarentur in tẽplo, aut dæmon quispiã sub nomine Ve-
neris tanta se efficacia præsentauit, vt hoc ibi prodigiũ
& appareret hominibus, & diutius permaneret. Illi-
ciuntur autẽ dæmones ad inhabitandũ[e] per creaturas,
quas non ipsi, sed deus cõdidit [f] delectabilibus pro sua
diuersitate diuersis, nõ vt animalia cibis, sed vt spiritus
signis, quæ cuiusq; delectationi cõgruunt per varia ge-
nera lapidũ, herbarũ, lignorũ, animaliũ, carminũ, rituũ.
Vt autẽ illiciantur ab hominibus prius eos ipsi astutis-
sima calliditate seducũt, vel inspirando eorũ cordibus
virus occultũ, vel etiã fallacibus amicitiis apparendo,
eorumq; paucos discipulos suos faciunt, plurimorumq;
doctores. Neq; enim potuit nisi primũ ipsis docentibus
disci quid quisq; illorum appetat, quod exhorreat, quo
inuitetur nomine, quo cogatur, vnde magicæ artes ea-
rumq; artifices extiterunt. Maxime aũt possident cor-
da mortaliũ, qua potissimũ possessione gloriantur, cum
2.Cor.11. se transfigurant in angelos lucis. Sunt ergo facta eorũ
plurima, quæ quanto magis mirabilia cõfitemur, tanto
H cautius vitare debemus. Sed ad hoc vnde nunc agim[g],
nobis etiã ipsa proficiunt. Si enim hæc immundi dæ-
mones possunt, quanto potentiores sunt sancti angeli,
quanto potentior his oĩbus deus, qui tãtorũ miraculo-
rum effectores etiã ipsos angelos fecit? Quã ob rem[g] si
tot & tanta tamq; mirifica, quæ μηχανήματα appellant,
dei creatura vtẽtibus humanis artibus fiunt, vt ea qui
nesciunt opinentur esse diuina. Vnde factum est, vt in
quodã tẽplo [h] lapidibus magnetibus in solo & in came
ra proportione magnitudinis positis, simulacrũ ferreũ
aëris illius medio inter vtrunq; lapidem, ignorantibus
quid sursum esset ac deorsum, quasi numinis potestate
penderet: quale aliquid etiã in illa lucerna Veneris de
lapide Asbesto ab artifice fieri potuisse iam diximus, si
magorũ opera, quos nostra scriptura veneficos et incã-
tatores vocat, intantũ dæmones extollere potuerũt, vt
congruere hominũ sensibus sibi nobilis poëta videre-
tur, de quadã fœmina quæ tali arte polleret, dicens:
Aenei.4. Hæc se carminibus promittit soluere mentes [i]
Quas velit, ast aliis duras immittere curas:
Sistere aquam fluuiis, & vertere sydera retro:
I Nocturnosq; ciet manes. mugire videbis
Sub pedibus terram, & descendere montibus ornos.
Quanto magis deus potens est facere, quæ infidelibus
sunt incredibilia, sed illius facilia potestati, quãdoqui-
dem ipse lapidum aliarumq; vim rerũ & hominũ in-
genia, qui ea miris vtuntur modis, angelicasq; naturas
oĩbus terrenis potentiores animantibus condidit: vni-
uersa mirabilia, mirabili vincente virtute, & operan-
di, iubendi, sinendiq; sapientia: vtens omnibus tam mi-
rabiliter quàm creauit?

a ATque ibi cãdelabrũ & in eo lucernã.) Vbi tẽplũ hoc sit nõ sa-
tis memini legisse me, si quando vel in mentem redeat, vel le-
gẽdo occurrat submonebim[g]. b Λύχνος ἄσβεστος.) Lucerna in-
extinguibilis. est enã lychnus lucerna, & cãdelabra quæ lucer-
nas continent lychnuchi nominantur. q. lucernas cõtinentia, λυχνοῦχοι,
sicut legit in vetustis exẽplaribus Suetonij in Cęsare, & Plinij li. xxxiiij.
vt hoc annotauit Hermolaus, illud Politian[g], & post eũ Egnatius. c De
lapide Asbesto.) Aut etiã lino, quod ignibus non absumatur. nã esse talẽ
lini specie Plinius tradit li. xix. viuũ id vocãt, Graeci ἀσβεστον. ex argumẽ-
to naturæ, qualia Parisiis vidim[g] ellychnia permulta ego & Petrus Gar
Pe. Gar- sias Lalous cõdiscipul[g] mihi & summa familiaritate cõiunctiũs, quale &
sias La- in hac regione mãtile medio cõsuuio igni datũ, redditũq; domino mũ-
lous. dius splendentiusq;, quàm posset aquis & smegmatis quibuslibet, sicut se
mappas vidisse Plinius testatur in idẽ experimentũ. d Aut arte magica
factũ est.) Erutũ est sepulchrũ memoria patrũ, i quo ardebat lucerna cõ-
dita ibi, vt ex inscriptione apparebat supra millesimũ & quingentesimũ
annũ, caq; tota extẽplo, vt cõtrectari cœpta est, inter admotas man[g] fria
ta in tenuissimũ abiit puluerẽ. e Illiciuntur autẽ dæmones ad inhabi-
tandũ.) Dixi de hoc lib. viij. & x. quẽadmodũ ipsi homines edocuissent,
quibus potissimũ delectarentur rebus, tenerenturq; : infinita enim sunt K
hæc, vt ipsi inumeri, & diuersis cõtrariisq; sæpenumero ingeniis, vt ni-
hil ferè nascatur sub luna, quod non ad aliquos illiciendos dæmonas va-
leat, & ad magicã facultatẽ cõferat, sicut Michaël Psellus docet in lib. de
dæmonibus. f Quas non ipsi, sed deus condidit.) Obiter vitandã mo-
net Manichæi hæresim, qui multa esse à dæmonibus creata dicebãt, ne
quis putaret dæmones creaturis suis ceu parentes filiis capi, & detineri.
μηχανήματα appellant, excogitata artis opera, μηχανᾶμαι. g Quãobrẽ.)
Attende longissimũ hyperbaton. h Vnde factũ est, vt in quodã tẽplo.)
Alexandriæ in tẽplo Sarapidis, de quo Ruffinus Aquilicũ. li. xj. ecclesia-
sticæ historiæ. Erat & aliud fraudis genus huiusmodi: Natura lapis ma-
gnetis virtutis esse perhibetur, vt ad se rapiat & attrahat ferrũ. signũ solis
ad hoc ipsum ferro subtilissimo manu artificis fuerat fabricatũ, vt lapis
cuius naturã ferrũ ad se trahere diximus, desuper in laquearibus fixus,
quũ tẽperate sub ipso ad librã fuisset positũ, simulachrũ vi naturali ad se
raperet ferrum, assurrexisse paululum simulachrum, & in aëre pendere
videretur, sic ille. i Hæc se carminibus promittit soluere manes.) Verg.
iiij. Aene. verbis Didonis de maga.

Quod in rebus miris summa credẽdi ratio sit omnipotentia creatoris. Cap. VII.

SVr itaq; facere non possit deus, [a] vt & resur-
gant corpora mortuorũ, & igne æterno cru- Matth.25.
cientur corpora dãnatorũ, qui fecit mũdum
in cœlo, in terra, in aëre in aquis innumerabilibus mi-
raculis plenã: cũ sit omnibus quibus plenus est procul-
dubio maius, & excellentius etiam ipse mundus mira-
culum? Sed isti cum quibus vel cõtra quos agimus, qui L
& deum esse credunt à quo factus est mundus, & deos
ab illo factos, per quos ab illo administratur mundus,
& miraculorum effectrices, siue spontaneorum, siue cul
tu & ritu quolibet imperatorum, * siue etiam magico- *aliàs im-
rum, mundanas vel non negant, vel insuper & prædi- petratorũ.
cant potestates, quãdo eis rerum vim mirabilem pro-
ponimus aliarum, quæ nec animalia sunt rationalia,
nec vlla ratione præditi spiritus, sicut sunt ea, quorum
pauca cõmemorauimus, respõdere assolent: Vis est ista
naturæ, natura eorum sic se habet, propriarũ istæ sunt
efficaciæ naturarum. Tota itaq; ratio est cur Agrigen-
tinum salem flamma fluere faciat, aqua crepitare: quia
hæc est natura eius. At hoc esse potius contra naturam
videtur, quæ nõ igni, sed aquę dedit salem soluere, tor-
rere autem igni non aquæ. Sed ista, inquiunt, salis hu-
ius naturalis est vis, vt his cõtraria patiatur. Hæc igi-
tur ratio redditur, & de illo fonte Garamãtico, vbi v-
na vena friget diebus, noctibus feruet, vi vtraq; mole-
sta tangentibus. Hæc & de illo alio, qui cum sit cõtre-
ctantibus frigidus, & facem sicut alij fontes extinguat
accensam: dissimiliter tamen atq; mirabiliter idem ip M
se accendit extinctã. Hæc & de lapide Asbesto, qui cũ
ignem nullum habeat proprium, accepto tamẽ sic ar-
det alieno, vt non possit extingui. Hæc de cæteris quæ
piget retexere, quibus licet vis insolita cõtra naturam
inesse videatur: alia tamen de illis non redditur ratio,
nisi vt dicatur, hãc eorum esse naturã. Breuis sanè ista
est ratio fateor, sufficiensq; responsio. [b] Sed cum deus
author sit naturarũ omniũ, cur volunt fortiorem nos
reddere rationem, quãdo aliquid velut impossibile no
lunt credere, eisq; redditionem rationis poscentibus,
respondemus hanc esse voluntatem omnipotentis dei,
qui certe non ob aliud vocatur omnipotens, nisi quo-
niam quicquid vult potest, qui potuit creare tam multa,
quæ si nõ ostenderentur, aut à credendis hodieq; te-
stibus dicerentur, profecto impossibilia putarentur, nõ
solum quæ ignotissima apud nos, verumetiam quæ no
tissima posui. Illa enim quæ præter eos, quorum de his
libros legimus, non habent testem, & ab eis conscripta
sunt, qui non sunt diuinitus docti atq; humanitus falli
forte potuerunt: licet cuiq; sine recta reprehensione nõ
credere. Nã nec ego volo temere credi cuncta, quę po-
sui, quia nec à meipso ita creduntur tanquam nulla de
illis sit

. b Sufficiẽsq; responsio.) Humanis ingeniis causarũ rerũ ignorantissimis, cũ nihil sit, vt pulchrius, ita nec rarius, quàm eas deprehendere: idcirco Verg. fœlicẽ esse illũ canit qui potuit rerũ cognoscere causas. c Non longe à Gratianopoli.) Hæc vrbs à Gratiano principe nominata est, qui occidẽtis imperiũ rexit, cũ Valens patruus orienti præesset. Est in Gallia Narbonensi. retinet adhuc nomen elisis aliquot literis.

Gratianopolis.

A illis sit in mea cogitatione dubitatio, exceptis his quæ
vel ipse sum expertus: & cuiuis facile est experiri: sicut
de calce quod feruet in aqua, in oleo frigida est: de ma
gnete lapide, quod nescio qua sorbitione insensibili, sti
pulam non moueat, & ferrum rapiat: de carne non pu-
trescẽte pauonis, cum putruerit & caro Platonis: de pa
lea sic frigente, vt fluescere niuem non sinat: sic calẽte,
vt maturescere poma compellat: de igne fulgido, quod
secundum suum fulgorem lapides coquendo candifi-
cet, & contra eundem suum fulgorem vrẽdo plurima
obfuscet. Tale est, quod & nigræ maculæ offunduntur
ex oleo splendido, similiter nigræ ligneæ de candido
imprimuntur argento. De carbonibus etiam, quòd ac-
cedente igne sic vertantur in contrarium, vt de lignis
pulcherrimis tetri, fragiles de duris, imputribiles de pu
tribilibus fiãt. Hæc ipse quædam cum multis, quædam
cum oĩbus noui, & alia plurima, quæ huic libro insere-
re longum fuit. De his autem quæ posui non experta,
sed lecta, præter de fonte illo vbi faces extinguũtur ar
dentes & accenduntur extinctæ: & de pomis terræ So-
domorũ forinsecus quasi maturis, intrinsecus fumeis,
nec testes aliquos idoneos à quibus vtrũ vera essent au
B direm, potui reperire. Et illum quidem fontem nõ in-
ueni qui in Epiro vidisse se dicerent, sed qui in Gallia
similem nossent non longe à Gratianopoli [c] ciuitate.
De fructibus autẽ Sodomitarum arborũ, non tantum
literæ fide dignæ indicant, verũetiam tam multi se lo
quuntur expertos, vt hinc dubitare non possim. Cętera
vero sic habeo, vt neq; affirmanda, neq; neganda decre
uerim, sed ideo etiam ipsa posui, quoniã apud eorũ cõ-
tra quos agimus historicos legi, vt ostenderem qualia
multa, multiq; illorum nulla reddita ratione, in suorũ
literatorum scripta literis credant, qui nobis credere,
quando id quod eorum experientiam sensumq; transf-
greditur oĩpotentem deũ dicimus esse facturũ, nec hac
reddita ratione dignantur. Nã quę melior & validior
ratio de rebus talibus redditur, quàm cum omnipotẽs
ea posse facere perhibetur, & facturus dicitur, quę prę-
nunciasse ibi legitur, vbi alia multa prænunciauit, quæ
fecisse mõstratur. Ipse quippe faciet, quia se facturũ esse
prædixit quæ impossibilia esse putãtur, qui promisit, &
C fecit vt ab incredulis gẽtibus incredibilia crederẽtur.

. b Sufficiẽsq; responsio.) Humanis ingeniis causarũ rerũ ignorantissimis, cũ nihil sit, vt pulchrius, ita nec rarius, quàm eas deprehendere: idcirco Verg. fœlicẽ esse illũ canit qui potuit rerũ cognoscere causas. c Non longe à Gratianopoli.) Hæc vrbs à Gratiano principe nominata est, qui occidẽtis imperiũ rexit, cũ Valens patruus orienti præesset. Est in Gallia Narbonensi. retinet adhuc nomen elisis aliquot literis.

Non esse contra naturã, cũ in aliqua re cuius natura innotuit, aliquid ab eo, quod erat notum, incipit esse diuersum. Caput VIII.

SI autẽ propterea respõdent se nõ credere, quæ
de humanis semper arsuris, nec vnquam mo
rituris corporibus dicimus, quia humanorũ
corporũ naturã nouimus longe aliter iustitutam: vnde
nec illa ratio hinc reddi potest, quæ de illis naturis mi
rabilibus reddebatur, vt dici possit, vis ista naturalis est
rei huius ista natura est, quoniã scimus humanę carnis D
istã non esse naturã. Habemus quidẽ quod respondea-
mus de literis sacris, hanc ipsam scilicet humanã car-
nem aliter institutã fuisse ante peccatum, id est, vt pos-
set nunquam perpeti mortẽ, aliter autẽ post peccatum,
qualis in erũna huius mortalitatis innotuit, vt perpe
tem vitam tenere non possit. Sic ergo aliter quàm no-
bis nota est, instituetur in resurrectione mortuorum.
Sed quoniã istis non credunt literis, vbi legitur qualis
in paradiso vixerit homo, quantũq; fuerit à necessitate
mortis alienus, quibus vtiq; si crederent, non cum illis
de pœna damnatorum, quæ futura est, operosius age-
remus, de literis eorum, qui doctissimi apud illos fue-
runt aliquid proferendum est, quo appareat posse fieri
vt aliter se habeat quæq; res, quàm prius in rebus inno
tuerat suæ determinatione naturæ. Est in Marci Var-
ronis libris, quorũ inscriptio est de gente populi Ro-
mani: quod eisdem verbis quibus ibi legitur, & hic po-
nam: In cœlo, inquit, mirabile extitit portentũ. Nã stel
la Veneris nobilissima [a], quam Plautus vesperuginẽ [b],
Homerus Hesperon [c] appellat, pulcherrimã dicens, [d]
Castor scribit tantum portentum extitisse, vt mutaret
colorem, magnitudinem, figuram, cursum: quod factũ, E
ita neq; antea neq; postea sit. Hoc factum Ogyge rege
dicebãt Adrastus Cyzicenus & Dion Neapolites Ma
thematici nobiles. Hoc certe Varro tantus author por
tentum nõ appellaret, nisi esse cõtra naturã videretur.
Omnia quippe portenta cõtra naturã dicimus esse, sed
non sunt. Quomodo est enim contra naturã, quod dei
fit voluntate, cũ voluntas tanti vtiq; conditoris condi
tæ rei cuiusq; natura sit? Portentũ ergo fit nõ contra na
turam, sed contrà quàm est nota natura. Quis autẽ por
tentorum numerat multitudinem, quę historia gentiũ
continentur? Sed nunc in hoc vno attendamus, quod
ad rem, de qua agimus, pertinet. Quid ita dispositũ est
ab author naturæ cœli & terræ, quẽadmodũ cursus or
dinatissimus syderum? Quid tam ratis legibus fixisq;
firmatum? Et tamen quãdo ille voluit qui summo re-
git imperio ac potestate, quod condidit, stella præ cæ-
teris magnitudine ac splendore notissima, colorẽ, ma-
gnitudinem, figurã, & quod est mirabilius sui cursus or
dinem legemq; mutauit. Turbauit profecto tunc, si vl- F
li iam fuerunt, canones astrologorum, quos velut iner
rabili computatione de præteritis ac futuris astrorum
motibus conscriptos habent, quos canones sequẽdo au
si sunt dicere, hoc quod de lucifero contigit, nec antea,
nec postea contigisse. Nos autẽ in diuinis libris legim[g]
etiã solem ipsum & stetisse, cum hoc à domino deo pe
tiuisset vir sanctus Iesus Naue, donec cœptum præliũ Iosue.10.
victoria terminaret, & retrorsum redisse, vt regi Eze-
chiæ quindecim anni ad viuendũ additi, hoc etiã pro- 4.Reg.20
digio promissioni dei significarẽtur adiuncto. Sed ista
quoq; miracula, quæ meritis scimus concessa sanctorũ,
quãdo credunt isti facta, magicis artibus tribuũt. Vn-
de illud est quod superius cõmemorauí dixisse Vergi- Aeneid.4.
lium. Sistere aquam fluuiis, & vertere sydera retro. Nã
& fluuium stetisse superius, inferiusq; fluxisse, cũ popu-
lus dei ductore supra memorato Iesu Naue viam car- Iosue.3.
peret, & Helia propheta transeunte, ac postea discipulo
eius Helisæo id esse factum in sacris literis legimus, & 4.Reg.2.
retrouersum fuisse maximũ sydus regnante Ezechia
modo cõmemorauimus. Quod vero de lucifero Var- 4.Reg.20
ro scripsit, non est illic dictũ alicui homini petenti id
fuisse cõcessum. Non ergo de notitia naturarum cali-
ginem sibi faciant infideles, quasi nõ possit in aliqua re
diuinitus

G diuinitus fieri aliud, quàm in eius natura per humanã
ſuam experientiam cognouerunt, quanuis & ipſa quæ
in rerũ natura oĩbus nota ſunt, non minus mira ſint,
eſſentq; ſtupenda conſiderantibus cunctis, ſi ſoleret ho
mines mirari niſi rara. Quis enim cõſulta ratione nõ
videat in hominũ innumerabili numeroſitate, & tan
ta naturæ ſimilitudine, valde mirabiliter ſic habere
ſingulos ſingulas facies, vt niſi inter ſe ſimiles eſſent,
non diſcerneretur ſpecies eorum ab animalibus cæte
ris: & rurſus niſi inter ſe diſſimiles eſſent, nõ diſcerne
rentur ſinguli ab hominibus cæteris? Quos ergo ſimi
les confitemur, eoſdem diſſimiles inuenimus. Sed mi
rabilior eſt cõſideratio diſſimilitudinis, quoniam ſimi
litudinem iuſtius videtur expoſcere natura cõmunis.
Et tamen quoniam quæ ſunt rara, ipſa ſunt mira. mul
to enim amplius admiramur quando duos ita ſimiles
reperimus, vt in eis diſcernendis aut ſemper, [e] aut fre
quenter erremus. Sed quod dixi ſcriptum à Varrone,
licet eorum ſit hiſtoricus idemq; doctiſſimus, fortaſſe
vere factum eſſe non credunt, aut quia non diu manſit
alius eiuſdem ſyderis curſus, ſed reditũ eſt ad ſolitum
H curſum, minus iſto mouentur exemplo. Habeant ergo
aliud quod etiã nunc poſſit oſtendi eis, quę puto debe
re ſufficere, quo cõmoueantur, cũ aliud aduerterint in
aliqua inſtitutione naturæ, eamq; ſibi notiſſimã fece
rint, non ſe inde deo debere præſcribere, quaſi eam nõ
poſſit in longe aliud, quàm eis cognita eſt vertere atq;
mutare. Terra Sodomorum non fuit vtiq; vt nunc eſt,
ſed iacebat, ſimili cæteris facie, eadẽq; vel etiã vberiore
fœcunditate pollebat. Nam dei paradiſo in diuinis elo
Gene.13. quiis cõparata eſt. Hæc poſtea quàm tacta de cœlo eſt,
ſicut illorum quoq; atteſtatur hiſtoria, & nunc ab eis,
qui veniunt ad loca illa cõſpicitur, prodigioſa fuligine
horrori eſt, & poma eius interiorem fauillam menda
ci ſuperficie maturitatis includunt. Ecce non erat talis
& talis eſt: Ecce à conditore naturarum natura eius in
hanc fœdiſſimam diuerſitatẽ mirabili mutatione cõ
uerſa eſt. Et quod poſt tam longum accidit tempus, tã
longo tempore perſeuerat. Sicut ergo non fuit impoſ
ſibile deo quas voluit inſtituere, ſic ei non eſt impoſſi
bile in quicquid voluerit, quas inſtituit mutare natu
ras. Vnde illorum quoq; miraculorum multitudo ſyl
I ueſcit, quæ monſtra, oſtenta, [f] portenta, prodigia nun
cupantur. Quæ recolere & cõmemorare ſi velim, hu
†aliàs, modus? ius operis quis erit finis †? Monſtra ſanè dicta perhibẽt
à monſtrando, quod aliquid ſignificando demõſtrent,
& oſtenta ab oſtendendo, & portenta à portendendo,
id eſt, præoſtendendo, & prodigia, quod porrò dicant,
id eſt, futura prędicant. Sed viderint eorum coniecto
res, quomodo ex eis ſiue fallantur, ſiue inſtinctu ſpiri
tuum, quibus cura eſt tali pœna dignos animos homi
num noxiæ curioſitatis retibus implicare, etiam vera
prædicant, ſiue multa dicẽdo aliquando in aliquid ve
ritatis incurrant. Nobis tamen iſta quæ velut cõtra na
turam fiunt, & contra naturam fieri dicuntur, quo mo
Roma.11. re hominum locutus eſt & Apoſtolus, dicendo, contra
naturam in olea inſitum oleaſtrum, [g] factũ eſſe parti
cipem pinguedinis oleæ: & monſtra, oſtenta, portenta,
prodigia, nuncupantur, hoc monſtrare debẽt, hoc oſtẽ
dere, vel præoſtendere, hoc prædicere quod facturus ſit
deus, quæ de corporibus hominum ſe prænunciauit eſ
ſe facturum, nulla impediente difficultate, nulla præ
ſcribente lege naturæ. quomodo autem prænunciaue
rit, ſatis in lib. ſuperiore docuiſſe me exiſtimo, decer
pendo de ſcripturis ſanctis & nouis & veteribus, non
quidem omnia ad hoc pertinentia, ſed quæ ſufficere K
huic operi iudicaui.

NAm ſtella Veneris nobiliſ.) Dixi de hac alio in loco, & quot
nominibus vocaretur. nam in magno nominum ambitu eſt, [a] Lucifer ſtella.
vt inquit Plinius. alij Venerẽ nominant, alij Iunonem, quod
& refert Ariſtoteles in libro de mundo. Iulius vero Higinus
libro ſecundo ſic ſcribit. Quarta ſtella eſt Veneris, lucifer nomine, quam
nonnulli Iunonis eſſe dixerunt. Hunc eundem Heſperum appellari mul
tis traditum eſt hiſtoriis. hic autem omnium ſyderum maximus eſſe vi
detur. Nonnulli autẽ hunc Auroræ, & Cephali filium eſſe dixerunt, pul
chritudine multis præſtãtem: ex qua re etiã cum Venere diſcitur certaſ
ſe, vt Eratoſthenes dicit, cum hac de cauſa Venerem appellari: exoriente
ſole & occidente videri, quo vt ante diximus iure hunc & Luciferum &
Heſperũ nominatũ: ſic Higinus. Qui Venerem ſupra Lunam, Solem, &
Mercurium conſtituit, Ariſtotelẽ, Platonẽ, & Aegyptios ac cunctos ferè
ſecutus veteres. b Plautus veſperuginem.) Idem Varro. li. v. de lingua
Lati. Nox eſt cum ſtella prima exorta, Græci ἑωσφόρος, noſtri veſperuginẽ,
vt Plautus Aulularia, neque veſperugo, neque Vergiliæ ȯccidunt, id tem
pus à Græcis ἑωσφόρος, Latine veſper, vt ante ſolis ortum, quod eadem ſtel
la vocabatur iubar, quod iubata. Pacuuius dicit paſtor exorto iubare no
ctis decurſo itinere. Ennius, Aĩax, lumen, iubárve, in cœlo cerno. hæc ille.
Cinna in Smyrna:
Te matutinus flentem conſpexit Eous,
Et flentem paulo vidit pôſt Heſperus idem.
Pythagoras primus obſeruauit eundẽ eſſe Heſperũ, & Luciferũ, vt Plini⁹
ſcribit lib. ij. alij Parmenidem dicunt, vt Suidas refert. c Homerus
ἑωσφόρος. Sic ἑωσφόρος ὃς κάλλιστος ἐν οὐρανῷ ἵσταται ἀστήρ, Heſper⁹ in cœlo for
ma qui ſydera vincit. Alio loco ἑωσφόρος φαεσφόρος noĩat, id eſt, lucidiſſ.
Odyſſeæ N. d Pulcherrimam dicens.) Vt eã videmus, idcirco ſiue Ve
nus, ſiue pulcherrimus ille Auroræ partus, qui cum Venere de forma cer
L tarit, dictus, ea cauſa Græci, cum iuſtitiam laudarent, neque Heſpherum
nec Phoſphorum æque eſſe ac illam admirabilem, dicebant, vt Ariſtote
les ſcribit. v. Moralium. e Vt in eis diſcernendis, aut ſemper.) Tales o
lim dicuntur fuiſſe Seruilij gemini, vt Cicero. in. iiij. Acade. quæſtio ſi
gnificat, & Menechmi Plautini, quos neque nutrix, ac ne mater quidem,
quæ pepererat dignoſcebat: & gemini lauguentes, quos declamatiõe in
ducit Quintilianus. Sed nunc Mechliniæ quæ hinc quatuor tantũ abeſt
leucis, vt Galli vocant, filij ſunt gemelli Petri Apoſtolij hoſpitis mei ſe
natoris Mechlinieñ. prudentiſſ. pueri adhuc egregia forma, & qui patrẽ
indole referunt, in quibus dignoſcendis non modo extranei, ſed ipſa ſę
pe dum viueret erraui mater, ſæpe errat pater ſed errore gratiſſimo, Pe
trum pro Ioanne vocans, Ioannem pro Pero. f Quæ monſtra oſtẽta.) Petrus Apoſtolus.
Cicero ſic iſta interpretatur libro de diuina. monſtra quòd aliquid ven
turũ monſtrent: oſtenta, quòd oſtendant: prodigia, quòd prædicant: por
tenta, quod portendant. g In olea inſitum oleaſtrum.) Oleaſter olea eſt Montra.
notha & ſylueſtris: at inſitiones ſolent fieri meliorum in peioribus, quo
fructus emendentur, ſi quid eſt vitij, aut præſtantiores fiant: non peiorũ
in melioribus, ne deteriores reddantur fructus.

De gehenna & æternarũ qualitate pœnarũ. Cap. IX. A

QVod igitur de ſempiterno ſupplicio damna
torum per ſuum Prophetam deus dixit, fiet
omnino, fiet: vermis eorũ non morietur [a], & Eſa.66.
ignis eorũ non extinguetur. Ad hoc enim vehemẽtius
cõmendandum, etiam dominus Ieſus cũ membra quæ
hominẽ ſcandalizant, pro his omnibus poneret, quos
vt ſua mẽbra dextra, quis diligit, eaq; præciperet ampu M
tari. Bonũ eſt, inquit, tibi debilẽ introire in vitã, quàm
duas manus habentem ire in gehennam, in ignem in
extinguibilem, vbi vermis eorum nõ moritur, & ignis
eorum non extinguitur. Similiter de pede: Bonum eſt
tibi, inquit, claudum introire in vitam, quàm duos pe
des habentem mitti in gehennã ignis inextinguibilis,
vbi vermis eorum non moritur, & ignis nõ extingui
tur. Non aliter ait & de oculo: Bonum eſt tibi, luſcum Marci.9.
introire in regnum dei, quàm duos oculos habentem
mitti in gehennam ignis vbi vermis eorum non mo
ritur, & ignis non extinguitur. Non eum piguit vno lo
co eadem verba ter dicere: quem non terreat iſta repe
titio, & illius pœnæ cõminatio, tam vehemens ore di
uino? Vtrunq; autem horũ, ignem ſcilicet atq; vermẽ,
qui volunt ad animæ* pœnas non ad corporis pertine *aliàs, animi.
re, dicunt etiam vri dolore ſero atq; infructuoſe pœni
tentes eos qui fuerũt à regno dei ſeparati: & ideo ignẽ
pro iſto dolore vrentem non incongrue poni potuiſſe
cõtendunt. Vnde illud Apoſtoli eſt: Quis ſcandalizatur, 2.Cor.11.
& ego non vror? Eundem etiam dolorem vermẽ
putant iutelligendum eſſe. Nã ſcriptũ eſt, inquiunt, Sicut Prouer.25
tinea veſtimẽtũ, & vermis lignũ, ſic mœror excru-

ciat cor

A ciat cor viri. Qui vero pœnas, & animæ, & corporis in
illo ſupplicio futuras eſſe non dubitant, igne vri cor
pus, animã autẽ rodi quodãmodo vermẽ mœroris af
firmãt. Quod etſi credibilius dicitur, quia vtiq; abſur
dũ eſt, ibi dolorẽ aut corporis, aut animæ defuturũ, ego
tamẽ facilius exiſtimo, vt ad corpus dicã vtrunq; per
tinere, q̃ neutrũ, & ideo tacitũ in illis diuinæ ſcripturæ
verbis animi dolorẽ, quoniã conſequens eſſe intelligi
tur etiamſi non dicatur, vt corpore ſic dolente animus
quoq; ſterili pœnitentia crucietur. Legitur quippe & in
Eccle.7. veterib⁹ ſcripturis: Vindicta carnis impij ignis & ver
mis. Potuit breui⁹ dici, vindicta impij. Cur ergo dictũ
eſt carnis impij: niſi quia vtrũq;, id eſt, & ignis & ver
mis, pœna erit carnis? Aut ſi vindictã carnis propterea
dicere voluit, quia hoc in homine vindicabitur, q̃ ſe
cundũ carnẽ vixerit. Propter hoc enim veniet in mor
Roma 8. tem ſecundã, quam ſignificauit Apoſtolus dicens, Si e
nim ſecundũ carnẽ vixeritis, moriemini. Eligat quiſq;
quod placet, aut ignẽ tribuere corpori, animo vermẽ:
hoc proprie, illud tropice, aut vtrunq; proprie corpori.
Iã enim ſuperius diſputaui poſſe animalia etiã in
B ignibus viuere in vſtione ſine conſumptione, in dolo
re ſine morte per miraculũ omnipotentiſſimi creato
ris, cui hoc poſſibile eſſe, qui negat, à quo fit quicquid
in naturis omnibus miratur, ignorat. Ipſe enim eſt de⁹
qui omnia in hoc mundo magna & parua miracula,
quę cõmemorauimus, etiã incomparabiliter plura quę
non cõmemorauimus fecit, eademq; ipſo mundo vno
atq; omniũ maximo miraculo incluſit. Eligat ergo v
num de duobus quiſq; quod placet, vtrum & vermẽ ad
corpus proprie, an ad animũ trãſlato à corporalibus ad
incorporalia vocabulo exiſtimet pertinere. Quid autẽ
horum verum ſit, res ipſa expeditius indicabit, quãdo
erit ſcientia tanta ſanctorum, vt eis cognoſcendarũ il
larum pœnarum neceſſaria non ſit experientia, ſed ea
quæ tunc erit plena atq; perfecta, ad hoc quoq; ſciendũ
1.Cor.13. ſapientia ſola ſufficiat. Nunc enim ex parte ſcimus, do
nec veniat quod perfectum eſt, dum tamen nullo mo
do illa corpora talia futura eſſe credamus, vt nullis ab
igne afficiantur doloribus.

[a] VErmis eorum non morietur.) Eſaiæ vltimo capite. Hieronymus hoc loco. vermis autẽ, qui non morietur, & ignis, qui non extinguetur, à pleriſque conſcientia accipitur peccatorũ, quæ torqueat in ſuppliciis cõſtitutos, quare vitio ſuo atque pecca
C to caruerint electorũ bono, iuxta illud quod dicitur: Verſat⁹ ſum in miſeria dum infigitur mihi ſpina: & in prouerbiis, Tinea oſſium cor intelligens: Ita Hieronymus, hic vermis acerbiſſ. eſt ſcelerum pœna, quã maleſici ſuæ ipſorũ conſcientiæ dant, primaq; eſt, vt inquit Seneca, & maxima peccantiũ pœna peccaſſe. Nec vllum ſcelus, licet illud fortuna exornet muneribus ſuis, licet tueatur, ac vindicet, impunitũ eſt, quoniã ſceleris in ſcelere ſuppliciũ eſt, ſed nihilominus & hæc & illã ſecundæ pœnæ premunt, ac ſequũtur, timere ſemper, & expaueſcere, & ſecuritati diffidere. Hic conſentiamus cũ Epicuro, inquit, qui ait, mala facinora conſcientia flagellari, & plurimũ illi tormentorum eſſe, eo quòd perpetuam illã ſolicitando vrget, ac verberat, quod ſponſoribus ſecuritatis ſuæ non poteſt credere. Hoc enim ipſum argumentũ Epicuri eſt, natura nos à ſcelere abhorrere, quòd nulli non etiã inter tuta timor eſt. Multos fortuna liberat pœna, neminem metu. Hæc Seneca li epiſtola. xvj. cui Iuuenalis Satyra. xiij. concinit dicens:
Exemplo quodcũque malo committitur, ipſi
Diſplicet authori. prima eſt hæc vltio, quod ſe
Iudice nemo nocens abſoluitur. Et pôſt:
Cur tamen hos tu
Euaſiſſe putes, quos diri conſcia facti
Mens habet attonitos, & ſurdo verbere cædit.
Occultum quatiente animo tortore flagellum.
Pœna autem vehemens, & multo ſæuior illis
Quas & Cæditius grauis inuenit, & Rhadamanthus
Nocte dieq; ſuum geſtare in pectore teſtem.
Imò vero nõ vnus teſtis dicitur cõſcientia, ſed mille teſtes, vt eſt in prouerbio. Cicero non alias eſſe putat furias illas infernas, quas Poëtæ finxerunt ſcelerum vltrices. Sic enim ait in L. Piſonem: Nolite putare P.C. vt in ſcena videris homines conſceleratos impulſu deorũ terreri furiarũ tedis ardentibus, ſua quenque fraus, ſuum facinus, ſuũ ſcelus, ſua audacia de ſanitate ac mente deturbat. hæ ſunt impiorũ furiæ, flammę, hæ faces. & pro Roſcio Amerino: Sua quenque fraus, & ſuus error maxime vexat, ſuũ quenque ſcelus agitat, amentiaq; afficit, ſuæ malę cogitationes amẽtiæq; animi terrent. hæ ſunt impiis aſſiduæ domeſticæq; furiæ. Hinc oratio illa nefariæ ciuitatis cadaueribus paſtæ apud Quintilianum, Meũ ſanè conſcientia vrunt animum intus ſcelerum faces, & quoties facta reputaui, flagella mentis ſonant, vltrices video furias. hinc tranquillitate cõſcientiæ nihil excogitari beatius poteſt, quę velut guſt⁹ quidã & exẽplũ eſt in hoc mortali æuo immortalis illius vitę omnibus bonis cumulatæ. D

An ignis gehẽnalis ſi corporalis eſt, poſſit malignos ſpiritus, id eſt, dæmones incorporeos tactu ſuo adurere. Ca. X.

HIc occurrit quærere, ſi non erit ignis incorporalis noxius, ſicut eſt animi dolor, ſed corporalis tactu noxius, vt eo poſſint corpora cruciari, quomodo in eo erit etiã pœna ſpirituũ malignorũ? Idem quippe ignis erit ſupplicio ſcilicet hominũ attributus & dæmonum, dicente Chriſto: Diſcedite à Matth.25.
me maledicti in ignem æternũ, qui paratus eſt diabolo & angelis eius, niſi quia ſunt quædã ſua etiã dæmonibus corpora, ſicut doctis hominib⁹ viſum eſt, ex iſto aëre craſſo atq; humido, cuius impulſus vento flante ſentitur. Quod gen⁹ elemẽti ſi nihil igne perpeti poſſet, nõ vreret fertefactus in balneis. Vt enim vrat prior vritur, facitq; quũ patitur. Si autẽ quiſq̃ nulla habere corpora dæmones aſſeuerat, non eſt de hac re aut la
E borandum operoſa inquiſitione, aut cõtentioſa diſpu
tatione certandum. Cur enim non dicamus, quanuis
miris, tamẽ veris modis etiã ſpiritus incorporeos poſ
ſe pœna corporalis ignis affligi, ſi ſpiritus hominũ etiã
ipſi profecto incorporei, & nũc potuerunt includi cor
poralibus membris, & tunc poterunt corporũ ſuorum
vinculis inſolubiliter alligari? Adhærebunt ergo ſi eis
nulla ſunt corpora ſpiritus dæmonũ, imò ſpiritus dæ
mones, licet incorporei corporeis ignibus cruciãdi, nõ
vt ignes ipſi, quibus adhærebunt eorũ iunctura inſpi
rentur, & animalia fiant, quæ conſtent ſpiritu & cor
pore, ſed vt dixi miris & ineffabilibus modis adhærẽ
do accipientes ex ignibus pœnam non dantes ignibus
vitam, quia & iſte alius modus quo corporibus adhæ
rent ſpiritus, & animalia fiunt, omnino mirus eſt, nec
cõprehẽdi ab homine poteſt, & hoc ipſe homo eſt. Di
cerem quidem ſic arſuros ſine vllo ſuo corpore ſpirit⁹,
ſicut ardebat apud inferos ille diues quando dicebat, Lucæ.16.
Crucior in hac flãma: niſi cõuenienter reſponderi cer
nerem, talem fuiſſe illam flammã, quales oculi quos le
uauit, & Lazarum vidit, qualis lingua cui humorẽ exi
guũ deſiderauit infundi, qualis digitus Lazari, de quo
id ſibi fieri poſtulauit, vbi tamen erant ſine corporibus
F animæ. Sic ergo incorporalis & illa flamma, qua exar
ſit, & illa guttula, quam popoſcit, qualia etiam ſunt vi
ſa dormientium, ſiue in ecſtaſi cernentium res incor
porales, habentes tamen ſimilitudinem corporum. Nã
& ipſe homo cum ſpiritu, non corpore ſit in talibus
viſis, ita ſe tamen tũc ſimilem ſuo corpori videt, vt di
ſcernere omnino non poſſit. At vero gehẽna illa, quod
etiam ſtagnũ ignis & ſulphuris dictum eſt, corporeus
ignis erit, & cruciabit corpora damnatorum, aut & ho
minum & dæmonum, ſolida hominum, aërea dæmo
num, aut tantum hominum corpora cũ ſpiritibus, dæ
mones autem ſpiritus ſine corporibus hærentes ſumẽ
do pœnam, non impertiẽdo vitam corporalibus igni
bus. Vnus quippe vtriſq; ignis erit, ſicut veritas dixit: Matth.25.

An hoc ratio iuſtitiæ habeat ut nõ ſint extẽſiora pœnarum tempora, quàm fuerint peccatorum. Cap. XI.

SIc autem quidam eorum, contra quos defen
dimus ciuitatem dei, iniuſtum putant, vt pro
peccatis quãlibet magnis, paruo ſcilicet tem
pore perpetratis pœna quiſq; dãnetur æterna, quaſi vl
tius id vnquã iuſtitia legis attendat, vt tanta mora tẽ

C poris

G poris quiſq; puniatur,quanta mora temporis vnde puniretur admiſit. Octo genera pœnarum in legibus eſſe ſcribit Tullius,dãnum,vincula,verbera, talionẽ,ignominiã,exilium, mortẽ, ſeruitutẽ. Quid horũ eſt quod in breue tempus pro cuiuſq; peccati celeritate coartetur,vt tanta vindicetur morula, quanta deprehẽditur perpetratum,niſi forte talio? [a] Id enim agit vt hoc patiatur quiſq; quod fecit.illud eſt legis: Oculũ pro oculo,dentẽ pro dente. Fieri enim poteſt,vt tam breui tẽpore quiſq; amittat oculum ſeueritate vindictæ, quàm tulit ipſe alteri improbitate peccati. Porrò autem ſi alienæ fœminæ oſculum infixũ rationis ſit verbere vindicare, nónne qui illud puncto temporis fecerit,incõparabili horarum ſpacio verberatur, & ſuauitas voluptatis exiguæ diuturno dolore punitur? Quid in vinculis? Nunquid ibi tã diu quiſq; iudicandus eſt eſſe debere,quãdiu fecit,vnde meruit alligari, cũ iuſtiſſime annoſas pœnas ſeruus in cõpedibus pendat,qui verbo aut ictu celerrime tranſeunte vel laceſſiuit dominum vel plagauit? Iam vero dãnum,ignominia,exilium,& ſeruitus,cũ plerunq; ſic infliguntur,vt nulla venia relaxẽ-
H tur,nónne pro huius vitæ modo ſimilia pœnis videntur æternis? Ideo quippe æterna eſſe non poſſunt, quia nec ipſa vita,quæ his plectitur,porrigitur in æternum, & tamen peccata,quæ vindicantur longiſſimi temporis pœnis,breuiſſimo tẽpore perpetrantur, nec quiſquã extitit qui cenſuerit tam cito nocẽtiũ finiẽda eſſe tormenta,quàm cito factum eſt vel homicidiũ, vel adulteriũ,vel ſacrilegiũ,vel quodlibet aliud ſcelus,non tẽporis longitudine, ſed iniquitatis & impietatis magnitudine metiendũ. Qui vero pro aliquo grãdi crimine morte mulctatur,nũquid mora,qua occiditur,quę perbreuis eſt,eius ſupplicium leges æſtimant,& non quòd eũ in ſempiternũ auferunt de ſocietate viuentiũ? Quod eſt autẽ de iſta ciuitate mortali homines ſupplicio primę mortis,hoc eſt,de illa ciuitate immortali homines ſupplicio ſecundæ mortis auferre. Sicut enim non efficiunt leges huius ciuitatis vt in eam quiſq; reuocetur occiſus, ſic nec illius, vt in vitam reuocetur æternã,ſecunda morte dãnatus. Quomodo ergo verum eſt, inquiunt,quod ait Chriſtus veſter: In qua menſura mẽſi fueritis, in ea remetietur vobis, ſi temporale peccatũ
I ſupplicio punitur æterno? Nec attendunt non propter æquale temporis ſpatium,ſed propter viciſſitudinẽ mali,id eſt,vt qui mala fecerit,mala patiatur, eandẽ dictã fuiſſe menſuram,quãuis hoc in ea re proprie poſſit accipi,de qua dominus cũ hoc diceret loquebatur, id eſt de iudiciis, & condemnationibus. Proinde qui iudicat & cõdemnat iniuſte,ſi iudicatur & cõdemnatur iuſte, in eadẽ menſura recipit, quanuis non hoc quod dedit. Iudicio enim fecit,iudicio patitur. Quanuis enim fecerit damnatione,quod iniquum eſt, patiatur damnatione quod iuſtum eſt.

Exo.21. Matth. 7. Lucæ.6.

a NIſi forte talio.) In legibus xij. ſic habebatur: Si mẽbrum rupit meũ,ẽ pacto talio eſto. Talio vocabatur, quòd quale quis fecerat,tale paſſurus eſſet: vt ſi eruiſſet oculum alienum, amitteret ſuum: ſi amputaſſet alterius nares, perderet ſuas. de cuius æquitate legis diſputat cum Sex. Cæcilio Fauorinus philoſophus apud Gellium lib.xx.

Talio.

De magnitudine præuaricationis primæ,ob quam æterna pœna omnibus debeatur,qui extra gratiam fuerint ſaluatoris. Cap. XII.

SEd pœna ęterna ideo dura & iniuſta ſenſibus videtur humanis,quia in hac infirmitate moribundorum ſenſuum deeſt ille ſenſus altiſſimæ puriſſimæq; ſapientiæ, quo ſentiri poſſit quantũ nefas in illa prima pręuaricatione cõmiſſum ſit. Quãto enim magis homo fruebatur deo,tanto maiore impietate dereliquit deum, & factus eſt malo dignus æterno,qui hoc in ſe peremit bonum: quod eſſe poſſet ęternum. Hinc eſt vniuerſa generis humani maſſa dãnata,quoniam qui hoc primitus admiſit cũ ea, quæ in illo fuerat radicata, ſua ſtirpe punitus eſt, vt nullus ab hoc iuſto debitoq; ſupplicio,niſi miſericordia & indebita gratia liberetur,atq; ita diſpertiatur genus humanum,vt in quibuſdã demonſtretur, quid valeat miſericors gratia,in cęteris quid iuſta vindicta. Neq; enim vtrunq; demonſtraretur in omnibus,quia ſi oẽs remanerent in pœnis iuſtæ damnationis,in nullo appareret miſericors gratia redimentis: rurſum ſi oẽs à tenebris tranſferentur in lucẽ,in nullo appareret ſeueritas * vltionis. In qua ꝓpterea multo plures, quàm in illa ſunt, vt ſic oſtendatur, quid oĩbus deberetur. Quod ſi oĩbus redderetur,iuſtitiam iudicantis* iuſte nemo reprehenderet. Quia vero tã multi exinde liberantur, eſt vnde agantur maximæ gratiæ gratuito muneri liberantis.

K

*aliâs ueritas.

*aliâs uindicantis.

Contra opinionem eorum,qui putãt criminoſis ſupplicia poſt mortem cauſa purgationis adhiberi. Cap. XIII.

PLatonici quidẽ quãuis impunita nulla velint eſſe peccata, tamen oẽs pœnas emendationi adhiberi putãt, vel humanis inflictas legib⁹, vel diuinis,ſiue in hac vita,ſiue poſt mortem: ſi autem parcatur hic cuiquã, aut ita plectatur vt hic non corrigatur. Hinc eſt Maronis illa ſentẽtia, vbi cũ dixiſſet de terrenis corporibus moribũdisq; mẽbris, quod animæ Hinc metuũt, cupiuntq;, dolent, gaudentq;, nec auras Suſpiciunt,clauſæ tenebris & carcere cæco,ſecutus adiunxit atq; ait: Quin & ſupremo cum lumine vita reliquit: id eſt,cũ die nouiſſimo relinquit eas iſta vita: Nõ tamen,inquit,omne malum miſeris, nec funditus oẽs Corporeæ excedunt peſtes,pœnitusq; neceſſe eſt Multa diu concreta modis inoleſcere miris. Ergo exercentur pœnis,veterumq; malorum Supplicia expendunt. aliæ panduntur inanes Suſpenſæ ad ventos,aliis ſub gurgite vaſto Infectum eluitur ſcelus,aut exuritur igni.

L

Aene.6.

Qui hoc opinantur,nullas pœnas niſi purgatorias volunt eſſe poſt mortẽ,vt quoniã terris ſuperiora ſunt elementa, aqua,aër,ignis, ex aliquo iſtorũ mũdetur per
M expiatorias pœnas quod terrena contagione contractũ eſt. Aër quippe accipitur in eo quod ait, ſuſpẽſæ ad vẽtos. Aqua in eo quod ait, ſub gurgite vaſto. Ignis autem ſuo nomine expreſſus eſt, cum dixit, aut exuritur igni. Nos vero etiã in hac quidẽ mortali vita eſſe quaſdam pœnas purgatorias confitemur, nõ quibus affliguntur, quorũ vita vel nõ inde fit melior,vel poti⁹ inde fit peior,ſed illis ſunt purgatoriæ, qui eis coërciti corriguntur. Cæteræ oẽs pœnæ ſiue tẽporariæ, ſiue ſempiternæ, ſicut vnuſquiſq; diuina prouidẽtia tractãdus eſt, inferuntur, vel ꝓ peccatis, ſiue præteritis, ſiue in quibus adhuc viuit ille, qui plectitur, vel pro exercendis declarandisq; virtutibus, per homines & angelos, ſeu bonos, ſeu malos. Nã ſi quiſquã mali aliquid alterius improbitate vel errore [a] patiatur, peccat quidẽ homo, qui vel ignorantia, vel iniuſtitia cuiquã mali aliquid facit, ſed non peccat deus, qui iuſto quanuis occulto iudicio fieri ſinit. Sed temporarias pœnas alij in hac vita tantũ, alij poſt mortẽ, alij & nunc & tũc, verũtamen ante iudiciũ illud ſeueriſſimũ nouiſſimũq; patiuntur. Nõ autem omnes veniunt in ſempiternas pœnas, quæ poſt illud iudicium his ſunt futuræ, qui poſt mortem ſuſtinent temporales. Nam quibuſdam quod in iſto non remittitur,

Matth.12. mittitur,remitti in futuro ſeculo,id eſt,ne futuri ſecu-
A li æterno ſupplicio puniantur,iam ſupra diximus.

a NAm ſi quiſquam mali aliquid alte.impr.vel er.) Improbitate, vt ſi ſciens ac prudens lædat, vel prauo errore, vt qui putat ſe benefacere: quales ſunt qui martyres torſerunt, ac occiderunt. Hi enim non ſunt à ſcelere liberi, neque eorum inſcitia errorq; ineuitabilis erat, quippe cauſam ſanctorum, vel neglexerunt, vel contempſerunt, vel iracundo & impotẽti animo auerſati ſunt, de ignorantia quæ iuſta ſit excuſatio, quæ friuola & iniqua diſputat aliis lib. Auguſtinus, vt in quæſtio. veteris & noui teſtamenti.

De pœnis tẽporalibus iſtius uitæ,quibus ſubiecta eſt humana conditio. Cap. XIIII.

RAriſſimi ſunt autẽ, qui nullas in hac vita, ſed tantum poſtea pœnas luunt. Fuiſſe tamen aliquos qui vſq; ad decrepitã ſenectutẽ ne leuiſſimam quidẽ febriculã ſenſerint, quietãq; duxerint vitã, ipſi & nouimus & audiuimus: quãquam vita ipſa mortaliũ tota pœna ſit; quia tota tentatio eſt, ſicut ſacræ literæ perſonant, vbi ſcriptũ eſt: Nũquid nõ tentatio eſt vita humana ſuper terrã? Non enim parua pœna eſt ipſa inſipientia vel imperitia, quæ vſq; adeo fugienda merito iudicatur, vt per pœnas doloribus plenas, pueri coganturq; artificia vel literas diſcere,
B ipſumq; diſcere, ad quod pœtis adiguntur, tam pœnale eſt eis, vt nõnunquam ipſas pœnas, per quas cõpelluntur diſcere, malint ferre q̃ diſcere. Quis autẽ nõ exhorreat & mori eligat, [a] ſi ei proponatur, aut mors perpetienda, aut rurſus infantia? Quæ quidẽ ꝓ nõ à riſu, ſed à fletu orditur hanc lucẽ, quid malorũ ingreſſa ſit neſciens prophetat quodãmodo. Solum quãdo natus eſt ferunt riſiſſe Zoroaſtrẽ, [b] nec ei boni aliquid mõſtroſus riſus ille portẽdit. Nã magicarum artiũ fuiſſe perhibetur inuentor, quæ quidẽ illi, nec ad præſentis vitæ vanã fœlicitatẽ contra ſuos inimicos prodeſſe potuerũt. A Nino quippe rege Aſſyriorum, cũ eſſet ipſe Bactrianorũ rex, bello ſuperat⁹ eſt. Prorſus quod ſcriptũ
Eccle. 40. eſt: Graue iugũ ſuper filios Adã à die exitus de ventre matris eorũ, vſq; in diem ſepulturæ in matrem omniũ: vſq; adeo impleri neceſſe eſt, vt ipſi paruuli per lauacrũ regenerationis, ab originalis peccati, quo ſolo tenebãtur, vinculo iam ſoluti, mala multa patientes, nõnulli etiã incurſus ſpirituũ malignorũ aliquando pa-
C tiantur. Quæ quidẽ paſſio abſit, vt eis obſit, ſi hanc vitã in illa ætate etiã ipſa paſſione ingraueſcente & animã de corpore excludente finierint.

Iob.7.

Zoroaſtres.

a QVis autem non exhorreat & mori eligat.) At ſunt multi qui pro maximo dei munere recipiant ſi iterum viuere contingat, & incipiant in cunis vagire, de quibus vere poterat Aeneas dicere: Quæ lucis miſeris tam dira cupido? ſapiẽs apud Ciceronem Cato nolle ſe dicebat à calce ad carceres reuocari, hoc eſt, decurſo ſpatio à termino ad exordium reduci vitæ. b Ferunt riſiſſe Zoroaſtrem.) Hic rex Bactrianorum fuit magicarũ artium inſtitutor, quẽ Hermodotus Platonicus præceſſiſſe ait Troicũ bellum annis quinque millibus. idem Hermippus, qui & cũ ab Agnace inſtitutum tradit, ſcripſiſſeq; vicies centum millia verſuũ. Eudoxus paulo antiquiorem facit, nẽpe ſex annorum millibus ante Platonis mortem, quem ſecutus eſt Ariſtoteles. Xanthus vero Lydius, vt illi nimis multos, ſic ipſe nimis paucos computauit annos, ſex centos ſcilicet à Zoroaſtre ad Xerxis tranſitum. Plinius parum conſtare dicit vtrum vnus tantum fuerit Zoroaſtres, an plures: certioribus tamen authorum ſcriptis traditur Zoroaſtrem Bactrianorum regem temporibus vixiſſe Nini Aſſyrij, à quo victus & regno pulſus eſt: inſtitutor magicæ artis, qui eodem quo natus eſt die riſit, cerebrũq; ita ei palpitauit, vt impoſitã repelleret manum, futuræ præſagio ſcientiæ, vt dicit Plinius. viginti annis in deſerto caſeo vixit ita temperato, vt vetuſtatem non ſentiret.

Quòd omne opus gratiæ dei eruẽtis nos de profunditate ueteris mali,ad futuri ſeculi pertineat nouitatem. Cap. XV.

Eccle. 40.

VEruntamen in graui iugo quod poſitũ eſt ſuper filios Adam à die exitus de vẽtre matris eorum vſque in diem ſepulturæ in matrẽ omnium, etiam hoc medium [a] miſerabile reperitur, vt ſobrij ſimus atq; intelligamus hanc vitã de peccato illo nimis nefario, quod in paradiſo perpetratũ eſt, factã nobis eſſe pœnalem, totumq; quod nobiſcũ agitur per teſtamentum nouum non pertinere, niſi ad noui ſeculi hæreditatem nouam, vt hic pignore accepto, illud cuius hoc eſt pignus ſuo tẽpore conſequamur. Nunc autẽ ambulemus in ſpe & proficientes de die in diẽ, ſpiritu facta carnis mortificemus. Nouit enim dominus qui ſunt eius, & quotquot ſpiritu dei agũtur, hi filij dei ſũt ſed gratia, non natura. Vnicus enim natura dei filius, propter nos miſericordia factus eſt filius hominis, vt nos natura filij hominis, filij dei per illum gratia fieremus. Manens quippe ille immutabilis, naturam noſtrã in qua nos ſuſciperet ſuſcepit à nobis, & tenax diuinitatis ſuæ, noſtræ infirmitatis particeps fact⁹ eſt, vt nos in melius cõmutati, quòd peccatores mortales q; ſum⁹, eius immortalitatis & iuſtitiæ participatione amittamus: & quod in natura noſtra bonũ fecit, impleti ſummo bono in eius naturæ bonitate ſeruemus. Sicut enĩ per vnum hominem peccantem in hoc tam graue ma lum deuenimus, ita per vnum hominem eundẽq; deũ iuſtificantem, ad illud bonum tam ſublime veniemus. Nec quiſquam ſe debet ab iſto ad illum tranſiſſe confidere, niſi cum ibi fuerit vbi tentatio nulla erit, niſi pacẽ tenuerit, quã pacẽ belli huius, in quo carõ cõcupiſcit aduerſus ſpiritũ, & ſpiritus aduerſus carnem, multis & variis certaminibus quærit. Hoc autẽ bellũ nunquam vllũ eſſet, ſi natura humana per liberũ arbitriũ in rectitudine in qua facta eſt perſtitiſſet. Nũc vero quæ pacem fœlix cum deo habere noluit, ſecum pugnat infœlix: & hoc quoq; cum malũ ſit miſerabile, melius eſt tamen q̃ priora vitæ huius. Melius quippe cõfligitur cum vitiis, quàm cũ ſine vlla conflictione dominãtur. Melius eſt, inquam, bellum cũ ſpe æternæ pacis, quàm ſine vlla liberationis cogitatione captiuitas. Cupimus quidem etiã hoc bello carere, & ad capeſcendã ordinatiſſimã pacem, vbi firmiſſima ſtabilitate potioribus inferiora ſubdantur, igne diuini amoris accẽdimur. Sed ſi quod abſit illius tanti boni ſpes nulla eſſet, male debuimus in huius conflictationis moleſtia [b] remanere, q̃ vitiis in nos dominationẽ nõ eis reſiſtẽdo pmittere.

D

Gene.3.

Roma.8. 2.Timo.2. Roma.8.

E

Roma.5.

Gala.5.

F

a ETiam hoc medium.) Varia lectio. Alibi, etiam hoc medium mirabile. alibi, miſerabile. alibi, malũ miſerabile. Quid ſi legas hoc minime miſerabile? b In huius conflictationis moleſtia.) Hoc etiam dixerunt Philoſophi, qui animas mortales, aut diuturnas tãtũ poſuerũt: nã vel omni precio ſepoſito bene viuere plus iuuat, quàm male, & ipſa virtus eſt ſibi ampliſſ. præmiũ, fœlicioresq; ſunt boni etiã dũ hic viuunt, quàm mali quantũlibet fortunati. atque hoc eſt quod Chriſtus ſectatoribus ſuis amplam mercedem non modo in futura promittit vita, ſed etiam in præſenti.

Sub quibus gratiæ legibus omnes regeneratorũ beantur ætates. Cap. XVI.

VErum tanta eſt dei miſericordia in vaſa miſericordiæ quæ præparauit in gloriam, vt etiã prima hominis ætas, id eſt, infantia, quæ ſine vllo reniſu ſubiacet carni: & ſecunda, quæ pueritia nũcupatur, vbi nondum ratio ſuſcepit hanc pugnã, & ferè ſub omnibus vitioſis delectationibus iacet, quia licet iam fari valeat, & ideo infantiam tranſiſſe videatur, nondum in ea eſt præcepti capax infirmitas mentis, ſi ſacramenta mediatoris acceperit, etiam ſi hãc in eis annis vitam finiat, tranſlata ſcilicet à poteſtate tenebrarũ in regnũ Chriſti, non ſolum pœnis non præparetur æternis, ſed ne vlla quidẽ poſt mortẽ purgatoria tormenta patiatur. Sufficit enim ſola ſpiritalis regeneratio, ne poſt mortẽ obſit quod carnalis generatio cũ morte contraxit. Cũ antẽ ventũ fuerit ad ætatẽ, quæ

Roma.9.

1.Timo.2.

Col.1.

 præceptum

G præceptum iam capit,& ſubdi poteſt legis imperio,ſuſcipiendum eſt bellum contra vitia, & gerẽdum acriter, ne ad damnabilia peccata perducat.Et ſi quidẽ nõdum victoriarum conſuetudine roborata ſunt,facilius vincuntur,& cedunt : ſi autẽ vincere atq; imperare cõſueuerunt,laborioſa difficultate ſuperantur. Neq; enim id fit veraciter atq; ſynceriter, niſi vera * delectatione iuſtitiæ.[a] Hæc eſt autẽ in fide Chriſti. Nã ſi lex iubens aſſit,& ſpiritus iuuans deſit , per ipſam prohibitionem deſiderio creſcente atq; vincẽte peccati etiã reatus prẽuaricationis accedit , vt nõnunquam ſint [b] apertiſſima vitia,quæ aliis vitiis vincuntur occultis, quæq; putantur eſſe virtutes,in quibus regnat ſuperbia, & quædam ſibi placendi altitudo ruinoſa. Tũc itaq; victa vitia deputanda ſunt,cũ dei amore vincũtur,quẽ niſi deus ipſe non donat, nec aliter niſi per mediatorem dei & hominum hominẽ Ieſum Chriſtum , qui factus eſt particeps mortalitatis noſtræ, vt nos participes faceret diuinitatis ſuæ. Paucíſſimi autẽ ſunt tantæ fœlicitatis, vt ab ipſa ineunte adoleſcentia nulla damnabilia peccata committant,vel in flagitiis,vel in facinoribus, [c] vel in nefariæ cuiuſquam impietatis errore , ſed magna ſpiritus largitate opprimãt, quicquid in eis poſſet carnali delectatione dãnari. * Plurimi vero præcepto legis accepto , cum prius victi fuerint præualẽtibus vitiis & præuaricatores eius effecti , tunc ad gratiã confugiunt adiuuantem,qua fiant & amarius pœnitendo,& vehementius pugnãdo,prius deo ſubdita,atq; ita carni prepoſita mente victores. Quiſquis igitur cupit pœnas euadere ſempiternas,non ſolum baptizetur, verumetiã iuſtiſicetur in Chriſto,ac ſic vere tranſeat à diabolo ad Chriſtum. Purgatorias autẽ pœnas nullas futuras opinetur , niſi ante illud vltimũ tremendumq; iudicium. Nequaquam tamen negandum eſt,etiam ipſum ęternum ignẽ [d] pro diuerſitate meritorũ quanuis malorũ, aliis leuiorẽ,aliis futurũ eſſe grauiorẽ,ſiue ipſius vis atque ardor pro pœna digna cuiuſque varietur, ſiue ipſe æqualiter ardeat , ſed non æquali moleſtia ſentiantur.

*al. ueræ.

1.Timo.2.

H *aliâs dominari.

Matth.25.

a NIſi vera delectatione iuſtitiæ.) Idcirco Plato iubet ita pueros aſſuefaciendos , vt tantum vere bonis delectẽtur rebus ,auerſentur malas.id ſi fieret,non ſecus ad virtutẽ vnuſquiſque ferretur pronus,quàm nunc ad corporeas voluptates , quibus vnis aſſueuimus,& innutriti ſumus. Neque enim parum refert, quibus vel dolere conſueuerimus, vel gaudere . viro perfectẽ bono iucundiora ſuauioraq; ſunt virtutum opera,quàm cuiuis voluptario voluptates. b Vt I nonnunquam ſint.) Alibi ſic nõnunquam ſanẽ apertiſs . vitia aliis vitiis vincuntur occultis,quæ putantur eſſe virtutes,&c. Facit enim exterior legis obſeruatio ſine gratia non bonos ſed hypocritas. Plato cum amicos nobiles inuitaſſet,tricliniumq; iuſſiſſet ornari non omnino ſordide , irrupit Diogenes Cynicus, & ſpurcis illis ſuis cænoſisq; pedibus cœpit lectulos conculcare.ingreſſus cum conuiuis Plato,quid agis, inquit, Diogenes? Calco,inquit ille,Platonis faſtum. Calcas, reſpondit Plato,ſed alio faſtu maiore.videlicet arrogantia & iactantia erat in Diogenis animo impotẽtior & intolerabilior quod inops eſſet, quàm in Platone,qui cultum illum amicorũ oculis dabat, non ſibi.ita inuenias ſuperbiſs. pleroſque egenos,qui hoc tantum nomine meliores & ſanctiores etiam bonis diuitibus ſibi videantur,quòd nihil habeant,ceu vero modicum cenſum laudarit dominus,& non modicum animũ. Eiuſmodi homines diteſcere recuſant,quòd ſe admirabiliores,& in maiore precio habitum iri credunt,ſi in ſua tenuitate manſerint. Diogenes idem multa horrẽda faciebat,vt omnium oculos ad ſe ſuſpiciendum mirandumq; conuerteret: idcirco cum media hyeme in rigidiſs. lauaret aqua , frequẽnſq; populus id ſpectans miſertus hortaretur,vt ſibi parceret: Plato exclamauit,ſi vultis eius miſereri,diſcedite.quippe illud Diogenes non virtutis cauſa , ſed circũfuſæ multitudinis agebat. c Flagitiis vel in facino.) Leuia ſunt flagitia,grauiora facinora,grauiſs.omnium error impietatis. d Ipſum æternum ignem.) Iuxta illud domini in euangelio: Tyro & Sidoni remiſſibilius erit in die iudicij , & alia dicta eiuſdem mentis complura.

De his qui putant nullorum hominum pœnas in æternum eſſe manſuras. Cap. XVII.

NVnc iam cum miſericordibus noſtris agendum eſſe video,& pacifice diſputandum, qui vel omnibus illis hominib⁹, quos iuſtiſſimus iudex dignos gehennæ ſupplicio iudicabit,vel quibuſdam eorum nolunt credere pœnam ſempiternam futuram , ſed poſt certi temporis metas pro cuiusq; peccati quantitate longioris ſiue breuioris eos inde exiſtimant liberandos. Qua in re miſericordior pfecto fuit Origenes, [a] qui & ipſum diabolum atque angelos eius poſt grauiora pro meritis & diuturniora ſupplicia ex illis cruciatibus eruendos atque ſociandos ſanctis angelis credidit. Sed illum & propter hoc & propter alia nonnulla , & maxime propter alternantes ſine ceſſatione beatitudines & miſerias , & ſtatutis ſeculorũ interuallis,ab iſtis ad illas, atq; ab illis ad iſtas itus ac reditus interminabiles nõ immerito reprobauit eccleſia: quia & hoc quod miſericors videbatur amiſit , faciendo ſanctis veras miſerias,quibus pœnas luerent,& falſas beatitudines,in quibus verum ac ſecurũ, hoc eſt,ſine timore certum ſempiterni boni gaudium nõ haberent . Lõge autem aliter iſtorum miſericordia humano errat affectu,qui hominum illo iudicio damnatorũ miſerias temporales:omnium vero , qui vel citius, vel tardius liberantur æternam fœlicitatem putant . Quæ ſentẽtia ſi propterea bona & vera , quia miſericors eſt, tanto erit melior & verior,quanto miſericordior fuerit. Extendatur ergo ac profundatur fons huius miſericordiæ vſq; ad damnatos angelos, [b] ſaltem poſt multa atque prolixa quantumlibet ſecula liberandos. Cur vſque ad vniuerſam naturam manat humanam, & cũ ad angelicam ventum fuerit mox areſcit? Non audent tamen ſe vlterius miſerãdo porrigere, & ad liberationem ipſius quoque diaboli peruenire. Verum ſi aliquis audeat vincit nẽpe iſtos, & tamen tanto inuenitur errare deformius & contra recta dei verba peruerſius, quanto ſibi videtur ſentire clementius.

K

L

a MIſericordior profecto fuit Origenes.) Origenes Adamantius in lib. περὶ ἀρχῶν, id eſt de principiis,de quo alibi.

b Vſque ad dãnatos angelos.) Et iſtos quoque ſuppliciis liberabat Origenes,ſicut ex ſanctis angelis procedente tempore diabolos faciebat,quæ illius erant viciſſitudines.

De his qui nouiſſimo iudicio propter interceſſiones ſanctorũ neminẽ hominũ putant eſſe dãnandũ. Ca. XVIII.

SVnt etiã quales in collocutionibus noſtris ipſe ſum expertus : qui cum venerari videãtur ſcripturas ſanctas, moribus improbãdi ſunt, & agendo cauſam ſuam multo maiorẽ, quàm iſti miſericordiã deo tribuant erga humanũ genus. Dicũt enim de malis & infidelibus hominibus diuinitus quidẽ verũ prædictũ eſſe,quod digni ſuntl pœna,ſed cũ ad iudiciũ ventũ fuerit miſericordiã eſſe ſuperaturã. Donabit enim eos, inquiunt , miſericors deus precibus & interceſſionibus ſanctorũ ſuorũ. Si enim orabant pro illis, quando eos patiebantur inimicos , quanto magis quando videbũt humiles ſupplicesq; proſtratos ? Neq; enim credendũ eſt,aiunt , tũc amiſſuros ſanctos viſcera miſericordiæ,cũ fuerint pleniſſimæ ac perfectiſſimę ſanctitatis,vt qui tunc orabant pro inimicis ſuis, quãdo & ipſi ſine peccato nõ erant,tunc nõ orent pro ſupplicibus ſuis,quando nullũ cœperint habere peccatum? Aut vero deus tunc eos non exaudiet tot, & tales filios ſuos,quando in tanta eorũ ſanctitate nullũ inueniet orationis impedimentũ? Teſtimoniũ vero pſalmi,& illi quidẽ qui permittũt infideles atq; impios homines ſaltẽ longo tẽpore cruciari,& poſtea de malis oĩbus erui, ſed magis iſti pro ſe dicunt eſſe vbi legitur : Nunquid obliuiſcetur miſereri deus,aut continebit in ira ſua miſerationes ſuas? Ira eius eſt,inquiũt,vt oẽs indigni beatitudine ſẽpiterna, ipſo iudicãte puniantẽ ſupplicio ſẽpiterno. Sed ſi vel lõgũ vel prorſus vllũ eſſe pmiſerit,pfecto vt poſſit hoc fieri cõtinebit in ira ſua miſeratiões

M

a

Iacobi.2.

Matth.5.

A ſuas,quod eũ pſalmus dicit nõ eſſe facturũ. † Nõ enim ait affirmando cõtinebit,ſed negationẽ ſub interrogatione ponens,cũ an cõtinebit interrogat, nimirũ oſtẽdit,quia nõ diu miſerationes ſuas in ira contineat .Sic ergo iſti volunt iudicij dei cõminationẽ nõ eſſe mendacẽ , quanuis ſit neminẽ dãnaturus, quẽadmodũ eius cõminationẽ qua dixit euerſurũ ſe eſſe Niniuẽ ciuitatẽ mendacẽ non poſſumus dicere, & tamen nõ factũ eſt, inquiunt,quod ſine vlla cõditione prædixit . Non enĩ ait,Niniue euertetur ſi nõ egerint pœnitentiã,ſeq; correxerint: ſed hoc non addito prænũciauit futurã euerſionẽ illius ciuitatis . Quã cõminationẽ propterea veracẽ putãt, quia hoc prædixit deus, quod vere digni erant pati,quãuis hoc nõ eſſet ipſe facturus. Nã etſi pœnitentibus pepercit,inquiunt,vtiq; illos pœnitentiã nõ ignorabat actũros , & tamen abſolute ac definite eorũ euerſionẽ futurã eſſe prędixit. Hoc ergo erat,inquiunt, in veritate ſeueritatis,qua erãt digni,ſed in ratione miſerationis nõ erat , quã nõ continuit in ira ſua vt ab ea pœna ſupplicibus parceret , quã fuerat cõtumacib⁹ cõminatus. Si ergo tunc pepercit aiunt,quãdo ſanctũ ſuũ prophetã fuerat parcendo cõtriſtaturus, quanto magis tunc miſerabilius ſupplicantibus parcet,quãdo vt parcat,oẽs ſancti eius orabunt? Sed hoc quod ipſi ſuis cordibus ſuſpicantur , ideo putant ſcripturas tacuiſſe diuinas,vt multi ſe corrigãt,vel prolixarũ , vel æternarũ timore pœnarũ,& ſint qui poſſint orare pro eis , qui ſe nõ correxerint: nec tamen opinãtur omnimodo id eloquia diuina tacuiſſe. Nã quò pertinet,inquiunt,quod ſcriptũ eſt? Quã magna multitudo dulcedinis tuæ domine,quã abſcõdiſti metuentibus te , niſi vt intelligamus propter timorẽ fuiſſe abſconditã miſericordiæ diuinę tã multã ſecretãq; dulcedinẽ? Addũt etiã propterea dixiſſe Apoſtolũ : Cõcluſit enim deus oẽs in infidelitate,vt omniũ miſereatur,quo ſignificaret,quod ab illo nemo dãnabitur. Nec iſti tamẽ qui hoc ſentiũt, hãc opinionẽ ſuã vſq; ad liberationẽ , vel nullã dãnationẽ diaboli,atq; angelorũ eius extendunt. Humana quippe circa ſolos homines mouẽtur miſericordia, & cauſam maxime agunt ſuã per generalẽ in genus humanum, quaſi dei miſeratione impunitatẽ falſam ſuis perditis moribus pollicentes,ac per hoc ſuperabunt eos in prædicanda dei miſericordia, qui hanc impunitatẽ etiam principi dæmonum & eius ſatellitibus pollicentur.

† *aliâs. Nõ enim ait, Nunquid diu cõtinebit in ira ſua miſerationes ſuas ſed quòd prorſus nõ continebit oſtendit. Sic ergo. &c.*

Pſal.76.

Ionæ.4.

B

Pſal.30.

Roma.11.

C

De his qui ĩpunitatẽ omniũ peccatorũ promittunt etiã hæreticis propter participationẽ corporis Chriſti. Ca. XIX.

ITem ſunt alij ab æterno ſupplicio liberationẽ,nec ipſis ſaltẽ omnibus hominibus promittentes,ſed tantũmodo Chriſti baptiſmate ablutis,qui participes fiũt corporis eĩ⁹ quomodolibet vixerint,in quacũq; hæreſi vel impietate fuerint,propter illud,quod ait Ieſus: Hic eſt panis qui de cœlo deſcendit,vt ſi quis ex ipſo manducauerit,non moriatur. Ego ſum panis viuus,qui de cœlo deſcendi. Si quis manducauerit ex hoc pane,viuet in æternum. Ab æterna ergo morte inquiunt neceſſe eſt iſtos erui , & ad vitam æternam quandoque perduci.

Ioan.6.

De his qui non omnibus,ſed eis tantũ,qui apud catholicos ſunt regenerati,etiã ſi poſtea in multa crimina erroréſque proruperint,indulgentiam pollicentur. Cap. XX.

ITem ſunt qui hoc nec oĩbus habentibus baptiſmatis Chriſti & eius corporis ſacramentũ,ſed ſolis catholicis , quãuis male viuẽtibus pollicentur,quia non ſolũ ſacramento, ſed re ipſa mãducauerunt corpus Chriſti in ipſo eius corpore cõſtituti. De quo dicit Apoſtolus: Vnus panis,vnum corpus multi ſumus,vt etiã ſi poſtea in aliquã hæreſim, vel etiam in gentiliũ idololatriã lapſi fuerint,tantũ quia in corpore Chriſti,id eſt, in eccleſia catholica ſumpſerũt baptiſmũ Chriſti,& manducauerũt corpus Chriſti,nõ moriantur inæternũ,ſed vitã quandoq; conſequantur æternam, atq; illa omnis impietas quãto maior fuerit, non eis valeat ad æternitatem,ſed ad diuturnitatẽ magnitudinemq; pœnarum.

D

1.Cor.10.

E

De his qui eos qui permanẽt in catholica fide etiã ſi peſſime uixerint,& ob hoc uri meruerint,tamẽ propter fidei fundamentũ ſaluãdos eſſe definiunt. Ca. XXI.

SVnt aũt qui propter id quod ſcriptũ eſt: Qui perſeuerauerit vſq; in finẽ,hic ſaluus erit: nõ niſi in eccleſia catholica perſeuerãtibus,quãuis in ea male viuentibus hoc promittunt per ignẽ videlicet ſaluandis,merito fundamenti. de quo ait Apoſtolus: Fundamẽtũ enĩ aliud nemo poteſt ponere præter id quod poſitũ eſt,quod eſt Chriſt⁹ Ieſus. Si quis autem ædificauerit ſuper fundamentũ hoc aurũ,argentũ, lapides precioſos,ligna,fœnũ,ſtipulã,vniuſcuiuſq; opus manifeſtabitur. Dies enim domini declarabit, quoniã in igne reuelabitur,& vniuſcuiuſq; opus quale ſit,ignis probabit. Si cuius opus permanſerit quod ſuperædificauit,mercedẽ accipiet. Si cuius autẽ opus arſerit,dãnũ patietur,ipſe autẽ ſaluus erit,ſic tamẽ quaſi per ignem. Dicunt ergo cuiuſlibet vitę catholicũ Chriſtianũ Chriſtum habere in fundamento, quod fundamentũ nulla hæreſis habet, à corporis eius vnitate præciſa. Et ideo propter hoc fundamentũ etiã ſi malæ vitę fuerit catholicus Chriſtian⁹, velut qui ſuperædificauerit ligna,fœnũ,ſtipulã,putant eũ ſaluũ fieri per ignẽ, id eſt,poſt pœnas ignis illi⁹ liberari, quo igne in vltimo iudicio punientur mali.

Matth.10.

1.Cor.3.

De his qui putãt ea crimina quæ inter eleemoſynarũ opera cõmittũtur,ad dãnatiõis iudiciũ nõ uocari. Ca. XXII.

COmperi etiã quoſdã putare eos tãtũmodo ariſuros illi⁹ æternitate ſupplicij,qui pro peccatis ſuis facere dignas eleemoſynas negligunt: iuxta illud apoſtoli Iacobi,Iudiciũ aũt ſine miſericordia illi, q nõ fecit miſericordiã. Qui ergo fecerit,inquiũt, quanuis mores in melius nõ mutauerit, ſed inter ipſas ſuas eleemoſynas nefarie ac nequiter vixerit:iudiciũ illi cũ miſericordia futurum eſt: vt aut nulla dãnatione plectatur,aut poſt aliquod tẽpus ſiue paruũ,ſiue prolixũ ab illa dãnatione liberetur . Ideo iudicẽ ipſum viuorũ atq; mortuorũ noluiſſe exiſtimant aliud cõmemorare ſe eſſe dicturũ,ſiue dextris quibus eſt vitã daturus ęternã,ſiue ſiniſtris quos æterno ſupplicio eſt dãnaturus, niſi eleemoſynas ſiue factas , ſiue non factas . Ad hoc pertinere aiũt , & in oratione dominica quotidianã poſtulationẽ: Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Quiſquis enim illi, qui in eũ peccauit dimittit ignoſcendo peccatũ, proculdubio eleemoſynã facit[a]. Quã rẽ dominus ipſe ſic cõmẽdauit,vt diceret: Si enim dimiſeritis peccata hominibus,dimittet vobis & pater veſter peccata veſtra: ſi aũt nõ dimiſeritis hominibus,neq; pater veſter,qui in cœlis eſt,dimittet vobis. Ergo & ad hoc genus eleemoſynarũ pertinet,quod ait apoſtolus Iacob⁹: Iudiciũ futurũ ſine miſericordia ei qui nõ fecit miſericordiã. Nec dixit dns,inquiũt,magna vel parua,ſed dimittet vobis pater veſter peccata veſtra,ſi & vos dimiſeritis hoĩb⁹. Ac per hoc putant etiã eis,qui perdite vixerint,donec clau

Matth.25.

Iacobi.2.

F

Matth.25.

Matth.6.

Ibidem.

Iacobi.2.

G dant diẽ vitæ huius extremũ, per hanc orationẽ qualiacunq; quantacunq; fuerint oĩa quotidie peccata dimitti, ſicut ipſa quotidie frequentatur oratio, ſi hoc tãtummodo cuſtodiſſe meminerint, vt quãdo ab eis veniam petunt, qui eos peccato qualicunq; læſerunt, ex corde dimittant. Cum ad hæc omnia deo donante reſpondero, liber iſte claudendus eſt.

a PRoculdubio eleemoſynam facit.) Eſt enim ἐλεημοσύνη miſericordia ab ἔλεος. eadem forma qua μνημοσύνη, qua ἱκετοσύνη, & alia plurima.

Contra opinionẽ eorũ qui dicunt, nec diaboli, nec hominũ malorũ perpetua futura ſupplicia. Cap. XXIII.

AC primũ quæri oportet atq; cognoſci, cur eccleſia ferre nequiuerit hominũ diſputationẽ, diabolo etiã poſt maximas & diuturniſſimas pœnas, purgationem vel indulgentiã pollicentẽ? Neq; enim tot ſancti & ſacris veteribus ac nouis literis eruditi, mundationẽ & regni cœlorum beatitudinẽ poſt qualiacunq; & quantacunq; ſupplicia, qualibuſcunque & quantiſcunq; angelis inuiderunt, ſed potius viderũt diuinã vacuari vel infirmari non poſſe ſententiã, quã

H ſe dominus prænunciauit in iudicio prolaturũ atq; dicturum: Diſcedite à me maledicti in ignem ęternũ, qui paratus eſt diabolo & angelis eius. Sic quippe oſtendit æterno igne diabolũ & angelos eius arſuros: & quod ſcriptũ eſt in Apocalypſi: Diabolus qui ſeducebat eos, miſſus eſt in ſtagnũ ignis & ſulphuris, quo & beſtia & pſeudoprophetæ cruciabuntur die ac nocte in ſecula ſeculorũ. Quod ibi dictũ eſt æternũ, hic dictũ eſt in ſecula ſeculorũ. Quibus verbis nihil ſcriptura diuina ſignificare conſueuit, niſi quod finem nõ habet tẽporis. Quãobrem prorſus nec alia cauſa, nec iuſtior, nec manifeſtior inueniri poteſt, cur veriſſima pietate * teneatur fixum & immobile, nullũ regreſſum ad iuſtitiã vitamq; ſanctorũ diabolũ & angelos eius habituros, niſi quia ſcriptura, quæ neminẽ fallit, dicit eis deũ non peperciſſe, & ſic ab illo eſſe inter impios prædãnatos, * vt carceribus caliginis inferni retruſi traderentur ſeruãdi, atq; vltimo iudicio pũniendi, quando eos æternus ignis accipiet, vbi cruciabunt in ſecula ſeculorũ. Quod ſi ita eſt, quomodo ab huius æternitate pœnæ, vel vniuerſi, vel quidã homines poſt quantũlibet tẽporis ſubtrahentur, ac non ſtatim eneruabitur fides, qua credi-

I tur ſempiternũ dæmonũ futurum eſſe ſuppliciũ? Si enim quibus dicetur, Diſcedite à me maledicti in ignẽ æternũ, qui paratus eſt diabolo & angelis eius: vel vniuerſi vel aliqui eorũ non ſemper ibi erunt: quid igitur cauſæ eſt cur diabolus & angeli eius ſemper ibi futuri eſſe credantur? An forte dei ſententia, quæ in malos & angelos & homines proferetur, in angelos vera erit, in homines falſa? Ita planè hoc erit ſi non quod deus dixit, ſed quod ſuſpicantur homines plus valebit. Quod fieri quia non poteſt, nõ argumentari aduerſus deũ, ſed diuino potius dum tempus eſt debent parẽre prẽcepto, qui ſempiterno cupiunt carere ſupplicio. Deinde quale eſt æternũ ſuppliciũ pro igne diuturni temporis nõ exiſtimare, & vitã æternã credere ſine fine, cũ Chriſtus in eodẽ ipſo loco, in vna eademq; ſententia dixerit vtrumq; cõplexus, Sic ibũt iſti in ſuppliciũ æternũ, iuſti autem in vitã æternã? Si vtrunq; æternũ, profecto aut vtrunq; cum fine diuturnũ, aut vtrũq; ſine fine perpetuum debet intelligi. Par pari enim relata ſunt: hinc ſuppliciũ æternũ, inde vita æterna. Dicere autẽ in hoc vno eodẽq; ſenſu, vita æterna ſine fine erit, ſupplicium æternũ finẽ habebit, multũ abſurdũ eſt. Vnde quia vita æterna ſanctorũ ſine fine erit, ſuppliciũ quoq; æternum quibus erit, finem proculdubio non habebit.

Matth.25. *Apoca. 20* **al. poteſtate.* *2. Petri. 2.* *Apoca. 20* **aliàs eſſe interim prædãnatos.* *Matth.25.*

Cõtra eorũ ſenſũ, qui in iudicio dei omnibus reis propter ſanctorũ preces putant eſſe parcendũ. Ca. XXIIII. K

HOc autẽ & aduerſus eos valet, qui ſuas agentes cauſas contra dei venire verba velut miſericordia maiore conãtur: vt ideo videlicet vera ſint, quia ea quæ dixit homines eſſe paſſuros, pati digni ſunt, nõ quia paſſuri ſunt. Donabit enim eos, inquiunt, precibus ſanctorũ ſuorum, etiã tunc tanto magis orantiũ pro inimicis ſuis, quãto ſunt vtiq; ſanctiores, eorũq; efficacior eſt oratio, & exauditione dei dignior, iã nullũ habentium omnino peccatũ. Cur ergo eadẽ perfectiſſima ſanctitate, & cuncta impetrare valentibus, mundiſſimis & miſericordiſſimis precibus etiam pro angelis non orabunt, quibus paratus eſt ignis æternus, vt deus ſententiã ſuã mitiget, & reflectat in melius, eosq; ab illo igne faciat alienos? An erit forſitã quiſquam qui & hoc futurum eſſe præſumat, affirmãs etiã ſanctos angelos ſimul cum ſanctis hominibus, qui tunc æquales erunt angelis dei, pro dãnandis & angelis & hominibus oraturos, vt miſericordia non patiãtur, quod veritate merentur, quod nemo ſanæ fidei dixit; nemo dicturus eſt? Alioqui nulla cauſa eſt, cur non etiã nunc pro diabolo & angelis eius oret eccleſia, quã magiſter deus pro inimicis ſuis iuſſit orare. Hæc igitur cauſa, qua fit, vt nunc eccleſia nõ oret p malis angelis, quos ſuos eſſe nouit inimicos: eadem ipſa cauſa erit, qua fiet, vt in illo tunc iudicio etiã pro hominibus æterno igne cruciandis, quãuis perfecta ſit ſanctitate, nõ oret. Nunc enim propterea pro eis orat, quos in genere humano habet inimicos, quia tẽpus eſt pœnitentiæ fructuoſæ. Nã quid maxime pro eis orat, niſi vt det illis deus, ſicut dicit Apoſtolus, pœnitentiã, & reſipiſcant de diaboli laqueis, à quo captiui tenẽtur ſecundũ ipſius voluntatẽ? Deniq; ſi de aliquibus ita eccleſia certa eſſet, vt qui ſunt illi, etiã noſſet, qui licet adhuc in hac vita ſint cõſtituti, tamen prędeſtinati ſunt in ęternũ ignẽ ire cũ diabolo: tã pro eis non oraret, quàm nec pro ipſo. Sed quia de nullo certa eſt, orat pro omnibus duntaxat hominibus inimicis ſuis in hoc corpore cõſtitutis, nec tamen pro omnibus exauditur. Pro his enim ſolis exauditur, qui etſi aduerſantur eccleſiæ, ita tamen ſunt prędeſtinati, vt pro eis exaudiatur eccleſia, & filij efficiantur eccleſiæ. Si qui autẽ vſq; ad mortẽ habebũt cor impœnitens, nec ex inimicis conuertentur in filios, nunquid iam pro eis, id eſt, pro taliũ defunctorũ ſpiritibus orat eccleſia? Cur ita, niſi quia iam in parte diaboli cõputantur, qui dũ eſſent in corpore, nõ ſunt tranſlati ad Chriſtũ? Eadẽ itaq; cauſa eſt, cur nõ oretur tũc pro hominibus æterno igne puniendis, quæ cauſa eſt, vt neq; nunc neq; tunc oretur pro angelis malis: quę itidẽ cauſa eſt, vt quanuis pro hominibus nũc viuis oretur, etiã malis, tamẽ iã nec nũc oretur pro infidelibus impiisq; defunctis. Nã pro defunctis quibuſdã [a], vel vt dicitur pro mortuis, vel eccleſiæ, vel quorundã piorũ exaudiri orationẽ eius, licet qui in Chriſto renati non adeo ita male vixerint in corpore, vt tali miſericordia habeãtur indigni, nec iidẽ ſic bene vt inueniantur tali miſericordia non egere. Tales etiam cõſtat ante iudicij diẽ per pœnas temporales, quas eorum ſpiritus patiuntur purgatos receptis corporibus æterni ignis ſuppliciis non tradendos. Quod ſi ita eſt, quid dicendum eſt de his, qui in ſimili vita inueniuntur in die iudicij, id eſt, quos huiuſmodi dies ille viuẽtes inuenerit, cum quodãmodo vno momento moriantur & reſurgant, & nõ ſit ſpatium, vt pro eis aut oratio ſanctorum poſſit au-

Matth.5. *Matth.25.* *Matth.22.* L *Matth.5.* *Matth.25.* *Matth.5.* *2.Timo.2.* M

diri,

A diri, aut eorũ ante iudiciũ tẽporali pœna purgari: Nũquid dicendi ſunt æterno igni nunquã abſoluendi tradi poſſe tẽpore iudicij, quibus vitã talẽ egiſſe concedimus, vt ſi ante iudiciũ mortui eſſent tẽporali ſupplicio ac ſanctorũ orationibus mũdarentur? Ipſius quippe eccleſiæ vel quorũdã piorũ exauditur oratio, ſed pro his quorũ in Chriſto regeneratorum, nec vſq; adeo vita in corpore male geſta eſt, vt tali miſericordia iudicentur digni non eſſe, nec vſq; adeo bene vt talẽ miſericordiã reperiantur neceſſariã non habere. Sicut etiã facta reſurrectione mortuorum non deerunt, quibus poſt pœnas, quas patiuntur ſpiritus mortuorũ, impertiatur miſericordia, vt in ignẽ non mittãtur æternũ. Neq; enim de quibuſdã veraciter diceretur, quod nõ eis remittatur neq; in hoc ſeculo neq; in futuro, niſi eſſent quibus & ſi non in iſto, tamen remitteretur in futuro. Sed cũ

2.Timo.4 dictũ fuerit à iudice viuorũ atq; mortuorũ, Venite benedicti patris mei, poſſidete paratũ vobis regnũ à conſtitutione mundi: & aliis ecõtrario, Diſcedite à me maledicti in ignem æternũ, qui paratus eſt diabolo & angelis eius: & ibunt iſti in ſuppliciũ æternum, iuſti autẽ in vitam æternã: nimiæ præſumptionis eſt dicere, cuiquam eorũ ęternum ſupplicium non futurũ, quos deus

B ituros in ſuppliciũ dicit æternũ, & per huius præſumptionis perſuaſionem facere, vt de ipſa quoq; vita, vel deſperetur, vel dubitetur æterna. Nemo itaq; ſic intelligat Pſalmũ canentem: Nunquid obliuiſcetur miſereri deus, aut cõtinebit in ira ſua miſerationes ſuas, vt ópinetur de hominibus bonis verã, de malis falſam: aut de bonis hominibus & malis angelis veram, de malis autem hominibus falſam dei eſſe ſententiã. Hoc enim quod ait Pſalmus, ad vaſa miſericordię pertinet, & ad ipſos filios promiſſiõis, quorũ erat vnus etiã ipſe Propheta: Qui cum dixiſſet: Nunquid obliuiſcetur miſereri deus, aut cõtinebit in ira ſua miſerationes ſuas: cõtinuo ſubiecit, Et dixi, nunc cœpi, hæc eſt immutatio dexteræ excelſi. Expoſuit profecto quid dixerit: Nunquid continebit in ira ſua miſerationes ſuas? Ira enim dei eſt etiã iſta vita mortalis, vbi homo vanitati ſimilis factus eſt, & dies eius velut vmbra prætereunt. In

C qua tamen ira nõ obliuiſcetur miſereri deus, faciendo ſolem ſuum oriri ſuper bonos & malos, & pluendo ſuper iuſtos & iniuſtos: ac ſic non cõtinet in ira ſua miſeratiões ſuas, maximeq; in eo quod expreſſit hic Pſalmus dicendo: Nunc cœpi, hæc eſt immutatio dexteræ excelſi, quoniã in hac ipſa eorũ erumnoſa vita, quæ ira dei eſt, vaſa miſericordiæ mutãt in melius, quãuis adhuc in hui⁹ corruptionis miſeria maneat ira eius, quia nec in ipſa ira ſua continet miſerationes ſuas. Cũ ergo iſto modo cõpleatur diuini illius cantici veritas, nõ eſt eam neceſſe etiã illic intelligi, vbi non pertinentes ad ciuitatẽ dei ſempiterno ſupplicio punientur. Sed quibus placet iſtã ſententiam vſq; ad illa impiorum tormenta protendere, ſaltem ſic intelligant, vt manẽte in eis ira dei, quæ in æterno eſt prænunciata ſupplicio, nõ contineat deus in hac ira ſua miſerationes ſuas, & faciat eos non tanta; quanta digni ſunt pœnarũ atrocitate cruciari, ſnon, vt eas pœnas vel nunquam ſubeant [b], vel aliquando finiant, ſed vt eas mitiores quàm merita ſunt eorũ leuioresq; patiantur. Sic enĩ & ira dei manebit, & in ipſa ira ſua miſerationes ſuas nõ continebit. Quod quidem non ideo confirmo: quoniã non reſiſto. Cæterum eos qui putant minaciter potius quàm

Matth.25. veraciter dictũ: Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, & ibunt iſti in ſupplicium ęternum & crucia-

Pſal.76. *Pſal.143.* *Pſal.76.* *Matth.5.* *Pſal.76.* *Matth.25.*

D buntur in ſecula ſeculorũ: & vermis eorũ nõ morietur, & ignis non extinguetur, & cætera huiuſmodi: non tã ego quàm ipſa ſcriptura diuina planiſſime atq; pleniſſime redarguit ac refellit. Niniuitæ quippe in hac vita egerũt pœnitentiã: & ideo fructuoſam velut in hoc agro ſeminantes, in quo deus voluit cum lachrymis ſeminari, quod poſtea cũ lætitia meteretur. Et tamẽ quis negabit, quod dominus prędixit in eis fuiſſe cõpletum, niſi parũ aduertat quemadmodum peccatores deus nõ ſolum iratus, verumetiã miſeratus euertat? Euertuntur enim peccatores duobus modis: aut ſicut Sodomitæ, vt pro peccatis ſuis ipſi homines puniantur: aut ſicut Niniuitæ, vt ipſa hominũ peccata pœnitendo deſtruãtur. Factum eſt ergo quod prædixit deus. Euerſa eſt enim Niniue, quæ mala erat, & bona ædificata eſt, quæ non erat. Stantibus enim mœnibus atq; domibus, euerſa eſt ciuitas in perditis moribus: ac ſic quãuis propheta fuerit contriſtatus, quia non eſt factũ quod illi homines timuerunt illo prophetante venturũ, factum eſt tamẽ quod fuerat deo præſciente * prædictum, quoniã nouerat qui prædixit quomodo in melius eſſet implendum. Vt autẽ nouerint iſti in peruerſum miſericordes quò pertineat quod ſcriptũ eſt: Quàm multa multitudo dulcedinis tuæ domine, quã abſcondiſti timentibus te: legant & quod ſequitur, perfeciſti autẽ ſperantibus in te. Quid eſt enim, abſcondiſti timentibus te, perfeciſti ſperantibus, niſi quia illis qui timore pœnarũ ſuã volunt iuſtitiã conſtituere, quæ in lege eſt, nõ eſt iuſtitia dei dulcis, quia neſciunt eã? Non enim guſtauerunt eã. In ſenanq; ſperant, nõ in ipſo: & ideo eis abſcõditur multitudo dulcedinis dei, quoniã timent quidẽ deum, ſed illo timore ſeruili, qui nõ eſt in charitate, quia perfecta charitas foras mittit timorẽ. Ideo ſperantibus in eũ perficit dulcedinẽ ſuã inſpirando eis charitatẽ ſuã, vt timore caſto, non quẽ charitas foras mittit, ſed permanente in ſeculũ ſeculi, cũ gloriantur in domino gloriẽtur. Iuſtitia quippe dei Chriſtus eſt, qui factus eſt nobis, ſicut dicit Apoſtolus, ſapientia à deo, & iuſtitia, & ſanctificatio, & redẽptio: vt quẽadmodum ſcriptũ eſt: Qui gloriatur, in domino glorietur. Hanc dei iuſtitiã quã donat gratia ſine meritis, neſciunt illi, qui ſuã iuſtitiã volunt conſtituere, & ideo iuſtitiæ dei, qui Chriſtus eſt, non ſunt ſubiecti. In qua iuſtitia eſt multa mul

F titudo dulcedinis dei, propter quã dicitur in pſalmo: Guſtate, & videte quàm dulcis eſt dominus. Et hanc quidẽ in hac peregrinatione guſtantes, nõ ad ſatietatẽ ſumentes eſurimus eã potius ac ſitimus, vt ea poſtea ſaturemur, cũ videbim⁹ eũ ſicuti eſt, & implebitur quod ſcriptũ eſt: Satiabor cũ manifeſtabitur gloria tua. Ita perficit Chriſtus multã multitudinem dulcedinis ſuæ ſperantibus in eũ. Porrò autẽ ſi eã, quam illi putãt dulcedinẽ ſuã, deus abſcondit timentibus eũ, quia non eſt impios dãnaturus, vt hoc neſcientes & dãnari timẽtes recte viuant, ac ſic poſſint eſſe qui orent pro non recte viuẽtibus, quõ eam perficit ſperantibus in eum, quãdoquidẽ ſicut ſomniant, per hanc dulcedinẽ non dãnaturus eſt eos, qui nõ ſperant in eũ? Illa igitur eius dulcedo quæratur, quã perficit ſperãtibus in eũ, nõ quã perficere putatur cõtemnẽtibus & blaſphemantibus eũ. Fruſtra itaq; homo [c] poſitus in hoc corpore, occultorũ iudiciorũ dei ſibi notitiã arrogare præſumit. Illud quoq; apoſtolicũ: Cõcluſit enim deus oẽs in infidelitate, [d] vt oĩbus miſereatur, nõ ideo dictũ eſt, q̃ neminẽ ſit damnaturus, ſed ſuperius apparet, vnde ſit dictũ. Nã cũ de Iudæis poſtea crediturís Apoſtolus loqueretur ad gẽ-

Apoca.20 *Eſa.66.* *Ionæ.3.* *Pſal.125.* *Gene.19.* *Ionæ.3.* *Ionæ.4.* **aliàs, præcipiente.* *Pſal.30.* E *Roma.10.* *1.Ioan.4.* *1.Cor.1.* *Ibidem.* *Roma.10.* F *Pſal.33.*

G tes, ad quas vtiq; iam credentes conscribebat epistolas:
Roma.11. Sicut enim vos, inquit, aliquando non credidistis deo, nunc autē misericordiā consecuti estis in illorū incredulitate: sic & hi non crediderunt in vestra misericordia, vt & ipsi misericordiā consequantur. Deinde subiecit, vnde isti sibi errando blandiuntur atq; ait: Conclusit enim deus oēs in infidelitate, vt omniū misereatur. Quos oēs, nisi de quibus loquebatur tanquam di-
Roma.8. cens, & vos & illos? Deus ergo & gentiles & Iudæos, quos præsciuit & prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui, oēs in infidelitate conclusit: vt de amaritudine infidelitatis suæ pœnitendo confusi: & ad dulcedinem misericordiæ dei credendo cōuersi, clamarēt
Psal.30. illud in psalmo: Quām multa multitudo dulcedinis tuæ domine, quā abscondisti timentibus te, perfecisti aūt sperantibus non in se, sed in te. Omniū itaq; miseretur vasorū misericordiæ. Quid est omniū? Et eorum scilicet quos ex gentibus, & eorū quos ex Iudæis prędestinauit, vocauit, iustificauit, glorificauit, non omnium
H hominum, sed istorum omniū neminem dānaturus.

Caret eis & Parisiense exēplar.

NAm pro defunctis quibusdam.) In antiquis libris Brugeñ. & Coloniens. non leguntur isti decē aut duodecim qui sequūtur versus. Sic enim scribitur: Nā pro defunctis quibusdā, vel ipsius ecclesię, vel quorundā piorū exauditur oratio, sed pro iis, quorū in Christo regeneratorū, nec vsqueadeo vita in corpore male gesta est, reliqua nō habentur, ac neque in exēplaribus Friburgi excusis: & tamen stilus nō abhorret ab Augustiniano. forsan aut desunt in aliis codicibus, aut ex aliquo alio Augustini opere huc sunt adscripta, ceu scholiū primùm, deinde contextui orationis admista. b. Vt eas pœnas vel nunquā subeant.) Præponenda negatio, nō vt eas pœnas vel nunquam subeant. c Frustra itaque homo.) In Brugeñ. sic: frustra itaq; homo post hoc corpus inquirit, quod in hoc corpore cōparare neglexit. d Cōclusit enim deus oēs in infidelitate.) Vulgo legimus oīa. Græce πάντας, hoc est, oēs. significat Paulus nemini relinqui locū gloriandi, suis se meritis factum deo gratiosim: sed id totum deberi beneficio dei.

An hi qui inter hæreticos baptizati sunt & deteriores postea male uiuendo facti sunt: uel hi qui apud catholicos renati ad hæreses, aut schismata transierunt: uel hi qui à catholicis apud quos renati sunt nō recedentes, criminose uiuere perstiterunt, possint priuilegio sacramentorū remissionem æterni sperare supplicii. Cap. XXV.

SEd iam respondeamus etiā illis, qui non solum diabolo & angelis eius sicut nec isti, sed ne ipsis quidem omnibus hominibus liberationem ab æterno igne promittunt: verū eis tantū, qui Christi baptismate abluti, et corporis eius & sanguinis
I parcicipes facti sunt, quomodolibet vixerint, in quacunq; hæresi vel impietate fuerint. Sed contradicit eis
Gal.5. Apostolus, dicēs: Manifesta autē sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia, luxuria, idolorū seruitus, veneficia, inimicitię cōtentiones, æmulationes, animositates, dissensiones, hæreses, inuidiæ, ebrietates, comesationes, & his similia: quæ prædico vobis, sicut prædixi, quoniā qui talia agunt, regnū dei non possidebunt. Hæc profecto apostolica falsa est sententia: si tales post quantalibet tēpora liberati regnū dei possidebunt. Sed quoniā falsa non est, profecto regnū dei nō possidebūt. Et si in regni dei possessione nunquā erunt, æterno supplicio tenebuntur, quoniā non est locus medius vbi nō sit in supplicio, qui illo non fuerit cōstitutus in regno.
Ioan.6. Quā ob rem quod ait dominus Iesus: Hic est panis qui de cœlo descendit, si quis ex ipso manducauerit nō morietur: ego sum panis viuus qui de cœlo descēdi, si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternū: quomodo sit accipiendū merito quæritur. Et ab istis quidē quibus nunc respondemus hunc intellectū auferunt illi, quib⁹ deinde respondendū est: hi sunt autē qui hanc liberationem, nec omnibus habentibus sacramentū baptismatis & corporis Christi, sed solis catholicis, quanuis male viuentibus pollicentur, quia nō solo, inquiunt, sa- K
cramento, sed re ipsa manducauerūt corpus Christi, in ipso scilicet eius corpore cōstituti. De quo corpore ait
1.Cor.10. Apostolus: Vnus panis, vnū corpus multi sumus. Qui ergo est in eius corporis vnitate, id est, in Christianorū cōpage membrorū, cuius corporis sacramentum fideles cōmunicantes de altari sumere consueuerunt, ipse vere dicendus est manducare corpus Christi, & bibere sanguinē Christi. Ac per hoc hæretici & schismatici ab huius vnitate corporis separati, possunt idē percipere sacramentum, sed non sibi vtile, imò vero etiā noxium, quo iudicentur grauius quām vel tardius liberētur. Nō sunt enim in eo vinculo pacis, quod in illo exprimitur sacramēto [a]. Sed rursus etiā isti qui recte intelligunt, non dicendū eum māducare corpus Christi, qui in corpore nō est Christi, nō recte promittunt eis, qui vel in hæresim vel etiā in gentiliū superstitionem ex illius corporis vnitate labuntur, liberationē quandoque ab æterni igne supplicij: primū quia debent attē dere, quàm sit intolerabile atq; à sana doctrina nimis deuiū, vt multi ac penè omnes, qui hæreses impias cōdiderūt exeuntes de catholica ecclesia, & facti sunt hę- L
resiarchæ, meliores habeant causas, quam hi qui nunquam fuerunt catholici, cū in eorū laqueos incidissent, si illos hæresiarchas hoc facit liberari à supplicio sempiterno, quod in catholica ecclesia baptizati sunt, & sacramentū corporis Christi in vero Christi corpore primitus acceperunt. Cū peior vtiq; sit desertor fidei, & ex desertore oppugnator eius effectus, quàm ille qui non deseruit, quam nunquā tenuit. Deinde quia & his occurrit Apostolus, eadē verba proferens, & enumeratis illis carnis operibus eadē veritate prædicens: Quoniā
Gala.5. qui talia agunt, regnū dei non possidebunt. Vnde nec illi in perditis, & dānabilibus moribus debent esse securi, qui vsq; in finem quidē velut in cōmunione eccle
Matth.10. siæ catholicæ perseuerant intuētes quod dictū est: Qui perseuerauerit vsq; in finem, hic saluus erit: & per vitæ iniquitatē ipsam vitæ iustitiā, quod eis Christ⁹ est, de-
Ephe.5. seruit siue fornicando, siue alias immūditias flagitiorum, quas nec Apostolus exprimere voluit, in suo cor-
Gala.5. pore perpetrando, siue turpitudine luxuriæ diffluendo, siue aliquid aliud eorū agendo, de quibus ait: Quoniā
M qui talia agunt, regnū dei non possidebunt. Ac per hoc quicunq; agunt talia, nisi in sempiterno supplicio non C erunt, quia in dei regno esse non poterunt. In his enim perseuerando vsq; in huius vitæ finē, non vtiq; dicendi sunt in Christo perseuerasse vsq; in finē, quia in Christo perseuerare, est in eius fide perseuerare. Quæ fides,
Gala.5. vt eam definit idem Apostolus, per dilectionē operatur. Dilectio autē sicut ipse alibi dicit, malū nō opera-
Roma.13. tur. Nec isti ergo dicendi sunt mādūcare corpus Chri-
1.Cor.6. sti, quoniā nec in mēbris cōputandi sunt Christi. Vt enim alia taceā, nō possunt simul esse & mēbra Christi,
Ioan.6. & mēbra meretricis. Deniq; ipse dicens: Qui manducat carnē meā, & bibit sanguinē meū, in me manet, & ego in eo: ostendit quid sit nō sacramēto tenus, sed reuera corpus Christi manducare, & eius sanguinē bibere: hoc est enim in Christo manere, vt in illo maneat, & Christus. Sic enī hoc dixit, tanquā diceret. Qui non in me manet, & in quo ego non maneo, nō se dicat aut existimet manducare corpus meū, aut bibere sanguinē meū. Non itaq; manent in Christo qui nō sunt mēbra eius. Non sunt autem membra Christi, qui se faciunt membra meretricis, nisi malum illud pœnitendo esse destiterint, & ad hoc bonum recōciliatione redierint.

Quod

A QVod in illo exprimitur sacramēto.) Nam de eodem cibo omnes sumunt, quod est magnū ad concordiā vinculū. Deinde panis, cuius specie tegitur tātū mysteriū, ex multis fit granis, sed contusis confusisq; & in aliam materiam versis, vt iā nusquam grana appareant, sed noua res ex eis confecta, vna ex innumeris: sic ad dei Ecclesiā plurimi admittuntur, qui prioribus illis humanis exuti affectibus, & mutati in nouam creaturam, non iam ipsi esse videantur, qui prius, sed aliis per charitatem coniuncti & cōmisti in corpus Ecclesiæ transeant, quæ sola existat, & cernatur, nec vllus sua, vel cogiter, vel curet, sed tantum corporis. baptismi aqua nos & fratres & rem vnā eandemq; facit. mutua charitatis saporē, colorē, formā & perfectionē dat toti operi, vt ignis pani: itaq; nihil excogitari poterat quod sic referret imaginem illius Ecclesiæ, quam instituebat Christus.

Sacramenti significatio

Quid sit in fundamento habere Christum, & quibus spondeatur salus, quasi per ignis ustuam.

Caput XXVI.

1. Corin.3. SEd habent, inquiunt, Christiani catholici in fundamento Christum, à cuius vnitate non recesserunt, tametsi huic fundamento superædificauerunt quamlibet pessimā vitam, velut ligna, fœnum, stipulam. Recta itaq; fides est, per quam Christus est fundamentū, quāuis cum damno, quoniam illa
Matth. 25. quæ superædificata sunt exurentur, tamen poterit eos
B quandoq; ab illius ignis perpetuitate saluare. Respon-
Iaco.2. deat eis breuiter Apostolus Iacobus: *Si* quis dicat se fidem habere, opera aūt non habeat, nunquid poterit fides saluare eum? Et quis est, inquiunt, de quo dicit Apo-
1. Corin.3. stolus Paulus: Ipse autem saluus erit: sic tamen quasi per ignem? Simul quis iste sit inquiramus: hunc tamen nō esse certissimū est, ne duorum Apostolorum sententias mittamus in rixam. *Si* vnus dicit, etiam si mala opera quis habuerit, saluabit eum fides per ignem: alius autē si opera non habeat, nunquid poterit fides saluare eū? Inueniemus ergo qui possit saluari per ignem, si prius inuenerimus quid sit habere in fundamento Christū. Quōd vt de ipsa similitudine quantocius aduertamus, nihil i ædificio præponitur fundamēto. Quisquis itaq; sic habet in corde Christum, vt ei terrena & temporalia, nec ea, quæ licita sunt atq; concessa præponat, fundamentum habet Christum. *Si* autē præponit, & si videatur habere fidem Christi, nō est tamē in eo fundamentū Christus, cui talia præponuntur: quāto magis si
August. in Enchi. cap. 67. salutaria præcepta cōtēnēs cōmittat illicita, nō præposuisse Christū, sed postposuisse cōuincitur, quē posthabuit imperantē siue cōcedētē, dum cōtra eius imperata
† *aliâs, delegit.* C siue concessa suā per flagitia diligit † explere libidinē? *Si* quis itaque Christianus diligit meretricem, eiq; ad-
1. Corin.6. hærens vnum corpus efficitur, iam in fundamento non habet Christum. *Si* quis autem diligit vxorem suam, si secundū Christum, quis ei dubitet in fundamento esse Christum? *Si* vero secundū hoc seculum, si carnaliter, si in morbo concupiscentiarū, sicut & gentes quæ ignorant deum, etiam hoc secundum veniā concedit Apo-
1. Thess. 4. stolus, imò per Apostolū Christus. Potest ergo & iste habere in fundamento Christum. *Si* enim nihil ei ta-
1. Corin.3. lis affectionis voluptatisq; præponat, quātuis superædificet ligna, fœnū, stipulā, Christus est fundamētū, propter hoc saluus erit per ignē. Delitias quippe huiusmodi † amoresq; terrenos, propter coniugalem quidē copulam non dānabiles, tribulationis ignis exuret: ad quē
† *aliâs huius mundi.* ignem pertinent & orbitates, & quæcunq; calamitates, quæ auferunt hæc. Ac per hoc ei qui ædificauit, erit ædificatio ista dānosa, quia non habebit quod superædificauit: & eorum amissione cruciabitur, quibus fruendo vtiq; lætabatur. Sed per hunc ignem saluus erit merito fundamenti, quia & si vtrū id an Christū [a] habere mal
1. Corin.7. let à persecutore præponeretur, se mallet Christū habere quàm ista liberrime profiteretur. Vide in Aposto-

D li verbis hominem ædificantem super fundamentum hoc aurum, argentū, lapides preciosos. Qui sine vxore est, inquit, cogitat quæ sunt dei, quomodo placet deo. Vide alium ædificantē ligna, fœnum, stipulā. Qui autē
Ibidem. matrimonio iunctus est, inquit, cogitat quę sunt mundi, quomodo placeat vxori. Vniuscuiusq; opus quale sit,
1. Corin.3. manifestabitur: dies enim domini declarabit. Dies vtiq; θ iræ, dies θ tribulationis, quoniam in igne, inquit, reuelabitur. Eandemq; tribulationē ignem vocat, sicut alibi legitur: Vasa figuli probat fornax, & homines iu-
Eccle. 27. stos tentatio tribulationis. Et vniuscuiusq; opus, quale
1. Corin.3. sit ignis probabit. *Si* cuius opus permanserit, permanet enim quod quisq; cogitat, quæ sunt dei, quomodo placeat deo, quod superædificauit, mercedē accipiet, id est, vnde cogitauit, hoc sumet. *Si* cuius autem opus arserit, damnum patietur, quoniam quod dilexerat, non habebit. Ipse autem saluus erit, quia eum nulla tribulatio ab illius fundamēti stabilitate semouit, sic tamē quasi per ignem. Quod enim sine illiciente amore non habuit, sine vrente dolore non perdet. Ecce quantum mihi vi- E
detur, inuentus est ignis, qui nullum eorū damnet, sed vnum ditet, alterum dānificet, ambos probet. *Si* autem ignem illum isto loco voluerimus accipere, de quo do-
minus dicit sinistris, Discedite à me maledicti in ignē
Matth.25. æternum: vt in eis etiam isti esse credantur, qui ędificāt
1. Corin.3. super fundamentum ligna, fœnum, stipulā, eosq; ex illo igne post tempus pro malis meritis impertitum liberet boni meritum fundamēti, quid arbitramur dexteros, quibus dicetur: Venite benedicti patris mei, possi-
Matth.25. dete paratum vobis regnum, nisi eos qui ædificauerunt super fundamentum, aurum, argētum, lapides precio-
1. Corin.3. sos? Sed in illum ignem, de quo dictū est, sic tamē quasi per ignem: si hoc modo est intelligendus, vtriq; mittēdi sūt, & dextri scilicet & sinistri. Illo quippe igne vtrique probādi sunt, de quo dictum est: Dies enim domi-
Ibidem. ni declarabit [b], quoniam in igne reuelabitur, & vniuscuiusq; opus quale sit, ignis probabit. *Si* ergo vtrunque probabit ignis, vbi si cuius opus permanserit, id est, nō fuerit igne consumptū, quod superædificauit mercedē accipiat. *Si* cuius autem opus arserit, damnū patietur, profecto non est ipse æternus ille ignis. In illum enim soli sinistri nouissima & perpetua damnatione mittētur, iste autem dextros probat. Sed alios eorū sic probat, vt ædificium quod super Christum fundamentum
F ab eis inuenerit esse constructum, non exurat atq; consumat, alios autem aliter, id est, vt quod superædificauerunt, ardeat damnumq; inde patiantur, salui fiāt autem: quia Christum in fundamento stabiliter positum
Matth. 25. præcellenti charitate tenuerunt. *Si* autē salui fiēnt, profecto & ad dexteram stabunt, & cum cæteris audient: Venite benedicti patris mei, possidete paratū vobis regnum: non ad sinistram, vbi illi erūt, qui salui nō erūt:
Ibidem. & ideo audient: Discedite à me maledicti in ignē æter-
Esa.66. num. Nemo quippe ab illo igne saluabitur, quia in sup-
Apoca. 20 plicium æternum ibunt illi omnes, vbi vermis eorū nō morietur, & ignis non extinguetur, quo cruciabuntur die ac nocte in secula seculorum. Post istius sanē corporis mortem, donec ad illum veniatur, qui post resurrectionem corporū futurus est damnationis, & remunerationis vltimus dies, si hoc temporis interuallo spiritus defunctorum eiusmodi ignem dicuntur perpeti, quem non sentiant illi, qui non habuerunt tales mores & amores in huius corporis vita, vt eorum ligna, & fœnū, & stipula consumatur: alij vero sentiāt, qui eiusmodi secum ædificia portauerunt, siue ibi tantum, siue &

hic, &

G hic & ibi,ſiue ideo hic, vt non ibi, ſecularia, quanuis à damnatione venialia concremantem ignem tranſitoriæ tribulationis inueniant,non redarguo, quia forſitã verum eſt. Poteſt quippe ad iſtam tribulationem pertinere etiã ipſa mors carnis,quæ de peccati primi perpetratione concepta eſt,& ſecundum cuiuſq; [c] ædificiũ tempore ſuo ab vnoquoque ſuſcepta. Poſſunt & perſecutiones Eccleſiæ, quibus martyres coronati ſunt, & quas patiuntur, quicunq; Chriſtiani, probant vtraque ædificia velut ignis,& alia conſumunt cum ipſis ædificatoribus,ſi Chriſtum in eis non inueniunt fundamẽtum:alia ſine ipſis ſi inueniunt,quia licet cũ damno ſalui erunt,ipſi non cõſumentur propter Chriſti videlicet meritum in fundamentum reperti,qui manet in æternum. Erit etiã in fine ſeculi tribulatio tẽpore Antichriſti,qualis nunquam antea fuit, quàm multa erunt tunc ædificia,ſiue aurea,ſiue fœnea ſuper optimũ fundamentum,quod eſt Chriſtus Ieſus,vt ignis ille probet vtraq;, & de aliis gaudium,de aliis inferat damnũ: neutros tamen perdat,in quibus hæc inueniet propter ſtabile fundamentum. Quicunq; autem non dico vxorem, cuius etiam commixtione carnis,ad carnalẽ vtitur voluptatem:ſed quæ ab huiuſmodi delectationibus aliena ſunt nomina pietatis, humano more carnaliter diligendo Chriſto anteponit, non eum habet in fundamento: & ideo non per ignem ſaluus erit,ſed ſaluus non erit,quia eſſe cum ſaluatore nõ poterit,qui de hac re apertiſſime loquens ait: Qui amat patrem aut matrem plus quàm me,non eſt me dignus:& qui amat filiũ aut filiã ſuper me,nõ eſt me dignus. Verum qui has neceſſitudines ſic amat carnaliter,vt tamen eas Chriſto domino nõ prẽponat,malitq; ipſis carere quàm Chriſto,ſi ad hũc fuerit articulum tẽtationis adductus, per ignẽ ſaluus erit, quia ex earum amiſſione tãtum neceſſe eſt vrat dolor, quantũ hæſerat amor. Porrò qui patrẽ, matrẽ, filios filiaſq; ſecũdum Chriſtum dilexerit, vt ad eius regnum obtinendũ,eiq; cohærendũ illis conſulat, vel hoc in eis diligat,quòd mẽbra ſunt Chriſti, abſit, vt iſta dilectio reperiatur in lignis, fœno,& ſtipula conſumenda, ſed prorſus ædificio aureo,argenteo,gemmeo,deputabitur. Quomodo autem poteſt eos plus amare quàm Chriſtum,quos amat vtiq; propter Chriſtum?

H

I

Matth. 24

1. Corin.3.

Matth.10.

a Via & ſi vtrum id an Chriſtũ.) In aliis ſic non diſſimili ſenſu:quia & ſi vtrum id habere mallet an Chriſtũ à perſecutore proponeretur,illud Chriſto non proponeretur.

b Dies enim domini declarabit.) In quem omnia ſeruantur occulta,& incerta:quo magis reprehendẽda ſunt hominũ iudicia de operib^o aliis ambiguis,aut etiã ſuſpectis,& exiſtimatione noſtra malis. c Et ſecundũ cuiuſque.) Alibi ſic:vt ſecun.cu. ędi. tẽpus quod eã ſequitur ſentiatur,perſequutiones quoque quibus martyres &c.& paulo pòſt:quia licet cum damno ſalui erunt ipſi, alia vero nõ conſumunt:quia talia reperiunt,quæ maneant in æternum.

Contra eorum perſuaſionem, qui putãt ſibi non obfutura peccata, in quibus cum eleemoſynas facerent perſtiterunt. Caput XXVII.

Matth.25.

Iaco.2.

REſtat eis reſpondere qui dicũt æterno igne illos tantummodo arſuros,qui pro peccatis ſuis facere dignas eleemoſynas negligunt,propter illud quod ait Apoſtolus Iacobus:Iudicium autem ſine miſericordia illi,qui non fecit miſericordiam. Qui ergo fecit,inquiunt,quanuis non correxerit perditos mores,ſed nefarie,ac nequiter inter ipſas ſuas eleemoſynas vixerit,cum miſericordia illi futurum eſt iudiciũ, vt aut non damnetur omnino, aut poſt aliquod tẽpus à damnatione nouiſſima liberetur. Nec ob aliud exiſtimant Chriſtum de ſolo dilectu atq; neglectu eleemoſynarum diſcretionem inter dexteros & ſiniſtros eſſe facturum,quorũ alios in regnũ,alios in ſuppliciũ mittet æternum. Vt autem quotidiana ſibi opinentur, quæ facere omnino non ceſſant,qualiacunq; & quantacũq; ſint per eleemoſynas dimitti poſſe peccata, orationem quam docuit ipſe dominus, & ſuffragatricem ſibi adhibere conantur,& teſtẽ. Sicut enim nullus eſt,inquiũt, dies,quo à Chriſtianis hæc oratio nõ dicatur, ita nullũ eſt quotidianum qualecunq; peccatum, quod per illam non dimittatur,cum dicimus,Dimitte nobis debita noſtra:ſi quod ſequitur facere curemus: ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Non enim ait dominus, inquiunt,Si dimiſeritis peccata hominibus,dimittet vobis pater veſter quotidiana parua peccata veſtra:ſed,dimittet vobis,inquit,peccata veſtra. Qualiacunq; ergo vel quantacunq; ſint,etiam ſi quotidie perpetrẽtur, nec ab eis vita diſcedat in melius cõmutata, per eleemoſynam venia nõ negata remitti ſibi poſſe prẽſumũt. Sed bene,quod iſti dignas pro peccatis cõmonent eleemoſynas eſſe faciendas,quoniã ſi dicerent qualeſcũq; eleemoſynas pro peccatis & quotidianis, & magnis, & quãtacunq; ſcelerum conſuetudine miſericordiã poſſe impetrare diuinam,vt ea quotidiana remiſſio ſequeretur,viderent rem ſe dicere abſurdã atq; ridiculam. Sic enim cogerẽtur fateri fieri poſſe,vt opulentiſſimus homo decem nummulis * diurnis [a] in eleemoſynas impẽſis homicidia,& adulteria, & nefaria quæq; facta redimeret. Quod ſi abſurdiſſimũ & inſaniſſimũ eſt dicere, profecto ſi quæratur, quæ dignæ ſint pro peccatis eleemoſynę,de quibus etiam Chriſti prẽcurſor ille dicebat:Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ [b],proculdubio non inuenientur eas facere,qui vitam ſuam vſq; ad mortem quotidianorũ criminũ perpetratione confodiunt. Primum,quia in auferendis rebus alienis lõge plura diripiũt,ex quibus perexigua pauperibus largiẽdo,Chriſtũ ſe ad hoc paſcere exiſtimant, vt licentiam malefactorũ ab illo ſe emiſſe,vel quotidie potius emere [c] credentes, ſecuri dãnabilia tanta cõmittant. Qui ſi pro vno ſcelere omnia ſua diſtribuerent indigentibus membris Chriſti,niſi deſiſterent à talibus factis,habẽdo charitatem,quę non agit perperam,aliquid eis prodeſſe nõ poſſet. Qui ergo dignas pro ſuis peccatis eleemoſynas facit,prius eas facere incipiat à ſeipſo. Indignũ eſt enim vt in ſe non faciat,qui facit in proximũ, cum audiat dicentem dominum:Diliges proximũ tuũ tanquam teipſum. Itemq; audiat: Miſerere tuæ animæ placens deo. Hanc ergo eleemoſynã, id eſt, vt deo placeat,non faciens animæ ſuæ,quomodo dignas pro peccatis ſuis eleemoſynas facere dicẽdus eſt? Ad hoc enim & illud ſcriptum eſt: Qui ſibi malignus eſt, cui bonus erit? Orationes quippe adiuuant eleemoſynæ. Et vtiq; intuendum eſt quod legimus: Fili peccaſti, ne adiicias iterum,& de præteritis tuis deprecare, vt dimittantur tibi. Propter hoc ergo eleemoſynæ faciendæ ſunt,vt cũ de præteritis peccatis deprecamur,exaudiamur,non vt in eis perſeuerãtes,licentiã malefaciendi nos per eleemoſynas cõparare credamus. Ideo autem dominus & dextris eleemoſynas ab eis factas,& ſiniſtris non factas ſe imputaturum eſſe prædixit,vt hic oſtenderet quantũ valeant eleemoſynæ ad priora delenda, non ad perpetua impune committenda peccata. Tales autẽ eleemoſynas non dicendi ſunt facere,qui vitam nolunt à cõſuetudine ſcelerum in melius commutare. Quia & in hoc quod ait:Quando vni ex minimis meis non feciſtis,mihi non feciſtis:oſtendit eos nõ facere etiã, quãdo ſe facere exiſtimãt. Si enim Chriſtiano eſurienti panem

K

Matth.6.

1. Corin.13

M

Matth.22.

Eccle. 30.

Eccle.14.

Eccle.21.

Matth.25.

A nem tanquam Chriſto darent, profecto ſibi panem iuſtitiæ,quod ipſe Chriſtus eſt non negarent: Quoniam deus,non cui detur, ſed quo animo detur attẽdit. Qui ergo Chriſtum diligit in Chriſtiano, hoc animo ei porrigit eleemoſynam, quo accedit ad Chriſtum,non quo vult recedere impunitus à Chriſto. Tanto enim magis quiſque deſerit Chriſtum, quanto magis diligit quod improbat Chriſtus. Nam quid cuiquam prodeſt quod baptizatur,ſi non iuſtificatur? Nõne qui dixit: Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, non intrabit in regnũ dei: ipſe etiã dixit, Niſi abundauerit iuſtitia veſtra ſuper Scribarũ & Phariſæorũ,non intrabitis in regnũ cœlorum? Cur illud timendo multi curant † baptizari,& hoc non timendo,non multi curant † iuſtificari? Sicut ergo non dicit fratri ſuo fatue, qui cum hoc dicit,nõ ipſi fraternitati, ſed peccato eius infenſus eſt:alioquin reus erit gehennæ ignis:ita econtrario,qui porrigit eleemoſynã Chriſtiano, non Chriſtiano porrigit,qui non in eo diligit Chriſtum:nõ autẽ diligit Chriſtum, qui iuſtificari recuſat in Chriſto. Et quẽadmodũ ſi quis præoccupatus fuerit in aliquo * delicto,vt fratri ſuo dicat fatue,id eſt, non eius peccatum volens auferre,cõuincitur iniuſtitiæ †,parum eſt illi ad hoc redimẽdũ eleemoſynas facere, niſi etiam quod ibi ſequitur remediũ recõciliationis adiũgat. Ibi enim ſequitur: Si ergo offers munus tuum [d] ad altare,& ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduerſum te, relinque ibi munus tuum ad altare, & vade prius reconciliare fratri tuo,& tunc veniẽs offeres munus tuum. Ita parũ eſt eleemoſynas quãtaſlibet facere pro quocunq; ſcelere,& in conſuetudine ſcelerum permanere. Oratio vero quotidiana,quam docuit ipſe dominus,vnde & dominica nũcupatur, delet quidẽ quotidiana peccata,cũ quotidie dicitur, Dimitte nobis debita noſtra:quando id quod ſequitur non ſolũ dicitur, ſed etiã fit, Sicut & nos dimittimꝰ debitoribus noſtris. Sed quia fiunt peccata: ideo dicitur, non vt ideo fiant, quia dicitur. Per hanc enim nobis voluit ſaluator oſtẽdere,quantũlibet iuſte in huius vitæ caligine atq; infirmitate viuamus,non nobis deeſſe peccata, pro quibus dimittendis debeamus orare,& eis qui in nos peccant, vt & nobis ignoſcatur ignoſcere. Nõ itaque propterea dominus ait: Si dimiſeritis peccata hominibus, dimittet vobis & pater veſter peccata veſtra, vt de hac oratione confiſi, ſecuri quotidiana ſcelera faceremus, vel potentia qua nõ timeremus hominũ leges, vel aſtutia, qua ipſos homines falleremus: ſed vt per illam diſceremus,non putare nos eſſe ſine peccatis, etiam ſi à criminibus eſſemus immunes,ſicut etiam legis veteris ſacerdotes hoc ipſum deus de ſacrificiis admonuit, quæ iuſſit eos primũ pro ſuis,deinde pro populi offerre peccatis. Nam etiam ipſa verba tanti magiſtri & domini noſtri vigilanter intuenda ſunt. Non enim ait: Si dimiſeritis peccata hominibus,& pater veſter dimittet vobis qualiacunq; peccata: ſed ait,peccata veſtra. Quotidianã quippe orationem docebat, & iuſtificatis vtique diſcipulis loquebatur. Quid eſt ergo peccata veſtra, niſi peccata ſine quibus nec vos eſtis, qui iuſtificati & ſanctificati eſtis? Vbi ergo illi, qui per hãc orationem occaſionem perpetrandorum quotidie ſcelerũ quærunt, dicunt dominũ ſignificaſſe etiã magna peccata, quoniã nõ dixit, dimittet vobis peccata parua: ſed, peccata veſtra: Ibi nos conſiderãtes qualibus loquebatur, & audiẽtes dictũ, peccata veſtra nihil aliud debemus exiſtimare quàm parua, quoniã taliũ iam nõ erant magna. Veruntamen nec ipſa magna, à quibus omnino mutatis in melius moribus recedendũ eſt, dimittuntur orantibus niſi fiat quod ibi dicitur: Sicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Si enim minima peccata, ſine quibus non eſt etiã vita iuſtorum, aliter non remittuntur: quanto magis multis & magnis criminibus inuoluti, etiã ſi ea perpetrare iam deſinant:nullam indulgẽtiam conſequuntur,ſi ad remittendũ aliis,quod in eos quiſq; peccauerit,inexorabiles fuerint,cum dicat dominus: Si autem non dimiſeritis hominibus peccata, neq; pater veſter dimittet vobis? Ad hoc enim valet quod etiam Iacobus Apoſtolus ait,Iudiciũ futurũ ſine miſericordia illi,qui non fecit miſericordiã. Venire quippe debet in mẽtem etiam ſeruus ille,cui debitori dominus ſuus relaxauit decem millia talẽtorũ:quæ poſtea iuſſit vt redderet,quia ipſe non miſertus eſt conſerui ſui,qui ei debebat centũ denarios. In his ergo qui filij ſunt promiſſionis & vaſa miſericordiæ,valet quod ait idem Apoſtolus,conſequenter adiungens: Superexaltat autẽ miſericordia iudiciũ *. Quoniam & illi iuſti qui tãta ſanctitate vixerunt,vt alios quoq; recipiant in tabernacula æterna,quibus amici facti ſunt de mãmona iniquitatis,vt tales eſſent:miſericordia liberati ſũt ab eo, qui iuſtificat impiũ,imputans mercedẽ ſecundũ gratiã, nõ ſecundũ debitum. In eorum quippe numero eſt Apoſtolus qui dicit: Miſericordiam conſecutus ſum, vt fidelis eſſem. Illi autẽ qui recipiuntur à talibus in tabernacula æterna,fatendũ eſt,quod non ſint his moribus præditi, vt eis liberandis ſine ſuffragio ſanctorũ ſua poſſit vita ſufficere,ac per hoc multo amplius in eis ſuperexaltat miſericordia iudiciũ. Nec tamẽ ideo putãdus eſt quiſquam ſceleratiſſimus nequaquã vita,vel bona, vel tolerabiliore mutatus,recipi in tabernacula æterna,quoniã obſecut^ꝰ eſt ſanctis de mammona iniquitatis,id eſt,de pecunia,vel diuitiis,quæ male fuerant acquiſitæ: aut etiam ſi bene,non tamen veris, ſed quas iniquitas putat eſſe diuitias,quoniã neſcit,quæ ſint veræ diuitiæ, quibus illi abundant,qui & alios recipiunt in æterna tabernacula. Eſt itaq; quidam vitæ modus:nec tam malæ,vt his qui eã viuunt,nihil proſit ad capeſcendũ regnũ cœlorum largitas eleemoſynarũ,quibus etiã iuſtorũ ſuſtẽtatur inopia,& fiunt amici qui in tabernacula æterna ſuſcipiant:nec tam bonæ vt ad tantã beatitudinẽ adipiſcendã eis ipſa ſufficiat, niſi eorũ meritis quos amicos fecerint miſericordiã conſequantur. Mirari autem ſoleo etiã apud Verg. iſtã domini reperiri ſententiam, vbi ait: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis: vt & ipſi recipiãt vos in tabernacula ęterna. Cui eſt & illa ſimillima: Qui recipit Prophetã in nomine Prophetę,mercedem Prophetę accipiet: & qui recipit iuſtũ in nomine iuſti, mercedẽ iuſti accipiet. Nã cũ Elyſios cãpos [e] Poëta ille deſcriberet,vbi putant habitare animas beatorũ:nõ ſolũ ibi poſuit eos,qui propriis meritis ad illas ſedes peruenire potuerũt, ſed adiecit atque ait: Quiq; ſui memores alios fecere merẽdo,id eſt, qui pro meruerũt alios,eoſq; ſui memores promerẽdo fecerũt. Prorſus tanquã eis diceret:quod frequẽtatur ore Chriſtiano,cũ ſe cuiq; ſanctorũ humilis quiſq; cõmẽdat, & dicit: memor mei eſto:atq; vt id eſſe poſſit, promerendo efficit. Sed quis iſte ſit modus, & quæ ſint ipſa peccata,quæ ita impediunt peruẽtionẽ ad regnũ dei, vt tamẽ ſanctorũ amicorũ meritis impetrent indulgentiã,diffi cillimũ eſt inuenire,periculoſiſſimũ definire. Ego certe vſq; ad hoc tempus cũ inde ſatagerẽ,ad eorũ indaginẽ peruenire non potui. Et fortaſſis propterea latent, ne

D

Ibidem.

Iaco.2.

Matth. 18.

Roma.9.

Iacobi.2.

Lucæ.16.

Roma.4.

*aliãs iudicio. & ſic deinceps.

E

1. Corin.7

Lucæ.16.

Iacobi.2.

Lucæ.16.

Ibidem.

Matth. 10.

Aeneid. 6.

F

Iodn.3.

Matth.5.

††aliãs curunt.

Ibidem.

Gala.3.

*aliãs hoc.

B

Matth.5.

†aliãs conuicietur in iuſte.

Ibidem.

Matth.6.

Hebræ. 5.

Matth.6.

studiũ

G ſtudiũ proficiendi ad omnia peccata cauẽda pigreſcat. Quoniã ſi ſcirẽtur, quæ vel qualia ſint delicta, pro quibus etiã permanẽtibus, nec profectu vitæ melioris aſſumptis interceſſio ſit inquirẽda & ſperãda iuſtorũ, eis ſecura ſe obtulerit humana ſegnicies, nec euolui talibus implicamentis vllius virtutis expeditione curaret, ſed tantũmodo quæreret aliorũ meritis liberari, quos
Lucæ. 16. amicos ſibi de mammona iniquitatis eleemoſynarum largitione feciſſet. Nunc vero dum venialis iniquitatis etiam ſi perſeueret, ignoratur modus, profecto & ſtudium in meliora proficiendi orationi inſtando vigilãtius adhibetur, & faciendi de mãmona iniquitatis ſanctos amicos cura non ſpernitur. Verum iſta liberatio quæ fit, ſiue ſuis quibuſq; orationibus, ſiue intercedentibus ſanctis id agit, vt in ignem quiſq; non mittatur æternum: non vt cum fuerit miſſus poſt quantũcunque tempus inde eruatur. Nam & illi qui putant ſic intelligendũ eſſe, quod ſcriptum eſt: afferre terram bonã, vbe-
Matth. 13. rem fructum: aliam tricenũ, aliam ſexagenũ, aliã cẽtenum: vt ſancti pro ſuorum diuerſitate meritorum, alij tricenos homines liberent, alij ſexagenos, alij centenos: hoc in die iudicij futurum ſuſpicari ſolent, non
Lucæ. 8. H poſt iudicium. Qua opinione quidã cũ videret homines impunitatem ſibi peruerſiſſime pollicẽtes, eo quòd omnes iſto modo ad liberationem pertinere poſſe videantur, elegantiſſime reſpõdiſſe perhibetur: bene potius eſſe viuendũ: vt inter eos quiſq; reperiatur, qui pro aliis interceſſuri ſunt liberandis: ne tam pauci ſint, vt cito ad numerũ ſuum, vel tricenũ, vel ſexagenum, vel centenũ vno quoq; eorum perueniẽte, multi remaneãt, qui erui iam de pœnis illorũ interceſſione nõ poſſint, & in eis inueniatur quiſquis ſibi ſpem fructus alieni temeritate vaniſſima pollicetur. Hæc me reſpõdiſſe illis ſuffecerit, qui ſacrarum literarũ, quas cõmunes habemus, authoritatẽ non ſpernunt, ſed eas male intelligendo; non quod illæ loquuntur, ſed hoc potius putant futuru ẽſſe, quod ipſi volunt. Hac itaq; reſponſione reddita, librum ſicut promiſimus terminamus.

a DEcem numulis diurnis.) Annotauit Budęus noſter nũmos & ſeſtertios idem ſignificare, idq; ex Cicerone, & aliis. eſt vero ſeſtertius Carolus Gallicus, hoc eſt, quarta & quadrageſima ducati aurei pars. decem nummos, quos etiam nummulos vocat Auguſtinus, inter exiguas eleemoſynas ponit. At hodie quotuſquiſq; eſt ex beatis iſtis & opulentis purpuratis, qui quatuor ſeſtertiolos quotidie egenis largiatur? dediſſe vnũ aut alterũ nimis putãt. Si ludẽda ſit alea, non ſatis eſt aliquot millia ducatorũ perdidiſſe: ſi ſcurræ dãdũ, ibi nullus
I profundendi modus, nũquam ſatis ſe huic hominum generi largitos putant: & hoc exiſtimant ad nobilitatis magnificentiam ſpectare: propter Chriſtum, ſi quis roget, defletur munus quũ datur, periit reſpectus omnis virtutis. b Facite ergo fructus dignos pœnitẽtię.) Græciſſauit ἄξιους μετανοίας. Græci ablatiuo carent, huius loco interdũ datiuo, interdũ accuſatiuo, ſæpe genitiuo vtuntur, ſed differenter. c Ab illo ſe emiſſe, vel quotidie potius emere.) Sic perſuaſum eſt multis, qui cõpoſitionibus, vt vocant inducti, fidentes ſecuriq;, quantum ab aliis poſſunt, ad ſe & rem ſuam, quo iure, quaque iniuria auertunt, facile ſibi noxiã eam remiſſum iri ſperantes, ſi furati centũ, numerent cõpoſitori quatuor, aut ad ſummũ decem. nam hoc nomen in eiuſmodi rebus habet neſcio quid ſacri & myſterij propter filios Leui, quibus decimæ rerum omniũ iubebãtur dari: & profecto falſi ſunt miſerrime, ſi putant deum erugine viliſſ. auri, vel argẽti capi: ſolis capitur animis, iiſque bonis, quos non dant, niſi boni homines. nã pecunias latrones abunde habẽt, & prodigunt, præſertim ſi quos recens ſpoliarint, aut vrbem expilarint ſanctiſſimo videlicet, vt quibuſdã videtur, belli iure. Itaque nemo fidat ſuis opibus, quum non modo deus, ſed nec vir quiſpiam bonus velit à malo donari ſe. Quis vnquam Simon pecunia voluit gratiam dei emere, ſi iſti nolunt, ſi iſti non tentant, ſi nõ putant? d Si ergo offers munus tuum.) Significat magnã legis diuinæ partem hominibus eſſe à deo propter homines datam, illũque nos velle inter nos amico eſſe animo, nec vllum charum eſſe deo, cui eſt frater odioſus, deũmque facile eſſe placari, modo placaris prius hominem. infirmiori nanque parti vult prius ſubuentum: neque enim eget deus noſtra reconciliatione: eget frater offenſus, & ob id triſtis, eges ipſe tua cum fratre, & huius viciſſim tecũ, vt purior factus, ac inde quietiore mente dignioreq; principe mũdi ad aras accedas: quo fit, vt qui altiora tãtũ cogitãt, & in ſacra ceremoniaſq; intẽtiſſimi agunt, multãque de deo, tũ ſentũt, tũ loquuntur, proximũ tamen auerſantur, & oderunt, nõ perinde ſint apud deum gratioſi, vt ſibi videntur. Hi ſunt, qui mirantur ſe à Chriſto non agnoſci, quũ per illius nomen vaticinati ſint, ac eiecerint dæmonia. Matthæi. vij. e Nam quum Elyſios campos.) Campi Elyſij ſunt, vbi piorũ animæ poſt corpoream functionem habitant. Seruius Ἀνὰ τὸ Λήθειος nominatos tradit, à diſſolutione animæ à vinculis corporis. vbi ſint nõ cõuenit. Plato in Phædone terram deſcribit, in cœlo ipſo ſtellato pulchritudine inenarrabili, bonis omnibus refertiſſimã, ad quam emigraturas dicit animas eorum, qui pie ac ſancte vitam tranſegerint: alij in cauo lunaris globi ſtatuunt, vt Seruius refert, vbi, purus eſt æther, nec vllis tempeſtatibus exagitatus, idcirco Vergilius aëris campos vocat. inquit enim:

K Elyſii cãpi

Largior hic campus æther & lumine veſtit
Purpureo, ſolémque ſuum ſua ſydera norunt.

Lucanus ab hac opinione non videtur abhorrere in. ix. nam deſcribens locum, quem Pompeij manes petierunt, inquit: Sequitur cõuexa tonãtis,

Quã niger aſtriferis connectitur axibus aër,
Quódque patet terras inter, lunæq; meatus,
Semidei manes habitant, quos ignea virtus
Innocuos vita patientes ætheris imi
Fecit, & æternos animam collegit in ignes.

Tum ex Pythagorica & Platonica philoſophia aërem hunc, qui inter lunam & terram patet, fuſuſq; eſt: inhabitari à dæmonibus, Semideis, & heroibus oſtendimus aliis libris, ibique omnia illa ineſſe, quæ poëtæ inferis adſcribunt. At Homerus Elyſios ſedem beatarum animarum in extrema ponit Hiſpania, vnde Zephyri ſpirant. Sic Proteus Menelao promittit, cum vitæ huius ſpatium decurrerit.

Ἀλλὰ, inquit, ἐς ἠλύσιον πεδίον, καὶ πείρατα γαίης
Ἀθανάτοι πέμψουσι, ὅθι ξανθὸς ῥαδάμανθυς.
Τῇπερ ῥηΐστη βιοτὴ πέλει ἀνθρώποισι.
Οὐ νίφετὸς, οὐτ' ἀρχεμόβρος, πολύς οὔτε ποτ' ὄμβρος,
Ἀλλ' αἰεὶ ζεφύροιο λιγὺ πνείοντας ἀήτας
ὠκεανὸς ἀνίησι. Senſum reddam. L

Elyſium in campum terris extrema vbi meta eſt,
Te ſuperi mittent, pulchri ſedem Rhadamanthi.
Illo vita loco facili traducitur æuo,
Nulla ibi tempeſtas, non nix, aut frigidus imber:
Sed Zephyri ſemper ſtridulas exuſcitat auras
Oceanus, Strabo etiam Hiſpaniæ partem illam Elyſios eſſe ab Homero putatos credidit, nec procul Fortunatæ abſunt inſulæ in Oceano Atlãtico, & Limæa fluuius ex Celtiberis & Vacceis delapſus, qui vulgo Lethe vocatus eſt, vt ſcribit Strabo: & ſi Letheus amnis, & in Creta ſit, & alius in Magneſia. Plinius libro quarto ab Minio, quem ſupra diximus. cc. M. paſſuum, vt author eſt Varro, abeſt Acminius, quem aliter quidam intelligunt, & Limæam vocant, obliuionis antiquis dictus, multumq; fabuloſus. Latinus Strabo mendoſe habet Eſſemeam. Græce ſic eſt.

εἰτ' ἄλλοι ποταμοὶ, ἢ μετὰ τοῖς ὁ τ' λήθης ὅν ἵνες λιμάδαμ
ὃν ἢ βεβιῶνα καλοῦσι. ἢ οὗτος ἐκ κελτιβηρῶν, ἢ ὀυακκέων ῥεῖ.

Silius Lethen nominat, & fluere ſuper Grauios ait, Mela ſuper Celticos. Idcirco quũ eò veniſſent Romani milites, duce decimo Bruto, tranſgredi metuerũt, ne protinus eos patriæ parentum & liberorum atque adeo ſui ipſorum raperet obliuio.

FINIS.

ELENCHVS

CAPITVM IN LIB. XXII. M

Diui Aurelij Auguſtini de Ciuitate dei.

1 De conditione angelorum & hominum.
2 De æterna dei & incommutabili eius voluntate.
3 De promiſſione æternæ beatitudinis ſanctorum, & perpetuis ſuppliciis impiorum.
4 Contra ſapientes mundi, qui putant terrena hominum corpora ad cœleſte habitaculum non poſſe tranſferri.
5 De reſurrectione carnis, quam quidã mundo credente, non credunt.
6 Quod Roma conditorem ſuum Romulum diligendo deum fecerit, eccleſia autem Chriſtum dominum † credendo dilexerit. †aliâs, deũ.
7 Quod vt mundus in Chriſtum crederet, virtutis fuerit diuinæ, non perſuaſionis humanæ.
8 De miraculis quæ vt mundus in Chriſtum crederet facta ſunt, & fieri mũdo credente nõ deſinũt.
9 Quod vniuerſa miracula, quæ per martyres in Chriſti nomine fiunt, ei fidei teſtimonium ferãt, qua in Chriſtum martyres crediderunt.
10 Quanto dignius honorentur martyres, qui ideo multa

A multa mira obtinent, vt deus verus colatur, quàm dæmones, qui ob hoc quædam faciunt, vt ipſi dij eſſe credantur.
11 Contra Platonicos, qui de naturalibus elementorum ponderibus argumentantur terrenum corpus in cœlo eſſe non poſſe.
12 Cõtra calumnias infidelium, quibus Chriſtianos de credita carnis reſurrectione irrident.
13 An abortiui non pertineant ad reſurrectionem, ſi pertinent ad numerum mortuorum.
14 An infantes ĩ ea ſint reſurrecturi habitudine corporis, quam habituri erant ætatis acceſſu.
15 An ad dominici corporis modum omnium mortuorum reſurrectura ſint corpora.
16 Qualis intelligenda ſit conformatio ſanctorũ ad imaginem filij dei.
17 An in ſuo ſexu reſuſcitãda atq; manſura ſint corpora fœminarum mortuarum.
18 De viro perfecto, id eſt, Chriſto & corpore eius, id eſt, eccleſia, quæ eſt ipſius plenitudo.
19 Quod omnia vitia corporis, quæ in hac vita humano contraria ſunt decori, in B reſurrectione non ſint futura, vbi manẽte naturali ſubſtantia, in vnã pulchritudinẽ, & qualitas concurret & quantitas.
20 Quod in reſurrectione mortuorum natura corporum quibuſlibet modis diſſipatorũ in integrũ vndecunq; reuocanda ſit.
21 De nouitate corporis ſpiritalis, in quam ſanctorũ caro mutabitur.
22 De miſeriis ac malis, quibus humanum genus merito primæ præuaricationis obnoxiũ eſt, & à quibus nemo niſi per Chriſti gratiam liberatur.
23 De his quæ præter illa mala quę bonis maliſq; cõmunia ſunt ad iuſtorũ laborẽ ſpecialiter pertinẽt.
24 De bonis, quibus etiã hanc vitam damnationi obnoxiam creator impleuit.
25 De peruicacia quorundã, qui reſurrectionẽ carnis, quã ſicut prędictũ eſt tot° mũd° credit, impugnãt.
26 Quomodo Porphyrij diffinitio, qua beatis animis putatur corpus omne fugiẽdũ, ipſius Platonis ſententia deſtruatur, qui dicit ſummũ deũ diis promiſiſſe, vt nunquam corporibus exuerentur.
C 27 De contrariis diffinitionibus Platonis atque Porphyrij, in quibus ſi vterque alteri crederet, à veritate neuter deuiaret.
28 Quid ad veram reſurrectionis fidẽ, vel Plato, vel Labeo, vel etiam Varro conferre potuerint, ſi opiniones eorum in vnam ſententiam conueniſſent.
29 De qualitate viſionis, qua in futuro ſeculo ſancti deum videbunt.
30 De ęterna fœlicitate ciuitatis dei ſabbatoq; ęternũ.

D. AVRELII AVGVSTINI de Ciuitate dei, ad Marcellinum Liber. XXII.

De conditione angelorum & hominũ. Caput I.

Sicut in proximo libro ſuperiori promiſimus, iſte huius totĩ° operis vltimus diſputationẽ de ciuitatis dei æterna beatitudine continebit. Quæ non propter ętatis per multa ſecula longitudinem, tamen quandocunq; finiendam æternitatis nomẽ accepit, ſed quemadmodũ ſcriptũ eſt in Euãgelio: Regni
Lucæ. 1. eius non erit finis. Nec ita vt in aliis moriendo decedentibus, aliis ſuccedentibus oriẽdo, ſpecies in ea perpetuitatis appareat, ſicut in arbore, quæ perenni fronde veſtitur, eadẽ videtur viriditas permanere, dum labentibus & cadentibus foliis, ſubinde alia quæ naſcuntur faciem conſeruãt opacitatis, ſed omnes in ea ciues immortales erunt, adipiſcẽtibus & hominibus, quod nunquam ſancti angeli perdiderũt. Faciet hoc deus omnipotentiſſimus eius condito.† Promiſit enim, nec mentiri poteſt, & quibus fidẽ hinc quoq; faceret multa ſua, & nõ promiſſa & promiſſa iã fecit. Ipſe eſt enim qui in principio condidit mũdũ, plenũ bonis omnibus viſibilibus atq; intelligibilibus rebus, in quo nihil melius inſtituit, quàm ſpiritus, quibus intelligentiã dedit, & ſuæ cõtẽplationis habiles capaceſq; ſui præſtitit, atque vna ſocietate deuinxit, quam ſanctã & ſupernã dicimus ciuitatẽ, in qua reſideant, in qua ſuſtentẽtur [a] beatiq; ſint. Deus autẽ ipſe illis eſt, tanquã vita victuſq; cõmunis, Qui liberũ arbitriũ eidem intellectuali naturæ tribuit tale, vt ſi vellet deſerere deũ [b], beatitudinẽ ſcilicet ſuã, cõtinua miſeria eſſet ſecutura. Qui cũ præſciret angelos quoſdã per elationem, qua ipſi ſibi ad beatam vitã ſufficere vellent, tanti boni deſertores futuros, non eis ademit hanc poteſtatem potentius & melius eſſe iudicãs etiã de malis benefacere, quàm mala eſſe nõ ſinere. Quæ omnino nulla eſſent, niſi natura mutabilis quãuis bona & à ſummo deo atq; incõmutabili bono, qui bona omnia condidit inſtituta, peccando mala ea ſibiipſa feciſſet. Quo etiã peccato ſuo teſte cõuincitur, bonã cõditam ſe eſſe naturã. Niſi enim magnũ & ipſa, licet nõ æquale conditori bonũ eſſet, profecto deſertio dei tanquam luminis ſui, malũ eius eſſe non poſſet. Nam ſicut cæcitas oculi vitiũ eſt, & idem ipſum indicat ad lumen videndũ oculũ eſſe creatum, ac per hoc etiam ipſo vitio ſuo excellentius oſtenditur cæteris membris membrũ capax luminis: nõ enim alia cauſa eſſet vitium eius carere lumine, ita etiã natura quæ fruebatur deo, optimã ſe inſtitutã docet, etiam ipſo ſuo vitio, quo ideo miſera eſt, quia non fruitur deo, qui caſum angelorum voluntariũ iuſtiſſima pœna ſempiternæ infœlicitatis obſtrinxit * atq; in eo ſummo bono permanẽtibus cæteris, vt de ſua ſiñe fine permanſione certi eſſent, tanquam ipſius præmium permanſionis dedit. Qui fecit hominẽ, ipſum etiã rectum cũ eodẽ libero arbitrio terrenũ quidem animal, ſed cœlo dignũ, ſi ſuo cohęreret authori, F miſeria ſimiliter ſi eũ deſereret ſecutura, qualis naturæ huiuſmodi cõueniret. Quẽ ſimiliter quum præuaricatione legis dei per dei deſertionẽ peccaturũ eſſe præſciret, nec illi ademit liberi arbitrii poteſtatẽ, ſimul prœuidens, quid boni de malo eius eſſet ipſe facturus, qui de mortali progenie merito iuſteq; dãnata, tantũ populũ per gratiã ſuam colligit, vt inde ſuppleat, & inſtauret partẽ, quæ lapſa eſt angelorũ, ac ſic illa dilecta & ſuperna ciuitas non fraudetur ſuorũ numero ciuiũ, quin etiã fortaſſis & vberiore lætetur. Multa enim fiunt à malis quidẽ cõtra volũtatem dei c: ſed tãtæ eſt ille ſapientiæ, tantęq; virtutis, vt in eos exitus ſiue fines, quos bonos & iuſtos ipſe præſciuit, tendãt omnia quę volũtati eius videntur aduerſa. Ac per hoc cum deus mutare dicitur voluntatem, vt quibus lenis erat: verbi gratia, reddatur iratus, illi potius quàm ipſe mutãtur, & eũ quodãmodo mutatũ in his quæ patiuntur inueniunt, ſicut mutatur ſol oculis ſauciatis & aſper quodãmodo ex miti, & ex delectabili moleſtus efficitur, cũ ipſe apud ſeipſum maneat idem qui fuit. Dicitur enim voluntas dei, quã facit in cordibus obedientium mãdatis eius, de qua dicit Apoſtolus

D

E

† aliâs conditor. Gene. 1.

* aliâs obſtruxit.

Gene. 2. Eccleſiaſtes. 7.

Auguſt. in Enchiri. capite. 28.

G Apostolus: Deᵒ est enim, qui operatur in nobis & velle.
Philip. 2. Sicut enim iustitia dei non solũ, qua ipse iustus est dicitur, sed illa etiã quam in homine, qui ab illo iustificatur facit: sic & lex eius vocatur, quæ potius est hominũ, sed ab ipso data hominibus. Nã vtiq; homines erant,
Ioan. 8. quibus ait Iesus: In lege vestra scriptũ est, cum alio loco
Psal. 36. legamus: Lex dei eius in corde ipsius. Secundũ hanc vo-
Philip. 2. luntatẽ, quã deus operatur in hominibus etiã velle dicitur, quod ipse non vult, sed suos id volẽtes facit, sicut
Gala. 5. dicitur cognouisse, quod vt cognosceretur facit, à quibus ignorabatur. Neq; enim dicẽte Apostolo: Nũc autẽ cognoscentes deum, imò cogniti à deo, fas est vt credamus, quòd eos tunc cognouerit deus, præcognitos ante cõstitutionẽ mũdi, sed tunc cognouisse dictus est, quod tũc vt cognosceretur effecit. De his locutionum modis
Supra lib. iã & in superioribus libris memini disputatũ. Secundũ
16. cap. 32. hãc ergo volũtatẽ, qua deũ velle dicimus, q̃ alios efficit velle, à quibus nesciunt futura, multa vult, nec facit.

IOANNIS LODOVICI VIVIS Valentini in. xxij. Lib. de Ciuitate dei D. Aurelij Augustini commentarij.

a IN qua resideant, in qua sustenẽtur. In aliis libris sic: In qua res, qua
H sustentẽtur beatiq; sint, deus ipse illis est, tanquam vita victũsque cõmunis: qui sensus videtur cõmodior, & pòst. b Vt si vellet deserere
Voluntas dei. deũ.) Iti aliis sic: desereret deũ cõtinuo miseria secutura. quasi extẽplo miseria sequatur, vbi à vita & beatitudine disceditur. c Multa enim fiunt à malis quidẽ cõtra voluntatem dei.) Atqui audimus à Propheta omnia quæcũque voluit fecit. hæc quæstio altissima est multisque sacrarũ literarũ dictis ceu nodis vincta & arctata. Petrus Lõbardus in primo lib. collectionũ sententiarũ nõ facile se ex ea extricat. Theologi deinde ad omnia vel soluẽda, vel scindenda volũtates inuenerũt beneplaciti, & signi, antecedẽtis & cõsequẽtis, simplicis cõplacẽtiæ & displicẽtiæ: & velut hoc parũ sit intellectũ exponũt simplicis volitionis, & nolitionis, tũ persecutionis fugẽ, tũ signorũ volũtatis simplicis cõplacẽtiẽ, & signorũ volũtatis persecutionis & fugæ. Equidẽ tãetsi in his multa, nõ tamen vniuersa ceu futilia danatim: & hoc si modo daretur opera, vt intelligerẽt, qui audiũt & qui dicũt apertius explicarẽt, idque verbis vulgaribus ad cõmunẽ sensum vsumq; accõmodatis, nec de vocũ absurdarũ nouitate studerent admirationẽ captare. Ego vero vt hæc omittã, quantũ ad præsens institutũ attinet, puto volũtatẽ & esse in deo verã germanámque, & à nobis ei attribui affingíque pro modo nostro captúque ex nostra deductam, & cõcinnatã, vt oculos daimus, & manus, & pedes. diuina illa atque omnipotens expressa veráque neque mutatur vnquam, & omnia quæcunque voluit fecit, nec vi aliqua, vel impediri potest, vel auerti. ad quam nos assignamus, optimorũ hominũ volũtati simillimam efficimus, vt cũ oculos tribuimus nõ lippi, aut luscíosi cuiusuis, aut strabi, sed acutiss. cernẽtis tribuimus: sic pedes nõ loripedis claudíve, aut vatracis sed integerrimi & pernicissimi hominis: sic manus, sic brachia vt perfectiss. immortalibus possumus excogitare. Itaque cũ vir bonᵒ bene viui velit omniáque recte agi gaudeat, contra male ac praue viui nolit doleatq;, si id contingat: sic deus & velle & gaudere à nobis dicitur, quod homines pie sanctéq; vitam agãt: nolle doleréque, q̃ scelerate ac impie, tanquam illa, quæ suæ naturæ sunt congruẽtiora malit, quibus & videatur delectari. q. rebus cognatis. quocirca cum hãc volũtatẽ faciliis sit, quàm illã intelligere, quod nostris similior, mali viri, cũ scelera admittũt, haud dubie, & sibi, & aliis contra dei volũtatem facere videtur. quo verbo paulopòst Aug. vtitur, quæ volũtati eius videntur aduersa: & de sempiterna illa & vera diuina voluntate addit ac per hoc cũ deus mutare dicitur voluntatẽ &c. Tũ & est voluntas dei, quã ipse in nobis facit, de qua plerique in sacris literis intelliguntur loci, vt ipse Aug. satis explicat, quæ omnia vnusquisque velim accipiat à me dicta honore illo & reuerentia, qua de re tam sacrosancta, & à nostris ingeniis remotissima loqui hominẽ fas est, cessuro facile vel rationem meliorem afferenti, vel authoritatem maiorem.

De *æterna & incõmutabili eius uoluntate.* Cap. II.

MVlta enim volunt fieri sancti eius ab illo inspirata sancta voluntate, nec fiunt: sicut orant pro quibusdam pie sanctéq;, & quod orant nõ facit, cũ ipse in eis hãc orandi voluntatẽ sancto spiritu suo fecerit, ac per hoc quãdo secundũ domini voluntatẽ orãt * sancti, vt quisq; sit saluus, possumus illo modo locutionis dicere, vult deus, & nõ facit: vt ipsum dicamus velle, qui vt velint isti, facit. Secundũ illam vero volũtatẽ suam, quæ cũ eius præscientia sempiterna est, profecto in cœlo & in terra omnia quæcunq; voluit, nõ solũ præterita, vel præsentia, sed etiam futura iam fecit. Verũ antequam veniat tẽpus, quo voluit vt fieret, quod ante tẽpora vniuersa præsciuit atq; disposuit, dicimus, fiet quãdo deᵒ voluerit. Si autẽ nõ solũ tẽpus quo futurum est, verũetiam vtrũ futurũ sit ignoramus, dicimus, fiet si deus voluerit, nõ quia deus nouã volũtatẽ, quam nõ habuit, tunc habebit, sed quia id quod ex æternitate in eius immutabili præparatum est volũtate, tunc erit.

**aliãs secundũ deũ uolunt & orant.*

Psal. 134.

De promissione æternæ beatitudinis sanctorum, & perpetuis suppliciis impiorum. Caput III.

VApropter vt cætera tã multa præteream, sicut nunc in Christo videmus impleri, quod promisit Abrahæ dicens: In semine tuo bene-
Gene. 22. dicentur omnes gentes, ita quod eidẽ semini eius pro-
Esa. 26. misit implebitur, vbi ait, per Prophetã: Resurgent qui
Esa. 65. erant in monumentis. Et quod ait: Erit cœlum nouum, & terra noua, & nõ erũt memores priorũ, nec ascẽdet in cor ipsorum, sed lætitiã & exultationẽ inuenient in ea. Et ecce ego faciã Hierusalẽ exultationem & populũ meũ in lætitiam, & exultabo in Hierusalẽ, & lętabor in populo meo, & vltra non audietur in ea vox fletus. Et
Daniel. 12. per aliũ Prophetã, quod prænũciauit dicens eidẽ Pro-
†aliãs meus phetæ: In tempore illo saluabitur populus tuus † omnis qui inuentus fuerit scriptus in libro, & multi dormien tium in terræ puluere, siue vt quidam interpretati sunt aggere, exurgent, hi in vitã æternã, & hi in opprobriũ,
Daniel. 7. & in confusionẽ æternam. Et alio loco per eundẽ Prophetam: Et accipient regnũ sancti altissimi, & obtinebunt illud vsq; in seculũ, & vsq; in secula seculorum. Et
Capitibus paulopòst. Regnũ, inquit, eiᵒ regnũ sempiternũ. Et alia
21. & 23. quæ ad hoc pertinẽtia in libro vicesimo posui, siue quæ nõ posui, & tamẽ in eisdem literis scripta sunt. Veniẽt & hæc, sicut & ista venerunt, quæ increduli nõ putabãt esse ventura. Idẽ quippe deus vtraq; promisit, vtraque vẽtura esse prædixit, quẽ perhorrescũt numina Pagano rũ, teste etiã Porphyrio nobilissimo, philosopho ipsorũ.

Contra sapientes mundi, qui putant terrena hominum corpora ad cœleste habitaculũ nõ posse trãsferri. Cap. IIII.

SEd videlicet homines docti atq; sapiẽtes cõtra vim tantæ authoritatis, quæ omnia genera hominũ, sicut tanto antẽ prædixit in hoc credẽdũ sperandumq; cõuertit, acute sibi argumentari videntur aduersus corporum resurrectionẽ & dicere, quod in tertio de Republica libro à Cicerone commemoratũ est. Nam cũ Herculẽ & Romulũ ex hominibus deos esse factos asseueraret, quorũ non corpora, in-
M quit, sunt in cœlum ᵃ elata: neq; enim natura pateretur,
1. Cor. 3. vt id, quod esset de terra, nisi in terra maneret. Hinc est magna ratio sapentiũ, quorũ dominus nouit cogitationes, quoniã vanæ sunt. Si enim animæ tãtũmodo essemus, id est, sine vllo corpore spiritᵒ, & in cœlo habitãtes, terrena animalia nesciremus, nobisq; futurum esse diceretur, vt terrenis corporibus animãdis quodã vinculo mirabili necteremur, nónne multo fortiᵒ argumẽ taremur id credere recusantes, & diceremus naturam nõ pati, vt res incorporea ligamento corporeo vinciretur? Et tamen plena est terra vegetãtibus animis, quibus hæc mẽbra terrena miro modo sunt cõnexa & implicita. Cur ergo eodem volente deo, qui fecit hoc animal, nõ poterit terrenũ corpus in cœleste corpus attolli, si animus omnia hęc terrena transcendens ᵇ per hoc etiam cœlesti corpore prestabilior terreno corpori potuit alligari? An terrena particula tã exigua potuit aliquid cœlesti corpore melius apud se tenere, vt sensum haberet & vitã, & eã sentientem atq; viuentẽ dedignabitur cœlũ suscipere, aut susceptã non poterit sustinere, cũ de re sentiat, & viuat ista meliore quàm est corpus omne cœleste? Sed ideo nũc non fit, quia nõdũ est tẽpus

quo id

A quo id fieri voluit. Quid hoc quod prouidentia dei ᶜ multo mirabilius, quàm illud, quod ab istis non creditur fecit? Cur enim non vehementius admirantur incorporeos animos cœlesti corpore potiores, terrenis alligari corporibus, quàm corpora licet terrena sedibus, quãuis cœlestibus tamen corporeis sublimari, nisi quia hoc videre consueuimus, & hoc sumus: illud vero nondũ sumus, nec aliquando adhuc vidimus? Nã profecto sobria ratione consulta mirabilioris esse diuini operis reperitur incorporalibus corporalia quodãmodo attexere, quàm licet diuersa, quia illa cœlestia ista terrestria, tamen corpora & corpora populari.

a QVorum nõ corpora, inquit, sunt in cœlum.) At Romuli corpus nusquam inuentũ, in cœlos sublatũ credidit populus rusticanus: & Herculis corpus Græci ab Asculapio sanitati reditũ, & ita in cœlis locatũ fabulãtur. b Si animus omnia hæc terrena trãscẽdẽs.) Alibi legitur: Si animᵒ omni, ac per hoc etiã cœlesti corpore præstabilior, terreno corpori potuit alligari: & pòst. c Quid hoc quod prouidentia dei.) Sic legitur: qui hoc quod videndo iam viluit, multo mirabilius, quàm illud, quod ab istis nõ creditur. Cur enim non vehementius admiremur incorporeos &c.

De resurrectione carnis, quam quidam mundo credentes non credunt. Caput V.

B SEd hoc incredibile fuerit aliquãdo. Ecce iam
Marci. 16. credidit mũdus sublatũ terrenũ Christi cor-
Act. 1. pus in cœlum, resurrectione carnis & ascensione in supernas sedes paucissimis remanentibus atq; stupentibus, vel doctis, vel indoctis, iam crediderũt, & docti, & idocti. Si rẽ credibilẽ crediderũt, videãt quàm sint stolidi, qui nõ credũt. Si aũt res incredibilis credita est, etiã hoc vtiq; incredibile est, sic creditum esse, quod incredibile est. Hęc igit̃ duo incredibilia, resurrectionẽ scilicet nostri corporis in æternũ, & rem tã incredibilẽ mundũ esse creditur̃, idẽ dominus ante quàm vel vnũ horũ fieret ᵃ, ambo futura esse prędixit. Vnũ duorũ incredibiliũ iã factũ esse videmᵒ, vt quod erat incredibile, crederet mũdᵒ: cur id quod reliquũ est desperat̃, vt etiã hoc veniat, quod incredibile credidit mũdᵒ, sicut iã venit, quod similiter incredibile fuit, vt rẽ tam incredibilẽ crederet mundus: quandoquidẽ hoc vtrunq; incredibile, quorũ videmus vnũ, alterũ credimus, in eisdẽ literis prædictum est, per quas credidit mũdus? Et ipse modus, quo mundus credidit, si cõsideretur, incredibilior inuenitur. Ineruditos liberabilibus disciplinis, & omnino quantũ ad istorũ doctrinas attinet, impolitos,
C nõ peritos Grãmatica, nõ armatos dialectica, nõ Rhe-
Matth. 4. torica inflatos, piscatores Christus cũ retibus fidei ad mare huius seculi paucissimos misit, atque ita ex omni genere tã multos pisces, & tãto mirabiliores, quanto rariores, etiã ipsos philosophos cepit. Duobus illis incredibilibus, si placet, imò quia placere debet, addamᵒ hoc tertiũ. Iam ergo tria sunt incredibilia, quæ tamen facta sunt. Incredibile est enim Christũ resurrexisse in carne, & in cœlũ ascẽdisse cũ carne. Incredibile est, mundũ rem tam incredibilẽ credidisse. Incredibile est, homines ignobiles, infimos, paucissimos, imperitos, rem tam incredibilẽ, tam efficaciter mũdo, & in illo etiã doctis persuadere potuisse. Horũ triũ incredibiliũ primũ nolunt isti cũ quibus agimus credere: secũdũ coguntur & cernere, quod nõ inueniũt, vnde sit factum, si non credũt tertiũ, Resurrectio certe Christi & in cœlũ cũ car-
Marci. 16. ne in qua resurrexit, ascẽsio, toto iã mũdo prædicatur,
Act. 1. & creditur: si credibilis nõ est, vnde toto terrarum orbe iã credita est? Sed multi nobiles, sublimes ᵇ, docti etiã eã se vidisse dixerũt, & quod viderunt diffamare curarũt, eis mũdũ credidisse nõ mirũ est, sed istos adhuc credere nolle, perdurũ est. Si aũt vt verũ est, paucis, obscuris, minimis, indoctis eã se vidisse dicẽtibus, & scribentibus credidit mundus, cur pauci obstinatissimi, qui remãserũt, ipsi mundo iã credẽti adhuc vsq; nõ credunt? Qui propterea numero exiguo ignobiliũ, infirmorum, imperitorũ hominũ credidit, quia in tã cõtẽptibilibus testibus multo mirabilius diuinitas seipsa persuasit. Elo quia nãq; persuadẽtiũ, quæ dicebãt, mira fuerunt facta, nõ verba.* Qui enim Christũ in carne resurrexisse, & cũ illa ĩ cœlũ ascẽdisse nõ viderãt, id se vidisse narrãtibus nõ loquẽtibus tãtũ, sed etiã mirifica faciẽtibus signa credebãt. Hoies quippe quos vnius, vel vt multũ duarũ linguarũ fuisse nouerant, repẽte linguis omniũ gẽtium loquẽtes mirabiliter audiebãt. Claudũ ab vberibus matris ad eorũ verbũ in Christi nomine post quadraginta annos incolumẽ cõstitisse. Sudaria de corporib̃ eorũ ablata, sanãdis profuisse languẽtibus: in via qua fuerant trãsituri positos in ordine innumerabiles morbis variis laborãtes, vt ambulãtiũ super eos vmbra trãsiret, cõtinuo salutẽ solere recipere: & alia multa stupẽda in Christi nomine per eos facta signa. Postremo etiam mortuos resurrexisse cernebãt. Quæ si vt legũtur, gesta esse cõcedũt, ecce tot incredibilia tribus illis incredibilibus addimus. Et vt credatur vnũ incredibile quod de carnis resurrectione atq; in cœlũ ascẽsione dicitur, multorũ incredibiliũ testimonia tãta cõgerimus, & nondũ ad credẽdũ abhorrẽda duritia incredulos flectimus. Si vero per Apostolos Christi, vt eis crederetur, resurrectionem, atq; ascensionem prædicantibus Christi etiã ista miracula facta esse non credunt, hoc nobis vnum grãde miraculum sufficit, quod ea terrarum orbis sine vllis miraculis credidit.

**aliãs mira fuerũt: sed acta nõ uerba.*

Act. 1.
Act. 2.
Act. 3.
Act. 19.

Actorũ. 5.

a IDem dominus antequam vel vnũ horũ fieret,) In ędibus Simonis leprosi, cũ Euangeliũ suũ diuulgarũ iri per vniuersum orbẽ prædixit. Matt. xxvij. & plerunque tertio post mortẽ die seipsum vitæ lucíque redditurum. b Sed multi nobiles sublimes.) Ironia est, quo admirabilius reddat, quod adiicit: Si aũt vt verum est paucis obscuris minimis &c. quanquam alibi legtur, si multi nobiles.

Quòd Roma conditorẽ suum Romulũ diligẽdo deũ fecerit, ecclesia autem Christũ dominũ credendo dilexerit. Cap. VI.

REcolamᵒ etiã hoc loco illud, quod de Romuli credita diuinitate Tullius admiratur. Verba eius vt scripta sũt inserã: Magis est, inquit,
Cicero lib. in Romulo admirãdũ, quod cæteri qui dij ex homini-
3. de Republica. bus facti esse dicuntur, minus eruditis hominũ seculis fuerũt, vt fingẽdi procliuior esset ratio, cũ imperiti facile ad credẽdũ impellerẽtur. Romuli aũt ætatẽ minus his sexcẽtis annis ᵃ iã inueteratis literis, atq; doctrinis ᵇ omniq; illo antiquo ex inculta hominum vita errore sublato fuisse cernimus. Et paulopòst de eodẽ Romulo ita loquitur, quod ad hũc pertinet sensum. Ex quo intelligi potest, inquit, permultis annis antẽ Homerũ fuisse, quàm Romulũ, vt iam doctis hominibus, ac tẽporibus ipsis eruditis ad fingendũ vix quicquã esset loci. Antiquitas enim recepit fabulas, fictas etiã nõnunq̃ incõditè. Hæc ætas aũt iam exculta præsertim eludens omne quod fieri non potest respuit. Vnus è numero doctissimorũ hominũ idemq; eloquẽtissimus omniũ Marcus Tullius Cicero, propterea dicit diuinitatẽ Romuli mirabiliter creditã, q̃ erudita iã tempora fuerunt, quæ falsitatẽ nõ reciperent fabularũ. Quis aũt Romulũ deum nisi Roma credidit, atq; id parua & incipiẽs? Tũ deinde posteris seruare fuerat necesse, quod acceperãt à maioribus, vt cum ista superstitione in lacte quodãmodo matris ebibita crescẽret ciuitas, atq; ad tã magnũ perueniret imperiũ, vt ex eiᵒ fastigio velut ex altiore quodã loco alias quoq; gẽtes, quibus dominaretur, hac sua opinione perfunderet, vt nõ quidẽ crederent, sed tamẽ dicerent deũ Romulũ, ne ciuitatẽ cui seruiebant, de cõ-

ditore

G ditore eius offenderẽt, aliter eũ nominãdo q̃ Roma [c], quæ id nõ amore quidẽ huius erroris, sed tum † amoris errore crediderat. Christus autẽ quanq̃ sit cœlestis & sempiternæ cõditor ciuitatis, nõ tamẽ eũ quoniã ab illo cõdita est, deũ credidit, sed ideo potius est cõdẽda, quia credidit. Roma cõditorẽ suũ iam cõstructa & dedicata, tanq̃ deũ coluit in tẽplo: hæc autẽ Hierusalem conditorem suũ deũ Christũ, vt cõstrui posset & dedicari, posuit in fidei fundamento. Illa illũ amando esse deũ credidit, ista istũ deũ esse credendo amauit. Sicut ergo præcessit vnde amaret illa, & de amato iã libenter etiã falsum bonũ crederet, ita præcessit vnde ista crederet, vt recta fide nõ temere, quod falsum est, sed quod verũ erat, amaret. Exceptis enim tot & tantis miraculis, quæ persuaserũt deũ esse Christum, prophetiæ quoq; diuinæ fide dignissimæ præcesserũt, quæ in illo nõ sicut à patribus adhuc creduntur implendæ, sed iam à toto mundo demõstrantur impletæ [d]. De Romulo aũt quia cõdidit Romã, in eaq; regnauit auditur, legitur, nõn quia factũ est quod ante fuisset prophetatum, sed ꝙ sit receptus in deos, creditũ tenent literę, nõ factũ docent. Nullis quippe rerũ mirabiliũ signis id ei vere prouenisse monstra-
H tur. Lupa quippe illa fratrũ duorum nutrix, quod videtur quasi magnũ extitisse portentum, quale aut quantũ est ad demõstrandũ deũ? Certe enim etũ non meretrix fuit lupa illa, sed bestia cũ fratribus portentũ cõmune fuerit ambobus, frater tamen eius non habetur deus [e]. Quis aũt prohibitus est, aut Romulũ, aut Herculẽ, aut alios tales homines deos dicere, & mori maluit, q̃ non dicere? Aut vero aliqua gentiũ coleret inter deos suos Romulum, nisi Romani nominis metus cogeret? Quis porrò enumeret, q̃ multi quãtalibet sæuitia crudelitatis occidi, quàm Christũ deũ negare maluerũt? Proinde
aliàs amicis. metus quàmlibet leuis indignationis, quæ ab animis Romanorũ, si nõ fieret, posse putabatur existere, cõpellebat aliquas ciuitates positas sub iure Romano tãquam deũ colere Romulũ: à Christo autẽ deo nõ solũ colẽdo, verũetiã cõfitendo tantã per orbẽ terræ martyrũ multitudinẽ [f] metus vllus, aut error reuocare nõ potuit, blãditiæ nullæ, promissio nulla demouit, sed nec facultatũ violẽta subtractio, nec acerbitas vniuersarũ variarũq; pœnarũ. Et ipsius mortis: quæ plus cæteris formidatur.
I Neq; tũc ciuitas Christi, quãuis adhuc peregrinaretur
aliàs tamen. in terris, & haberet tã magnorũ agmina populorũ [g], aduersus impios persecutores suos pro tẽporali salute pugnauit, sed potiꝰ vt obtineret æternã, nõ repugnauit. Ligabãtur, includebanẽ, cædebanẽ, torquebãẽ, vrebãtur, laniabãtur, trucidabãtur, & multiplicabãtur. Non erat eis pro salute pugnare, nisi salutẽ pro saluatore cõtẽnere. Scio in libro Ciceronis tertio, nisi fallor, de Republica, disputari, nullũ bellum suscipi à ciuitate optima, nisi aut pro fide, aut pro salute. Quid autẽ dicat pro salute, vel intelligi quã salutẽ velit, alio loco demõstrans: sed his pœnis, inquit, quas etiã stultissimi sentiũt egestate, exilio, vinculis, verberibus elabuntur sæpe priuati, oblata mortis celeritate. Ciuitatibus autẽ mors ipsa pœna est, quę videtur à pœna singulos vindicare. Debet enim cõstituta sic esse ciuitas, vt æterna sit. Itaq; nullus interitus est Reipublicæ naturalis, vt hominis, in quo mors nõ modo necessaria est, verũetiã optanda persæpe. Ciuitas autem cum tollitur, deletur, extinguitur, simile est quodãmodo, vt magnis parua conferamus, ac si omnis hic mũdus intereat, & cõcidat. Hoc ideo dixit Cicero, quia mundũ non interiturũ cum Platonicis sentit. Cõstat ergo eũ pro ea salute bellũ voluisse suscipi à ciuita-
te, qua fit, vt maneat hic ciuitas sicut dicit, æterna quãuis morientibus & nascentibus singulis, sicut perennis est opacitas oleę, vel lauri aq; huiusmodi cæterarũ arborũ singulorum lapsu ortuq; foliorũ. Mors quippe, vt dicit, nõ hominum singulorum, sed vniuersæ pœna est ciuitatis, quę à pœna plerũq; singulos vindicat. Vnde merito quęritur, vtrũ recte fecerint Saguntini, quando vniuersam suã ciuitatem interire maluerũt, quàm fidẽ frangere, qua cũ ipsa Romana Republica tenebãtur: in quo suo facto laudãtur ab omnibus terrenę Reipublicę ciuibus. Sed hi quomodo huic disputationi possent obedire nõ video, vbi dicitur nullũ suscipiendũ esse bellũ, nisi aut pro fide, aut pro salute. Nec dicitur si in vnũ simul periculũ ita duo ista cõcurrerint, vt teneri alterũ sine alterius amissione nõ possit, quid sit potiꝰ eligẽdũ. Profecto enim Sagũtini si salutẽ eligerẽt, fides eis fuerat deserenda. Si fides tenenda, amittenda vtiq; salus, sicut & factũ est. Salus autẽ ciuitatis dei talis est, vt cũ fide ac per fidẽ teneri, vel potius acquiri possit: fide autẽ perdita, ad eam quisq; venire nõ possit. Quæ cogitatio firmissimi ac patiẽtissimi cordis, tot ac tãtos martyres fecit, qualem ne vnũ quidẽ habuit, vel habere potuit, quando est deus creditus, Romulus.

Minus his sexcẽtis annis.) Annotauit Triuetus enarrator esse in scriptura errorẽ, cum dicit minus sexcentis annis, quum consulatus Ciceronis pluribus quàm sexcẽtis & quinquaginta annis distet à Romuli excessu. Miror quid ei venerit in mentẽ, vt hoc loco tam vellet accuratus, & diligens videri, cum sæpe magnos mõtes negligat. cui profecto vsu venit, quod luscitosis & hebete visu, qui si quãdo oculorũ aciẽ intendũt, vt certius aliquid cernant, minus vident, quàm ante: sic tanta circũspectio nostro interpreti tenebras offudit, quibus nõ dispexit Ciceronẽ ea nõ scribere de se ac suis temporibus, sed de Scipione Aphricano minore, & Lælio, quos loquentes libris illis inducit. Porrò Scipio floruit à sexcentesimo ad sexcentesimũ vicesimum vr. con. annũ, nõ sexcentis annis à Romuli morte. Neq; vero præter morem meum attigissem ineptias veteris interpretis, nisi hæc talis esset, qua vel mediocriter eruditi capi possent. b Inuecratis literis atque doctrinis.) Iam enim fuerant Orpheus, Musæus, Linus, Philãmon, Thamyris, Orius, Demodotus, Aristæas Proconesius, Pronætidas Atticus, Euculus Cyprius, Phemius Ithacensis, & Homerus, & alij veteres, quos Græci partim Theologos nominãt, partim Poëtas. c Aliter cum nominando q̃ Roma.) Nõ aliter, hoc est vel Romulum, vel Quirinum, vt nugatur enarrator: sed aliter, id est, vocando eũ hominẽ, cũ Roma deũ diceret. Iuuabit opinor nõ ignorare quæ Iacobus de Passauant expositori addat. In hoc, inquit, ca. vj. mẽtionẽ facit expositor de nomine Romuli deificati, qui colebatur & appellabatur à Romanis sub nomine Quirini. Vbi nota, ꝙ istud nomen fortius est à quodam euentu. nam ferunt hastã lanceę eius quadam vice in Palatino monte floruisse. iam ergo miraculũ non est Christophoro baculũ floruisse, quũ floruerit & Romulo. O lepidule Passauanti doleo vicem me Hercules tuã, quod illis tẽporibus te non genuit natura, vt hoc scripsisses, nõ tibi latus clauus defuisset, vel etiã cõsulatus, aut certe flaminiũ Quirinale, quo melius illũ coleres deũ, quẽ nõ minus tuis ornasses scriptis, q̃ oratione sua Iulius Proculus. Profecto si Romulo id cõtigit, non immerito putabatur deus, nisi forsan hasta erat arbor aliqua recẽs cũ radice euulsa, qualẽ Siluanus gestabat cupressum. cæterũ dic quæso, cur ex eo cuũ Quirinus? Dicitur autem hasta, inquit, quiris Græce, inde Quirinus dicitur. Sabinũ nomẽ credidi, sed puto tibi Sabinos & Græcos eodẽ esse loco. Perge porrò, vnde & Quirites milites hastã portantes in bellis dicuntur. quid quum nõ militabãt, nõ erãt Quirites? vide ne pessimã gratiã ineas apud milites genus hominũ vehemẽs ac irritabile, qui se Quirites vocari ignominiæ ducũt: quippe quum exauthorabãtur, dimittebãturq; ab imperatore nõ iã milites dicebãtur, sed Quirites. quod factũ à Cęsare dictatore legimus, & Alexandro Seuero, è quibꝰ Cęsariani respõderũt nõ se Quirites esse, sed milites. Sed ego importunus nimis interpellator. affers plura? & cætera inquis. quæ sunt hæc tandẽ cętera? sexcẽta millia scurriliũ & ridicularũ rerũ, quas domi relictas nobis inuidisti, misertus forte nostri, ne nimiũ spleni indulgeremus. d Sed iam à toto mũdo demõstrãtur impletæ.) Alibi sic legitur: sed iã demõstrãtur impletæ, de Romulo autẽ qui cõdidit Romã, in eaq; regnauit, auditur, legitúrve quod factũ est, non quod antequã fieret prophetatũ. e Frater tamẽ eius nõ habetur deꝰ.) At ædiculã habebat in Auẽtino parũ celebrẽ, & qualẽ heros potius q̃ deus. f Tantã per orbẽ terræ martyrũ multitudinẽ.) In Colonien. codice legitur: sic tantã per orbẽ terræ martyrum multitudinẽ metus reuocare nõ potuit, nõ leuis offensionis animorũ, sed immẽsarũ variarũmque pœnarũ. g Et haberet tã magnorũ agmina populorũ.) Obsistere poterant, & captis armis non modo inimicis metũ facere, sed periculũ afferre à se propulsando. Cæterũ lõge beatius & Euãgelio Christi dignius existimabant iniuriam pati quàm facere, mori quã occidere, corpus amittere quàm animam.

Idem legit Victorianũ exemplar.

Quòd ut mundus in Christum crederet uirtutis fuerit diuinæ, non persuasionis humanæ. Cap. VII.

Sed valde

A Sed valde ridiculũ est, de Romuli falsa diuinitate cũ de Christo loquimur facere mẽtionẽ. Veruntamẽ cũ sexcentis fermè annis ante
Cicero libro. 3. de Republica. Ciceronẽ [a] Romulus fuerit, atq; illa ætas iam fuisse doctrinis dicatur exculta, vt quod fieri non potest omne eludẽs respueret: quãto magis post sexcentos annos ipsius tẽpore Ciceronis maximeq; postea sub Augusto atq; Tyberio eruditioribꝰ vtiq; tẽporibꝰ, resurrectionẽ carnis Christi, atq; in cœlos ascensionẽ, tanquã id quod fieri nõ potest, mens humana ferre nõ posset, eludensq; ab auribꝰ cordibusq; respueret, nisi eã fieri potuisse, atq; factã esse diuinitas, ipsiꝰ veritatis, vel veritas diuinitatis & cõtestantia miraculorũ signa mõstrarẽt, vt terrẽtibus & cõtradicẽtibꝰ tã multis, tamq; magnis persecutionibus præcedẽs in Christo, deinde ad nouũ seculũ in cęteris secutura resurrectio atq; immortalitas carnis & fidelissime crederetur & prędicareẽ intrepide, & porbẽ terræ pullulatura fœcũdius cũ in martyrũ sanguine fereretur. Legebãtur enim præconia præcedentiũ Prophetarũ, concurrebãt ostenta virtutũ, & persuadebatur veritas noua consuetudini, nõ contraria rationi, donec
B orbis terræ qui persequebaẽ furore, prosequeretur fide.

[a] Cvm sexcentis fermè annis ante Ciceronẽ.) Legendum, ante Scipionem. Nempe Aemilianum, qui inducitur differens in lib. de Repub.

De miraculis, quæ ut mundus in Christum crederet facta sunt, & fieri mundo credente non desinunt. Cap. VIII.

Vt inquiunt nũc illa miracula, quę prędicatis facta esse, nõ fũt? Possem quidẽ dicere necessaria fuisse prius q̃ crederet mũdus, ad hoc vt crederet mundus. Quisquis adhuc prodigia vt credat, inquirit, magnũ est ipse prodigium [a], qui mũdo credẽte nõ credit. Verũ hoc ideo dicunt, vt nec tunc illa miracula facta fuisse credanẽ. Vnde ergo tãta fide Christus vsquequaq; cãtatur in cœlũ cum carne sublatus? Vnde tẽporibus eruditis, & omne quod fieri nõ potest respuentibꝰ, sine vllis miraculis nimiũ mirabiliter incredibilia credidit mũdus? An forte credibilia fuisse, & ideo credita esse dicturi sunt? Cur ergo ipsi nõ credũt? Breuis est igitur nostra cõplexio. Aut incredibili rei, quæ non videbatur, alia incredibilia, quæ tamẽ fiebãt & videbãtur, fecerunt fidẽ: aut certe res credibilis, vt nullis quibꝰ
C persuaderetur miraculis indigeret, istorũ nimiam redarguit infidelitatẽ. Hoc ad refellendos vanissimos dixerim. Nã facta esse multa miracula quę attestarentur illi vni grãdi salubriq; miraculo quo Christus in cœlũ cũ carne in qua resurrexit, ascendit, negare non possumus. In eisdẽ quippe veracissimis libris cũcta cõscripta sunt, & quæ facta sunt, & propter quod credẽdũ facta sunt. Hæc vt fidẽ facerent innotuerũt, hæc per fidẽ quã fecerunt multo clarius innotescũt. Leguntur quippe in populis vt credãtur, nec in populis tamẽ, nisi credita legerentur. Nã etiã nunc fiunt miracula in eius nomine, siue per sacramẽta eius, siue per orationes, vel memorias sanctorũ eius, sed non eadẽ claritate illustrãtur, vt tãta quãta illa gloria diffamẽtur. Canon quippe sacrarum literarũ quem diffamatũ [b] esse oportebat, illa facit vbiq; recitari & memoriæ cũctorũ inhærere populorũ: hæc autẽ vbicunq; fiunt ibi sciũtur, vix à tota ipsa ciuitate vel quocunq; cõmanentiũ loco. Nam plerunq; etiã ibi paucissimi scũt, ignorãtibus cęteris, maxime si magna sit ciuitas, & quãdo alibi aliisq; narrãtur, nõ tanta ea cõmendat authoritas, vt sine difficultate, vel dubitatione credãtur, quanuis Christianis fidelibꝰ à fidelibus indicentur. Miraculũ quod Mediolani factũ est cũ illic essemus, quãdo illuminatus est cęcus, ad multorũ notitiam potuit peruenire, quia & grandis est ciuitas, & ibi D
erat tũc Imperator, & immenso populo teste res gesta est, cõcurrente ad corpora martyrũ Protasij & Geruasij [c]. Quæ cũ laterẽt & penitus nescirenẽ, Episcopo Ambrosio [d] per somniũ reuelata reperta sunt, vbi cæcus ille depulsis veteribꝰ tenebris diẽ vidit. Apud Carthaginẽ autẽ quis nouit, prętер admodũ paucissimos, salutẽ, quæ facta est Innocẽtio exaduocatoꝰ vicarię prędecessoris, vbi nos interfuimus & oculis aspeximus nostris? Veniẽtes enim de transmarinis, me & fratrem meum Alipium, nondũ quidẽ clericos, sed iam deo seruientes, vt erat cũ tota domo sua religiosissimus, ipse susceperat, & apud eum tũc habitabamus. Curabatur à medicis propter fistulas, quas innumerosas atq; perplexas habuit in posteriore atq; ima corporis parte. Iam secuerãt eum & artis suæ cætera medicamentis agebãt. Passus autẽ fuerat in sectione illa & diuturnos & acerbos dolores. Sed vnus inter multos sinus fefellerat medicos, atq; ita latuerat, vt eum nõ tangerẽt, quẽ ferro aperire debuerãt. Deniq; sanatis omnibꝰ quæ aperta curabãt, iste remãserat solus, cui frustra impẽdebatur labor. Quas moras ille suspectas habẽs multumq; formidãs ne iterũ secaretur, quod ei prædixerat alius medicus domesticus eiꝰ, E
quẽ non admiserant illi, vt saltem videret, cum primũ sectus est, quomodo id facerẽt, iratusq; illum domo abiecerat, vixq; receperat, erupit, atq; ait: Iterũ me sectuti estis? Ad illius quem noluistis esse præsentẽ verba venturus sum? Irridere illi medicũ imperitũ, metumq; hominis bonis verbis promissionibusq; lenire. Præterierunt & alij dies plurimi, nihilq; proficiebat omne, quod fiebat. Medici tamen in sua pollicitatione persistebant, non se illũ sinũ ferro, sed medicamentis esse clausuros. Adhibuerũt & aliũ grandæuum iam medicum, satisq; in illa arte laudatũ, adhuc enim viuebat, Ammoniũ [f], qui loco inspecto, idem quod illi eorum diligẽtia peritiaq; pmisit. Cuius ille factus authoritate securus, domestico suo medico, qui futurã prædixerat ãliã sectionẽ faceta* hilaritate, velut iam saluus elusit. Quid plura? Postea tot dies inaniter cõsumpti transierũt, vt fessi atq; confusi faterẽtur eũ nisi ferro nullo modo posse sanari. Expauit, expalluit nimio timore turbatus, atq; vbi *aliàs, facta.
se collegit, fariq; potuit, abire illos iussit, & ad se ampliꝰ nõ accedere: nec aliud occurrit fatigato lachrymis F
& illa iã necessitate cõstricto, nisi vt adhiberet Alexãdrinũ quẽdam, qui tũc chirurgus mirabilis habebatur, vt ipse faceret, quod ab illis fieri nolebat iratus. Sed posteaquã venit ille, laboremq; illorũ in cicatricibus sicut artifex vidit, boni viri functꝰ officio, persuasit homini, vt illis totius qui in eo tantũ laborauerant, quantũ ipse inspiciẽs mirabatur, curationis suæ fine frueretur, adiiciens quod reuera nisi sectus esset, saluus esse nõ posset: valde abhorrere à suis moribꝰ, vt hominibꝰ, quorũ artificiosissimã operã, industriã, diligentiã admirãs in cicatricibꝰ eius videret, propter exiguũ qd̃ remãsit, palmã tãti laboris auferret. Redditi sunt animo eiꝰ, & placuit vt eodẽ Alexãdrino assistente ipsi sinum illũ ferro, qui iam consensu omniũ aliter insanabilis putabatur, aperirent. Quæ res dilata est in consequentẽ diem. Sed cũ abiissent illi, ex mœrore nimio domini tãtus est in domo illa exortus dolor, vt tanquã funeris planctus vix cõprimeretur à nobis. Visitabant eum quotidie sancti viri, Episcopus tũc Vzalẽsis [g], beatæ memoriæ Saturninus, & presbyter Gelosus, ac diaconi Carthaginensis Ecclesiæ. In quibꝰ erat, & ex quibus solus est nũc in rebꝰ humanis iã Episcopus cũ honore à nobis debito nomi-

D nandus

G nandus Aurelius, cum quo recordãtes mirabilia opera dei, de hac re sæpe collocuti sumus, eumq; valde memi nisse, quod cõmemoramus inuenimus. Qui cum eum sicut solebant vespere visitarent, rogauit eos miserabilibus lachrymis, vt mane dignarẽtur esse pręsentes suo funeri potius quàm dolori. Tantus enim eũ metus ex prioribus inuaserat pœnis; vt se inter medicorũ manus non dubitaret esse moriturum. Consolati sunt eum illi & hortati, vt in deo fideret eiusq; voluntatem viriliter ferret. Inde ad orationem ingressi sumus. Vbi nobis ex more genua figentibus atq; incũmbẽtibus terræ, ille se ita proiecit tanquam fuisset aliquo impellente grauiter prostratus, & cœpit orare. Quibus modis, quo affectu, quo motu animi, quo fluuio lachrymarũ, quibus gemitibus atq; singultib^o succutientibus omnia mẽbra eius, & penè intercludẽtibus spiritũ, quis vllis explicet verbis? Vtrum orarent alij, nec in hæc eorum auerteretur intentio, nescieba. Ego tamen prorsus orare nil poterã, hoc tantummodo breuiter in corde meo dixi: Domine quas tuorũ preces exaudis, si has non exaudis? Nihil enim mihi videbatur addi iam posse, nisi vt expiraret

H orando. Surreximus, & accepta ab Episcopo benedictione discessimus, rogãte illo vt mane adessent, illisq; vt æquo animo esset hortantibus. Illuxit dies qui metuebatur, aderãt serui dei sicut se affuturos esse promiserant. Ingressi sunt medici, parantur omnia quæ hora illa poscebat, tremẽda ferramenta proferuntur, attonitis suspensisq; omnibus. Eis autem quorum erat maior authoritas, defectũ animi eius consolando erigentibus ad manus secturi mẽbra in lectulo cõponũtur, soluuntur nodi ligamentorũ, nudatur locus, inspicit medicus, & secãdum illum sinũ armatus atq; intentus inquirit. Scrutatur oculis, digitisq; cõtrectat. Tentat deniq; modis omnibus, inuenit firmissimam cicatricem. Iam illa lętitia & laus atq; gratiarũ actio misericordi & omnipotenti deo, quæ fusa est ore omnium lachrymantibus gaudiis, non est cõmittenda meis verbis: cogitetur potius q̃ dicatur. In eadem Carthagine Innocentia religiosissima fœmina de primariis ipsius ciuitatis, in ma milla cancrum habebat: rem sicut medici dicũt, nullis medicamentis sanabilem.[h] Aut ergo præscidi solet & à corpore separari membrũ vbi nascitur, aut vt aliquã to homo quietius viuat[i] fomentis est pestis mitiganda

I frequẽtibus. Nam vt inde mortẽ quantumlibet tardius affuturam confidamus, secundũ Hippocratis, vt fertur sentẽtiã, omnis est omittẽda curatio. Hoc illa à perito medico, & suæ domui familiarissimo acceperat, & ad solũ deum se orando conuerterat. Admonetur in somnis appropinquante Pascha, vt in parte fœminarũ obseruanti ad baptisterium[k], quęcunq; illi baptizata primitus occurrisset, signaret ei locũ signo crucis Christi: fecit, & cõfestim sanitas secuta est. Medicus sanè qui ei dixerat, vt nihil curationis adhiberet, si paulo diutius vellet viuere, cũ inspexisset eam postea & sanissimam cõperisset, quam prius habere illud malum tali inspectione cognouerat, quæsuit ab ea vehemẽter quid adhibuisset curationis, cupiens quantum intelligi datur nosse medicamentũ, quo Hippocratis definitio vince-
† aliàs, soluueretur. retur†. Cumq; ab ea quid factũ esset audisset, voce velut contemnentis & vultu, ita vt illa metueret ne aliquod cõtumeliosum verbũ proferret in Christum, religiosa vrbanitate respõdisse fertur, putabam inquit magnum aliquid te mihi fuisse dicturã. Atq; illa iam exhorre-
Ioan. 11. scente, mox addidit: Quid grãde fecit Christus sanare cancrũ, qui quatriduanũ mortuum suscitauit? Hoc ergo cũ audissem & vehemẽter stomacharer, in illa ciuitate K atq; in illa persona, non vtiq; obscura, factũ tam ingẽs miraculũ sic latere, hinc eam & admonendam & penè obiurgandã putaui. Quæ cum mihi respõdisset non se inde tacuisse, quæsiui ab eis, quas forte tunc matronas amicissimas secũ habebat, vtrũ hoc antea scissent. Responderũt se omnino nescisse. Ecce inquam quomodo nõ taces, vt nec istę audiãt, quę tibi tanta familiaritate † aliàs, tu. iunguntur? Et quia breuiter ab ea quæsiuerã, feci vt illis audientibus multumq; mirãtibus & glorificãtibus deũ, totũ ex ordine quemadmodũ gestum fuerit indicaret.

Mendicũ* quẽdam podagricũ in eadẽ vrbe, qui cum * al's, Medicum. dedisset nomẽ ad baptismũ, & pridie q̃ baptizaretur, in somnis à pueris nigris curatis [l], quos intelligebat dæmones esse baptizari, eodẽ anno prohibitus fuisset, eisq; nõ obtemperãs, etiã conculcãtibus pedes eius in dolorẽ acerrimũ qualem nunq̃ expertus est isset, magisq; eos vincẽs lauacro regenerationis, vt vouerat ablui nõ distulisset, in baptismate ipso nõ solũ dolore, quo vltra solitũ cruciabatur, verumetiã podagra caruisse, nec amplius, cum diu postea vixisset, pedes doluisse quis nouit? Nos tamẽ nouim^o & paucissimi fratres ad quos id po L tuit peruenire è vicino. Quidã Curubitanus[m], nõ solum à paralysi, verumetiã ab informi põdere genitaliũ cũ baptizaretur saluus effectus est, & liberatus vtraque molestia, tanq̃ mali nihil habuisset in corpore, de fonte regenerationis ascendit. Quis hoc prẽter Curubitanos nouit, & præter rarissimos aliquos, qui hoc vbicũq; audire potuerũt? Nos autẽ cũ hoc cõperissemus, iubente sancto episcopo Aurelio etiã vt veniret Carthaginẽ, fecimus: quãuis à talibus prius audierimus de quorũ fide dubitare nõ possemus. Vir tribunitius Hesperius, qui apud nos est, habet in territorio Fussalensi[n] fundũ Cubedi[o] appellatũ, vbi cũ afflictione animalium & seruorũ suorum, domũ suam spirituum malignorũ vim noxiã perpeti cõperisset, rogauit nostros me absente presbyteros, vt aliquis eorũ illò pergeret, cuius orationib^o cederent. Perrexit vnus, obtulit ibi sacrificium corporis Christi, orãs quantũ potuit: vt cessaret illa vexatio: deo protinus miserante, cessauit. Acceperat autẽ ab amico suo terrã sanctam, de Hierosolymis allatã, vbi sepultus Christus, die tertio resurrexit: eamq; suspenderat in cubiculo suo, ne quid mali etiã ipse pateretur. At vbi domus ei^o ab illa infestatione purgata est, quid de illa ter M ra fieret, cogitabat: quã diutius in cubiculo suo reuerẽtiæ causa habere nõlebat. Forte accidit, vt ego, & collega tũc meus episcopus Synicensis ecclesiæ Maximinus, in proximo essemus: vt veniremus, rogauit, & venim^o. Cumq; nobis omnia retulisset, etiã hoc petiuit, vt inforderetur alicubi: atq; ibi orationum locus fieret: vbi etiã possent Christiani, ad celebrãda, quę dei sunt, cõgregari. Nõ restitimus, factũ est. Erat ibi iuuenis paralyticus rusticanus, qui hoc audito, petiuit à parẽtib^o suis, vt illũ ad eũ locũ sanctũ non cunctanter afferrẽt. Quò cũ fuisset allatus, orauit: atq; inde cõtinuo pedibus suis saluus abscessit. Victoriana villa dicit̃, quæ ab Hippone regio minus triginta milib^o abest. Memoria martyrũ ibi est Mediolanensiũ, Geruasij & Protasij: portatus est die eo quidam adolescẽs, qui cum de medio tẽpore æstatis equũ ablueret in fluminis gurgite, dęmonẽ incurrit. Ibi cũ iaceret, vel morti proximus, vel simillimus mortuo: ad vespertinos illuc hymnos & orationes cum ancillis suis, & quibusdã sanctimonialib^o, ex more domina possessionis intrauit: atq; hymnos cãtare cœperũt. Qua voce ille quasi pcussus, excussus est: & cũ terribili fremitu

altare

A altare apprehensum mouere non audens, siue non valens, tanquã eo fuerit alligatus, aut fixus, tenebat: & cũ grandi eiulatu parci sibi rogans, confitebatur, vbi adolescẽtem, & quãdo, & quomodo inuaserit. Postremo se exituũ esse denunciãs, mẽbra eius singula nominabat, quæ se amputaturum exiens minabatur, atq; inter hæc verba discessit ab homine. Sed oculus eius in maxillã fusus, tenui venula ab interiore quasi radice pendebat, totumq; eius mediũ quod nigellũ fuerat, albicabat. Quo viso, qui aderant, concurrerant autem etiã alij, vocibus eius acciti: & se omnes in orationẽ pro illa strauerunt: quanuis eum sana mente stare gauderẽt, rursus tamen propter oculũ eius contristati, medicũ quærendũ esse dicebant. Ibi maritus sororis eius, qui eum illò detulerat: potens est, inquit, deus sanctorũ orationib^o, qui fugauit dæmonẽ, lumen ei reddere. Tunc sicut potuit oculũ lapsum atq; pendẽtem, loco suo reuocatũ, ligauit oratio^o: nec nisi post septem dies putauit esse soluẽdum. Quod cum fecisset, sanissimũ inuenit. Sanati sunt illic & alij: de quibus dicere longũ est. Hipponensem quandam virginem scio, cũ se oleo perunxisset, cui pro illa orans

B presbyter instillauerat lachrymas suas, mox à dæmonio fuisse sanatam. Scio etiam Episcopum semel pro adolescente, quẽ à dæmonio corruptũ vidit [q], orasse: illumq; illico dæmone caruisse. Erat quidã senex Florentius Hipponẽsis noster: homo religiosus, & pauper: qui sartoris se arte pascebat, casulã perdiderat, & vnde sibi emeret, non habebat: ad viginti martyres, quorum memoria apud nos est celeberrima, clara voce, vt vestiretur, orauit. Audierũt eum adolescẽtes, qui forte aderant, irrisores: eumq; discedentẽ exagitãtes, prosequebantur: quasi à martyribus quinquagenos folles[r], vnde vestimentũ emeret, petiuisset. At ille tacitus ambulans, eiectũ grandẽ piscem palpitantẽ vidit in littore, eumq; illis fauentibus, atq; adiuuantibus, apprehẽdit, & cuidã coquo Carchoso nomine, bene Christiano, ad coquinã conditariã, indicans quid gestum sit, trecentis follibus vendidit, lanam cõparare inde disponens, vt vxor eius quomodo posset ei, quo indueret, efficeret. Sed coquus cõscindens piscem, annulũ aureum in ventriculo eius inuenit, moxq; miseratione flexus, & religione perterritus, homini eũ reddidit, dicẽs: Ecce quomodo viginti

C martyres te vestierũt. Ad aquas Tibilitanas Episcopo afferẽte, proiecto[f], † reliquias martyris gloriosissimi † al's, præiecto. Stephani, ad eius memoriã veniebat magnæ multitudinis cõcursus, & occursus. Ibi cæca mulier, vt ad Episcopũ portãtem pignora sacra duceretur, orauit: flores, quos ferebat dedit: recepit, oculis admouit, protinus vidit. Stupentibus qui aderant, præibat exultans, viam carpens, & viæ ducẽ vlterius non requirens. Memorati memoriã martyris, quæ posita est in castello Synicensi, quod Hipponẽsi coloniæ vicinum est: eiusdem loci Lucillus Episcopus, populo præcedẽte, atq; sequente, portabat, fistula, cuius molestia iam diu laborauerat, & familiarissimi sui medici, qui eam secaret, operiebatur manus: illius pię sarcinę vectatione, vbi sanctas attigit reliquias[u], repente sanata est. Nam deinceps eam in suo corpore non inuenit. Eucharius presbyter ex Hispania, Calamæ habitans [x], veteri morbo calculi laborabat, per memoriã supradicti martyris[y], quã Possidius illò aduexit Episcopus, saluus factus est. Idem ipse postea morbo alio prẽualescẽte, mortuus sic iacebat, vt ei iam pollices ligarẽtur: opitulatione memorati martyris, cũ de memoria eius reportata fuisset, & super iacentis corpus missa ipsius presbyteri tunica, suscitatus est. Fuit ibi vir in ordine suo primari[b], nomine Martialis, æuo iam grauis, & multum à religione abhorrẽs Christiana. Habebat sanè fidelem filiã, & generum eodem anno baptizatũ. Qui cum ægrotantem multis & magnis precibus, & lachrymis rogarẽt, vt Christianus fieret, prorsus abnuit: eosq; à se turbida indignatione submouit. Visum est genero eius, vt iret ad memoriã sancti Stephani, & illic pro eo quantũ posset, oraret, vt deus illi daret mentem bonã, qua credere non differret in Christum. Fecit hoc ingenti gemitu & fletu, & synceriter ardẽte pietatis affectu: deinde abscedens, aliquid de altari florum, quod occurrit, tulit: eiq; cum iam nox esset, ad caput posuit. Tunc dormitum est: & ecce ante diluculũ clamat, vt ad Episcopũ curreretur: qui mecũ forte tunc erat apud Hipponẽ. Cum vero audisset eum absentẽ, venire presbyteros postulauit. Venerũt, & statim se credere dixit: admirantibus atq; gaudẽtibus omnibus, baptizatus est. Hoc quandiu vixit, in ore habebat: Christe accipe spiritum meum: cũ hæc verba beatissimi Stephani, quãdo lapidatus est à Iudęis, vltima fuisse nesciret: quę huic quoq; vltima fuerunt. Nam nõ multo pòst etiam ipse defunctus est. Sanati sunt illic E per eundem martyrem etiã tres podagrici, duo ciues [z], peregrinus vnus. Sed ciues omnimodo: peregrinus autem per reuelationem, quid adhiberet, quãdo doleret, audiuit: & cum hoc fecisset, dolor cõtinuo conquieuit.

Acto. 7.

Audurus nomen est fundi, vbi Ecclesia est, & in ea memoria Stephani martyris. Puerum quendã paruulum cum in area luderet, exorbitantes boues qui vehiculum trahebant, rota obtriuerunt, & confestim palpitauit expirãs. Hunc mater arreptũ, ad eandem memoriam posuit: & non solũ reuixit, verũ etiam illæsus apparuit. Sanctimonialis quædã in vicina possessione, quæ Caspaliana dicitur, cum ægritudine laboraret, ac desperaretur, ad eandẽ memoriã tunica eius allata est: quæ ante q̃ reuocaretur, illa defuncta est. Hac tamen tunica operuerũt cadauer eius parentes, & recepto spiritu, salua facta est. Apud Hipponem Bassus quidam Syrus ad memoriã eiusdẽ martyris orabat pro ægrotante & periclitante filia, eoq; secum vestem eius detulerat: cum ecce pueri de domo cucurrerunt, qui ei mortuam nunciarent. Sed cum, orante illo, ab amicis eius exciperetur, prohibuerunt eos illi dicere, ne per publicũ F plangeret. Qui cum domum rediisset, iam suorũ eiulatibus personantem, & vestem filiæ, quam ferebat, super eam proiecisset, reddita est vitæ. Rursus ibidẽ apud nos Hyrenei cuiusdã collectarij filius [a] ægritudine extinctus est. Cumq; corpus iaceret exanime, atq; aliis gementibus & plangẽtibus, exequiæ pararentur, amicorũ eius quidam inter aliorũ consolãtium verba suggessit, vt eiusdem martyris oleo corpus perungeretur. Factũ est, & reuixit. Itemq; apud nos vir tribunitius Eleusinus super memoriã martyris, quæ in suburbano eius est, ægritudine exanimatum posuit infantulum filium suum: & post orationẽ, quam multis cum lachrymis ibi fudit, viuẽtem leuauit. Quid faciam? Vrget huius operis implendi promissio, vt nõ hic possim omnia commemorare, quę scio: & proculdubio plerique nostrorum, cum hæc legẽt, dolebunt me tam multa prætermisisse, quę vtiq; mecum sciunt. Quos iam nunc, vt ignoscant rogo: & cogitent, q̃ prolixi laboris sit facere, quod me hic non facere suscepti operis necessitas cogit. Si enim miracula sanitatũ, vt alia taceam, modo velim scribere, quæ per hũc martyrem, id est, gloriosissimũ Stephanũ, facta sunt in colonia Calamẽsi, & in nostra, plurimi

 conficiendi

G conficiendi ſunt libri: nec tamẽ omnia colligi poterũt: ſed tantum,de quibus libelli dati ſunt,qui recitarentur in populis.Id nanq; fieri voluimus,cũ videremus antiquis ſimilia diuinarũ ſigna virtutum,etiam noſtris tẽporibus frequentari:& ea non debere multorũ notitiæ deperire. Nondũ eſt autẽ bienniũ,ex quo apud Hipponem regium cœpit eſſe iſta memoria, & multis, quod nobis certiſſimum eſt non datis libellis,de iis quæ mirabiliter facta ſunt,illi ipſi,qui dati ſunt ad ſeptuaginta fermè numerũ peruenerant, quando iſta conſcripſi. Calamæ vero, vbi & ipſa memoria prius eſſe cœpit,& crebrius dantur, incomparabili multitudine ſuperant. Vzali etiã,quæ colonia Vticæ vicina eſt,multa præclara per eundẽ martyrẽ facta cognouimus:cuius ibi memoria longe priuſquam apud nos ab epiſcopo Euodio cõſtituta eſt. Sed libellorũ dandorum ibi cõſuetudo nõ eſt,vel potius nõ fuit:nam fortaſſe nũc eſſe iam cœpit. Cum enim nuper illic eſſemus, Petroniã clariſſimã fœminã,quæ mirabiliter ex magno,atq; diuturno,in quo medicorũ adiutoria cuncta defecerãt,languore ſanata eſt : hortati ſumus volente ſupradicti loci epiſcopo, vt

H libellũ daret,qui recitaretur in populo,& obedientiſſime paruit.In quo poſuit etiã quod hic reticere nõ poſſum,quanuis ad ea,quæ hoc opus vrgent,feſtinare cõpellar. A quodam Iudæo dicit ſibi fuiſſe perſuaſum, vt annulũ capillatio vinculo inſereret, quo ſub omni veſte ad nuda corporis cingeretur : qui annulus haberet ſub gemma lapidẽ in renibus inuentũ bouis[b].Hoc alligata quaſi remedio ad ſancti martyris limina veniebãt.Sed profecta à Carthagine cũ in confinio fluminis Bagradẽ[c] in ſua poſſeſſione mãſiſſet,ſurgẽs,vt iter perageret,ante pedes ſuos illum iacentem annulũ vidit,& capillatiã zonam qua fuerat alligatus,mirata tentauit. Quam cũ omnino ſuis nodis firmiſſimis, ſicut fuerat, cõperiſſet aſtrictãm, crepuiſſe, atq; exiliiſſe annulũ ſuſpicata eſt. Qui etiã ipſe cum integerrimus fuiſſet inuentus,futurę ſalutis quodãmodo pignus de tanto miraculo, ſe accepiſſe præſumpſit, atq; illud vinculũ ſoluens,ſimul cum eodem annulo proiecit in flumẽ. Non credunt hoc,qui etiã dominũ Ieſum per integra virginalia matris enixũ, & ad diſcipulos ſuos oſtiis clauſis ingreſſum fuiſſe nõ credunt. Ioan.2. Sed hoc certe quærãt,& ſi verũ inuenerint,illa credãt. Clariſſima fœmina eſt,no

I biliter nata,nobiliter nupta,Carthagine habitat : ampla ciuitas,ampla perſona,rem quærẽtes latere non ſinunt.Martyr certe ipſe,quo impetrãte, illa ſanata eſt, in filiũ permanẽtis virginis credidit in eum, qui oſtiis clauſis,ad diſcipulos ingreſſus eſt, credidit. Poſtremo, propter quod omnia iſta dicunt à nobis,in eũ,qui aſcẽdit in cœlũ cum carne,in qua reſurrexerat, credidit:& Marci.16. Acto.1. ideo per eũ tanta fiunt, quia pro iſta fide animã poſuit ſuã.Fiunt ergo etiã nunc multa miracula:eodẽ deo faciẽte,per quos vult, & quẽadmodũ vult:qui & illa,quæ legimus fecit:ſed iſta nec ſimiliter innoteſcũt, neq; vt non excidant animo, quaſi clara memoriæ crebra lectione tendũtur[d].* Nam & vbi diligẽtia eſt, quæ nunc apud nos eſſe cœpit,vt libelli eorũ,qui beneficia percipiunt,recitẽtur in populo,ſemel hoc audiũt,qui aſſunt, pluresq; nõ aſſunt: vt nec illi,qui affuerũt, poſt aliquot dies,quod audierũt,mẽte retineãt,& vix quiſquã reperiatur illorũ,qui ei,quẽ nõ affuiſſe cognouerit, indicet, quod audiuit. Vnum eſt apud nos factũ,non maius, quàm illa,quæ dixi:ſed tam clarũ,atq; illuſtre miraculum,vt nullũ arbitrer eſſe Hipponenſiũ, qui hoc nõ vel viderit, vel didicerit:nullũ, qui obliuiſci vlla ratione

* aliàs,cõduntur.

De hoc in ſermonibus Auguſtinianis de ſancto Stephano.

potuerit.Decẽ quidã fratres fuerũt, quorũ ſeptem ſunt K mares,tres fœminæ,de Cæſarea Cappadociæ[e] ſuorũ ciuiũ non ignobiles, maledicto matris[f] recẽti patris eorũm obitu deſtitutæ, quæ iniuriã ſibi ab eis factã acerbiſſimè tulit:tali pœna ſunt diuinitus coërciti,vt horribiliter quaterẽtur omnes tremore mẽbrorum.In qua fœdiſſima ſpecie oculos ſuorũ ciuiũ nõ ferẽtes,quaquauerſum cuiq; ire viſum eſt,toto penè vagabantur orbe Romano.Ex his etiã ad nos venerũt duo, frater & ſoror,Paulus,& Pauladia:multis aliis locis miſeria diffamante,iam cogniti.Venerunt autẽ ante Paſcha fermè dies quindecim:eccleſiã quotidie[g] ingrediẽtes,& in ea memoriam glorioſiſſimi martyris Stephani frequẽtabãt,orãtes,vt iam ſibi placaretur deus, & ſalutẽ priſtinam redderet.Et illic,& quocunq; ibant,cõuertebãt in ſe ciuitatis aſpectum. Nonnulli,qui eos alibi viderant, cauſamq; tremoris eorũ nouerant,aliis & cuicunq; poterant,indicabãt. Venit & Paſcha,atq; ipſo die dominico mane cũ iam frequẽs populus præſens eſſet,& loci ſancti cancellos,vbi martyrũ erat[h],idem iuuenis orãs teneret,repente proſtratus eſt,& dormienti ſimillimus iacuit:non tamẽ tremens, ſicut etiã per ſomnium ſolebat, L ſtupentibus qui aderant,atq; aliis pauentibus, aliis dolentibus,cum eum quidam vellent erigere,nonnulli prohibuerunt,ſed potius exitum expectandũ eſſe dixerunt.Et ecce ſurrexit,& nõ tremebat,quoniam ſanatus erat,& ſtabat incolumis,intuens intuentes. Quis ergo intuentiũ ſe tenuit à laudibus dei?Clamantium,gratulantiumq; vocibus eccleſia vſquequaq; cõpleta eſt.Inde ad me curritur,vbi ſedebã iam proceſſurus.Irruit alter, quiſq; poſt alterũ: omnis poſterior quaſi nouum,quod alius prior dixerat,nunciantes.Meq; gaudente,& apud me gratias deo agente,ingreditur etiã ipſe cũ pluribus: inclinatur ad genua mea, erigitur ad oſculum meum. Procedimus ad populũ : plena erat eccleſia,perſonabat vocibus gaudiorum:deo gratias,deo laudes,nemine tacente,hinc,atq; inde clamãtium: Salutaui populum,& rurſus eadem feruentiore voce clamabãt. Facto tandẽ ſilentio, ſcripturarũ diuinarum ſunt lecta ſolẽnia. Vbi autẽ ventum eſt ad mei ſermonis locũ, dixi pauca, pro tẽpore,& pro illius iocũditate lætitiæ. Magis enim eos in opere diuino,quandã dei eloquẽntiã non audire,ſed conſiderare permiſi. Nobiſcum homo prandit,& diligenter nobis omnem ſuæ ac maternæ,fraternæq; calamitatis indicauit hiſtoriam. Sequenti itaq; die,poſt ſermonem redditũ, narrationis eius libellum in craſtinũ populo recitandum promiſi . Quod cum ex dominico Paſchæ die tertio fieret in gradibus exedræ[i],in qua de ſuperiore loquebar loco : feci ſtare ambos fratres,cum eorũ legeretur libellus . Intuebatur populus vniuerſus, ſexus vtriuſq;, vnũ ſtantem ſine deformi motu : alterã membris omnibus contrementem . Et qui ipſum non viderant,quid in eo diuinę miſericordiæ factum eſſet, in eius ſorore cernebant . Videbant enim, quid in illo gratulandũ,quid pro illa eſſet orãdum. Inter hæc,recitato eorum libello, de conſpectu populi abire eos præcepi:& de tota ipſa cauſa aliquanto diligentius cœperã diſputare,cũ ecce,me diſputante,voces aliæ de memoria martyris nouæ gratulationis audiuntur , conuerſi ſunt eò,qui me audiebãt,cœperuntq; concurrere.Illa enim,vbi de gradibus deſcẽdit,in quib[o] ſteterat ad ſanctum martyrẽ orare perrexerat. Quæ mox vt cãcellos attigit,collapſa ſimiliter velut ad ſomnũ ſana ſurrexit. Dum ergo requireremus quid factum fuerit,vnde iſte ſtrepitus lætus extiterit,ingreſſi ſunt cũ illa in baſilicã,

vbi

A vbi eramus,adducentes eam ſanam de martyris loco. Tum vero tantus ab vtroq; ſexu admirationis clamor exortus eſt , vt vox continuata cum lachrymis nõ videretur poſſe finiri. Perducta eſt ad eum locũ,vbi paulo ante ſteterat tremens.Exultabãt eam ſimilem fratri factã,cui doluerant remanſiſſe diſſimilẽ.Et nondũ fuſas preces ſuas pro illa,iam tamẽ prę uiam voluntatem tam cito exauditã eſſe cernebãt.Exultabãt in dei laudẽ voces,ſine verbis tanto ſonitu[k],quantum aures noſtræ ferre vix poſſent. Quid erat in cordibus exultãtiũ, niſi fides Chriſti,pro qua Stephani ſanguis effuſus eſt?

a MAgnum eſt ipſe prodigium.) Tanquã rara admodum res,& à moribus,ſenſuq; cæterorũ diſcrepãs. b Quem diffamatum.) Alibi,diffinitũ : vt tanta authoritas multitudine non vileſcerẽt, aut copia,nẽve pro ſuo quiſq; arbitrio adiũgeret, quæ fuiſſet ſibitũ rebus primæ authoritatis & fidei: & vt certum ac ſtatũ haberent Chriſtiani,quid eſſent habituri fidei inconcuſſæ. c Martyrũ Protaſij & Geruaſij.) Hi filij fuerunt Vitalis equitis Romani,martyris, & Valeriæ. Corpora eorũ Mediolano tranſlata ſunt Briſacũ Germaniæ à Friderico primo. d Epiſcopo Ambroſio.)Antiſtite Mediolaneñ.omnib[o] ſanctitate & ſcriptis noto. e Exaduocato.)Qui aduocatus fuerat.Sic hoc dicitur,vt exquæſtor,& exconſul,pro queſtorius,& cõſularis, quę nomina ſunt illa ætate nata. f Ammonium.)Non eſt hic celebris ille philoſophiæ Platonicę,& Peripateticę magiſter,qui etiã Origenem docuit:nam is ad hæc tẽpora non potuit peruenire. neſcio,an ſit Aegyptius Ioannis Grammatici præceptor. g Vzalenſis.)Plinius lib.v.in Aphrica minore Vzalitanũ ponit oppidũ. Et Proleſn. Ὑσσυαλλαιν minori ſyrri proximam.Sed Auguſt. Vzali Vticæ vicinã dicit,quæ procul abeſt à ſyrtibus. h Rem ſicut medici dicunt nullis medicamentis ſanabilẽ.) At Galenus & Auicenna rationẽ curæ tradunt:ſed quum nondũ eſt confirmatus,& perfectus cancer.nam tũc reuelli nequit,tantum leniri. Celſus tres huius morbi ſpecies numerat li.v. Cacoẽthes,cuius vlcus eſt quidem preſſum,ſed vicina intumeſcũt:ſecundũ ſine vlcere:tertiũ thymium vocant.ignitur ex atra bili aduſta vi flauæ. i Aut vt aliquãto homo quietius viuat.)In lib.Brugeñ.Carmelitano ſic:Aut vt aliquanto diutius homo viuat,tamen inde mortẽ quamlibet tardius affuturam.In hoc capite non dubium,quin multã ſint addita velut declarandi gratia, ab iis, qui omnia magnorum authorum ſcripta ſpurcis ſuis manibus contaminabant,quorum alia reſecabo,alia more meo contentus ero velut digito indicaſſe. k Obſeruanti ad baptiſterium.) An legendum, obſeruante ad baptiſterium. à Paſchate ad Pentecoſten eſt olim baptizabãtur iam firmi & petentes,quod adhuc oſtendit conſuetudo noſtræ eccleſiæ: in qua per id tempus tam frequens fit de aquis mentio,& de baptiſmate. l A pueris nigris curatis.) In codice Brugeñ. legitur cirratis. Cirros,capitis crines interpretatur Nonius Marcellus.Cato de liberis educandis: Cirros ad Apollinem ponere ſolent.Sic & Perſius: Ten' cirratorum centum dictata fuiſſe , Pro nihilo ducãs? Loquitur de crinitis pueris Romanis. m Quidam Curubitanus.)Eſt Curubis in Aphrica vrbs libera,in Mercurij promontorio,vltra Carthaginẽ.Plinius lib.iiij. Idem Proleſn. qui eam κουρσβιν vocat. n In territorio Fuſſalleñ.) Neſcio, an Vſſileñ. ab Vſſylla,de qua dixi. o Fundum Cubedi.) Aliàs Zubedi. p Liganit oratio.)Legendum,orario,quaſi ſtola ſacerdotali:quo vocabulo vtuntur ſacri ſcriptores illius ætui, Hieronymus & Ambroſius.Poteſt etiam ſumi pro mantili vel ſudario. q Quem à dęmonio correptũ vidit.)In aliis libris ſic:pro adoleſcente,quẽ non vidit oraſſe. r Quinquagenos folles.) Fefellerat mẽ hoc loco Philippus Beroaldus, cuius diligentiæ fidebam:reduxit in viam Andreas Alciatus cuius annotationem ad verbum ſubſcribã.Phollis,inquit,ſub Theodoſio iuniore tributũ mulorum ab eo inſtitutũ Conſtantinopoli,quod his ſibi in bello opus eſſe diceret.Phollis autem aliud tributi genus eſt, quod nobiliores quiq; ciuitatis pendebant,pro vt ſecundum habitationes fuerant cõprehenſi:vt nobilitas quę ad bonã fortunam illos perducere debuerat,hoc incõmodi ſecum afferret:primo quidem tributo auri libræ octo, ſecundo quatuor, tertio duæ pendebantur. Et vt ait Eſychous illuſtris philoſophus,in.vj.hiſtoriæ de temporibus diuiſione:Phollis pondus eſt,alio nomine dicta balantium: trahit autẽ donos ducẽtos quinquaginta: hoc eſt,libras.cccxij.& vncias vj:ſinguli vero doni librã vnam,vncias.xij.cõprehendebant.Eſt & alius phollis coactus ex argẽteis leptis, qui militibus,quos miliarios vocabãt, dabatur.Lepti autem ceration vnum cum dimidio cõtinent.Ita phollis iſte argẽti ceratia.ccviij.habet,& numos.ix.quę ſumma nunc valet millia.cix. Eſt & alius phollis,à duabus auri libris incipiens,& vſq; ad octo procedens,pro vt ſoluentiũ tributa ſubſtantiæ patiebantur. Hæc ille interpres. Verũ Suidas,phollis,inquit,maſculini generis,eſt obolus. Idem in dictione cermata, κέρματα, ducenti & decẽ oboli,quos pholeis vocãt: & hoc ſenſu Auguſt.de ciui.dei vlt.lib.capitur.tãetſi Beroaldus in Apul. pholles legerit,cũ ea vox nunquam pro pecunia accipiatur. Hæc Alciatus,cui bene monenti maximã habeo gratiam. ſ Epiſcopo proiecto.) in aliis libris ſic legitur : Epiſcopo afferente præciecto martyris glorioſiſſimi Stephani memoriã.Nec eſt paulo poſt:Pignora ſacra. t In caſtello Syniceñſi, quod Hippoñ. Coloniæ.) Proleſn. propè Hipponem Diarrhitũ Thiniſſam ponit. Forſan de hac Augu. loquitur.& eadem eſt quæ apud Plinium corrupte legitur,& Tiſicenſis,& Tiricenſis,lib.v. An potius legendũ Siticenſi.Sitici enim populi ſunt Mauritanię Cæſariẽſis. v Vbi ſanctas attigit reliquias.)Hæc quatuor verba in antiquis non leguntur libris. x Calamæ habitans.) Calama ciuitas eſt Aphricæ minoris colonia Pop. Roſn. Calamos vero Syriæ Phœnicis eſt Plinio. y Memoriam ſupradicti martyris.) Paulus Oroſius reliquias beati Stephani Hieroſolyma Romam attulit authore Gennadio. z Etiam tres podagrici, duo ciues.) Alibi ſic: Podagrici duo, vnus ciuis, peregrinus vnus, ſed ciuis. a Cuiuſdam collectarij filius.) Collectarium vocat,qui pecuniam principis,aut Reipub. nomine colligebat,quem veteres coactorem ſoliti erãt nominare, vt apud Ciceronem pro Cluentio. Et coactio argentaria a pud Tranquillum , vbi deinde venia & miſſione impetrata,coactiones argentarias factitauit. b Lapidẽ in renibus inuentũ bouis.) De hoc renum lapide nihil,de alio,quẽ in capite haber, legi apud Pli.li.xxx.Bouis,inquit,capiti lapillũ tradunt inęſſe,quẽ ab eo expui,ſi necem timeat.inopinatis præciſo capite exemptũ,adligatumq; mire prodeſſe dentitioni.& tamen in renib[o] bouis gigni lapidẽ,facilius eſt, q̃ in humanis,propter ſanguinẽ, humoresq; craſſos,& multos,caloremq; nõ paruum. c In cõnio fluminis Bagradæ.) Hic ex Mapſaro monte Libyæ interioris Ptolemęo ortus latiſſimã Aphricã rigat,& ſi in tabula à Garamãtibus vſq; cum deducit.Interfluit Vticã, & ibi mari noſtro coniungitur.Strabo. d Quaſi clara memoriæ crebra lectione tẽdũtur.)In codice diui Donatiani ſic ſcribitur:quaſi glarea memoriæ crebra lectione tundũtur. tranſlationẽ eſſe puto,à loco lubrico,& re fluxa, quæ glarea, hoc eſt,harena, interſpergebatur,quo aſperior facta,ſeu veſtigiũ facilius ferret,ſeu prehenſionẽ. ſic vbi futurũ eſt equeſtre certamẽ, is locus harena cõpletur,& locis conglaciatis ſpargitur.& olim Athletis poſt vnctionem,ne prorſus inter colluctantium elaberentur manus. Ita Ouid.verbis Acheloi,cũ quo lucta eſt Hercules cõgreſſus, nono trãſfor. Ille cauis hauſto ſpargit me puluere palmis, Inq; vicem fuluæ tactu flaueſcit harenæ. e De Cęſarea Cappadocię.)Cappadocia eſt in Aſia minore,Galathas, & Paphlagonas ab occaſu attingens,ab Oriente vero minorẽ Armeniã, multa in arctum ad Euxinum pontum pater : quanq̃ hos Calybes Mela nominat,alij Cappadoces ad Thermodoontẽ fluuium. Vocata eſt Cappadocia ab amne inter Galatiam,& Cappadociam defluente, vt inquit Plinius. Nam antea Leucoſyri,hoc eſt,albi Syri dicebãtur, cõparatione eorum,qui intra Taurum habitant,ſicut Strabo dicit,qui aduſto ſunt colore. Olim Cappadoces, Syros eſſe dictos, Herodotus & Plutar. oſtendũt,à Syro Apollinis & Sinopes filio, vnde & Sinopę vrbs Cynici Diogenis patria: Porrò in Cappadocia fuerãt vrbes,inter cæteras Diocæſarea, & Neocæſarea, quam alluebat Lycus amnis, & Cæſarea ſub Argeo monte,quæ prius Mazaca dicebatur,vt teſtantur Plinius,Solinus,Ptolemæus,Armnianus Sextus Rufus, Cæſaream nominatam in Auguſti honorem putat.Euſebius vero Archelao pulſo,inquit,Tyberius Cappadociam in prouinciæ formã redegit, & Mazacam nominauit Cæſaream. Fieri poteſt, vt in patris Auguſti memoriam. Solinus & Martianus Capella Mazacam vrbium matrem à Cappadocibus vocitari ſolitam referunt. Strabo Euſebiam nuncupatam ſcribit Mazacam, quã ipſe Cilicię mẽtropolim ſtatuit.Porrò Cæſaręæ celeres illos gigni equos,Claudian[o] ſignificat,cũ Argęum parentem nominat volucrũ equorum:huic Baſiliũ magnũ debemus. f Maledicto matris.)Parentum execrationem magnopere metuere debent filij.Multa huiuſce rei leguntur horribilia exẽpla. g Et eccleſiam quotidie.) In aliis ſic:Et eccleſiã quotidie:& in ea memoriã glorioſiſſimi Stephani frequentabãt. Feſſus iam ſum, tam minuta annotando,quæ non dubito eſſe à ſciolo quopiam ſic mutata,dum putat Iucẽ afferre. h Vbi martyriũ erat.)Videtur poſuiſſe martyrium pro loco vbi cõditus eſt,vel vbi colitur martyr,ſimilitudine figuræ Grecę. i In gradibus exedræ.) Exedra locus eſt,in quo multæ ſunt ſedes. Erant in Græcia crebræ in gymnaſiis,præſertim vbi philoſophi diſputabant.Vitruuius lib.v.Conſtituantur exedræ ſpatioſæ,habẽtes ſedes,in quibus philoſophi,rhetoresq;,ac reliqui,qui ſtudiis delectantur,ſedentes diſputare poſſint. Miror, cur in ædificiis Italicis negarit eſſe exedras,cũ Cicero,& Craſſum oratorẽ in Tuſculano, & Cottã Ponti. Romæ exedras habuiſſe ſcribat.Sunt exedrę in tẽplis,quem vulgo chorũ vocant,de quis hic Auguſtinus:& in periſtiliis monachorũ, aut canonicorum,quæ capitula,vt Budæus noſter in Pandectas annotauit. k Voces ſine verbis tanto ſonitu.)Docte expreſſit verba tantum eſſe articulata,& diſtincta, voces quoſuis ſonos dici, ſicut Donatus explicat,adducẽs illud Vergilij: Fractasq; ad litora voces:vbi voces non modo ſonitum animalis ore editum poẽta vocat, ſed ſtrepitum vndarum litoribus illiſarum.

Ammonius.

Idem legit Victorianũ

Cirri.

Curubis.

Orarium.

Phollis.

Calama.

Collectarius.

Bagradã.

Cappadocia.

Cæſarea.

Exedra.

Quod vniuerſa miracula,quæ per martyres in Chriſti nomine fiunt,ei fidei teſtimonium ferant,qua in Chriſtum martyres crediderunt Caput IX.

Vi,niſi huic fidei atteſtantur iſta miracula,in qua prædicatur Chriſtus reſurrexiſſe in carne,& in cœlũ aſcendiſſe cũ carne? Nam & ipſi martyres huius fidei martyres, id eſt,huius fidei teſtes fuerunt,huic fidei teſtimoniũ perhibentes,mundũ inimiciſſimũ & crudeliſſimũ pertulerũt,eumq; non repugnãdo,ſed moriẽdo vicerũt. Pro iſta fide mortui ſunt, qui hæc à domino impetrare poſſunt,propter cuius nomen occiſi ſunt. Pro hac fide præceſſit eorũ mira patientia, vt in his miraculis tanta iſta potẽtia ſequeretur. Nam ſi carnis in æternũ reſurrectio,vel nõ prę uenit in Chriſto,vel nõ vẽtura eſt,ſicut prænũciatur à Chriſto, vel ſicut prę nũciata eſt à prophetis,à quib[o] prę nunciatus eſt Chriſtus: quare martyres tãta poſſunt[a], qui pro ea fide,qua hæc reſurrectio prædicatur,occiſi ſunt? Siue enim de[o] ipſe per ſeipſum miro modo,quo res tẽpora-

G les operatur æternus, siue per suos ministros ista faciat, & eadẽ ipsa quæ per ministros facit: siue quædã faciat etiã per martyrũ spiritus, sicut per homines adhuc in corpore constitutos: siue omnia ista per angelos, quibus inuisibiliter, immutabiliter, & incõparabiliter * imperat, operetur: vt quæ per martyres fieri dicũtur, eis orãtibus tantũ & impetrãtibus, non etiã operantibus fiant, siue alia fiant istis, alia illis modis, qui nullo modo cõprehendi à mortalibus possunt: ei profecto attestantur hæc fidei, in qua carnis in æternũ resurrectio prædicat.

* aliàs, incorporaliter.

à QVare martyres tãta possunt.) In aliis exẽplaribꝰ deest martyres, in aliis, p martyres, mortui legitur, sic: Cur mortui tãta possunt.

Quanto dignius honorentur martyres, qui ideo multa mira obtinent, ut deus uerus colatur, quàm dæmones, qui ob hoc quædam faciunt, ut ipsi dij esse credantur. Cap. X.

Ille forte dicturi sunt etiã deos suos aliqua mira fecisse. Bene si iam incipiunt deos suos nostris mortuis hominibus cõparare: *† adiiciũt etiã se habere deos ex hominibꝰ mortuis, sicut Herculem, sicut Romulũ, sicut alios multos, quos in deorũ numerum receptos opinãtur. Sed nobis martyres nõ sunt dij: quia vnũ eundemq; deũ, & nostrũ scimus, & martyrũ: nec tã miraculis, quæ p memorias nostrorũ martyrũ fiunt, vllo modo cõparanda sunt miracula, quæ facta per tẽpla perhibentur illorũ. Verũ, si qua similia videntur, sicut à Moyse magi Pharaonis: sic eorũ dij victi sunt à martyribꝰ nostris. Fecerunt autẽ illa dæmones eo fastu impuræ superbiæ, quo eorũ dij esse voluerunt. Faciunt autẽ ista martyres, vel potius deus, vel orantibus, aut cooperãtibus eis, vt fides illa proficiat, qua eos, nõ deos esse nostros, sed vnũ deum habere nobiscũ credamus. Deniq; illi talibꝰ diis suis, & tẽpla ædificauerunt, & statuerunt aras, & sacerdotes instituerũt, & sacrificia fecerũt. Nos autẽ martyribus nostris nõ templa sicut diis, sed memorias sicut hominibꝰ mortuis, quorũ apud deũ viuunt spiritus, fabricamus: nec ibi erigimus altaria, in quibus sacrificemus martyribus, sed vni deo, & martyrũ, & nostro sacrificiũ immolamus ª: ad quod sacrificium, sicut homines dei, qui mundũ in eius confessione vicerũt, suo loco & ordine nominãtur: non tamen à sacerdote, qui sacrificat, inuocantur. Deo quippe, non ipsis sacrificat, quanuis in memoria sacrificet eorũ: quia dei sacerdos est, nõ illorũ. Ipsum vero sacrificium corpus est Christi, quod non offertur ipsis, quia hoc sunt & ipsi ᵇ. Quibus igitur potius credendum est, miracula facientibus? eísne, qui seipsos volunt haberi deos ab his, quibus ea faciũt: an eis, qui, vt in deum credatur, quod & Christus est, faciunt quicquid faciunt? Eísne, qui sacra sua, etiã crimina sua esse voluerunt: an eis, qui, nec laudes suas volunt esse sacra sua, sed totum quod veraciter laudantur, ad eius gloriam proficere, in quo laudantur? In domino quippe laudãtur animæ eorum. Credamus ergo eis, & vera dicentibus, & mira facientibus. Dicendo enim vera, passi sunt, vt possent facere mira. In eis veris est præcipuũ, quod Christus resurrexit à mortuis, & immortalitatem resurrectionis in sua carne primus ostendit, quam nobis affuturã, vel principio noui seculi, vel in huius fine promisit.

*†aliàs, An dicent &c. opinantur?

Exod. 8.

H

I

ª ET martyrum nostro sacrificiũ immolamus.) In aliis exẽplaribus legitur: Vni deo & martyrũ & nostro, à quo sacrificiũ, sicut homines dei. significat non nominari sacrificium martyrũ, sed dei: quemadmodũ martyres non dij nuncupantur, sed homines dei. b Quia hoc sunt & ipsi.) Nempe ex Christi corpore, non Christi caput, quemadmodũ Corinthiis Apostolus Paulus inquit: Vos estis corpus Christi, & membra.

Contra Platonicos, qui de naturalibus elementorum ponderibus argumẽtantur, terrenum corpus, in cœlo esse non posse. Caput XI.

Contra quod magnum dei donũ ratiocinatores isti, quorum cogitationes nouit dominus quoniã vanę sunt, de ponderibus elementorũ argumẽtantur: quoniã scilicet magistro Platone, didicerũt, mũdi duo corpora maxima, atq; postrema, duobus mediis, aëre scilicet, & aqua, esse copulata, atq; coniuncta. Ac per hoc, inquiunt, quoniã terra ab hinc sursum versus est prima: secunda, aqua super terrã: tertius, aër super aquã: quartũ, super aëra cœlum: nõ potest esse terrenũ corpus in cœlo. Momẽtis enim propriis, vt ordinem suum teneant, singula elemẽta librantur. Ecce, qualibus argumẽtis omnipotentiæ dei humana cõtradicit infirmitas, quam possidet vanitas. Quid ergo faciũt in aëre terrena tot corpora, cũ à terra sit aër tertiꝰ? Nisi forte, qui per plumarũ & pennarum leuitatẽ donauit auium terrenis corporibus, vt portentur in aëre, immortalibus factis corporibus hominum, nõ poterit donare virtutẽ, qua etiã in summo cœlo valeant habitare? Animalia quoq; ipsa terrena, quę volare non possunt, in quibus & homines sunt, sicut sub aqua pisces, quæ sunt aquarũ animalia, ita sub terra viuere debuerunt. Cur ergo nõ saltem de secũdo, id est, de aquis, sed de elemento tertio terrenũ animal carpit hanc vitam? Quare cũ pertineat ad terrã, in secũdo, quod super terram est elemẽto, viuere si cogatur, continuo suffocatur, & vt viuat, viuit in tertio? An errat hic ordo elemẽtorum, vel potius nõ in natura rerũ, sed in istorum argumẽtationibꝰ deficit? Omitto dicere, quod iam in tertio decimo libro dixi: q̃ multa grauia terrena sint corpora, sicut plumbũ, & formam tamẽ ab artifice accipiant, qua natare valeant super aquã: & vt accipiat qualitatẽ corpus humanũ, qua ferri in cœlũ, & esse possit in cœlo, omnipotẽti artifici contradicitur? Iam vero cõtra illud quod iam dixi superius, etiam istum cõsiderantes atq; tractantes elementorũ ordinem, quo confidunt, nõ inueniunt omnino, quod dicãt. Sic est enim hinc sursum versus terra prima, aqua secunda, tertius aër, quartum cœlũ, vt super omnia sit animę natura. Nam & Aristoteles quintum corpus eam dixit esseª, & Plato nullum. Si quintum esset, certe superius esset cęteris. Cum vero nullũ est, multo magis superat omnia. In terreno ergo quid facit corpore? In hac mole, quid agit subtilior omnibus? In hoc põdere, quid agit leuior omnibꝰ? In hac tarditate, quid agit celerior omnibus? Itáne per huius tam excellentis naturæ meritum non poterit effici, vt corpus eius leuetur in cœlum? & cũ valeat nunc natura corporum terrenorũ deprimere animas deorsum, aliquo modo, & animæ leuare sursum terrena corpora non valebũt? Iam si ad eorum miracula veniamus, quæ facta à diis suis opponunt martyribus nostris, nónne etiam ipsa pro nobis facere, & nobis reperiẽtur omnino proficere? Nam inter magna miracula deorũ suorum, profecto magnũ illud est, quod Varro cõmemorat: Vestalẽ virginem, cũ periclitaretur, falsa suspitione de stupro, cribrũ implesse aqua de Tyberi, & ad suos iudices, nulla eius parte stillãte, portasse. Quis aquę pondus super cribrum tenuit? Quis tot cauernis patentibꝰ, nihil inde in terram cadere permisit? Responsuri sunt: Aliquis deus, aut aliquis dęmon. Si deus, nũquid maior est deo, qui fecit hunc mundum? Si dæmon, nunquid potentior est angelo, qui deo seruit, à quo factus est mundus? Si ergo deus minor, vel angelus, vel dæmon potuit pondus humidi elemẽti sic suspendere, vt aquarum videatur mutata fuisse natura, itáne deus omnipotens, qui ipsa creauit elemẽta, terreno corpori graue

K

Psal. 93.

L

Capite. 18.

M

pondus

A pondus auferre nõ poterit, vt in eodẽ elemento habitet viuificatum corpus, in quo voluerit viuificans spiritus? Deinde cum aërem medium ponant inter ignẽ desuper, & aquam subter, quid est, quod eum inter aquam, & aquã, & inter aquã & terram sępe inuenimus? Quid enim volũt esse aquosas nubes, inter quas, & maria, aër medius reperitur? Quó nam, quæso, elemẽtorũ põdere, atq; ordine efficitur, vt torrẽtes violentissimi, atq; vndosissimi, antequã sub aëre in terris currant, super aëra in nubibus pendeant? Cur deniq; aër est medius inter summa cœli, & ima terrarũ quaquauersum orbis extẽditur, si locus eius inter cœlũ & aquas, sicut aquarũ inter ipsum, & terras, est cõstitutus? Postremo si ita est elementorũ ordo dispositus, vt secundũ Platonẽ duobus mediis, id est, aëre, & aqua, duo extrema, id est, ignis, & terra iungãtur, cœliq; obtineat ille summũ locum, hæc autẽ imi, velut fundaminis mundi, & ideo in cœlo esse nõ potest terra, cur est ipse ignis in terra? Secũdum hãc quippe rationẽ, ita ista duo elementa in locis propriis, imo, ac summo, terra, & ignis esse debuerũt: vt quẽadmodũ nolunt in summo esse posse, qđ imi est, ita nec in imo posset esse, quod summi est. Sicut ergo nullã putãt, vel esse, vel futurã esse terrę particulã in cœlo, ita nullã particulã videre debuimus ignis in terra. Nunc vero nõ solũ in terris, verũ etiã sub terris ita est, vt eũ eructẽt vertices montiũ, prẽter qđ in vsibꝰ hominũ, & esse ignẽ in terra, & eũ nasci videmus ex terra. Quãdoquidẽ & de lignis, & de lapidibꝰ nascitur, quæ sunt corpora sine dubitatione terrena. Sed ille, inquiũt, ignis, est trãquillus, purus, innoxius, sempiternus: iste autẽ turbidus, fumeus, corruptibilis, atq; corruptor. Nec tamẽ corrũpit mõtes, in quibꝰ iugiter æstuat, cauernasq; terrarũ. Esto, sit illi iste dissimilis, vt terrenis habitationibꝰ cõgruat. Cur ergo nolũt, vt credamus naturã corporũ terrenorum aliquãdo incorruptibilẽ factã cœlo cõuenientem futurã: sicut nunc ignis corruptibilis his cõuenit terris? Nihil igitur afferũt ex ponderibus atq; ordine elemẽtorũ, vnde omnipotenti deo, quo minus faciat corpora nostra talia, vt etiã in cœlo possint habitare, prę scribãt.

B

Anima.

ª NAm & Aristoteles quintũ corpus eam dixit esse.) At Aristoteles concretione omni, cõpositioneq;, ac corpore animã liberat, vt primo de anima libro docet, opiniones cõfutans Democriti, Empedoclis, Alcmæonis, Platonis, Xenocratis. Nec mirum, si Augustino visus est Aristoteles animam facere corpoream, & ex quatuor elementis coagmentatã tradere creditus est. Nam cum Plato de substãtia cœlestiũ ignium, decerptas portiunculas animas esse existimet, syderaq; ex quatuor illis, quæ suo more ponit, elementis cõflet, putauit Aristoteles, nõ minus quatuor elementa in anima ab eo cõmisceri, quàm in astris, vnde est desumpta. Qua in re vir eruditissimus pariter & ingeniosissimus captus est, seu potius capere alios, & magistrũ Platonẽ confutare tentauit. Quis enim credat tantum discipulum, tãdiu auditum præceptorẽ, non intellexisse? Pari argumento quum Aristoteles quintã, siue essentiam, siue naturam, cœlum nominet, legisseq; apud Ciceronẽ Augustinus, animam nullum ex quatuor elementaribus in se continere corporibus, sed esse quintam quandã naturam, non minus censuit, ab eo fieri corpoream animam, q̃ cœlum. Non disputo in præsentia, vt cõstet animam omni prorsum ex se corpore, apud Aristotelem vacare. Neque enim hoc ille apertius dixit, q̃ cætera. Aut moris sui hoc oblitus est locò, & argumenta eius nõ eò tendunt, ne quid habeat corporis anima, sed ne quid horum elementorũ. Nam vt erat vir ille huic naturæ, quam oculis, siue deorsum vsurpamus, siue sursum, addictissimus, vnde & dęmonis nomen inuenit, nihil esse, quod nõ ex ea originem velut ex fonte traheret, arbitratus est: corpora ex iis, quæ sublimia sunt, animas vero ex cœlis, esseq; illas, non quidẽ qualia inter nos versantur corpora, sed corpora tamen, altiore ratione, ac modo, quæ quinta dicũtur natura. Idcirco actus esse, & actionem, vim, vitã, motum, vigorẽ, in sua corpora transfundere, quæ omnia sunt cœlorũ propria. Cæterum, vt donemus nunc quod recentiores contendunt Peripatetici, nihil prorsus Aristoteli animam habere corporis, errati huius facilis certe, & venia dignissimi, vel præcipua caussa fuit, quod Augustinus Aristotelis de anima sententiã, nõ ex ipsius Aristotelis voluminibus, quæ tũc rara erãt, nec ferè nisi in Gręcia, sed Cicerone referẽte, cognouit, qui in primo Tuscul. quæst. sic ait: Aristoteles longe omnibus, Platonem semper excipio, præstans, & ingenio, & diligentia, cum quatuor illa genera principiorũ esset cõplexus, è quibus omnia orirentur, quintam quandam naturam censet esse, è qua sit mens.

Cogitare enim, & prouidere, & discere, & docere, & inuenire aliquid, & tam multa alia meminisse, amare, odisse, cupere, timere, angi, lætari: hęc, & similia eorum in horũ quatuor generũ nullo inesse putat. Quintũ genus adhibet vacãs nomine. & sic ipsum animũ ἐντελέχειαν appellat, nouo nomine, quasi quandã continuatam motionem, & perennẽ. Sic ille. Quod dictum eius, & Augustino dux fuit deflectendi de via, & in Ciceronem ipsum Græcos penè, & huius, & superioris ætatis vniuersos, ceu apes in vrsum mellariũ cõcitauit, lacessitos prius, ac iritatos aliquot eius morsibus, nõ omnino suauibus, quibus tum beatas linguæ illius diuitias attenuabat, quam ipsi locupletissimam omniũ esse, haberiq; cupiũt: tum mores infamabat gentis. Itaq; non ἐντελέχειαν aiunt, id est, perpetuã motionem, Aristoteles animã nominauit, cũ id reprehenderit in Platone: sed ἐντελέχειαν, quasi ἐντελὴς ἔχων, hoc est, perfectam habitationem, & vt vertit Hermolaus, perfectihabiam. Sed quì constat, ἐντελέχειαν, & non ἐνδελέχειαν, ab Aristotele scripto relictũ esse? vt recte Politianus quærit. nã motionẽ animæ perpetuam nõ admittit Aristoteles, in Platone, sibi indulget. Quid enim aliud est actus ipse animæ, vita, vigor, q̃ quidã motus genus, etiã Aristoteli? Tum & pars animę motiua, vnde manat, aut quid aliud est, q̃ anima? Sed auferant sanè ἐντελέχειαν, esse Aristotelicã animã, non ἐνδελέχειαν, tantámne ob vnicũ memoriæ lapsum excitari Ciceroni tragœdiam? Succurrebat videlicet doctissimo viro legisse se apud omnes veteres, animã esse, per quã corpus moueretur: apud multos vero agitari semper illam, nec vnquã quiescere. Fieri potest, vt aliquis ex iis, qui perpetuum animæ tribuebant motũ, ἐνδελέχειαν aliquando eam dixerit. Id vocabulũ, & scriptura ἐντελέχειας simillimum, & pronunciãtione idem, surrepsit aliud agenti: nec cõsulere forsan Aristotelis codicem vacabat, aut non libebat, ac ne opus quidẽ erat, de re alia differenti, nempe mortẽ malum non esse. nam siue continuus motus, siue perfectus habitus esset anima ab Aristotele nuncupata, ad rem, qua de ageret, ne pili quidẽ referebat. & quanq̃ se liberatum magna ex parte defensionum laboribus, senatoriisq; muneribus Tuscul. quæst. præfertur scribere, vellem tamen qui cum reprehendũt, tam impediti publicis negociis, q̃ ille tunc erat, in studiis versarentur, vt videremus, an non carpendi modo, sed vel legẽdi, aut ipsum, aut Aristotelem putarẽt sibi ocium superesse. Profecto fuit in M. Tullio diuina vis ingenij, qui mediis totius terrarũ orbis negociis, & tumultibus, ita cũ lubitum est, seipsum seuocauit, vt non solũ tempus inueniret, quo legeret, sed etiã, quo illa conscriberet, quæ non satiamur mirando sacerdotiolum vnius, aut alterius annui sesterrij, aut procuratiuncula perexigua, pérque facilis, si cui contingat nostrum, tam impeditos nos, ac implicitos censemus, vt missionem à literis omnibus legitimam impetrasse nos existimemus, & iniuria non parua affici, si ad eas reuocemur. Quod si omnino literas tractamus vllas, primũ omnium ingentes, scilicet, ac intolerabiles occupationes nostras obiectamus, & inculcamus ad fastidium, deplorãtes subinde illas, & miserandas aliis ostentantes, multumq; imputantes publicis commodis, si quid illorum gratiã inter tot ingruentia, quibus obruimur negocia, sit à nobis elaboratum. Erubescamus per musas omnes ociosi parenti & eloquentiæ Roma. & philosophiæ Latinæ lapsum vllum qualemcunque opprobrare, cum doctiora sint illius errata, quàm nostra omnia benedicta.

D

ἐνδελέχειαν.

Ciceronis defensio.

E

Contra calumnias infidelium, quibus Christianos de creditа carnis resurrectione irrident. Cap. XII.

SEd scrupulosissime quærere, & fidẽ, qua credimus, resurrecturam carnem, ita quærendo assolẽt irridere: vtrum fœtus abortiui resurgant. Et quoniã dominus ait: Amen dico vobis, capillus capitis vestri nõ peribit: vtrũ statura & robur æqualia futura sint oĩbꝰ, an diuersæ corporũ quãtitates? Si enim æqualitas cõporum erit, vnde habebũt, quod hic non habuerũt in mole corporis illi abortiui, si resurgẽt & ipsi: aut si nõ resurgẽt, quia nec nati sunt, sed effusi? Eandem quæstionẽ de paruulis versant, vnde illis mensura corporis, quã nunc defuisse videmus, accedat, cũ in hac ætate moriũtur. Neq; enim dicturi sumus, eos non resurrecturos, qui non solũ generationis, verum etiã regenerationis capaces sunt. Deinde interrogãt, quem modũ ipsa æqualitas habitura sit. Si enim tam magni, & tam longi erunt omnes, q̃ fuerunt quicunq; hic fuerunt maximi atq; longissimi: nõ solum de paruulis, sed & de plurimis magnis quęrunt, vnde illis accessurũ sit, quod hic defuit, si ibi hoc quisq; recipiet, quod hic habuit. Si autẽ, quod ait Apostolus, occursuros nos omnes in mensurã ętatis plenitudinis Christi, & illud alterũ, quos prædestinauit cõformes fieri imaginis filij sui: sic intelligẽdum est, vt statura, & modus Christi corporis omniũ, qui in regno eius erũt, humanorum corporũ sit futurus: multis erit, inquiunt, de magnitudine & longitudine corporis detrahendũ. Et vbi iam erit capillus capitis vestri nõ peribit: si de ipsa corporis quãtitate tam multũ peribit? Quanuis & de ipsis

August. in Enchi. ca. 84.

Lucæ. 21.

F

Ephe. 4.

Roma. 8.

Lucæ. 21.

D iiij capillis

G capillis possit quæri, vtrũ redeat quicquid tondentibus decidit. Quod si rediturum est, quis non exhorreat illã deformitatẽ? Nam hoc & de vnguibus videtur necessariò secuturum, vt redeat tam multum quod corporis cura desecuit. Et vbi erit decus, quod certe maius, q̃ in ista esse corruptione potuit: in illa iam immortalitate esse debebit? Si autẽ non redibit, ergo peribit: quomodo ergo inquiunt, capillus capitis vestri nõ peribit? De macie quoque vel pinguedine, similiter disputant. Nam si æquales omnes erunt, non vtiq; alij macri, alij pingues erũt. Accedet ergo aliis aliquid, aliis minuetur. Ac per hoc, non quod erat recipiendum, sed alicubi addẽdum est, quod non fuit: & alicubi perdendum, quod fuit. De ipsis etiam corruptionibus & dilapsionibus corporum mortuorum, cum aliud vertatur in puluerem, in auras aliud exhaletur: sint quos bestiæ, sint quos ignis absumit, naufragio, vel quibuscunq; aquis, ita quidam pereant, vt eorum carnes in humorem putredo dissoluat, nõ mediocriter permouentur: atq; omnia ista recolligi in carnẽ, & reintegrari posse non credunt. Consectantur etiã quasq; fœditates & vitia, siue accidant, siue na-
H scantur: vbi & monstrosos partus cum horrore atq; irrisione commemorant, & requirunt, quæ nam cuiusq; deformitatis resurrectio sit futura. Si enim nihil tale redire in corpus hominis dixerimus, respõsionem nostram de locis vulnerũ, cum quibus dominũ nostrum Christum resurrexisse prædicamus, se cõfutaturos esse
August. in Enchi. cap. 87. præsumunt. Sed inter hæc omnia quæstio difficillima illa proponitur, in cuius carnem reditura sit caro, qua corpus alterius vescentis humana viscera fame cõpellente nutritur. In carnem quippe conuersa est eius, qui talibus vixit alimẽtis: & ea quæ macies ostenderat, detrimẽta, suppleuit. Vtrum ergo hoc illi redeat homini, cuius caro prius fuit, an illi potius, cuius postea facta est: ad hoc percunctantur, vt fidem resurrectionis illudant: ac sic animæ humanæ, aut alternãtes, sicut Plato, veras infœlicitates, falsasq; promittãt beatitudines: aut post multas itidem per diuersa corpora reuolutiones, aliquãdo tamen eam, sicut Porphyrius, finire miserias, & ad eas nunquam redire fateantur: nõ tamen corpus habendo immortale, sed corpus omne fugiendo.

An abortiui non pertineant ad resurrectionem, si pertinent ad numerum mortuorum. Caput XIII.

I
August. in Enchiri. ca pitibus. 84 & 85.

AD hęc ergo, quæ ab eorum parte cõtraria, me digerente, mihi videtur opposita, misericordia dei meis nisibus opem ferente respondeã. Abortiuos fœtus, qui cũ iam vixissent in vtero, ibi sunt mortui, resurrecturos vt affirmare, ita negare non audeo: quanuis nõ videam quomodo ad eos nõ pertineat resurrectio mortuorum, si non eximuntur de numero mortuorũ. Aut enim non omnes mortui resurgent, & erũt aliquæ humanę animæ sine corporibus in æternũ, quę corpora humana quãuis intra viscera materna gestarũt: aut si omnes animæ humanæ recipiãt resurgẽtia sua corpora, quæ habuerũt vbicunq; viuentia & moriẽtia reliquerunt nõ inuenio, quemadmodum dicam ad resurrectionem non pertinere mortuorum, quoscunq; mortuos etiam in vteris matrum. Sed vtrũlibet de his quisq; sentiat, quod de iam natis infantib⁹ dixerimus: hoc etiam de illis intelligendum est, si resurgent.

An infantes in ea sint resurrecturi habitudine corporis, quam habituri erant ætatis accessu. Cap. XIIII.

Vid ergo de infantib⁹ dicturi sum⁹, nisi quia non in ea resurrecturi sunt corporis exiguitate, qua mortui? Sed quod eis tardius accessurum erat tẽpore, hoc sunt illo dei opere miro, atq; celerrimo recepturi. In sententia quippe domini, vbi ait, Capillus capitis vestri nõ peribit: dictũ est, non defuturum esse, quod fuit: non autẽ negatum est, affuturũ esse quod defuit. Defuit autẽ infanti mortuo perfecta quãtitas sui corporis: perfecto quippe infanti[a], deest vtique perfectio magnitudinis corporalis: quæ cum accesserit, iam statura longior esse non possit. Hunc perfectionis modũ sic habent omnes, vt cũ illo cõcipiantur, atq; nascantur: sed habẽt in ratione, nõ in mole: sicut ipsa iam membra omnia sunt latenter in semine cũ etiam natis nõnulla adhuc desint, sicut dentes ac si quid eiusmodi. In qua ratione vniuscuiusq; materiæ indita corporali, iam quodãmodo, vt ita dicã, innatũ[b] † esse videtur quod nõdũ est, imò quod latet, sed accessu tẽporis erit, vel potius apparebit. In hoc ergo infans, iam breuis, aut longus est, qui breuis, longũsve futurus est. Secundũ hãc rationem profecto in resurrectione corporis, detrimenta corporis non timemus: quia etsi æqualitas futura esset omniũ, ita vt oẽs vsq; ad gigãteas magnitudines peruenirẽt, nec illi qui maximi fuerũt, min⁹ haberẽt aliquid in statura, quod eis cõtra sententiã Christi periret, qui dixit: nec capillũ capitis esse periturum: creatori vtiq;, qui creauit cũcta ex nihilo: quomodo deesse posset, vnde adderet, quod addendum esse mirus artifex nosset?

K *Lucæ. 22.*

L *Lucæ. 22.*

a Perfecto quippe infanti.) Vnicuiq; rei stata est magnitudo, vltra quam nõ extenditur, huius assequendæ vim, & potestatẽ adducit secũ à causis suis: & potestate id habet, quod si nõ impediatur explicat se gradib⁹ tẽporis, quouisq; peruenìat vbi sistit, vel vnde retro abit eodẽ vnde venerat. quæ incrementi ratio nõ in materia est, nec in forma, sed in qualitatib⁹ à natura inditis. b Iam quodãmodo, vt ita dicã, innatum.) In antiquis exẽplaribus, pro innatũ, legitur, liciatũ, translatione texentiũ, quasi iam illa ceu tela texta est in puero, sed nondũ explicata. & hoc videtur cõformius Augustini sensui, qui metaphorã molliuit, quum dixit, quodãmodo, & vocabulum, liciatum, quum, vt ita dicã.

An ad dominici corporis modum omnium mortuorum resurrectura sint corpora. Caput XV.

SI vtiq; Christus in ea mẽsura corporis in qua est mortuus, resurrexit, nefas est dicere, cũ resurrectionis omnium tẽpus venerit, accessurã corpori eius eã magnitudinẽ, quã non habuit, quãdo in ea discipulis, in qua illis erat notus, apparuit, vt lõgissimis fieri possit* æqualis. Si autẽ dixerim⁹ ad dominici corporis modũ, etiã quorũq; maiora corpora redigẽda, peribit de multorũ corporibus plurimũ, cũ ipse, nec capillũ periturũ esse promiserit. Restat ergo, vt suã recipiat quisq; mensurã, quã, vel habuit in iuuentute, etiã si senex est mortuus: vel fuerat habitur⁹, si antè est defũctus. Atq; illud qd cõmemorauit Apostolus de mẽsura ætatis plenitudinis Christi, aut ꝓpter aliud intelligamus dictũ esse, id est, vt illi capiti in populis Christianis accedẽte, omniũ perfectione membrorũ ætatis eius mẽsura cõpleatur: aut si hoc de resurrectione corporum dictũ est, sic accipiamus dictũ vt nec vltra, nec infra iuuenilẽ formã resurgant corpora mortuorũ: sed in ea ætate & robore, vsq; ad quã Christum hic peruenisse cognouim⁹. Circa triginta quippe annos † diffinierũt esse etiã seculi huius doctissimi homines, iuuentutem. Quę cũ fuerit spatio proprio terminata, inde iam hominẽ in detrimẽta vergere grauioris ac senilis ætatis: & ideo non esse dictum, in mensurã corporis, vel in mensurã staturæ: sed in mensuram ætatis plenitudinis Christi.

* *aliâs, habeat.*

Lucæ. 22. M

Ephe. 4.

† *aliâs, triginta tres annos.*

Qualis intelligenda sit conformatio sanctorum ad imaginem filii dei. Caput XVI.

ILlud etiã quod ait, prædestinatos fieri cõformes imaginis filij dei, potest & secundũ interiorẽ hominẽ intelligi. Vnde nobis alio loco dicit, Nolite conformari huic seculo: sed reformamini in no-

Roma. 8.

Roma. 12.

A in nouitate mẽtis vestrę. Vbi ergo reformamur, ne cõformemur huic seculo, ibi cõformamur dei filio. Potest & sic accipi, vt quemadmodũ ille nobis mortalitate, ita nos illi efficiamur immortalitate conformes: qd quidẽ & ad ipsam resurrectionẽ corporũ pertinet. Si aũt etiã in his verbis, qua forma resurrectura sint corpora, sumus admoniti: sicut illa mẽsura, ita & ista cõformatio nõ quãtitatis intelligẽda est, sed ætatis. Resurgent itaq; oẽs tã magni corpore, q̃ vel erãt, vel futuri erãt in iuuenili ætate: quanuis nihil oberit, etiã si erit infantilis, vel senilis corporis forma: vbi nec mẽtis, nec ipsi⁹ corporis vlla remanebit ifirmitas. Vnde etiã si qs in eo corporis modo, in quo defunct⁹ est, resurrecturũ vnũquẽq; cõtẽdit: nõ est cum illo laboriosa cõtradictione pugnandũ.

An in suo sexu resuscitanda, atque mansura sint corpora fœminarum mortuarum. Caput XVII.

Ephe. 4.

NOnnulli propter hoc, quod dictum est, Donec occurramus omnes in vnitatẽ fidei in virum perfectũ, in mensurã ætatis plenitudinis Christi, & cõformes imaginis filij dei: nec in sexu fœmineo resurrecturas fœminas credũt, sed in virili omnes aiũt: quoniã deus solum virũ fecit ex limo, fœminã ex viro.

Roma. 8.

Gene. 2.

B Sed mihi melius sapere videntur, qui vtrunq; sexũ resurrecturũ esse non dubitãt. Non enim libido ibi erit, quæ cõfusionis est causa. Nam prius q̃ peccassent, nudi erant: & nõ confundebãtur vir & fœmina. Corporibus ergo illis vicia detrahentur, natura seruabitur. Non est autẽ viciũ sexus fœmineus: sed natura, quæ tunc quidẽ, & à cõcubitu, & à partu immunis erit: erunt tamẽ mẽbra fœminea non accõmodata vsui veteri, sed decori nouo, quo non alliciatur aspicientis cõcupiscentia, quæ nulla erit, sed dei laudetur sapiẽtia, atq; clemẽtia: qui, & quod nõ erat, fecit, & liberauit à corruptione quod fecit. Vt enim in exordio generis humani de latere viri dormiẽtis, costa detracta, fœmina fieret, Christum & ecclesiã tali facto iam tũc[a] prophetari oportebat. Sopor quippe ille viri, mors erat Christi, cui⁹ exanimis in cruce pendẽtis latus lãcea perforatũ est, atq; inde sanguis, & aqua profluxit: quæ sacramẽta esse nouimus, quibus ædificatur ecclesia. Nã hoc etiã verbo scriptura vsa est, vbi nõ legitur, formauit, aut finxit, sed ædificauit eã in mulierẽ. Vnde & Apostolus ędificationẽ dicit corporis Christi quod est ecclesia. Creatura est ergo dei fœmina, sicut vir: sed vt de viro fieret, vnitas cõmẽdata est[b].

Ioan. 19.

Gene. 2.

Ephe. 4.

C Vt autẽ illo modo fieret, Christus, vt dictũ est, & ecclesia figurata est. Qui ergo vtrunq; sexũ instituit, vtrunq; restituet. Deniq; & ipse Iesus interrogatus à Saducæis, qui negabant resurrectionẽ: cuius septem fratrum erit vxor, quã singuli habuerunt, dum quisq; eorum vellet defuncti semẽ, sicut lex præceperat, excitare: erratis, inquit, nescientes scripturas, neq; virtutẽ dei. Et cũ aptus locus esset, vt diceret: de qua enim me interrogatis, vir erit ipsa, nõ mulier: non hoc dixit, sed dixit, In resurrectione enim neq; nubẽt, neq; vxores ducẽt[c]: sed sũt sicut angeli dei in cœlo. Aequales vtiq; angelis immortalitate, ac fœlicitate, nõ carne: sicut nec resurrectione, qua non indiguerũt angeli: quoniam nec mori potuerunt. Nuptias ergo dominus futuras negauit esse in resurrectione, non fœminas, & ibi negauit, vbi talis quæstio vertebatur. Vt eam negato sexu muliebri, celeriore facilitate dissolueret, si eum ibi prænosceret nõ futurum: imò etiam futurum esse firmauit, dicendo, Non nubent, quod ad fœminas pertinet: neque vxores ducent, quod ad viros. Erunt ergo, quæ, vel nubere hic solent: vel ducere vxores: sed ibi hoc non facient.

Deute. 25.

a CHristum & ecclesiã tali facto iam tũc.) Sic Apostolus interpretatur ad Ephes. v. b Vnitas commendata est.) Vt concordia esset maior, sciretq; alter se alterã genuisse, & hæc ex illo se esse profectam: ita vt eadẽ videatur res, vir & vxor, nihilq; sit, quod eos diuidat, & disiungat, quo nihil pòtest esse rei familiari, & coniugali vitæ salutarius. c Neque nubent, neque vxores ducent.) Illud fœminarum est, hoc virorum. vulgo nubentur legimus. August. refugit vocabulũ, & quod viris parum accõmodatur, & si apud priscos nubere dicebantur & viri quemadmodum Græce γαμεῖσθαι, vt docet Nonius Marcellus.

De uiro perfecto, id est, Christo, & corpore eius, id est, ecclesia, quæ est ipsius plenitudo. Caput XVIII.



PRoinde, quod ait Apostol⁹, occursuros nos omnes in virũ perfectũ, totius ipsius circunstãtiã lectionis cõsiderare debem⁹: quæ ita se habet: Qui descendit, inquit, ipse est, & qui ascendit super omnes cœlos, vt adimpleret omnia. Et ipse dedit quosdam quidẽ apostolos, quosdã autẽ prophetas, quosdam vero euangelistas: quosdã autẽ pastores, & doctores, ad consummationẽ sanctorũ in opus ministerij in ædificationẽ corporis Christi, donec occurramus omnes in vnitatẽ fidei, & agnitionem filij dei [a], in virum perfectum, in mensurã ætatis plenitudinis Christi: vt vltra non simus paruuli iactati, & circũlati omni vento doctrinæ: in illusione hominum, in astutiã ad machinationem erroris. Veritatem autẽ facientes in charitate, augeamur, in illo per omnia, qui est caput Christus, ex quo totũ corpus connexum, & cõpactũ, per omnẽ tactũ subministrationis secundũ operationem in mensuram vniuscuiusq; partis incrementũ corporis facit in ędificationẽ sui, in charitate. Ecce qui est vir perfectus, caput, & corpus, quod cõstat omnibus mẽbris, quę suo tẽpore cõplebuntur. Quotidie tamẽ eidem corpori accedunt, dum ædificatur ecclesia: cui dicitur, Vos autẽ estis corpus Christi, & mẽbra. Et alibi: Pro corpore, inquit, eius, quod est ecclesia. Itẽq; alibi: Vnus panis, vnũ corpus multi sumus. De cuius corporis ædificatione, & hic dictum est, Ad consummationẽ sanctorũ, in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi. Ac deinde subiectũ est, vnde nunc agimus: Donec occurramus omnes in vnitatẽ fidei, & agnitionẽ filij dei, in virũ perfectũ, in mensurã ætatis plenitudinis Christi, & cætera donec eadẽ mẽsura in quo corpore intelligẽda esset, ostenderet, dicens: Augeamur in illo per omnia, qui est caput Christus: ex quo totũ corpus connexum, & cõpactum per omnem tactum subministrationis secũdum operationẽ in mensuram vniuscuiusq; partis. Sicut ergo est mensura vniuscuiusq; partis, ita totius corporis, quod omnibus suis partibus constat. Est vtiq; mensura plenitudinis, de qua dictum est: In mensuram ætatis plenitudinis Christi. Quam plenitudinem etiam illo cõmemorauit loco, vbi ait de Christo: Et ipsum dedit caput super omnẽ ecclesiã, quę est corpus ei⁹, plenitudo eius, qui omnia in omnibus adimplet. Verum si hoc ad resurrectionis formã, in qua erit vnusquisque, referẽdũ esset, quid nos impediret, nominato viro, intelligere & fœminã, vt virũ pro homine positũ acciperemus: sicut in eo quod dictũ est: Beatus vir qui timet dominum: vtiq; ibi sunt & fœminæ, quæ timent dominum?

a D

Ephe. 4.

Ibidem.

Ephe. 1.

Psal. III.

ET agnitionem filij dei.) Vulgo: Et agnitionis filij dei. Sic legit Hieronymus: & sic est Græce, καὶ ἐπιγνώσεως τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ. Significat vnitatem illam esse fidei, & agnitionis filij dei, non occursum.

Quod omnia uitia corporis, quæ in hac uita humano contraria sunt decori, in resurrectione non sint futura, ubi manente naturali substantia in unam pulchritudinem, & qualitas concurret, & quantitas. Caput XIX.

VId iam respondeã de capillis, atq; vnguibus? Semel quippe ꝓtellecto, ita nihil periturũ esse de corpore, vt deforme nihil sit in corpore: simul

G simul intelligetur ea, quæ formæ*factura fuerāt enor-
* aliâs, deformem. mitatē masse ipsi accessura esse, nō locis, in quibus mē-
brorum forma turpetur. Velut, si de limo vas fieret, qd,
rursus in eundē limum redactum, totū de toto iterum
fieret, nō esset necesse, vt illa pars limi, quę in ansa fue-
rat, ad ansā rediret: aut quæ fundū fecerat, ipsa rursus
faceret fundū: dum tamen totū reuerteretur in totum,
id est, totus ille limᵒ, in totū vas, nulla sui perdita parte
remearet. Quapropter, si capilli toties tonsi, vnguésve
defecti, ad loca sua deformiter redeunt, nō redibūt: nec
tamen cuiq; resurgenti peribūt, quia in eandē carnem,
vt quemcunq; ibi locū corporis teneant, seruata partiū
congruentia, materię mutabilitate vertentur. Quanuis
Lucæ.21. quod ait dominᵒ, Capillus capitis vestri nō peribit: nō
de lōgitudine, sed de numero capillorū dictum multo
Lucæ.12. aptius possit intelligi. Vnde & alibi dicit: Capilli capi-
tis vestri numerati sūt omnes. Neq; hoc ideo dixerim,
quod aliquid existimem corpori cuiquā periturū, quod
naturaliter inerat, sed quod deforme natum fuerat: nō
vtiq; ob aliud, nisi vt hinc quoq; ostenderetur, quàm sit
H pœnalis conditio ista mortaliū, sic esse rediturū, vt ser
August. in lib. Enchi. cap. 88. 4. sen. di. 44. cap. Non enim. uata integritate substantię, deformitas pereat. Si enim
statuā potest artifex homo, quā propter aliquā causam
deformē fecerat, conflare & pulcherrimā reddere: ita,
vt nihil inde substantię, sed sola deformitas pereat: ac si
quid in illa figura priore indecenter extabat, nec pari-
litati partium cōgruebat, nō de toto, vnde fecerat, am-
putare, atq; separare, sed ita conspergere vniuerso, atq;
miscere, vt nec fœditatem faciat, nec minuat quātita-
tem: quid de omnipotēti artifice sentiendū est? Ergóne
nō poterit quasq; deformitates humanorum corporū
non modo vsitatas, verum etiā raras, atq; monstrosas,
quæ huic miseræ vitæ cōgruunt, abhorrent autē ab illa
futura fœlicitate sanctorum, sic auferre, ac perdere, vt
quascunq; earū faciunt, etsi naturalia, tamen indecora
excrementa substantiæ corporalis nulla eius diminu-
tione tollantur? Ac per hoc nō est mācris, pinguibúsve
metuēdū, ne ibi etiā tales sint, quales, si possent, nec hic
esse voluissent. Omnis enim corporis pulchritudo[a] est
partium cōgruentia cum quadā coloris suauitate. Vbi
autē non est partiū cōgruentia, aut ideo quid offendit,
quia paruum est: aut ideo, quia nimiū[b]. Proinde nulla
I erit deformitas, quā facit incongruentia partiū, vbi &
quæ praua sunt, corrigentur: & quod minus est, quàm
decet: vnde creator nouit, inde supplebitur: & quod plᵒ
est, quàm decet, materiæ seruata integritate, detrahet.
Matth.13. Coloris porrò suauitas quanta erit, vbi iusti fulgebunt
sicut sol in regno patris sui? Quæ claritas in Christi
corpore quum resurrexit, ab oculis discipulorū, potius
abscōdita fuisse, quàm defuisse credenda est. Nō enim
eam ferret humanus, atq; infirmus aspectus, quādo ille
Lucæ. 24. à suis ita deberet attendi, vt posset agnosci. Quò perti-
nuit etiā, vt contrectantibus ostenderet suorū vulnerū
cicatrices: vt etiā cibum, potumq; sumeret: nō alimen-
torum indigentia, sed ea, qua & hoc poterat, potestate.
Cum autem aliquid non videtur, quanuis assit, à qui-
bus alia quæ pariter assunt, videntur: sicut illā claritatē
dicimus affuisse non visam, à quibus alia videbantur,
ἀοραησία Græce dicitur[c]: quod nostri interpretes Latine
Gene.19. dicere non valentes, in libro Geneseos, cæcitatem in-
terpretati sunt. Hanc enim passi sunt Sodomitę, quan-
do quærebant ostium iusti viri, nec poterant inuenire.
Quæ, si cæcitas fuisset, qua fit, vt nihil possit videri, nō
ostium, quo ingrederentur, sed duces itineris, à quibus
inde abducerentur, inquirerent.

a K Pulchritudo.

Omnis enim corporis pulchritudo.) Diffinitio hęc est pulchri-
tudinis apud Ciceronem. iij. Tuscul. quæst. qui in primo offi-
ciorum, duo pulchritudinis facit genera: quorū in altero di-
gnitas insit, in altero venustas. Est & in alia ætate alia ratio
pulchritudinis: vt Aristot. lib. Rheto. j. docet. Alia enim est pueri, alia iu-
uenis, alia viri, alia senis: sed in vniuersum ea diffinitione comprehensa,
videtur pulchritudo. b Quia paruum est, aut ideo, quia nimiū.) Varia
lectio: alij, quia prauum & nimium: alij, quia prauum & minimum: quæ
videtur procedere. Tria sunt difformium genera, quæ, aut maiora, aut
minora, aut secus quàm oportet, decet q;. Hæc sunt loco isto comprehē-
sa. Nam prauum, recto est contrarium. c ἀοραησία Græce dicitur.) Est
ením ὁράω video, & ὅρασις visio: hinc per priuationem ἀοραησία visioni
contrarium, & ἀόρατα, quæ à Platone, Aristotele, & cæteris philosophis
dicuntur inuisibilia. ἀοραησίας nescio, an sit aliquod Latinum verbum.

Quod in resurrectione mortuorum, natura corporum quibuslibet modis dissipatorum, in integrum undecunque reuocanda sit. Caput XX.

NEscio quo autem modo sic afficimur amore
martyrum beatorū, vt velimus in illo regno
in eorum corporibus videre vulnerū cicatri-
ces, quæ pro Christi nomine pertulerūt? & fortasse vi-
debimus. Nō enim deformitas in eis, sed dignitas erit:
& quædā, quanuis in corpore, non corporis, sed virtutis
pulchritudo fulgebit: nec ideo tamen si aliqua mar-
tyribᵒ amputata & ablata sunt membra, sine ipsis mē-
L bris erūt in resurrectione mortuorum: quibus dictum
Lucæ.21. est: Capillus capitis vestri non peribit. Sed si hoc dece-
bit in illo nouo sęculo, vt indicia gloriosorum vulnerū
in illa immortali carne cernantur, vbi mēbra, vt præ-
ciderentur, percussa, vel secta sunt, ibi cicatrices, sed ta-
men eisdē membris redditis non perditis, apparebunt.
Quanuis itaq; omnia quæ acciderūt corpori vitia, tunc
nō erunt: nō sunt tamen deputāda, vel appellāda vicia,
virtutis indicia. Absit autē, vt ad resuscitanda corpora,
vitæq; reddenda, nō possit omnipotentia creatoris o-
mnia reuocare, quæ vel bestia, vel ignis absumpsit: vel
in puluerē cinerēmve collapsum, vel in humorē solu-
tum, vel in auras est exhalatū. Absit, vt sinus vllus, se-
cretumq; naturæ[a] ita recipiat aliquid subtractū sensibᵒ
nostris, vt omniū creatoris, aut lateat cognitionem, aut
effugiat potestatē. Deum certe volēs, sicut poterat dif-
finire Cicero tātus author[b] ipsorū: mens quædā, inquit, Cicero de natura deorum.
est soluta, & libera, secreta ab omni cōcretione morta-
li, omnia sentiēs & mouens, ipsaq; prædita motu† sem-
piterno. Hoc autem reperit in doctrinis magnorū phi- † aliâs, nutu.
losophorū. Vt igitur secundum ipsos loquar: quomodo
aliquid, vel latet omnia sentiētē, vel irreuocabiliter fu-
M git omnia mouentem? Vnde iam etiā quæstio illa sol-
uenda est, quæ difficilior videtur cæteris: vbi quæritur,
cū caro mortui hominis etiā alterius fit viuentis caro,
qui potius eorum in resurrectione reddatur. Si enim
quispiā confectus fame atq; cōpulsus, vescatur cadaue-
ribus hominū, quod malū aliquoties accidisse, & vetus
testatur historia[c], & nostrorum temporū infœlicia ex- 4. Reg.6.
perimenta docuerunt. Non quisquā veridica ratione
cōtendet, totum digestū fuisse per imos meatus, nihilq;
inde in eius carne mutatū, atq; conuersum, cū ipsa ma-
cies, quæ fuit, & non est, satis indicet, quæ illis escis de-
trimēta suppleta sint. Iam itaq; aliqua paulo ante præ-
misi, quę ad istum quoq; nodum soluendū valere debe-
bunt. Quicquid enim carnium exhausit fames, vtiq; in
auras est exhalatū: vnde diximus omnipotentē deum
posse reuocare, quod fugit. Reddetur ergo caro illa ho
mini, in quo esse caro humana primitus cœpit. Ab illo
quippe altero tanquam mutuo sumpta deputanda est:
quæ sicut æs alienū ei redhibenda est, vnde sumpta est.
Sua vero illi, quem fames exinanierat, ab eo qui potest
etiam exhalata reuocare, reddetur. Quānis etsi omni-
bus perisset modis, nec vlla eius materies in vllis natu-
ræ latebris

A ræ latebris remansisset, vnde vellet, eam repararet om-
nipotens. Sed propter sententiā veritatis, qua dictū est,
Lucæ.21. Capillus capitis vestri nō peribit: absurdū est, vt pute-
mus, cū capillus hominis perire nō possit, tantas carnes
fame depastas, atq; consumptas perire potuisse. Quibus
omnibus pro nostro modulo consideratis, atq; tracta-
tis, hęc summa conficitur, vt in resurrectione carnis in
æternū eas mensuras habeat corporū magnitudo, quas
habebat, perficiendæ, siue perfectæ, cuiuscunq; indita
corpori ratio iuuentutis in membrorū quoq; omnium
modulis cōgruo decore seruato. Quod decus, vt seruetur,
si aliquid demptū fuerit indecēti alicui grāditati in
parte aliqua constitutæ, quod per totum spargatur: vt
neq; id pereat, & congruentia partium vbiq; teneatur,
non est absurdū, vt aliquid inde etiam staturę corporis
addi posse credamus, cū omnibus partibus vt decorem
† aliâs, deformiter. custodiant, id distribuitur: quod si enormiter † in vna
esset, vtiq; non deceret. Aut si contenditur in ea quenq;
statura corporis resurrecturum esse, in qua defunctus
est, nō pugnaciter resistendum est, tantum absit omnis
deformitas, omnis infirmitas, omnis tarditas, omnisq;
corruptio: & si quid aliud illud non decet regnū, in quo
B resurrectionis & promissionis filij æquales erūt ange-
lis dei: si non corpore, non ætate, certe fœlicitate.

a

ABsit vt sinus vllus, secretumq; naturæ.) Diligēti & acuto patri-
familiâs in promptu est, & velut ad manū, ac ante oculos, vbi
quicq; in quàmlibet amplis suis ædibus sit reconditū: & deum
aliquid putabimus in hoc mūdo latere? cuius infinitæ sapien-
tiæ minor est hic totus mundus, q̄ cuius nostrū angustissima, & minima
capsula. b Volēs, sicut poterat, diffinire Cicero tantus author.) Cicero
primo Tusc. Nec vero deus ipse, qui intelligitur à nobis, alio modo intel
ligi potest, nisi mens soluta quædā, & libera &c. c Et vetus testatur hi-
storia.) Omni ætate obsessionibus pressi, ad hoc sunt adacti. & gentes
sunt, quæ nō aliis carnibus aluntur, quę ob id ἀνθρωποφάγοι nominantur.

De nouitate corporis spiritalis, in quam sanctorum caro mutabitur. Caput XXI.

REstituetur ergo & quicquid de corporibᵒ vi-
uis, vel post mortem de cadaueribus periit, &
simul cum eo, quod in sepulchris remansit, in
spiritalis corporis nouitatē ex animalis corporis vetu-
state mutatū resurget, incorruptione, atq; immortali-
tate vestitū. Sed etsi, vel casu aliquo graui, vel inimico-
rum immanitate totū penitus cōteratur in puluerē, atq;
in auras, vel in aquas dispersum quantum fieri potest,
nusquā esse sinatur, omnino nullo modo subtrahi po-
C terit omnipotentiæ creatoris, sed capillus in eo capitis
Lucæ.21. non deperibit. Erit ergo spiritui subdita caro spiritalis:
sed tamē caro, nō spiritus, sicut carni subditus fuit spi-
ritus ipse carnalis: sed tamen spiritus, nō caro. Cuius rei
habemus experimētum in nostræ pœnæ deformitate.
Non enim secundū carnem, sed vtiq; secūdum spiritū
1. Cor.3. carnales erant: quibus ait Apostolus: Non potui vobis
loqui quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus. Et homo
spiritalis sic in hac vita dicitur, vt tamē corpore adhuc
carnalis sit: & videat aliā legē in mēbris suis, repugnā-
Roma.7. tem legi mentis suæ. Erit autē etiā corpore spiritalis, cū
1. Cor.15. eadem caro sic resurrexerit, vt fiat quod scriptum est:
Seminatur corpus animale, surgit corpᵒ spiritale. Quę
sit autem, & q̄ magna spiritalis corporis gratia, quoniā
nondū venit in experimentum, vereor, ne temerarium
sit omne, quod de illa profertur eloquiū. Veruntamen,
quia spei nostræ gaudiū propter dei laudem non est ta
cendum, & de intimis ardētis sancti amoris medullis,
Psal.25. dictum est, Domine dilexi decorē domus tuæ: de do-
nis eius quæ in hac erumnosissima vita, bonis, malisq;
largitur, ipso adiuuante coniiciamus, vt possumus, quā-
tum sit illud, quod nondum experti, vtiq; digne eloqui
non valemus. Omitto enim quādo fecit hominem re- D
ctum: omitto vitam illam duorū coniugum in paradi- Ecclesiastes.7.
si fœcunditate fœlicem, quando tam breuis fuit, vt ad Gene.2.
nascentium sensum, nec ipsa peruenerit in hac quā no
uimus, in qua adhuc sumus: cuius tentationes, imò quā
totam tentationē quandiu in ea sumus quantumlibet
proficiamus perpeti nō definimᵒ, quæ sint indicia circa
genus humanum bonitatis dei, quis poterit explicare?

De miseriis, ac malis, quibus humanū genus merito primæ præuaricationis obnoxium est: & à quibus nemo, nisi per Christi gratiam liberatur. Caput XXII.

NAm quod ad primā originem pertinet om-
nium mortaliū progeniem fuisse damnatā,
hæc ipsa vita, si vita dicenda est, tot & tantis
malis plena testatur. Quid enim aliud indi-
cat horrenda quædā profunditas ignorātiæ, ex qua o-
mnis error existit, qui omnes filios Adam tenebroso
quodā sinu suscipit, vt homo ab illo liberari sine labo-
re, dolore, timore nō possit? Quid amor ipse tot rerum
vanarū atq; noxiarū, & ex hoc mordaces curæ, pertur-
bationes, mœrores, formidines, insana gaudia, discor-
diæ, lites, bella, insidiæ, iracundiæ, inimicitiæ, fallacia,
adulatio, fraus, furtū, rapina, perfidia, superbia, ambitio, E
inuidētia, homicidia, parricidia, crudelitas, sæuitia, ne-
quitia, luxuria, petulantia, impudētia, impudicitia, for-
nicationes, adulteria, incesta, & contra naturā vtriusq;
sexus tot stupra atq; immundiciæ, quas turpe est etiam
dicere, sacrilegia, hæreses, blasphemiæ, periuria, oppres-
siones innocētiū, calumniæ, circūuentiones, præuarica-
tiones, falsa testimonia, iniqua iudicia, violentia, latro-
cinia, & quicquid talium malorū in mentem nō venit,
& tamen de vita hominū non recedit? Verum hęc ho-
minum sunt malorū, ab illa tamen erroris & peruersi
amoris radice venientia, cū qua omnis filius Adā na-
scitur. Nam quis ignorat cū quanta ignorātia verita-
tis, quæ etiā in infantibus manifesta est, & cum quanta
abundantia vanæ cupiditatis, quę in pueris incipit ap-
parere, homo veniat in hāc vitam, ita vt si dimittatur
viuere, vt velit,[a] & facere quicqd velit, in hæc facinora
& flagitia quæ cōmemoraui, & quæ cōmemorare non
potui vel cuncta, vel multa peruenīat? Sed diuina gu-
bernatione nō omnimodo deserente damnatos & deo Psal.76.
non cōtinente in ira sua miserationes suas, in ipsis sen
sibus generis humani prohibitio & eruditio cōtra istas F
cū quibus nascimur tenebras vigilāt, & cōtra hos impe
tus opponuntur, plenæ[b] tamen etiā laborum & dolorū.
Quid enim sibi volūt multimodæ formidines, quę co
hibēdis paruulorū vanitatibus adhibētur? Quid peda-
gogi, quid magistri, quid ferulæ, quid lora, quid virgæ,
quid disciplina illa, qua scriptura sancta dicit, dilecti Ecclesiastici.30.
filij latera esse tundenda, ne crescat indomitus, doma-
riq; iā durᵒ, aut vix possit, aut fortasse nec possit? Quid
agitur his pœnis oibus, nisi vt debelletur imperitia, &
praua cupiditas refrenet, cū quibus malis in hoc secu-
lo viuimus? Quid est enim, quod cū labore meminimᵒ,
sine labore obliuiscimur: cū labore discimᵒ, sine labore
nescimus: cū labore strenui, sine labore inertes sumus?
Nōne hinc apparet in quid velut pōderē suo procliuis
& prona sit vitiosa natura, & quanta ope vt hinc libe-
retur, indigeat? Desidia, segnicies, pigritia, negligentia,
vitia sunt, vtiq; quibus labor fugitur, cū labor ipse etiā
qui est vtilis, pœna sit. Sed præter pueriles pœnas, sine
quibus dici nō potest, quod maiores volūt, qui vix ali-
quid vtiliter volūt, quot & quātis pœnis genᵒ agitetur
humanū, quæ nō ad malitiā nequitiamq; iniquorū, sed
ad con-

G ad conditionē pertinēt miseriamq; cōmunē, quis vllo sermone digerit, quis vlla cogitatione comprehendit: quātus est metus quāta calamitas ab orbitatib⁹ atq; luctu, à dānis & dānationibus, à deceptionib⁹ & mēdaciis hominū, à suspitionibus fallis, ab omnibus violētis facinoribus & sceleribus alienis: quandoquidem ab eis, & deprēdatio, & captiuitas, & vincula, & carceres, & exilia, & cruciatus, & amputatio mēbrorū, & priuatio sensuum, & oppressio corporis ad obscœnā libidinem opprimentis explendā, & alia multa horrenda sæpe contingunt? Quid ab innumeris casib⁹, qui forinsecus corpori formidātur, æstibus, & frigoribus, tēpestatib⁹, imbribus, alluuionibus, coruscatione, tonitru, grādine, fulmine, motib⁹, hiatibusq; terrarū, oppressionib⁹ ruinarū, ab offensione & pauore, vel etiā malitia iumētorum, à tot venenis fructicū, aquarū, aurarū, bestiarū, ac ferarū, vel tātummodo molestis vel etiā mortiferis morsib⁹, à rabie quę cōtingit ex rabido cane, vt etiā blāda & amica suo domino bestia nonnunq̄ vehementius & amarius q̄ leones draconesq; metuatur, faciatq; hominem quē forte attaminauerit cōtagione pestifera ita rabio-
H sum, vt à parētibus, cōiuge, filiis[c] pēius omni bestia formidetur? Quę mala patiuntur nauigātes? Quæ terrena itinera gradiētes? Quis ambulat vbicunq; nō inopinatis subiacēs casib⁹? De foro quidā rediens domū [d], sanis pedibus suis cecidit, pedē fregit, & ex illo vulnere finiuit hanc vitam. Quid videtur sedēte securius? De sel-
1.Reg.4. la in qua sedebat cecidit Heli sacerdos, & mortuus est. Agricolæ, imò vero omnes homines, quot & quantos à cœlo & terra, vel perniciosis animalib⁹ casus metuūt agrorū fructibus? Solent tamē de frumētis tandē collectis & recōditis esse securi. Sed quibusdā, quod nouimus, prouentū optimum frumentorū fluuius improuisus fugiētibus hominib⁹ de horreis eiecit atq; abstulit. Contra milleformes dęmonum incursus, quis innocētia sua fidit, quandoquidē ne quis fideret etiā paruulos baptizatos, quib⁹ certe nihil est innocētius, aliquādo sic vexant, vt in eis maxime deo sinēte ista mōstretur huius vitæ flenda calamitas, & alterius desiderāda fœlicitas? Iam vero de ipso corpore tot existūt morborū mala, vt nec libris medicorum cuncta cōprehēsa sint [e]. In quorū pluribus ac penè omnibus etiā ipsa adiumēta &
I medicamēta tormēta sunt, vt homines à pœnarū exitio, pœnali eruantur auxilio. Nōne ad hoc perduxit sitientes homines ardor immanis, vt vrinam quoq; humanam vel etiā suam biberēt? Nōnne ad hoc fames, vt à carnibus hominū abstinere se nō possent, nec inuentos homines mortuos, sed propter hoc à se occisos, nec
4.Reg.6. quoslibet alienos, verumetiā filios, matres incredibili crudelitate, quā rabida esuries faciebat, absumerēt? Ipse postremo somnus, qui proprie quietis nomen accepit, quis verbis explicet sæpe somniorū visis q̄ sit inquiet⁹ [f]: & q̄ magnis licet falsarū rerum terrorib⁹, quas ita exhibet, & quodāmodo exprimit, vt à veris eas discernere nequeamus, animā miserā sensusq; perturbet? Qua falsitate visorū etiam vigilātes in quibusdā morbis & venenis miserabilib⁹ agitentur, quāuis multimoda vārietate fallaciæ homines etiā sanos maligni dæmones nonnunq̄ decipiāt, talibus visis etiamsi eos per hæc ad sua traducere nō potuerint, sensus tamē eorū solo appetitu qualitercunq; persuadēte falsitatis illudāt. Ab hui⁹ tam miseræ quasi quibusdā inferis vitæ, nō liberat nisi gratia saluatoris Christi dei ac dñi nostri. Hoc enim nomē est ipse Iesus, interpretatur quippe saluator, maxime ne post hāc miserior ac sempiterna suscipiat, nō

K vita sed mors. Nā ista quāuis[g] sint perfecta, & per sanctos curationū magna solatia, tamē ideo nō semp etiā ipsa beneficia tribuunt petētib⁹, ne propter hoc religio quæratur, quæ ꝓpter aliā magis vitā, vbi mala nō erūt omnino vlla, quęrēda est. Et ad hoc meliores quoq; in his malis adiuuat gratia, vt quāto fideliore, tanto fortiore corde tolerētur: ad quā rem etiā philosophiā prodesse dicunt docti huius seculi, quā dij quibusdā paucis, vt ait Tullius[h] verā dederūt. Nec hominibus, inquit ab his aut datū est [i] donum maius, aut potuit vllum dari, vsqueadeo & ipsi cōtra quos agim⁹ quoquo modo cōpulsi sunt in habenda, non quacunq;, sed vera philosophia diuinā gratiam cōfiteri. Porrò si paucis diuinitus datum est veræ philosophiæ cōtra miserias huius vitæ vnicū auxilium, satis & hinc apparet humanū genus ad luendas miseriarū pœnas esse damnatū. Sicut autē hoc vt fatentur, nullum diuinum maius est donum, sic à nullo deo dari credendum est, nisi ab illo, quo & ipsi qui multos deos colunt, nullum dicunt esse maiorem.

Cicero lib. 2. de natura deorum.

a SI dimittatur viuere, vt velit.) Nulla esset effrenior fera, aut immanior homine, si educatio & disciplina non succurreret: si sibi ipse relinqueretur, tota rationis vis ad explēdas animi cupiditates cōuerteretur: nec esset etiā insipiētior bestia, nec animal magis brutum. b Opponūtur plene.) Aliās pugnāt, pœnæ tamē etiā ipsæ laborū & dol. c Vt à parentibus, cōiuge, filiis.) Præfocatur enim morsus à rabido cane. d De foro quidā rediens domū.) Tales mortes aliquot refert Plinius lib. vij. ca. iiij. & Vale. lib. ix. e Vt nec libris medicorū cūcta cōprehensa sint.) Huius morbi perniciosiss. & maxime vulgaris, quē alij Gallicū, alij Neapolitanū vocāt. Est autē Indicus: illinc enim est in hunc orbem inuectus, cū quo in illa Hispaniensi India infantes nascuntur: sed de hoc nihil inuenitur scriptum à veteribus. quid de sudore pestifero, qui pauciss. horis extinguit quem inuadit, nisi succurratur. Proxime cū essem Brugis adessetq; Carolus Cæsar, nobiliss. vir quidā maximo dolore afflictabatur morbi noui & insoliti, de quo se nihil apud antiquos legisse aiebat Ioānes Martinus Poblatio meus, qui si nō legerat vir, vt in mathematicis artibus, ita & in re medica summus, & singularis, aut nihil de eo priores scripserūt, aut quæ scripsere, sicut aliā pleraq;, desiderātur. f Sæpe somniorū visis q̄ sit inquietus.) Declarat hoc Dido illa Vergiliana Annæ sorori querens se insomniis terreri. g Nā ista quāuis.) Alibi sic: Nam in ista quanuis per sancta & sanctos. h Quibusdā paucis, vt ait Tullius.) Vbi hoc ad verbū dicat Cicero non sat memini, sentētia similis est in. v. de fini. vbi ex Platone beatū dicit illū, cui etiā in senectute contigerit, vt sapientiam verasq; opiniones assequi possit. i Nec hominibus, inquit, ab his aut datum est.) Etiam Platonis est, quā Cicero in Timęo vertit, qui de vniuersitate inscribitur, sunt q; verba postrema, quibus ex rebus philosophiā adepti sumus, quo bono nullum exoptabilius, nullū præstantius neq; datū est mortaliū generi, neq; munere dabitur: & in primo de leg. Ita fit vt maior omniū bonarum rerū sit sapientia cuius amore Græco verbo philosophia nomē inuenit, qua nihil à diis immortalibus vberius, nihil florentius, nihil præstabilius hominū vitæ datū est.

Ioannes Martinus Poblatio.

L

De his quæ præter illa mala, quæ bonis malisq; cōmunia sunt, ad iustorum laborem specialiter pertinent. Cap. XXIII. M

PRæter hęc autē mala hui⁹ vitæ bonis malisq; cōmunia, habēt in ea iusti etiā proprios quosdam labores suos, quib⁹ aduersus vitia militant, & in taliū prælioru tentationibus periculisq; versantur. Aliquādo enim cōcitatius, aliquādo remissius, non tamen desinit caro cōcupiscere aduersus spiritū, & spiritus aduersus carnē, vt nō ea quę volumus faciam⁹, omnē malam concupiscentiam consumendo: sed eam nobis, quantū diuinitus adiuti possumus, nō ei consentiendo subdamus, vigiliis cōtinuis* excubantes: ne opinio verisimilis fallat, ne decipiat sermo versutus, ne se tenebræ alicuius erroris offundāt: ne quod bonum est, malū: aut quod malum est, bonū esse credatur: ne ab his quæ agēda sunt metus reuocet, ne in ea quæ agēda non sunt cupido præcipitet: ne super iracundiā sol occidat, ne inimicitiæ prouocēt ad retributionē mali ꝓ malo: ne absorbeat inhonesta vel immoderata tristitia: ne impartiendorū beneficiorū ingerat mens ingrata torporē: ne maledicis rumoribus bona cōsciētia fatigetur: ne temeraria de alio suspicio nostra decipiat: ne aliena de nobis falsa nos frangat: ne regnet peccatū in nostro mortali corpore ad obediēdū desideriis eius: ne mēbra

Galat.5.

**aliâs, assiduis.*

Ephe.4.

Roma.6.

A nostra exhibeātur iniquitatis arma peccato: ne oculi⁹ sequat cōcupiscentiā, ne vindicādi cupiditas vincat, ne in eo quod male delectat, vel visio, vel cogitatio remoretur: ne improbū aut indecens verbum libēter audiatur: ne fiat quod nō licet, etiā si libet: ne in hoc bello laborū periculorumq; plenissimo, vel de viribus nostris speretur faciēda victoria, vel viribus nostris facta tribuatur,
1.Cor.15. sed eius gratiæ, de quo ait Apostolus: Gratias autē deo, qui dat nobis victoriam per dominū nostrum Iesum
Roma.8. Christum. Qui & alio loco: In his, inquit, omnibus superuincimus, per eum qui dilexit nos. Sciamus tamen quantalibet virtute præliandi vitiis repugnemus, vel etiam vitia superem⁹ & subiugemus, quàm diu sumus in hoc corpore, nobis deesse non posse vnde dicamus
Matth.6. deo, Dimitte nobis debita nostra. In illo autem regno, vbi semper cum corporibus immortalibus erimus, nec prelia nobis erunt vlla, nec debita, quæ nusquā & nunq̄ essent, si natura nostra sicut recta creata est, permaneret. Ac per hoc etiam noster iste conflictus in quo periclitamur, & de quo nos victoria nouissima cupimus liberari ad vitæ huius mala pertinet, quam tot tantorumq; testimonio malorū probauimus esse damnatā.

B *De bonis quibus etiam hanc uitam damnationi obnoxiā creator impleuit.* Caput XXIIII.

IAm nunc cōsiderandum est, hanc ipsam miseriā generis humani, in qua laudatur iustitia punientis, qualibus & q̄ multis impleuerit bonis eiusdē bonitas cuncta, quę creauit administrantis. Primum benedictionē illam quam protulerat ante
Gene.1. peccatum dicēs: Crescite & multiplicamini, & replete terrā: nec post peccatū voluit inhibere, mātitq; in stirpe damnata donata fœcunditas: nec illam vim mirabilem seminum, imò etiam mirabiliorē qua efficiūtur & semina, inditam corporibus humanis, & quodammodo intextam peccati vitiū potuit auferre, quo nobis impacta est etiam necessitas mortis: sed vtrunq; simul currit isto quasi fluuio atq; torrente generis humani, malū quod à parente trahitur, & bonū quod à creante tribuitur. In originali malo duo sunt, peccatū atq; supplicū. In originali bono alia duo, propagatio & cōformatio. Sed quantū ad præsentem pertinet intētionem nostram, de malis quorū vnum de nostra venit audacia, id est, peccatū: alterum de iudicio dei, id est, supplicium, iam satis diximus. Nunc de bonis dei quæ ipsi
C quoq; viciatæ dānatæq; naturæ contulit, siue vsq; nunc confert, dicere instituī. Neq; enim damnando aut totū abstulit, quod dederat: alioquin nec esset omnino: aut eā remouit à sua potestate etiam cum diabolo pœnaliter subdidit, cū nec ipsum diabolum à suo alienauerit imperio: quandoquidē vt ipsius quoq; diaboli natura subsistat, ille facit, qui summe est, & facit esse quicquid aliquo modo est. Duūm igitur illorum quæ diximus bona etiam in naturā peccato viciatam supplicioq; damnata, de bonitatis eius quodam veluti fonte manare propagationē, in primis mundi operibus benedictione
Gene.2. largitus est, à quibus operibus die septimo requieuit.
Ioan.5. Conformatio vero in illo eius est opere, quousq; nunc operatur. Efficacem quippe potētiam suā si rebus subtrahat, nec progredi poterunt & suis dimensis motibus
* aliâs, suis dimēsionibus peragere. peragere* tempora, nec prorsus in eo quod creatæ sunt aliquatenus permanebunt. Sic ergo creauit hominem deus, vt illi adderet fertilitatem quandā, qua homines alios propagaret, cōgenerans eis ipsam etiā propagādi possibilitatem, nō necessitatē. Quibus tamen voluit hominibus abstulit eam deus, & steriles fuerunt: nō tamē generi humano abstulit semel datā primis duobus cōiugibus benedictionē generādi [a]. Hæc ergo propagatio quanuis peccato ablata nō fuerit, nō tamen etiā ipsa talis est, qualis fuisset, si nemo peccasset. Ex quo enim homo in honore positus, posteaquā deliquit, cōparatus est
Psal.48. pecoribus, similiter generat, nō in eo tamē penitus extincta est quædā velut scintilla rationis in qua factus
Gene.1. est ad imaginē dei. Huic autem propagationi si cōformatio non adhiberetur, nec ipsa in sui generis formas modosq; pcederet. Si enim nō cōcubuissent homines, nihilominus deus si vellet implere terras hominibus, quomodo creauit vnū sine cōmixtione maris & fœminæ, sic posset omnes: concūbentes vero nisi illo creante generantes esse nō possunt. Sicut ergo ait Apostolus de institutione spiritali, qua homo ad pietatē iustitiamq; formatur. Neq; qui plātat, est aliquid, neq; qui rigat, sed
1.Cor.3. qui incrementū dat deus. Ita etiam hic dici potest, nec qui cōcumbit, nec qui seminat est aliquid, sed qui format deus. Nec mater quæ cōceptum portat, & partum nutrit, est aliquid, sed qui incrementum dat deus. Ipse* *aliâs, Ipsa nanq; operatione, qua nunc vsq; operatur, facit vt numeros suos explicent semina, & à quibusdā latentibus atq; inuisibilibus inuolucris in formas visibiles huius quod aspicimus decoris euoluant. Ipse incorporeā corporeamq; naturā, illam præpositā, istam subiectā miris modis copulans & cōnectens, animantem facit. Quod opus eius tam magnū & mirabile est, vt non solum in homine, quod est animal rationale, & ex hoc cūctis terrenis animantibus excellentius atq; prestantius, sed in qualibet minutissima muscula bene cōsideranti stuporem mētis ingerat, laudemq; pariat creatoris. Ipse itaq; animæ humanæ mentē dedit, vbi ratio & intelligētia in infante sopita est quodāmodo, quasi nulla sit, excitanda scilicet atq; exercenda ætatis accessu, qua sit scientiæ capax atq; doctrinæ & habilis perceptioni veritatis & amoris boni. Qua capacitate hauriat sapientiā virtutibusq; sit prædita, quibus prudēter, fortiter, temperāter, & iuste aduersus errores & cætera ingenerata vitia dimicet, eaq; nullius rei desiderio nisi boni illius summi atq; incōmutabilis vincat. Quod etsi nō faciat ipsa talium bonorū capacitas in natura rationali diuinitus instituta, quantū sit boni, q̄ mirabile opus omnipotentis, quis cōpetenter effatur, aut cogitat? Præter enī artes bene viuendi, & ad immortalē perueniendi fœlicitatem, quæ virtutes vocātur, & sola dei gratia quæ in
Christo est, filiis promissionis regniq; donātur, nonne humano ingenio tot tantæq; artes sunt inuentæ & exercitæ, partim necessariæ [b], partim voluntariæ, vt tam excellēs vis mentis atq; rationis in his etiā rebus, quas superfluas, imò & periculosas perniciosásque appetit, quantū bonū habeat in natura, vnde ista potuit vel inuenire vel discere vel exercere testetur? Vestimētorum & ędificiorum ad opera q̄ mirabilia, q̄ stupenda industria humana peruenerit, quò in agricultura, quò in nauigatione profecerit: quæ in fabricatione quorumq; vasorum, vel etiā statuarum, & picturarum varietate excogitauerit & impleuerit: quę in theatris mirabilia spectantibus, audiētibus incredibilia facienda & exhibēda molita sit: in capiendis, occidendis, domandis, irrationalibus animātibus, quæ & quāta repererit: aduersus ipsos homines, tot genera venenorū, tot armorum, tot machinamētorū, & pro salute mortali tuenda atq; reparanda, quot medicamēta atq; adiumenta cōprehenderit: pro voluptate faucium, quot condimenta & gulæ incitamenta repererit: ad iudicandas† & suadendas

† forte indicandas.

G cogitationes, multitudinem varietatemq; signorũ, vbi
præcipuum locũ verba & literę tenent:ad delectandos
animos,quos elocutionis ornatus, q̃ diuersorũ carmi-
num copiam:ad mulcẽdas aures, quot organa musica,
quot cantilenæ modos excogitauerit: quantam peri-
tiam dimensionũ atq; numerorũ: meatusq; & ordines
syderum quãta sagacitate cõprehenderit: quàm multa
rerum mundanarũ cognitione se impleuerit, quis pos-
sit eloqui, maxime si velimus non aceruatim cuncta
congerere,sed in singulis immorari? In ipsis postremo
erroribus & falsitatibus defendẽdis,quàm magna cla-
ruerint ingenia philosophorum atq; hęreticorum,quis
existimare sufficiat? Loquimur enim nunc de natura
mentis humanæ, qua ista vita mortalis ornatur,nõ de
fide atq; itinere veritatis qua illa immortalis acquiri-
tur. Huius tantæ naturæ cõditor cum sit vtiq; deus ve-
rus & summus,ipso cuncta,quę fecit administrante,&
summã potestatem,summamq; habẽte iustitiam,nun-
quã ꝓfecto in has miserias decidisset, atq; ex his præ-
ter eos solos, qui liberabuntur in æternas esset pœnas
H itura, nisi nimis grande peccatum in homine primo,
Salustius in prologo Catilinarij de quo cæteri exorti sunt,præcessisset. Iam vero in ipso
corpore, quanuis nobis sit cum beluis mortalitate cõ-
mune,multisq; earum reperiatur infirmius,quanta dei
bonitas, quanta prouidentia tanti creatoris apparet?
Nónne ita sunt in eo loca sensuum,& cætera membra
disposita, speciesq; ipsa ac figura, & statura totius cor-
poris ita modificata, vt ad ministeriũ animæ rationa-
lis se indicet factam? Non enim vt animalia rationis
expertia prona esse videmus in terrã,ita creatus est ho
mo, sed erecta in cœlũ corporis forma admonet eum,
Col.3. quæ sursum sunt sapere. Porrò mira mobilitas quæ lin
guæ ac manibus attributa est ad loquendum & scribẽ-
dum apta atq; conueniens, & ad opera artiũ plurima-
rum officiorumq; cõplenda, nónne satis ostendit,qua-
li animæ,vt seruiret tale sit corpus adiunctum? Quan-
quam & detractis necessitatibus operãdi, ita omnium
partium congruentia numerosa sit & pulchra sibi pa-
rilitate respondeat,vt nescias vtrum in condendo ma-
ior sit vtilitatis habita ratio,quàm decoris. Certe enim
nihil creatum videmus in hoc corpore vtilitatis causa,
quod nõ habeat etiam decoris locum. Plus autem no-
I bis id appareret,si numeros mensurarũ, quibus inter se
cuncta cõnexa sunt & coaptata nossemus, quos forsitã
data opera in his quæ foris eminẽt humana posset in-
uestigare solertia. Quæ vero tecta sunt atq; à nostris
remota conspectibus,sicuti est tanta perplexitas vena-
rum atq; neruorũ & viscerum, secreta vitalium, inue-
nire nullus potest. Quia etsi medicorũ diligentia non-
nulla crudelis, quos anatomicos appellant [d], laniauit
corpora mortuorũ, siue etiam inter manus secantis &
perscrutantis[e] morientiũ,atq; in carnibus humanis in-
humane abdita cuncta rimata est,vt quid, & quomo-
do,& quibus locis curandũ esset addisceret,numeros ta
men, de quibus loquor, quibus coaptatio, quæ ἁρμονία
Græce dicitur [f],tanquam cuiusdam organi extrinsecus
atque intrinsecus totius corporis constat. Quid dicam?
nemo valuit inuenire, quos nemo ausus est quærere.
Qui si noti esse potuissent,in interioribus quoq; visce-
ribus, quæ nullũ ostentãt decus,ita delectaret pulchri-
tudo rationis,vt omni formæ apparẽti quæ oculis pla-
cet,ipsius mẽtis,quæ oculis vtitur,præferretur arbitrio,
sunt vero quædã ita posita in corpore,vt tantummodo
decorem habeant non etiam vsum: sicut habet pectus
virile mammillas,sicut facies barbã, quã non esse mu-

K nimento,sed virili ornamẽto,indicant puræ facies fœ
minarum, quas vtique infirmiores viris muniri tutius
conueniret. *Si* ergo nullum membrum est in his qui-
dem cõspicuis, vnde ambigit nemo, quod ita sit alicui
operi accommodatum,vt non etiam sit decorum. Sunt
autem nonnulla quorũ solum decus & nullus est vsus,
puto facile intelligi in cõditione corporis dignitatem
necessitati fuisse prælatam. Transitura est quippe ne-
cessitas,tempusq; venturum quãdo sola inuicem pul-
chritudine sine vlla libidine perfruamur,quod maxi-
me ad laudem referendum est cõditoris,cui dicitur in
Psalmo:Confessionem & decorem induisti. Iam cæte- *Psal 103.*
ra pulchritudo & vtilitas creaturę quæ homini,licet in
istos labores miseriasq; proiecto atque damnato, spe-
ctanda atq; sumenda diuina largitate concessa est, quo
sermone potest terminari, in cœli & terræ & maris
multimoda & varia pulchritudine etiam ipsius lucis
tãta copia, tamq; mirabili specie,in sole ac luna & sy-
deribus,in opacitatibus nemorũ,in coloribus & odori-
bus florum, in diuersitate ac multitudine volucrũ gar-
rularum atq; pictarum, in multiformi specie tot tãta-
L rumq; animantium. Quorum illa* plus habent admi-
**alĩs, Quãrum ill.e.*
rationis quæ molis minimum. Plus enim formicularũ
& apicularum opera stupemus quàm immẽsa corpora
balenarum:in ipsius quoque maris tam grandi specta-
culo, cum sese diuersis coloribus induit velut vestibus,
& aliquando viride atque hoc multis modis,aliquãdo
purpureum, aliquãdo cœruleum est? Quàm porrò de-
lectabiliter spectatur etiam quãdocunque turbatur, &
fit inde maior suauitas,quum sic demulcet intuentem,
vt non iactet & quatiat nauigantem? Quid ciborum
vsquequaque copia contra famem? Quid saporum di-
uersitas contra fastidium naturæ, diffusa diuinitus,nõ
cocorum arte ac labore quæsita? Quanta in multis re-
bus tuendæ ac recuperandę salutis auxilia? Quàm gra-
ta vicissitudo diei alternãtis & noctis, aurarũ q̃ blan-
da temperies? In fructibus * & pecoribus indumento-
**aliãs, fruticibus.*
rum conficiendorum quanta materies? Omnia com-
memorare quis possit? Hæc autem sola quæ à me velut
in quẽdam aggerem sunt coartata, si vellem velut col-
ligata inuolucra soluere atq; discutere, quãta mihi mo
ra esset in singulis,quibus plurima continentur? Et hæc
omnia miserorũ sunt damnatorumq; solatia,non prę- M
mia beatorũ. Quę igitur illa sunt,si tot ac talia & tanta
sunt ista. Quid dabit eis quos prædestinauit ad vitam,
qui hæc dedit etiã eis, quos prædestinauit ad mortem?
Quæ bona in illa vita faciet eos sumere, pro quibus in
hac miseria vnigenitũ suum filium voluit vsq; ad mor
tem mala tanta perferre? Vnde Apostolus de ipsis in
illud regnũ prędestinatis loquens: Qui proprio,inquit, *Roma.8.*
filio nõ pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum,
quomodo nõ etiam cũ illo omnia nobis donauit? Cum
hæc promissio cõplebitur, quid erimus? quales erimus?
quæ bona in illo regno accepturi sumus, quandoquidẽ
Christo moriẽte pro nobis tale iam pignus accepimus?
Qualis erit spiritus hominis, nullũ omnino habẽs vi-
tium,nec sub quo iaceat: nec cui cedat:nec cõtra quod
saltẽ laudabiliter dimicet,pacatissima virtute ꝓfectus?
Rerũ ibi omniũ quanta, q̃ speciosa, q̃ certa scientia sine
errore aliquo vel labore, vbi dei sapientia de ipso suo
fonte potabitur,cũ summa fœlicitate,sine vlla difficul-
tate? Quale erit corpꝰ quod omnimodo spiritui subdi-
tum, & eo sufficiẽter viuificatũ, nullis alimoniis indi-
gebit? Nõ enim animale,sed spiritale erit,habẽs quidẽ
carnis,sed sine vlla carnali corruptione substantiam.

Benedictionem

a
A Benedictionem generandi.) Alibi benedictione generali.q.non
solũ duos illos iussisset mactos esse prolibus, & propagare gen-
tem, sed posteros quoque. b Partim necessariæ.) Q. sine illis
transigi vita non posset, qualis est agricultura, & lanificium.
c Gulæ incitamenta.) Varie scriptum. Alibi,gulæ irritamenta ad inda-
gandas & suaden.an ad indicandas. d Quos anatomicos appellant.)
Q.incisores:est enim τομὴ sectio,cæsio. e Secantis & perscrutantis.)
Melius in aliis codicibus secantis perscrutãtisq; in car. f Quæ ἁρμονία
Græce dicitur.) Q.congruentia concentus ab ἁρμόττω.

De peruicacia quorundam, qui resurrectionem carnis, quam sicut prædictum est totus mundus credit, impugnant. Caput XXV.

NErum de animi bonis quibus, post hãc vitam
beatissimus perfruetur,non à nobis dissentiũt
philosophi nobiles,de carnis resurrectione cõ
tendunt. Hanc quãtũ possunt negãt, sed credẽtes multi
negantes paucissimos reliquerunt, & ad Christum,hoc
quod istis videtur absurdum,in sua resurrectione mõ-
strauit,fideli corde cõuersi sunt,docti & indocti,sapiẽ-
tes mundi & insipientes. Hoc enim credidit mundus,
quod prædixit deus,qui etiam hoc prædixit, quod hãc
B rem mũdus fuerat crediturus. Neq; enim Petri malefi-
Supra lib. 19. cap.23. Porphyrius in lib. Theologiõ ciis ea[a] cũ laude credentiũ tanto ante prænunciare cõ-
pulsus est. Ille est enim deꝰ,quẽ sicut iã dixi aliquoties,
nec cõmemorare me piget cõfitente Porphyrio,atq; id
oraculis deorũ suorũ probare cupiẽte,ipsa numina per-
horrescunt. Quẽ sic laudauit,vt eum & deũ patrẽ & re-
gẽ vocaret. Abiit enim vt sic intelligẽda sint quæ præ-
dixit,quomodo volunt hi qui hoc cũ mundo non cre-
diderunt,quod mundũ crediturũ esse prædixit. Cur enĩ
non potius ita,sicut crediturus tanto ante prędictus est
mũdus,nõ sicut paucissimi garriunt, qui cũ hoc mũdo,
quod crediturus prędictꝰ est,credere noluerũt? *Si* enim
propterea dicunt alio modo esse credẽda,ne si dixerint
vana esse cõscripta,iniuriã faciant illi deo,cui tam ma
gnum perhibẽt testimonium, tantã prorsus ei vel etiã
grauiorẽ faciunt iniuriã,si aliter dicunt esse intelligen-
da non sicut mũdus ea credidit,quẽ crediturũ,ipse lau-
dauit,ipse promisit,ipse cõpleuit. Cur enim non potest
facere vt resurgat caro & viuat in æternũ? An ꝓpterea
credendũ non est id eum esse facturũ, quia malum est,
atq; indignũ deo? Sed de omnipotentia eius quæ tot &
† aliãs, mirabilia. tanta facit incredibilia,† iam multa diximus. *Si* volũt
inuenire quod omnipotẽs nõ potest,habẽt,prorsus,ego
dicam,mentiri nõ potest. Credamus ergo quod potest,
C non credendo,quod non potest. Non itaque credentes
quod mentiri potest,credãt esse facturũ quod se factu-
rum esse promisit. Et sic credãt sicut id credidit mun-
dus, quẽ crediturum esse prædixit, quẽ crediturum esse
laudauit,quem crediturũ esse promisit,quem credidisse
Supra eodem. cap.11 iam ostendit. Hoc autẽ malum esse vnde demonstrãt?
Non erit illic vlla corruptio, quod est corporis malũ.
De ordine elementorũ iam disputauimus,de aliis ho-
minum coniecturis satis diximus, quanta sit futura in
corpore incorruptibili facilitas motus,de præsentis bo
Cap.17. næ valetudinis tẽperamento,quæ vtiq; nullo modo illi
cõparanda est immortalitati,in libro decimotertio sa-
tis,vt opinor,ostẽdimus. Legãt superiora operis huius,
qui vel nõ legerunt,vel volunt recolere, quod legerũt.

a NEque enim Petri maleficiis ea.) Attingit commentum Porphyrij
de maleficis artibus Petri,de quo in fine.xviij.libri.

Quomodo Porphyrij diffinitio, qua beatis animis putatur corpus omne fugiendum, ipsius Platonis sententia destruatur, qui dicit summum deum dijs promisisse, ut nunquam corporibus exuerentur. Cap. XXVI.

Porphyrius in lib. de regressu animæ.

SEd Porphyrius ait,inquiunt, vt beata sit ani-
ma,corpus omne esse fugiendum. Nihil ergo
prodest, quia incorruptibile diximus futurũ
corpus,si anima beata nõ erit,nisi corpus omne effuge-
rit. Sed iã & hinc in libro memorato quantũ oportuit
disputaui, verũ hic vnum inde tantum cõmemorabo.
Emendet libros suos istorũ omnium magister Plato,& *Plato in Timæo.*
dicat eorum deos,vt beati sint sua corpora fugituros,id
est,esse morituros,quos in cœlestibus corporibus dixit
inclusos. Quibꝰ tamẽ deus à quo facti sunt quo possent
esse securi,immortalitatẽ, id est,in eisdẽ corporibus æ-
ternam permansionẽ,nõ eorũ natura id habẽte,sed suo
cõsilio pręualente promisit. Vbi etiã euertit illud,quod
dicũt:quoniã est impossibile, ideo resurrectionẽ carnis
nõ esse credendã. Apertissime quippe iuxta eundẽ phi-
losophum,vbi diis à se factis promisit deus non factus
immortalitatẽ,qd impossibile est, se dixit esse facturũ.
Sic enĩ eũ locutũ narrat Plato. Quoniã estis orti,inquit,
immortales esse,& indissolubiles nõ potestis. Non ta-
men dissoluemini,neq; vos vlla mortis fata periment,
nec erũt valentiora,* q̃ consiliũ meum,quod maius est **aliãs, uiolentiora.*
vinculũ ad perpetuitatẽ vestram, q̃ illa,quibꝰ estis col-
ligati. *Si* non solũ absurdi, sed si surdi nõ sunt qui hæc
audiunt,nõ vtiq; dubitãt diis factis ab illo deo,qui eos
fecit secundũ Platonẽ, quod est impossibile,fuisse pro-
missum. Qui enim dicit,vos quidem immortales esse
nõ potestis,sed mea voluntate immortales eritis: quid
aliud dicit, q̃ id quod fieri nõ potest, me faciente tamẽ
eritis*? Ille igitur carnẽ incorruptibilem,immortalem, **aliãs, erit.*
spiritalem resuscitabit,qui iuxta Platonẽ, id quod im-
possibile est,se facturũ esse promisit. Quid adhuc quod
promisit deus,quod deo promittenti credidit mundus,
qui etiã ipse promissus est crediturus, esse impossibile
clamant? Quandoquidẽ nos deum,qui etiã secundum
Platonẽ facit impossibilia, id facturũ esse clamamus.
Non ergo vt beatæ sint animæ corpus est omne fugiẽ-
dum,sed corpus incorruptibile recipiendum. Et in quo
conuenientius incorruptibili corpore lætabuntur, q̃ in
quo corruptibili gemuerũt? *Sic* enim nõ in eis erit illa
dira cupiditas,quã posuit ex Platone Vergilius,vbi ait: *Aeneid.6.*
Rursus & incipient in corpora velle reuerti. Sic,inquã,
cupiditatẽ reuertẽdi ad corpora nõ habebũt, cũ corpo-
ra,in quæ reuerti cupiunt,secum habebunt: & sic habe-
bunt,vt nunquã non habeant,nunquam ea prorsus vel
ad exiguum quàmlibet tempus vlla morte deponant.

De cõrrariis diffinitionibus Platonis atque Porphyrij, in quibus si uterque alteri cederet, à ueritate neuter deuiaret. Caput XXVII.

SIngula quædam dixerũt Plato atq; Porphy-
rius,quæ si inter se cõmunicare potuissent,fa
cti essent fortasse Christiani. Plato dixit si-
ne corporibus animas in æternum esse non
posse. Ideo dixit, etiã sapientiũ animas post quàmlibet
longũ tempus,tamẽ ad corpora redituras. Porphyrius
autẽ dixit animã purgatissimã cum redierit ad patrẽ,
ad hæc mala mundi nunquã esse rediturã. Ac per hoc
quod verũ vidit Plato,si dedisset Porphyrio, etiam iu-
storũ atq; sapientiũ purgatissimas animas ad humana
corpora redituras: rursus quod verũ vidit Porphyrius,
si dedisset Platoni, nunq̃ redituras ad miserias corru-
ptibilis corporis animas sanctas:vt nõ singuli hæc sin-
gula,sed ambo & singuli vtrunq; dicerẽt,puto ꝙ vide-
rent esse iam cõsequens,vt & redirẽt animæ ad corpo-
ra,& talia reciperent corpora,in quibus beate, atq; im-
mortaliter viuerẽt. Quoniam secundũ Platonem etiã
sanctæ animæ ad humana corpora redibunt:secũdum
Porphyrium ad mala mundi huius sanctæ animæ nõ
redibũt. Dicat itaq; cũ Platone Porphyrius, redibũt ad

corpora

G corpora. Dicat Plato cũ Porphyrio, nõ redibũt ad mala: & ad ea corpora redire cõsentiẽt, in quib⁹ nulla mala patiantur. Hæc itaque nõ erũt, nisi illa quæ promisit deus, beatas animas in æternũ cũ sua æterna carne victuras. Hoc enim quantũ existimo iam facile nobis cõcederẽt ambo, vt qui fateretur ad immortalia corpora redituras animas esse sanctorũ, ad sua illas redire permitteret, in quib⁹ mala huius seculi pertulerũt, in quibus deũ, vt his malis carerent, piè fideliterq; coluerunt.

Quid ad ueram resurrectionis fidem, uel Plato uel Labeo, uel etiam Varro conferre potuerint, si opiniones eorum in unam sententiam conuenissent. Cap. XXVIII.

NOnnulli nostrum propter quoddam præclarissimum loquendi genus [a], & propter nonnulla quæ veraciter sensit, amantes Platonẽ, dicunt eũ aliquid simile nobis etiã de mortuorũ resurrectione sensisse [b]. Quod quidem sic tangit in libris de Republica Tullius, vt eum lusisse potius, q̃ quod id verum esse affirmet dicere voluisse. Inducit enim hominem reuixisse [c], & narrasse quædam quæ Platonicis disputationibus cõgruebant. Labeo etiã [d] duos dicit vno
H die fuisse defunctos, & occurrisse inuicẽ in quodã cõpito, deinde ad corpora sua iussos fuisse remeare, & cõstituisse inter se amicos se esse victuros: atq; ita esse factum, donec postea moreretur. Sed isti authores talem resurrectionẽ corporis factam fuisse narrarunt, quales fuerunt eorũ, quos resurrexisse nouimus: & huic quidẽ redditos vitæ, sed nõ eo modo, vt non moreretur vlterius. Mirabilius autẽ quiddã Marcus Varro ponit in libris, quos cõscripsit de gẽte populi Romani, cuius putaui verba ipsa ponẽda: Genethliaci [e] quidã scripserũt, inquit, esse in renascẽdis hominibus, quam appellãt παλιγγενεσ-ίαν [f] Græci: hanc scripserũt confici in annis numero quadringẽtis quadraginta, vt idem corpus & eadem anima, quę fuerãt coniũcta in homine aliquando eadem rursus redeãt in coniunctionẽ. Iste Varro quidem siue illi Genethliaci nescio qui, nõ enim nomina eorũ prodidit, quorum cõmemorauit sententiã, aliquid dixerũt, quod licet falsum sit: cùm enim semel ad eadẽ corpora quæ gesserũt, animæ redierint, nunquã ea postea sunt relicturæ, tamẽ multa illius impossibilitatis, qua cõtra nos isti garriũt, argumenta conuellit, & destruit. Qui enim hæc sentiũt siue senserũt, nõ eis visum
I est fieri nõ posse, vt dilapsa cadauera ĩ auras, in puluerem, in cinerẽ, in humores, in corpora vescentiũ bestiarum, vel ipsorũ quoq; hominum ad id rursus redeant, quod fuerũt. Quapropter Plato & Porphyrius, vel potius quicunq; illos diligũt, & adhuc viuunt si nobis cõsentiũt, etiam sanctas animas ad corpora redituras, sicut ait Plato: nec tamẽ ad mala vlla redituras, sicut ait Porphyrius, vt ex his fiat consequens, quod fides prædicat Christiana, talia corpora recepturas, in quibus sine vllo malo in æternum fœliciter viuant. Assumant etiam hoc de Varrone, vt ad eadem corpora redeant, in quibus antea fuerunt, & apud eos tota quæstio de carnis in æternum resurrectione soluetur.

a PRopter quoddam præclarissimũ loquendi genus.) Tria sunt quæ Platoni non modo Græciam cõciliarunt, sed orbem vniuersum: integritas vitæ, sanctitas præceptorum, & eloquentia. b De mortuorum resurrectione sensisse.) Eusebius lib. xj. præpa. Euãg. & mutationem mundi, & resurrectionem, & iudicium apud inferos ex Mosaïca doctrina accepisse Platonẽ putat. Narrat enim Plato exacto tẽpore defecturum terrenum genus, mundũmque insolitis motibus agitatum, & cõcussum iri cum ingenti animantium omnium pernicie ac clade: post aliquãtum deinde temporis conquieturum opera principis dei, qui ne concidat, intercatq; mundus, gubernacula eius recipiet, addetq; illi sempiternam iuuentam, & immortalitatẽ. c Inducit enim hominem reuixisse.) Herum Pamphylium, qui in acie occubuit. Plato in fine lib. de Repu. decimo post mortem die redditum vitæ scribit. hãc Cicero fabulam, inquit, Macrob. j. lib. Somnij, licet ab indoctis. q. ipse vere conscius doleat irrisam, exemplum tamen stolidæ reprehẽsionis vitans, excitari narraturũ, q̃ reuiuiscere maluit. d Labeo etiã.) Plinius lib. vij. aliquot exempla ponit eorum, qui elati reuixerint: & Plutarchus refert in primo de anima, Enarchum quendam, vbi mortem obiisset, rediisse ad vitam, narrasseq; animam quidem suam è corpore egressam, sed iussu Ditis restitutam corpori, grauiter illis dæmonibus ab eorũ principe castigatis, qui cum in mandatis haberent Nicandam Coriarium, & Palæstritem adducere, ad Enarchum magno errore issent, ita paulo post Nicandas fato concessit. e Genethliaci.) Sunt mathematici diuinaculi, ex natali die de vniuerso vitæ euentu prædicentes. Gellius Chaldæos, & Genethliacos eodem habet loco lib. xiiij. Aduersus istos, inquit, qui sese Chaldæos, seu Genethliacos appellãt, ac de motu deq; positu stellarum dicere posse, quæ futura sunt profitentur. f παλιγγενεσίαν.) Regenerationem. Lactant. quoque lib. vij. verba Chrysippi Stoici ex eius de prouidentia libris refert, quibus ille redituri post mortem nostrũ astruxit. καὶ ἡμᾶς, inquit, μετὰ τελευτὴν ὁ θεὸς πάλιν περιόδῳ τινὶ μελλούσῃ χρόνῳ, εἰς ἃ νῦν ἐσμὲν ἀποκαθιστάναι σῶμα. Et defuncti iam vita certis temporum reuolutionibus exactis, rursus in eam, quam nunc habemus faciem restituum iri.

De qualitate uisionis, qua in futuro speculo sancti deum uidebunt. Caput XXIX.

NVnc iam quid acturi sint in corporibus immortalibus atq; spiritalibus sancti, nõ adhuc eorũ carne carnaliter, sed spiritaliter iam viuente, quantũ dominꝰ dignatur adiuuare, vi-
L deamus. Et illa quidẽ actio, vel potius quies [a], atq; ociũ quale futurũ sit, si verũ velim dicere, nescio. Non enim hoc vnquã per sensus corporis vidi. Si autẽ hoc mente, id est, intelligentia vidisse me dicã, quantũ est, aut quid est nostra intelligentia ad illã excellentiã? Ibi est enim pax dei, quę, sicut ait Apostolꝰ, superat omnẽ intellectũ, quẽ nisi nostrũ, aut fortasse etiã omniũ sanctorũ angelorũ? Nõ enim & dei. Si ergo sancti in dei pace victuri sunt, ꝓfecto in ea pace victuri sunt, quæ superat omnẽ intellectũ. Quoniã nostrũ quidem superet, non est dubiũ. Si autẽ superat & angelorũ, vt nec ipsos excepisse videatur, qui ait omnẽ intellectum: secundũ hoc dictũ esse debemus accipere, quia pacẽ dei, qua ipse deus pacatus est, sicut nouit deus, nõ eam nos sic possumꝰ nosse, neq; vlli angeli. Superat itaq; omnem intellectũ, non dubium quod præter suum. Sed quia & nos pro modo nostro pacis eius participes facti, summã in nobis atq; inter nos & cũ ipso pacem, quantum nostrum summũ est, obtinebimus. Isto modo pro suo modo sciunt eam sancti angeli, homines autẽ nunc longe infra, quantũlibet prouectu mentis excellãt. Considerandũ est enim
I quãtus vir dicebat: Ex parte scimꝰ, & ex parte prophetamus, donec veniat quod perfectum est. Et videmus
M nunc per speculũ in ænigmate, tunc autẽ facie ad faciẽ. Sic iam videt sancti angeli, qui etiã nostri angeli dicti sunt, quia eruti de potestate tenebrarũ, & accepto spiritus pignore translati ad regnũ Christi, ad eos angelos iam cœpimus pertinere, cũ quibꝰ nobis erit sancta atq; dulcissima, de qua iam tot libros scripsimus, dei ciuitas ipsa cõmunis. Sic sunt ergo angeli nostri, qui sunt angeli dei, quemadmodum Christus dei, Christus est noster. Dei sunt, quia deum non reliquerunt: nostri sunt, quia suos ciues nos habere cœperunt. Dixit autem dominus Iesus: Videte ne contẽnatis vnũ de pusillis istis. *Matth.18.* Dico enim vobis, quia angeli eorũ in cœlis semper videnT faciem patris mei qui in cœlis est. Sicut ergo illi videt, ita & nos visuri sumus, sed nõdum ita videmus. Propter quod ait Apostolus quod pauloante dixi: Videmus nunc per speculũ in ænigmate, tũc autem facie ad faciẽ. *1.Cor.13.* Præmium itaq; fidei nobis visio ista seruatur, de qua & Ioannes Apostolus loquẽs: Cum apparuerit, *1. Ioan.3.* inquit, similes ei erimus, quoniã videbimus eum sicuti est. Facies autem dei, manifestatio eius intelligẽda est, non aliquod tale membrorum, quale nos habemus in corpore,

A corpore, atq; isto nomine nũcupamus. Quapropter cũ ex me quæritur, quid acturi sint sancti in illo corpore spiritali, nõ dico quod iam video, sed dico quod credo:
Psal.115. secundum illud quod in psalmo lego: Credidi propter quod locutus sum. Dico itaq;, quod visuri sint deum in ipso corpore, sed vtrũ per ipsum, sicut per corpus nunc videmus solem, lunã, stellas, mare ac terrã, & quæ sunt in ea nõ parua quęstio est. Durum est dicere quod sancti talia corpora tunc habebunt, vt non possint oculos claudere atq; aperire cum velint. Durius autẽ quod ibi deum, quisquis oculos clauserit non videbit. Si enim
4. Reg.6. Propheta Helisæus puerũ suum Giezi absens corpore vidit accipiẽtem munera, quæ dedit ei Naamã Syrus, quem Propheta memoratus à lepræ deformitate mũdauerat, quod seruus nequam domino suo nõ vidente, latenter se fecisse putauerat: quanto magis in illo corpore spiritali videbunt sancti omnia, non solũ si oculos claudant, verumetiã vnde sunt corpore absentes? Tunc
1.Cor.13. enim erit perfectũ illud de quo loquens Apostolus: Ex parte, inquit, scimus & ex parte prophetamus: cũ autẽ venerit quod perfectum est, quod ex parte est, euacua-
B bitur. Deinde vt quomodo posset aliqua similitudine ostẽderet, quantũ ab illa quæ futura est, distet hæc vita, non qualiumcunq; hominũ, verumetiam qui præcipua
Ibidem. hic sanctitate sunt prædiTi: Cum essem, inquit, paruus, quasi paruulus sapiebam, quasi paruulus loquebar, quasi paruulus cogitabã: cum aũt factus sum vir, euacuaui ea quæ paruuli erãt. Videmus nunc per speculum in ænigmate, tũc autem facie ad faciem. Nunc scio ex parte, tunc autẽ cognoscam sicut & cognitus sum. Si ergo in hac vita, vbi hominũ mirabilium prophetia ita cõparanda est illi vitæ, quasi paruuli ad iuuenẽ: vidit tamen
4.Reg.5. Helisæus accipientẽ munera seruum suum vbi ipse nõ erat, ità ne cũ venerit, quod perfectũ est: nec iam cor-
Sapien.9. pus corruptibile aggrauabit animã, sed incorruptibile nihil impediet, illi sancti ad ea, quæ videda sunt oculis corporeis, quibus Helisæus absens ad seruum suum videndum nõ indiguit, indigebunt? Nam secundum interpretes septuagita ista sunt ad Giezi verba Prophetæ: Nonne cor meum tecũ ibat, & noui quòd conuersus
4.Reg.5. est vir de curru tuo in obuiam tibi, & accepisti pecuniam? &c. Sicut autẽ ex Hebræo interpretatus est presbyter Hieronymus: Nonne cor meũ, inquit, in præsenti
C erat, quando reuersus est homo de curru suo in occursum tui? Corde suo ergo se dixit hoc vidisse Propheta, adiuto quidẽ mirabiliter nullo dubitãte diuinitus. Sed quãto amplius tunc omnes munere isto abundabãt, cũ
1.Cor.15. deus erit omnia in omnibus. Habebunt tamen etiã illi oculi corporei officium suum & in loco suo erũt, vteturq; illis spiritꝰ per spiritale corpus. Neq; enim & ille Propheta, quia non eis indiguit, vt videret absentem, non eis vsus est ad videnda præsentia, quæ tamen spiritu videre posset etiamsi illos clauderet, sicut vidit absentia, vbi cum eis ipse non erat. Absit ergo vt dicamus illos sanctos in illa vita deũ clausis oculis non visuros, quem spiritu semper videbunt. Sed vtrum videbunt, & per oculos corporis cũ eos apertos habebunt, inde quęstio est. Si enim tantum potuerunt in corpore spiritali eo modo vtiq; etiã ipsi oculi spiritales, quãtum possunt isti quales nũc habemus, proculdubio per eos deus videri non poterit: longe itaq; alterius erunt potentiæ, si per eos videbitur incorporea illa natura, quę non continetur loco, sed vbiq; tota est. Nõ enim quia dicimus deũ & in cœlo esse & in terra, ipse quippe ait per Pro-
Hiere.25. phetam: Cœlum & terrã ego impleo, aliam partem dicturi sumus eum in cœlo habere, & in terra aliam, sed D
totus in cœlo est, totus in terra: non alternis tẽporibus, sed vtrũq; simul, quod nulla natura corporalis potest. Vis itaq; præpollentior oculorum erit illorum, non vt
acutius* videant, q̃ quidẽ perhibentur videre serpentes *als,acrius
vel aquilę. Quantalibet enim acrimonia cernendi eadem quoq; animalia nihil aliud possunt videre quàm corpora, sed vt videant & incorporalia. Et fortasse ista virtus magna cernendi data fuerit ad horã, etiã in isto
mortali corpore oculis sancti viri Iob, quando ait ad *Iob.42.* deum: In obauditu auris obaudiebã te prius, nũc autem oculus meus videt te, propterea despexi memetipsum, & distabui, & existimaui me terrã & cinerẽ. Quanuis hic nihil prohibeat oculum cordis intelligi, de quibus
oculis ait Apostolus: Illuminatos oculos habere cordis *Ephe.1.*
vestri. Ipsis autẽ videri deum, cũ videbitur, Christianus ambigit nemõ, qui fideliter accipit, quod ait deus ille
magister: Beati mũdi corde, quoniã ipsi deum videbũt. *Matth.5.*
Sed vtrũ etiã corporalibus oculis ibi videatur, hoc in ista quæstione versamus. Illud enim quod scriptũ est:
Et videbit omnis caro salutare dei: sine vllꝰ nodo dif- *Lucæ.3.* E
ficultatis sic intelligi potest, ac si dictũ fuerit, & videbit omnis homo Christũ dei, qui vtiq; in corpore visus est, & in corpore videbitur, quãdo viuos & mortuos iudicabit. Quod autẽ ipse sit salutare dei, multa sunt & alia testimonia scripturarũ. Sed euidẽtius venerandi illius
senis Simeonis verba declarant. Qui cũ infantẽ Chri- *Lucæ.2.*
stum accepisset in manus suas: Nunc, inquit, dimittis seruum tuum domine, secundũ verbum tuum in pace:
quoniam viderũt oculi mei salutare tuum. Illud etiam
quod ait supra memoratus Iob, sicut in exẽplaribus quę
ex Hebræo sunt, inueniũ, Et in carne mea videbo deũ: *Iob.19.*
resurrectionẽ quidẽ carnis sine dubio prophetauit, non tamen dixit, per carnẽ meam. Quod quidẽ si dixisset, posset deus Christus intelligi, qui per carnem in carne videbitur. Nunc vero potest & sic accipi, In carne mea
videbo deũ [b]: ac si dixisset, In carne mea ero, cũ videbo
deum: Et illud quod ait Apostolus, Facie ad faciem: nõ *1.Cor.13.*
cogit vt deum per hanc faciẽ corporalẽ, vbi sunt oculi corporales, nos visuros esse credamꝰ, quem spiritu sine
intermissione videbimus. Nisi enim esset etiã interio-
ris hominis facies, non diceret idẽ Apostolus: Nos au- *2.Cor.3.*
tem reuelata facie gloriã domini speculantes, in eandẽ imaginẽ transformamur de gloria in gloriã, tanquam
ad domini spiritum. Nec aliter intelligimus quod in F
Psalmo canitur: Accedite ad eũ, & illuminamini, & fa- *Psal.33.*
cies vestræ nõ erubescẽt. Fide quippe accẽditur ad deũ, quã cordis constat esse, nõ corporis. Sed quia spiritale corpus nescimus quãtos habebit accessus, de re quippe inexperta loquimur, vbi aliqua, quæ aliter intelligi nequeant diuinarũ scripturarum nõ occurrit, sed succurrit authoritas necesse est vt cõtingat in nobis quod legitur in libro Sapientiæ: Cogitationes mortaliũ timi- *Sapien.9.*
dæ, & incertæ prouidẽtiæ nostræ. Ratiocinatio quippe illa philosophorum, qua disputant ita mentis aspectu intelligibilia videri, & sensu corporis sensibilia, id est, corporalia, vt nec intelligibilia per corpus, nec corporalia per seipsa mens valeat intueri, si posset nobis esse certissima, profecto certũ esset per oculos corporis etiã spiritalis nullo modo posse videri deũ. Sed istam ratiocinationem & vera ratio & prophetica irridet authoritas. Quis enim ita sit auersus à vero, vt dicere audeat deũ corporalia ista nescire? Nunquid ergo corpus habet, per cuiꝰ oculos ea possit addiscere? Deinde quod
de propheta Helisæo pauloante diximus, nonne satis *4.Reg.5.*
indicat

G indicat etiã ſpiritu,nõ per corpus corporalia poſſe cerni? Quando enim ſeruus ille munera accepit, vtiq; corporaliter geſtũ eſt,quod tamẽ prophęta nõ per corpus, ſed per ſpiritũ vidit. Sicut ergo conſtat videri corpora ſpiritu,quid ſi tanta erit potentia ſpiritalis corporis, vt
Ioan.4. corpore videatur & ſpiritus? Spiritus enĩ eſt deus. Deinde vitam quidẽ ſuam, in qua nũc viuit in corpore, & hæc terrena mẽbra vegetat, facitq; viuentia, interiore ſenſu quiſq; nõ per corporeos oculos nouit: aliorũ vero vitas, cũ ſint inuiſibiles, per corpus videt. Nã vnde viuentia diſcernimus à non viuentibus corpora niſi corpora ſimul vitasq; videamus,quas niſi per corpus videre non poſſumus? Vitas autẽ ſine corporibus corporeis oculis non videmus. Quamobrem fieri poteſt, valdeq; credibile eſt, ſic nos eſſe viſuros mũdana tunc corpora cœli noui & terræ nouæ, vt deum vbiq; præſentem, & vniuerſa etiã corporalia gubernantẽ, per corpora quæ geſtabimus, & quæ conſpiciemus quaquauerſum oculos duxerimus, clariſſima perſpicuitate videamus, non
Roma.1. ſicut nunc inuiſibilia dei, per ea quæ facta ſunt intelle-
1.Cor.13. cta cõſpiciuntũr per ſpeculũ in ænigmate, & ex parte,
H vbi plus in nobis valet fides, qua credimus, q̃ rerũ corporalium ſpecies, quam per oculos cernimus corporales. Sed ſicut homines inter quos viuentes, motusq; vi-
† aliâs, exerentes. tales exercentes † viuimus: mox vt aſpicimus, non credimus viuere, ſed videmus, cũ eorum vitam ſine corporibus videre nequeamus, quam tamẽ in eis per corpora remota omni ambiguitate conſpicimus: ita quacunque ſpiritalia illa lumina corporum noſtrorum circũferemus, incorporeum deum omnia regentem, etiam per corpora contuebimur. Aut ergo per illos oculos ſic videbitur deus, vt aliquid habeant in tanta excellentia menti ſimile, quo & incorporea natura cernatur, quod vllis exemplis ſine ſcripturarũ teſtimoniis diuinarum vel difficile vel impoſſibile eſt oſtendere. Aut quod eſt ad intelligẽdum facilius, ita deus nobis erit notus atq; conſpicuus, vt videatur ſpiritu à ſingulis nobis in ſingulis nobis, videatur ab altero in altero, videatur in ſeipſo, videatur in cœlo nouo, & in terra noua, atq; in omni, quæ tunc fuerit creatura: videatur & per corpora in omni corpore quocunque fuerint ſpiritalis corporis oculi acie perueniente directi. Patebunt etiam cogita-
I tiones noſtræ inuicem nobis. Tunc enim implebitur
1.Cor.4. quod Apoſtolus ait: cũ enim dixiſſet: Nolite ante tempus iudicare quicquã: mox addidit, Donec veniat dominus & illuminet abſcõdita tenebrarum, & manifeſtet cogitationes cordis, & tũc laus erit vnicuiq; à deo.

a VEl potius quies.) Nam erit à cunctis laboribus requies: & neſcio quo pacto ſuauius eſt quietis nomẽ, quàm actionis: idcirco Ariſtoteles contemplationẽ illam, quàm extremam beatitudinem facit, quietem nominat: adde quod illud eſt ſabbatũ, id eſt, ocium & requies ſempiterna. b Videbo deum.) In quibuſdam Auguſtini antiquis codicibus legitur, videbo deum ſaluatorem meum. Sed nec in Hiero. verſione legimus: nec videtur ab Auguſtino additum, ex iis quæ ſequuntur: nam de deo loquitur ſine humanitate: porro ſi Saluatorem adieciſſet, de Chriſto videretur dixiſſe.

De æterna fœlicitate ciuitatis dei ſabbatoq; perpetuo.

Caput XXX.

1. Cor.15. QVanta erit illa fœlicitas[a] vbi nullum erit malum, nullũ latebit bonũ, vacabitur dei laudib[b], qui erit omnia in omnibus. Nam quid aliud agetur, vbi neq; vlla deſidia ceſſabitur, neq; vlla indigentia laborabitur, neſcio. Admoneor etiã ſancto Can
Pſal.83. tico vbi lego, vel audio: Beati qui habitãt in domo tua domine, in ſecula ſeculorũ laudabũt te. Omnia membra & viſcera incorruptibilis corporis, quę nunc videmus per vſus neceſſitatis varios & motus diſtributa, quoniam tunc non erit ipſa neceſſitas, ſed plena, certa, K
ſecura, ſempiterna fœlicitas, proficient in laudibus dei. Omnes quippe illi, de quibus iam ſum locutus, qui nũc latẽt harmoniæ corporalis numeri nõ latebũt, intrinſecus, & extrinſecus per corporis cuncta diſpoſiti, & cũ cæteris rebus, quæ ibi magnæ atq; mirabiles videbũtur, rationales mẽtes in tanti artificis laudem rationabilis pulchritudinis delectatione ſuccendẽt. Qui motus illic talium corporũ ſint futuri, temere definire non audeo, quod excogitare non valeo. Tamen & motus & ſtatus ſicut ipſa ſpecies decens erit, quicunq; erit, vbi quod nõ decebit, non erit. Certe vbi volet ſpiritus, ibi protinus erit corpus, nec volet aliquid ſpiritus quod nec ſpiritũ poſſit decere nec corpus. Vera ibi gloria erit, vbi laudantis, nec errore quiſquã, nec adulatione laudabitur. Verus honor qui nulli negabitur digno, nulli deferetur indigno, ſed nec ad eũ ambiet vllus indignus, vbi nullus permittetur eſſe, niſi dign°. Vera pax ibi eſt, vbi nihil aduerſi, nec à ſeipſo, nec ab alio quiſquam patietur. Præmium virtutis erit ipſe qui virtutẽ dedit, & qui ſeipſum quo melius & maius nihil poſſit eſſe, promiſit. Quid eſt enim aliud quod per Prophetã dixit, Ero il- Hiere.31.
lorum deus, & ipſi erunt mihi plebs: niſi, ego ero vnde L
ſatientur: ego ero quæcunq; ab omnib° honeſte deſiderantur, & vita, & ſalus, & victus, & copia, & gloria, & honor, & pax, & omnia bona? Sic enim & illud recte intelligitur, quod ait Apoſtolus, vt ſit de° omnia in omnibus. Ipſe finis erit deſideriorũ noſtrorum, qui ſine 1.Cor.15.
fine videbitur, ſine faſtidio amabitur, ſine fatigatione laudabitur. Hoc munus, hic affectus, hic actus profecto erit omnibus, ſicut ipſa vita æterna cõmunis. Cæterum qui futuri ſint pro meritis præmiorum etiã gradus honorum atq; gloriarũ, quis eſt idoneus cogitare, quanto magis dicere? Quod tamen futuri ſint, nõ eſt ambigendum. Atq; id etiã beata ciuitas illa magnum in ſe bonum videbit, quod nulli ſuperiori vllus inferior inuidebit, ſicut nunc nõ inuident archãgelis angeli cæteri: tanq̃ nolit eſſe vnuſquiſq; quod nõ accepit, quanuis ſit pacatiſſimo concordiæ vinculo ei qui accepit obſtrictus, q̃ nec in corpore vult oculus eſſe qui eſt digitus, cum membrum vtrunq; cõtineat totius carnis pacata compago. Sic itaq; habebit donum alius alio minus, vt hoc quoq; donũ habeat, ne velit amplius. Nec ideo li- M
berum arbitrium non habebunt, quia peccata eos delectare non poterunt. Magis quippe erit liberum à dele- Auguſt. in Enchi. cap.
ctatione peccandi vſq; ad delectationem nõ peccandi 104.
indeclinabilem libertatem.* Nam primum liberũ arbitrium quod homini datum eſt, quando primũ creatus eſt rectus, potuit non peccare, ſed potuit & peccare: hoc autem nouiſſimũ eo potentius erit, quo peccare nõ poterit. Verũ hoc quoq; dei munere nõ ſuę poſſibilitate naturæ. Aliud eſt enim eſſe deum, aliud participẽ dei. Deus natura peccare non poteſt, particeps vero dei ab illo accipit, vt peccare non poſſit. Seruandi autem gradus erant diuini muneris, vt primum daretur liberum arbitrium, quo non peccare poſſet homo, nouiſſimum quo peccare non poſſet: atq; illud ad cõparandum meritum, hoc ad recipiendum præmium pertineret. Sed quia peccauit iſta natura cũ non peccare potuit, largiore gratia liberatur, vt ad eam perducatur libertatẽ, in qua peccare nõ poſſit. Sicut enim prima immortalitas fuit, quã peccando Adam perdidit, poſſe non mori nou- 2.ſen.di.26
iſſima erit non poſſe mori: ita primum liberum arbi- ca. Angeli.
trium poſſe non peccare, nouiſſimũ non poſſe peccare. Sic enim erit inamiſſibilis voluntas pietatis & æqui-

tatis,

A tatis, quomodo eſt fœlicitatis. Nam vtiq; peccando nec pietatem, nec fœlicitatẽ tenuimus, voluntatẽ vero fœlicitatis, nec perdita fœlicitate perdidimus. Certe deus ipſe nũquid quia peccare non poteſt, ideo liberum arbitrium habere negandus eſt? Erit ergo illius ciuitatis, & vna in omnibus, & inſeparabilis in ſingulis volũtas libera, ab omni malo liberata, & impleta omni bono, fluens indeficienter æternorum iocunditate gaudiorũ, oblita culparum, oblita pœnarum, nec tamen ideo ſuæ liberationis oblita, vt liberatori ſuo ſit ingrata. Quantum ergo attinet ad ſcientiam rationalẽ, memor præteritorum etiam malorum ſuorum: quãtum autem ad experientis ſenſum, prorſus immemor. Nam & peritiſſimus medicus, ſicut arte ſciuntur, omnes ferè morbos corporis nouit. Sicut autẽ corpore ſentiuntur, plurimos neſcit, quos ipſe non paſſus eſt. Vt ergo ſcientiæ malorum duæ ſunt, vna qua potentiam mentis non latent, altera qua experientis ſenſibus inhærent. Aliter quippe ſciuntur omnia vitia per ſapientiæ doctrinam,
B aliter per inſipientis peſſimam vitam: ita & obliuiones malorum duæ ſunt. Aliter ea nanq; obliuiſcitur eruditus & doctus, aliter expertus & paſſus. Ille ſi peritiam negligat, iſte ſi miſeria careat. Secundũ hanc obliuionem quam poſteriore loco poſui, non erunt memores ſancti præteritorum malorum. Carebunt enim omnibus malis, ita vt penitus deleantur de ſenſibus eorum. Ea tamen potentia ſcientiæ, quæ magna in eis erit, non ſolum ſua præterita, ſed etiam damnatorum eos ſempiterna miſeria nõ latebit. Alioquin ſi ſe fuiſſe miſeros
Pſal.88. neſcituri ſunt, quomodo, ſicut ait Pſalmus: Miſericordias domini in æternũ cantabunt? Quo cantico in gloriam gratiæ Chriſti, cuius ſanguine liberati ſumus, nihil erit profecto illi iocundius ciuitati. Ibi perficietur:
Pſal.45. Vacate & videte quoniã ego ſum deus. Quod erit ibi vere maximum ſabbatum nõ habens veſperam. Quod commẽdauit dominus in primis operibus mundi, vbi
Gene.2. legitur: Et requieuit deus die ſeptimo ab omnibus operibus ſuis, quæ fecit: & benedixit deus diem ſeptimum, & ſanctificauit eum, quia in eo requieuit ab omnibus operibus ſuis, quæ inchoauit deus facere. Dies enim ſeptimus etiam noſipſi erimus, quando eius fue-
C rimus benedictione & ſanctificatione pleni atq; refecti. Ibi vacãtes videbimus, quoniam ipſe eſt deus, quod nobis noſipſi eſſe voluimus, quando ab illo cecidimus,
Gene.3. audientes à ſeductore, Eritis ſicut dij: & recedẽtes à vero deo, quo faciente dij eſſemus eius participatione, nõ deſertione. Quid enim ſine illo fecimus, niſi quòd in ira eius defecimus? A quo refecti, & gratia maiore perfecti, vacabimus in æternũ, videntes quia ipſe eſt deus,
1.Cor.15. quo pleni erimus, quando ipſe erit omnia in omnibus. Nam & ipſa bona opera noſtra, quando ipſius potius intelliguntur eſſe quàm noſtra, tunc nobis ad hoc ſabbatum adipiſcendum imputantur, quia ſi nobis ea tri-
Leuitic.23. buerimus, ſeruilia erũt, cum de ſabbato dicatur: Omne opus ſeruile in eo non facietis. Propter quod & per E-
Ezech.26. zechielem Prophetam dicitur: Et ſabbata mea dedi eis in ſignum inter me & inter eos, vt ſciret, quia ego do- D
minus, qui ſanctifico eos. Hoc perfecte tunc ſciemus, quãdo perfecte vacabimus, & perfecte videbimus, quia
Pſal.45. ipſe eſt deus. Ipſe etiam numerus ætatum veluti dierũ, ſi ſecundum eos articulos temporis computentur, qui in ſcripturis ſanctis videntur expreſſi, iſte ſabbatiſmus euidentius apparebit, quoniam ſeptimus inuenitur, vt prima ætas tanquam dies primus ſit ab Adam vſq; ad diluuium: ſecunda inde vſque ad Abraham, nõ æqualitate temporum, ſed numero generationum. Denas
Matth.1. quippe habere reperiuntur. Hinc iam ſicut Matthæus Euangeliſta determinat, tres ætates vſque ad Chriſti ſubſequuntur aduentum, quæ ſingulæ denis & quaternis generationibus explicantur. Ab Abraham vſque ad Danid vna: altera inde vſque ad tranſmigrationem in Babyloniam: tertia inde vſq; ad Chriſti carnalem natiuitatem. Fiunt itaque omnes quinque. Sexta nunc agitur, nullo generationum numero metienda, propter
id quod dictum eſt: Non eſt veſtrũ ſcire tempora, quæ Acto.1.
pater poſuit in ſua poteſtate. Poſt hãc tanquam in die E
ſeptimo requieſcet deus, cum eundem ſeptimum diem, Gene.2.
quod nos erimus, in ſeipſo deus faciet requieſcere. De iſtis porrò ætatibus ſingulis diligenter longum eſt diſputare. Hæc tamen ſeptima erit ſabbatũ noſtrum, cuius finis non erit veſpera, ſed dominicus dies velut octauus æternus, qui Chriſti reſurrectione ſacratus eſt, æternam non ſolum ſpiritus, verumetiam corporis requiem præfigurãs. Ibi vacabimus, & videbimus: videbimus, & amabimus: amabimus, & laudabimus. Ecce quod erit in fine ſine fine. Nam quis alius noſter eſt finis, niſi peruenire ad regnum cuius nullus eſt finis? Videor mihi debitum ingentis huius operis [b] adiuuante domino reddidiſſe. Quibus parum vel quibus nimium eſt, mihi ignoſcant. Quibus autem ſatis eſt, non mihi, ſed domino mecũ gratias congratulantes agant. [Gloria & honor patri & filio, & ſpiritui ſancto, omnipotenti deo in excelſis in ſecula ſeculorum. Amen.]

a QVanta erit illa fœlicitas.) Dici poterant innumera ſed & ſequendus Auguſtinus, & de re tam ſacroſancta nihil temere vel pronunciandum, vel ſcribendum: nec fas eſt ad philoſophiam & humanas quæſtiunculas reuocare, quod deus arcaniſſe eſſe iuſſit, nec oculis oſtẽdit, nec auribus eloquutus eſt, nec in cogitationes menteſq; mortalium immiſit. magna eſſe & admirabilia credi voluit, & ea ſperari tantum à nobis, tum demum intellecturis, cum voti compotes facti ſpectabimus coràm omnia præſentia, & oculis atq; adeo nobis ipſis coniunctiſſ. & affixa, vt ſic cognoſcamus, quemadmodum nunc cogniti ſumus. nec inquirendum eſt actus ne ſit intellectus beatitudo illa, an voluntatis potius: vtrum intuebitur omnia in deo mens noſtra, an ab aliquibus arcebitur, ne ſi contentioſe nimium hæc quæſierimus: nec voluntatis ſit nec intellectus fœlicitas, nec aliquid videamus in deo. Omnia erũt gaudiorum & beatitudinum plena, non modo voluntas & intellectus, ſed oculi, aures, manus, totum corpus, totus animus, tota mens. Omnia cernemus in deo, quæ volemus, & ſuo beatitudinis gradu quiſq; contẽtus erit, nec alteri quem propinquiorem ſpectabit deo, inuidebit, quoniam tam beatus erit vnuſquiſque q̃ volet.
b Videor mihi debitum ingentis huius operis.) Et ipſe pariter nõ mihi minus ingens abſoluiſſe opus, & varium laborem exiiſſe videor, quàm ſibi Auguſtinus. Quantum enim illius ingenij, eruditionis, ſanctitatis viribus admirandum iſtorum voluminum erat onus, tantum imbecillitati & imperitiæ noſtræ, horum tenuium leuiumq; commentariorum, ſi quid dixi, quod placeat, habeat lector gratiam deo propter me: ſi quod nõ placeat, ignoſcat mihi propter deum, & maledictis det veniam propter benedicta. Errores vero ſi benigne emendarit, ac ſuſtulerit, demerebitur & me, & lectores, qui confiſi forſitan mihi, fallerentur.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI
Libri de Ciuitate dei, ad Marcellinum XXII. & vltimi finis.

INDEX QVATERNIONVM.
† a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t v x y z A B C D.
Omnes ſunt quaterniones præter D qui eſt quinternio.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA